Digitized by Google

R. BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
A
62
NAPOLI

4. 5

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Racc. Villarosa A. 62

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" - NAPOLI

Digitized by Google

CORNELII NEPOTIS
VITAE
EXCELLENTIUM
IMPERATORUM,

Cum integris Notis

JANI GEBHARDI, HENR. ERNSTII, & JO. ANDREAE BOSII.

Et Selectis

ANDREAE SCHOTTI, DIONYSII LAMBINI, GILBERTI LONGOLII, HIERONYMI MAGII, JO. SAVARONIS, aliorumque Doctorum: nec non Excerptis P. DANIELIS.

Hiſce accedit Locupletiſſimus omnium vocabulorum Index, ſtudio & opera JO. ANDR. BOSII *confectus.*

CURANTE

AUGUSTINO VAN STAVEREN.

Qui & ſuas notas addidit.



LUGDUNI BATAVORUM,
Apud SAMUELEM LUCHTMANS, 1734.
Academiae Typographum.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO, GRAVISSIMO

VIRO

JOANNI VAN DEN BERGH, JCTO.

AMPLISSIMIS IN REP. HONORIBUS, MULTISQUE PRO PATRIA LEGATIONIBUS SUMMA CUM LAUDE PERFUNCTO. URBIS LEIDAE SAEPIUS CONSULI. RHENOLANDIAE PRAETORI, ET SUPREMO EJUSDEM AGGERUM PRAEFECTO.

S. P. D.

AUGUSTINUS VAN STAVEREN.

QUANDO Excellentium Imperatorum vitis, a Cornelio Nepote conſcriptis, no-

va luce donandis manum adhibere coepi, ſtatim hoc Opuſculum Illuſtri Tuo Nomini inſcribere deſtinavi. Quod propoſitum perficiendi fiduciam auxit mihi tum ipſe Scriptor, Perſona Tua, ut opinor, Vir Illuſtriſſime, non indignus, quippe cui Pater Tuus, praeclare de Repub. noſtra olim promeritus, patrocinium ſuum ac tutelam non denegavit, & quem Tu ipſe ſemper in deliciis habuiſti, quum a prima adoleſcentia Imperatorum a Cornelio noſtro commemoratorum, aliorumque, quos ad Remp. natos priſca tulit aetas, virorum praeſtantium veſtigia

Digitized by Google

ſtigia premere conatus, omne tempus literis dederis, & poſtea, quam ad ſummos honores, dignitatesque, natalium ſplendori & meritis Tuis debitas, evectus es, in utriusque populi fata, leges, atque inſtituta, ut uberrimus inde in Remp. noſtram redundaret fructus, diligenter inquirere nunquam deſtiteris. Tum quia innumeris a Te auctus & ornatus beneficiis, quibus novus nuper acceſſit cumulus, quum Tuo in primis, tunc temporis Conſulum Praeſidis, ampliſſimorumque Collegarum Tuorum conceſſu, quatuor codicum manu

exaratorum, has Imperatorum vitas continentium, qui in Academiae Lugduno Batavae Bibliotheca adſervantur, copia mihi facta ſit, primam hanc publice teſtandi, quid & quantum Tibi uni debeam, opportunitatem rapiendam exiſtimavi. Hic jam latiſſimus in egregias Tuas exſpatiandi virtutes pateret mihi campus, in quarum magnitudine illuſtranda, ipſe Cornelius, ſi aetas ejus in haec tempora incidiſſet, ingenium ac ſtilum ſuum exercere gaviſus, & ſimul Te omnes illos praeclaros Graeciae ac Romanae Civitatis viros fortitu-

Digitized by Google

titudine, conſtantia, prudentia, ac vitae integritate ſi non ſuperaſſe, ſaltem aequiparaſſe profeſſus fuiſſet. Sed quoniam earum fama, univerſam per Europam celebrata, nulla temporis vetuſtate obliterabitur, nec meo praeconio indigent, hiſce inculta oratione exornandis prudens ſuperſedere malo, quam in modeſtiam Tuam, & publica, quibus nocte dieque invigilas, commoda peccare. Unicum itaque, Vir Illuſtriſſime, votum meum hoc eſt, ut munuſculum illud, etſi leve, certiſſimum tamen grati memoriſque animi teſtimo-

Digitized by Google

nium, hilari vultu ac benigno intuearis, Tuoque favore, quem huc uſque expertus ſum, me proſequi pergas. Quod ſi impetravero, omnia me adeptum putabo. Vale, Vir Illuſtriſſime, & Deum T. O. M., ut Rei Publicae & Literariae commodo Te diu ſalvum & ſuperſtitem eſſe velit, ſuppliciter nunc veneror, ac ſemper venerabor.

Dabam Lugd. Bat.
Ipſis Idibus Maji
A. MDCCXXXIV.

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO

S. D.

AUGUSTINUS VAN STAVEREN.

DE nova hac editione pauca praefaturus, Auctorem ipſum nec Tibi multis commendare, neque de ejus aetatē, ſtylo, ac fide diſputare decrevi. Actum agerem, Amice Lector, quoniam viri, ingenii & eruditionis fama illuſtres, Andreas Schottus, Dion. Lambinus, item Janus Gebhardus, ſed in primis G. J. Voſſius, & nuper etiam Chr. Falſterus in prol. ad lib. 8. A. Gellii §. 2. luce meridiana clarius oſtenderunt, Cornelium Nepotem Tullianae aetatis, ac ſermonis elegantiſſimi ſcriptorem, non vero Aemilium Probum, qui ſub Theodoſio demum vixit, hujus libri eſſe auctorem, eademque de cauſſa Chr. Cellarius non immerito eum in principum aurei ſaeculi ſcriptorum cenſum jam retulit. Hiſtoricum eſſe ſumma fide digniſſimum, nemo inficias ire poteſt, idque probant Auctores iſti graviſſimi, Thu-

cy-

Digitized by Google

cydides, Plato, Theopompus, Timaeus, & Dinon, quos non ſine judicio, res ab exterarum gentium ducibus geſtas commemorans, ad partes vocavit. Nec objiciat mihi quiſpiam, hunc Auctorem ideo inferioris claſſis eſſe cenſendum, aut de fide ejus dubitandum, quod nonnunquam in Graecis vocabulis vertendis fuerit lapſus; illud enim vitium ei cum optimis ſcriptoribus commune fuiſſe, ſatis ſuperque demonſtravit Academiae Lugduno. Batavae quondam decus J. Perizonius, ut ad Phocionis vitam cap. 4. docui.

Certiſſimum itaque hunc, atque puriſſimum ſcriptorem, ſed miſere a librariis vexatum, cura ſua priſco nitori reſtituere non infeliciter conati ſunt partim ii, de quibus ſuperius mentionem feci, partim alii quam plurimi viri, praeclara olim Reip. literariae lumina, quorum varias editiones recenſent D. G. Morhofius Polyhiſt. Literar. lib. 4. cap. 11. §. 10. & J. A. Fabricius Biblioth. Latin. lib. 1. cap. 6. qui pluribus de Nepote egerunt. Inter omnes vero, quas Docti nobis procurarunt, editiones, eminet illa Jo. Andreae Boſii adnotationibus, ac lucubrationibus ſecundis,

alio-

Digitized by Google

aliorumque animadverſionibus locupletata, Jenae A. 1675. typis expreſſa. Optimam eam, & ab Eruditis diu deſideratam editionem cum recudere in animum induceret Diligentiſſimus Luchtmannus, atque, ut illius curam ſuſciperem, enixe me rogaret, diu haeſi dubius, oblatam conditionem acciperemne, an recuſarem: ſollicitum enim me tenuit non vanus metus, ne aliquando eorum numero haberer, qui quovis pretio quaſi conducti, quorumvis ſcriptorum, in quibus nullam antea operam poſuerunt, curationem arripere non dubitant. Quod pravum inſtitutum ipſe cane pejus & angue ſemper odi, quippe in Optimorum Auctorum perniciem, & Reip. literariae damnum unice excogitatum. Attamen mecum perpendens, Auctorem, curae meae committendum, eſſe Cornelium Nepotem, ſcriptorem quidem elegantiſſimum, & variis antiquitatibus refertum; ſed, quia primus eſt e Latinis ſcriptoribus, quem ad Romanorum elegantias rite cognoſcendas in manum ſumpſi, jam diu mihi familiarem redditum, integerrimi Bibliopolae votis ſatisfacere, ac manum huic operi admovere ſuſtinui.

Ut

Digitized by Google

Ut jam nova haec editio qualicunque meo ſtudio atque opera paullo ornatior prodiret, e quatuor codicibus MSS., quorum uſum benigne mihi conceſſerunt Ampliſſimi civitatis Leidenſis conſules, variantes lectiones ſumma cum fide excerpſi; quorum primus eſt codex membranaceus illuſtriſſimi olim Iſaaci Voſſii, & in notis meis litera A *diſtinctus, qui conſpicitur in catalogo Bibl. Lugd. Bat. pag.* 381. *n.* 52. *inter Voſſ. Lat. in quarto. Alter eſt codex chartaceus inter Lat. Voſſ. in octavo p.* 387. *n.* 23. *& a me litera* B *notatus, quo codice Cl. Boeclerum olim fuiſſe uſum, pleriſque in locis conſentientes ex utroque productae lectiones mihi fere perſuaſerunt. Tertius eſt, quem litera* C *notavi, exſtans ibid. n.* 52. *In hoc codice modo duodecim Excellentium virorum vitae reperiuntur, ſcilicet Miltiadis, Themiſtoclis, Ariſtidis, Pauſaniae, Cimonis, Lyſandri, Timoleontis, Regum, Hamilcaris, Hannibalis, Catonis, & Attici, quibus addita eſt Corneliae Gracchorum matris epiſtola. Praeterea in eodem nulla vitarum ordinis ratio eſt habita, & literarum ductum per librarii compendia ſaepe conjectura adſequi vix*

po-

potui. Hiſce quartus accedit codex itidem chartaceus Bibliothecae Leidenſis in folio p. 325. n. 17. quem ante me cùm editione Hackiana A. 1705. *jam contulerat Vir Eruditiſſimus Franc. Oudendorpius, qui hanc collationem humaniſſime mecum communicavit: quem codicem probae monetae eſſe tum in Lucano, tum in ſtrategematum ſcriptore Frontino multis exemplis Vir idem praeſtantiſſimus docuit. Deinde accuratius conſului excerpta ex cod. P. Danielis, editioni Francofurtenſi Anni* 1608. *adjecta, quia Clar. Boſius diſcrepantes ex eo lectiones multis in locis notis ſuis inſerere superſedit. Duos Codd. MSS. alterum Bibliothecae S. Trin. Cantabrig. alterum D. Fr. Bernard. M. D. & Regiae Societatis ſocii excerpſit Doctus quidam Britannus, & Excerpta editioni Oxonienſi e Theatro Scheldoniano A.* 1708. *adtexuit, quas collationes ſub nomine* MSS. Oxon. *Doctorum animadverſionibus ſubjunxi. Ex Eruditorum adnotationibus pleraſque obſervationes politicas ejeci. Eruditiſſimi Jani Gebhardi notas criticas, quae a Cl. Boſio in indicem erant conjectae, item Ernſtii JCti, quae indici erant praemiſſae,*

ſub

ſub textu repoſui. Denique ipſe ſymbolam dedi paucarum notarum, quae ſi ad eruditorum guſtum fuerint, votorum ſummam adeptus ero. Vale, Lector, juvenilibus meis conatibus fave, & errores Typothetarum, qui meos fugerunt oculos, ut p. 241. in Not. l. 11. A. pro eleg. ecl. *p. 385. l. 26. A. pro* ſaepius in compoſitis, de ſaepius compoſitis. *& nonnullos alios a me in Addendis notatos ne meae ignorantiae adſcribas, etiam atque etiam oro quaeſoque.*

VIRO

VIRO

ERUDITISSIMO, & PRAESTANTISSIMO

AUG. VAN STAVEREN,

Amico meo Integerrimo,

Cum novam Cornelii Nepotis de Vitis Excellentium Imperatorum editionem, adnotationibus ſuis auctam, pararet.

Non ego ſum ſolitus Latia componere lingua
Carmina, nec Phoebi tecta verenda domus
Intravi ſacrae: numquam mihi contigit ore,
Nec guſtare labris Caſtalios latices.
Sanctus Apollo monet: Quid Doctis Belgica cantas?
Cum Doctis docta eſt participanda viris
Lingua: quibus monitis mihi jam perſuaſit Apollo,
Tentarem ut Latio plectra movere ſono.
Parcite vos, quaeſo, Muſae, mihi parce canenti
Muſarum praeſes, Pythie Phoebe fave.
Da mihi cum Muſis Aganippe ex fonte bibendum.
Fretus amicitia ſic canere incipiam.

O Vir amice mihi, Doctae non ultima turbae
Gloria, & Aonii fama, decuſque, chori;
Artibus ipſa ſuis Pallas Tritonia virgo
Excoluit ſemper teque, animumque tuum.

Eſt aliquid Grajas, Latias & noſcere linguas:
Attamen has tua ſcit lingua venuſta loqui.
Eſt aliquid veterum populorum noſcere mores:
Argivos ritus, Auſoniosque tenes.
Hoc opus, hic labor eſt, ſic per nocturna, diurna
Tempora, Pieriis invigilare choris.
Semper honore Viros celſos, doctoſque imitaris,
O merito Doctis adnumerande viris.
Sique tuas cuperet laudes mea penna referre,
Dic, ubi ſuſciperet, dic, ubi deſineret.
Muſa canit, Doctos inter multa arte vigentes
Cum videt optatum nomen in ore libri.
Jamque Nepos merito fama, AUGUSTINE, *ſuperbit,*
Cum magnum in Doctis nomen habere ſoles.
Ille Nepos nobis deſcripſit facta Virorum,
Ille ſtili nitidi nobilitate valens.
Hic ſupereſt nobis Latiae facundia linguae,
Magnaque facta Ducum, tempus in omne virent.
Hic magnas urbes, arceſque, hic omnia cernis
Victa manu parva, conſilioque bono.
Tradidit haec nobis, magnoque petita labore
Grajis e chartis, Auſoniiſque libris.
Cultior illa ſtilus conciſus, caſtaque lingua
Ornat, in aeternum ne pereantque, facit.
Corrigis huncce ſtilum vitiis, atque omnia purgans
Sic reddis magni ſcripta piata Viri.
Sic illi veterem ſplendorem reſtituis nunc,
Emendaſque mala commaculata manu.
Inclyta jure Nepos tua commentaria jactet,

Eſſe-

Eſſenii ridens Courtineaſque notas.
Docte Vir, & Doctae tu jam dilecte Minervae,
Quis referet meritis praemia digna tuis?
Eheu! Quam gaudens ea tempora ſaepe recordor,
Argolicos cum me, Romuleoſque modos,
Et linguas laetus Graecas, Latiaſque doceres:
Ingenii dulcis quot monumenta tui?
Nam tu nec ſtudio, nec curae parcere ſuetus
Sacraſti ſtudiis tempora multa meis.
At cum pro meritis nequeo perſolvere grates,
Haec animi grati pignora reddo mei.
Fama tuum faciet ſemper memorabile nomen,
Per totas gentes, aetheraque alta feret.
Dum nos in terris per paſcua laeta videmus
Pabula carpentes lanigeras pecudes:
Sidera dumque polo coeleſtia fixa videmus,
Cantetur nomen ſemper in orbe tuum.
AUGUSTINE, *tuum nomen per longa manebit*
Saecula, lugubres effugietque rogos.

DANIEL D. F. VAN ALPHEN.
Jur. Utr. Candid.

CORNELII NEPOTIS
VITA, ARGUMENTUM, OPERA,
TEMPUS HUJUS SCRIPTI,
a G. J. Vossio *concinnata. Lib.* I. *cap.* XIV. *de Hiſtoricis Latinis.*

CORNELIUS NEPOS, & ante Caeſaris dictaturam, & eo dictatore, & poſtea vixit, Hieronymus in Chronico Euſebiano refert illum ad annum Auguſti quartum. Nec cuiquam repugnem, colligenti inde, tum demum, divulgare ea coepiſſe opera, quibus maxime inclaruit. Padi erat accola, teſte Plinio lib. III. cap. XVIII. unde Catullo, epigrammate primo Italus; Auſonio autem, epiſt. XXIV. Gallus vocatur. Nempe quia Italia Tranſpadana diceretur Gallia Togata. De urbe patria quidquam ſe habere comperti, negat Elias Vinetus in Auſon. Idyll. VII. At Veronenſem fuiſſe, in Leandri Alberti Italia lego, uti & in Coſmographia optimi, atque amiciſſimi quondam viri, Pauli Merulae. Imo ex Veronenſium hiſtoricorum ſyllabo, (quem doctiſſimus, ampliſſimuſque Alexander Becellus, Veronenſis urbis Cancellarius fecit, ac Illuſtriſſimus Comes, Fernandus Nogarola, vir ut genere, ita literarum ſtudio nobiliſſimus, cum V. Cl. Laurentio Pignorio, atque is mecum communicavit) intelligo, natum fuiſſe Nepotem in Hoſtilia: qui Veronenſium vicus eſt, Tacito, Plinio, Caſſiodoro, & Antonino in Itinerario memoratus, hodieque Eccleſiaſticae Veronenſium jurisdictioni ſubditus. Hiſtoricus hic Ciceronis amicus familiaris a Gellio vocatur lib. XV. cap. XXVIII. Chronica ſcripſiſſe, teſtis eſt idem Gellius libro XXVII. cXXI. In his pro triplici tempore, ἀδήλῳ, μυθικῷ, ϗ ἱϛορικῷ, (de quibus ex Varrone & aliis, libro

bro

bro de arte hiſtorica diximus) tres videtur ſcripſiſſe libros; ac ſingulis unius temporis narrationem eſſe complexus. Sane tres libros feciſſe Nepotem, quibus omne aevum comprehenderit, liquido teſtatur Catullus initio Hendecaſyllaborum. Nec hiſtoricum tempus ab eo ſolum eſſe tractatum, indicio eſt illud Auſonii: *Apologos Titiani, & Nepotis Chronica, quaſi alios apologos (nam & ipſa inſtar fabularum ſunt) ad nobilitatem tuam miſi.* Item ex eo, quod Tertullianus in Apologetico adverſus gentes (ubi eum inter antiquitatum commentatores diſertim reponit) dicit, haut aliud Saturnum, quam hominem promulgaſſe. Quod etiam Lactantius tradit lib. I. cap. XIII. Reliquit praeterea libros illuſtrium virorum, quorum Gellius meminit lib. XI. cap. VIII. & Servius in I. Aeneid. Eorum librum I. XV. & XVI. citat Chariſius. Ex his habemus viginti duos exterarum gentium Imperatores. Caeteris libris egiſſe de Romanis, haec ejus verba oſtendunt in extrema Hannibalis vita: *Sed nos tempus eſt hujus libri facere finem, & Romanorum explicare Imperatores: quo facilius, collatis utrorumque factis, qui viri praeferendi ſint, poſſit judicari.* Operis ejus genuina inſcriptio patet ex ultimis hiſce praefationis verbis: *Quare ad propoſitum veniemus, & in hoc exponemus libro* VITAS EXCELLENTIUM IMPERATORUM. Praeter Imperatores ſeorſum exaraſſe librum de Regibus, argumento haec erunt, quae Timoleontis vitae ſubdit: *Hi fere fuere Graeciae gentis duces, qui memoria digni videbantur, praeter Reges. Namque eos attingere nolumus, quod omnium res geſtae ſeparatim ſunt relatae. neque tamen hi admodum ſunt multi.* Externi Imperatores, quos habemus, Aemilii eſſe Probi, a multis creduntur. Qui error inde provenit, quod librario id fuerit nomen, qui vitas eas partim ſua, partim patris & matris manu ſcriptas obtulit. Hoc

ita eſſe, oſtendunt verſiculi, qui vitis iſtis praemitti in MStis ſolent. Ac nec Aemilium, nec Theodoſiani aevi quemquam, eorum eſſe librorum auctorem, abunde arguit pura, & Romana dictio. Opinetur aliquis, ut Trogus ab Juſtino, ita ab Aemilio, qui ſub Theodoſio vixit, in compendium eſſe redactum Nepotem. Sed aliud ſuadet operis concinnitas, & illa praefandi ratio, quae eſt in Epaminondae vita, ac in Pelopida imprimis, ubi brevitatem juſtam pollicetur. Attamen ſententia haec, licet erronea, minus periculi habeat, dummodo extra controverſiam maneat, Aemilium omnia de puriſſimis Nepotis fontibus hauſiſſe. Sane Tulliani eſſe aevi ſcriptorem, neque alium quam Nepotem; tum veterum aliquot librorum indicio cognoſcitur; tum etiam, quod ad Pomponium Atticum (cujus idem rogatu de vita Catonis librum feci) vitae iſtae ſcribantur: utcunque id in quarto Miſcellaneorum ſuorum neget Hieronymus Magius, qui ipſa Nepotis praefatione ſatis refellitur. Accedit & altera ratio. Nam his in libris ea legere eſt, quae opus hoc ſcriptum eſſe clamant, quo tempore Pompejus, & Caeſar, plus poterant, quam libera in rep. expediret. Ea Lambinus loca congeſſit, ut nihil attineat illa hic reponere. Nec libris iſtis de viris illuſtribus ſolum perſecutus eſt excellentes Imperatores: ſed etiam commentationibus claros. Quod argumentum ſignat B. Hieronymus, praefatione de Scriptoribus Eccleſiaſticis: Ubi Nepotem inter eos refert, quorum exemplo acturus ſit de iis, qui ſcribendo claruerunt. Egit autem Nepos, tum de Graecis auctoribus, tum de Latinis. De Graecis, colligo inde, quod in Dionis vita dicat, librum ſe feciſſe de illuſtribus hiſtoricis: in quo inter alia tractarit de Philiſto hiſtorico. De Latinis, argumento ſunt plurima. Nam de Terentio egiſſe, ex Suetonio ſcimus in Terentii

vita,

vita, Donato perperam tributa. Adhaec primum de vita Ciceronis librum Gellius lib. xv. cap. xxviii. Eoque ex opere fragmentum Hieronymus adfert epiſt. ad Pammachium. Imo veriſimile eſt, inde eſſe, tum vitam T. Pomponii Attici, quae exſtat, tum vitam Catonis, quam iſtis claudit verbis: *Hujus de vita, & moribus, plura in eo libro perſecuti ſumus, quem ſeparatim de eo fecimus, rogatu Titi Pomponii Attici. Quare ſtudioſos Catonis ad illud volumen relegamus:* Aperte indicat, eo nunc de Catone brevius ſe agere, quia ſeparatim de eodem ſcripſerit. Ergo vita illa Catonis, quam paucis perſtrictam habemus, majoris pars eſt volnminis, in quo Romanorum complurium vitae continerentua. Reliquit etiam Exemplorum libros, quos citant Gellius lib. vii. cap. xviii. & Chariſius lib. i. Alia quoque ejuſdem laudant veteres: ſed non item, quae ad hiſtoriam pertineant. Nam ex epiſtola ejus ad Ciceronem quaedam Lactantius adfert lib. iii. Inſtitut. Divinar. cap. xv. Quemadmodum & Ciceronis ad Nepotem epiſtolae meminit Tranquillus in Julio cap. lv. Ammian Marcellinus initio libri xxvi. ac Priſcianus lib. viii. Imo & ſecundum Ciceronis epiſtolarum librum ad Nepotem Macrobius citat libro ii. Saturnal. cap. i. Quod ſi quis fragmenta omnia Nepotis deſideret, longe iis colligendis priorum vicit induſtriam Andreas Schottus. Hermolaus Barbarus, caſtigationibus in Plinii lib. xv. cap. xxix. cenſet libellum de Viris illuſtribus, qui Plinio tribui ſolet Cornelii Nepotis eſſe, haut Plinii, atque id veteribus codd. adſtrui poſſe, aſſeverat. Etiam Jani haec Parrhaſii ſententia fuit. Utrius ſit, dubitari ait Vinetus, nec ea de re ſtatuere quidquam auſus eſt. Imo aliqui, aut Suetonium, aut Tacitum, eſſe auctorem putarunt: ut indicat Gyraldus dialogiſmo xxvi. Sed omnino ſunt Sexti Aurelii Victoris: ut ſatis nunc con-

ſtat ex editione Andreae Schotti. Non dubito interim, quin pleraque ex Nepote Victor deſumſerit. Nam quod Ludovicus Vives lib. v. de tradendis diſciplinis, Nepotem ait, de Graecis ſolum ducibus ſcripſiſſe: id ſatis refellitur verbis Nepotis antea adductis. Vir doctiſſimus, Jo. Maria Catanaeus, commentario in Plinii librum IV. epiſt. XXVIII. quae ad Severum ſcripta eſt, etiam Daretem Phrygium a Nepote tranſlatum arbitratur. Nempe decepit eum vulgaris ἐπιγραφή. Attamen & hic aqua haeret Vineto, notis in Auſon. Idyll. VII. Negat eſſe, qui certi aliquid de tralatione hac auſit affirmare. Atqui omnes, quibus ullum in hiſce literis judicium eſt, ſatis vident, nec Daretem illum eſſe genuinum: nec dictionem ejus Auguſtaeam ſapere aetatem; ſed recentiorem multo. Nepotem autem Caeſaris Auguſti aevo obiiſſe, Plinius teſtatur, lib. IX. cap. XXXIX. Atque hoc fortaſſe impulit Genebrardum, ut putaret, eum nato jam Chriſto ſuperſtitem fuiſſe: qui & Jacobum Gualterium, cum primum tabulas ederet Chronographicas, in eam ſententiam pertraxit. Sed Nepotem eo uſque aetatem prorogaſſe, nemo temere dixerit, qui tanti eum in literis nominis jam Tullii, Attici, Catulli temporibus, fuiſſe cogitarit.

AUCTO-

Digitized by Google

AUCTORUM ALIQUOT

TESTIMONIA & JUDICIA,

QUI

CORNELII NEPOTIS

meminerunt.

Euſebius in Chronico.

Octaviani Imperii anno quarto, Olympiade CXXCV. *Cornel. Nepos Scriptor Hiſtoricus clarus habetur.*

Pomponius Mela IV. cap. V.

Cornelius Nepos, ut recentior auctoritate, ſic certior.

Plinius lib. III. cap. XVIII. & lib. IX. cap. XXXIX. lib. X. cap. XXXIII.

Cornelius Nepos, Padi accola, qui Divi Auguſti principatu obiit.

Catullus Veronenſis ad Nepotem.

Quoi dono lepidum novum libellum,
Arida modo pumice expolitum?
Corneli Tibi; namque tu ſolebas
Meas eſſe aliquid putare nugas,
Jam tum, quum auſus es unus Italorum
Omne aevum tribus explicare chartis
Doctis, Juppiter! & laborioſis.
Quare habe tibi, quidquid hoc libelli eſt,
Qualecunque: quod o Patrima Virgo,
Plus uno maneat perenne ſeclo.

Auſonius Drepanio Pacato Latino,

Cui dono lepidum novum libellum,
Veronenſis ait Poëta quondam?

** 5 In-

Digitized by Google

Inventoque dedit ſtatim Nepoti.
At nos illepidum rudem libellum,
Burras, quiſquilias, ineptiaſque
Credemus gremio cui fovendum:
Credemus gremio cui fovendum:
Inveni (trepidae ſilete nugae)
Nec doctum minus, & magis benignum,
Quam quem Gallia praebuit Catullo.

M. T. Cicero in Epiſt. ae Attic. lib. 16. ep. 5.

Nepotis epiſtolam expecto. Cupidus ille meorum, qui ea quibus maxime γαυρειῶ legenda non putet?

Hieronymus de vita Scriptor. Eccleſiaſt.

Scripſerunt de vita illuſtrium Scriptorum apud Graecos Hermippus Peripateticus, Antigonus, Caryſtius Satyrus doctus vir, & longe omnium doctiſſimus Ariſtoxenus Muſicus. Apud Latinos autem Varro, Santra, Nepos, Hyginus, & ad cujus nos exemplum vis provocare, Tranquillus.

Auſonius Epiſtola 16. ad Probum praef.

Apologos Titiani, & Nepotis Chronica, quaſi alios apologos (nam & ipſa inſtar ſunt fabularum) ad nobilitatem tuam miſi, gaudens, atque etiam glorians fore aliquid, quod ad inſtitutionem tuorum, ſedulitatis meae ſtudio conferet.

A. gellius lib. xv. cap. xxviii.

Cornelius Nepos & rerum memoriae non indiligens, & M. Ciceronis, ut qui maxime, amicus familiariſque fuit.

Ipſe Nepos in vita Attici.

Non auditum, ſed cognitum praedicamus: ſaepe enim propter familiaritatem domeſticis Attici rebus interfuimus.

Ter-

Tertullianus Apologetico, cap. 10.

Saturnum, quantum literae docent, neque Diodorus Graecus, aut Thallus, neque Caſſius Severus, aut Cornelius Nepos, neque ullus commentator hujuſmodi Antiquitatum, aliud, quam hominem, promulgarunt.

Idem l. 2. ad Nationes cap. 12.

Minutius Felix Octavio.

Scit hoc Nepos, & Caſſius in hiſtoria, & Thallus, ac Diodorus hoc loquuntur.

Lactantius Firmianus lib. 1. cap. XIII.

Qui vires ejus in Italia geſtas memoriae tradiderunt, Graeci, Diodorus, & Thallus: Latini, Nepos, & Caſſius, & Varro.

Plinius Junior Severo Epiſt. XXVIII. lib. IV.

Herennius Severus vir doctiſſimus magni aeſtimat in Bibliotheca ſua ponere imagines municipum tuorum. Cornelii Nepotis, & Titi Caſſii: petitque, ſi ſint iſtic, ut eſſe credibile eſt, exſcribendas pingendaſque delegem. Quam curam tibi potiſſimum injungo: primum, quia deſideriis meis amiciſſime obſequeris: deinde quia tibi ſtudiorum ſumma reverentia, ſummus amor ſtudioſorum: poſtremo quod patriam tuam, omneſque, qui nomen ejus auxerunt, ut patriam ipſam, veneraris & diligis.

Idem lib. v. Epiſt. III.

Scio non corrumpi in deterius, quae aliquando etiam a malis; ſed honeſta manere, quae ſaepius a bonis fiunt. Inter quos vel praecipue numerandus eſt P. Virgilius, Cornelius Nepos, & prius Ennius Acciuſque: non quidem hi Senatores, ſed ſanctitas morum non diſtat ordinibus.

Onu-

Onuphrius Panvinius Catalogo Illuſtrium Scriptorum Veronenſium; lib. VI. Antiquit.

Conſtantiſſimo civitatis noſtrae teſtimonio C. CORNELIUM NEPOTEM, *virum doctiſſimum, & antiquitatum omnium peritiſſimum, Veronenſem fuiſſe traditur. Cui in ſumma curia cum reliquis Veronenſibus illuſtribus etiam ſtatua poſita eſt ex publica auctoritate. Eum Plinius lib.* III. *c.* XVIII. *Padi accolam vocat, & alibi ſaepius de eo mentionem facit. Ortus ſiquidem in vico Veronenſium Hôſtilia ad Padi ripas ſito, ut Tacitus auctor eſt lib.* XIX. *Hiſtoriae Auguſtae. Pius quoque Papa. II. in Aſiae deſcriptione eum Veronenſem aperte fuiſſe ſcribit. Ad hunc Catullus opus ſuum miſit, tanquam civem ſuum:* Quoi dono lepidum novum libellum, &c. *Hic in Urbe, Ciceronis & Caeſaris tempore vixit, pervenitque uſque ad Auguſti principatum, ſcripſit diſertiſſime* Illuſtrium virorum vitas. *Quarum tantum Pomponii Attici exſtat; quae caeterarum facile ſpecimen poteſt indicare. Ejus illuſtrium virorum libri* XVI. *citantur a Chariſio Grammatico. Scripſit accuratiſſime rerum Romanarum Chronicon, (vel de temporibus librum, in quo brevi explicatione omnis aevi memorias complexus eſt) quod a Solino citatur. De ejus ſubinde ſupra ſcriptis verſibus, meminit Catullus, circumferuntur periochae ſub ejus nomine excuſae, Daretis Phrygii, de bello Trojano, tum ſoluto ſermone, tum carmine heroico Latine factae; quodcunque fuerit Poëta, teſtatur Plinius junior epiſtola* III. *lib.* IV. *Item periocha* VI. *librorum Daretis ſermone ſoluto eodem volumine impreſſa. At certe quae verſibus exarantur, impoſturarum plena. Mentio enim eo libello de Imperatore Nerone habetur. Et Nepos adhuc Auguſto imperante deceſſit. Verum Nepotem etiam fuiſſe Poëtam ex Plinio juniore epiſt.* III. *lib.* VIII. *colligitur.*

Joan.

Digitized by Google

Testimonia Auctorum.

Joan. Savaro de hujus libri Auctore.

Hunc librum Cornelio Nepoti *aſſerit ipſa Praefatio:* Non dubito fore pleroſque, Attice, &c. *& ex vita Catonis illa*: Hujus de vita & moribus, plura in eo libro perſecuti ſumus, quem ſeparatim de eo fecimus, rogatu T. Pomponii Attici, &c. *Cujus quidem libri fragmentum, ex Cornelio Nepote laudare videtur Gellius lib.* II. *cap.* VII. *Praeterea libros de viris Illuſtribus, veterum ſcriptis celebres, qui Nepoti tribuuntur, ab hujus libri auctore confectos eſſe ſatis apparet, ex fine Hannibalis Vitae:* Sed nos tempus eſt, hujus libri facere finem, & Romanorum explicare Imperatores, quo facilius collatis utrorumque factis, qui viri praeferendi ſint, poſſit judicari. *Tanta etiam ſuavitas eſt ſermonis Latini, ut appareat in eo nativum quendam leporem eſſe, non aſcitum, & jam aevo Theodoſii deſitum, quo non parum inclinata erat Latiaris eloquentia. Aemilium autem Probum, cujus nomine circumfertur hic liber, Theodoſio regnante vixiſſe, & hujus libri exſcriptorem potius eſſe, quam auctorem, patet ex his verſibus:*

Vade liber noſter, fato meliore memento,
  Cum leget haec dominus, te ſciat eſſe meum.
Ne timeas fulvo ſtrictos diademate crineis,
  Ridentes blandum vel pietate oculos.
Communis cunctis, hominem ſe regna tenere
  Sed meminit, vincit hinc magis ille homines.
Ornentur ſteriles: facilis tectura libelli,
  Theodoſio, & doctis carmina nuda placent.
Si rogat auctorem, paulatim detege noſtrum
  Tunc domino nomen: me ſciat eſſe Probum.
Corpore in hoc, manus eſt genitricis, avique, meaque:
  Felices, domini quae meruere manus.

Hic ergo ſuo auctori reddatur, quem ſibi Cornel. Nepos juſto titulo vindicat, quemque coaevo ſuo & familiari P. *Attico*

Digitized by Google

Attico dedit, cujus etiam rogatu vitam M. Catonis ſeparatam ſcripſit, & illi ſuperſtes, elegantiſſimam ejuſdem vitae conſuetudinem elegantia pari proſecutus eſt. Praeter Chronica, libros exemplorum, de Viris Illuſtribus, & de Vita Catonis, librum ſe de hiſtoricis Graecis conſcripſiſſe teſtatur in Dione: Sed de hoc in eo meo libro plura ſunt expoſita, qui de hiſtoricis Graecis conſcriptus eſt, *(ſic enim ex Mſſ. bona fide ſupplevi) atque alterum edidit de Latinis hiſtoricis, ex quo excerpta eſſe fragmenta Corneliae Graccborum matris, Giſanii codice probatur. Quod ad Daretis Phrygii hiſtoriam, quam a Cornelio Nepote Latine redditam, Volaterranus & alii, tradiderunt, elegantia ſtili potius ducti, quam certa ratione, diſpar ſtilus eſt, & diſſimilis genius, & ſiquid in me judicii, Corn. Nepos illo interprete, ut annis, ſic nitore ſermonis longe ſuperior, quod collatis utriuſque ſcriptis facile poteſt judicari. De hoc auctore ita mihi viſum eſt, ſalvo tuo (erudite lector) judicio.*

Petrus Nannius de Claris Corneliis.

Cornelius Nepos *quam elegans ſit ſcriptor ex vita Pomponii Attici cognoſcere licet. Dictio certe vetuſtiſſima & ſimpliciſſima; in diſponendo nihil illo accuratius, in fide nihil ſanctius.*

Obert. Giſanius Conlectan. Lucretianis in *Refutatus.*

Cupio puriſſimum illum Scriptorem aliquando caſtigatiorem edere, quem tum docebimus eſſe Cornelium Nepotem, *non vero Aemilium Probum, ut vulgo putant.*

Andr. Schottus in epiſt. ad lect. notis in Fragm. Nepotis ſubjectae:

Quod auctoribus non paucis accidiſſe memini, ut multa in-

Digitized by Google

ingenii monumenta, vel ipſis ablata alteri falſo attribuerentur, vel aliena ipſis ſubjicerentur, quo in vulgus tituli lenocinio magis probarentur, & tanquam a matribus ſuppoſiti filii pro veris obtruderentur: idem Nepoti *noſtro uſuveniſſe, didici. Librum enim* de vita & moribus Excellentium Graeciae Imperatorum, *ad T. Pomponium Atticum, ſequioris aetatis auctori Aemilio Probo attribuerunt: a quo ſtylus, dicendique elegans character, Attici aetas, multaque abjudicant, Scriptorem contra* de viris illuſtribus urbis Romae, *qui a Proca ad CN. Pompejum uſque, ſeptingentorum annorum memoriam, reſque geſtas virorum domi militiaeque illuſtrium breviter colligavit, Plinio minori (cui Aldus Manutius adſcripſerat) ablatum, Nepoti Cornelio multorum ingratiis inſcripſerunt, & ex Caecilia gente in Corneliam, obtorto collo, Itali quidam Cenſores, Hermolaus Barbarus, Janus Parrhaſius, Catellanus Cotta, & Dominicus Machaneus aliique traduxerunt. Sed neutrius mihi videri, admodum adoleſcens docui ſingulari Comm. in eum auctorem Duaci, & Lutetiae edito: & veterum libr. fide rationumque momentis* Sex. Aurelio Victori *jure poſt liminii reddidimus: cujus & Hiſtoriam Auguſtam ante me natum nuſquam, equidem ſciam, typis vulgatam, Antverpiae primi edidimus. Quare ut illa Aemilio adſcripta Nepotis eſſe γνήσια pronuntio; ita Viros illuſtres eidem abjudico.*

Caſpar Barthius in Adverſ.

Aemilius Probus in aevo Theodoſii Cornel. Nepotis *libros in epitomen redegit.*

Jacob. Bongarſius, epiſtola ad Joan. Noelium.

Juſtinus a Nino, qui primus eſt τῶν εἰς ἱςορίαν ϗ μνήμην παραδεδομένων, *ad Auguſtum Caeſarem; non ut Atticus apud M. Ciceronem, ſeptingentorum: ſed ut* Cornelius

nelius Nepos, *omne aevum, id eſt, duum millium annorum memoriam, uno libro colligavit.*

Joan. Henr. Boeclerus in libro Commentario ad Berneggerum.

Herodianus & Cornel. Nepos, *veluti in medium digreſſi,* Vitas *quidem, ſed eo compoſuerunt opere, ut pleraque ad civilem ſcientiam accommodarent.*

Idem paulo poſt.

Nepos, *caſtigatiſſimae moderationis auctor, cum abſtinere illa orationum ſplendidiore cura, deſcriptionumqu productiore ambitu conſtituiſſet; quaecunque ad ingenium, diſciplinam, privatam conſuetudinem pertinent, breviter ac veluti una congeſtione, abſolvit: Caetera actionibus publicis earumque rationibus informandis bona fide attemperat.*

Et tandem.

In Nepote *noſtro eo minus duxi dubitandum, quod viderem omnia publico deſtinari, omnemque ſcriptionis formam hinc ſpectare; In elogiis etiam, quibus vel naturae dotes, vel animi artes perſequi ſolet,* πολιτικώτερος *eſt. Et quae omnino linea reperitur, in qua non deprehendat* σύνεσιν *illam* πολιτικὴν *cum* δυνάμει ἑρμηνευτικῇ, *qui de utraque aliquid intelligit.*

COR-

* 1 CORN. NEPOTIS, VULGO AEMILII PROBI,

2 EXCELLENTIUM IMPERATORUM VITAE.

* Quos P. Daniel titulos ſive inſcriptiones in Mſſ. ſuis reperit, agnoſcere non poſſum, ſi quis tamen ex me quaerat, quam in tanta diverſitate legitimam agnoſcam Inſcriptionem, non dubitem pronunciare genuinam, quam in calce Praefationis ipſe Auctor conſtituit DE VITA EXCELLENTIUM IMPERATORUM. neque magnopere contendam, ſi quis cum Longolio malit VIRIS, quod injuria exagitat Magius inſita Italicis ingeniis obtrectandi Tranſalpinos malignitate, ſi quando cum illis concurrunt. *Gebhardus.*

Inſcriptionem noſtræ editioni iſtam dedimus; CORN. NEPOTIS, *vulgo AEmilii Probi*. DE EXCELLENTIBUS VIRIS, *quae extant*. Hier. Magius tres annotavit titulos: *De vita Excellentium Imperatorum. De vita Excellentium. De vita Excellentium Graecine Principum & Ducum.* Ex his *ſecundum*, ut nimis latum: *tertium*, ut nimis anguſtum aſpernatus, *primum* recipit: quippe qui & in fine praefationis compareat. Editio inter impreſſas ſatis vetuſta hoc frontiſpicium habet: *AEmilii Probi vitae Excellentium Imperatorum, Tito Pomponio Attico dedicatae. T. Pomponii Attici vita per Cornelium Nepotem deſcripta.* Sed hic exterior titulus eſt, aliorum quoque opuſculorum vocabula praeferens; Praefationem autem antecedit ille: *AEmilii Probi, Viri clariſſimi, de vita Excellentium Imperatorum ad* T. *Pomponium Atticum.* Lambiniana editio, ad totum opus, quod duobus voluminibus conſtitit, e quibus unum tantum ad nos tranſmiſſum eſt, accommodavit hunc indicem: *De vita Excellentium Imperatorum Graecorum & Romanorum.* Inter omnes Magius haud dubie commodiſſimum elegerat, ſi inſtitutum Auctoris, non contenta editionis ſpectemus. Atque hic titulus placuit etiam *Jano Gebhardo in politis ab h. Scriptorem notis.* nam ceteri a librariis accepti, aut pro arbitrio inditi, exſolvunt religione inſcribendi animum, & ipſa varietate, libertatis admonent. Quocirca placuit eum titulum adhibere, qui omnia quae ſuperſunt ſignaret; cum praeſertim vel ſolius Attici vita, qua nihil habet illuſtrius hic ſcriptor, imperatorii nominis titulo inumbranda minime videretur. Denique ipſe Nepos admonebat. Sic enim 15, 4.

Digitized by Google

4, 6. *plurima quidem proferre poſſemus, ſed modus adhibendus eſt: quoniam uno hoc volumine* VITAS EXCELLENTIUM VIRORUM *complurium concludere conſtituimus.* Quanquam nemini litem cupiamus motam, ſi cum Andr. Schotto Catonem & Atticum in fragmenta conjiciat: quippe qui *in hoc volumine*, cujus finem Nepos in 23, 13, 4. conſtituit, non erant collocati; ſed Cato quidem ex libro ϖ-ϑελλίλω, quo de Romanis imperatoribus expoſitum erat, non tam tranſſumtus quam excerptus breviatusque: Atticus autem peculiari opere memoratus. *Boeclerus.*

1 *Cornelii Nepotis*] Cornelium hunc, cujus praenomen a ſe ignorari ſcribit Giphanius Epiſtola quadam ad Muretum *lib.* I. *Epiſt. Mureti* LXVII. Tulliani aevi eſſe ſcriptorem, ipſa ejus Latinitas abunde facit teſtatum. Verum hoc, & quicquid de eo notatu dignum eſt, Viri Clariſſimi, a Jo. H. Boeclero, amico noſtro pl. honorando in ſuo exemplo a ſe edito citati, eruditiſſime perſecuti ſunt, nihil aut certe parum ut addi a me poſſit. Vide tamen duo teſtimonia A. Gellii L. 17. Noct. Att. cap. 21. *Ernſtius.* Quamvis hic elegantiſſimus liber vulgariter AEmilium quemdam Probum auctorem praeſferat, multo rectius tamen Corn. Nepoti eum aſſeribi jam olim Eruditiſſimi Viri cenſuerunt. Pro iis enim eſt non modo Mſſ. librorum auctoritas, ſed aliae etiam graviſſimae rationes, quae dubitare de eo vix ſinunt. Hoc quidem negari non poteſt, in Mſſ. quibuſdam *AEmilii Probi* nomen exſtare, ſed ita tamen, ut Nepotis nomen non excludatur. Quod ſicut auctorem ipſum oſtendit; ita alterum exſcriptorem declarat. Nam deſcripſiſſe tantum, non compoſuiſſe has vitas Probum, ipſo verſu penultimo ejus Epigrammat. indicat, quo Theodoſio Imper. totum ſcripturae corpus dicavit. Vixit Auctor harum vitarum T. Pomp. Attici tempore, quod ipſa inſcriptio; quaeque *in vita Catonis in fine* ſcribit; itemque, quae de veteranis *in Eumene* queritur, quo loci ad bella civilia reſpicit, clare demonſtrant. Sed Atticum iſtum cum Caeſari & Ciceroni aequalem vixiſſe uſque in principatum Auguſti ſatis conſtet, ſane Probo illi neſcio cui tribui hic liber non poteſt, qui ſe ſub Theodoſio fuiſſe, ipſemet indicat. Corn. autem Nepotem hoc ipſo vixiſſe tempore & Cicero & alii arguunt. Quare Corn. Nepoti rectius quam AEm. Probo hic liber aſſignatur. Porro cum genus dictionum purum, terſum, inaffectatum, planeque civile ſit, candidumque & ſimplex, quo uſus Auctor eſt, non in aliud tempus, quam quo Cornelius vixit, cadere poteſt. Neque enim aliud in Cicerone & Caeſare, qui ejus coaevi fuere, notare licet. At Theodoſii aetate plane alia ratio dicendi obtinuit, humilior multo ſcilicet, atque fucata magis & incruſtata, neque naturaliter pulchra, qualis iſta eſt. *Buchnerus.*

2 *Excellentium Imperatorum vitas*] In MS. Cod. conſtanter in hoc libro legitur *vita.* Gaſpar Varrerius *Cenſura de Beroſo p.* 13. (ut illos taceam, quos Andr. Schottus nominat) de Nepote dicit, quod ex tanti & tam praeclari ingenii monumentis ſola T. Pomponii Attici vita, quam diligenter & eleganter ſcripſit, temporis injuriae ſuperſit.

Sed

by Google

NON dubito [1] fore pleroſque, [2] *Attice*, qui hoc 1
genus [3] ſcripturæ, leve, & non ſatis dignum
ſum-

Sed errant. Unde autem opinio illa provenerit, docent dictus Schottus in *Ep. ad Lectorem Nepotis*, & Voſſius *lib.* I. *de hiſtoricis Latinis cap.* XIV. Quibus adde Lilii Gyraldi *Dialogum* XXVI. & Hieronymi Magii titulum a Dn. Boecleró omiſſum; hunc videlicet; *AEmilii Probi de Imperatoribus exterarum gentium Liber.* Lib. III. Miſcell. cap. XV. *Ernſtius*, Ex tot tamque diverſis inſcriptionibus haec potiſſimum placuit, quod non modo in vetuſtiſſimis, & Mſſ. codicibus expreſſis editionibus reperitur, ſed ab auctore etiam ipſo extrema praefatione videtur innui, neque tamen magnopere contendemus, ſi quis maluerit inſcribere VITA EXCELLENTIUM IMPERATORUM, cum a Servio laudetur alius Corn. Nepotis liber, qui VITA ILLUSTRIUM inſcribitur. *Boſius.* Cod. Dan. *Liber Aemilii Probi de excellentibus ducibus exterarum Gentium.* Leid. *Probi Haemylii de Vitis clarorum Imperatorum liber feliciter incipit.* Mſſ. Biblioth. S. Trin. Cantabr. *Aemilius Probus de excellentibus exterarum nationum viris.* Cod. Membranac. Voſſian. quem littera A diſtinguam *Aemilius Probus de excellentibus ducibus exterarum gentium feliciter incipit.* Cod. Chart. B. *Probus Emilius de excellentibus ducibus exterarum gentium foeliciter incipit.*

* *Praefatio* Cod. Dan. *Prologus* Leid. *prooemium* Cod. A. *prologus*.

1 *Non dubito for*] Explicavit Rob. Titius prooemium hoc lib. 5. c. 20. controv. locorum. *Schottus.* Non dubito, quin plerique futuri ſint; ſic loquitur Lyſandro. *Quam (ſortem oraculi) ſe habiturum pecunia fidens non dubitabat.* Alcibiade. *Neque dubitabat facile ſe conſecuturum.* Ann. *Nemo dubitabat, aliquid de pace eſſe ſcriptum.* Sic jungunt & alii Scriptores primae claſſis, adeo ut juventus increpanda non ſit, ſi ſequatur. Curtius L. 10. C. 26. *jam divinat, marem eſſe conceptum, quem vos dubitatis paratum eſſe vel ſubdere.* Deliciae noſtrae Tacitus L. 2. cap. 36. *Haud dubium erat, eam ſententiam altius penetrare* lib. 14. cap. 43. *Non quia dubitarem, ſuper omnibus negotiis melius atque rectius olim proviſum.* Iterum Curtius lib. 7. *Nec dubitabat hujus quoque ultimi conſilii fuiſſe participes.* Gebhardus. Ita ſemper Nepos noſter. Cicero diceret; Non dubito, quin plerique futuri ſint. *Buchnerus.* Vide Indicem voce *Dubito.* Boſius.

2 *Attice*] De eo vide, quae infra ad vitam ejus notabimus. Nota autem pro *Attice* in MS. Cod. quo Hieron. Magius contulit, fuiſſe; *Non dubito fore pleroſque, qui Atticae hoc genus ſcripturae leve.* Quam lectionem ut probabiliorem defendit III. *Miſcell. cap. cit.* Quod ſi Nepos ita ſcripſerit, non tam ad ſuum hunc librum, quam Graecos ſcriptores, unde haec hauſit, reſpexiſſe videtur, maxime vero ad Thucydidem illum [illegible], quo valde familiariter utitur. *Ernſtius.* Sic quoque habuiſſe antiquiſſimas membranas Card. Mendozii, notat *Schottus ad h l.* De T. P. *Attico*, cujus vitam ſeorſim Nepos conſcripſit, plerique accipiunt, ei-

 que

ſummorum virorum [1] perſonis judicent, [2] cum relatum legent, [3] quis muſicam docuerit Epaminondam;

que librum hunc inſcriptum volunt. *Schottus* tamen & Magius in Mſſ. ſuis fuiſſe ajunt: *qui Atticae hoc genus ſcripturae* &c. Eamque lectionem tuetur Magius 4. Miſcell. cap. 15. ſed pro recepta lectione plurium meliorumque codicum conſenſus facit. *Boſ.* Abeſt & a cod. Leid.

3 *Qui hoc genus ſcripturae leve* &c.] *Leve*: non ſatis decorum; non ſatis ad tuendam dignitatem perſonarum, de quibus agitur, faciens. Nam *gravi* opponitur. *Grave* autem eſt, quod multum dignitatis & honeſtatis habet. Itaque ſubjungit; *Non ſatis dignum* &c. *Buchn.*

1 *Perſonis*] id eſt conditione & loco. Id enim *perſona* denotat. Ita Epaminonda principio: *Scimus Muſicen noſtris moribus abeſſe a principis perſona.* Buchnerus. Vide P. Manutium ad Ciceron. 4 ad Fam. Ep. 5. p. 196.

2 *Cum relatum legent.*] Sic Leid. Voſſian. A. *Quum.* Doctiſſ. Oudendorpius ad marginem libri ſui, quem mihi utendum humaniſſime praebuit, legendum conjicit *qui relatum legant.*

2 *Leve & non ſ. d. cum relatum leg.* &c.] Peropportunus eſt hic locus Julii Capitolini in Opil. Macrin. c. 1. *Ejus, qui vitas aliorum ſcribere orditur, officium eſt digna cognitione perſcribere. Et Junio quidem Cordo ſtudium fuit eorum Imperatorum vitas edere, quos obſcuriores videbat: qui non multum profecit, nam & pauca reperit, & indigna memoratu, aſſerens, ſe minima quaeque perſecuturum: quaſi vel de Trajano aut Pio, aut Marco ſciendum ſit, quoties proceſſerit, quando cibos variaverit, & quando veſtem mutaverit, & quos quando promoverit. quae ille omnia exequendo libros mythiſtoriis replevit, talia ſcribendo* (an haec duo verba a gloſſa ſunt? niſi fors accuratam ſcribendi diligentiam fruſtra ubique quaerimus) *cum omnino rerum velium, aut nulla ſcribenda ſint, aut nimis pauca, ſi tamen ex his mores poſſint animadverti, qui revera ſciendi ſunt: ſed ex parte, ut ex eo cetera colligantur.* Ex his verbis legem videmus Scriptionis hujus: quam accurate tamen, ſi quis, ſervavit Nepos: qui nec ex minoribus iſtis rebus multa, & ea tantum ſcripſit, quae ingenium, moresque hominum ac regionis indicarent; & hoc ipſum cum προθεωρία, quae ſub manibus eſt, cui conſonant 15, 1 1. 25. 13. 6. & ratio methodi, quam exponit in Epamin. *Dicemus primum de genere: deinde quibus diſciplinis & a quibus ſit eruditus; tum de moribus, ingeniique facultatibus, & ſi qua alia* DIGNA MEMORIA *erunt: poſtremo de geſtis*, &c. Ceterum non tam qui vitas ſcribunt, quam qui hoc modo ſcribunt, aut conſilio (quo praeſertim Nepos) iſta lege tenentur: id quod exemplo maximorum virorum diſcimus *Plutarchi & Suetonii*: quibus minuta etiam quaeque annotare, nec eximia tantum, ſed omnem interiorem ac familiarem vitam exequi, non pigendae res operae viſa eſt. Utrorumque inſtitutum, judicii adgubernantis rectitudine haud dubie publicae utilitati accommodatur. *Boecl.*

3 *Quis*

dam; aut in ejus [1] virtutibus [2] commemorari, ſaltaſſe eum [3] commode, ſcienterque tibiis cantaſſe. Sed hi erunt fere, qui expertes [4] literarum Graecarum, [5] nihil rectum, niſi quod ipſorum moribus conveniat, putabunt. [6] Hi, ſi didicerint, [7] non eadem omnibus eſſe honeſta atque turpia, [8] ſed omnia ma-

2 (margin, beside "Sed hi erunt fere, qui expertes literarum Graeca-")
3 (margin, beside "conveniat, putabunt. Hi, ſi didicerint, non ea-")

3 *Quis Muſ.*] Cod. Card. Mendozii *qui. Epaminondam*, Cod. Leid. ſed Voſſiani ſemper *Epaminondam* quod ſemel monuiſſe ſat erit. in Cod. Voſſ. C. *Examinandam.*

1 *In virtutibus*] Inter ejus virtutes. Vide Ind. V. *In.* Boſius.

2 *Commemorari*] Mſ. c. Savaronis *commorati* ut & Cod. Mendoz. Savaronis Vet. Ex. Ven. *commemorati* reliqui ab eodem inſpecti *commemorari. commorati* Cod. A. C.

3 *Commode*] id eſt, concinne & ad modos ac numeros apte: ἐναρμονίως, quemadmodum & Graeci ἐναρμονίους dicunt, quos *commodos* Latini vocant. *Buchn.* De ſaltationum modis, ſpeciebus, figuris & nominibus, lege quae ſcripta reliquerunt Athenaeus lib. XIV. Plato de Legib. lib. VII. Lucianus in c. περὶ ὀρχήσεως, & Julius Pollux libro IV. *Magius.* Noſtra aetate id argumentum peculiari tractatu perſequutus eſt vir eruditiſſ. Jo. Meurſius, quem *Orcheſtram* inſcripſit. *Boſius.*

4 *Literarum Graecarum*] Rerum morumque Graecorum. *Literae* enim tum omnia ſtudia liberalia, ſive philologiam, tum hiſtoriam quidem praecipue, notant; & hoc in loco ſane. In diſciplinis proprie dictis ſcriptura minus neceſſaria eſt, quippe quae viva voce tradi poſſunt. Hiſtoria autem maxime literis, ſcripturaque opus habet, ut quae circa ſingularia verſatur: quae conſervari memoria, cum infinita ſint, haud poſſunt. Quod praeclare obſervat Voſſius de arte hiſtorica cap. v. Itaque recte *literae* pro hiſtoria ponuntur. Vel *literas* pro παιδείᾳ poſuit; hoc eſt, inſtitutione & diſciplina Graeca. Vide & Wowerium de Polymathia cap. XV. *Buchnerus.* v. cl. Cort. ad Salluſt. Cat. c. 25. n. 2. ſic γράμματα pro rerum variarum eruditione poſuere Graeci, ut patet ex notiſſimo illo Lucae loco in Actis Apoſt. cap. 26. comm. 24.

5 *Nihil rectum*] Simile huic Nepotis eſt illud Horatii 2. epiſt. 1.

—— *Nil rectum, niſi quod placuit ſibi, ducunt.* Boſius.

6 *Non eadem omnibus eſſe hon.*] Ariſtoteles 1. Eth. 3. & IV. Eth. 9. τὰ μὲν κατ' ἀλήθειαν αἰσχρά, τὰ δὲ κατὰ δόξαν. *Quaedam turpia vere ſunt, quaedam opinione.* Vide mox ad illa *Noſtris moribus* verſ. 4. *Boſius.*

7 *Hi ſi*] *ii ſi* Leid. H. Steph. *qui* Mſſ. Oxon. *ii ſi*, *ii* & Cod. A. B. ſed C. *Hii*, pro *Niſi quod ipſ*, *Niſi ipſ.* pro *eadem*, *eandem.*

8 *Sed omnia majorum inſtitutis*] Prout quandoque a majoribus inſtitutum poſitumque eſt. Plerumque homines, non tam veritatem rerum, quam conceptas de rebus opiniones ſequi ſolent. Quare ſicut aliter aliterque de rebus homines judi-

Digitized by Google

majorum inſtitutis judicari: non admirabuntur, [1] nos in Grajorum virtutibus exponendis mores eorum ſecutos.
4 cutos. [2] Neque enim Cimoni [3] fuit turpe Athenienſium ſummo viro, ſororem germanam [4] habere in ma-

judicant, ita diverſae etiam opiniones naſcuntur inde; tum de aliis rebus, tum de honeſto & turpi. Itaque fit, ut aliis habeantur turpia, quae laudi dicuntur apud alios; atque his rurſus ſtatuantur infamia, quae alii contra honeſta maxime ponunt. Quod ex his quae conſequuntur, patere poteſt. In quibus uno atque altero exemplo prolato docet Graecorum mores a Romanorum diſciplina abire prorſus, & multa ibi probari, quae apud hos vitio cum primis dari ſolent. Lege & Platonem lib. 1. de Legib. p. 637. C. Plutarch. Themiſtocle p. 125. C. itemque Sextum Empiricum Pyrrhon. Hypotheſ. pag. 151. Quintilian. lib. 2. cap. 7. circa fin. & Maximum Tyrium diſſert. 1. pag. 3. Tale illud eſt, quod Curtius de Babyloniis narrat lib. 5. cap. 1. apud quos comitatem haberi refert, ſi quis corpus vulget; item quod de iis exponit, qui Naura regionem incolunt, apud quos fas erat parentes cum liberis coire. Locus eſt lib. 8. cap. 2. *Buchnerus.*

1 *Nos in Grajorum virtutibus exponendis*] Verſus hexameter, quod genus plures proſa oratione ſcribentibus ſubinde exciderunt. Exempla collegit inter alios Barthius Adverſ. XI, 15. *Boſius.* Imo Latiniſſimis: vide Cl. Cort. ad Salluſt. Catil. Cap. 19. n 5. & quoties ipſi Ciceroni talia exciderint oſtendit Popma ad L. 1. ad Atticum Epiſt. 1. Pro *Mores eorum* Cod. Dan. *Mores gentium* Longol. Cod. *A. Sequutos.*

2 *Neque enim Cimoni*] Nempe Miltiadis filio, de quo Nepos infra in vita ejus eadem refert. *Ernſt.*

3 *Turpe fuit ſor. germ.*] Explicat M. Ant. Muretus lib. 7. Var. lect. cap. 1. & 2. & lib. 15. cap. 5. Turnebus lib. 17. Advor. cap. 13. & Gul. Xylander ad Plutarchi Cimonem. *Schottus. Sororem germanam* ὁμοπάτριον, eodem patre ſed diverſa matre natam recte alii explicant, hinc *Germanitas* Livio vinculum inter fratres, qui uno eodemque patre, diverſa nati matre cohaerent. Philippus apud eum lib. 40. cap. 8. *Subituram vobis aliquando germanitatis memoriam.* loquitur ad Perſen & Demetrium filios, quorum illum ex Gnathaemo ſartrice Argolica, hunc ex conjuge regia natum conſtat. Plutarch. in Paullo Aemilio & Arato. Cicero pro Ligario *Moveat te horum pietas, moveat germanitas.* Ut verum fatear, apud Ciceronem *Germana* ſoror eſt iiſdem parentibus prognata. Pro Domo, *Clodius cum ſorore Germana nefarium ſtuprum fecit.* Pro Fontejo *quum praeſertim Virgo Germana fratrem amplexa teneat.* Gebhardus. Vide infra ad 5. 1. 2. *Boſius.*

4 *Habere*] Leid. *habuiſſe.*

5 *Uterentur.*] Sic quoque Cod. Dan. In aliis Ed. legitur *Utentur.*

6 *At id quid. noſtr. morib. nefas hab.*] Id eſt, turpe. Dicit *noſtris moribus*, quia probra & opprobria alia natura turpia habentur, *l. Probrum.*

matrimonio: quippe cum ejus cives eodem [1] uterentur inſtituto. [6] At id quidem noſtris moribus nefas habetur.

42. *D. de verb. ſignif.* Ubi Ulpianus ait, *quaedam civiliter, & quaſi more civitatis* turpia eſſe. Quare etiam in *L. continuus*, 137. §. *Cum quis. D. de verb. oblig.* ut recte notat Hotom. impoſſibilia appellantur. Inter ea autem eſt, ſororem habere in matrimonio, *L. Si ſtipulor* 35. *D. de verb. oblig.* §. 2. *Inter eas. Inſtit. De nupt.* Qui deſumtus eſt ex *L. Libertinus.* 8. *D. De ritu nupt.* Adde *L.* 17. eod. tit. & *L.* 17. *C. de nupt.* Item *L. ult. D. de Condict. ſine cauſ.* & Cujac. XVI. *obſerv.* XXXVII. Patri cum filiabus & matri cum filiis nuptias a variis gentibus fuiſſe conceſſas multis exemplis probat Covarruvias Ictus Tom. 1. Part. 2. §. 2. n. 9, 10, & 15. Cui adde Euſeb. Praeparat. Euang. Lib. 2. C. 1. p. 48. & Clem. Alexandrin. L. 3. Stromat. p. 431. Ubi Xanthus dicit, Magos cum matribus & filiabus coire: item cum ſororibus. Pertinent huc quoque, quae Theodoretus ſerm. 9. Lib. de Graec. affect. Curat. p. 614. ſcribit: *Perſae, inquit, ex Zaradae legibus viventes & matribus & ſororibus & filiabus quoque ſuis miſcebantur, & rem injuſtiſſimam juſtae legis loco habebant:* ſimilia de Perſis Cteſias refert apud Tertullian. in Apologet. L. 11. Cap. 5. p. 103. *Ernſtius.* V. & Briſſonium de regno Perſarum L. 2. p. 229. laudatum a cl. Haverkampio. Hunc Perſarum & Medorum morem acceptum refert Semiramidi Conon Narr. 9. apud Photium Biblioth. p. 428. 429. ubi vide, quae de hoc more notantur ab interpret. Adde & Doctiſſ. Elſner. ad Epiſt. 1. Pauli ad Corinthios Cap. 5. comm. 1. p. 90. & 91. nec non Menagium ad Diogen. Laert. praef. p. 6. ſect. 7. Verum haec non ſunt hujus loci; hic enim agitur de Nuptiis inter fratrem & Sororem Germanam contractis. Herodianus tamen Lib. 1. Cap. 5. dicit Ptolemaeum Philadelphum contra Macedonum & Graecorum leges ſororem ſuam duxiſſe: & Nuptias haſce vehementer exagitat utpote Barbaris quidem, qui nulla lege tenebantur, non vero Graecis dignas, Euripides in Andromache *vs.* 175. ubi vide Scholia: quae loca intelligenda ſunt de ſororibus ex eodem patre ac matre natis, quemadmodum hae nuptiae apud Aſſyrios & Perſas fieri ſolebant, apud Graecos vero prohibitae, V. ill. Spanhem. ad Julian. Imper. Orat. 1. p. 89. Heic vero recte Interpretes, & ad vitam Cimonis Cap. 1. obſervarunt, per ſororem *Germanam* intelligi ὁμοπατρίαν i. e. ex eodem tantum patre natam, quae nuptiae apud Athenienſes fuere licitae, teſte ipſo auctore noſtro. Adde Popmam ad Curtium L. 4. Cap. 10. n. 28. & Illuſt. Spanh. ad Juliani Imp. Orat. 1. p. 90. & 91. Pro *id quidem.* Leid. *id quod* non invenuſte, ſic in Alcib. Cap. 4. *&, id quod uſu venerat.* in Regib. Cap. 2. *&, id quod in tyranno non facile reperitur.* Cic. 1. ad Fam. Ep. 2. *id quod factum eſt.* Sic in Conone Cap. 5. in Mſſ. Cod. A. *Id quod minus diligenter eſſet celatum:* Ubi tamen non aſpernanda eſt vulgata lectio. Add. Cort. ad Salluſt. Cat. 30. n. 26.

tur. [1] Laudi in Graecia ducitur [2] adoleſcentulis, quam plurimos habere amatores. [3] Nulla [4] Lacedaemoni tam

[1] *Laudi in Graecia ducitur*] Hujus conſuetudinis meminit & Noſter infra in Alcibiade cap. 2, 2. De iſthoc amore Socratis quatuor elegantiſſimas diſſertationes apud Maximum Tyr. habes, ubi plura invenies, quae ad morem illum illuſtrandum pertinent. Plurimum ſane Athenienſes tribuiſſe pulchritudini atque amoribus, certum eſt: & inde potiſſimum Socrates philoſophandi captavit cauſſas. Neque enim aliunde rectius occaſiones diſputationum graviſſimarum, quam iis ex rebus petendas exiſtimabat, quas praecipue aeſtimarent omnes, iisque darent operam. *Buchner*. Adde Platon. & Xenoph. in Sympoſ. Cicer. Tuſc. 5, 33. Alcinoum Cap. 26. & Plutarch. apophtegm, Lacon. *Lambino & Magio* laudatos. *Bos*.

2 *Adoleſcentulis*] Leid. *Adoleſcentulos*; omittitur in Mſſ. Oxon. *Habere am.* Cod. Dan. *habuiſſe*.

3 *Nulla Lacedaem. tam. e. n. vid.*] Haec non pro ejus aetatis ratione dicuntur, cum Lycurgi adhuc legibus ſtaret civitas, per quas neque ſpectare ſaltem Comoedias Tragoediasque fas erat, ut Plutarchus in Inſtitutis Laconicis docet: ſed cum calcata diſciplina veteri atque duritie in luxum atque delicias prolapſa eſſet, quod ſub Leonida Agideque regibus contigiſſe, & per mulieres quidem maxime, Plutarchus in Agide obſervat, cujus verba Magius produxit. Quanquam & ab initio ſtatim intemperanter admodum vixiſſe Lacedaemoniorum faeminas & luxurioſe; & conatum quidem Lycurgum eas ſubjicere legibus, ſed tamen coactum deſiſtere, quod repugnarent, Ariſtoteles auctor eſt lib. II. Politic. cap. VII. Qua de cauſſa & Plato quoque lib. I. de LL. (p. 637.) Lacaenarum ἄνεσιν ſive licentiam perſtringit. *Buchner*. Ad hujus loci explicationem multa diſſerit Magius, & cum primo de *coena* pro *ſcena* ſuſpicatus eſſet, mox ad corruptionem ſequioris aevi refert, quod priſca Lacedaemoniorum lege fuit prohibitum. Idem Lambinus facit. Doctiſſimus vir nobisque amiciſſimus, Jo. Freinshemius, cujus animadverſiones nobis communicatas paſſim inſeremus, ita ad haec verba. *Ad ſcenam eat. aſcita, arbitror, ſicut ſub Impp. Romae. Sed quaenam illa phraſis: ad ſcenam ire? videtur ne ſatis Latina? an fuit, ad coenam? de qua re nonnihil ad Curt. 5, 7, 2 ſed haec tantum leviter dubito. Scenam inire* eſt apud *Tacitum* 15. A. 39, 3. Atque hoc ſenſu *ad ſcenam ire*, fuerit idem quod mox Noſter dicit: *in ſcenam prodire*. De cetero, etiam ſpectatores interdum mercede conductos, teſſerasque in uſu antiquitus fuiſſe, unde ſpectatores aliquid lucrarentur, probabili ratione diſputat *Laur. Pignorius de ſervis p.* 162. *& ſeq.* Sed, an hoc ad Laced. vid. pertinere poſſit, amplius diſpiciendum eſt. *Boecler*. Vir diffuſiſſimae lectionis C. Barthius conjiciebat aliquando leg. *Nulla apud Athenaeas t. ſ. n. v. q. n. ad ſtivam eat. m. c.* Heraclidem adlegans, qui in De politiis p. 992. ed. Heinſ. refert, *in Ae-*

tam eſt nobilis vidua, quae [1] non ad ſcenam eat mercede conducta. [2] Magnis in laudibus tota fuit Graecia, [3] victorem Olympiae citari. [4] in ſcenam vero pro-

Athamanum regione mulieres terram colere, viros greges paſcere. Eoque referebat, quod mox ſequitur apud Nep. *partim HUMILIA habentur.* Sed vereor, ut hanc emend. admittant extrema verba, *mercede conducta.* Et cur ſolis viduis tribuiſſet, quod de feminis in univerſum Heraclides adfirmat? Ut taceam paullo longius hanc conjecturam a recepta omnium MSS. atque edd. lectione abire. *Boſius.*

4 *Lacedaemoni*] Utrumque uſitatum Latinis, ut & *Lacedaemone*, & *Lacedaemoni*, quaſi per adverbium dicant. Sic *rure & ruri* dicimus. *Martialis.*

Rure morans quid agam reſpondes pauca rogatus. Buchner.

1 *Non ad ſcenam*] an ut partes ibi accipiat, & adminiſtret; an ut proſtituat corpus? Nam meretrices in ſcenam atque theatrum producere & proſtituere impudicorum libidini, moris erat. De quo videndus Lipſius 1. Elector. cap. xi. Et hanc ob cauſſam Plautus apud Feſtum *ſcenicolas* meretrices dixit, ut quidem Govartius ibi legendum cenſet. Nam Scaliger & Turnebus aliter legunt, & interpretantur illum locum. *Buchner.*

2 *Magnis in laud. tota fuit Graecia*] Placet quod ſcripti libri, Schotto teſte, habent, atque in editionibus aliquot lego, *tota fere fuit Graecia.* Neque enim apud Graecos omnes eodem pretio habitos Olympionicas, vel illud indicat, quod apud Lacedaemonas pulchrius ac præſtantius atque adeo magis honorificum ſibi etiam femina exiſtimaverit, filium victorem in acie amiſiſſe, quam Olympionicam habere ſuperſtitem. Refert Plutarchus in apophthegmatis Lacaenarum pag. m. 242. Fortaſſis & vocula *in* transponi debet, ut ſit, *Magnis laudibus in tota fere fuit Graecia:* ut in eo quod mox ſequitur: *Nemini in iisdem gentibus fuit turpitudini.* & 15, 2, 3. *Boſius.* Leid. Cod. & Voſſian. A etiam habent *tota fere fuit Graecia*, in Chabria Cap. 1. in Mſſ. A. & B. item aliis P. Danieli inſpectis *uſque eo tota Graecia fama celebratum eſt*: de hac vero Elliptica locutione noſtro Auctori propria conſule Cel. Periz. ad Sanctii Minerv. L. 4. C. 6. n. 3. & Graecorum eſt imitatio Pind. O. Nem. 4. vs. 82. Θέτις δὲ κρατεῖ φθίᾳ Schol. v. ἀντὶ τῷ ἐν φθίᾳ v. Lamb. Bos de Ellip. L. Gr. p. 281. & Cl. Boſius in ſecunda editione ſuam de tranſpoſitione Præpoſitionis *in* omiſit obſervationem.

3 *Victorem Olympiae*] apud Olympios: in Graeciae Olympia: ubi Curules ludi quotannis in honorem Jovis celebrabantur: in quibus qui eſſet victor, Diis propemodum ipſis habebatur æqualis. Unde Horatius primo omnium carmine:

Sunt quos curriculo pulverem Olympicum
Collegiſſe juvat, metaque fervidis
Evitata rotis, palmaque nobilis
Terrarum dominos evehit ad Deos.

prodire, [1] & populo eſſe ſpectaculo, [2] nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini. [3] quae omnia apud nos [4] partim infamia, partim humilia, [5] atque ab hone-
6 ſtate remota, [6] ponuntur. [7] Contra ea pleraque noſtris

Et lib. IV. oda 11.

Sive quos Elea domum reducit
Palma coeleſtes.

Coeleſtes, id eſt: coeleſtibus ſive Diis proximos. Lege & Vitruvium prooem. lib. 9. Plin. 34, 4. Lucianum vero cumprimis de Gymnaſiis pag. 729. *Buchner*. Cicero pro Flacco cap. 13. *Olympionices, hoc eſt apud Graecos prope majus & glorioſius, quam Romae triumphaſſe*. Adde Pet. Fabrum in Agoniſtico 2, 16. *Boſius*. Mſſ. Oxon. *Victorum Victorem Olympiae*.

4 *In ſcenam vero prodire*] Eadem, ſi recte memini, apud Arnob. lib. VII. leguntur. Quo & Lactantii ſententia de Graecis pertinet: *Quid mirum*, inquit, *ſi ab hac gente univerſa flagitia manarunt, apud quam ipſa flagitia religioſa ſunt, eaque non modo non vitantur, verum & coluntur*: Adde Auguſtin. II. De civ. DEI cap. X. & eruditiſſimi Sam. Petiti, amici olim cariſſimi, *Comment. in leges Attic. pag. 74. cum ſeq.* Ubi facem obſcuro huic loco accendit. *Ernſtius*.

1 *Et populo*] Leid. *ac populo*.

2 *Nemini fuit turpitudini*] Virginibus tamen vitio datum in Graecia, prodire in ſcenam & in publico verſari, ut patet ex Euripidis Oreſte, Heraclidis & Iphigenia Aulidenſi. Item ex Menandro ac Nazianzeno libro de documentis virginum, & de Latinis e Seneca Tragico extremo Agamemnone. *Schefer.*

3 *Quae omn. ap. nos*] Romanos puta, quorum moribus infames habebantur, qui artis ludicrae & quaeſtus cauſſa in ſcenam aut certamen prodirent. Teſtatur L. 2. §. 5. ait Praetor. D. de his qui not. infam. itemque Cicero apud Auguſtin. lib. II. de Civit. Dei cap. XIII. *Buchner*. Adde Marcell. Donat. Dilucidat. ad Tacit. p. 124. & Sam. Petit. Comm. ad Leges Atticas p. 75. & ſeq. *Boſius*.

4 *Partim infamia*] Haec Mſſ. Ox. omittit.

5 *Atque ab honeſtate remota*] Arnob. lib. cit. pro eadem ſententia ait: *Quarum actores inhoneſtos eſſe, jus veſtrum, & inter capita computari judicavit infamia.* Vide Tertullian. de ſpectaculis. *Ernſt.*

6 *Ponuntur*] habentur. Translatio inſignis a calculatoribus ducta, qui prout calculum poſuerunt, ita valet. Alcibiade: *Ne ei par quiſquam in civitate poneretur.* ibid. *Quibus rebus effeciſſe, ut apud quoſcunque eſſet, poneretur princeps.* Annibale: *ſi non me in eo principem poſueris.* Valer. 3. 8. Ext. 6. *Reſpondit Dion, ſe vita malle excedere, quam metu violentos mortis amicos inimicosque juxta ponere.* Lib. 4. C. 3, 4. *Deinceps ex iis vocemus, quorum animus aliquo in momento ponendi pecuniam nunquam vacavit.* & ita aliquoties loquitur. Thraſybulo. *Dubito, an hunc primum omnium ponam* Gebhardus. Vid Ind. *Boſius*.

7 *Contra ea*] e priſco more Caeſar. Lib. 5. comm. de Bello Galli-

ſo

ſtris moribus ſunt decora, quae apud illos turpia putantur. [1] quem enim Romanorum pudet uxorem ducere in convivium? aut [2] cujus materfamilias non [3] primum locum tenet ædium, atque [4] in celebritate ver-

co cap. 29. *contra ea Tuturius ſero facturos clamitabat.* Lib. 3. de Bello Civil. cap. 74. *Contra ea Caeſar neque ſatis militibus perterritis confidebat.* Ipſe Nepos Alcibiade. *Contra ea ſi quid adverſi accidiſſet:* Iphicrate. *Contra ea mater Athenienſium*, ſic ibidem reſtituo. Epaminonda. *Contra ea ex una urbe noſtra* &c. quae tamen loca vulgo ſunt interpolata. *Gebhardus.* Satis erat dixiſſe *contra*, quae invulgata loquendi ratio eſt: Sed Nepoti noſtro plenius videbatur, ſi *contra ea* diceret; quemadmodum & alibi locutus eſt *Buchn.* Vid. Ind. v. *contra.* Boſius. In Iphicrate cap. ult. in MS. A. *contra ea mater Athenienſem.* & in Epamin. cap. 5. Livius lib. 2. cap. 60. *Contra ea, in Aequis inter conſulem ac militem* &c. v. & cl. Cort. ad Salluſt. Catil. cap. 3. n. 2.

1 *Quem en. Roman. pudet uxor. duc. in convivium*] Notanter accip. *uxorem.* nam virgines acerbae, i. e. immaturae arcebantur a conviviis, ut eſt apud Nonium *Boecl.* Adi, ſi Iubet, Muretum *lib.* VII. *Variar. Lection. cap.* 11. Et adde; nec apud alias gentes, mulieres cum viris accumbere, ut liquet ex Balſaſaris convivio, quod Daniel deſcribit *cap.* V. Et Herodis apud *Marcum* VI. 24. Quibus ex locis non male colligitur feminas in conviviis eorum non interfuiſſe. *Ernſtius.* Adde Lipſ. ad Ann. XI. Taciti, nota 10. Bernegger. ad Juſtin. 7, 3, 3. & quaeſt. CXI ad Germaniam Taciti. De Romanis teſtimonio eſſe ipſe Cicero poteſt 5. ad Attic. ep. 1. *Boſius.*

2 *cujus materf. non pr.*] MS. codex Dn. Boecleri & quidam editi *cujus non m. f. pr.* Boſius. Vetus Lectio, teſte Schotto *at cujus non materf.* Leid. *at cujus non matrifam.* Item Voſſ. C. & paullo ante pro *quem enim, eum enim.*

3 *Primum locum*] Atrium ipſum ſeu aulam, ubi & novae nuptae lectus genialis ſternebatur, & ipſae matres familias agere & lanas texere ſolebant, ut ex Aſconio in Milonianam, itemque Arnobio lib. 2. adv. gentes, conſtat. Vide Lipſ. lib. 1. Elect. cap. XVII. *Buchn.*

4 *In celebritate*] Celebritas quae pars ſit aedium, docet Schoppius *lib.* II. *veriſimil. cap.* X. *Ernſtius.* Adde Ind. *Boſius.* Adeant Juvenes Vorſtium ad Juſtin. L. 6, c, 9. & cl. Burm. ad Phaedr. l. 1. Fab. 6. *Locus celeberrimus* dixit noſter in Dione cap. 10. & addant Indicem Boſii.

1 *Neque in conviv. adhibetur*] Ita Cicero, Vitruvius, alii. vide Muret. var. lect. 7. 2. Magnus tamen Caſaubonus erroris arceſſit Nepotem, cum enim ad l. 8. Athenae. c. 9. Biotheam Nicocreontis uxorem correctione optima in convivium introduxiſſet, εἰς πότον (hoc enim ſubſtituit, cum eſſet, ποταμὸν) mox addit: *nam ſi quis objiciat ex Cornelio Nepote, foeminas in convivia more Graecorum non eſſe adhibitas;*

7 verſatur? quod multo fit aliter in Graecia. nam [1] neque in convivium adhibetur, niſi propinquorum: [2] neque ſedet niſi in [3] interiore parte aedium, quae [4] *gynaeconitis* appellatur, quo nemo accedit, niſi propinqua

bitas; in promtu ſunt Graecorum Scriptorum teſtimonia, quae contrarium ſaepiſſime factum arguant. Nihil autem dubitaverim aſſerere: Nepotis teſtimonio, de more univerſe accepto, nihil detrahere, quae haud dubie diverſa perſonarum, locorum, temporum, ceterarumque rerum, quibus conſuetudines aliquam diſſimilitudinem aut exceptionem patiuntur, conditione aliter acciderunt. *Boecl.* Locus Ciceronis in Verr. 1, 26. ubi Philodamus Graecus ipſe, & civitatis ſuae princeps *negat, moris eſſe Graecorum, ut in convivio virorum accumbant mulieres.* Vitruvii vero 6, 10. ubi de partibus aedificiorum Graecorum: *In his oecis fiunt virilia convivia. Non enim fuerat inſtitutum, matresfamiliarum eorum moribus accumbere.* Quae tamen lectio multis cauſſis mihi ſuſpecta eſt. Vide annon legendum ſit: *Non en. fert inſtitutum eorum, matresfamilias cum maribus accumbere.* Ut tranſpoſita fuerit vox *eorum*; ac duae illae *matresfamilias cum*, in unam *matresfamiliarum*, tranſierint. Mox. eod. capit: *Graeci andronas appellant oecos, ubi convivia virilia ſolent eſſe, quod eo mulieres non accedant.* Boſius.

1 *In conviv. adhib.*] Leid. in *Conv. a patre adh. Adhiberi* vero *in convivium* elegans eſt locutio Juſtin. L. 7. cap. 3. *Adhibitis in convivium ſuis ac filii uxoribus.* Virgil. 5. Aen. vſ. 63.

—— *Adhibete Penates,*
Et patrios epulis, & quos colit hoſpes Aceſtes.

2 *Neque ſedet*] commoratur, ſic recte dixit, *ſedet*: concluſae enim & velut adfixae thalamis ſuis apud Graecos agebant foeminae, texentes lanam, neque prodire inde fas erat, & cum viris verſari: qua de ratione plura notavit eruditus juvenis Janus Gebhardus lib. III. Crepund. Criticorum cap. XV. Cum itaque ibi ferme perpetuo ſedeant, facientes opus; recte dixit, *nec ſedet*, pro commoratur. *Buchn.* Verbum *ſedere* caſtarum faeminarum proprium illuſtravere Magnus Broukhuſius ad Propert. L. 2. EL. 14. vſ. 36. & cl. Burmannus ad Petron. Satyric. cap. 77. & ad Ovidium Heroid. Ep. 17. verſ. 16. De re ipſa conſule ſchol. Sophocl. Oed. Col. vſ. 328. vel 350. Cel. J. Perizon. ad Aelian. L. 8. cap. 7. & J. Lud. de la Cerdam ad Virg. L. 9. Aen. vſ. 648.

3 *In interiore parte*] Terentius Eun. act. III, ſc. V. ad iſtam ipſam rationem reſpiciens; *Edicit, ne vir quiſquam ad eam adeat: & mihi ne abſcedam, imperat; In interiori parte ut maneam ſolus cum ſola.* Buchn.

4 *Gynaeconitis appellatur*] Cod. Mendozii *Gynechorites* Leid. *Gynechorites appellantur.* Voſſ. A. *Gynechonites* C. *Gynechorites.* Dicitur *Gynaeconitis* & *Gynaeceum.* Vide Steweohium ad Vegetium L. 1. de Re Militari. cap. 7.

pinqua cognatióne conjunctus. [1] Sed plura perſequi 8
tum [2] magnitudo voluminis prohibet, tum feſtinatio, ut ea explicem, quae exorſus ſum. [3] Quare ad pro-

1 *Sed plura perſequi*] Vet. ed. Ultrajectina Schotto laudata: *Sed hic plura p.* MS. Boecleri: *Sed haec plura p.* Quod praefero. Ut *plura* idem ſit quod pluribus, prolixe. Quemadmodum in illo Virgilii *Multa gemens*; ac altero Caecinae ap. Cic. 6. ad fam. ep. 7. *multa Deos venerati ſunt.* Sic apud ipſum Nepotem, 7, 6, 1. *multa invectus in Thebanos*, id eſt, prolixe, longo ſermone. Vide Voſſ. de Conſtruct. c. 61. *Boſius.* Cod. Dan. & H. Steph. ad marg. Ed. Lutet. add. *Sed hic plura perſ.* Leid. *Sed haec plura perſ.* nec ibi *tum* legitur. MS. Ox. etiam *hic plura*; Voſſian A. *cum magnitudo* B. *Sed haec plura perſequi cum magn.* ſed *cum* abeſt a Cod. C. item *haec.*

2 *Magnitudo voluminis*] Quippe in quo non modo duces Graecorum, ſed Romanorum etiam ac aliarum gentium, quin quoslibet viros claros ante alios & excellentes, deſcribere erat ingreſſus. Itaque, exiguam partem illius praeſtantiſſimi operis habemus reliquam, quod totum *de Viris Illuſtribus* inſcripſerat, in aliquot libros diſtributum. Itaque & paullo poſt ait; *In hoc libro.* Nam in aliis libris perſequutus fuit eorum vitas, qui togae & pacis artibus praeſtitiſſent. Nec aliter Voſſius cenſuit, cum in Latinis hiſtoricis de Nepote exponit. Quam ſibi materiam autem in hoc libro tractandam ſumſerit, & quos poſuerit ſibi fines, tum infra cum de Regibus narrat, tum in Hannibale extremo ſignificat. Pari ratione, qua brevitatem ſcribendi excuſet, uſus Epaminonda cap. IV. *Buchn.* in MS. Longolii τὸ *prohibet* periodum claudit teſte Schotto. De voce *volumen* v. cl. Duker. de Latin. Juriſc. Vet. p. 101. pro *explicem* Leid. *explices.*

3 *Quare ad propos*] deſiderantur haec omnia in Ultraj. teſtante Schotto.

4 *Vitas*] *De vita* vetuſtiſſimi Codices, Magio, Schotto & Savarone auctoribus, legunt. itaque non eſt cur *vitas* legere malimus. Etſi enim utrumque recte dicitur, *exponere aliquid*, & *de aliquo*; tamen altera ratione & infra in Pelopidae principio uſus eſt. Nec obſtat quod in ſingulari numero *vita* potius quam *vitis* dixit. Nam & hoc ipſum Romani ſermonis ratio patitur, ut Hier. Magius aliquot exemplis oſtendit. Plane ita Julius Higinus libros ſuos DE VITA REBUSQUE ILLUSTRIUM VIRORUM inſcripſit, ut Gellius laudat l. V. c. XVII. Infra in Epam. quidem noſter ait: *quoniam uno hoc volumine vitas excell. Vir.* &c. Sed & ibi Danielis Codex non *vitas*, ſed *vitam* legit. *Buchn.* Illud *de vita* fuit etiam in MSS. P. Danielis & Dn. Boecleri. uterque ex optimis: modum vero loquendi Servius in I. Aeneidos laudans librum Corn. Nepotis, qui VITA ILLUSTRIUM inſcribitur. Ut omnino in textum recipiendum videatur. *Boſius.* *De vita* leg. etiam Cod. Leid.

propoſitum veniemus, & in hoc exponemus libro de vita *excellentium Imperatorum.*

Leid. & H. Steph. nec non MS. Oxonienſ. quam lectionem probat Munckerus ad Hygin. lib. 2. Aſtron. cap. 4. & pluribus exemplis confirmat cl. Cortius ad Salluſt. Cat. cap. 4. n. 3. & in textum recepe-runt ſuae editionis cl. Boſius & Cellarius, quos ſequi heic non dubitamus. Abeſt a Voſſ. A. B. ſed C. *de vita.*

MIL-

MILTIADES.

Cap. I.

MILTIADES 2 CIMONIS FILIUS ATHE- 1
NIEN-

Nolo tranſcribere, quae Janus Rutgerſius ὁ μακαρίτης convincendae Nepotis ἀνιστορησίαν Variarum Lectionum commentariis conſignavit: quae tamen cognoſcenda ſunt, ut ſe Lector ab iis erroribus, quos ei Nepos offuderit, expediat. *Gebhardus.*

1 *Miltiades*] Corn. Nepos expoſiturus de vita excell. Graeciae Impp. quare a Miltiade fecerit initium, ex Zoſimi hiſt. lib. 1. apparet. *Poſt expeditionem Trojanam*, inquit, *ad pugnam uſque Marathoniam nil praedicatione dignum Graeci geſſiſſe, vel adverſus ſe ipſos, vel alium quemquam videntur.* Itaque Miltiadem huic operi praeſultorem eſſe voluit, memor illius Pindarici: *cujuslibet operis in capite ſplendentem ac renidentem faciem eſſe oportere. I. Ravius.*

2 *Miltiades Cimonis filius*] Corn. Nepotem, priorem Miltiadem cum poſteriore confundere, & utriuſque geſta uni adſcribere, notavit & Rutgerſius *in Var. lect.* IX. & Petavius *lib.* III. *Part.* 1. *Rationarii temporum cap.* II. Vide *l.* IV. *Anthol. c.* XII. *Ep.* LXXXV. Sed contradicit iſti ſententiae Jo: Raven *Comm. ad c.* 1. *Milt. i.* De Miltiadis familia vide Dav Chytraei Chronolog. An. 3472. & Magii annot. in ejus vit. *Ernſtius.* Dion. Petavius Rat. Temp. III. 2. *dignum animadverſione errorem Corn. Nepotis exiſtimat*, quaſi h. l. *duos Miltiadas*, ſuperiorem illum, Cypſeli filium, cum juniore Cimonis, *confuderit*, & *utriuſque geſta adſcripſerit uni.* Nollem tanto viro excidiſſet tam acre judicium. Primo enim quod plures Miltiades fuerint, quem ex veteribus idoneum auctorem habet, praeter Herodotum? Aelianus enim iſte, quem illi addit, quique *var. Hiſtor.* XII. 35. tres fuiſſe ſic ſcribit; Μιλτιάδαι ἦσαν τρεῖς, ὁ τὸν χεῤῥόνησον κτίσας, καὶ ὁ Κυψέλου, καὶ ὁ Κίμωνος: Unde habet, praeterquam ex Herodoto, &, quod hactenus non obſervatum, peſſime intellecto? Herodotus enim qui *lib.* VI, 103. & *alt.* Miltiadem noſtrum, Cimonis F. a Miltiade Cherſoneſi conditore nominatum ſcribit, eundem hunc Cherſoneſi conditorem Cypſeli filium diſertis verbis appellat, eique a Cherſonitis, tanquam conditori ſacrificia & agonas nuncupata eſſe clariſſime commemorat. Confer. *cap.* 34. §. 1, & 38. §. 2. Quam recte ergo *Aelianus* Miltiades diſtinxerit, ſecutumque ſe jactet *Petavius*, manifeſtum eſſe credo. Ab uno ſcil. diſce omnes. Scio quae apud *Marcellinum in vita Thucydidis* legantur: ſed nec iſta quidem citare pro ſe *Petavius* voluit. Et unde Marcellinus niſi ex Herodoto, cujus ipſe fidem eodem loco ſatis elevat? *niſi*, inquit, *Herodotus mentitur.* Quo igitur argumento

majorum inſtitutis judicari: non admirabuntur, [1] nos in Grajorum virtutibus exponendis mores eorum ſe-
4 cutos. [2] Neque enim Cimoni [3] fuit turpe Athenienſium ſummo viro, ſororem germanam [4] habere in ma-

judicant, ita diverſae etiam opiniones naſcuntur inde; tum de aliis rebus, tum de honeſto & turpi. Itaque fit, ut aliis habeantur turpia, quae laudi dicuntur apud alios; atque his rurſus ſtatuantur infamia, quae alii contra honeſta maxime ponunt. Quod ex his quae conſequuntur, patere poteſt. In quibus uno atque altero exemplo prolato docet Graecorum mores a Romanorum diſciplina abire prorſus, & multa ibi probari, quae apud hos vitio cum primis dari ſolent. Lege & Platonem lib. 1. de Legib. p. 637. C. Plutarch. Themiſtocle p. 125. C. itemque Sextum Empiricum Pyrrhon. Hypotheſ. pag. 151. Quintilian. lib. 2. cap. 7. circa fin. & Maximum Tyrium diſſert. 1. pag. 3. Tale illud eſt, quod Curtius de Babyloniis narrat lib. 5. cap. 1. apud quos comitatem haberi refert, ſi quis corpus vulget; item quod de iis exponit, qui Natura regionem incolunt, apud quos fas erat parentes cum liberis coire. Locus eſt lib. 8. cap. 2. *Buchnerus.*

1 *Nos in Grajorum virtutibus exponendis*]. Verſus hexameter, quod genus plures proſa oratione ſcribentibus ſubinde exciderunt. Exempla collegit inter alios Barthius Adverſ. XI, 15. *Boſius.* Imo Latiniſſimis: vide Cl. Cort. ad Salluſt. Catil. Cap. 19. n 5. & quoties ipſi Ciceroni talia exciderint oſtendit Popma ad L. 1. ad Atticum Epiſt. 1. Pro *Mores eorum* Cod. Dan. *Mores gentium* Longol. Cod. *A. Sequutos.*

2 *Neque enim Cimoni*] Nempe Miltiadis filio, de quo Nepos infra in vita ejus eadem refert. *Ernſt.*

3 *Turpe fuit ſor. germ.*] Explicat M. Ant. Muretus lib. 7. Var. lect. cap. 1. & 2. & lib. 15. cap. 5. Turnebus lib. 17. Advor. cap. 13. & Gul. Xylander ad Plutarchi Cimonem. *Schottus. Sororem germanam ὁμοπάτριον*, eodem patre ſed diverſa matre natam recte alii explicant, hinc *Germanitas* Livio vinculum inter fratres, qui uno eodemque patre, diverſa nati matre cohaerent. Philippus apud eum lib. 40. cap. 8. *Subituram vobis aliquando germanitatis memoriam.* loquitur ad Perſen & Demetrium filios, quorum illum ex Gnathaemo ſartrice Argolica, hunc ex conjuge regia natum conſtat. Plutarch. in Paullo Aemilio & Arato. Cicero pro Ligario *Moveat te horum pietas, moveat germanitas.* Ut verum fatear, apud Ciceronem *Germana* ſoror eſt iiſdem parentibus prognata. Pro Domo, *Clodius cum ſorore Germana nefarium ſtuprum fecit.* Pro Fontejo *quum praeſertim Virgo Germana fratrem amplexa teneat.* Gebhardus. Vide infra ad 5, 4, 2. *Boſius.*

4 *Habere*] Leid. *habuiſſe.*

5 *Uterentur*] Sic quoque Cod. Dan. In aliis Ed. legitur *Utentur.*

6 *At id quid. noſtr. morib. nefas hab.*] Id eſt, turpe. Dicit *noſtris moribus*, quia probra & opprobria alia natura turpia habentur, *l. Probrum*,

42.

matrimonio: quippe cum ejus cives eodem [5] uterentur inſtituto. [6] At id quidem noſtris moribus nefas habetur.

42. *D. de verb. ſignif.* Ubi Ulpianus ait, *quaedam civiliter, & quaſi more civitatis* turpia eſſe. Quare etiam in *l. continuus*, 137. §. *Cum quis. D. de verb. oblig.* ut recte notat Hotom. impoſſibilia appellantur. Inter ea autem eſt, ſororem habere in matrimonio, *L. Si ſtipulor* 35. *D. de verb. oblig.* §. 2. *Inter eas. Inſtit. De nupt.* Qui deſumtus eſt ex *L. Libertinus.* 8. *D. De ritu nupt.* Adde *L.* 17. eod. tit. & *L.* 17. *C. de nupt.* Item *L. ult. D. de Condict. ſine cauſſ.* & Cujac. XVI. *obſerv.* XXXVII. Patri cum filiabus & matri cum filiis nuptias a variis gentibus fuiſſe conceſſas multis exemplis probat Covarruvias ICtus Tom. 1. Part. 2, §. 2. n 9, 10, & 15. Cui adde Euſeb. Praeparat. Euang. Lib. 2. C. 1. p. 48. & Clem. Alexandrin. L. 3. Stromat. p. 431. Ubi Xanthus dicit, Magos cum matribus & filiabus coire: item cum ſororibus. Pertinent huc quoque, quae Theodoretus ſerm. 9. Lib. de Graec. affect. Curat. p. 614. ſcribit; *Perſae*, inquit, *ex Zaradae legibus viventes & matribus & ſororibus & filiabus quoque ſuis miſcebantur, & rem injuſtiſſimam juſtae legis loco habebant*: ſimilia de Perſis Cteſias refert apud Tertullian. in Apologet. L. 11. Cap. 5 p. 103. *Ernſtius.* V. & Briſſonium de regno Perſarum L. 2. p. 229. laudatum a cl. Haverkampio. Hunc Perſarum & Medorum morem acceptum refert Semiramidi Conon Narr. 9. apud Photium Biblioth. p. 428 429. ubi vide, quae de hoc more notantur ab interpret. Adde & Doctiſſ. Elſner. ad Epiſt. 1. Pauli ad Corinthios Cap. 5. comm. 1. p. 90. & 91. nec non Menagium ad Diogen. Laert. praef. p, 6. ſect. 7. Verum haec non ſunt hujus loci; hic enim agitur de Nuptiis inter fratrem & Sororem Germanam contractis. Herodianus tamen Lib. 1. Cap. 5. dicit Ptolemaeum Philadelphum contra Macedonum & Graecorum leges ſororem ſuam duxiſſe: & Nuptias haſce vehementer exagitat utpote Barbaris quidem, qui nulla lege tenebantur, non vero Graecis dignas, Euripides in Andromache *vs.* 175. ubi vide Scholia: quae loca intelligenda ſunt de ſororibus ex eodem patre ac matre natis, quemadmodum hae nuptiae apud Aſſyrios & Perſas fieri ſolebant, apud Graecos vero prohibitae, V. ill. Spanhem. ad Julian. Imper. Orat. 1. p. 89. Heic vero recte Interpretes, & ad vitam Cimonis Cap. 1. obſervarunt, per ſororem *Germanam* intelligi ὁμοπάτριον i. e. ex eodem tantum patre natam, quae nuptiae apud Athenienſes fuere licitae, teſte ipſo auctore noſtro. Adde Popmam ad Curtium L. 4. Cap. 10. n. 28. & Illuſt. Spanh. ad Juliani Imp. Orat. 1. p. 90. & 91. Pro *id quidem.* Leid. *id quod* non invenuſte, ſic in Alcib. Cap. 4. *&* *id quod uſu venerat.* in Regib. Cap. 2. *&*, *id quod in tyranno non facile reperitur.* Cic. 1. ad Fam. Ep. 2. *id quod factum eſt.* Sic in Conone Cap. 5. in Mſſ. Cod. A. *Id quod minus diligenter eſſet celatum*: Ubi tamen non aſpernanda eſt vulgata lectio. Adi Cort. ad Salluſt. Cat. 30. n. 26.

tur. [1] Laudi in Graecia ducitur [2] adoleſcentulis, quam plurimos habere amatores. [3] Nulla [4] Lacedaemoni tam

1 *Laudi in Graecia ducitur*] Hujus conſuetudinis meminit & Noſter infra in Alcibiade cap. 2, 2. De iſthoc amore Socratis quatuor elegantiſſimas diſſertationes apud Maximum Tyr. habes, ubi plura invenies, quae ad morem illum illuſtrandum pertinent. Plurimum ſane Athenienſes tribuiſſe pulchritudini atque amoribus, certum eſt: & inde potiſſimum Socrates philoſophandi captavit cauſſas. Neque enim aliunde rectius occaſiones diſputationum graviſſimarum, quam iis ex rebus petendas exiſtimabat, quas praecipue aeſtimarent omnes, iisque darent operam. *Buchner.* Adde Platon. & Xenoph. in Sympoſ. Cicer. Tuſc. 5, 33. Alcinoum Cap. 26, & Plutarch. apophtegm. Lacon. *Lambino & Magio* laudatos. *Bos.*

2 *Adoleſcentulis*] Leid. *Adoleſcentulos*; omittitur in Mſſ. Oxon. *Habere am.* Cod. Dan. *habuiſſe.*

3 *Nulla Lacedaem. tam. e. n. vid.*] Haec non pro ejus aetatis ratione dicuntur, cum Lycurgi adhuc legibus ſtaret civitas, per quas neque ſpectare ſaltem Comoedias Tragoediasque fas erat, ut Plutarchus in Inſtitutis Laconicis docet: ſed cum calcata diſciplina veteri atque duritie in luxum atque delicias prolapſa eſſet, quod ſub Leonida Agideque regibus contigiſſe, & per mulieres quidem maxime, Plutarchus in Agide obſervat, cujus verba Magius produxit. Quanquam & ab initio ſtatim intemperanter admodum vixiſſe Lacedaemoniorum faeminas & luxurioſe; & conatum quidem Lycurgum eas ſubjicere legibus, ſed tamen coactum deſiſtere, quod repugnarent, Ariſtoteles auctor eſt lib. II. Politic. cap. VII. Qua de cauſſa & Plato quoque lib. I. de LL. (p. 637.) Lacaenarum ἄνεσιν ſive licentiam perſtringit. *Buchner.* Ad hujus loci explicationem multa differit Magius, & cum primo de *coena* pro *ſcena* ſuſpicatus eſſet, mox ad corruptionem ſequioris aevi refert, quod priſca Lacedaemoniorum lege fuit prohibitum. Idem Lambinus facit. Doctiſſimus vir nobisque amiciſſimus, Jo. Freinshemius, cujus animadverſiones nobis communicatas paſſim inſeremus, ita ad haec verba. *Ad ſcenam eat. aſtura, arbitror, ſicut ſub Impp. Romae. Sed quaenam illa phraſis, ad ſcenam ire? videtur ne ſatis Latina? an fuit, ad coenam? de qua re nonnihil ad Curt. 5, 7, 2 ſed haec tantum leviter dubito. Scenam inire* eſt apud *Tacitum* 15. A. 39, 3. Atque hoc ſenſu *ad ſcenam ire*, fuerit idem quod mox Noſter dicit: *in ſcenam prodire.* De cetero, etiam ſpectatores interdum mercede conductos, teſſerasque in uſu antiquitus fuiſſe, unde ſpectatores aliquid lucrarentur, probabili ratione diſputat *Laur. Pignorius de ſervis p. 162. & ſeq.* Sed, an hoc ad Laced. vid. pertinere poſſit, amplius diſpiciendum eſt. *Boecler.* Vir diffuſiſſimae lectionis C. Barthius conjiciebat aliquando leg. *Nulla apud Athenanas t. e. n. v. q. n. ad ſirvam eat. m. c.* Heraclidem adlegans, qui in De [illegible]litiis p. 992. ed. Heinſ. refert, *in A-*

tam eſt nobilis vidua, quae [1] non ad ſcenam eat mercede conducta. [2] Magnis in laudibus tota fuit Graecia, [3] victorem Olympiae citari. [4] in ſcenam vero pro-

Athamanum regione mulieres terram colere, viros greges paſcere. Eoque referebas, quod mox ſequitur apud Nep. *partim HUMILIA habentur.* Sed vereor, ut hanc emend. admittant extrema verba, *mercede conducta.* Et cur ſolis viduis tribuiſſet, quod de feminis in univerſum Heraclides adfirmat? Ut taceam paullo longius hanc conjecturam a recepta omnium MSS. atque edd. lectione abire. *Boſius.*

4 *Lacedaemoni*] Utrumque uſitatum Latinis, ut & *Lacedaemone*, & *Lacedaemoni*, quaſi per adverbium dicant. Sic *rure & ruri* dicimus. *Martialis.*

Rure morans quid agam reſpondeo pauca rogatus. Buchner.

1 *Non ad ſcenam*] an ut partes ibi accipiat, & adminiſtret; an ut proſtituat corpus? Nam meretrices in ſcenam atque theatrum producere & proſtituere impudicorum libidini, moris erat. De quo videndus Lipſius 1. Elector. cap. xi. Et hanc ob cauſſam Plautus apud Feſtum *ſcenicolas* meretrices dixit, ut quidem Govartius ibi legendum cenſet. Nam Scaliger & Turnebus aliter legunt, & interpretantur illum locum. *Buchner.*

2 *Magnis in laud. tota fuit Graecia*] Placet quod ſcripti libri, Schotto teſte, habent, atque in editionibus aliquot lego; *tota fere fuit Graecia.* Neque enim apud Graecos omnes eodem pretio habitos Olympionicas, vel illud indicat, quod apud Lacedaemonas pulchrius ac præſtantius atque adeo magis honorificum ſibi etiam femina exiſtimaverit, filium victorem in acie amiſiſſe, quam Olympionicam habere ſuperſtitem. Refert Plutarchus in apophthegmatis Lacænarum pag. m. 242. Fortaſſis & vocula *in* transponi debet, ut ſit, *Magnis laudibus in tota fere fuit Graecia:* ut in eo quod mox ſequitur: *Nemini in iiſdem gentibus fuit turpitudini.* & 15, 2, 3. *Boſius.* Leid. Cod. & Voſſian. A etiam habent *tota fere fuit Graecia*, in Chabria Cap. 1. in Mſſ. A. & B. item aliis P. Danieli inſpectis *uſque eo tota Graecia fama celebratum eſt*: de hac vero Elliptica locutione noſtro Auctori propria conſule Cel. Periz. ad Sanctii Minerv. L. 4. C. 6. n. 3. & Graecorum eſt imitatio Pind. O. Nem. 4. vs. 82. *Θέτις δὲ κρατεῖ φθίᾳ* Schol. v. *ἀντὶ τοῦ ἐν φθίᾳ* v. Lamb. Bos de Ellip. L. Gr. p. 281. & Cl. Boſius in ſecunda editione ſuam de tranſpoſitione Præpoſitionis *in* omiſit obſervationem.

3 *Victorem Olympiae*] apud Olympios: in Graeciae Olympia: ubi Curules ludi quotannis in honorem Jovis celebrabantur: in quibus qui eſſet victor, Diis propemodum ipſis habebatur æqualis. Unde Horatius primo omnium carmine:

Sunt quos curriculo pulverem Olympicum
Collegiſſe juvat, metaque fervidis
Evitata rotis, palmaque nobilis
Terrarum dominos evehit ad Deos.

prodire, [1] & populo eſſe ſpectaculo, [2] nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini. [3] quae omnia apud nos [4] partim infamia, partim humilia, [5] atque ab hone-
6 ſtate remota, [6] ponuntur. [7] Contra ea pleraque noſtris

Et lib. IV. oda II.

Sive quos Elea domum reducit
Palma coeleſtes.

Coeleſtes, id eſt: coeleſtibus ſive Diis proximos. Lege & Victruvium prooem. lib. 9. Plin. 34, 4. Lucianum vero cumprimis de Gymnaſiis pag. 729. *Buchner.* Cicero pro Flacco cap. 13. *Olympionices, hoc eſt apud Graecos prope majus & glorioſius, quam Romae triumphaſſe.* Adde Pet. Fabrum in Agoniſtico 2, 16. *Boſius.* Mſſ. Oxon. *Victorum Victorem Olympiae.*

4 *In ſcenam vero prodire*] Eadem, ſi recte memini, apud Arnob. lib. VII. leguntur. Quo & Lactantii ſententia de Graecis pertinet: *Quid mirum*, inquit, *ſi ab hac gente univerſa flagitia manarunt, apud quam ipſa flagitia religioſa ſunt, eaque non modo non vitantur, verum & coluntur*: Adde Auguſtin. II. De civ. DEI cap. X. & eruditiſſimi Sam. Petiti, amici olim cariſſimi, *Comment. in leges Attic. pag. 74. cum ſeq.* Ubi facem obſcuro huic loco accendit. *Ernſtius.*

1 *Et populo*] Leid. *ac populo.*

2 *Nemini fuit turpitudini*] Virginibus tamen vitio datum in Graecia, prodire in ſcenam & in publico verſari, ut patet ex Euripidis Oreſte, Heraclidis & Iphigenia Aulidenſi. Item ex Menandro ac Nazianzeno libro de documentis virginum, & de Latinis e Seneca Tragico extremo Agamemnone. *Schottus.*

3 *Quae omn. ap. nos*] Romanos puta, quorum moribus infames habebantur, qui artis ludicrae & quaeſtus cauſſa in ſcenam aut certamen prodirent. Teſtatur L. 2. §. 5. ait Praetor. D. de his qui not. infam. itemque Cicero apud Auguſtin. lib. II. de Civit. Dei cap. XIII. *Buchner.* Adde Marcell. Donat. Dilucidat. ad Tacit. p. 124. & Sam. Petit. Comm. ad Leges Atticas p. 75. & ſeq. *Boſius.*

4 *Partim infamia*] Haec Mſſ. Ox. omittit.

5 *Atque ab honeſtate remota*] Arnob. lib. cit. pro eadem ſententia ait: *Quarum actores inhoneſtos eſſe, jus veſtrum, & inter capita computari judicavit infamia.* Vide Tertullian. de ſpectaculis. *Ernſt.*

6 *Ponuntur*] habentur. Tranſlatio inſignis a calculatoribus ducta, qui prout calculum poſuerunt, ita valet. Alcibiade: *Ne ei par quiſquam in civitate poneretur.* ibid. *Quibus rebus effeciſſe, ut apud quoſcunque eſſet, poneretur princeps.* Annibale: *ſi tu me in eo principem poſueris.* Valer. 3. 8. Ext. 6. *Reſpondit Dion, ſe vita malle excedere, quam metu violentae mortis amicos inimicosque juxta ponere.* Lib. 4. C. 3, 4. *Deinceps ex iis vacemus, quorum animus aliquo in momento ponendi pecuniam nunquam vacavit.* & ita aliquoties loquitur. Thraſybulo. *Dubito, an hunc primum omnium ponam* Gebhardus. Vid Ind. *Boſius.*

7 *Contra ea*] e priſco more Caeſar. Lib. 5. comm. de Bello Galli-

co.

ſtris moribus ſunt decora, quae apud illos turpia putantur. [1] quem enim Romanorum pudet uxorem ducere in convivium? aut [2] cujus materfamilias non [3] primum locum tenet ædium, atque [4] in celebritate ver-

co cap. 29. *contra ea Tuturius ſero facturos clamitabat.* Lib. 3. de Bello Civil. cap. 74. *Contra ea Caeſar neque ſatis militibus perterritis confidebat.* Ipſe Nepos Alcibiade. *Contra ea ſi quid adverſi accidiſſet:* Iphicrate. *Contra ea mater Athenienſium*, ſic ibidem reſtituo. Epaminonda. *Contra ea ex una urbe noſtra* &c. quae tamen loca vulgo ſunt interpolata. *Gebhardus.* Satis erat dixiſſe *contra*, quae invulgata loquendi ratio eſt: Sed Nepoti noſtro plenius videbatur, ſi *contra ea* diceret; quemadmodum & alibi locutus eſt *Buchn.* Vid. Ind. v. *contra.* Boſius. In Iphicrate cap. ult. in MS. A. *contra ea mater Athenienſem.* & in Epamin. cap. 5. Livius lib. 2. cap. 60. *Contra ea, in Aequis inter conſulem ac militem* &c. v. & cl. Cort. ad Salluſt. Catil. cap. 3. n. 2.

1 *Quem en. Roman. pudet uxor. duc. in convivium*] Notanter accip. *uxorem.* nam virgines acerbae, i. e. immaturae arcebantur a conviviis, ut eſt apud Nonium *Boecl.* Adi, ſi Iubet, Muretum *lib.* VII. *Variar. Lection. cap.* 11. Et adde; nec apud alias gentes, mulieres cum viris accumbere, ut liquet ex Balſaſaris convivio, quod Daniel deſcribit *cap.* V. Et Herodis apud *Marcum* VI. 24. Quibus ex locis non male colligitur feminas in conviviis eorum non interfuiſſe. *Ernſtius.* Adde Lipſ. ad Ann. X. Taciti, nota 10. Bernegger. ad Juſtin. 7, 3, 3. & quaeſt. CXI ad Germaniam Taciti. De Romanis teſtimonio eſſe ipſe Cicero poteſt 5. ad Attic. ep. 1. *Boſius.*

2 *cujus materf. non pr.*] MS. codex Dn. Boecleri & quidam editi *cujus non m. f. pr.* Boſius. Vetus Lectio, teſte Schotto *at cujus non materf.* Leid. *at cujus non matrifam.* Item Voſſ. C. & paullo ante pro *quem enim, cum enim.*

3 *Primum locum*] Atrium ipſum ſeu aulam, ubi & novae nuptae lectus genialis ſternebatur, & ipſae matres familias agere & lanas texere ſolebant, ut ex Aſconio in Milonianam, itemque Arnobio lib. 2. adv. gentes, conſtat. Vide Lipſ. lib. 1. Elect. cap. XVII. *Buchn.*

4 *In celebritate*] Celebritas quae pars ſit aedium, docet Schoppius *lib.* II. *veriſimil. cap.* X. *Ernſtius.* Adde Ind. *Boſius.* Adeant Juvenes Vorſtium ad Juſtin. L. 6, c, 9. & cl. Burm. ad Phaedr. l. 1. fab. 6. *Locus celeberrimus* dixit noſter in Dione cap. 10. & addant Indicem Boſii.

1 *Neque in conviv. adhibetur*] Ita Cicero, Vitruvius, alii. vide Muret. var. lect. 7. 2. Magnus tamen Caſaubonus erroris arceſſit Nepotem, cum enim ad l. 8. Athenae. c. 9. Biotheam Nicocreontis uxorem correctione optima in convivium introduxiſſet, *εἰς πότον* (hoc enim ſubſtituit, cum eſſet, *ποταμὸν*) mox addit: *nam ſi quis objiciat ex Cornelio Nepote, foeminas in convivia more Graecorum non eſſe adhibitas,*

Dig

7 verſatur? quod multo ſit aliter in Graecia. nam [1] neque in convivium adhibetur, niſi propinquorum: [2] neque ſedet niſi in [3] interiore parte aedium, quae [4] *gynaeconitis* appellatur, quo nemo accedit, niſi propinqua

bitas; in promtu ſunt Graecorum Scriptorum teſtimonia, quae contrarium ſaepiſſime factum arguant. Nihil autem dubitaverim aſſerere: Nepotis teſtimonio, de more univerſe accepto, nihil detrahere, quae haud dubie diverſa perſonarum, locorum, temporum, ceterarumque rerum, quibus conſuetudines aliquam diſſimilitudinem aut exceptionem patiuntur, conditione aliter acciderunt. *Boecl.* Locus Ciceronis in Verr. 1, 26. ubi Philodamus Graecus ipſe, & civitatis ſuae princeps *negat, moris eſſe Graecorum, ut in convivio virorum accumbant mulieres.* Victruvii vero 6, 10. ubi de partibus aedificiorum Graecorum: *In his oecis fiunt virilia convivia. Non enim fuerat inſtitutum, matresfamiliarum eorum moribus accumbere.* Quae tamen lectio multis cauſſis mihi ſuſpecta eſt. Vide annon legendum ſit: *Non en. fert inſtitutum eorum, matresfamilias cum maribus accumbere.* Ut tranſpoſita fuerit vox *eorum*; ac duae illae *matresfamilias cum*, in unam *matresfamiliarum*, tranſierint. Mox. eod. capit: *Graeci andronas appellant oecos, ubi convivia virilia ſolent eſſe, quod eo mulieres non accedant.* Boſius.

1 *In conviv. adhib.*] Leid. in *Conv. a patre adb. Adhiberi* vero *in convivium* elegans eſt locutio Juſtin. L. 7. cap. 3. *Adhibitis in convivium ſuis ac filii uxoribus.* Virgil. 5. Aen. vſ. 63.

— *Adhibete Penates,*
Et patrios epulis, & quos colit hoſpes Aceſtes.

2 *Neque ſedet*] commoratur, ſic recte dixit, *ſedet*: concluſae enim & velut adfixae thalamis ſuis apud Graecos agebant foeminae, texentes lanam, neque prodire inde fas erat, & cum viris verſari: qua de ratione plura notavit eruditus juvenis Janus Gebhardus lib. III. Crepund. Criticorum cap. XV. Cum itaque ibi ferme perpetuo ſedeant, facientes opus; recte dixit, *nec ſedet*, pro commoratur. *Buchn.* Verbum *ſedere* caſtarum faeminarum proprium illuſtravere Magnus Broukhuſius ad Propert. L. 2. EL. 14. vſ. 36. & cl. Burmannus ad Petron. Satyric. cap. 77. & ad Ovidium Heroid. Ep. 17. verſ. 16. De re ipſa conſule ſchol. Sophocl. Oed. Col. vſ. 328. vel 350. Cel, J. Perizon. ad Aelian. L. 8. cap. 7. & J. Lud, de la Cerdam ad Virg. L. 9. Aen. vſ. 648.

3 *In interiore parte*] Terentius Eun. act. III, ſc. V. ad iſtam ipſam rationem reſpiciens; *Edicit, ne vir quisquam ad eam adeat: & mihi ne abscedam, imperat; In interiori parte ut maneam ſolus cum ſola.* Buchn.

4 *Gynaeconitis appellatur*] Cod. Mendozii *Gynechorites* Leid. *Gynechorites appellantur.* Voſſ. A. *Gynechonites* C. *Gynechorites.* Dicitur *Gynaeconitis* & *Gynaeceum*. Vide Stewechium ad Vegetium L. 1. de Re Militari. cap. 7.

pinqua cognatióne conjunctus. [1] Sed plura perſequi 8
tum [2] magnitudo voluminis prohibet, tum feſtinatio, ut ea explicem, quae exorſus ſum. [3] Quare ad
pro-

1 *Sed plura perſequi*] Vet. ed. Ultrajectina Schotto laudata: *Sed hic plura p.* MS. Boecleri: *Sed haec plura p.* Quod praefero. Ut *plura* idem ſit quod pluribus, prolixe. Quemadmodum in illo Virgilii *Multa gemens*; ac altero Caecinae ep. Cic. 6. ad fam. ep. 7. *multa Deos venerati ſunt.* Sic apud ipſum Nepotem, 7, 6, 1. *multa invectus in Thebanos*, id eſt, prolixe, longo ſermone. Vide Voſſ. de Conſtruct. c. 61. *Boſius.* Cod. Dan. & H. Steph. ad marg. Ed. Lutet. add. *Sed hic plura perſ.* Leid. *Sed haec plura perſ.* nec ibi *tum* legitur. MS. Ox. etiam *hic plura*; Voſſian A. *cum magnitudo* B. *Sed haec plura perſequi cum magn.* ſed *cum* abeſt a Cod. C. item *haec.*

2 *Magnitudo voluminis*] Quippe in quo non modo duces Graecorum, ſed Romanorum etiam ac aliarum gentium, quin quoslibet viros claros ante alios & excellentes, deſcribere erat ingreſſus. Itaque, exiguam partem illius praeſtantiſſimi operis habemus reliquam, quod totum *de Viris Illuſtribus* inſcripſerat, in aliquot libros diſtributum. Itaque & paullo poſt ait; *In hoc libro.* Nam in aliis libris perſequutus fuit eorum vitas, qui togae & pacis artibus praeſtitiſſent. Nec aliter Voſſius cenſuit, cum in Latinis hiſtoricis de Nepote exponit. Quam ſibi materiam autem in hoc libro tractandam ſumſerit, & quos poſuerit ſibi fines, tum infra cum de Regibus narrat, tum in Hannibale extremo ſignificat. Pari ratione, qua brevitatem ſcribendi excuſet, uſus Epaminonda cap. IV. *Buchn.* in MS. Longolii τὸ *prohibet* periodum claudit teſte Schotto. De voce *volumen* v. cl. Duker. de Latin. Juriſc. Vet. p. 101. pro *explicem* Leid. *explices.*

3 *Quare ad propos*] deſiderantur haec omnia in Ultraj. teſtante Schotto.

4 *Vitas*] *De vita* vetuſtiſſimi Codices, Magio, Schotto & Savarone auctoribus, legunt. itaque non eſt cur *vitas* legere malimus. Etſi enim utrumque recte dicitur, *exponere aliquid*, & *de aliquo*; tamen altera ratione & infra in Pelopidae principio uſus eſt. Nec obſtat quod in ſingulari numero *vita* potius quam *vitis* dixit. Nam & hoc ipſum Romani ſermonis ratio patitur, ut Hier. Magius aliquot exemplis oſtendit. Plane ita Julius Higinus libros ſuos DE VITA REBUSQUE ILLUSTRIUM VIRORUM inſcripſit, ut Gellius laudat l. v. c. XVII. Infra in Epam. quidem noſter ait: *quoniam uno hoc volumine vitas excell. Vir.* &c. Sed & ibi Danielis Codex non *vitas*, ſed *vitam* legit. *Buchn.* Illud *de vita* fuit etiam in MSS. P. Danielis & Dn. Boecleri. uterque ex optimis: modum vero loquendi Servius in I. Aeneidos laudans librum Corn. Nepotis, qui VITA ILLUSTRIUM inſcribitur. Ut omnino in textum recipiendum videatur. *Boſius. De vita* leg. etiam Cod. Leid.

Digitized by Google

propoſitum veniemus, & in hoc exponemus libro 4 de vita *excellentium Imperatorum.*

Leid. & H. Steph. nec non MS. Oxonienſ. quam lectionem probat Munckerus ad Hygin. lib. 2. Aſtron. cap. 4. & pluribus exemplis confirmat cl. Cortius ad Salluſt. Cat. cap. 4. n. 3. & in textum recepe-runt ſuae editionis cl. Boſius & Cellarius, quos ſequi heic non dubitamus. Abeſt a Voſſ. A. B. ſed C. *de vita.*

MIL-

[1] I. MILTIADES.

CAP. I.

MILTIADES [2] CIMONIS FILIUS ATHENIEN- [1]

Nolo transſcribere, quae Janus Rutgerſius ὁ μακαρίτης convincendae Nepotis ἀνακριβείας Variarum Lectionum commentariis conſignavit: quae tamen cognoſcenda ſunt, ut ſe Lector ab iis erroribus, quos ei Nepos offuderit, expediat. *Gebhardus.*

1 *Miltiades*] Corn. Nepos expoſiturus de vita excell. Graeciae Impp. quare a Miltiade fecerit initium, ex Zoſimi hiſt. lib. I. apparet. *Poſt expeditionem Trojanam*, inquit, *ad pugnam uſque Marathoniam nil praedicatione dignum Graeci geſſiſſe, vel adverſus ſe ipſos, vel alium quemquam videntur.* Itaque Miltiadem huic operi praeſultorem eſſe voluit, memor illius Pindarici: *cujuslibet operis in capite ſplendentem ac renidentem faciem eſſe oportere. I. Ravius.*

2 *Miltiades Cimnnis filius*] Corn. Nepotem, priorem Miltiadem cum poſteriore confundere, & utriuſque geſta uni adſcribere, notavit & Rutgerſius *in Var. lect.* IX. & Petavius *lib.* III. *Part.* I. *Rationarii temporum cap.* II. Vide *l.* IV. *Anthol. c.* XII. *Ep.* LXXXV. Sed contradicit iſti ſententiae Jo: Raven *Comm. ad c.* I. *Milt. i.* De Miltiadis familia vide Dav Chytraei Chronolog. An. 3472. & Magii annot. in ejus vit. *Ernſtius.* Dion. Petavius Rat. Temp. III. 2. *dignum animadverſione errorem Corn. Nepotis exiſtimat,* quaſi h. l. *duos Miltiadas*, ſuperiorem illum, Cypſeli filium, cum juniore Cimonis, *confuderit*, & *utriuſque geſta adſcripſerit uni.* Nollem tanto viro excidiſſet tam acre judicium. Primo enim quod plures Miltiades fuerint, quem ex veteribus idoneum auctorem habet, praeter Herodotum? Aelianus enim iſte, quem illi addit, quique *variar. Hiſtor.* XII. 35. tres fuiſſe ſic ſcribit; Μιλτιάδαι δὲ τρεῖς, ὁ τὴν χερρόνησον κτίσας, καὶ ὁ Κυψέλου, καὶ ὁ Κίμωνος: Unde habet, praeterquam ex Herodoto, &, quod hactenus non obſervatum, peſſime intellecto? Herodotus enim qui *Hiſt. lib.* VI, 103. & *alib.* Miltiadem noſtrum, Cimonis F. a Miltiade Cherſoneſi conditore nominatum ſcribit, eundem hunc Cherſoneſi conditorem Cypſeli filium diſertis verbis appellat, eique a Cherſonitis, tanquam conditori ſacrificia & agonas nuncupata eſſe clariſſime commemorat. Confer. *cap.* 34. §. 1, & 38. §. 2. Quam recte ergo *Aelianus* Miltiades diſtinxerit, ſecutumque ſe jactet *Petavius*, manifeſtum eſſe credo. Ab uno ſcil. diſce omnes. Scio quae apud *Marcellinum in vita Thucydidis* legantur: ſed nec iſta quidem citare pro ſe *Petavius* voluit. Et unde Marcellinus niſi ex Herodoto, cujus ipſe fidem eodem loco ſatis elevat? *niſi*, inquit, *Herodotus mentitur.* Quo igitur argumento

Digitized by Google

NIENSIS, cum & [1] antiquitate generis, [2] & gloria

mento patet error Nepotis? juxta *Aelianum* ac *Petavium* vix alio quam ex Herodoti Eratone. Ita ſcil. convincemus omnes, qui ab Thurio iſto apud veteres etiam non uſquequaque bonae fidei, ſic diſcedunt, ut tutiora interim vera oraque conſectentur. An exiſtimat *Petavius*, Herodotum, tam vulgarem ipſa celebritate ſcriptorem, aliosque illorum temporum, auctori noſtro non lectos? Aut, ἐξ ἁμαρτήματος μνημονικοῦ, in tam clara, verbisque exſcriptiſſima Herodoti hiſtoria, tum, quandò de Miltiade noſtro commentabatur, labi tam enormiter potuiſſe? An *Petavius* non recordatur ejus, quod *T. Livius in prooem.* de novis deſtinati operis tanti ſcriptoribus affirmat, eos *ſemper in rebus certius aliquid ſeſe allaturos credere*? An oblitus eſt, tam ſaepe hoc profeſſum ab auctore noſtro? Annon toto libro, & in ſingulis iſtis deprehendit excellentibus Graeciae viris, quam alia aliaque memoriae prodita ſint? Et quo loco Cornelium habet, quem omnes boni magnique auctores, etiam fidei cauſſa, ipſi certè veteres tantopere hucusque ſuſpexerunt? Quid ergo? Diſſenſum demonſtrare *Petavius* poteſt, errorem non poteſt. Atque illum ſcimus omnes, & videmus. *Rave.* Abeſt *filius* a MS. Leid. haud abſurde: in Regib. cap. 1. *Darius Hiſtaſpis filius* in Cod. MS. A. *Darius Hirtapſi* omiſſa voce *filius* ſed *Hirtapſi* male ibi, ut omnia verba peregrina, pro *Hiſtaſpis* deſcriptum legitur. De hac Ellipſi conſulendi ſunt Doctiſſ. Munck. ad Hygin. fab. 14 & 81. & ad Lactant. Narr. Ovid. lib. 6. fab. 3. & cl. Duker. ad Florum l. 2. cap. 6. §. 19. Prima vero cujusque Nepotis libri verba titulum eſſe putat Joh. Schefferus Ep. 5. ad N. Heinſium, id in ſequ. Epiſt. reſponſoria probantem. MS. Bernard. pro titulo habet de *Miltiade*, de *Themiſtocle* & ſic de caeteris: MS. Bibl. ſſ. Trin. *Vita Miltiadis*, *Vita Themiſtoclis* &c.

1 *Antiquitate generis*] *Nobilitate*. Non poſſum audire virum doctiſſ. qui antiquum h. l. pro *nobili* interpretabatur, ductus auctoritate Servii ad haec Aeneid. 2. *Antiqua Metabus cum excederet urbe*. Cur enim nolimus plano verborum ſenſu uti ad intelligenda interiora hiſtoriae? Nam, ut de Aeaco taceam, ad Codrum referunt Miltiadis genus veteres quique ſcriptores, auctorem certe eum, cujus nomen quoque pro argumento vetuſtatis erat. Proverbio enim dicebatur πρεσβύτερος Κόδρου Suidas paraemiam interpretatur ἀντὶ τοῦ πάνυ παλαιοῦ. Idem & Heſychius & Tarrhaeus. Illuſtrat quoque Diogenianus Centur. 487. 7, 45. opere Adag. Graec. Schotti. Nobilitatem vero Noſter minime praeterit, quam generis mentione ſatis indicatam fecit. *Ravius*. Ab ipſo Aeaco uſque Jovis filio repetebatur: teſtis Herodotus lib. VI. Sed de Miltiadis gente intricatiſſimum negocium eſt: multusque in explicando eo Reineccius fuit. Quam bene & feliciter, oſtendunt ea, quae J. Rutgerſius fuſe & accurate ſuper ea re diſputavit lib. I. V. L. cap. IX. *Buchner*. Adde Ubb. Emmium append. genealog. p. 29. Ad Codrum quoque Miltiadis

Digitized by Google

ria majorum, & ſua [1] modeſtia, unus omnium maxime [2] floreret; [3] eaque eſſet aetate, ut non jam ſolum de eo bene ſperare, ſed etiam confidere cives poſſent ſui, [4] talem futurum, qualem cognitum judicarunt:

dis genus veteres quique ſcriptores referunt: cujus nomen quoque pro argumento vetuſtatis erat. Unde Proverb. *εὐγενέστερος κόδρου. Boſius.* Ad Ajacem referre genus dicuntur Miltiades & Cimon una cum Alcibiade & Thucydide in Scholiis Pindari O. Nem. 2. vſ. 19. ſed de cognatione Miltiadis & Thucydidis vidi Interpretes ad Marcellinum de vita Thucydidis pag. 1 & 2. ubi plura de Miltiadis ortu videbis notata.

2 *Gloria majorum*] Propter tum eund. Codrum, de quo Vellej. I, 2. *Codrum cum morte aeterna gloria, Athenienſes ſecuta victoria eſt:* tum propter ejus poſteros, qui per CCCVII. annos non interrupta ſucceſſione digni ab Athenienſibus habiti ſunt. *Rave.*

1 *Modeſtia*] Magnam haec nobilitati apud plures gratiam ac favorem circumdat, & expedito eſt adminiculo ad vota perveniendi. De Nerone Germanici F. Tacit. IV. Ann. 15. *aderant juveni modeſtia ac forma principe viro digna.* Gebhardus. In virtutibus cujuſque magni hominis, quae princeps eſſet, a ſcriptoribus diligenter indicatum. Hujusmodi in Miltiade erat *Modeſtia* h. e. *moderatio.* Ita enim capienda h. l. vox eſt. Sic autem & Jul. Capitol. accipit in Antonino Philoſopho c. 6. §. ult, *Tanta erat Marci probitas, & tanta in Imperatorio principatu modeſtia.* Civilis Ingenii virtus eſt, oppoſita ſuperbiae, ambitioni, arrogantiae, ἀκολασία, ceteriſque vitiis, & *ingenita* alias, ut Salluſtius ait, *Nobilibus malo*, & novorum plerumque in poteſtate. Vide Liv. 8, 33. Laudatur vero in principibus viris, quo rarior illa virtus eſt, &c. Praeſtitit autem civilitatem ac moderationem Miltiades tota vita: cum in Cherſoneſo officia iiſdem, a quibus profectus erat, exhiberet, c. 2, 3. *amici rem* ſeſe demonſtrans *omnium libertati quam ſuae dominationi* c. 3. 6. & uſque adeo comem, ut nemo tam humilis eſſet, cui non ad eum aditus pateret c. 8. 4. Laudat hanc in Miltiade virtutem Ariſtides quoque Rhetor longe pluribus Platonic. 1. & confert cum ſuperbia Pauſaniae ex honoribus & rebus ad Plataeas bene geſtis ſupra modum elati. *Ravius* in Voſſ. C. *Modeſtia.*

2 *Floreret*] celebris eſſet ac clarus. Et nota, quibus rebus ad magnam exiſtimationem pervenerit Miltiades; Nam I. *antiquitatem generis* nominat; omnibus enim rebus vetuſtas venerationem parit. II. *majorum gloriam*: nam veriſimile eſt naſci meliores ex melioribus. III. *modeſtiam*, per quam, ut Cicero. lib. II. de Invent. c. LIV. appoſite ſcribit; pudor honeſtus claram & ſtabilem comparat auctoritatem. *Buchnerus.*

3 *Eaque eſſet aetate*] Locutionem hanc illuſtrarunt Eruditi Lipſienſes in Actis M. Aprilis A. 1731. p. 195.

4 *Talem fut.*] Cod. P. Dan. *Talem eum fut.* MS. Oxon. addit *eſſe*, & pro *ut non jam ſol.* MS. Boecleri *ut jam non ſol.* Boſius.

runt: [1] accidit, ut Athenienſes [2] Cherſoneſum colo-
2 nos vellent mittere. Cujus generis quum magnus numerus eſſet, & multi ejus demigrationis peterent ſocietatem: [3] ex his delecti Delphos [4] deliberatum miſſi

1 *Accidit*] Longe aliter narrat Herodotus, a tempore & hiſtoria, tum Miltiadis ipſius, tum eorum quae ad Cherſoneſum & Lemnum geſta ſunt. Vide lib. VI. *Rau.* Vide J. Rutgerſ. l. 1. Var. Lect. c. 9. Sed heic quoque locum habent, quae paullo ante adverſus Petavium diſputata ſunt. Judicio certe & ratione, non errore, (noſtrum diſſentire manifeſtum eſt. *Boſius.*

1 *Accidit ut Athen. Cherſ. c. v m.*] Ad haec verba *Janus Rutgerſius* lib. 1. var. lect. cap. 9. cum ea recitaſſet, ſic annotat: *Equidem delector recitando tam vetuſtae puritatis verba: ſed tamen in tam paucis verſibus vide quot & quam immanes errores commiſſi ſint. Primum, quod Miltiadem Marathonium (demus enim clariſſimo viro id cognomen, quod olim divinus Plato illi tribuit) confundat cum Miltiade Cypſeli. Deinde, non voluerunt Athenienſes eo colonos ſua ſponte mittere, ſed eos ultro Cherſoneſi incolae, neceſſitate coacti petierunt. Tum autem, non ex Athenienſibus delecti ſunt, qui Delphos deliberatum irent, ut e verbis Corn. Nep. colligas; ſed ipſi Dolonci Reges ſuos eo miſerunt. Ad haec cum Thracibus armis dimicandum non fuit, qui ultro auxilia petitum venerant, ſed cum Apſinthiis, qui eos bello infeſtabant. Poſtremo Pythia, non, ut Nepos vult, nominatim Miltiadem eis ducem dedit, ſed tantum per ambages, ut ſolet, deſignavit.* Addit his *Rutgerſius*, eundem errorem Pauſaniam accuratae diligentiae ſcriptorem incurriſſe, cum in Eliacis aperte Miltiadem nepotem cum Patruo confundat. Legenda tota eſt diſſertatio viri eruditiſſimi de gente Miltiadis ad lucem Noſtro auctori foenerandam. *Boecl.* Conſule Celeb. Perizonium ad Aelian. lib. 12. V. H. cap 35.

2 *Cherſoneſum*] Thraciam intelligit, quam & magnam Strabo vocat. Nam ſunt & aliae Cherſoneſi, ut *Taurica*, ſive Scythica, in Euxino & Moeotide: *Aurea*, ſupra Gangem; & *Cimbrica*, quae Dania hodie appellatur. *Thracica* autem Aegaei maris eſt. *Buchn.* *Chenoneſum* Leid. Codices Voſſiani fere ſemper *Cherſoneſſum*, pro *Cherſoneſum*.

3 *Ex his,*] *Ex iis* Cod. Mend. Sic in praefat. in MSS. Codd. *hi* & *ii* ſunt confuſa, & infra plus ſemel.

4 *Deliberatum*] cum Deo conſultationem initum. *Deliberare* enim eſt cum Deo deliberationem habere atque inſtituere, referre, quod caeptandum eſt ad conſilium Oraculi. Nepos Themiſt. *Deliberantibus Pythia reſpondit, ut moenibus ligneis ſe munirent.* Cicero lib. 5. Quaeſtion. Tuſculan. *Pueris nobis Cn. Aufidius in ſenatu ſententiam dicebat, nec amicis deliberantibus deerat*, ipſum conſulentibus vel conſilium ipſius petentibus; ſic *conſultare* uſurpat Tac. 2. Annal. 54. *Sacerdos numerum modo conſultantium, & nomina audit.* Diodorus lib. 15. Πυθῶδέ τινας ἔπεμψεν ἐρησομένους τὸν θεὸν περὶ τῆς ἱκετείας. Nihil autem neque publicae neque

miſſi ſunt, [1] qui conſulerent Apollinem, quo potiſſimum duce uterentur. [2] Nam tum Thraces eas regiones [3] tenebant, cum quibus [4] armis erat dimicandum.

neque privatae rei ſine Oraculi auctoritate aggrediebantur. Juſtinus lib. 8. cap. 2. *Immemores prorſus, quod in dubiis rebus ſuis illo Deo etiam conſiliorum auctore uſi fuerant.* Et ſtatim. *Quod nihil ſine majeſtate numinis ejus aut privatae unquam aut publicae rei geſſerant.* Gebhard. Haec tautologiae quandam ſpeciem habent. Nam quid *deliberatum mittere* aliud eſt, quam mittere qui conſulant? *Deliberare* enim hic eſt non agitare conſilium ſuper aliqua re, ut vulgo accipitur; ſed conſulere, h. e. quaerere ex aliis quid faciendum. Infra 11, 2, 2: *Miſerunt Delphos conſultum, quidnam facerent, de rebus ſuis. Deliberantibus Pythia reſpondit* &c. *Budn.* Qua de cauſſa tamen nihil mali ſuſpicari aut mutare *Lambinus* aliique debuiſſent. Nemo enim ex quacunque περισσολογίᾳ aut ταυτολογία vitium conjectet. Nam ut earum ſaepe neceſſarius, ſaepe honeſtiſſimus locus eſt, ita in hoc ſimplici, lenique ſcriptionis genere maxime conveniens eſt. Imo *Ariſtides* Rhetor περὶ ἀφελοῦς λόγου *de ſimplici genere dicendi* hoc inter virtutes ejus Ideae, tanquam aliquod τρίτον, recenſet. Manu tamen, non faceo, & inſtar condimentorum, haec talia ferenda ſunt. *Rave.* Itaque Schoppius Veriſimil. 2, 10. & in Paradox. Liter. Epiſt. 5. illa, *qui conſulerent Apollinem*, ſine dubio adventitia, & ab aliquo adſcripta eſſe cenſebat, qui declarare volebat vim vocis *deliberatum*. Cujus conjecturam confirmare videtur cum MS. Cod. Ernſtianus, a quo eadem verba aberant: tum illud 1. 2. 6. *miſerunt Delphos conſultum, quidnam facerent de rebus ſuis*, & tamen cl. viro Jo. Ravio nihil mutandum videbatur. *Nemo enim*, inquit, *ex quacunque περισσολογία, aut ταυτολογία vitium conjectet. Nam ut earum ſaepe neceſſarius, ſaepe honeſtiſſimus locus eſt, ita in hoc ſimplici lenique ſcriptionis genere maxime conveniens eſt. Imo Ariſtides Rhetor περὶ ἀφελοῦς λόγου de ſimplici genere dicendi hoc inter virtutes ejus Ideae, tanquam aliquod τρίτον, recenſet.* Haec ille. Judicent, qui poſſunt, an brevitatis ſtudium, quod noſter ubique prae ſe fert, hanc ταυτολογίαν admittat. Mihi, ut ingenue dicam, quod ſentio, ſuſpecta eſt. *Boſius.*

1 *Qui conſ. Apoll.*] Haec verba deſunt in manu exarato Codice noſtro. Quod miris modis Schoppii conjecturam confirmat, lib. 11. Veriſimil. cap. x. *Ernſt.* Abſunt etiam a Leidenſi.

2 *Nam tum Thraces*] Dolonchi eo tempore Cherſoneſum obtinebant: Ii cum graviſſimo bello ab Apſinthiis premerentur, reges ſuos Delphos de belli exitu ſciſcitatum miſerunt, ut obſervavit Janus Rutgerſius. *Gebhardus.* MSS. Pet. Danielis & Ob. Giſanii: *namque tum Thraeces.* Vide hunc in Ind. Lucret. v. *Trace*: ubi & in aliis Noſtri locis ſic exaratum id nomen in Cod. ſuo eſſe teſtatur. *Boſius.* Leid. *idnamque tamen Thraces.*

3 *Tenebant*] vi, nullo juris titulo. Ergo itidem fortioris adventu illis erat cedendum. Caeſar lib. 1.

 de

3 dum. His conſulentibus [1] nominatim Pythia prae-
cepit ;

de Bello Civil. cap. 102. *Novis delectibus, ſi nemo premeret, Macedoniam tenere conaretur*: Cicero lib. 2. de offic. *Quum autem dominatu unius omnia tenerentur*. lib. 4. Epiſt. ad Marcellum. *Sed mihi crede, etiam is, qui tenet omnia, favet ingeniis*. Gebhardus.

4 *Armis er. dimic.*] Integre dictum, ex quo poſtea abſolute, *dimicare*. Maluit autem vel ideo pleniorem phraſin, quia cum *Thracibus* dimicandum erat. De quibus Vegetius ait 1, 28. *Thraces in tantum bellicoſos ſemper fuiſſe, manifeſtum eſt, ut ipſum Martem fabulae apud eos natum eſſe confirment*. Juſtinianus princ. Novellae XXVI: *Illud in confeſſo eſt, quod ſi quis Thracum regionem nominet, ſtatim una cum dicto virilitas quaedam animum, & militarium copiarum, bellorum ac pugnae, cogitatio ſubeat*. Hinc ergo noſter non *dimicare*, ſed *armis dimicare* dixit; adeoque ſi eſt (ut quidam exiſtimant) periſſologia, augendae rei cauſſa, & ſic in tempore adhibita eſt. *Rave*.

1 *Nominat*, *Pythia praec.*] Cum alias per flexuoſas ambages reſpondere oraculum ſolebat. Auctor, Scholior. Ariſtophan. Equiteſ. Τοῦτο δὲ παρόσον οἱ χρησμοὶ λοξῶς ἐκφέρονται ὑπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος. Andronicus Antiopa.

Ita ſeptuoſe dictio a Deo datur
Quod conſecutiorum ſapiens aegre conſulit.

Pacuvius Peribaea.

Flexa non falſa autumare dictio Delphis ſolet.

Idem Duloreſte,

Nihil conjectura quivi interpretarier,
Quorſum flexi voce contenderet.

Erat Pythia mulier quaedam, quae, ut ajunt, inſidens tripodi Apollinis paſſis cruribus; gravem ſubeuntem e ſpecu ſpiritum genitalibus recipiebat: & ita furore repleta, & capillum promittens, & ſpumam ex ore emittens, omnia alia committebat, quae inſanientes facere conſueverunt, ſicque verba Oraculi ſeu potius inſaniae reddebat. Scholiorum Graecorum auctor in Ariſtophanis Plutum οὐ δὲ δαίμων τις ἦν ὅπου κατακείμενος πύθων, ἀφ' οὗ ἡ Πυθία παρωνομάζετο, ὁ δὲ αὐτὸς ὁ Ἀπόλλων πύθιος ὀνομαζόμενος διὰ τὸ τοῖς πυνθανομένοις χρησμοὺς διδόναι, περὶ ὧν ἂν βούλοιντο. Cicero de Divinatione. *Nam terrae vis Pythiam Delphis incitabat*. Et ibidem Demoſthenes φιλιππίζειν Pythiam dicebat, id eſt quaſi cum Philippo facere. Hoc autem eo ſpectabat, ut eam a Philippo corruptam diceret. *Gebhardus*. Pythia virgo ſacerdos Apollinis, qui Pythius appellatus a Pythone ſerpente interemto. Haec quomodo Delphis, inſpirata a Daemone, cujus ſacra procurabat, oracula ediderit, docet Origenes lib. III. contra Celſum & Dionyſ. Longinus περὶ ὕψους ſect. XI. *Buchn*. Solebat autem ambage quadam, aut per τὸ λοξὸν τοῦ λόγου oracula ſua enunciare, unde & Apollo ipſe λοξίας dictus, tanquam qui intricata & flexiloqua diceret, teſtibus *Scholiaſtis* Pindari ac Sophoclis, *Servio* in VI. Aen. *Syneſio* in lib. de inſomniis, *Elia Cretenſi* Comm. in orat. 1, quae eſt adv. Julian. Apoſt. *Clemente*

ſcepit, ut Miltiadem ſibi [1] imperatorem ſumerent. Id ſi feciſſent, incepta proſpera futura. Hoc oraculi re- 4
ſponſo [2] Miltiades cum delecta manu [3] claſſe Cherſoneſum profectus, quum acceſſiſſet Lemnum, & incolas ejus inſulae ſub poteſtatem redigere vellet Athenienſium, [4] idque Lemnii ſua ſponte facerent, poſtulaſſet, illi [5] irridentes reſponderunt: tum [6] id ſe 5
factu-

mente Alex. Strom. lib. v. aliisque pluribus. Huic rei praeter *Homonyma*, *Amphibola*, & *Aenigmata*, inſerviebant *Allegoriae*, *Periphraſes*, omnisque alia ad ἀσάφειαν accommodata χρῆμα & figura. Hinc eſt, quod noſter tanquam praeter morem accidiſſe ſcribit, Miltiadem *nominatum* a Pythia, & quaſi *evocatum* (ut Romani loquuntur) fuiſſe, quae circumloqui alias & adumbrare haec talia aſſueſſet. *Rave.* Pro *Pythia* Leid. *Phitia.*

1 *Imperatorem ſumerent*] eligerent ſibique praeficerent. Sic Cicero ad Atticum dixit *ſumere Judicem.* & Verrina 9. *ſumere Imperatores. Gebhardus.* Hygin. fab. 23. *Alcinous ſe inter eos interpoſuit, ne bellarent: quem Judicem ſumpſerunt, qui eos in poſterum diſtulit.*

2 *Miltiades* c. d. ita Cod. P. Dan. ſed Leid. *id Miltiades dilectus* c. d.

3 *Claſſe*] Hoc in adverbii ſpeciem ponitur, pro eo quod nos dicimus, zu Schiffe. Sic paullo poſt: *cum ille domo navibus proficiſcens.* Caeſar 11. de B. Civ. cap. 33. *Ut neque pedeſtri itinere, neque navibus commeatu juvari poſſint.* Buchn. Pro *inſulae* Voſſ. C. *inſulatae.*

4 *Idque ut Lemnii*] MS. Boecl. *idque Lemnii.* Boſius. Leid. & Voſſ. A. B, C. *ut* etiam omittunt. haud abſurde, quoniam ſcriptores latiniſſimi hanc particulam poſt verba *oro*, *moneo*, *jubeo*, *poſtulo* & ſimilia ſolent omittere: conſule Ampliſſ. Cuperum. l. 1. Obſervat. cap. 19. cl. Dukerum ad Florum lib. 1. cap. 1. n. 15. & Oudendorp. ad Frontin. Lib. 1. Strat. c. 4. n. 26. quare & hoc ejicere non dubitavi.

5 *Irridentes reſpond.*] Reſponſum eſt cum conditione, ſed ea, quae *per rerum naturam*, *ut Paul.* l. III. Sentent. t. 4. §. 19. ait, *admitti non poteſt.* JCti *impoſſibilem* vocant, eodemque verbo Herodotus eam interpretatur IV. 40. Eſt a. non *pura abſolutaque negatio*, ſed cum irriſione quadam, ut noſter judicat, quia nihil ejus ſignificatur, quod dicimus, ſed verba omnia contrariae interpretationis ſunt. Eſt ergo ejus generis ironia, quae ex *rei natura* intelligitur. Fab. VIII. 6. *Rave.* Pro *irridentes* Voſſ. B. *irridentes.*

6 *Id ſe facturos.*] Leid. *id facturos.* & *ſe* abeſſe poteſt. ſic *ad te venire patiaris* omiſſo *me.* c. Boecl. in Themiſt. 9. v. J. Fr. Gron. L. 2. obſ. cap. 7. Munk. ad Hygin. f. 23. & 67. Cortius ad Salluſt. Cat. c. 17. n. ult. & nuper Tib. Wobkens L. 1. Lect. Tull. cap. 2. p. 9. Sic in Lyſandro cap. 3. in MS. Leid. & Voſſ.

facturos, quum ille domo navibus proficiſcens [1] vento aquilone [2] veniſſet Lemnum, [3] hic enim ventus [4] a ſep-

A. Sed ſentiebat id ſine ope deorum facere non poſſe, omiſſo *ſe*. In Dione cap. 6. in MSS. Leid. & A. *Namque aperuiſſe videbatur omnia in ſua poteſtate eſſe velle* in Vulg. Edd. *ſe omnia* &c: in Hamilcare cap. 1. in cod. MS. A. & *Ut quum Catulus negaret bellum compoſiturum* in Vulg. *n. q. C. n. ſe bellum comp.* in Attico cap. 9. ex cod. MS. & Cod. C. *& in eo laedendo aliquam conſecuturos ſperabant commoditatem.* In Conon. cap. ult. in Cod. B. *ſimulans ad regem eum mittere velle.*

1 *Vento aquil.*] Saepe ita loquitur Noſter, ut genus cum ſpecie conjungat. Ita paullo poſt (1, 2, 4.) dixit *Vento borea* & (1, 3, 1.) *Iſtro flumine*: In Alcibiade (7, 8, 1.) *Aegos flumen*; & In Eumene (18, 5, 1.) *apud Nilum flumen.* Quae eo pertinent, ut perſpicua fiat oratio, uti Lectori ne figatur aliqua crux, quae ipſum adfligat. *Buchn.* In praeſenti loco id ſimul obſervate, eſſe hic deſcripta *Pacti illius* cum Lemniis *verba*, in quo illi, ut tutius irriderent, curioſi fuerant, omniaque cavere volebant. Addunt ergo ad Aquilonem ſimul & Ventum, ne forte argutari Miltiades poſſet, & ſitum loci interpretari; volunt eum *navibus* proficiſci, ne terra eat. Decepti in ultimo, quod *domo* eum, non *Athenis*, vocabant. Et ſunt haec quoque talia in oratione minus neceſſaria, & quod tum vitioſum eſt, plerumque ſuperflua; in pactis autem, foederibus, & ſimilibus, cautelae. Itaque & Miltiades, dum ex pacto inſulam poſtulat, integre pleraque repetit verba, *Illi enim*, inquit, *dixerant*, *cum vento Borea*, *domo profectus*, *eo perveniſſet*, *ſeſe dedituros*: omittit de *navibus*, quod opere ac re ipſa praeſtabat: omittit ideo, ne anxius de jure ſuo videatur. Satis eſt ſibi, de *vento Aquilone* repetiſſe, ut id ſimul de *domo*, tanquam liquidi juris, obtruderet. *Rave.* Ceterum rem totam paullo aliter narrat Herodotus extremo libro VI. cujus verba prolixe adduxit Lambinus ad h. l. Zenobius additum ait, ſi profectus Athenis, *eadem die* Lemnum perveniret. ἔντις αὐθημερὸν Ἀθήνηθεν Βορέᾳ χρησάμενος καταπλεύσειεν εἰς τὴν Λῆμνον. *Boſius*. De hoc loquendi more vide Scaligerum ad Virgilii Catalecta init. Th. Munck. ad Hygin. fab. 19 & 140. & ad Anton. liberal. cap. 25. & 35. J. Brouckh. ad Propert. L. 2. El. 4. vſ. 4. & cl. Burm. ad Petron. cap. 43. & ſic Herod. 1. cap. 72. πρὸς βορέην ἄνεμον. c. 110. πρὸς βορέω τε ἀνέμου & cap. 174. πρὸς βορέω ἀνέμου Theocr. Idyll. 10. vſ. 46. ἐς βορέην ἄνεμον & ſic paſſim. Plura dabit cl. Cortius ad Salluſt. Jugurth. cap. 12. n. 5.

2 *Veniſſet*] Leid. *Veniſſent.*

3 *Hic enim ventus a ſept. o.*] *Andr. Schottus* in Ultrajectina editione annotatum eſſe ait: ſuppoſititium hunc verſum videri atque gloſſema eſſe. Neſcio tamen, an non ita ſoleat Nepos explicare, etiam quae non erant difficilia ſuppletu intellectuque; ut mox 1, 2, 4. pactum illud repetit, *illi enim dixerant.* Certe in Mſ. legitur ſicut editum eſt. *Boecl.*

Etiam

ſeptentrionibus oriens, ¹ adverſum tenet Athenis pro-
ciſcentibus. Miltiades ² morandi tempus non ha- 6
bens,

tiam Herodotus perinde ſubjicit, γὰρ Ἀττικὴ πρὸς νότον κεῖται, πολλὸν δὲ Λήμνου. *Boſius.*

4 *a Septentrionibus*] A ſeptentrionali mundi parte. Rectius autem ſeptentriones dicimus, quam *ſeptentrio.* Quamquam & iſtud quoque auctoritate haud careat. Nam ſi non ſatis recte dixero *ſeptembos*; neque *ſeptentrio* recte dixero. *Trio* enim ruſticorum lingua bos dicebatur, ut ex Varrone Gellius docet 11, 21. *Buchn.* Cod. P. Dan. & Leid. *ab ſeptentr.*

1 *Adverſum tenet*] Tranſlatio a militia, in qua directa acies contra alteram adverſum tenere, h. e. oppoſita eſſe recte dicitur. Cicero Philipp. *tenere locum agminis*, & ipſe Nepos (16, 4, 3.) *tenere alterum cornu.* *Adverſum* ergo *tenere*, ex adverſo ſtare. Quare cauſa nulla erat, cur quidam, quod minus intelligerent, obelo confoderent, aut Lambinus contra omnes libros interpolaret, *adverſum flatum emittit.* Tacit. 2. C. 54. *Germanicum in regreſſu ſacra Samothracum viſere nitentem obvii Aquilones depulere.* Nimis arctamus Linguae Latinae pomaeria, ſi inuſitatum loquendi genus quamvis probatum ſtatim exterminaverimus. Rem ita narrat Zenobius Κατωίττων ἐκ τῆς Ἀθηναίων ἐκλαβεῖν τὴν Λῆμνον εἶπεν ἐν Πελασγοῖς, οὗτοι αὐθωμερόν (de hac circumſtantia nihil Nepos) Ἀθηνᾶθεν βορέα χρησάμενος καταπλεύσαντος εἰς τὴν Λῆμνον, ἐκεῖθεν ἡ χώρας αὐτῆς. *Gebhard.* Vide Ind. *Boſius.* Hinc loca, ad quae iter facimus e regione poſita, dicuntur *adverſa* v. cl. Burm. ad Valer. Flacc. L. 1. vs. 493.

2 *Morandi tempus non hab.*] Nam ſi conſediſſet ibi, dediſſet ſpacium hoſtibus majores contrahendi vires, & opes ſuas in Cherſoneſo magis confirmandi. Quibus nondum ſatis validis ſupervenire, magnum ad victoriam momentum habere ſtatuebat. Pertinet igitur hoc ad prudentiam, quam infra in Miltiade noſter commendat. *Buchn.*

3 *Curſum direxit*] Navigationem, ὁ πλόος. Appoſite Graeci magiſtri. πλοῦ δὲ κυρίως ἐπὶ ὑγρῶν λέγεται. Caeſar 3. Civil. 25. *Si vel ad littora Apollinarium curſum dirigerent.* Curt. Lib. 10. *Inde Numidiae ſolitudinibus peragratis curſum Gades dirigere.* Paterculus Lib. 1. cap. 4. *Hujus claſſis curſum eſſe directum alii columbae antecedentis volatu.* Juſtinus 22. 5. p. *Agatocles curſum in Africam dirigit.* Cicero de Natura. *Ab Eteſiis ventis maritimi curſus celeres & certi diriguntur.* *Curſus* ergo maritima profectio. Curtius lib. 10. *Praeter vehi Alpes Italiaeque oram, unde in Epirum brevis curſus eſt* forſan ſic ſcripſit Catullus.

Divos quibus retinens in ſluminis undis lubus direct,
Ipſa levi fecit volitantem flumine curſum.

Quamvis non diffitear iſtud *currum* eſſe lepida a Graecis tranſlatione, qui navem ὄχημα, gubernatorem ἡνίοχον appellent, dictum: ut notat Muretus L. 2. Var. cap. 11. hinc *currere*, navigare. Flaccus Lib. 1. Argonaut. vs. 265.

Placido ſi currere fluctu
Pelea vultis

bons, [1] curſum direxit quo tendebat, pervenitque Cherſoneſum.

CAP. II.

1 Ibi brevi tempore [1] barbarorum [2] copiis disjectis, 2
[3] tota regione, quam petierat, potitus, [4] loca caſtellis

vs. 307.

Age, rumpe moras, dumque aequore toto
Currimus.

A mari ad terram tranſtulit Valerius Maximus Lib. 7. cap. 4. 5. *Quum alio curſum direxiſſet, ſubito ad Contrebiam reflexit.* Gebhardus. Poetis nihil familiarius v. Weitz. ad Valer. Flacc. L. 1. Argon. vs. 271. Graecorum eſſe imitationem certum eſt, qui τέμνειν de ipſa navi ſaepius dixere Vide praeter alios Schol. Triclin. ad Sophocl. Ajac. vs. 1102. & πείρω tranſire pro *pernavigare* inprimis Homerus uſurpavit, ut in Odyſſ. N. vs. 91. & 264. v. Schol. Apoll. Rhod. 2. Argonaut. vs. 326. unde & πόρος de ipſo mari dicitur, v. praeter Scholia, quae hic innuit Gebhardus, Ariſtophan. in Pluto vs. 521. Ill. Spanhem. ad Callim. H. in Delum. vs. 46. quare & ποντοπόρους σχεδίας dixit Eurip. Hecub. vs. 112. & ποντοπόρους ἀκάτους, vs. 445. Plura adderem, quae a terra ad mare tranſlata ſunt, ſed ἐπέχω. Simili, ut Noſter, utitur phraſi Juſtinus L. 31. cap. 2. *Navem conſcendit, curſumque ad Antiochum dirigit.* *dirigere greſſum* dixit Virg. 1. Aen. 405. & *curſum navis* dirigere 5. Aen. vs. 162. dirigere *Iter* Cic. 10. ad Fam. Ep. 11. *navem* Noſter in Chabr. c. 4. ſic ſaepius apud alios.

1 *Barbarorum c.*] *Barbarum c.* C. P. Dan. & Leid.

2 *Tota regione potitus*] Quae h. l. de verbo *potiri* adnotavit Lambinus, latius illuſtrata videbis in notis Cl. Oudendorpii ad Frontin. L. 2. Cap. 8. E. 6. n. 14.

3 *Copiis disjectis*] fuſis ac diſſipatis. Caeſar Lib. 1. Comm. de Bello Gallico cap. 25. *Phalange disjecta, gladiis diſtrictis in eos impetum fecerunt.* Cicero Attico *Nos disjecta manu pares adverſariis eſſe non poſſumus* Gebhardus.

4 *Loca caſtellis idonea*] Herodotus, lib. VI. ſcribit, Iſthmum Cherſoneſi Miltiaden praeſepſiſſe muro, & ita Apſinthios cohibuiſſe. Quo iſta procul dubio pertinent. Sed iſta omnia Herodotus de Cypſeli Miltiade, non de Cimonis exponit. *Caſtellum* autem munimentum minus eſt; majus *caſtrum* dicitur. Et oppidum quidem cum vallo, foſſa, & turribus cingitur, *caſtrum*; cum vicus, *caſtellum* appellatur. *Buchn.* Caſtellorum varius uſus ac finis: proprius tamen iſte Miltiadi erat propoſitus, contra barbarorum incurſiones eſſe proviſum; habere receptaculum, quo commeatus, praeda, aliaque trahendo bello conferrentur; & ponere quaſdam compedes ac fraenos, quibus δορύκτητοι continerentur in officio. Tale caſtellum innuit Diodorus lib. XIV. ubi Graeci reduces ex expeditione

contra

Digitized by Google

[c]ellis idonea [1] communivit: multitudinem, quam [ſe]cum duxerat, in agris collocavit: [2] crebriſque ex[c]urſionibus [3] locupletavit. [4] Neque minus in ea re [p]rudentia, quam felicitate, [5] adjutus eſt, nam quum [6] virtute militum [7] deviciſſet hoſtium exercitus, ſumma

[c]ontra Artaxerxem ſe reficiebant. Αὐτοὶ δὲ λόφον, inquit, ὀχυρὸν κατανειμάμενοι, τὴν χώραν ἐπόρθουν, καὶ τὰς ἀπολείας εἰς τοῦτον ἀθροίζοντες ᾤκησαν ἑαυτοὺς ἀνελάμβανον. Cicero alludit, *Cui templum illud fuit arx civium perditorum, receptaculum veterum Catilinae militum, caſtellum forenſis latrocinii.* Tacit. III. Ann. c. 74. *Medio cum delectis caſtella & munitiones idoneis locis imponeus, dux ipſe, arta & infenſa hoſtibus cuncta fecerat.* Curt. lib. VII. c. 10. *Haec* (ſex oppida) *omnia ſita ſunt in editis collibus; tum velut fraeni domitarum gentium.* Gebhard. De errore Nepotis, ut dixi, conſulendus Cel. Perizonius ad Aelianum L. 12. V. H. Cap. 35.

1 *Communivit*] Cod. P. Dan. & Leid. *communiit* item Voſſian A. C.

2 *Crebriſque excurſ. locuplet.*] Exemplum. Valerius Lib. 2. cap. 3. 3. *Nam cum Equitatui Campanorum excurſationibus Equites noſtri, quia numero pauciores erant, reſiſtere non poſſent.* Cicero de Provinciis *Via illa excurſionibus Barbarorum eſt infeſta.* Prolege Manilia: *cum una excurſio Equitatus perbrevi tempore totius anni vectigal auferre poſſit.* Gebhardus. Scilicet iſta coloniarum inter ceteras erat cauſa, τοῖς μὲν Ἕλλησιν ὑπερπληρῶσι γένηται τὰ περὶ τὸν βίον, *ut rerum copia Graeci hoc magis abundarent,* Iſocrat. Panath. Unde etiam qui ejuſmodi excurſionibus operam dabant, non λῃσταὶ ſed πορισταὶ dici volebant, ut eſt auctor Ariſt. de arte Rhet. 3, 2. Totum enim hoc belli & *Excurſionum* genus, latrocinium magis, ſi ex ſe aeſtimetur, quam juſtum bellum eſt, quodque ſe nulla cauſa tueri poteſt idonea, quam moribus illorum temporum; quibus adverſus eos, qui nullo amicitiae aut foederis jure continebantur, juſta omnis injuria erat, ut laedi, invadi, ſedibuſque ſuis ejici ultro poſſent, tantum ideo, quia etiamſi non inimici, *hoſtes* tamen (antiquo ſignificatu) id eſt, *exteri* forent. *Rave.*

3 *Locupletavit*] Alcibiad. *Ita praeda onuſti locupletato exercitu.* Ibid. *Glorioſius exiſtimans Barbarorum praeda locupletari quam Grajorum.* Ageſil. *Magna praeda militibus locupletatis.* Amilc. *Equis, armis, viris, pecunia totam locupletavit Africam. Locupletare* Graeci efferunt στρατιώτας ἐμπλῆσαι ὠφελείας, vel πλήρες ποιῆσαι τὸ στράτευμα παντοίας ὠφελείας. Cicero in Verrem: *Hac tanta praeda auctus, mancipiis, argento, veſte locupletatus* Gebhardus.

4 *Neque minus*] Leid. *n. in ei.*

5 *Adjutus eſt*] Cl. Waſſe ad Salluſt. Cat. cap. 9. dicit legi in Codice Trin. *uſus eſt*, quam lectionem aliis exemplis adſtruere conatur. Verum alteram tacite probare videtur Nob. N. Heinſius ad Vellej. Paterc. L. 2. c. 120. p. 579. ſic etiam Leid. & Voſſ. A. *adjunctus* B. ſed in margine *adjutus*.

6 *Virtute milit.*] fortitudine. Caeſar Lib. I. Comment. de Bel. Gall.

ma [1] aequitate res conſtituit, atque ipſe ibidem manere decrevit. [2] erat enim inter eos [3] dignitate regia,
3 [4] quamvis carebat nomine. neque id magis [5] imperio,

c. 2. *Perfacile eſſe, cum virtute omnibus praeſtarent, totius Galliae imperio potiri.* c. 36. F. *Quid invicti Germani, exercitatiſſimi in armis, qui intra annos* 14. *tectum non ſubiſſent, virtute poſſent* vide cap. 39. P. *Gebh.* Qua perinde opus eſt, ut ductu & auſpiciis Imperatorum. Hinc prudenter Soſia in Amphitr. I, 1, 36. *Id vi & virtute militum victum atque expugnatum oppidum eſt, Imperio atque auſpicio heri mei Amphitruonis maxime.* Rave.

7 *Devicisſet hoſt. ex.*] Mſc. Boecl. *hoſt. dev. ex.* Boſius.

1 *Aequitate*] Aequitas h. l. ſimpliciſſime & ex proprietate vocis, intelligenda eſt, tanquam *inter pares.* Quomodo Lactantius D. J. 3, 21. *Juſtitiae vim in aequitate*, ait, *conſiſtere: ſiquidem omnes pari conditione naſcuntur.* Scilic. *aequitas juris, jus aequabile, aequalitas juris, aequa libertas*, & quod Graeci vocant, *iσονομία* h. l. intelligitur. &c. Nota ergo hoc primum *prudentiae civilis*, de qua auctor agit, argumentum in Miltiade, quod in recente Rep. civibusque libertati adſuetis, nihil magis praeſtiturum putabat, quam *aequitatem iſtam* omnia moderari. *Rave.* Non concinunt, quae Herodotus de iſto Miltiade Cap. 6. narrat. Nam per vim invaſit imperium, Steſagora mortuo, conjectis in vincula primoribus civitatum, qui domum ſuam ad lugendum Steſagoram convenerant. *Aequitas* eſt, cum noſtro de jure remittimus aliquid, & nos cum aliis quaſi aequamus. Paullo poſt *Juſtitiam* appellat. Quemadmodum & in Ariſtide vocabulo hoc uſus eſt, ubi aequitatem & juſtitiam intemperantiae ſive ſuperbiae atque ſaevitiae opponit. *Buchnerus* de voce *aequitatis*; adde Indic. *Boſius.*

2 *Erat enim inter eos*] Vide Herodot. lib. VI. cap. 3. Plutarchus in lib. de ſera num. vindicta, Miltiadem tyrannide Cherſoneſum occupaſſe, aperte fatetur. Probus eum defendens, *tyrannum* quidem appellatum dicit, ſed juſtum. *Magius.*

3 *Dignitate regia, quamvis car. nom.*] More antiquo, & ipſorum, a quibus Miltiades originem traxit, Codridarum, qui Athenis διὰ βίου ἄρχοντες καθίσαντο, *perpetui Principes erant*, ut Euſebius eos in Chronicis appellat. Dignitatem ſcil. regiam, non ſua appellatione gerentes. Et ſane omnium Regum prima haec majeſtas erat. De Euandro Liv. 1, 7. *Euander tum auctoritate magis, quam imperio regebat loca.* De Germanorum regibus ſic quidem Tacitus, *quod non jubendi, ſed ſuadendi auctoritate praediti eſſent.* Et talia Catamantaledis, Caſti, Dumnorigis Aedui, de quibus Caeſar lib. I. B. G. c. 3. agit, exiſtimanda regna ſunt. v. Livium 2, 1. 3, 36. 8, 32. & Plut. in *Demetrio.* Rave.

4 *Quamvis careb. nomine*] hoc ſolent dominandi gnari, ut invidioſo nomine remiſſo, rem ipſam complectantur; & ut Tacitus loquitur 2. H. 62. cum *vocabulum differant, aut non recipiant, de poteſtate nihil detrahant.* De Sejano Idem 4. A. 41, 4. *Minui ſibi invidiam, adempta*

ſalu-

tio, quam juſtitia, conſecutus. neque eo [1] ſecius Athenienſibus, [2] a quibus erat profectus, [3] officia prae-

ſalutantium turba, ſublatiſque inimicis providebat. vera potentia augere. Aemulatus quoque id ipſum eſt Mucianus apud eund. 4. H. 11. 3. Dignitas enim & imperii vis non conſiſtit in nomine. *Gebh.* *Quamvis* cum Indicativo paſſim conſtrui docent Viri clariſſimi Jac. Perizonius ad Sanctii Min. L. 3. cap. 14. n. 3. & P. Burmannus ad Ovidium Ep. 7. Heroid. vs. 29. Haec adnotavi, quia Cellarius ad h. l. ejus rei mentionem fecit.

5 *Imperio quam juſtit.*] Ἐπιταχτικῶς imperii violentia, paulo poſt; *Imperio pleraſque ad officium redire coegit.* Explicat ſe ipſe infra; *non erat vi conſecutus, ſed ſuorum voluntate.* Timoleonte. *Quod caeteri reges imperio potuerunt.* Caro apud Charitium lib. 2. *Ubi Maximus nimis imperialiter* pro imperioſe ac ſaeve: eo ſignificatu utitur quoque Juſtinus Lib. 22. c. 3. *Odio diuturni imperii externa auxilia circumſpicientibus.* & Valer. Maxim. L. 2. c. 2. 7. de Tribunis Pl. qui *imperiis compeſcendis occupati erant.* Gebhardus. Pro ſui temporis more, & ex conſuetudine Romana *Imperium* abſolute dixit, quod tantum de militari accipiendum eſt. Cujus magna equidem vis erat ad principatum; factumque poſteris eorund. Romanor. temporib. ut vel ſolo eo ad imperium orbis terr. abiretur. Quapropter & primo hanc viam monſtranti J. Caeſari, Patres imperium iſtud militare non ſine cauſa abrogandum cenſebant, ne illud poſtea in majeſtatem verteret. &c. Miltiadi igitur ad regiam dignitatem *imperium* iſtud *militare* profecerat, *Aequitas* autem & *Juſtitia* fuit, quae ipſum perficiebant. Non enim eum *ambitio popularis* (velut Caeſarem) ſed *juſtitiae fruendae* cauſſa, & *ſpectata moderatio* ad faſtigium illud provehebant, more primorum Regum, quem *Juſtin.* 1, 1. & *Cicero in De officiis* tradunt. Hoc ergo intereſt inter duas Miltiadis virtutes, *Aequitatem* & *Juſtitiam*, quod *illa* civium jura, cenſum, diſciplinam, totam denique Remp. & ejus adminiſtrandae rationes, juxta libertatem conſtituit; Haec vero in privatis ſingulorum negotiis & contractibus ſuum unicuique tribuit: Ad *publicum* illa; haec ad *privatum* jus ſpectavit. *Rave.* i. e. non vi, ſed ſuorum voluntate ut infra c. 8, 3. Alii *imperium* hic de violentia accipiunt. Vide Ind. *Boſ.*

1 *Secius*] Plautus. *Haec mihi non ſecius videntur eſſe, quam inſomnia.* Caeſar Lib. 3. Civil. cap. 26. *Praetervectus Dyrrhachium magna vi venti nihilo ſecius ſequebantur.* Admodum eſt uſitata vocula Nepoti. loca brevitatis cauſa accumulare nolo. Auctor Rhetoricorum ad Herennium: *Impedimento eſt, quo ſecius lex feratur.* *Gebhardus.* Hunc loquendi modum illuſtravit cl. Dukerus ad Florum L. 3. c. 17. §. 9. neque audiendi, qui hic *ſegnius* legunt, refragantibus Codd. Mſſ.

2 *a quib. erat profectus*] Non exſuerat amorem & gratificandi Athenienſibus ſtudium; vult enim Nepos Miltiadem, quamvis patria abeſſet, ejus tamen ſemper memorem & ſtudioſum fuiſſe, idcirco male

Sa-

praeſtabat. Quibus rebus fiebat, ut non minus eorum voluntate perpetuo imperium obtineret, qui miſerant; quam illorum, cum quibus erat profectus.
4 Cherſoneſo tali modo [1] conſtituta Lemnum revertitur [2]

Savaro lectionem cum Auctoris mente pugnantem praefert *aut quibuscum erat profectus.* Ac plane praeter mentem Cornelii Lambinus ex ſuo cerebro infercit; *a quibus profectus erat, quam iis, quibuscum erat profectus.* Nam etſi quidam libri agnoſcant *cum quibus erat profectus*, ea tamen verba vitio imperitorum exſcriptorum ſuperioribus, ex lineis inferioribus, adhaeſerunt. *Gebhardus.* MS. Cod quem jam nominabo, habet: *ii quibus erat profectus, ac ſuis officia praeſtabat.* Quam ſcripturam fere confirmant Bavarae membranae, quibuscum contulit Jo. Raven *cap.* 1. *append. Miltiad.* §. 6. Ubi noſtrum hunc codicem citat. pro cujus ſcriptura facit, quod Athenienſes vocet *qui miſerant*, ſuos autem *cum quibus erat profectus.* De quibus Nepos ſupra dicit: *cum multi ejus demigrationis peterent ſocietatem.* Atque hos appellat *ſuos.* Ernſtius. Illud *a quibus* in ſuo repperit P. Daniel, itaque reſcribendum ſuaſit Ob. Gifanius Ind. Lucretiano in *Tractus corporis.* haud dubie MS. ſui fide, quem etiam alibi ſecutus eſt. Longolius & MS. Boecleri; *quibuſcum er. pr.* Puteani codicem adlegans. Quibus omnibus id tantum dicitur, Miltiadem aut Athenienſibus, aut eorum colonis, alterutris, non utriſque, officia praeſtitiſſe. At membranae Bavarae olim Piccarto collatae, atque etiam Schoppio Veriſimil. 2, 10. laudatae, plane alio ſenſu: *de quibuscum profectus erat* Quam lectionem etſi rotundiorem ac eodem in ſenſu ab Ernſtiano codice confirmatam, rejicit tamen CL. Ravius, cum quod non quadret in Miltiadem, *quod colonis, quibus praeerat, officia ſua praeſtiterit, tanquam populo Athenienſi, a quo poteſtatem acceperat*, cum ex *dominatione*, quam *perpetuam obtinuerat*, *Tyrannus fuerit appellatus*, 1, 8, 3. tum quod ſequenti tmematio, *qui miſerant* & *cum quibus erat profectus*, opponantur invicem: congruere autem ut is paragraphus aliquid diverſi teneat ab hoc controverſo, & in rebus, & in ſententia, & in ſententiae forma. Schoppius conjic. leg. *a qu. erat praefectus*, nullo ſententiae acumine. Plane vero contra mentem Cornelii Lambinus: *a qu. profectus erat, quam iis, quibus cum erat profectus.* Nam, ut recte obſervatum Gebhardo, etſi quidam libri agnoſcant, *cum quibus erat profectus*, ea tamen verba vitio imperitorum exſcriptorum, ſuperioribus, ex lineis inferioribus adhaeſerunt. *Boſius.* MS. Leid. *quibuscum erat prof.* paullo aliter haec in ſecunda Boſii editione exſtant, verum quia, paucis exceptis, eodem redeunt, hic nihil mutavi. Voſſ. B. *aut quibuſcum.*

3 *Officia praeſtabat*] Intelliguntur *Urbana*, ut alibi auctor appellat. ſcil. quorum cauſſa Urbs (Athenae) adeunda eſſet. Tam *publica*, quam *privata*. *Publica*, ſi ad Comitia ventitaret, ſi daret Choragium, ſi in

tur, & [1] ex pacto poſtulat, ut ſibi [2] urbem tradant. Illi enim dixerant, quum vento borea [3] domo profectus eo perveniſſet, ſeſe dedituros: ſe autem [4] domum Cherſoneſi habere. [5] Cares, qui tum Lemnum incolebant, etſi [6] praeter opinionem res ceciderat, tamen [7] non dicto, [8] ſed ſecunda fortuna adverſariorum capti, reſiſtere

in concionem prodiret, & de Rep. conſuleret in publicum, &c. *Privata*, ſive *familiaria*, quae & *mutua* & *communia* dicuntur, ſi arbiter captus, ſi adeſſet in amicorum periculis fortunarum ac praecipue capitis & famae, ad ſponſalia, exequias &c. ut Tertullianus alicubi interpretatur. *Ravius*.

1 *Conſtituta*] Cod. P. Dan. & Leid. *conſtituto*. item Voſſ. A. C. Pro *borea* Voſſ. B. *borrea*.

1 *Ex pacto*] Nihil mutandum: nam quod ex vet. codice producit Schottus *ex conſtituto*, interpretamentum agnoſco. Cicero Attico: *Pomponius enim ex pacto & convento (nam ea lege exierat) jam a me diſceſſerat*. Gebhardus. Vid. ſup. ad I, 1, 5. *Boſius*.

2 *Urbem*] Urbes tum in Lemno praecipue erant, Myrina & Epheſtias; velut auctor Suidas eſt. Utram poſtulaverint, neſcio. Video equidem totam fuiſſe petitam inſulam, veteresque ſeſſores demigraſſe omnes. Interpretor igitur, *Urbis* appellatione *Inſulam* venire, quia mari, tanquam moenibus clauſa, *Urbis figuram* gerat. Quemadmodum enim & domus, minimas partes urbis, quae contiguae non ſunt, *Inſulas*, nominare placuit; ita videtur, metaphorae quadam reciprocatione, totam inſulam, Urbis appellatione indicari. Verſatur utique animo mihi non abſimilis ejus vocis uſus, niſi quod in praeſentia non ſuccurrit. Sufficit indicaſſe, ut alii obſervent. *Rave*.

3 *Domo*] Ex ea urbe, ubi domicilium haberet. *Buchn.*

4 *Domum Cherſoneſi*] Conſule Cellarium ad h. l. & Cel. Perizon. ad Sanctii Minerv. l. 4. cap. 6. n. 5.

5 *Cares*] Imo Pelasgi, ut tradit Herodotus lib. VI. non longe ab extremo. *Lambin.* Adde Zenobium Cent. 3. proverb. num. 85. *Boſius*. Pro *Cares* C. P. Dan. & Voſſ. B. *Chares*.

6 *Praeter op. res ceciderat*] i. e. *evenerat*. Per metaphoram a talorum jactu deſumptam. v. Manut. ad Cic. l. 1. ad Fam. Ep. 7. p. 43. & Magnus Brouckhuiſ. ad Tibull. l. 1. El. 7. vſ. 91.

7 *Non dicto*] Tum quia pactio ſeria non fuiſſet, tum, quod de Miltiadis domo illa, quam tum habebat, non quam armis poſtea quaeſierat, ſpopondiſſent. *Rave*.

8 *Sed ſec. fort. adv.*] Zenobius paullo aliter Cent. 3. num. 87. *Gebhardus*.

9 *Sub poteſtatem redegit.* Eodem modo paullo ſuperius de Lemno loquebatur Pauſania *Et Spartam & caeteram Graeciam ſub tuam poteſtatem ſe adjuvante redacturum.* Neque diſpari forma Timotheo. *Corcyram ſub imperium Athenienſium redegit.* Florus

lib.

ſiſtere auſi non ſunt, atque ex inſula demigrarunt. Pari felicitate ceteras inſulas, quae Cyclades nominantur, ſub Athenienſium [9] redegit poteſtatem.

Cap. III.

1 Eisdem temporibus Perſarum rex [1] Darius, ex Aſia in Europam [2] exercitu trajecto, [3] Scythis bellum inferre decrevit. pontem fecit in [4] Iſtro flumine, [5] qua copias traduceret. ejus [6] pontis, dum ipſe abeſſet, cuſtodes reliquit principes, quos ſecum ex Ionia & Aeolide duxerat. quibus ſingulis [7] ipſarum

lib. 1. cap. 9. F. *Proximis quiſque correptis totam Italiam ſub ſe redigeret.* Gebhardus. Leid. *redigit.*

1 *Darius*] Hiſtaſpis filius, qui qua arte ad regiam poteſtatem pervenerit, narrant Herodotus 3, 84. & ſeqq. Juſtin. I, 10. Val. Max. 7. 3. ext. 2. *Boſius.*

2 *Exercitu trajecto*] Qui ſeptem millibus armatorum conſtabat. Herodot. 4. Juſtin. 2, 5. Oroſ. 2, 8. *Boſius.* Voſſ. C. *trajectam.*

3 *Scythis bell. inf.*] Quod eorum regis Idanthyri (ita id nomen ſcribi volunt Salmaſ. Exercit. Plin. p. 846. & Iſ. Voſſ. not. ad Juſtin. p. 8. Clementi Alexandrino 5. ſtromat. p. m. 567. eſt Ἰδάνθυρσος) filiam non obtinuiſſet. Juſtin. 2, 5. 9. Oroſ. 2, 8. *Magna ſcil. neceſſitas* (addit Oroſius) *pro unius libidine hominis:* DCCM. *virorum periculo mortis exponi!* Boſius.

4 *Iſtro flumine, quo*] Cod. P. Dan. *Hiſtro flumine, qua.* Voſſian. A. B. C. *Hiſtro flumine, quo.*

5 *Qua copias*] Bene. neque probo, quod malit Scottus *quo*, referatque ad pontem. *Gebhardus.* MSS. Schotti & Boecleri, ac Longolii editio *quo*, ut ad pontem referatur, ſed alterum elegantius, etiam Gebhardi ſuffragio. *Boſius.*

6 *Pontis cuſtodes*] Pontium, quia magnus in bello uſus, idcirco diligentem eorum curam eſſe convenit. Et recte quidem Noſter cuſtodes apponit tantos viros, tantopere ſibi obnoxios. Erat enim pons iſte ex eorum genere, qui *non tantum ad tranſitum, ſed ad recurſum* facti, ut Veget. 3. 7. deſcribit; *perfugii* ſc. *via*, Juſtin. II. 14, 4. & *mora adverſus victorem* ſunt. Liv. 26, 9; qui ſicut *& foſſis aggereque constructo defenſores milites accipere debent, a quibus tamdiu teneantur, quamdiu locorum neceſſitas poſtulat,* (Veget. I. all) ita firmioribus praeſidiis inſtrui non poſſunt, quam *fide ipſorum cuſtodum* confer. v. 4. & pontis commoditatem facile intelliges. *Rave.*

7 *Ipſarum*] id eſt; urbium; in quibus ipſi principes erant nati. *Gebhardus.* Lamb. legit *ipſorum*, ut Principes Juliae & Aeolidis, de quibus meminerat, reſpiciat. Sed nihil fortaſſis mutandum eſt. *Ipſarum*, i. e. Ioniae atque Aeolidis regionum. *Buchn.*

rum urbium [1] perpetua dederat imperia. [2] Sic enim 2
putavit facillime ſe [3] Graeca lingua loquentes, [4] qui
Aſiam incolerent, ſub ſua retenturum poteſtate, ſi
[5] amicis ſuis oppida tuenda tradidiſſet, quibus, [6] ſe
op-

1 *Perpetua imperia*] Hinc Plut. in Apophth. iſtos vocat *Tyrannos*. Quanquam enim & ipſi cum civibus ſuis ſub Perſarum dominatione, atque ut Rex Scytharum appellabat, ἀνδράποδα χρηστὰ καὶ ἄδρηστα, ſive ut apud Herod. eſt, φιλοδέσποτα, mancipia ſcil. quaedam frugi eſſent; civium tamen ſuorum cauſſa, quibus & ipſi non volentibus dominarentur, merito quod ſuo tyranni erant, eoque nomine §. 5. tantopere ſibi metuunt. *Rave.*

2 *Sic enim putavit* &c.] Senſus totius loci iſte. Darius effectum pontem receptui ſuo ſervari volens, cuſtodibus curam ejus tradidit Ioniae & Aeolidis principibus. Horum fides pignorata erat datis imperiis, in amicitiam quippe aſſumtos, ut dominari magis quam ſervire ſibi viderentur, urbium ſingularum (intellig. in Ion. & Aeol.) tyrannos fecit, διὰ Δαρεῖον ἕκαστος αὐτέων τυραννεύων πόλιος, inquit Herodot. l. 4. Hoc ejusmodi erat, ut ſua quisque poteſtate contenti, de libertate popularium parum eſſent ſoliciti, adeoque Graecos Aſiam incolentes, quos Perſicus dominatus comprehenderat, ad res novas & libertatis reſumendae ſtudium minime erigerent, erigive paterentur. Singularis enim perpetuique imperii dulcedine illecti, ejus auctorem (Darium) haud dubie credebantur defenſuri: praeſertim cum intellectu non eſſet difficile, Dario potentia demoto, urbes, quas obtinuiſſent ipſi, odio ſingularis imperii inſito, expulſis tyrannis (quibus duplici nomine contigerat invidiam mereri: & quod inſtrumenta Perſicae dominationis, & quod tali poteſtatis forma, i. e. inſolita ac tyrannica uſi erant, vid. Nepot. 1, 8, 3.) priſtinam regiminis diſciplinam reſumturas eſſe. βουλήσεσθαι γὰρ ἑκάστην τῶν πολίων δημοκρατέεσθαι μᾶλλον ἢ τυραννεύεσθαι; verba ſunt Iſtiaei apud Herodot. confer ejusdem orationem apud Noſtrum, 1, 3, 5. *Boecler.*

3 *Graeca lingua loquentes*] Si iis, qui Graeci eſſent & Graeca lingua uterentur, Graecos & Graecae linguae peritos praeficeret. *Buchn.*

4 *Qui Aſiam incol.*] Graecorum qui Aſiam incolebant, mentionem facit Hippocrates in lib. De aëre, aquis & locis: ut Xenophontem, Herodotum, Plutarchum aliosque mittam. *Magius.*

5 *Amicis ſuis*] Erant Perſarum regibus praeter *Satrapas* & *cognatos* alii, quos *Amicorum* loco habebant. Diſerte id quidem *Diodorus Sic.* lib. 17. ubi narrat, quomodo Regis caſtra direpta, quaeque ſpolia inde capta. Ὁμοίως καὶ τῶν τοῦ βασιλέως φίλων, καὶ συγγενῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων ἐκ ὅλης διαρπάζει πλοῦτος. Idem lib. II. Artaxerxen regnum ordinantem pluribus Satraparum dediſſe ſucceſſores narrat, τῶν δὲ ἑαυτοῦ φίλων ἐπιλέξασθαι τοὺς ἐπιθέτους, καὶ σατραπείας παραδεδωκέναι. Sic de Amane legitur *Eſth.* 3. quod Artaxerxes eum ἐπρωτοβάθρει πάντων τῶν
φίλων

oppreſſo, nulla ſpes ſalutis relinqueretur. [1] In hoc fuit
tum numero Miltiades, cui illa cuſtodia [2] credere-
3 tur. Hic, quum crebri [3] afferrent nuntii, [4] male rem
gerere Darium, [5] premique [6] ab Scythis, Miltiades
[1] hor-

φίλων αὐλῇ. Ap. Q. *Curtium* 5, 9, 1. *Artabazus vetuſtiſſimus amicorum* Regis Darii vocatur, & percuſſoribus, Nabarzani & Beſſo, *idem amicitiae gradus* repromittitur, *ib. cap.* 10. 10. Quanta autem amicorum dignitas fuerit, interea ab Amane patet. Confer Eſth. c. 4. & 5 vide Salm. ad Spartiani Hadrianum cap. 18. Bernegg. ad Juſtin. 7, 8, 7. & 34. 3, 3. Curt. 13, 12. Sueton. 3, 55. *Rav.*

6 *Se oppreſſo*] h. e. ſi oppreſſus eſſet. Sic intra 25, 2, 5. *multiplicandis uſuris*, id eſt, ſi multiplicarentur. Infinita ejusmodi ap. auctores, cum conciſius & per participia loquuntur, occurrunt. Omnis enim Modi, omniumque Temporum diſſimulari verbum ſubſtantivum ſic ſolet. *Rave.*

1 *In hoc fuit tum num.*] MS. Boecl. *In hoc tum num. fuit.* Concinnius aliquando, quam vulgati: mox idem & membr. Card. Mendozae. *Boſius.*

2 *Crederetur*] committeretur Terent. Heaut. I, 5, 2. *Abii ad proximos, eis commiſi, & credidi.* Petron. *Crede ratem ventis, animum ne crede puellis. Buchn.* MSS. Card. Mendozii, & Boecleri: *traderetur.* Quod interpretamentum puto. *Boſius.* MS. Oxon. *traderetur*, item Voſſian. A. B. C. Haec verba ſaepius confundi in Mſſ. docuit jam Celeb. Drakenborch. ad Silium Italicum lib. 16. vſ. 371.

3 *Adferrent nuntii*] Cod. P. Dan. *asferrent n.*

4 *Male rem gerere Darium*] Sic Themiſtocle de Xerxe. *Hic etſi male rem geſſerat.* Pro cladem acceperat. Hamilc. *Cum ante ejus adventum, & mari & terra res gererentur.* Gebhardus. V. Juſtin. 2, 5, 10. *Boſius.*

5 *Premique*] Caeſar. l. 3. Civ. c. 102. *ſi nemo premeret.* Frontin. l. 2. c. 43. *Minutius Ruffus Imper. cum a Scordiſcis Dacisque premeretur.* Eſt verbum Venatorium, unde Ovidius Phaedra.

In nemus ire libet, preſſisque in retia cervis,
Hortari celeres per juga ſumma canes.

Virgil.

Ingenti clamore premes ad retia cervum. Gebhardus. De verbo *Premi* vid. Cl. Burm. ad h. l. Ovid. vſ. 91.

6 *Ab Scythis*] Leid. & Voſſ. C. *a Scythis.* Nec non Cod. P. Dan. *ab Scythis* probat Cellarius ad h. l. & ita Voſſ. A. Sic in Milt. cap. 1. Cod. Leid. & P. Dan. *ab Septentrionibus.* in Iphicrat. cap. 2. Leid. & A. *ab peritiſſimo Imp.* Livius centies ut l. 2. c. 13. *ab Romanis, ab Janiculo.* Iterum Noſter in Dione cap. 1. in MS. Cod. A. B. *alia ab natura habuit bona.* Hygin. fab. 14. p. 47. *ab ſerpentis morſu in Africa obiit.* Sic pro *a Jove*, *ab Jove* in veterrimis codicibus reperiri docet Nob. Heinſius ad Ovidium l. 1. Faſt. vſ. 236. & cl. Cortius monet apud Salluſtium in melioribus Codicibus exſtare pro *a profugis*, *ab profugis*, pro *a perſequendo*, *ab perſequendo.* ad

Jit-

[1] hortatus eſt pontis cuſtodes: [2] ne a fortuna datam occaſionem liberandae Graeciae dimitterent. Nam ſi cum his copiis, quas ſecum [3] tranſportaverat, [4] interiiſſet Darius, non ſolum Europam fore tutam, ſed etiam eos, qui Aſiam incolerent [5] Graeci genere, liberos a Perſarum futuros dominatione & periculo. [6] Id & facile effici poſſe. Ponte enim [7] reſciſſo regem vel hoſtium ferro, vel inopia, paucis

die-

Jugurth. cap. 76. n. 5. & in Ariſtide cap. 2. Cod. P. Dan. *ab Lacedemoniis transferretur.* in Hamilc. c. 2. in Cod. MS. A. *auxilia ab Romanis petiverint.* in Hannibale cap. 3. *ab Gallia.*

1 *Hortatus eſt*] Herodotus hoc ipſos Scythas feciſſe commemorat, idque approbaſſe Miltiadem atque ſuaſiſſe. Vide ipſum lib. IV. *Buchn.* Cum Herodoto facit &. Plutarchus in Apophthegm. p. m. 174. *Boſius.*

2 *Ne a fort. dat. occaſ. lib. Graec. dim.*] P. Syrus. *Cavendi nulla dimittenda eſt occaſio.* Caeſar. lib. 3. de B. Gall. extr. *Ne quam occaſionem rei bene gerendae dimitteret.* Nepos Alcibiad. *Tempus rei gerendae non dimiſit.* Idem lib. 2. de Bello Gall. c. 21. *Ne in quaerendo ſuos pugnandi tempus dimitteret.* Id. lib. 6. cap. 36. *Sequi ipſi adhortantur, ne tantam fortunam ex manibus dimittant.* Ciceroni animadverti placere *amittere occaſionem*, non *dimittere.* Gebhardus.

2 *Ne a fortuna.*] Sic Cod. P. Dan. pro *cum iis* Voſſ. B. *cum his.*

3 *Transportaverat*] Cod. P. Dan. *transportarat.*

4 *Interiiſſet*] *Interiſſet* Leid. & Voſſ. A. B. Sic & Cod. Schefferi. v. ejus Epiſt. 7. ad N. Heinſ. ubi memoriae vitio, credo, *interiiſſent* ſcripſit.

5 *Graeci genere*] Leid. *Graecos generis.*

6 *Id & facile*] Leid. & Voſſ. A. C. *Et facile.*

6 *Id & facile eff. p.*] In aliis libris eſt: *Id facile effici poſſe.* Sed cum illo facit vetus meus Codex calamo ſcriptus, quem Aureliae emi, cum venderetur Bibliotheca Jo. Thiballieri. *Ernſt.* MSS. Schotti & Gifanii: *Et fac. eff. p. Boſius.*

7 *Reſciſſo*] Alii libri *reciſo* quod idem eſt. Caeſar. lib. 7. cap. 58. *Refecto ponte, quem ſuperioribus diebus hoſtes reſciderant, exercitum traducit.* lib. 2. c. dixit *interſcindere pontem*: ſicut alii *interrumpere.* Juſtin. l. 2. c. 6. F. *Metuens, ne interrupto ponte Iſtri reditus ſibi intercluderetur.* Cic. Epiſt. *Pontesque, quos fecerunt, interrupi.* Idem libro 11. cap. 14. *Suadentibus deinde quibuſdam; ut Pons Cydni fluminis ad iter hoſtium impediendum intercluderetur.* Cicero de Legibus; *Ut contra omnes hoſtium copias in ponte unus aſſiſteret, a tergoque pontem interſcindi juberet*, ubi loquitur de Horatio Coclite. *Gebhardus.* Leid. *reciſo. Reſcindere*, & *recidere* ſaepius confunduntur in Mſſ. vide cl. Oudendorp. ad Frontin. l. 4. Strateg. cap. 1. in fine, nec non V. V. D. D. Graev. & Duker. ad Florum l. 1. c. 10. n. 4. *Ponte reciſo tranſnatat Tiberim.*

5 diebus interiturum. Ad hoc conſilium cum plerique accederent, [1] Hiſtiaeus Milleſius, ne res conficeretur, obſtitit, dicens: non idem ipſis, qui [2] ſummas imperii tenerent, expedire, & multitudini: quod Darii regno ipſorum niteretur dominatio. Quo extincto ipſos poteſtate expulſos civibus ſuis poenas daturos. Itaque adeo ſe abhorrere a ceterorum conſilio, ut nihil putet ipſis utilius, quam confirmari
6 regnum Perſarum. Hujus cum ſententiam plurimi eſſent [3] ſecuti, Miltiades, non dubitans, [4] tam multis [5] conſciis, ad regis aures conſilia ſua perventura, Cher-

1 *Hiſtiaeus*] Hic fuit Mileti urbis Ioniae praefectus, ut ex Herodoto conſtat: e quo totus locus expreſſus videtur *Lambino Boſius*. *Hiſtiaeus* Cod. P. Dan. & Voſſ. A. *Heſtiaeus*.

2 *Summas imperii*] Τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν, uſitatius eſt *Summa imperii*, *Summa belli* ἑνικῶς. Cicero enim quum loquitur de potentia ac dignitate dicit *ſummam rerum adminiſtrare*. *Summam* item *ordinis conſiliique concedere*. Nec non *ſummae reip. praeeſſe*. At quum de pecuniariae rei praecipua ratione. *Non refert*, inquit, *parva nomina in codicem, imo omnes ſummas*, pro Quincto Roſcio, & in Verrem *A populo factarum quaeſitarumque rerum ſummas imminuere* Gebhardus. Voſſ. C. *Darii regni*.

3 *Secuti*] Leid. *Conſecuti*.

4 *Tam multis conſciis ad regis aures &c.*] Bene Petronius.

——— *quicquid dimittis in aula*
Effluit & ſubitis rumoribus oppida pulſat.
Nec ſatis eſt, vulgaſſe fidem; ſimulatius exit
Proditionis opus, famamque onerare laborat.

Idcirco res reticendas Caeſar *pluribus praeſentibus jactari nolebat*. 1. de B. G. 18. Infra Dione 8, 3, *Res multis conſciis quae gereretur, elata*. Caeſar 7. Comm. 2. *Quoniam in praeſentia obſidibus cavere non poſſent, ne res efferatur*. Gebhardus.

5 *Conſciis*] Leid. *Conſiliis*, item Voſſ. A.

6 *Cujus ratio etſi non val.*] Peccaſſe videntur Magio & Miltiades, qui proditionis hoc conſilium agitaverit; & Nepos, qui id factum approbaverit. Lambinus recte vidit hunc locum non eſſe ἁπλῆς τῆς κρίσεως, ſed συγκριτικῆς ὑποθέσεως. Iſtiaeus & quos ſententiae approbatores habuit, ceteri, non tam fide in Perſam, quam cura ſuae dominationis poteſtatiſque tuendae pontem cuſtodiebant: Miltiades cum detrimento ſuae poteſtatis, patriae opes quam regis, augeri maluit. Confer. 9, 5, 2. *Boecler.* nullum pondus habuit, nihilque obtinuit: Cicero pro Cecina. *quod etiamſi verbo differre videatur, re tamen eſt unum, & in omnibus cauſſis idem valet.*

Digitized by Google

Cherſoneſum reliquit, ac rurſus Athenas demigravit. [6] Cujus ratio etſi non valuit, [1] tamen magnopere eſt laudanda: cum amicior omnium libertati, quam ſuae fuerit dominationi.

CAP. IV.

Darius autem, cum ex Europa in Aſiam rediſſet, [1] hortantibus amicis, ut Graeciam redigeret in ſuam poteſtatem, [2] claſſem quingentarum navium com-

lat. Qui judicium Nepotis carpunt, antiquitatis ſuam ignorationem produnt. Nam iſti priſci nihil ſanctius ac religioſius libertate duxerunt, eique conſervandae ac provehendae omnia cedere debere, perſuaſi fuerunt. Quare fidem, jusjurandum, omniaque reliqua officia, niſi Libertati expedirent, nullius ponderis eſſe exiſtimarunt, eaque recte violari. Vide Caeſar. de B. Gall. 5, 27. & 7, 37. ac 76. Iſocrates Archidamo: ὑπὲρ τ ἐλευθερίας εἶναι, ὅ, τι τῶν δεινῶν ἔχ, ὑπομενετέον. *Gebhardus*. *Cujus ratio*, forte *ejus* conjicit cl. Oud. Voſſ. C. *hac rurſus A. d.*

1 *Tam. magnop. eſt laudanda*] Mſ. cum nonnullis editis libris legit: *laudandus*. Ernſt. Vir. doctiſſ. & de ſtudiorum inſtaurratione ſerio ſollicitus, *Jo. Rave*, amicus noſter, ſic potius a Cornelio ſcriptum fuiſſe exiſtimabat, *tamen magnop. laudandus ipſe eſt*. Id enim velle, quae continent, verba; *cum amicior omnium libertati, quam ſuae fuerit dominationi*: quibus utriusque conſilii ratio tangitur, & ex iſta ϲυγκρίϲ judicium fit de affectu conſulentum. Si aliter inquit, legas, non potes Cornelium Nep. abſolvere ſententiae, non Sophiſticae modo, ſed omnino infamis, quia perfidiae ornamentum quoddam ſit: qualis profecto tanto viro tam aliena, quam in vulgus etiam improbatiſſima ſuo tempore fuit. Nam quid eſt quod inter malos mores & perfidiae exempla aeque relatum omnibus ſaeculis fuit, quam quod *Adverſis rebus rarior fides eſt*, Veget. 3, 9. & quod *amicitiarum jura ſucceſſu a plerisque non fide ponderantur*, Juſt. 22, 7, 3? Miltiades vero & fidem Dario dederat, & cuſtodiam pontis in ſe receperat. Eo majoris perfidiae reus, quia conſilio ſuo tantum exercitum, ipſumque Regem, qua iſti genti nulla major eſt jactura, prodidit. Vide plura apud eum Comment. ad h. l. p. 28. ſeqq. Neque enim inſtituti ratio patitur, ut cuncta huc transſcribamus. *Boſius.*

2 *Claſſem quingent. nav*] Plato in Menex. trecentas fuiſſe ait; Herodotus DC triremes numerat, absque navibus hippagogis, in quas equos impoſuerunt. *Boſius.*

3 *Datim praef. & Artaphernem*] Ariſtophanis Graecus explanator, pro *Artapherne Artabazum* habet: caeteri cum Probo conſentiunt

Pau-

comparavit, eique [3] Datim praefecit, & [1] Artaphernem; hisque [2] ducenta [3] peditum millia, & decem equitum dedit: [4] cauſſam interſerens, ſe hoſtem eſſe Athenienſibus, quod eorum auxilio Iones Sardeis
2 expugnaſſent, ſuaque praeſidia interfeciſſent. Illi [5] praefecti regii claſſe ad Euboeam appulſa [6] celeriter Ere-

Pauſanias in Atticis ſolius Artaphernis meminit. Plato v. dialogo de Legg. 3. & in Menexeno (*ſicut & Plut. in Parall.*) Datim ſolum nominat, quaſi non habuerit collegam. *Magius.*

3 *Datim praefecit.*] Cod. P. Dan. *Datim praeficit.* Ed. Lut. *Datim* in Marg. *Datim praeficit.*

1 *Artaphernem*] Leid. *Artaiternem.*

2 *Duc. ped. millia, & dec. eq.*] Cod. P. Danielis, membranae Bavarae, & MS. Boecleri: *ducenta, peditum decem millia equitum.* Quod praefero. Sic enim ubique Noſter, cum alterutro loco majorem diſſimulat. Vide 2, 5, 4. 10, 5, 3. 14, 8, 2. Integram phraſin habes 2, 2, 5. & 4, 1, 2. In re ipſa variant Auctores. Nam Pauſanias & Valer. Max. 5, 3. trecenta, Lyſias in Epitaphio quingenta millia numerant. De quo vide Petavium parte. 1. Rationarii temporum 3, 1. *Boſius.*

3 *Peditum millia & decem equ.*] Leid. Voſſian. B. & Cod. P. Dan. *Peditum, decem milia eq.* Conſule J. Fr. Gronovium ad Livium lib. 36. cap. 14.

4 *Cauſſam interſerens*] *Cauſſam interſerere, interponere, dictitare,* Auctori noſtro eadem ſunt, quod *cauſſari*, h. e. cauſſas fingere, & praetexere, προφασίζεσθαι. Dicitur autem ὁμωνύμως *Cauſſa*, quia nihil minus, quam Cauſſa, ſed *Color* ſeu *Praetextus* quidam eſt. Ideoque Polybius lib. 3. quod ei velut *praetextui* opponit, id vocat τὴν ἀληθῆ αἰτίαν, *eam, quae vere cauſſa eſt.* Dicitur autem alias ſuo vocabulo πρόφασις, eique tum cauſſa eſt contraria. Juſtino 30, 1, 2. belli *honeſtus titulus* vocatur, Herodoto πρόσχημα λόγων, *color orationis*, Plutarcho in Themiſtocle & aliis, abſolute λόγος, eique opponitur ἔργον; quomodo Latini quoque *Verbum* dicunt, a *facto* atque *opere* alienum. Polybius loco dicto praeclare docet, a ſe invicem diſcernere, magnaque in his prudentiae vis eſt, magna felicitatis. Quod praeſentem vero ſpectat rem, Herodotus, Plato, Ariſtoteles 2. Anal. 2, 11, 4. Iſocrates, Plutarchus, Juſtinus, in praetextu illo, quodammodo; in vera cauſſa, prorſus conſentiunt: hancque noſter paullo ante praemiſit. *Rave.*

5 *Praefecti regii*] Leid. Voſſian. B. & Cod. P. Dan. *illi praefecti regii*, nec non Ed. Lut. denique etiam Mſſ. Oxon. Voſſian. B. etiam exhibet pro *claſſe ad Euboeam appulſa claſſe Euboeam appulſa.* Vide, quae notabimus ad Timoth. cap. 2.

6 *celer. ceperunt*] Quia triduo, ut *Plato* in Menex. ac 3. de Legib. & *Ariſtides* 11. Platon. p. 279; ut *Herodotus* autem, ſeptimo die debellata inſula. *Rave.*

Eretriam ceperunt, [1] omneſque ejus gentis cives abreptos [2] in Aſiam ad regem miſerunt. Inde ad Atticam acceſſerunt, ac ſuas copias [3] in campum Marathona deduxerunt. [4] Is abeſt ab oppido ciciter [5] millia paſſuum decem. Hoc [6] tumultu Athenienſes tam pro-

1 *Omneſque ejus gent. cives abreptos*] Omnes capti, quia junctis manib. ab extrema inſulae ora milites complexi ſe invicem, ne quiſquam elaberetur, *ἐσαγήνευσαν, velut ſagena concluſerant incolas*, ut ex *Herodoto* etiam *Strabo* memorat lib. 10. Quanta autem multitudo abducta hinc in ſervitutem fuerit, facile ex Strabonis eod. loco colligas, quem ſi tanti eſt, inſpice edit. Caſaub. p. 448. *Rave.* Uſitatum priſcis Regib. hoſtium regiones vacue facere: omneſque incolas correptos ac vinculis conſtrictos eo transferre, ubi pro lubitu illis illuderent, vel ad abjectiſſima miniſteria abuterentur. 1. Reg. XX. 18. Curtius 5, 5, 5. & 6. Polyaen. lib. 4. in Philippo Comm. 12. *Gebhard.*

2 *In Aſiam ad Regem miſit*] Mortem enim Dati fuerat interminatus, niſi ad eum Eretrienſes & Athenienſes captivos perduceret. Auctor Plato in Menexeno. *Magius.*

3 *In campum Marathona*] de quo vide Scholia in Ariſtophanis Equites; In quo notabis, quod non Artaphernem; ſed Artabazum expeditionis ſocium a Dario additum Dati commemoret. Pugnam autem Marathoniam quaſi trecenti auctores litteris ad poſteritatem transmittere conati ſunt, teſte Plutarcho. *Gebhardus.*

4 *Is abeſt ab*] Leid. & Boecl. *is eſt ab.* ſic infra 15, 3, 4. *tantum ſe ab invidia futurum. Boſius.* Sic & Voſſian. A. B. C. & in loco Chabriae Boſii lectionem confirmant Leid. & Voſſ. A. B. in Epaminonda cap. 1. *Scimus enim Muſicen noſtris moribus abeſſe a Principis perſona.* In Ageſilao cap. 5. *Tantum abfuit ab inſolentia gloriae.* In Attico cap. 12. *Tantum abfuit a cupiditate pecuniae.* Nulla Mſſ. Codd. eſt differentia. Sed in cap. 20. Mſſ. Schotti, quod jam monuit Boſius, exhibet *cum ab urbe eſſet*, cum in Vulgg. legitur *ab urbe abeſſet.* Livius L. 3. cap. 3. dixit *haud multum a pavore captae urbis abeſſe.* Sed utrumque, credo, recte dicitur, quomodo & Veteres *longe eſſe* & *longe abeſſe* dixerunt, ut *eſſe longiſſime ab eloquentia* dixit Quinctilianus. Vide Clariſſ. Burmann. ad Quinctiliam L. 8. Inſtitut. Orator. proaem. De alia phraſi *longe alicui eſſe* & *abeſſe.* Duker. ad Florum L. 2. cap. 2. n. 8. ſi tamen in Mſſ. extaret *is abeſt oppido* non vererer in textum recipere, quia Auctor ſaepius praepoſitionem nomini detractam addit verbo, & ita locutus eſt Cicero L. 1. Acad. cap. 1. *Paullumque cum ejus villa abeſſemus.* Verum antiquam lectionem retinere malo, quoties enim noſter alibi etiam duplicaverit praepoſitiones ignorat nemo, & loco ſuo latius oſtendam.

5 *Millia paſſuum decem*] Icti noſtri notant ad §. Datus inſt. de excuſ.

quam celeri opus eſſet auxilio. [1] Domi autem creati decem praetores, qui exercitui praeeſſent, in eis Miltiades, inter quos magna fuit contentio, utrum moenibus ſe [2] defenderent, an obviam irent hoſtibus, [3] acieque decernerent. Unus Miltiades maxi-

das mille quingenta nominat: Plinius MCXL. Lipſius mille ducenta ſexaginta praefert. ſunt Rom. milliaria centum quinquaginta ſeptem & ſemis: noſtrae Leucae circiter quadraginta. *Res non adeo magna*, ſi cum ceteris exemplis, quae collegit ille, conferatur. *Boecl.* Cretenſium hemerodromorum, quibus Agis Laced. Rex uſus eſt, meminit Diodor. 15. Δρομοκήρυκες eoſdem appellare videtur Polyaenus lib. 5. *Boſius.* Leid. *Hemerodromae*, item Voſſian. A. Voſſ. C. *hemordrame vocatur.* paullo poſt huic Cod. *quam* abeſt ante *celeri.*

1 *Domi autem creati decem praet. qui exercitui praeeſſ. in eis Miltiades*] Notent rudiores omnem magiſtratum, cui exercitus pareret, *Praetorem* nuncupatum. Liber Andreae Scotti. *Domi autem creant decem praetores; in eis Miltiadem.* Gebhard. MSC. *domi autem creant d. pr. q. e. pr. in eis Miltiadem.* Illud, *qui exercitui praeeſſent*, videtur nonnemini alienum & foris inculcatum, eo quod vox praetorum ſola rem exprimat. Sed haec forte, praeter conſuetudinem hujus ſcripturae, emendantur. Agnoſcit verba MSC. noſter codex, congruitque phraſis, *praetor exercitui praefuit.* 9, 1, 1. Boecler. Eand. lectionem in ſuis Mſſ. repererunt *P. Daniel* & *A. Schottus.* Boſius. Leid. *Domi etiam autem creant.* Mſſ Oxon. & Voſſ. B. C. *creant* 10 *praetores* ubi tamen in margine B. notatum eſt. *al. creati*; & pro *Miltiades*, *Miltiadem*, ut & Voſſian. A. & B. & hic in marg. *al. l.* Milcyades.

2 *Defenderent*] *Se* abeſt a Mſſ. Leid.

3 *Acieque decernerent*] Male alii *equis* vel *aequis*; neque opus correctione Savaronis *acieque decernerent*, quamvis in Eumene quoque dixerit, *quo integriore exercitu decerneret.* Vulgata lectio puriſſima eſt, Caeſarique familiariſſima, ſic enim Lib. 1. de B. Gall. cap. 31. *ſemel atque iterum armis contendiſſe* cap. 48. *ut ſi vellet Ariviſtus praelio contendere, ei poteſtas non deeſſet.* Lib. 2. cap. 9. *Praelio equeſtri inter duas acies contendebatur.* Lib. 3. cap. 28. & Lib. 5. cap. 16. Curt. Lib. 4 cap. 3. *De regno aequo, ſi vellet, Marte contenderet.* Cicero Attico; *Aut ſi exercitum adducat, neceſſe eſt armis cum eo contendere.* de Finib. *Tauri pro vitulis contra leones ſumma vi impetuque contendunt.* inde apparet & Cl. Schottum nobis perperam *acieque decertarent* obducere voluiſſe *Gebhard.* Sic Mſſ. probatque *Savaro*, cum & infra noſter in Eumene & Hannibale hoc verbo ita uſus ſit. Tamen vulgatam, quae etiam Mſſ. Magii & P. Danielis confirmatur, ut puriſſimam, Caeſarique familiariſſimam *Gebhardus* tuetur, oſtenditque praeter Caeſarem 1. B. Gall. 31. & 48. & lib. 2, 9 lib. 3, 28. l. 5, 16. hac voce & Ciceronem in Epiſt. ad

Et-

Digitized by Google

1 maxime nitebatur, ut primo quoque tempore caſtra fierent, id ſi factum eſſet, & civibus animum acceſſurum, quum viderent de eorum virtute non 2 deſperari: & hoſtes 3 eadem re fore tardiores, ſi animadverterent, 4 auderi adverſus ſe tam exiguis copiis dimicare.

Cap.

Attic. & de finib. itemque Curtium 4, 1, 8. uſos. *Schottus* e membranis ſuis legit: *decertarent*. Quod verbum & infra 23, 10, 4. legitur. Nuperus editor Nepotis Rob Keuchenius in Vet. Lib. ſe reperiſſe ait *aciemque cernerent*, idque de Graeco expreſſum putat, dictumque ut *κρίνω τὸν πόλεμον*, *cernere bellum* &c. de quo viderint, qui me doctiores ſunt. Fortaſſe legendum *acieque cernerent*, quomodo Ennius, Virgilius, & Plautus hac voce uſi ſunt. *Boſius*. Leid. *decernerent*. Voſſian. A. *decertarent*. Sed ſupra notatum erat *decernerent*, in Voſſ. B. *decernerent* C. *decertarent*. *Contenderent* ſine ulla haeſitatione in textum reciperem, ſed ſuadentibus tam a Boſio collatis quam a me inſpectis Codd. Mſſ. coactus fui a vulgata lectione recedere, & Boſianam ſequi editionem. De verbo *Cernere* & *decernere* agemus ad Hannib. cap. 10.

1 *Maxime nitebatur*] Id eſt, ſuadendo conabatur efficere, contendebat, laborabat. Infra Attico (25. 15, 2.) *idem in nitendo, quod ſemel annuiſſet, &c.* Sic *niti pro aliquo* Tacitus dixit 1. Hiſt. 55, 4. pro, agere alicujus cauſſam paullo diligentius & cum conatu multo. *Buchner*.

2 *Deſperare* Leid. *deſperari*

3 *Eadem re*] i. e. *ideo*, eadem *de cauſſa* v. Gudium ad Phaedr. L. 1. f. 11.

4 *Auderi*] Sic legit vetus Cod. Mſſ. & Livius *lib.* XLIX. ait: *Multa dolo, pleraque per vim audebantur*. Ernſt. *Rem audendam magno futuro duci* dixit idem Livius, ut notat Voſſ. 4. de analog. 13. *Boſius*. *Auderi*, Leid. Cod. & Voſſ. A. B. *dimicare* Voſſ. B. *dimicari*. Voſſ. A. C. aſt C. P. Dan. *copiis dimicarent auderi*. citat & *auderi* Cel. Periz. ad Sanctii Min. L. 4. cap. 6. §. 18. verum Cl. Schefferus docet in Codice, quem Boeclero utendum dedit, ſcriptum exſtare *audere* & ita legendum eſſe in Epiſt. 7. ad N. Heinſium. omittitur *dimicare* in Mſ. Oxon.

1 *Hoc in tempore*] V. Ind. vocibus *In* & *Tempus*. Boſius.

2 *Athenienſibus*,] Leid. *Athenienſis*.

3 *Praeter Plataeenſes*] Ita & Herodotus 6. Iſocr. Orat. 9. & ſcriptor anonymus ap. Scholiaſten Ariſtoph. in Equit. (a *Gebhardo* h. l. etiam citatus) Vide & Plut. Ariſtide. *Boſ.*

3 *Plataeenſes*] Qu. Mſſ. & Edd. *Plataeenſium*. Boſius. Leid. *platentes* Cod. Voſſ. A. B. *Platenſes*. Paullo poſt pro *itaque horum*. Mſſ. Oxon. *itaque hominum*.

4 *Mille militum*] Conſulendae de hac conſtructione ad h. l. ſunt Cellarii notae, quibus adde Cell. viros J. Fr. Gronovium lib. 1. cap. 10 de Pec. Vet. & Jac. Perizonium ad Sanctii Minerv. L. 4. C. 4. n. 78. 2000.

ſiſtere auſi non ſunt, atque ex inſula demigrarunt. Pari felicitate ceteras inſulas, quae Cyclades nominantur, ſub Athenienſium [9] redegit poteſtatem.

CAP. III.

1 Eisdem temporibus Perſarum rex [1] Darius, ex Aſia in Europam [2] exercitu trajecto, [3] Scythis bellum inferre decrevit. pontem fecit in [4] Iſtro flumine, [5] qua copias traduceret. ejus [6] pontis, dum ipſe abeſſet, cuſtodes reliquit principes, quos ſecum ex Ionia & Aeolide duxerat. quibus ſingulis [7] ipſarum

lib. 1. cap. 9. F. *Proximis quiſque correptis totam Italiam ſub ſe redigeret.* Gebhardus. Leid. *redigit.*

1 *Darius*] Hiſtaſpis filius, qui qua arte ad regiam poteſtatem pervenerit, narrant Herodotus 3, 84. & ſeqq. Juſtin. I, 10. Val. Max. 7. 3. ext. 2. *Boſius.*

2 *Exercitu trajecto*] Qui ſeptem millibus armatorum conſtabat. Herodot. 4. Juſtin. 2, 5. Oroſ. 2, 8. *Boſius.* Voſſ. C. *trajectam.*

3 *Scythis bell. inf.*] Quod eorum regis Idanthyri (ita id nomen ſcribi volunt Salmaſ. Exercit. Plin. p. 846. & Iſ. Voſſ. not. ad Juſtin. p. 8. Clementi Alexandrino 5. ſtromat. p. m. 567. eſt Ἰδανθύρσος) filiam non obtinuiſſet. Juſtin. 2, 5, 9. Oroſ. 2, 8. *Magna ſcil. neceſſitas* (addit Oroſius) *pro unius libidine hominis:* DCCM. *virorum periculo mortis expoſiti!* Boſius.

4 *Iſtro flumine, quo*] Cod. P. Dan. *Hiſtro flumine, qua.* Voſſian. A. B. C. *Hiſtro flumine, quo.*

5 *Qua copias*] Bene. neque probo, quod malit Scottus *quo*, referatque ad pontem. *Gebhardus.* MSS. Schotti & Boecleri, ac Longolii editio *quo*, ut ad pontem referatur, ſed alterum elegantius, etiam Gebhardi ſuffragio. *Boſius.*

6 *Pontis cuſtodes*] Pontium, quia magnus in bello uſus, idcirco diligentem eorum curam eſſe convenit. Et recte quidem Noſter cuſtodes apponit tantos viros, tantopere ſibi obnoxios. Erat enim pons iſte ex eorum genere, qui *non tantum ad tranſitum, ſed ad recurſum* facti, ut Veget. 3. 7. deſcribit; *perfugii* ſc. *via*, Juſtin. II. 14, 4. & *mora adverſus victorem* ſunt. Liv. 26, 9; qui ſicut *& foſſis aggereque conſtructo defenſores milites accipere debent, a quibus tamdiu teneantur, quamdiu locorum neceſſitas poſtulat*, (Veget. l. all) ita firmioribus praeſidiis inſtrui non poſſunt, quam *fide ipſorum cuſtodum* confer. v. 4. & pontis commoditatem facile intelliges. *Rave.*

7 *Ipſarum*] id eſt; urbium; in quibus ipſi principes erant nati. *Gebhardus.* Lamb. legit *ipſorum*, ut Principes Juliae & Aeolidis, de quibus meminerat, reſpiciat. Sed nihil fortaſſis mutandum eſt. *Ipſarum*, i. e. Ioniae atque Aeolidis regionum. *Buchn.*

tum urbium [1] perpetua dederat imperia. [2] Sic enim 2
putavit facillime ſe [3] Graeca lingua loquentes, [4] qui Aſiam incolerent, ſub ſua retenturum poteſtate, ſi [5] amicis ſuis oppida tuenda tradidiſſet, quibus, [6] ſe op-

1 *Perpetua imperia*] Hinc Plut. in Apophth. iſtos vocat *Tyrannos*. Quanquam enim & ipſi cum civibus ſuis ſub Perſarum dominatione, atque ut Rex Scytharum appellabat, *ἀνδράποδα χρηστὰ καὶ ἄδραστα*, ſive ut apud Herod. eſt, *φιλοδέσποτα*, mancipia ſcil. quaedam frugi eſſent; civium tamen ſuorum cauſſa, quibus & ipſi non volentibus dominarentur, merito quod ſuo tyranni erant, eoque nomine §. 5. tantopere ſibi metuunt. *Rave.*

2 *Sic enim putavit* &c.] Senſus totius loci iſte. Darius effectum pontem receptui ſuo ſervari volens, cuſtodibus curam ejus tradidit Ioniae & Aeolidis principibus. Horum fides pignorata erat datis imperiis, in amicitiam quippe aſſumtos, ut dominari magis quam ſervire ſibi viderentur, urbium ſingularum (intellig. in Ion. & Aeol.) tyrannos fecit, *διὰ Δαρεῖον ἕκαστος αὐτέων τυραννεύει πόλιος*, inquit Herodot. l. 4. Hoc ejusmodi erat, ut ſua quisque poteſtate contenti, de libertate popularium parum eſſent ſoliciti, adeoque Graecos Aſiam incolentes, quos Perſicus dominatus comprehenderat, ad res novas & libertatis reſumendae ſtudium minime erigerent, erigive paterentur. Singularis enim perpetuique imperii dulcedine illecti, ejus auctorem (Darium) haud dubie credebantur defenſuri: praeſertim cum intellectu non eſſet difficile, Dario potentia demoto, urbes, quas obtinuiſſent ipſi, odio ſingularis imperii inſito, expulſis tyrannis (quibus duplici nomine contigerat invidiam mereri: & quod inſtrumenta Perſicae dominationis, & quod tali poteſtatis forma, i. e. inſolita ac tyrannica uſi erant, vid. Nepot. 1, 8, 3.) priſtinam regiminis diſciplinam reſumturas eſſe. *βουλήσεσθαι γὰρ ἑκάστην τῶν πολίων δημοκρατέεσθαι μᾶλλον ἢ τυραννεύεσθαι*; verba ſunt Iſtiaei apud Herodot. confer ejusdem orationem apud Noſtrum, 1, 3, 5. *Boecler.*

3 *Graeca lingua loquentes*] Si iis, qui Graeci eſſent & Graeca lingua uterentur, Graecos & Graecae linguae peritos praeficeret. *Buchn.*

4 *Qui Aſiam incol.*] Graecorum qui Aſiam incolebant, mentionem facit Hippocrates in lib. De aëre, aquis & locis; ut Xenophontem, Herodotum, Plutarchum aliosque mittam. *Magius.*

5 *Amicis ſuis*] Erant Perſarum regibus praeter *Satrapas* & *cognatos* alii, quos *Amicorum* loco habebant. Diſerte id quidem *Diodorus Sic.* lib. 17. ubi narrat, quomodo Regis caſtra direpta, quaeque ſpolia inde capta. *Ὁμοίως καὶ τῶν τοῦ βασιλέως φίλων, καὶ συγγενῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων οὐκ ὀλίγος διηρπάζετο πλοῦτος.* Idem lib. 11. Artaxerxen regnum ordinantem pluribus Satraparum dediſſe ſucceſſores narrat, *τῶν δὲ ἑαυτοῦ φίλων ἐκλέξασθαι τοὺς εὐθέτους, καὶ σατραπείας παραδεδωκέναι.* Sic de Amane legitur *Eſth.* 3. quod Artaxerxes eum *ἐπρωτοβάθρει πάντων τῶν φίλων*

oppreſſo, nulla ſpes ſalutis relinqueretur. [1] In hoc fuit
tum numero Miltiades, cui illa cuſtodia [2] credere-
3 tur. Hic, quum crebri [3] afferrent nuntii, [4] male rem
gerere Darium, [5] premique [6] ab Scythis, Miltiades
[1] hor-

φίλων αὐλῇ. Ap. Q. *Curtium* 5, 9, 1. *Artabazus vetuſtiſſimus amicorum* Regis Darii vocatur, & percuſſoribus, Nabarzani & Beſſo, *idem amicitiae gradus* repromittitur, *ib. cap.* 10. 10. Quanta autem amicorum dignitas fuerit, interea ab Amane patet. Confer Eſth. c. 4. & 5 vide Salm. ad Spartiani Hadrianum cap. 18. Bernegg. ad Juſtin. 7, 8, 7. & 34. 3, 3. Curt. 13, 12. Sueton. 3, 55. *Rav.*

6 *Se oppreſſo*] h. e. ſi oppreſſus eſſet. Sic intra 25, 2, 5. *multiplicandis uſuris*, id eſt, ſi multiplicarentur. Infinita ejusmodi ap. auctores; cum conciſius & per participia loquuntur, occurrunt. Omnis enim Modi, omniumque Temporum diſſimulari verbum ſubſtantivum ſic ſolet. *Rave.*

1 *In hoc fuit tum num.*] MS. Boecl. *In hoc tum num. fuit.* Concinnius aliquando, quam vulgati: mox idem & membr. Card. Mendozae. *Boſius.*

2 *Crederetur*] committeretur: Terent. Heaut. I, 5, 2. *Abii ad proximos, iis commiſi, & credidi.* Petron, *Crede ratem ventis, animum ne crede puellis.* *Buchn.* MSS. Card. Mendozii, & Boecleri: *traderetur.* Quod interpretamentum puto. *Boſius.* MS. Oxon. *traderetur*, item Voſſian. A. B. C. Haec verba ſaepius confundi in Mſſ. docuit jam Celeb. Drakenborch. ad Silium Italicum lib. 16. vſ. 371.

3 *Adferrent nuntii*] Cod. P. Dan. *asferrent n.*

4 *Male rem gerere Darium*] Sic Themiſtocle de Xerxe. *Hic etſi male rem geſſerat.* Pro cladem acceperat. Hamilc. *Cum ante ejus adventum, & mari & terra res gererentur.* Gebhardus. V. Juſtin. 2, 5, 10. *Boſius.*

5 *Premique*] Caeſar. l. 3. Civ. c. 102. *ſi nemo premeret.* Frontin. l. 2. c. 43. *Minutius Ruffus Imper. cum a Scordiſcis Dacisque premeretur.* Eſt verbum Venatorium, unde Ovidius Phaedra.

In nemus ire libet, preſſisque in retia cervis,
Hortari celeres per juga ſumma canes.

Virgil.

Ingenti clamore premes ad retia cervum. Gebhardus. De verbo *Premi* vid. Cl. Burm. ad h. l. Ovid. vſ. 91.

6 *Ab Scythis*] Leid. & Voſſ. C. *a Scythis.* Nec non Cod. P. Dan. *ab Scythis* probat Cellarius ad h. l. & ita Voſſ. A. Sic in Milt. cap. 1. Cod. Leid. & P. Dan. *ab Septentrionibus.* in Iphicrat. cap. 2. Leid. & A. *ab peritiſſimo Imp.* Livius centies ut l. 2. c. 13. *ab Romanis, ab Janiculo.* Iterum Noſter in Dione cap. 1. in MS. Cod. A. B. *alia ab natura habuit bona.* Hygin. fab. 14. p. 47. *ab ſerpentis morſu in Africa obiit.* Sic pro *a Jove, ab Jove* in veterrimis codicibus reperiri docet Nob. Heinſius ad Ovidium l. 1. Faſt. vſ. 236. & cl. Cortius monet apud Salluſtium in melioribus Codicibus exſtare pro *a profugis, ab profugis*, pro *a perſequendo, ab perſequendo.* ad

[1] hortatus eſt pontis cuſtodes: [2] ne a fortuna datam occaſionem liberandae Graeciae dimitterent. Nam ſi cum his copiis, quas ſecum [3] tranſportaverat, [4] interiiſſet Darius, non ſolum Europam fore tutam, ſed etiam eos, qui Aſiam incolerent [5] Graeci genere, liberos a Perſarum futuros dominatione & periculo. [6] Id & facile effici poſſe. Ponte enim [7] reſciſſo regem vel hoſtium ferro, vel inopia, paucis die

Jugurth. cap. 76. n. 5. & in Ariſtide cap. 2. Cod. P. Dan. *ab Lacedemoniis transferretur.* in Hamilc. c. 2. in Cod. MS. A. *auxilia ab Romanis petiverint.* in Hannibale cap. 3. *ab Gallia.*

1 *Hortatus eſt*] Herodotus hoc ipſos Scythas feciſſe commemorat, idque approbaſſe Miltiadem atque ſuaſiſſe. Vide ipſum lib. IV. *Buchn.* Cum Herodoto facit & Plutarchus in Apophthegm. p. m. 174. *Boſius.*

2 *Ne a fort. dat. occaſ. lib. Graec. dim.*] P. Syrus. *Cavendi nulla dimittenda eſt occaſio.* Caeſar. lib. 5. de B. Gall. extr. *Ne quam occaſionem rei bene gerendae dimitteret.* Nepos Alcibiad. *Tempus rei gerendae non dimiſit.* Idem lib. 2. de Bello Gall. c. 21. *Ne in quaerendo ſuos pugnandi tempus dimitteret.* Id. lib. 6 cap. 36. *Seque ipſi adhortantur, ne tantam fortunam ex manibus dimittant.* Ciceroni animadverti placere *amittere occaſionem*, non *dimittere*. Gebhardus.

2 *Ne a fortuna.*] Sic Cod. P. Dan. pro *cum iis* Voſſ. B. *cum his.*

3 *Transportaverat*] Cod. P. Dan. *transportarat.*

4 *Interiiſſet*] *Interiſſet* Leid. & Voſſ. A. B. Sic & Cod. Schefferi. v. ejus Epiſt. 7. ad N. Heinſ. ubi memoriae vitio, credo, *interiiſſent* ſcripſit.

5 *Graeci genere*] Leid. *Graecos generis.*

6 *Id & facile*] Leid. & Voſſ. A. C. *Et facile.*

6 *Id & facile eff. p.*] In aliis libris eſt: *Id facile effici poſſe.* Sed cum illo facit vetus meus Codex calamo ſcriptus, quem Aureliae emi, cum venderetur Bibliotheca Jo. Thiballieri. *Ernſt.* MSS. Schotti & Gifanii: *Et fac. eff. p. Boſius.*

7 *Reſciſſo*] Alii libri *reciſo* quod idem eſt. Caeſar. lib. 7. cap. 58. *Refecto ponte, quem ſuperioribus diebus hoſtes reſciderant, exercitum traducit.* lib. 2. c. dixit *interſcindere pontem*: ſicut alii *interrumpere.* Juſtin. l. 2. c. 6. F. *Metuens, ne interrupto ponte Iſtri reditus ſibi intercluderetur.* Cic. Epiſt. *Pontesque, quos fecerunt, interrupi.* Idem libro 11. cap. 14. *Suadentibus deinde quibuſdam; ut Pons Cydni fluminis ad iter hoſtium impediendum intercluderetur.* Cicero de Legibus; *Ut contra omnes hoſtium copias in ponte unus aſſiſteret, a tergoque pontem interſcindi juberet*, ubi loquitur de Horatio Coclite. *Gebhardus.* Leid. *reciſo. Reſcindere*, & *recidere* ſaepius confunduntur in Mſſ. vide cl. Oudendorp. ad Frontin. l. 4. Strateg. cap. 1. in fine, nec non V. V. D. D. Graev. & Duker. ad Florum l. 1. c. 10. n. 4. *Ponte reciſo tranſnatat Tiberim.*

5 diebus interiturum. Ad hoc conſilium cum plerique accederent, [1] Hiſtiaeus Milleſius, ne res conficeretur, obſtitit, dicens: non idem ipſis, qui [2] ſummas imperii tenerent, expedire, & multitudini: quod Darii regno ipſorum niteretur dominatio. Quo extincto ipſos poteſtate expulſos civibus ſuis poenas daturos. Itaque adeo ſe abhorrere a ceterorum conſilio, ut nihil putet ipſis utilius, quam confirmari
6 regnum Perſarum. Hujus cum ſententiam plurimi eſſent [3] ſecuti, Miltiades, non dubitans, [4] tam multis [5] conſciis, ad regis aures conſilia ſua perventura, Cher-

1 *Hiſtiaeus*] Hic fuit Mileti urbis Ioniae praefectus, ut ex Herodoto conſtat: e quo totus locus expreſſus videtur *Lambino Boſius*. *Hiſtiaeus* Cod. P. Dan. & Voſſ. A. *Heſtiaeus*.

2 *Summas imperii*] Τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν, uſitatius eſt *Summa imperii*, *Summa belli* [illegible]. Cicero enim quum loquitur de potentia ac dignitate dicit *ſummam rerum adminiſtrare*. *Summam* item *ordinis conſiliique concedere*. Nec non *ſummae reip. praeeſſe*. At quum de pecuniariae rei praecipua ratione. *Non refert*, inquit, *parva nomina in codicem, imo omnes ſummas*, pro Quincto Roſcio, & in Verrem *A populo factarum quaeſitarumque rerum ſummas imminuere* Gebhardus. Voſſ. C. *Darii regni*.

3 *Secuti*] Leid. *Conſecuti*.

4 *Tam multis conſciis ad regis aures* &c.] Bene Petronius.

> ——— *quicquid dimittis in aula*
> *Effluit & ſubitis rumoribus oppida pulſat.*
> *Nec ſatis eſt, vulgaſſe fidem; ſimulatius exit*
> *Proditionis opus, famamque onerare laborat.*

Idcirco res reticendas Caeſar *pluribus praeſentibus jactari nolebat*. 1. de B. G. 18. Infra Dione 8, 3, *Res multis conſciis quae gereretur, elata*. Caeſar 7. Comm. 2. *Quoniam in praeſentia obſidibus cavere non poſſent, ne res efferatur*. Gebhardus.

5 *Conſciis*] Leid. *Conſiliis*, item Voſſ. A.

6 *Cujus ratio etſi non val.*] Peccaſſe videntur Magio & Miltiades, qui proditionis hoc conſilium agitaverit; & Nepos, qui id factum approbaverit. Lambinus recte vidit hunc locum non eſſe ἁπλῶς τῆς κρίσεως, ſed συγκεφαλαιωτικῶς ὑποθέσεως. Iſtiaeus & quos ſententiae approbatores habuit, ceteri, non tam fide in Perſam, quam cura ſuae dominationis poteſtatisque tuendae pontem cuſtodiebant: Miltiades cum detrimento ſuae poteſtatis, patriae opes quam regis, augeri maluit. Confer. 9, 5, 2. *Boecler*. nullum pondus habuit, nihilque obtinuit: Cicero pro Cecina. *quod etiamſi verbo differre videatur, re tamen eſt unum, & in omnibus cauſſis idem valet*.

Digitized by Google

Cherſoneſum reliquit, ac rurſus Athenas demigravit. [6] Cujus ratio etſi non valuit, [1] tamen magnopere eſt laudanda: cum amicior omnium libertati, quam ſuae fuerit dominationi.

CAP. IV.

Darius autem, cum ex Europa in Aſiam rediſſet, [1] hortantibus amicis, ut Graeciam redigeret in ſuam poteſtatem, [2] claſſem quingentarum navium com-

let. Qui judicium Nepotis carpunt, antiquitatis ſuam ignorationem produnt. Nam iſti priſci nihil ſanctius ac religioſius libertate duxerunt, eique conſervandae ac provehendae omnia cedere debere, perſuaſi fuerunt. Quare fidem, jusjurandum, omniaque reliqua officia, niſi Libertati expedirent, nullius ponderis eſſe exiſtimarunt, eaque recte violari. Vide Caeſar. de B. Gall. 5, 27. & 7, 37. ac 76. Iſocrates Archidamo: ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἐστὶν, ὅ, τι περὶ δεινῶν ἔχ, ὑπομενετέον. *Gebhardus. Cujus ratio*, forte *ejus* conjicit cl. Oud. Voſſ. C. *hac rurſus A. d.*

1 *Tam. magnop. eſt laudanda*] Mſ. cum nonnullis editis libris legit: *laudandus*. Ernſt. Vir. doctiſſ. & de ſtudiorum inſtauratione ſerio ſollicitus, *Jo. Rave*, amicus noſter, ſic potius a Cornelio ſcriptum fuiſſe exiſtimabat, *tamen magnop. laudandus ipſe eſt*. Id enim velle, quae continent, verba; *cum amicior omnium libertati, quam ſuae fuerit dominationi*: quibus utriusque conſilii ratio tangitur, & ex iſta συγκρίσει judicium fit de affectu conſulentium. Si aliter inquit, legas, non potes Cornelium Nep. abſolvere ſententiae, non Sophiſticae modo, ſed omnino infamis, quia perfidiae ornamentum quoddam ſit: qualis profecto tanto viro tam aliena, quam in vulgus etiam improbatiſſima ſuo tempore fuit. Nam quid eſt quod inter malos mores & perfidiae exempla aeque relatum omnibus ſaeculis fuit, quam quod *Adverſis rebus rarior fides eſt*, Veget. 3, 9. & quod *amicitiarum jura ſucceſſu a plerisque non fide ponderantur*, Juſt. 22, 7, 3? Miltiades vero & fidem Dario dederat, & cuſtodiam pontis in ſe receperat. Eo majoris perfidiae reus, quia conſilio ſuo tantum exercitum, ipſumque Regem, qua iſti genti nulla major eſt jactura, prodidit. Vide plura apud eum Comment. ad h. l. p. 28. ſeqq. Neque enim inſtituti ratio patitur, ut cuncta huc transſcribamus. *Boſius.*

2 *Claſſem quingent. nav*] Plato in Menex. trecentas fuiſſe ait; Herodotus ſɔc triremes numerat, absque navibus hippagogis, in quas equos impoſuerunt. *Boſius.*

3 *Datim praef. & Artaphernem*] Ariſtophanis Graecus explanator, pro *Artapherne Artabazum* habet: caeteri cum Probo conſentiunt

Pau-

comparavit, eique [3] Datim praefecit, & [1] Artaphernem; hiſque [2] ducenta [3] peditum millia, & decem equitum dedit: [4] cauſſam interſerens, ſe hoſtem eſſe Athenienſibus, quod eorum auxilio Iones Sardeis
2 expugnaſſent, ſuaque praeſidia interfeciſſent. Illi [5] praefecti regii claſſe ad Euboeam appulſa [6] celeriter Ere-

Pauſanias in Atticis ſolius Artaphernis meminit. Plato v. dialogo de Legg. 3. & in Menexeno (*ſicut & Plut. in Parall.*) Datim ſolum nominat, quaſi non habuerit collegam. *Magius.*

3 *Datim praefecit.*] Cod. P. Dan. *Datim praeficit.* Ed. Lut. *Datim* in Marg. *Datim praeficit.*

1 *Artaphernem*] Leid. *Artaiternem.*

2 *Duc. ped. millia, & dec. eq.*] Cod. P. Danielis, membranae Bavarae, & MS. Boecleri: *ducenta, peditum decem millia equitum.* Quod praefero. Sic enim ubique Noſter, cum alterutro loco majorem diſſimulat. Vide 2, 5, 4. 10, 5, 3. 14, 8, 2. Integram phraſin habes 2, 2, 5. & 4, 1, 2. In re ipſa variant Auctores. Nam Pauſanias & Valer. Max. 5, 3. trecenta, Lyſias in Epitaphio quingenta millia numerant. De quo vide Petavium parte. 1. Rationarii temporum 3, 1. *Boſius.*

3 *Peditum millia & decem equ.*] Leid. Voſſian. B. & Cod. P. Dan. *Peditum, decem milia eq.* Conſule J. Fr. Gronovium ad Livium lib. 36. cap. 14.

4 *Cauſſam interſerens*] *Cauſſam interſerere, interponere, dictitare,* Auctori noſtro eadem ſunt, quod *cauſſari*, h. e. cauſſas fingere, & praetexere, προφασίζεσθαι. Dicitur autem ὁμωνύμως *Cauſſa*, quia nihil minus, quam Cauſſa, ſed *Color* ſeu *Praetextus* quidam eſt. Ideoque Polybius lib. 3. quod ei velut *praetextui* opponit, id vocat τὴν ἀληθινὴν αἰτίαν, *eam, quae vere cauſſa eſt.* Dicitur autem alias ſuo vocabulo πρόφασις, eique tum cauſſa eſt contraria. Juſtino 30, 1, 2. belli *honeſtus titulus* vocatur, Herodoto πρόσχημα λόγων, *color orationis*, Plutarcho in Themiſtocle & aliis, abſolute λόγος, eique opponitur ἔργον; quomodo Latini quoque *Verbum* dicunt, a *facto* atque *opere* alienum. Polybius loco dicto praeclare docet, a ſe invicem diſcernere, magnaque in his prudentiae vis eſt, magna felicitatis. Quod praeſentem vero ſpectat rem, Herodotus, Plato, Ariſtoteles 2. Anal. 2, 11, 4. Iſocrates, Plutarchus, Juſtinus, in praetextu illo, quodammodo; in vera cauſſa, prorſus conſentiunt: hancque noſter paullo ante praemiſit. *Rave.*

5 *Praefecti regii*] Leid. Voſſian. B. & Cod. P. Dan. *illi praefecti regii*, nec non Ed. Lut. denique etiam Mſſ. Oxon. Voſſian. B. etiam exhibet pro *claſſe ad Euboeam appulſa claſſe Euboeam appulſa.* Vide, quae notabimus ad Timoth. cap. 2.

6 *celer. ceperunt*] Quia triduo, ut *Plato* in Menex. ac 3. de Legib. & *Ariſtides* 11. Platon. p. 279; at *Herodotus* autem, ſeptimo die debellata inſula. *Rave.*

Digitized by

Eretriam ceperunt, [1] omneſque ejus gentis cives abreptos [2] in Aſiam ad regem miſerunt. Inde ad Atticam acceſſerunt, ac ſuas copias [3] in campum Marathona deduxerunt. [4] Is abeſt ab oppido circiter [5] millia paſſuum decem. Hoc [6] tumultu Athenienſes tam pro-

1 *Omneſque ejus gent. cives abreptos*] Omnes capti, quia junctis manib. ab extrema inſulae ora milites complexi ſe invicem, ne quisquam elaberetur, σαγηνεύσαντες, *velut ſagena concluſerant incolas*, ut ex *Herodoto* etiam *Strabo* memorat lib. 10. Quanta autem multitudo abducta hinc in ſervitutem fuerit, facile ex Strabonis eod. loco colligas, quem ſi tanti eſt, inſpice edit. Caſaub. p. 448. *Rave.* Uſitatum priſcis Regib. hoſtium regiones vacue facere: omneſque incolas correptos ac vinculis conſtrictos eo transferre, ubi pro lubitu illis illuderent, vel ad abjectiſſima miniſteria abuterentur. 1. Reg. XX. 18. Curtius 5, 5, 5. & 6. Polyaen. lib. 4. in Philippo Comm. 12. *Gebhard.*

2 *In Aſiam ad Regem miſit*] Mortem enim Dati fuerat interminatus, niſi ad eum Eretrienſes & Athenienſes captivos perduceret. Auctor Plato in Menexeno. *Magius.*

3 *In campum Marathona*] de quo vide Scholia in Ariſtophanis Equites; In quo notabis, quod non Artaphernem; ſed Artabazum expeditionis ſocium a Dario additum Dati commemoret. Pugnam autem Marathoniam quaſi trecenti auctores litteris ad poſteritatem transmittere conati ſunt, teſte Plutarcho. *Gebhardus.*

4 *Is abeſt ab*] Leid. & Boecl. *is eſt ab.* ſic infra 15, 3, 4. *tantum ſe ab invidia futurum. Boſius.* Sic & Voſſian. A. B. C. & in loco Chabriae Boſii lectionem confirmant Leid. & Voſſ. A. B. in Epaminonda cap. 1. *Scimus enim Muſicen noſtris moribus abeſſe a Principis perſona.* In Ageſilao cap. 5. *Tantum abfuit ab inſolentia gloriae.* In Attico cap. 12. *Tantum abfuit a cupiditate pecuniae.* Nulla Mſſ. Codd. eſt differentia. Sed in cap. 20. Mſſ. Schotti, quod jam monuit Boſius, exhibet *cum ab urbe eſſet*, cum in Vulgg. legitur *ab urbe abeſſet.* Livius L. 3. cap. 3. dixit *haud multum a pavore captae urbis abeſſe.* Sed utrumque, credo, recte dicitur, quomodo & Veteres *longe eſſe* & *longe abeſſe* dixerunt, ut *eſſe longiſſime ab eloquentia* dixit Quinctilianus. Vide Clariſſ. Burmann. ad Quinctilian. L. 8. Inſtitut. Orator. proaem. De alia phraſi *longe alicui eſſe* & *abeſſe.* Duker. ad Florum L. 2. cap. 2. n. 8. ſi tamen in Mſſ. extaret *is abeſt oppido* non vererer in textum recipere, quia Auctor ſaepius praepoſitionem nomini detractam addit verbo, & ita locutus eſt Cicero L. 1. Acad. cap. 1. *Paullumque cum ejus villa abeſſemus.* Verum antiquam lectionem retinere malo, quoties enim noſter alibi etiam duplicaverit praepoſitiones ignorat nemo, & loco ſuo latius oſtendam.

5 *Millia paſſuum decem*] JCti noſtri notant ad §. Datus inſt. de excu-

propinquo, tamque magno permoti, auxilium nuſquam, [1] niſi à Lacedaemoniis, petiverunt: [2] Philippi-

cuſ. tut. vel cur. miliare Italicum ſive legale confici mille paſſibus, uti eſt in Gloſſ. ad C. *mille paſſus* 154. D. de Verb. ſign. paſſus vero quinque pedibus: pes autem quindecim digitis. Gloſſ. ad l. 3. D dict. tit. & in c. ſicut 6. cauſſ. 17 q. 4. Quibus adde, quod viginti miliaria legalia faciant dietam legalem cit. L. 3. in prin. ſed Leuca major eſt miliari legali. Iſidorus enim Lib. Orig. 15. cap. ult. & Jornand. hiſtor. Geticae cap. 36. ſcribunt; Leucam finiri mille & quingentis paſſibus. De Miliaribus autem ut recte conſtaret, columna, quae *miliarium* vocabatur Romae ad aedem Saturni aurata poſita erat, a qua omnes viae Italicae inciperent. De qua vide Plin. L. 3. c. 5 (Sueton. Othone, & Tacit. L. 1. Hiſtor. cap. 27, 3. ubi Miliarium aureum appellatur. *Ernſtius*.

5 *Millia paſſuum decem*] Mſſ P. Danielis & Boecleri: *millia paſſus decem.* De menſurae genere V. Ind. v. *paſſus* Boſius. Mſſ. Leid & Voſſ. A. C. etiam *paſſus*. ſed conſule Lector Cl Graevium ad Ciceron. Lib. 10. ad Fam. Ep. 17. nec non J. Fr. Gronovium de Pec. Vet. Lib 1. cap 10.

6 *Tumultu*] Recte bellum *tam propinquum tamque magnum*, *tumultum* dixit, Romana voce de Graeca expeditione ob ſimilitudinum uſus. *Tumultus* enim proprie vocabatur bellum a domeſticis aut vicinis quod imminebat, quod tum negocia ſive res tumerent. Vide Cicer. Philipp. 1, 8. Voſſ. Inſt. Ornat 4. 1, 4. & Lexicographos paſſim. Pertinet huc locus Frontini Stratag. 5. 2. C. *Caeſar ſeditione in* TUMULTU *civilium armorum, ac tum maxime* TUMENTIBUS *animis, legionem totam exauctoravit.* Boſius. Conſule de hac voce Ampliſſ. Cuperum L. 2. Obſ. cap. 4. Voſſ. C. *Tumulto.*

1 *Niſi a Laced*] Plato Dialogo 3. de L.L. auctor eſt, miſiſſe quidem ad alios quoque Graecorum, qui opem ab ipſis peterent, ſed a nemine, praeterquam a Lacedaemoniis, impetraſſe, atque hos confecta pugna Marathonia demum veniſſe auxilio. *Buchn.*

2 *Philippidemque*] Sic Thurii, invadente Italiam Dionyſio, tabellarios ad foederatos miſerunt auxilia arceſſitum. Diodor. L. 14. Videtur unaquaeliber Graeciae civitas tales curſores habuiſſe: De Lacedaemoniis idem lib 15. quos Diodor. & Nepos *Hemerodromos* vocat, ii & *δρομοκήρυκες* appellantur Polyaen. Lib. 5. in Eudocimo. *Curſor* Ciceroni eſt, qui curſu valet, de Divinatione. *Curſor ad Olympia proficiſci cogitans, viſus eſt inſomnis curru quadrigarum vehi.* Gebhard. Ita Pauſanias, Plinius Hiſt. Nat. 7. 20. Solinus cap. 6. itemque codices aliqui habent. At Herodotus *Φειδιππίδην* vocat: cum quo facit Mſ. cod. Longolii, in quo *Phidippidemque* fuit. At Codex Bavarus & Pet. Danielis *Phidippum* ſcribunt: idque huic curſori nomen fuiſſe, cenſebat *Io. Rave*; ab eoque ceteros, qui ejuſmodi curſores eſſent, *Phidippidas* dictos: quemadm. ab Eumolpo, qui initiandi rationem inve-

[illegible]

Digitized by Google

pidemque curſorem ejus generis, qui [1] hemerodromi vocantur, Lacedaemonem miſerunt, ut nuntiaret, quam

nit, omnes deinde ſacerdotes myſteriorum dicti ſunt *Eumolpidae.* Quam conjecturam adjuvare videtur Pollux, cui in Onomaſtico 3, 30, 3. *Philippides* non perſona, ſed muneris ſeu officii nomen eſt. Nam inter curſoria vocabula, ſeu ad curſum pertinentia, refert. καὶ φιλιππίδης δὲ inquit, ἡμεροδρόμος. Peſſime Interpres, *Philippides vero, Tota die currens, dixit:* ac ſi Philippiden Comicum ea voce uſum fuiſſe, Pollux diceret. Debebat: *Et Philippides, idem quod hemerodromus.* Nam id velle Pollucem, manifeſtum eſt. Quod a. idem vir clariſſ. Philippum illum, *primum hemerodromum exſtitiſſe, & hunc tumultum ejus muneris inſtituendi cauſam Athenienſibus dediſſe*, credit, id neſcio, an Herodoti ac Nepotis noſtri ῥήσεις ferre queant. Nam uterque ut rem jam ante Athenis receptam & uſitatam, *Hemerodromos* memorat. *Boſ.*

2 *Philippidemque* Leid. *Philippumque*, ſic & Mſſ. Oxon.

1 *Hemerodromi*] Mſſ. Pet. Danielis, Giſanii & Bavarus: *Hemerodromoe:* quod rectum eſt. Sic enim ſolent Romani, qui etiam ſcripſere: *Demoe, Canephoroe, Cleruminoe, Adelphoe*, &c. Adi Giſan. Indic. Lucretii in *Tractus corporis*, & Voſſ. de art. Gramm. 2, 4. *Boſ.*

1 *Hemerodromi*] Speculatores erant, & nuncii, ſane Philippiden iſtum Herod. κήρυκα vocat. Inde & δρομοκήρυκες appellati Aeſchini, ut Harpocration obſervat, qui addit οἱ λεγόμενοι ἡμεροδρόμοι. Livius lib. XXXI. cap. XXIV. *Reſpondiſſet, ni ſpeculator (Hemerodromos Graeci vocant, ingens die uno curſu emetientes ſpatium) contemplatus regium agmen e ſpecula quadam, progreſſus nocte media, Athenas perveniſſet.* Appulejus de Mundo (p. 124.) *diurnos excurſores* interpretatur. Graeca in libro de Mundo, qui Ariſtoteli tribuitur vulgo, ita habent: ἡμεροδρόμοι τε καὶ σκοποὶ, καὶ ἀγγελιαφόροι, καὶ φύλακες, φρυκτωριῶν τε ἐπόπται. Quae ita vertit Appulejus d. l, *Excurſores diurni, atque nocturni exploratores, & nuncii ſpecularum incenſores aſſidui.* Quamvis autem haec diverſa munia ſint, tamen in uno haud raro concurrunt. Livius ſane in allegato ſupra loco *hemerodromum* ac *ſpeculatorem* ſive σκοπὸν, unum eundemque facit. Aeneas quoque Tacticus cum cap. VI. Poliorcetici de ἡμεροσκόποις agit, duplex iis officium aſſignat. Primo enim vult ſervare ipſos de ſpecula, atque, ſi opus, ſignum edere rei viſae, quodcunque eſſet tandem: deinde ut ſi quid accidiſſet, quod edito ſigno ſatis commode haud exprimi poſſet, ipſi accurrerent quantocyus, ut ea de re nunciarent. In primo ut recte verſentur, ἐμπείρους πολέμου, *peritos belli* eſſe vult, ne decipiantur videndo: deinde ποδώκεις, *celeritate pedum pollentes*, ut ſi quid nunciandum, celeriter poſſint, quod plane eſt ἡμεροδρομεῖν facere *Buchn* De curſoribus peditibus, equitibus, animantibus, vide elegantem Lipſii epiſtolam, quae in centuria ſingulari ad Ital. & Hiſpan. eſt 59. ad Micaultium. cucurrit autem hic Philippides biduo Athenis Lacedaemonem mille ducenta quadraginta ſtadia, ſecundum Solin. cap. 6 Suidaa

quam celeri opus eſſet auxilio. [1] Domi autem creati decem praetores, qui exercitui praeeſſent, in eis Miltiades, inter quos magna fuit contentio, u-
5 trum moenibus ſe [2] defenderent, an obviam irent hoſtibus, [3] acieque decernerent. Unus Miltiades maxi-

das mille quingenta nominat: Plinius MCXL. Lipſius mille ducenta ſexaginta praefert. ſunt Rom. milliaria centum quinquaginta ſeptem & ſemis: noſtrae Leucae circiter quadraginta. *Res non adeo magna*, ſi cum ceteris exemplis, quae collegit ille, conferatur. *Boecl.* Cretenſium hemerodromorum, quibus Agis Laced. Rex uſus eſt, meminit Diodor. 15. Δρομοκήρυκες eoſdem appellare videtur Polyaenus lib. 5. *Boſius.* Leid. *Hemerodromae*, item Voſſian. A. Voſſ. C. *hemordrame vocatur.* paullo poſt huic Cod. *quam* abeſt ante *celeri.*

1 *Domi autem creati decem praet. qui exercitui praeeſſ. in eis Miltiades*] Notent rudiores omnem magiſtratum, cui exercitus pareret, *Praetorem* nuncupatum. Liber Andreae Scotti. *Domi autem creant decem praetores; in eis Miltiadem.* Gebhard. MSC. *domi autem creant d. pr. q. e pr. in eis Miltiadem.* Illud, *qui exercitui praeeſſent*, videtur nonnemini alienum & foris inculcatum, eo quod vox praetorum ſola rem exprimat. Sed haec forte, praeter conſuetudinem hujus ſcripturae, emendantur. Agnoſcit verba MSC. noſter codex, congruitque phraſis, *praetor exercitui praefuit.* 9, 1, 1. Boecler. Eand. lectionem in ſuis Mſſ. repererunt *P. Daniel* & *A. Schottus.* Boſius. Leid. *Domi etiam autem creant.* Mſſ Oxon. & Voſſ. B. C. *creant* 10 *praetores* ubi tamen in margine B. notatum eſt. *al. creati*; & pro *Miltiades*, *Miltiadem*, ut & Voſſian. A. & B. & hic in marg. *al. l.* Milcyades.

2 *Defenderent*] *Se* abeſt a Mſſ. Leid.

3 *Acieque decernerent*] Male alii *equis* vel *aequis*; neque opus correctione Savaronis *acieque decernerent.* quamvis in Eumene quoque dixerit, *quo integriore exercitu decerneret.* Vulgata lectio puriſſima eſt, Caeſarique familiariſſima, ſic enim Lib. 1. de B. Gall. cap. 31. *ſemel atque iterum armis contendiſſe* cap. 48. *ut ſi vellet Ariviſtus praelio contendere, ei poteſtas non deeſſet.* Lib. 2. cap. 9. *Praelio equeſtri inter duas acies contendebatur.* Lib. 3. cap. 28. & Lib. 5. cap. 16. Curt. Lib. 4. cap. 3. *De regno aequo, ſi vellet, Marte contenderet.* Cicero Attico; *Aut ſi exercitum adducat, neceſſe eſt armis cum eo contendere.* de Finib. *Tauri pro vitulis contra leones ſumma vi impetuque contendunt.* inde apparet & Cl. Schottum nobis perperam *acieque decertarent* obducere voluiſſe *Gebhard.* Sic Mſſ. probatque *Savaro*, cum & infra noſter in Eumene & Hannibale hoc verbo ita uſus ſit. Tamen vulgatam, quae etiam Mſſ. Magii & P. Danielis confirmatur, ut puriſſimam, Caeſarique familiariſſimam *Gebhardus* tuetur, oſtenditque praeter Caeſarem 1. B. Gall. 31. & 48. & lib. 2, 9 lib. 3, 28. l. 5, 16. hac voce & Ciceronem in Epiſt. ad Et-

[1] maxime nitebatur, ut primo quoque tempore caſtra fierent, id ſi factum eſſet, & civibus animum acceſſurum, quum viderent de eorum virtute non [2] deſperari: & hoſtes [3] eadem re fore tardiores, ſi animadverterent, [4] auderi adverſus ſe tam exiguis copiis dimicare.

CAP.

Attic. & de finib. itemque Curtium 4, 1, 8. uſos. *Schottus* e membranis ſuis legit: *decertarent*. Quod verbum & infra 23, 10, 4. legitur. Nuperus editor Nepotis Rob Keuchenius in Vet. Lib. ſe reperiſſe ait *aciemque cernerent*, idque de Graeco expreſſum putat, dictumque ut *κρίνειν τὸν πόλεμον*, *cernere bellum* &c. de quo viderint, qui me doctiores ſunt. Fortaſſe legendum *acieque cernerent*, quomodo Ennius, Virgilius, & Plautus hac voce uſi ſunt. *Boſius*. Leid. *decernerent*. Voſſian. A. *decertarent*. Sed ſupra notatum erat *decernerent*, in Voſſ. B. *decernerent* C. *decertarent*. *Contenderent* ſine ulla haeſitatione in textum reciperem, ſed ſuadentibus tam a Boſio collatis quam a me inſpectis Codd. Mſſ. coactus fui a vulgata lectione recedere, & Boſianam ſequi editionem. De verbo *Cernere* & *decernere* agemus ad Hannib. cap. 10.

1 *Maxime nitebatur*] Id eſt, ſuadendo conabatur efficere, contendebat, laborabat. Infra Attico (25. 15, 2.) *idem in nitendo, quod ſemel annuiſſet, &c.* Sic *niti pro aliquo* Tacitus dixit 1. Hiſt. 55, 4 pro, agere alicujus cauſſam paullo diligentius & cum conatu multo. *Buchner*.

2 *Deſperare* Leid. *deſperari*

3 *Eadem re*] i. e. *ideo*, eadem *de cauſſa* v. Gudium ad Phaedr. L. 1. f. 11.

4 *Auderi*] Sic legit vetus Cod. Mſſ. & Livius *lib.* XLIX. ait: *Multa dolo, pleraque per vim audebantur.* Ernſt. *Rem audendam magno futuro duci* dixit idem Livius, ut notat Voſſ. 4. de analog. 13. *Boſius*. *Auderi*, Leid. Cod. & Voſſ. A. B. *dimicare* Voſſ. B. *dimicari*. Voſſ. A. C. aſt C. P. Dan. *copiis dimicarent auderi*. citat & *auderi* Cel. Periz. ad Sanctii Min. L. 4. cap. 6. §. 18. verum Cl. Schefferus docet in Codice, quem Boeclero utendum dedit, ſcriptum exſtare *audere* & ita legendum eſſe in Epiſt. 7. ad N. Heinſium. omittitur *dimicare* in Mſ. Oxon.

1 *Hoc in tempore*] V. Ind. vocibus *In* & *Tempus*. Boſius.

2 *Athenienſibus*,] Leid. *Athenienſis*.

3 *Praeter Plataeenſes*] Ita & Herodotus 6. Iſocr. Orat. 9. & ſcriptor anonymus ap. Scholiaſten Ariſtoph. in Equit. (a *Gebhardo* h. l. etiam citatus) Vide & Plut. Ariſtide. *Boſ.*

3 *Plataeenſes*] Qu. Mſſ. & Edd. *Plataeenſium*. Boſius. Leid. *platentes* Cod. Voſſ. A. B. *Platenſes*. Paullo poſt pro *itaque horum*. Mſſ. Oxon. *itaque hominum*.

4 *Mille militum*] Conſulendae de hac conſtructione ad h. l. ſunt Cellarii notae, quibus adde Cell. viros J. Fr. Gronovium lib. 1. cap. 10. de Pec. Vet. & Jac. Perizonium ad Sanctii Minerv. L. 4. C. 4. n. 78. 2000. nu-

Digitized by Google

CAP. V.

[1] Hoc in tempore nulla civitas [2] Athenienſibus auxilio fuit [3] praeter Plataeenſes, ea [4] mille miſit militum. Itaque horum adventu [5] decem millia armatorum completa ſunt: quae manus [6] mirabili fla-
2 grabat pugnandi cupiditate, quo factum eſt, ut plus, quam

numerat Herodotus teſte *Boſio* in ſec. Ed.

5 *Decem millia compl. ſunt*] Plutarchus quoque Anthenienſium 9000. *in Parall.* numerat. Iſtamque ſummam ut efficeret, ſervos Miltiades (certe omnium primus) ad pileum vocabat. *Pauſan. in Att.* Tanquam fieri poſtea conſuevit in rerum anguſtiis. Errat Juſtinus & exſcriptor ejus Oroſius, qui decem millia Athenienſibus praeter auxiliares mille Plataeenſes attribuit. Juſtin. 2, 9. *Rave.* Codd. Voſſ. ſemper exhibent *milia. Praeter Plat.* &c. uſque ad *quae manus* non reperiuntur in Voſſ. C.

6 *Mirabili flagr. pugn. cupiditate*] Adde Veget. 3. 11. & 12. ibique Stewechium itemque Loccen. ad Curt. 4, 1, 29. De alacritate Athenienſium etiam Iſocrates in Paneg. & Juſtinus 2, 9, 11. narrant: quorum ille *tanqu. alienis animabus, non ſuis, periclitaturos* procurriſſe eos; hic, *cum mille paſſus inter duas acies eſſent, citato curſu ante jactum ſagittarum ad hoſtem veniſſe* ait. *Boſ.*

1 *Ejus enim auctoritate*] Mſſ. Giſanii & Pet. Danielis: *ejus ergo auctor.* Aptius, ni fallor: nam praeceſſit de auctoritate proxime. *Boſius.* Cod. Petr. Dan. & Leid. pro *valuerit* habent *valeret*; *nec enim* nec *ergo* leguntur in Leid.

2 *Deinde poſtero*] Cod. P. Dan. *dein poſtero* Voſſ. B. *Poſtera.*

3 *Acie e reg. inſtructa*] Quomodo inſtructa fuerit, narrat Herodot. lib. 6. *Lambin.*

4 *Nova arte, vi ſumma*] Schedae Giſanii, *nona partis ſumma.* Savaronis & Schotti libri antiqui, *in parte montis ſumma*, quam ſcripturam & Schottus probat; quod ad montis pedem inſtrui acies potuit, pugna vero ad montis verticem committi, urgente, ut fit, hoſtili acie. Sed haec ſi examinanda forent, magnam ſingula Schotto difficultatem reſpondendi afferrent. Mihi perſuadeo altius deliteſcere ulcus, quam ut ex ingenio ſine Codd. Mſſ. ope tolli poſſit. Interim *nova arte* licet capere ſtrategema, quo contra immenſam Barbarorum multitudinem acies inter arborum tractus, in montis radicibus inſtructa: *vim* vero *ſummam* alacritatem pugnandi incredibilem, & vincendi fiduciam, qui a ſuis caſtris octo fere ſtadia in barbaros procurrerent. Appoſite Vegetius lib. 1. c. 1. *In omni praelio non tam multitudo & virtus indocta, quam ars & exercitium ſolent praeſtare victoriam.* Gebh. Impeditior locus hic Schotto & ceteris viſus, variantibus libris ſcilicet. Lambinus transponit hoc pacto: *Deinde poſtero die ſub montis radicibus*

acie

Digitized by Google

quam collegae, Miltiades valuerit, [1] ejus enim auctoritate impulſi Athenienſes, copias ex urbe eduxerunt, locoque idoneo caſtra fecerunt. [2] deinde poſte- 5
ro die ſub montis radicibus, [3] acie e regione inſtructa, [4] nova arte, vi ſumma praelium commiſerunt, namque arbores multis locis erant [5] rarae, hoc conſilio,

acie e regione inſtructa, hoc conſilio ut & mont. teg. altitud. & arborum tractu (namque arbores multis locis erant rarae) equit. hoſt. imped. ne mult. claudurentur: nova arte, vi ſum. prael. commiſerunt. Si vulgatus ordo ſervaretur, duriuſculum fore exiſtimavit. Omnino autem Puteanum ſequor, eundem ſenſum, ſine transpoſitione, agnoſcentem. Quid enim durum illud? *Arbores erant hoc conſilio, ut teg.* Ad evitandam repetitionem, cum praeclare primo quidem generatim pugnae hujus adjumenta, *novam artem* (nov. conſilium alibi vocat, ſingulare nimirum) *& vim ſummam* ac fortitudinem militum poſuiſſet, deinde *artem* ſive conſilium (nomen iterare non erat neceſſe) in inſtruenda acie locoque legendo exponit: quemadmodum *virtutem* militum n. 5. itidem ſeorſum oſtendi. *Arbores erant hoc conſilio*: non ſane erant hoc conſilio; ſed quia erant, conſilio ſolerti aciei accommodabantur, ad ea ſcilicet, quae praecedunt, referenda eſt haec *βραχυλογία*. Quod objectum eſt, *arborum raritatem non impedire equitatum, ſed crebritatem ſilvae ac denſitatem*; non conceſſerim omnino. Quis enim non videat, arbores licet raras & per ſeriem enatas, ſed Multis locis tamen, Miltiadi ſubſidium, hoſti impedimentum attuliſſe, cujus equites nec ubique, nec libero incurſu, impetuque ac recurſu, nec quanto cupiebant agmine, arborum interventu praeliari poterant. Ergo hic quidem nihil ſcrupuli. Sola reſtat, quae memoratur Marathonii campi planities. Sed quid implicamus rem ſatis expeditam? An pugnant iſta: campus ipſe planus erat & equitatui aptus: & ſub radicibus montis aſſiti, arbores multis locis tractim enatae viſebantur. *Gebhardus* tamen *de arboribus proſtratis* conjicit, ad impediendum equitatum hoſtium (*ut ap. Frontin.* 2, 9.) Igitur pro *rarae* legendum eſſet, *ſtratae*, quod ſi in codice ullo reperiretur, jam dubio res careret, optimeque conſilii ratio explicaretur, nimirum ut a tergo montibus, latere concaedibus munitos Athenienſes intelligeremus. *Boecler.* Cod. P. Dan. *Inſtructa, nova partis ſumma praelium commiſerunt* Leid. *& non apertiſſima p. c.* Voſſ. C. pro *nova arte, vi ſumma, in parte montis ſumma.* *Hoc Conſilio*] Haec verba Parentheſi eſſe excludenda & ad praecedens *praelium commiſerunt* referenda docet cl. Schefferus Ep. 5. ad N. Heinſium, quod probatur in Ep. 6. a Nicolao Heinſio.

5 *Rarae*] Ovidius 10. Ep. Heroid. vſ. 25.

Apparent frutices in vertice rari

Haec abſurdiſſima lectio eſt. Legendum vel *ſtratae* vel *ſatae*. Significat n. aut depactos paſſim trun-

cos

ſilio, [1] ut & montium tegerentur altitudine, & [2] arborum tractu equitatus hoſtium impediretur, ne multitudine clauderentur.
4 [3] Datis, etſi non aequum locum videbat ſuis, tamen fretus numero copiarum ſuarum confligere cupiebat: eoque [4] magis, quod [5] priusquam Lacedaemonii ſubſidio venirent, [1] dimi-

cos arborum, aut ſtratos fuiſſe, quibus acceſſus equitum impediretur. Longe inferiores numero erant Graeci; itaque ne barbarorum multitudine clanderentur, partim a loci ingenio petebant praeſidium, partim arte atque ſolertia efficiebant. Locus faciebat, ne ex altera parte, qua montes ſurgebant, invadi poſſent; ars vero, ne, qua patebat campus, incurrere equitatus poſſet, poſitis contra truncis arborum, qui impedirent accedentes. Pertinet hoc ad ſeptimam depugnandi rationem Vegetii, de qua, ut caeteris etiam, lib. III. cap. XX. exponit. *Buchner.* Mihi, ut ingenue fatear, nondum liquet. Ceterum artem, qua Miltiades uſus eſt adverſus Barbaros, paullo diverſam facit Clemens Alexandr. I. ſtrom. p. m. 348. vult autem eum in hac re Moyſen imitatum. Saltus Marathonii meminere Pauſan. lib. I. Nonnus Dionyſ. 13, 189. & Seneca Hippolyto v. 17. *Boſius.* Pro *arbores* Cod. Leid. *arbore.* pro *multis militis* & pro *rarae*, *ſtratae*, *rarae* Mſſ. Oxon. & Voſſ. A. B. *Stratae* placet Clerico Bibl. Anc. & Mod. T. 5. p. 1.

1 *Ut & Montium tegerentur altitudine*] Cod. P. Dan. *ut & montium, altitudine regerentur.* Voſſ. C. *regerentur.*

2 *Arborum tractu*] An arbores erant proſtratae, ut ingentem Perſarum equitatum impedirent? v. Frontinus. lib. 2. cap. 9. *planitiem, in qua dimicaturus erat, arboribus proſtratis impedivit.* Licet etiam capere *arborum tractum* pro regionem arboribus conſitam ac denſam. *Gebh.*

3 *Datis etſi non locum aequum vid. ſuis*] Pro *Datis* Cod. P. Dan. & Leid. I. *Dathis* & pro *locum aequum*, *aequum locum* Cod. P. Dan. ut & Boecl. quam lectionem probat Boſ.

4 *Magis, quod prius.*] Leid. *Magis prius.*

5 *Priusquam Lacedaemonii ſ. v.*] Lacedaemonii enim quatridui religione tenebantur, quod intra id tempus plena nondum luna eſſet, ante quam nefas ipſis educere exercitum. *Herod.* VI. 105. *Strabo* IX. fol. 339. *Pauſanias* in Attic. *Juſtin.* II. 9. & ex eo *Oroſius* II. 8. *Lucianus* Lycurgi iſtam legem commemorat de *Aſtrol.* *Hermogenes* II. de Juvent. c. 1. *Plato* tamen III. de LL. ut & in Menex. ignorare ſe cauſſam ſimulat, ut apparet, frigidam ratus. *Iſocrates* in Paneg. Lacedaemonios naſo Attico quam altiſſime ſuſpendit. Et minimum ipſi tanquam Lacedaemonios ex Orationis inſtituto opprimenti crederem, niſi & apud Plutarchum reperiſſem, objectam Lacedaemoniis ab Ariſtide *cunctationem atque oſcitantiam, qui conculcandas Denno barbaris Athenas objicerent.* In Ariſtid. Et equidem proverbio eorum notata mora eſt. Suidas Μετὰ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην.

¹ dimicare, utile arbitrabatur. Itaque ² in aciem peditum centum, equitum decem millia produxit, praeliumque commiſit. In quo ³ tanto plus virtute valuerunt Athenienſes, ut ⁴ decemplicem numerum 5
hoſtium ⁵ profligarent: adeoque perterruerunt, ut Per-

καὶ μετὰ τὸν πόλεμον, ἡ συμμαχία, ἐπὶ τῶν ἐπὶ Ἰσοδίου(?) καθυστερησάντων. Neque dubium eſt, ſtudio feciſſe Lacedaemonios, qui aemulationem utriusque urbis cogitaverit. Quanquam *Ariſtides* II. Platon. p. 279. aliam adhuc cauſſam tangat. *Lacedaemonii*, inquit, *aut quia bello cum Meſſeniis impliciti, aut quia exſpectabant plenilunium, auxilio venire non poterant*. Rave. Voſſ. C. *ſubſidio veniret*.

1 *Dimicare utile arbitrabatur*] Pro *arbitrabatur* Cod. Leid. *arbitrabantur*.

2 *In aciem*] *In aciem* Cod. P. Dan. ſed. Voſſ. B. *acie*. & paullo poſt *praelium* abeſt a Mſ. Oxon. Voſſ. C. pro *adeoque pert*. *adeo pert*.

3 *Tanto plus val. Ath.*] Tanta *virtute*, inquit Juſtinus, decertatum eſt, *ut hinc viros, inde pecudes putares* (2, 9, 12.) quia *more animalium multi cadebant*, ut Veger. I, 21. loquitur, veterum more, Livii XXV, 16. 15. Curtii V. 3. 19. *Rave*.

4 *Decempl. numerum hoſtium*] Veniamus ad interemtorum numerum, quam ſex milia tantum & ducenta fuiſſe Herod. VI. 117. ſcribit. Eorum ſcil. qui praelio occubuerant. Naufragio enim abſumtos (quorum ingentem multitudinem fuiſſe etiam ex Diodoro XI. 12. & 13. colligitur) Juſtinus l. d. commemorat, ducenta millia ſummatim referens. Epigramma vero iſtud, quod Marathoniae pugnae in porticu Poecile inſcriptum fuit, multo liberalius putat.

Ἑλλήνων προμαχοῦντες Ἀθηναῖοι Μαραθῶνι,

Ἔκτειναν Μήδων εἴκοσι μυριάδας.

Mendacio numerum attolli queritur *Longolius*. Ceterum oblitusne eſt ejus apud Ciceronem: *Iſti imperite faciunt, qui non ut a Poeta, ſed ut a teſte veritatem exigunt*? I. de legib. Ideo ipſe orator Iſocrates non minus fere numerat. ὀλίγοι, inquit, πρὸς πολλὰς μυριάδας. In Paneg. Admiror autem maxime, quod *Longolio* in mentem non venerit Oratio *Ariſtidis* περὶ παραφθέγματος. Ubi & hic verſus citatur, & defenditur, etiamſi Attica haec eſſe, & ideo θερμότερα nonnulli judicarint. Quamquam, ut nec hoc celetur, minus quidem putat Ariſtides, apud quem epigramma tantum ἐννέα μυριάδας, non εἴκοσι numerat. *Rave*. Adde Petav. Ration. Temp. part. I. lib. 3. I. *Boſius*.

5 *Profligarent*; *adeoque &c.*] Non male Mſ. Pet. Danielis: *profligarint, adeoque perterruerint, ut P. n. c. ſ. n. petierint*. Boſius. Sic quoque Cod. Leid. Voſſ. B. *profligaverint*, & pro *peterent*, *petierunt*, Voſſ. C. *petierint*.

6 *Naves peterent*] quibus aufugerent, neglectis caſtris, quorum tuendorum ſpes & ipſa ex animis exciderat. Pauſanias auctor eſt, plures periiſſe Marathonio lacu, locorum imperitia. Herodotus tradit, Graecos barbaros fugientes per-

Digitized by Google

Perſae non caſtra, ſed [6] naves peterent. [1] Qua pugna nihl adhuc eſt nobilius. nulla enim unquam tam exigua manus [2] tantas opes proſtravit.

CAP.

perſecutos fuiſſe ad mare uſque, & injeciſſe ignem navib. quibus moliebantur fugam. Perſequenda enim victoria, quouſque licet. Ne qui ſemel fractus hoſtis eſt, negocium denuo nobis faceſſat. *Buchn.* Ingentis terroris indicium & deſperantium reb. ſuis; *cum acerrimus quisque caſtra, ut noviſſimam ſpem retineat*, teſte Tacito 3. H. 84. 1. Caeſar. 3. de B. Civ. 9. *Magno numero interfectos reliquos ante ipſum Octavium in naves confugere coegerunt.* Juſtin. 2: 9. 13. *Victi Perſae in naves confugerunt; ex quibus multae ſuppreſſae, multae captae ſunt.* Gebh. Ceterum Sex. Jul. Frontinus Stratag. IV. 7 43. alios ſecutus auctores, quod Perſae naves peterant, non fugam, ſed conſilium interpretatur, additque contrarium Miltiadis ſtratagema. *Rave.*

1 *Qua pugna nihil adhuc*] Vulgus doctorum dicit, *hactenus*. Ernſt. Vide Ind. *Boſius.* Voſſ. B. *q. p. n. a. e. his nobilius* Voſſ. C. *volubilius.*

1 *Nihil adhuc eſt nobilius*] Cauſam gloriae hoc praelio comparatae ſubdit continuo ſic Pauſania. *Hujus illuſtriſſimum eſt praelium apud Plataeas.* Quare ridiculum eſt Schottum approbare *Quoniam pugna nihil adhuc eſt volubilius* & referre ad ancipitem Martis aleam. *Gebhardus.* Tum ex ipſa, tum ex ſcriptorib. priorem cauſſam allegat Auctor, alteram addo ex *Plutarchi Ariſtide*, qui eam a trecentis Auctoribus deſcriptam adfirmat. *Rave.* Per eos, qui ei interfuerant, jurare mos fuit. Athenaeus lib. 9. *Savaro.* *Tempus* hujus pugnae veteribus quoque controverſum fuit. CL. *Jo. Meurſius* in Archont. lib. II. 4. ex Severo Sulpicio & Agellio accuratiſſime demonſtravit adverſus Sigonium. *Locum* Herodotus & Strabo ex veteribus deſcribunt, quem *multarum & magnarum virtutum teſtem* praedicat Pomp. Mela lib. II. Ex noſtro aevo poſtremus delineavit Cl. *Joann. Laurembergius* Gromaticae lib. II. c. 2. *Rave.* Membranae Schotti: *quoniam pugna nihil adhuc eſt volubilius*, quod recte Gebhard. rejecit Cauſſam n. gloriae hoc praelio comparatae continuo ſubdit Noſter. De tempore pugnae hujus videri & Petavius poteſt de doctr. temp. 10, 22. & Rationar. Temp. part. 2. lib. 3, 11. Scaliger. 5. de Emend. Temp. *Boſius*

2 *Tantas opes proſtravit*] δύναμιν πολλαπλῆ. Thraſybulo. *Thraſybuli auctae ſunt opes.* Utitur & Conone & Dione. Infra Annibale *Quem cum videret domeſticis opibus minus eſſe robuſtum.* Flaccus 3. Argon. 494.

——— *repetit quo crimine Perſes*
Barbaricas jam movit opes, Hircanaque ſigna.

Livius Andronicus equo Trojano, *Da mihi haſce opes, quas peto, quas precor, porrige opitula.* Salluſt. lib. 2. Hiſt *Daedalum, ex Sicilia profectum, cum Minoi fugeret iram atque opes.* De Magnitudine cladis Medicae inter alios Val. Max. lib. 5. cap. 3. *Bene egiſſent Athenienſes cum Miltiade, ſi eum poſt trecenta millia Perſarum, Marathone devicta, in exilium protinus miſiſſent. Proſtravit*] Cimone Bar-

Cap. VI.

Cujus victóriae non alienum videtur, quale prae- 1
mium Miltiadi ſit tributum, docere. quo faci-
lius [1] intelligi poſſit, eandem omnium civitatum eſſe
naturam. [2] Ut populi noſtri honores quondam fue- 2
runt

Barbarorum uno concurſu maximam vim proſtravit. Pelopida, *delecta manus prima phalangem proſtravit.* Curt. l. 4. cap. 119. *Ingenti caede proſtratos hoſtes.* l. 9. pr. *Quidquid Indiſcrimen fuiſſet, illa dimicatione proſtratum.* Caeſar. lib. 7. c. 78. *Nec ſtultitia ac temeritate veſtra aut imbecillitate animi omnem Galliam proſternere.* Cicero pro Marcello. *Quae jacere ſentis, belli ipſius impetu percuſſa atque proſtrata.* Val. lib. 8. cap. 3. *Univerſum conatus proſternere.*] Gebhardus. Mſ. legit, *tantas copias.* Credam fuiſſe: *tantas opes copiasque.* Haec enim vocabula ap. Cicer. aliosque ſcriptores ſaepe conjunguntur. *Ernſt.* Recte, *proſtravit.* De acie enim & praelio loquitur. Majorem exercitum quidem Themiſtocles vicit, ſed conſilio magis, quam armis; fugatos potius, quam occiſos. *Rave. Tantas copias* haud dubie ab aliena manu eſt. *Boſius. Opes* in plur. num. paſſim notat auxilia & quidem militaria, deinde ipſos milites ſive vim ac numerum militum. v. cl. Burm. ad Valer. Flacc. l. 3. Argon. vſ. 713. & Cortium ad Salluſt. Catil. c. 17. n. 1.

1 *Intelligi poſſit*] Mſ. Boecl. addit. *inde.* Mox idem & codd. P. Danielis ac Giſanii: *Ut enim pop. noſtri. Boſius.* In Codice P. Dan. legitur *ut enim populi R. honores.* At in noſtro Leid. *ut enim populi noſtri.* Sic Voſſ. B. ubi pro *int. poſſit eandem, intelligi poſſit inde eandem.* & paullo ante in Cod. Voſſ. C. *Miltiade ſit tr.*

2 *Ut populi noſtri honores quondam fuer. rari & tenues*] Toto hoc capite Auctor noſter perſtringit temporum ſuorum mores, praecipue adulationem magiſtratuum & plebis, qua optimi etiam animi ultro corrumpuntur. Et profecto nullum virtuti honorem aut eum nimium tribuere, eodem pertinent. Modo opus eſt. Hunc nunquam facilius tenuere populi, quam ſub initiis ſuis, cum excitare cives neceſſe eſſet. Poſtquam & ardor coepit, & in ſtudia diviſus eſt, nihil difficilius exſtitit, quam frenis uti; quia & laxare eos proclive erat, tenere autem vix permittebant rerum negotia. Non mirum ergo, quod Romani tum honoribus modum dederint, cum eum & Reſpub. ſua tenebat; quamprimum haec exceſſit, quid potuit ſani temperatique in illis ſupereſſe? Recte enim Tacitus H. 2, 38, 1. *Vetus & jampridem inſita mortalibus potentiae cupido cum imperii magnitudine adolevit.* Inde igitur quia expleri acceſſione gentium Roma non poterat, novaque victoriarum materia ſubinde quaerebatur, accenſa ſimul honorum libido, omnia veterum obruit, tanquam obſoleta decora. Sicut enim *Armenios & Britannos, ut non in uſum, ita ad imperii ſpeciem magna nomina, acquiſiiſſe pulcrum atque deco-*

rum

runt rari & tenues, [1] ob eamque cauſſam glorioſi; nunc autem [2] effuſi, atque obſoleti: ſic olim apud Athe-

rum fuit, Flor. 3, 12, 4; ita fieri quoque debuit, ut, eadem ambitione privatorum corrupti animi, non tam praemia virtutum, quam idola quaedam, adeoque pro vera ſolidaque gloria, tantum vana atque inania prenſarent. Ergo Romanis honores primo fuerunt *rari & tenues. Rari* quidem 1. quia non ambitioni & gratiae dabantur, ſed virtuti, quae quo major, hoc infrequentior. 2. Quia ſinguli, non multi, non ſimul dabantur, h. e. non effuſi erant, ut exemplo Caeſaris poſtea oſtendemus. *Tenues*; *dona enim ampliſſima Imperatorum & fortium civium, tum erant*, ut Plinius ſcribit, *quantum quis uno die circumaraviſſet, & quartarii farris aut heminae, conferente populo.* lib. VIII. 3. Sic lib. XXXVI. 15. *Subit vero cogitatio, quota portio harum fuerint areae illae, quas invictis Imperatoribus decernebant publice ad exaedificandas domos: ſummusque illarum honos erat, adjici decreto, ut domus eorum fores extra aperirentur, & janua in publicum rejiceretur. Hoc erat clariſſ. inſigne inter triumphales quoque domos.* Rave.

1 *Ob eamque cauſſam glorioſi*] Ideo & Auguſtus ad hunc antiquum morem revocavit & militum ducumque praemia, ut Suetonius II. 24. narrat. *Dona*, inquit, *militaria* &c. Ad quae optime Caſaubonus: *Quare omiſit civicas; Hae ſi materiae aeſtimationem ſpectes, omnium viliſſimae; fuerunt enim initio ilignae, poſtea ex eſculo, tandem quernae: ſi honorem, iis habitum, omnium glorioſiſſimae & ſuperbiſſimae, praeter obſidionalem.* Quae ipſa quoque tantum graminea erat. *Liv.* VII. 37. Sic & ap. Graecos Olympicnicarum praemium corona erat oleagina; *Diod. Sic.* lib. IV. tanto tamen honore habita; ut omnia ipſi decora ceſſerint. Cicero glorioſis Romanorum triumphis, imo *ipſi antiquo conſulatui* (qui omnia cum Regibus habebat communia) comparat. Tuſc. II. Ex quo intelligas, quantum a primis temporibus ad Ciceronem uſque, gloriae quoque amiſerit ipſe conſulatus. *Rave.*

2 *Effuſi atque obſoleti*] Promiſcue vulgati ac viles Curt. lib. 9. cap. 1. *Jam vilia & obſoleta eſſe ſpolia de Perſis.* Cicero pro Quinctio. *Antiquam officii rationem dilexit, cujus ſplendor omnis in his moribus obſolevit.* Et pro Fontejo dixit *ſtudia militaria apud juventutem obſoleta.* in deſuetudinem quae jam abiiſſent. Tacit lib. 4. Ann. cap. 26. *D. p. a. t. T. ſ. t. ne Blaeſi avunculi ejus laus obſoleſceret.* Quare ſecundum P. Syrum. *Rarum eſſe oportet, quod diu carum velis.* Gebhardus. *Effuſi* opponuntur *raris* & *tenuibus*; *obſoleti*, *glorioſis*. Quia enim & parerent ambitioni, & tanto numero, tantaque pompa darentur, dici rectius non poterant, quam *effuſi*. Per *Honores* autem intelliguntur h. l. non tantum poteſtates, ſive magiſtratus, aut tituli, praenomina, memoriae, pompae, ſed & harum omnium rerum *apparatus*, qui ipſe quoque honoris cauſſa, atque ut conſueta ex eo inſoleſcerent, privato publicoque conſilio adjiciebatur. Etiamſi ergo triumphi Impe-

rato-

Digitized by Google

Athenienſes fuiſſe reperimus. Namque huic Miltiadi, 3

ratoribus & olim acti, ejuſmodi tamen inſtrumento apparatuque Pompejus, eoque magnificentius Caeſar agebant, ut ſimul cum honorificis Patrum decretis nulli veterum conferri potuerint. Tulerant enim & Tribuni pl. legem, *ut Gn. Pompejus ludis Circenſib. corona aurea & omni cultu triumphantium uteretur; ſcenicis autem praetexta coronaque laurea.* Vell. Paterc. II, 40. De Caeſare quidem M. Cicero de Provinc. Conſul. *Cajo Caeſari*, inquit, *ſupplicationem decreviſtis, numero, ut nemini ullo ex bello; honore ut omnino nemini.* Ubi videtis, quaedam in ipſo honore fuiſſe, quae honoris eſſent, eumque vulgare decus tranſire facerent. Exemplum porro capite, ſed unum duntaxat. A ſupplicationibus nimirum; quae Imperatoribus ob rem feliciter geſtam, tribui honoris cauſſa ſolebant. Earum prima, diei tantum *unius*, poſtea, dierum *quatuor* decreta. Idque inſolens & nullo ante bello, primumque in Furio Camillo, quanto imperatore! factum *Livius* ſcribit. Poſt Quintio, dierum *quinque*, Cn. Pompejo, *duodecim* tributa fuit. Quas tamen Caeſaris exceſſerunt. Prima enim XV, altera utraque dierum XX. erat. Sed nondum temperatum. Siquidem Auguſto dierum data *quinquaginta*, ut Cicero Philipp. XIV. auctor eſt. Eousque decrevit honor iſte, ut multitudine laboraverit ſua. Hi tamen omnes armorum & militiae iſtud praemium habuerunt. Cicero in Urbe & togatus idem meruit, idque gloriatur, III. Catilinaria, ſibi poſt Urbem conditam *primo* contigiſſe. Ex quo ſatis, credo, apparet, quomodo priorum temporum honor ſenſim eviluerit, dum novi aliquid ſemper quaeſitum. Quid mirum ergo, ſi & omne hoc genus ſupplicationum, imo ipſorum quoque triumphorum, in ludicrà magis, obſoletaque defecit? Et, ſi tanto cumulo deinde opus fuit in honorando Caeſare! Ecce. *Continuum conſulatum, perpetuam Dictaturam, Praefecturamque morum, Praenomen Imperatoris, cognomen Patris Patriae, jus perpetuo geſtandae laureae, ſtatuam inter Reges, ſuggeſtum in Orcheſtra, quin & ampliora humano faſtigio; ſedem auream in Curia & pro Tribunali, Thenſam & Ferculum Circenſi pompa, Templa, Aras, ſimulacra juxta Deos, Pulvinar, Flaminem, Lupercos, appellationem menſis a ſuo nomine &c.* Vide Sueton. Pro! quantum non modo nimiorum, ſed Diis convenientium honorum. Tamen adhuc cum illorum decretis, vel ipſos univerſos Patres conſcriptos, publice ſedentem pro aede Veneris Genitricis adire Caeſarem oportebat, ut ne in delatis honoribus quidquam ſummi honoris praetermitteretur. Atque hinc Auctorem noſtrum probe intelligas. Quia enim non dabantur amplius honores, ſed *effundebantur*, admirationem ſui quiſque honor primo amittebat; numero enim cenſeri incepit: poſt, quia cultus addiceretur divinus, quodnam potuit humanum tantum eſſe faſtigium, quod prae illo non ſorderet? quodnam divinum, quod eand. fortunam non ſubiret? cum parum ingens decus aut praemium haberetur, quod alius ſimiliter uſurpaſſet.

tiadi, [1] qui Athenas, totamque Graeciam liberavit, [2] talis honos tributus eſt in porticu, quae [3] Poecile vocatur, [4] cum pugna depingeretur Marathonia, ut in decem praetorum numero [5] prima ejus imago poneretur, [6] isque hortaretur milites, praeliumque com-
4 mitteret. Idem ille populus, poſteaquam majus impe-

paſſet. *Rave. Obſoleti* etiam Cod. P. Dan. *Abſoleti* Voſſ. A. & *tenus* pro *tenues*.

1 *Qui Athenas*] Mſ. Boecl. *quia Ath.* Et ſic fortaſſis & in Cod. P. Danielis fuit: pro quo Excerpta habent: *quid.* Mox uterque Codex: *liberarat* Boſius. Leid. *Nam h. M; ea Athenas totamque Graecia liberarat.* Voſſ. B. etiam *liberarat.*

2 *Tal. honos tribut. eſt*] Alterum Miltiadis praemium tropaea ſunt ex hoſtium manubiis, quibus ſe a ſomno quotidie excitari, Themiſtocles jactabat: Auctor Tullius IV. Tuſcul. & Plut. *Schottus.*

3 *Poecile*] Antea Πεισιανάκτειος dicta. Videantur Jani Rutgerſii Variae Lectiones lib 5. c. 1. ubi plura de Polygnoto Thaſio Aglaophontis & filio & diſcipulo jucunda congeſſit Diogenes Laert. lib. 8. In Zenone Ἀνακάμπτων δὲ ἐν τῇ ποικίλῃ στοᾷ, τῇ καὶ Πεισιανακτείῳ καλουμένῃ, ἀπὸ δὲ τῆς γραφῆς τῆς Πολυγνώτου ποικίλῃ. Vide Cl. Viri & de Antiquitate unice meriti Athenarum Atticarum lib. 1. cap. 5. *Gebhardus.* Vide infra quae dixi in vita Attici ad vocem *Phidiae.* De Miltiadis fortitudine vide Philonis Judaei teſtimonium *libro* περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον. pag. 684. *Ernſt.* Adde Ind. v. *Poecile. Boſius.* Cod. P. Dan. ποικίλη.

4 *Cum pugna depingeretur Marathonia*] Vide Clem. Alexandrin. lib. 1. *Stromat.* pag. 348. *Ernſt.* A Panaeo fratre Phidiae pictum id praelium, ait Plinius Hiſt. Nat. 35, 8. ubi & quos duces in eo pinxerit, narrat. Aelianus a Micone aut Polygnoto Thaſio pictum vult. 7. Hiſt. Animal. 28. vid. Meurſ. Athen. Attic. 1, 5. *Boſius.*

5 *Prima ejus imago poneretur.*] *Ponere* proprie dicuntur artifices ſive pictores: Propertius. l. 2. El. 2. vſ. 52.

Si quis vult fama tabulas anteire vetuſtas,
Hic dominam exemplo ponat *in arte meam.*

Adi clariſſimum Burmannum ad Ovid. 10. Metam. vſ. 516. nec non *imago* proprie de *picturis* uſurpatur. Ovid. 6. Metam. vſ. 103.

Maeonis eluſam deſignat imagine *tauri*
Europen: verum taurum, freta vera putares.

Florus lib. 1. prooem. *faciam quod ſolent, qui terrarum ſitus pingunt, in brevi quaſi tabella totam ejus* imaginem *amplectar*, hinc Noſter in Ep. cap. 1. *Quum autem exprimere* imaginem *conſuetudinis atque vitae velimus Epaminondae.* De voce *imago* conſulendus eſt P. Manutius ad Ciceron. l. 5. ad Fam. Ep. 12. p. 236. vitioſe in Voſſ. C. Pro *praeliumque praeſiumque* ut & in cap. 7.

perium eſt nactus, & largitione magiſtratuum corruptus eſt, [1] trecentas ſtatuas Demetrio Phalereo decrevit.

Cap. VII.

[2] Poſt hoc praelium claſſem ſeptuaginta navium Athenienſes eidem Miltiadi dederunt, ut inſulas, quae barbaros adjuverant, bello perſequeretur. quo imperio [3] plerasque ad officium redire coegit, nonnul-

6 *Isque hortaretur milites, &c.*] Ariſtides Platon. 2. Μόνος ἐξ ἁπάντων τρυκείθη τὴν χεῖρα ἐκτεταμένος γεγράφθαι, ὡς τότε ἔτυχε τοῖς στρατιώταις κελευόμενος. Vide & Plutarch. in Cimone, ac Aeſchinem Orat. adv. Cteſiphontem: e qua totum hunc locum ab auctore noſtro translatum, *Lambinus* ac *Longolius* adnotant. Miltiadis picturam imitatus poſtea Chabrias eſt, de quo infra 12, 1, 3. *Boſius.*

1 *Trecentas ſtatuas Demetrio Phal.*] Numero noſter rotundo utitur. Strabo enim lib. ix. plures quam trecentas refert. Vide & Plut in παραγγέλμ. πολιτ. Diog. Laertius v. 5. trecentas ſexaginta. Vide & Plin. 34, 6. Utique totidem, quot dies annus tum habere credebatur, M. Varro.

Hic Demetrius aeneas tot aptus, eſt,
Quot luces habet annus abſolutus.

Vide Ger. Jo. Voſſ. de Hiſt. Gr. 1, 12. Qui de Demetrio hoc plura voluerit, adeat Diog. Laert. l. d. Plut. in Demetrio, Noſtrum in Phocione, Diod. Siculum circa ejus tempora, &c. *Rave. Phalereo* Leid. & Cod. Voſſ. A. B. *Phalerio.* De Demetrii ſtatuis vide cl. Menag. ad d. L. Diog. Laertii Sect. 75. *decrevit* Voſſ. B. *decernit.*

2 *Poſt hoc praelium, &c.*] Herodotus lib. vi. paullo aliter. narrat enim *Miltiadem ab Athenienſibus naves ſeptuaginta & exercitum, & pecunias petiiſſe, tacentem adverſus quos bellum geſturus eſſet: hoc tantum eis pollicitum, ſe eos locupletaturum, ſi ſe ſequerentur, ei enim regioni ſe bellum illaturum, unde magnam vim auri facile eſſent laturi. &c.* Lambin. In Voſſ. B. pro *bello perſequeretur. Proſequeretur.* Solenni mutatione, ſic in Lucano l. 1. vſ. 201. Infra in Catone cap. 3. vide Celeb. Burm. ad Phaedr. l. 3. fab. 20. vſ. 3. & ad Ovid. l. 4 Metam. vſ. 151. & *per* in aliis quoque compoſitis cum *pro* ſaepius confundi docebimus ad Hannib. cap. 5. *perſequi* vero *bello* notior phraſis eſt, quam ut multis illuſtretur; idem eſſe ac *premere bello* & quidem ob illatam injuriam docuere ſummus Gronovius ad Livium lib. 2. cap. 16. & Broukhuiſ. ad Tibull. l. 1. El. 9 vſ. 28.

3 *Pleraſque ad offic. red. coegit.*] Schotti liber *plures.* Officium vero hic notat obedientiam, qua populus magiſtratui tenetur. Infra Cimone: *Inſulas alienatas ad officium redire coegit.* Conone. *Etiam cum in officio non manebat.* Datame. *Ut ſine armis propinquos ad officium reducerent.*

2 nullas vi expugnavit. Ex his [1] Parum inſulam [2] opibus elatam, cum [3] oratione reconciliare non poſſet; [4] copias e navibus eduxit, urbem [5] operibus clauſit, [6] omnique commeatu privavit: deinde vineis ac teſtudinibus conſtitutis, [7] propius muros acceſſit.
3 [8] Cum jam in eo eſſet, ut oppido potiretur, procul in

ret. Eumene, *ſe omnibus praefectis, qui in officio manebant, miſiſſe litteras.* Tacit. l. 1. Annal. c. 48. *Poſtquam majorem legionum partem in officio vident.* Caeſar. l. 1. de Bel. Gal. *Cur hunc tam temere quiſquam ab officio diſceſſurum judicaret.* Gebhard. Voſſ. C. *plures.*

1 *Parum inſulam*] Etiam hanc rem multo aliter narrat Herod. eod. lib. quod longum ſit referre. Quare petat lector a fonte. Ephorus vero, cujus verba apud Stephanum reperi, hanc hiſtoriam narrans, propius ad Probum accedit, ita ut Probus ex eo ſumſiſſe, quae hac de re ſcripſit, videatur. *Lambin.*

2 *Opibus elatam*] Appoſite Zenobius IV. 49. ὑπερηρκότας γὰρ ὑπεραγόντας τοὺς χειρουργοὺς φησὶν Ἀρεσσονίδας γενέσθαι. Valer. Max. VII. 1, 2. *Gyges regno Lydiae armis & divitiis abundantiſſimo inflatus.* Gebhard. Adde Tacit. 15, 20, 1. & infra 4, 1, 3. ac 7, 7, 3. *Boſius.*

3 *Oratione*] Vir longe doctiſſ. J. Fr. *Gronovius* malebat *ratione*, h. e. via aliqua commoda, conditionibus. Adi ipſum 2. *Obſerv.* 10. & in *Addendis* p. 216. *Boſius.*

4 *Copias e navibus eduxit*] Cod. Schefferi *Copias eduxit*, quare Schefferus vir ille praeſtantiſſimus illud *e navibus* gloſſema eſſe putat in Ep. 7. ad N. Heinſium: ejus ſententiam confirmat Voſſ. B. in quo etiam haec verba omittuntur.

5 *Operibus clauſit*] Ut non tam armata vi, quam inopia domaret. Vegetius lib. III. cap. XXVI. *Aut inopia, aut ſupervenientibus aut terrore melius eſt hoſtem domare, quam praelio.* Per *opera* autem munitiones intelligit, quae foſſa, vallo & aggere conſtant. *Buchn.* Operib. oppugnantur munitiora, quam quae impetu ſeu corona capi ſubigique poſſunt. Tacit. 5. H. 13, 6. *Hanc adverſus urbem gentemque Titus Caeſar, quando impetum & ſubita bella locus abnueret, aggerib. vineisque certare ſtatuit.* Liv. lib. 37. *Cum ad moenia caſtra poſuiſſet, non corona, ſed operib. oppugnare urbem eſt aggreſſus.* Vide Caeſar. 2. de B. Gall. 12. Tac. 6. A. 41. Graeci vocant τάφροις καὶ σταυρώμασι περιβαλεῖν, vel etiam περιχαρακοῦν. *Gebhard.* v. Ind. v. *opus. Boſius.* Adde Tennul. ad Frontin. l. 3. Strat. cap. 2. E. 1. & cl. Dukerum ad Florum l. 2. cap. 15. n. 11.

6 *Omnique commeatu*] Nempe mari prohibitos, atque intercluſos: ut dicit Ephorus, τῆς θαλάττης εἶργον. *Lamb.*

7 *Propius muros*] *Proprius muros* Leid.

8 *Quum jam in eo eſſet*] Ita in Pauſan. c. 5. *Quum jam in eo eſſet, ut comprehenderetur.* Livius l. 2. c. 17. *jam in eo eſſet, ut muros evaderet miles.* Sic Graeci ἐν τούτοις & ἐνταῦθα ὄντα dixerunt. Aelian. l. 4. V. H. cap.

in continenti lucus, qui ex inſula conſpiciebatur, neſcio quo [1] caſu, nocturno tempore incenſus eſt: cujus [2] flamma ut ab oppidanis & oppugnatoribus eſt viſa, utriſque [3] venit in opinionem, ſignum a [4] claſ-
ſiariis regiis datum. quo factum eſt, ut & Parii a deditio- 4
ne [5] deterrerentur, & [6] Miltiades timens, ne claſſis regia adventaret, [7] incenſis operibus, quae ſtatuerat, cum

cap. 8. de Amynta Macedone ἐπεὶ δ' ἐν τούτοις ἦν, *quum vero in eo eſſet. ſc. ut regionem relinqueret.* pro quo Sophocl. in Electr. vſ. 21. dixit ὡς ἐνταῦθ' ἐμὲν, ἵν' οὐκέτ' ὀκνεῖν καιρὸς, *nam in eo ſumus, ut non amplius ſegnitiei detur locus.*

1 *Caſu*] De hujusmodi caſibus vide egregiam obſervationem Illuſtris *Forſtneri* ad Annal. 1. Taciti, pag. m. 93. & ſeqq. *Boſius.*

2 *Flamma ut ab opp*] Leid. *flamma ab opp.*

3 *Venit in opin. ſignum a claſſ. regiis datum*] Ex eorum genere, quae *muta* vocantur, ignis quoque ſignum quoddam eſt, nihilque expeditius ad ſignificandum eminus. Veget. 3, 5. *per noctem flammis, per diem fumo ſignificari* tradit *ſociis, quod aliter nunciari non poteſt.* Inter alia ergo fieri *igne* conſuevit, ut obſeſſis ſpes accendatur depellendae obſidionis. Eoque indicio cum Cicero in caſtris teneretur, & ſperaret ſubſidio futurum Caeſarem, *quamprimum fumi incendiorum procul videbantur, iſta res omnem dubitationem adventus legionum expellebat.* Caeſ. Bell. Gall. v. 48. & VIII. 3. Caeſar cum Bituriges nec opinantes opprimere vellet, *etiam illud vulgare incurſionis ſignum; quod incendiis aedificiorum intelligi conſuevit, interdicto ſuſtulerat. Rave.* Mſ. Oxon. *Signum adverſariis datum.* Antiquum morem Graecis militibus olim uſitatum illuſtrarunt Schol. Homeri Iliad. Σ vſ. 207. Tzetzes ad Lycophron. vſ. 250. Meurſius ad Eund. vſ. 345. Servius & Cerda ad Virg. 2. Aen vſ. 256. & ad. 6 Aen. vſ. 519.

4 *Claſſiariis regiis*] Excerpta e libro P. Danielis *cum claſſiariis regia* ut infra Themiſtocle *cum claſſiariis regis conflixit*: ſunt autem *Claſſiarii* milites navales. Themiſtocl. *cujus fama perterriti claſſiarii cum manere non auderent.* Hannibale; *Die ipſo, quo facturus erat navale praelium, claſſiarios convocat.* Hos Hirtius de Bell. Alexand. cap. XI. vocat *Epibatas* Gebhardus. Mſ. Pet. Danielis, *claſſ. Regis.* Sic infra 2, 3. 2. locutus noſter. Reges Perſarum abſolute *reges* dicebantur. v. Ind. *Boſius. Claſſiariis regis* exhibet etiam Voſſ. B.

5 *Deterrerentur*] Quia fortaſſe metuebant ſibi a Perſis, ſi ſe Athenienſibus dederent, *Lambin.* Pro *ut & Parii.* Leid. *& Parum.* Voſſ. A. *ut Parii.* C. *& ut Parii.*

6 *Milt. timens, ne claſſis reg. advent.*] Ceterum aliam cauſſam, cur Miltiades receſſerit, tradit Herod. Eratone extrema. Vide Edw. Simſonii Chronic. Catholic. parte IV. p. 24. *Boſius.*

7 *Incenſis operibus*] Vallum enim ex ſudibus & turribus conſtabat. Ne quis cum *Magio* vincas, teſtu-

cum totidem navibus atque erat profectus, Athenas magna cum offenſione civium ſuorum rediret. [1] Accuſatus ergo [2] proditionis, quod cum Parum expugnare poſſet, a rege corruptus infectis rebus [3] a pugna diſceſſiſſet. Eo tempore aeger erat [4] vulneribus, quae

dines & machinas bellicas intelligi putet. *Boſius.*

1 *Accuſatus ergo*] Cod. P. Dan. *Accuſatus eſt ergo.* Leid. *Accuſatus ergo.*

2 *Proditionis*] Trogus Pompejus aliter memoriae prodidit, quod ex *Juſtino* intelligas, qui Miltiadem ob *crimen peculatus* in carcerem conjectum narrat. 2, 15, 19. Equidem & *Seneca* Controv. lib. IX. 1. ejuſmodi problema proponit. *Miltiades peculatus damnatus, in carcere alligatus deceſſit.* Et ſane non aberrant. Miltiades enim pecuniam publicam in uſus ſuos cum perfidia vertebat. Id directe factum ſit, an per obliquum, nihil refert, niſi quod crimen augeat. Damnatus utique hujus praecipue criminis eſt, dum, quantus in claſſem factus eſt ſumtus, litem redimere debuit. Unde Herodotus VI. 136. ſcribit, mulctam ei irrogatam fuiſſe κατὰ τὴν ἀδικίαν, quod interpretor, *juxta damnum perfide datum. Rave.* Hujus ſententia & eo videtur confirmari, quod proditionis accuſati ſtatim ab accuſatione in vincula conjiciebantur; convicti autem morte luebant, nec intra fines Atticae ſepeliri poterant, ut docet Petitus ad Leg Att. l. 7. tit. 4. p. 562. Quorum nihil Miltiade factum eſt. Nam neque capitis damnatus, & poſtea demum, quam pecunia multatus erat, in vincula conjectus eſt. Suidas ſcribit, eum tyrannidis in Cherſoneſo uſurpatae reum fuiſſe actum. Vid. infr. cap. VIII. §. 3. *Ernſt.*

3 *A pugna*] τὸ *a pugna* libro ſuo veteri abeſſe teſtatur P. Daniel. ſed quibus blanditur iſta lectio, demonſtrare incumbebat *pugna* ſignificari quoque oppugnationem. *Gebhard.* Sic *Longolius* & *Lamb.* ediderunt. Aberat tamen a Mſſ. *P. Danielis, Schotti, & Boecleri*: idque recte, *Gebhardo* judice; quod *pugna* vix ſignificet oppugnationem. *Boſ.* Pro *rebus* Cod. Leid. *omnibus* ſed *a pugna* non legitur. Abeſt & a Voſſ. B.

4 *Vulnerib. quae in oppugn. opp. acc.*] Aliam morbi cauſſam refert Herod. l. 6 cap. 136 *Boſius. Acceperat* ex Cod. P. Dan. Sed Leid. & Voſſ. C. *ceperat.*

5 *Quoniam ipſe pro ſe dicere*] Id quod Auctor Dialogi *de Corrupt. Eloq.* dixit, *ſua voce reſpondere.* cap. 36. 9. Juxta legem ſcil. cujus meminit *Plato* in Apologia Socratis, τῷ δὲ νόμῳ ἀπολογητέον. Et hoc quidem noſter *pro ſe dicere* interpretatur. *Scribere enim litigatoribus, ſed quae illi pro ſe ipſi dicerent, erat moris, juris autem, ut non liceret pro altero agere*, diſerte Fabius teſtatur 2, 16. Eratque non tantum legis, ſed & verbi iſta ſententia. Ideoque cum Miltiades pro ſe verba facere non poſſet, facerent autem amici ejus (ut Herodotus refert) mutat verbum. Μιλτιάδης δὲ αὐτὸς παρεὼν μὲν οὐκ ἀπελογέετο, ὑπεραπελογέοντο δὲ οἱ φίλοι. Hinc Lucianus in Anacharſide,

quae in oppugnando oppido acceperat. Itaque [5] quoniam ipſe pro ſe dicere non poſſet, verba pro eo fecit frater ejus [1] Tiſagoras. Cauſſa cognita, [2] capitis abſolutus [3] pecunia multatus eſt. [4] Eaque lis quinquaginta talentis aeſtimata eſt, quantus [5] in claſſem ſum- 6

tus

de, τοὺς συνηγόρους *Advocatos* deſcribens, τοὺς ὑπὲρ ἄλλων ἐροῦντας vocat; & hoc non tam *cauſſam dicere* (id enim facere dicuntur, qui pro ſe ipſi dicunt,) quam *patrocinari* eſt. Licebat autem utrique partium, pro *litis* aut *perſonae* conditione Advocatos petere a judicibus, ut apud *Lucianum* eſt in bis Accuſato. Hermogenes diſertis verbis ἀσθένειαν, *infirmitatem* allegat, Method. Eloq. cap. 21. ubi de tempore & cauſſis agit, ex quibus dare orator debeat Advocatos. *Rave.*

1 *Tiſagoras*] *Steſagoras* eſt figmentum Longolii: cum contra exſtet in omnibus libris *Dixagoras*. P. Danielis Excerpta *Sagoras*. Vulgati *Diagoras* nulla ratione. Verum Cl. Rutgerſius e Libanio reducis *Tiſagoras*. Idem accuſat ex Herodoto erroris, quod multo antequam Miltiadi hoc accideret, iam obiiſſet ille. *Gebhard.* Mire variant libri. Vulgati *Diagoras*; MſT. Danielis & Schotti *Sagoras*; Longolii Codex *Dixagoras*; Mſ. Boecleri *Iſagoras*; Herodotus lib. VI. & Thomas Magiſter in voce τίθη, *Steſagoram* vocant; quod Lambinus quoque repoſuit. Rectum eſt *Tiſagoras*, quod e Libanio in Oratione Cimonis pro Miltiade Ampliſſ. Rutgerſius rereduxit, 1. Var. lect. 9. Et ſic quoque Scholiaſtes Ariſtidis Cimonis Coalemi patrem, Miltiadis avum appellat, quem Herodotus pariter *Steſagoram* vocat, lib. eod. p. 392. Porro idem Rutgerſius erroris accuſat Noſtrum, quod ex Herodoto conſtet, Tiſagoram multo ante, quam Miltiadi hoc accideret, obiiſſe. ſed vide Notas ad 1, 1, 1. *Cimonis filius.* Boſius. Leid. *Iſagonas* Voſſ. A. C *Sageras* & *pro eo* in Leid. non legitur. Voſſ. B. *quoniam pro ſe* & *Sagoras.*

2 *Capitis abſolutus*] Amicis cauſam ejus agentibus, & beneficia, quibus patriam obſtrinxerat ſibi, commemorantibus. Herodot. 6. nam alias ordinaria proditionis paena, ut paullo ante diximus, mors erat. *Boſius.*

3 *Pecunia Multatus*] Cod. P. Dan. *mulctatus eſt.* Voſſian. A. *multatus eſt* & pro *abſolutus* Voſſ. C. *abſoluta.*

4 *Eaque lis aeſtimata eſt*] Litem aeſtimare, teſte Aſconio Pediano, eſt pecuniam, de qua lis fuit, & propter quam reus condemnatus eſt, in ſummam redigere, Nepos Cimone, *Cum pater ejus litem aeſtimatam populo ſolvere non poſſet.* Timotheo. *Hoc judicio damnatur Timotheus, liſque ejus aeſtimatur centum talentis.* Vellej. Paterc. Lib. 2. c. 8. *C Cato conſularis M. Catonis nepos, Africani ſororis filius, repetundarum ex Macedonia damnatus eſt, cum lis quatuor millibus aeſtimaretur.* Caeſar Lib. 5. Comm. cap. 2. *Arbitros inter civitates dat, qui litem aeſtiment poenamque conſtituant.* Ita creberrime loquitur Cicero. Valer. Max. Lib. 5. cap. 1. 2. eſt *poenam finire*

nire

tus factus erat. Hanc pecuniam [1] quod ſolvere non poterat, [2] in vincula publica [3] conjectus eſt, ibique diem obiit ſupremum.

CAP.

nire. De Furio Camillo. *At*, inquit, *aerario abeſſe tribunus pl. querebatur quindecim millia aeris, tanti namque poena finita eſt.* Gebhardus. V. Ind. v. *Lis.* Mox Mſ. Pet. Danielis habet: *in claſſes.* Boſius.

5 *In Claſſes*] etiam Leid. ſed *in claſſem* eſt ad claſſem iſtam ſeptuaginta navium apparandam. Lucanus Lib. 1. vſ. 306. *In Claſſem cadit omne nemus.* Ubi vide Scholia, & Cl. Oudendorpii notas, qui & ad Frontinum Lib. 2. ſtrateg. cap. 2. num. 5. pro *locum caſtris editum*, non male conjicit legendum *locum in caſtra*, id eſt, ad caſtra facienda, *editum.* Eodem modo apud Florum lib. 2. cap. 6. § 23. *in ſacramentum militiae liberata ſervitia* i. e. (Explicante ita Cl. Dukero,) ſacramenti cauſa, ut ſacramento adigi poſſent.

1 *Quod ſolvere non poterat*] Mſ. Pet. Danielis & Boecleri duabus vocibus auctius, *quod ſolv. in praeſentia non poterat.* Quam omnino veram & genuinam lectionem eſſe, cenſebat *I. Ravé.* Nam ſi omittas illud *in praeſentia*, verba Nepotis neque morem populi Athenienſium exprimere, & ſenſu falſa eſſe. Non enim, inquit, putes carcerem cum mulcta commutaſſe, ut quia ſolvere Miltiades non poſſet, poenam civibus ſuis corpore & in vinculis dederit. Si quidem & poſt parentis cujuscunque, qui Aerarius factus erat, & hujus ipſius Miltiadis obitum, liberi adhuc eadem mulcta tenebantur, utut carceres parenti fuiſſent perpetui. Non enim, quod ſciendum, *in poenam* dabantur, ſed *in cuſtodiam*, ut aperte in *Cimone* 1, 1. dicitur, atque ad ſolutionis maturandae neceſſitatem. *Plutarchus* quoque ſcribit *in Cimone*, Miltiadem περὶ τὴν ἔκτισιν εἰρχθέντα, ut ſolveret, abreptum. Haec ille. Quae vera eſſe, amplius docebit nota proxime ſequens. *Boſius In Praeſentia* Libri Mſſ. Schotti & Leid. nec non Oxon. item Voſſiani A. B. C.

2 *In vincula publ. conj. eſt*] Primo de *jure vinciendi*, deinde de *Vinculis.* Quibus mulcta irrogata, ab eo die, quo deberi inceperant, fiebant Aerarii, h. e. aerario obnoxii, ut eſt ap. *Demoſth. in Leptin.* Ideoque tum in vinculis eum lex eſſe jubebat, quo uſque ſolviſſet. Sic convictis *malae parentum tractationis* irrogare mulctam lex jubet, & pergit: *ſi mulcta irrogata fuerit, quousque eam ſolverit, in vinculis eſto.* Ead. formula habetur in lege Solonis, ſuper iis, qui militiam detrectant, aut deſertores ſunt, uti eſt ap. *Aeſchinem* Orat. contra Creſiph. & ap. *Demoſth.* orat adverſ. Timocr. Similis formula eſt in lege ſuper iis, qui damnati ſunt εἰσαγγελίας, & totidem verbis reperitur alia quoque lege, ſuper Naucleris & Mercatoribus, Athenis alio, aut aliunde Athenas navigantibus, ſi injuſte & non ſecundum tabulas contractus feciſſe convicti eſſent. Idem *Demoſthenes* adv. Timocr. & Zenoth. Et haec cauſa erat, quae eos, qui ſolvere non poſſent, in perpetuis carceribus detinebat, Miltiadem

quae

CAP. VIII.

1 Hic etſi crimine Pario eſt accuſatus, tamen alia fuit cauſſa damnationis. Nam Athenienſes 2 propter

que noſtrum in vinculis obire coegit Ne ſic tamen expuncta erat mulcta, quippe & in liberos durabat; ut in Cimone apparuit, de quo vide noſtrum. Quale exemplum & de Scydimo refert Suidas in Ἀριστογείτων. *Ariſtogiton.* inquit, *Scydimi filius; calumniator. Hujus pater, quod aerario pecuniam deberet, in carcere obiit. Poſtea vero & ipſe Ariſtogiton, ut illius debiti haeres, eodem conjectus eſt.* Veniamus ad *Vincula.* Ea diſerte noſter nominat, & faciunt alii perinde Val. Max de Cimone: *Hanc hereditatem paternam, maximi Ducis filius, & futurus ipſe aetatis ſuae Dux, ſolam ſe ſortitum, Catenas ſc. & carcerem, gloriari poteſt.* Utique praeter *carcerem*, meminit ſimul *catenarum.* Nam & de Socrate in Phaedone refert *Plato*, *crus ipſi ex vinculo doluiſſe.* Erant ergo vincula, quib. pedes artabantur. Vocabant ea ſuo ſibi proprio nomine, ποδοκάκκην. Interpres Ariſtophanis in Equit. *Vinculorum*, inquit, *genus eſt lignum, quod ποδοκάκκην vocant*; eodemque modo ap. Lyſiam *Orat.* 1. *adv. Theomneſt.* explicatur, citaturque lex, quae jubebat, decem dies Aerarium habere πόδα ἐν τῇ ποδοκάκκῃ. Cum autem vinculum hac lege adhiberetur iis, qui & ſolvendo, & jam in eo toti erant, ut expedirent pecunias; quanto juſtius induebantur noſtro Miltiadi, qui *in praeſentia* ſolvere non poterat? Reſpondent ergo haec vincula Romanorum *Nervo*, ex quo qui propter aes nexi erant, *in nervo eſſe* dicuntur. *Nervum enim appellamus*, inquit Feſtus, *etiam ferreum vinculum, quo pedes vinciuntur.* Haec ferme omnia adverſus *Longolii* & *Lambini* lectiones, inprimis pro intelligendo auctore, moribusque Athenienſium, in pauca contuli, ex Cl Viri *Sam. Petiti* Commentario ad leges Atticas lib. IV. *Rave.*

3 *Conjectus eſt*] Non tantum *Miltiades*, ſed etiam filius; ut uterque diſceret, *eand. omnium civitatum eſſe naturam.* Vide inf. vitam Cimon. Dionis Chryſoſtomi *Orat. LXXIII. pag.* 634. & Val. Max. *lib V. cap. III.* Notandum autem heic eſt, obſidionem ſine cauſſa ſolvere, proditioni ab Athenienſibus fuiſſe datum. Quo nomine ac titulo Miltiadis hic error a Pet. Gregorio Tholoſano inter proditionis crimina refertur *lib.* XXXV. *Syntagm. jur. univerſi: cap.* V. §. *penult.* Ernſt. *Eſt* abeſt a Leid.

1 *Hic etſi crimine Pario*] Quod eſt ſpecies proditionis. Obſidionem nimirum, ut dixi, ſine cauſſa relinquere. *Ernſt.* Leid. *crimine Pariio.*

2 *Propter Piſiſtrati tyrannid.*] Quomodo eam & occuparit, & geſſerit, videre ex *Solonis* epiſtola ad Epimenidem, quae eſt apud *Diog. Laert.* lib. I. in Solon. ut & ex *Herodot.* I, 59. *Ariſtot.* V. Polit. X. *Plutarch.* in Solon. *Diodor. Sicul.* XIII, 95. *Valer. Max.* I, 3. & VIII, 9. *Aelian.* VIII, 16. *Juſtin.* II, 8. 6. Quomodo autem liberati Athenienſes

pter Piſiſtrati tyrannidem, [1] quae paucis annis ante fuerat, [2] omnium ſuorum civium potentiam extimeſcebant.
2 Miltiades multum in [3] imperiis magiſtratibus-

ſes, apparet ex eod. *Herodoto* v, 63. *Pauſania* in Laconicis. Ex recentioribus nemo quidem accuratior *Joh. Meurſio*; qui integro libro complexus omnia eſt. Vocatur autem *Piſiſtrati tyrannis*, ejus quidem velut Auctoris, ſed non minus filiorum, Hipparchi & Hippiae, quae univerſim τυραννὶς ἡ τῶν πεισιστρατιδῶν, *Piſiſtratidarum tyrannis*, auctorib. appellatur. *Rave.*

1 *Quae paucis annis ante fuerat.*] Deſiit enim, ut colligitur e Thucydide, anno viceſimo ante pugnam Marathoniam, cum Hippias Piſiſtratidarum ultimus, urbe pelleretur, decretumque in eum, omneſque Piſiſtratidas acerrimum fieret. Vide Meurs. Fortun. Att. c. 10. & in Piſiſtrato c. 20. Petav. in Paralipom. ad lib. 10. de Doctr. temp. p. 856. & part. 2. Rationar. temp. L. 3. C. 9. qui & prolixe diſquirunt, quamdiu haec tyrannis duraverit. Marmor tamen Arundelianum, cujus ſupra ad, 1, 5, 5. mentio facta, ejectionem Piſiſtratidarum XXI. annis pugna Marathonia antiquiorem facit. v. Selden. Canon Chronic. p. 103. *Boſius.*

2 *Omnium ſ. civium pot. extimeſc.*] Videtur expreſſiſſe Thucydidem, qui de Alcibiade eadem refert, lib. v. *Populus* (Athenienſis) *qui fama acceperat tyrannidem Piſiſtrati & filiorum extremis temporibus gravem exſtitiſſe, ſemper in metu verſabatur, & ſuſpecta habebat omnia.* Rave. Pro *ſuorum civium* exſtat in Cod. P. Dan. *civium ſuorum.*

3 *Imperiis magiſtratibusque*] Giſanii codex, teſte Schotto, *magnisque*, monetque exaudiendum *rebus.* Sed mihi videtur interpolatum eſſe ab eo, qui *magiſtratibus* offenſus putarat ſufficere *imperiis* vel loco τοῦ *magiſtratibus* aliud requiri dictumve a ſcriptore. *Gebhard.* Giſanii, P. Danielis & Boecleri codices: *imperiis magnisque.* Id ſi non compendio, ſed integre ſcriptum, *rebus* exaudiendum: ait Schottus. Sed de compendio ſecurus eſſe poterat: quis enim unquam hanc vocem ſic abbreviavit? Neque tamen ideo *rebus* ſubaudiendum eſt. Nec enim ita ſolet Nepos, nec fortaſſe priſcorum alii. Et tamen vulgatam lectionem a mala manu eſſe vix dubito. Neque enim crediderim librarios in tot. Codd. pro notiſſima ac plani apertique ſenſus voce aliam ſuppoſuiſſe. Praeterea Nepos, niſi me omnia fallunt, potius dixiſſet *imperiis ac magiſtratibus.* Cogitabam igitur *in imperiis magnisque verſatus*, ſed unde copula irrepſiſſet, quae omnes Libros manu typiſque deſcriptos, occupat? Tentabam etiam *multis in imperiis magniſque verſatus.* quomodo 9, 3, 1. *multa magnaque merita.* & 18, 2, 4. *multas ac magnas pollicitationes* conjunxit. Sed neque hoc placuit, cum recordarer illius quod 2, 1, 3. legitur *multum in judiciis privatis verſabatur.* Nil igitur aliud in praeſentia occurrit, quam ut vel excidiſſe aliquid cenſeam, vel copulam h. l. ἐξηγητικὴν ſive explanativam eſſe; idemque eſſe *in imperiis magniſque*, ac ſi dixiſſet: *in imperiis iiſque magnis.* Etſi hoc

buſque verſatus, [1] non videbatur poſſe eſſe privatus, praeſertim [2] cum conſuetudine ad Imperii cupiditatem trahi videretur. Nam [3] Cherſoneſi omnes illos, 3
quos habitarat annos, perpetuam obtinuerat dominationem, [4] tyrannusqne fuerat appellatus, ſed juſtus. [5] non

hoc duriuſculum eſſe non diffiteor. *Boſius.* Leid. & Oxon. Mſſ. & Voſſ. B *multum imperiis magniſque.* cl. Oudend. conjicit excidiſſe forte *τὸ judiciis.*

1 *Non videbatur*] ſtatim, *videretur.* Ex his nota vulgi ingenium, quod ſuſpicax eſt. Itaque pro eo in Democratiis contra omnia, quae in ſuſpicionem, aliqua non contemnenda ſpecie, venire poſſunt, legib. acutiſſime provideri coeptum. Id quod diligenter notari velim ad popularem ſtatum penitius introſpiciendum. Itaque Athenienſibus tamquam malo ſuo edoctis, ex quibus cauſſis olim nata Tyrannis eſſet, ipſum illud VIDERI POSSE pro tentato, aut non admittendo crimine Tyrannidis habebatur. Atque haec cauſſa ſufficiebat ad exilium, Oſtraciſmo irrogatum, juſtamque eſſe cenſet ipſe princeps Politicorum III, 3, ὥστε, inquit, τοὺς δοκοῦντας ὑπερέχειν δυνάμει, &c. Sic & Diodorus Sic. de Oſtraciſmo loquens, ἔγραφε τοὔνομα τοῦ δοκοῦντος μάλιστα δύνασθαι &c. *Raue*

2 *Cum conſuetud. ad imperii cupid.*] Caſaubonus laudat ad Suetonii Jul. Caeſ cap. 30 *cum imperii conſuetudine ad imperii cup* quod probare non poſſum. *Gebhard.* Caſaubon in Animadv. Sueton. (*ad Jul c.* 30) geminat vocem; *cum imperii conſuetudine ad imperii cupiditatem trahi vider.* Fortaſſe autem conſenſus librorum facile tuetur vulgatam lect. Quoniam enim & antecedentia, & quae ſequuntur ſatis definiunt iſtam *conſuetudinem*, nihil aut incommodi in ſtilo aut obſcuri in ſenſu habet omiſſio vocis, quae obviam ſubintellectionem ſive potius repetitionem ex proximo habet. *Boecler.* Cui quis adſuetus maxime eſt, id aegre deponit. Praeclare in hanc rem Paullus Diaconus Hiſtor. Miſcell I, 14. *Placuit, ne imperium longius, quam annum* (Conſules) *haberent, ne per diuturnitatem poteſtatis inſolentiores redderentur, ſed civiles ſemper eſſent, qui ſe poſt annum ſcirent eſſe privatos.* Adde Livium II, 2. & IV. 24 Juſtin. 31, 1, 8. e junioribus Caſaub. ad Suetonium l. c. Bodin. de Rep. IV, 4. Forſtner. ad Annal. 2. Taciti p. 140. & ſeqq *Boſius.*

3 *Cherſoneſi,*] *Cherſoneſſo.* Leid. & Voſſ. A. C.

4 *Tyrannuſque fu. appell. ſed juſtus*] Nempe, ut Ariſtoteles loquitur. (3. *pol.* 3.) τύραννος κατὰ νόμον, *tyrannus legitimus.* Ernſtius. Quod Corn. Nepos de Miltiadis in Cherſoneſum imperio tyrannico, ſed juſto, habet, idem Strabo lib. 7. de Cherſoneſi rectoribus univerſe tradit.: Ἐκαλοῦντο δὲ τύραννοι, καίπερ οἱ πλείους ἐπιεικεῖς γεγονότες; *Appellabantur tyranni, quamquam plerique juſte imperabant.* Loccen. Vocem *juſtus* eleganter illuſtravit Doctiſſimus Vir H. Snakenburg ad Curtium Lib. 4. cap. 10. in fine.

5 *Non enim vi*] Quae inter praecipu-

non erat enim vi conſecutus, ſed ſuorum voluntate, eamque poteſtatem bonitate [1] retinuerat. [2] Omnes autem & habentur & dicuntur tyranni, qui poteſtate ſunt perpetua in ea civitate, quae libertate uſa eſt.
4 Sed in Miltiade erat cum ſumma humanitas, tum mira [3] comitas, ut nemo tam humilis eſſet, cui non ad

cipuas famoſae tyrannidis notas ab Ariſtotele 3. & 4. politic. Xenophonte in Hierone, ceteriſque ponitur. Vide & Diog. Laert. lib. 3. in Platone. Si ſc. injuria & vi aut occupetur imperium aut adminiſtretur. Sed de Miltiade quod ait Noſter, id aliter Herodotus narrat. Vide ſup. ad 1, 2, 3. *Boſius.*

1 *Retinuerat*] *retinebat* Leid. ut & Boecleri, item Voſſ. A. C.

2 *Omnes autem & hab. &c.*] Apparet, credo, quam ſolicitus auctor fuerit, cum Miltiadem Tyrannum fuiſſe appellatum ſcripturus erat. Ut ita *Magius* fruſtra tantopere metuat huic definitioni, quam non Graecis modo, ſed & Romanis non incognitam, ipſo Ciceronis aevo a maximo viro erutam, accipere potius quam vellicare debuiſſet. Notus eſt verſus Euripidis, vel Sophoclis, ut eſt ap. Agell. XIII, 17. Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ. Ariſtophanes in Nubib. Jovem vocat Θεὸν τύραννον. Sic Aeneam, quo neminem tamen alias aut pietate aut juſtitia priorem fuiſſe docet, *Virgilius* Tyrannum vocat VI. Aen. 266.

Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni

Horatio 3. od. 7. Lamus eſt *late Tyrannus.* Voſſ. Inſt. Orat. 1, 4, 8. *Beſſario* quoque *Cardinalis* idem adverſus calumniatorem Platonis demonſtravit, & notat nonnulla quoque *Gab. Naudaeus* in Bibliographia polit. *ed Buchneri* p. 83. Sane & τυραννίδος vocem perinde in melius acceptam olim, docet Euripidis ille verſus, quem Porphyrius in Iſagoge cap. 2. 18. & Athenaeus 12, 7. citant πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος ipſe monet ſcholiaſtes Thucydidis, cum ait Philoſophos quidem diſtinguere inter τυραννίδα καὶ βασιλείαν; οἱ δὲ ῥήτορες ἀδιαφόρως λέγουσι, & hoc eſt quod de voce tyranni animadverti debebat, praecipue in hoc noſtro, qui in hiſtoria Graeca libenter ſeſe ad Graecorum etiam verborum convertit imitationem, qua quidem neglecta obſervatione, a magnis quoque viris ipſi magna facta injuria. *Rave.* Pertinet huc inprimis locus Iſocratis in Euagora *Lambino* allegatus, quo τυραννίδα καὶ τῶν θείων ἀγαθῶν, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων μέγιστον καὶ σεμνότατον vocat, idque *omnes fateri* ait. Adde Ind. *Boſius.* Cod. P. Dan. *Et dicuntur tyranni & habentur*: locum hunc egregrie illuſtravit Vir Celeb. J. Perizonius ad Aelian. L. 2. V. H. cap. 20. Voſſ. C. *civitate libertate uſa eſt* abſque *quae.*

3 *Comitas*] Suaves ludos faciunt, qui ex erratis amanuenſium aliam moliuntur lectionem *communitas.* Vidit id Savaro, & me ſuffragante, vulgatam recte tuetur. Eſt enim *comitas* humanitas moroſitati ac ſeveritudini contraria, Attico. *Ejus* comi-

ad eum aditus pateret: magna auctoritas apud omnes

comitas non ſine ſeveritate erat. Tac. 2 Ann. c. 62. *Indoluere exterae nationes regeſque, tanta illi comitas in ſocios, manſuetudo in' hoſtes: viſuque & auditu juxta venerabilis, cum magnitudinem & gravitatem ſummae fortunae retineret, invidiam & arrogantiam effugerat* lib. 6. Ann. c. 50. *Idem animi rigor quaeſita interdum comitate. Gebhard.* Ita praeter vulgatos omnes Mſſ. plerique. Giſanius tamen in Obſerv. l. l. p. 40. Schottus & P. Daniel in not. ad h. l. e ſuis Cod. malunt *communitas*, quomodo legendum & Cl. Puteanus conjecerat. Confirmant autem hanc lectionem, cum auctoritate Terentii, Suetonii, Servii, ac Caecilii, quibus *communis* idem eſt ac humanus, & qui aequaliter ſe omnibus impertit; tum quorumdam Graecorum, a quibus κοινὸς eodem ſenſu uſurpatur. Ac Terentii Heaut. 5, 1, 39. hoc eſt in quibuſdam libris. *Quemquam animo tam* Communi *eſſe aut leni putas*? Suetonii vero Claud. c. 21. in omnibus tam editis, quam manu exaratis. *Nec ullo, ſpectaculi genere communior aut remiſſior erat.* Servii autem ad Aeneid. 8, 275. *illi*, communem, *humanum, beneficum*, φιλάνθρωπον.; *unde & communes homines dicimus.* Caecilii denique ratino Priſciano extremo lib. 6. datum, *modo, obſequens, hilaris*, *is*, communis, *concordis, dum id, id petit, potitur.* E Graecis prae Phocylidem, Demoſthenem ſτεφάνου, Iſocratem in Euagora, Xenophontem 1. Hiſt. Graec. ant Etymologicon Magnum, κοινὸς eſt, ὁ εὔκολος, γνήσιος, πά- ſavaro tamen ambigebat, num receptum ſit hoc nomen in ea ſignificatione apud Latinos Auctores *Gebhardus* erratum amanuenſium putabat. Cl. Ravius, etſi fatetur, recte Giſanium & P. Danielem ſuas lectiones interpretari, τὸ *comitas* tamen omnino retinendum cenſet. Ex ipſo equidem inquit, quem adducunt, Servio patet, jam ante ab auctore noſtro dictum eſſe, quod *communitate* ſignificari iſti volunt: Eſt enim Servio *communis*, idem quod humanus & beneficus ad. 8. Aeneid. Atqui de *humanitate* & *bonitate* jam dictum erat. Porro *communitas* iſta non facile aliud, quam *civilitatem*, principis ſcil. virtutem in libera Rep. & quam Cicero Fin. 3, 102. *communitatem* vocat *civilem*, ſcil. τὴν ἐπιείκειαν ſignificaret, quo pacto differt adhuc a *comitate*. Hanc enim Gloſſae exponunt φιλοφροσύνην, εὐπροσηγορίαν, tanquam ornamentum *communitatis civilis*. *Communitas* enim rebus magis & jure, tamquam veriſſimis *aequalitatis* characteribus & praecipua ſui ipſius nota; *comitas* autem verbis ac morum facilitate, in vulgus cum primis, quod externa tantum aeſtimat; ſpectatur. Sane *communitas* poteſt triſtior paullo ac ſevera eſſe, ut & de *bonitate* judicabat D. Hieronymus in c. 5. Epiſt. ad Galat. *comitas* vero jucunda ſemper & delectabilis: illa jus ſuum; haec decus prenſat. Tandem apud Principem virum potiſſimum in molli aditu fandique copia ſpectatur, atque tum bonis auctoribus prorſus ſolennis *comitatis* eſſe conſuevit Haec pro vulg. lectione Vir. Doctiſſimus. Ut ingenue dicam quod ſentio, nondum

mnes civitates, nobile nomen, ¹ laus rei militaris ma-

dum adduci poſſum, ut τὸ *communitas* erratum amanuenſium credam. Veriſimilius enim eſt, eos aut pro rarioris ſignificatus vocabulo, quale *communitas* eſt, more ſuo uſitatius repoſuiſſe; aut, cum abbreviate ſcriptum eſſet *coitas* e compendio hoc (quod etiam Schotto videbatur) τὸ *comitas* natum. Praeterea quod ſubjicitur, *ut nemo tam humilis eſſet, cui non ad eum aditus pateret*, non tam *comitatis* eſt quam *communitatis*. Nam *comem* cum dicimus, facilem quidem & humanum & φιλάνθρωπον, & affabilem dicimus: non item eum, qui talem ſe omnibus & promiſcue praebeat. Poteſt enim *comis* eſſe etiam, qui tantum erga pares aut paucos humanus eſt. *Communis* autem ſive *κοινὸς* eum, ſaltem interdum, deſignat, qui nemini praecludit aditum, ſed aequalem ſe omnibus exhibet, & infimis etiam ac humillimis quodammodo parem facit. Quo ſenſu hac voce praeter Suetonium loco paullo ante laudato & alii ſcriptores melioris aevi uſi ſunt: etſi plerumque a librariis aut editoribus in alteram vulgatiorem corrupta eſt. ſic Cic. Cat. maj. cap. 17. ait *Cyrum & ceteris in rebus* communem *erga Lyſandrum & familiarem fuiſſe*. Ita Mſ. veterrimus Nic. Heinſii. Vulgo eſt *comem erga Lyſ. & humanum*. Idem. 4. ad Fam. Ep. 9. de Pompejo, amicorum conſilia ſpernente. *An eum magis communem cenſemus in victoria futurum fuiſſe, quam incertis reip. fuiſſet?* Ubi pariter Guilielmius, & e neſcio quo vet. Codice, Urſinus, *comem* malebant. Sed recte negabat in not. ad eum loc. ſive Gruterus, ſive Gebhardus *margaritum* ſe glarea mutaturum. Ovidius quoque Triſtium, 4, 4, 13. Caeſaris *communitati* tribuit, quod vilium hominum laudes non ſpernat, ſed Jovis exemplo, ſe quolibet ore celebrari ſinat.

Ipſe pater patriae (quid enim communius illo?)
Suſtinet in noſtro carmine ſaepe legi.

Ita hunc locum e Cod. Pirckhaimeri reſtituit olim Gronovius obſervat. 2, 12. itaque legi in tribus Mſſ. ait eruditiſſimus Ovidii ſoſpitator Nic. Heinſius, cui tamen non placebat, quoniam de *communi bono* mox ſequitur, quare praeferebat *civilius*, quod Gronovio gloſſema videbatur. Sed quid prohibet Poetam luſiſſe in voce *communis*, quae & publicum, & qui erga cunctos aeque comis eſt, deſignat, adeoque quarto verſu ad primum alluſiſſe? ſed & apud Livium 4, 10. Quinctius Conſul. *concordiae pacisque domeſticam curam, jura infimis ſummiſque moderando ita tenuit, ut eum & Patres ſeverum conſulem & Plebs ſatis* Communem (ita Mſ. teſte Gronovio l. c. vulgo eſt *comem*) *crediderint*. Suetonius Veſpaſiano. 22. *Super coenam & ſuper aleas communiſſimus multa joca tranſigebat*, ſic enim e Cod. Viterb. legendum docuit magnus Caſaubonus; cum vulgo legatur *ſemper alias comiſſimus*. Et quid aliorum auctoritates conquirimus? Ipſe Nepos infra 25, 3, 1. de Attico: *ſic*, inquit, *ſe gerebat, ut communis infimis, par principibus videretur*. Imitatus hoc Petrus Chryſologus recentior ille quidem, ſed

maxima. [1] Haec populus reſpiciens, maluit eum in-

ſed tamen priſcae elegantiae adfectator ſermone 136. *Habet hoc Adelphi plena pietate dignatio, ut dives pauperis intret hoſpitium, pauperis ſe ponat ad menſam, ut humilibus ſe faciat* communem, *quem divitiae, poteſtas, honor fecit & reddidit ſingularem.* Sidonius item Apollinaris ejuſd. ſeculi ſcriptor & pariter veteris elegantiae ſtudioſus, cum lib. 7. Ep. 9. *Simplicium in ſermone* communem (ſic enim e Mſſ. edidit Savaro) *in contubernio aequalem* & lib. 8. Epiſt. 13. *Novetium*, ſeu ut Sirmondus, *Nonnechium ſine popularitate* communem dixit. Satis ut opinor, hinc apparet, Latinis ſcriptoribus (de quo ambigebat Savaro, Faernus plane negabat) *communem* dici, qui tanquam aliquis e vulgo ſe gerit, & ſe inferiores, imo infimum quemque & humillimum comiter habet, compellat humaniter, in conſilium adhibet, jocis recreat, ab iis celebrari laudarique ſe ſinit, aeque illis ac dignioribus jura moderatur, hoſpitia eorum intrat, menſis adſidet, denique nemini eorum aditum ad ſe praecludit: ideoque & *communitatem*, aeque ac comitatem, verbis ac morum facilitate in vulgus ſpectari, aeque jucundum ac delectabilem eſſe, aeque molli aditu fandique copia cenſeri; aeque a bonis auctoribus, principibus viris tribui ſolere; deque non minus, quam *comitatem humanitate*, cujus illa veluti ſpecies eſt, diſtingui, eoque haud inepte a Nepote ſubjungi. Quare, cauſſae video, cur ea vox hoc rejici debeat: praeſertim cum optimis aliquot codicibus reperiatur. *Boſius. Communitas* legit & cl. Schefferus Epiſt. 7. ad N. Heinſium: ſaepius haec vox confunditur cum *comitas* ut & comis cum *communis*. v. Manut. ad Ciceron. l. 9. ad Fam. Ep. 24. & cl. Graevium ad l. 4. Ep. 9. a cl. Burmanno ad l. l. Ovidii citatum. Cod. P. Dan. & Leid. & Voſſ. B. *tum ſumma humanitas*. Voſſ. A. C. *communitas*, ſed in margine eadem manu ſcriptum erat, *al. comitas.* & pro *apud omnes*, *apud omnis*. *erat* etiam non legitur in Voſſ. B.

1 *Laus rei milit. maxima*] De voce *Laus v.* cl. Burm. ad Valer. Flacc. l. 6. vſ. 546.

1 *Haec populus reſpiciens, maluit, &c.*] In Mſ. Sluyskenii, teſte Keuchenio, fuit *adſpiciens*. Boſius.

MILTIADIS res habentur apud *Plutarch. in vita Cimonis, Herodot. praeſertim* lib. 6. *Pauſan. in Attic. Aelian.* 12, 35. *Platon. in Gorgia, Ciceron. paſſim, Val. Maxim.* 5, 3. *ext.* 3. *&* 8, 14. *ext.* 1. *Juſtin.* 2, 9. *&* 15. *Gell.* 17. 21. *& alios. Boecler.* Addo *Suidam* in verbo Μιλτιάδης. *Ernſt.* Effigiem ejus habes ex Herma veteri inter Imagines Illuſtrium. F. *Urſini* num. 92. Ejuſdem Hermes alius repertus olim Romae in monte Coelio, his verſibus Graecis & Latinis inſcriptus:

QUI. PERSAS. BELLO. VICIT.
MARATHONIS. IN. ARVIS.
CIVIBUS. INGRATIS. ET. PATRIA. INTERIIT.

ΠΑΝΤΕϹ. ΜΙΛΤΙΑΔΗ. ΤΑΑΡΗΙΑ.
ΕΡΓΑ. ΙϹΑϹΙΝ.
ΠΕΡϹΑΙ. ΚΑΙ. ΜΑΡΑΘΩΝ. ϹΗϹ.
ΑΡΕΤΗϹ. ΤΕΜΕΝΟϹ.

Ex-

innoxium plecti, quam ſe diutius eſſe in timore.

Exhibent *Gruterus* Inſcription. pag. CCCCXXXVIII. 6. & *Jo. Faber* in Commentar. ad Imagines Urſini p. 58. Spectatur & in numiſmate pereleganti (neſcio quam vetuſto) quod penes me eſt, effigies Miltiadis cum titulo; ΜΙΛΤΙΑΔΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ. In averſa parte imago libertatis ſiniſtra manu pileum tenentis ſuper puero lauream attollente, cum hac inſcriptione: ΕΛΛΗΝΩΝ ΕΛΕΥΘΕΡΕΙΑ, *Boſius*.

MILITIADES



II. THEMISTOCLES.

Cap. I.

[1] THEMISTOCLES [2] NEOCLI F. ATHENIENSIS. [3] Hujus vitia ineuntis adoleſcentiae [4] magnis ſunt emendata virtutibus: adeo ut antefe-

1 *Themiſtocles Neocli &c.*] Titulus hujus vitae a Cornelio talis mihi videtur eſſe conceptus.
THEMISTOCLES NEOCLI FILIUS ATHENIENSIS.
Hujus vitia ineuntis adoleſcentiae, &c. Sic refingendum cenſeo Titulum vitae Alcibiadaeae.
ALCIBIADES CLINIAE FILIUS ATHENIENSIS.
In hoc natura &c. Idem tenendum in Timotheo, Chabria, Epaminonda, Eumene, Timoleonte, Annibale. *Gebhard.* Membranaceus meus Cod. legit *Neoclis filius.* De Themiſtocle vide Auguſtin. *Epiſt.* CCLXIV. *c.* & Suidam in Θεμιστοκλῆς. Quibus adde quos laudat ſcriptores D. Boeclerus *ſub fin. Not. Ernſtius.* Haec verba Gebhardus titulum vitae hujus conſtituere cenſebat, ipſam autem vitam ab illis demum verbis *Hujus vitia* &c. incipere. Idemque & in Alcibiade, Timotheo, Chabria, Epaminonda Eumene, Timoleonte & Hannibale tenendum ait. Nihil tamen ſine librorum auctoritate immutare voluimus. *Boſius.*

2 *Neocli*] Solebant Latini non raro Graeca aut barbara ad Latinorum rationem inflectere & commutare. Sic hoc in loco pro *Neoclem*, *Neoclum*, & inde *Neocli* noſter fecit: quemadmodum & paullo poſt pro *Neocles*, in quibusdam libris *Neoclus*, auctore Schotto, invenitur. Sic *Cotum* & in ſecundo caſu *Coti* noſter dixit in Iphicrate ſub finem, qui Cotys alias Graeca terminatione dicebatur: item *Nectanebum* Aegypti Regem: qui *Nectanebis* Plutarcho & aliis appellatur. Pari ratione id in Ariſtide ipſo principio dictum videtur: *aequalis fere fuit Themiſtocli:* Ut *Themiſtocli* etiam ſit caſus patrius, ut hic *Neocli.* Poſſumus tamen ibi & Dandi ſeu tertium caſum ſtatuere. *Buchner.* Adde Voſſium de Analogia 2, 9. eſt autem haec lectio meliorum Codicum, ut Gif. Dan. Put. Savar. Schotti; nam in aliis eſt *Neoclis*, quomodo mox v. 2. *Neocles.* Boſius. Adi Victorium ad Ciceron. 5. ad Fam. Ep. 12. p. 258. B. Voſſ. A. B. C. *Neocli*, & mox *Neoclus*, ſed ſupra notatum erat *Neocles.*

3 *Hujus vitia ineunt. adoleſc.*] Enumerat ea Plutarchus & Aelianus 2, 12. ac Val. Maximus 6, 12. *Schottus.*

4 *Magnis ſunt emend. virt.*] Achilles Tatius 8. *ἐρωτικῶν prope finem* in tali exemplo: κἀμοὶ ἂν ἐπήει τὸ τοῦ Θεμιστοκλέους, ὅτι κἀκεῖνος τὴν πρώτην ἡλικίαν σφόδρα δόξας ἀκόλαστος εἶναι, πάντας ὑπερέβαλεν Ἀθηναίους ὑσε-

2 teſeratur huic nemo, pauci pares putentur. Sed ab initio eſt [1] ordiendum. Pater ejus [2] Neocles [3] generoſus fuit. [4] Is uxorem [5] Halicarnaſſiam civem duxit, (eſt enim Halicarnaſſus Cariae caput) cum nemine pugnabimus. Tanti non eſt. *Buchn.*

ἐςι σοφία τι, καὶ ἀνδραγαθία: *At mihi tum venit in mentem illud, quod de Themiſtocle olim dictitatum fuit, qui cum in adoleſcentia perquam diſſolutus eſſet, omnes tamen deinceps Athenienſes prudentia & fortitudine ſuperavit.* Atque hunc *colorem* in *Caeliana* ſuo propoſito accommodat *Cicero* cap. 12. *Boecler.* Similia exempla habes apud Valer. Max. 6, 9. Macrob. Saturnal. 2, 9. &c. Vid. & Cic. pro Caelio cap. 12. *Boſ.* Voſſ. A. *emundata*, ſupra notatum erat *emendata.*

1 *Ordiendum*] Leid. *Ordiendus.* Ita & Voſſian. A C.

2 *Neocles*] Mſſ. Gif. Dan. Sch. *Neoclus*, quod etſi omnino rejicere non auſim, potuit tamen e praec. *Neocli*, errore librariorum naſci. *Boſius.* Leid. *Neocles*, quomodo & Graece dicitur ab Aeliano L. 2. V. H. c. 12. Voſſ. C. *Neoclus.* Vide ad Epaminond. cap. 1. Interpretes.

3 *Generoſus fuit*] I. e. genere illuſtri & nobili: de quo tamen contrarium Plutarchus narrat in vita Themiſtoclis. *Buchner.*

4 *Is uxorem, &c.*] Ergo materno genere νόθος ſive ſpurius non legitimus ſive γνήσιος civis Athenienſis fuit, quod idem Plutarchus notat. γνήσιοι enim cives habebantur, qui utrumque Parentem habuiſſent indigenam, e. g. Athenienſem: νόθοι, quorum aut pater aut mater peregrina, ut Ariſtoteles docet lib. VI. Polit. cap. IV. Utrum autem Threſſa, quod alii volunt, an Carina fuerit mater Themiſtoclis, quod noſter tradit

5 *Halicarnaſſiam*] In Mſ. eſt *Acharnanam.* Quam ſcripturam Schoppius lib. 1. *Veriſimil.* cap. XX. ex Bavaro Cod. confirmat, & ex alio Dn. Boeclerus. *Ernſt.* Longolius primus *Carinam* repoſuit, poſt quem Magius *Halicarnaſſiam* amplexus eſt. Quia vero inter ipſos ſcriptores de matre non convenit, cur admiſſis conjectationibus profligemus librorum Mſſ. ſcripturam? *Gebhard.* *Acharnanam* Mſſ. Boecl. Ernſt. & teſte Schoppio Veriſim. 1, 20 duo Bavarici. Longolius, Magius, Savaro, Schottus, e ſuis laudant *Acarnanam* ſine adſpiratione. Id primus, ut opinor, Aldus in *Halicarnaſſiam* mutavit; haud dubie, quod apud Plutarchum lègerat *Neanthem* patriam matri Themiſtoclis Halicarnaſſum Cariae attribuere. Eaque Lectio & Magio probatur, qui putat, τὸ *Halicarnaſſiam* ex ſoni ſimilitudine facile potuiſſe ab imperitis librariis in *Acarnanam* verti. Secutus hos Lambinus, & plerique editores reliqui. Longolius Phaniae apud Eund. Plutarchum fidem ſecutus, *Carinam* legit; ſuffragante Schotto. Nobis in tanto librorum conſenſu religio eſt a priſca lectione diſcedere: praeſertim, cum inter ipſos ſcriptores de ea re non conveniat. Nam fuere etiam, qui matrem Themiſtoclis *Threſſam* dicerent. Neque minus in nomine diſcrepant. Nam qui *Threſſam* faciunt *Abrotonon*; qui Carinam, *Euterpen*

Digitized by Google

xit, ex qua natus eſt Themiſtocles. qui quum minus eſſet probatus [1] parentibus, quod & [2] liberius vivebat, [3] & rem familiarem negligebat, a patre

[1] ex-

terpen vocant. Vid. Plutarch. Themiſtoc. pr. & Athenaeus 13, 5. Ceterum *Acharnanam* malo, quam *Acarnanam.* Nam ab Acarnania, vicina Epiro provincia, gentile nomen faemininum non eſt *Acarnana* ſed *Acarnanis.* Stephanus περὶ πόλεων in Ἀκαρνανία, τὸ ἐθνικὸν, Ἀκαρνὰν καὶ τὸ θηλυκὸν Ἀκαρνανὶς &c. Praeterea quomodo *civem* dixiſſet, quae ex Acarnania orta? *Acharnanam* v. dictam puto ab *Acharna*; ut *Spartana* a *Sparta.* &c. Erat autem *Acharna* ſive *Acharnae*, δῆμος Atticae frequentiſſimus tribus Oeneïdos circiter 60 ſtadiis Athenis diſtans. vid. Thucyd. l. 2. Pauſan. Atticis, Stephanus περὶ πόλεων; & e junioribus Meurſius lib. de populis Atticae pag. 18. Hujus incolae, pariter ac reliquorum demorum, cives Athenienſes, immo, ut Thuc. loquitur, *magna pars civitatis* erant. Itaque noſter mulierem inde ortam *civem* dixit, Atticam puta: credo ut Themiſtoclem γνήσιον Athenarum civem fuiſſe indicaret, non νόθον, ut Plutarchus voluit; γνήσιοι enim cives ii ſolummodo habebantur Athenis, qui utrumque parentem civem habuiſſent: qui vero matre peregrina nati erant, νόθοι habebantur, nec ullo cognationis jure gaudebant. Ariſtot. 6. Politic. 4. & prolixe Samuel Petitus Comment. ad Leg. Atticas lib. 2. cap 4 & lib. 6. cap. 1. *Boſius.* Leid. *Arianmanam.* Mſ. Cantabr. & Voſſ. A. *Acarnanam.* Mſ. Bernardian. ſive Oxon. & Voſſ. B. *Archanam.* Voſſ. C. *Acarganiam* De Themiſtoclis matre v. cel. Perizon. ad Aelian. lib. 12. V. H. cap. 43. n. 11.

1 *Parentibus*] Schottus mallet *Parenti*, & mox deleri *a patre*, nam patrem, inquit, potiſſimum offendit, ut exhaeredaverit abdicaveritque filium, quae res matrem ad laqueum adegit. Et verum eſt, Plutarchum, Aelianum, Valerium Max. alioſque ſolius patris mentionem facere. Neque tamen idcirco apud Noſtrum quidquam mutandum. *Boſius.*

2 *Liberius vivebat*] Sequendus conſenſus librorum Mſſ. doctorumque virorum judicio ſtandum ejicientium τὸ *juſto. Gebhard* Diſſolute nimis & licenter vixiſſe ſignificat: neque finem aut modum poſuiſſe illis rebus, quae eſſe affines alias adoleſcentiae ſolent. Modeſte nempe & comiter de maximi viri luxuria loquitur; ne, ſi feciſſet aliter, malignus atque acerbus videretur. Luxurioſum autem perquam h. e. voluptatibus, deliciis, ſcortationibus, ac compotationibus deditum fuiſſe Themiſtoclem adoleſcentiae initio, Athenaeus, Aelianus, Val. Max. & alii teſtantur. *Buchn. Juſto* recte omitti putat etiam Scioppius l. 1. Veriſim. cap. 20. abeſt & ab Ultraj. Ed. & Gifanii Scidis teſte Schotto, ut & a P. Dan. Boecl. Leid. & Bavar. antiquiore, ut Boſius in ſecunda ſua Editione notavit; reperitur tamen in Voſſ. A. C. ſed. in B. *juſto* nec *liberius* exſtant.

3 *Rem familiar. neglig.*] Immo erat prodigus & luxurioſus. Suid. l.

cit.

3 [1] exheredatus eſt. [2] Quae contumelia [3] non fregit eum, [4] ſed erexit. Nam quum judicaſſet, ſine ſumma induſtria non poſſe eam extingui, [5] totum ſe dedit reipublicae, diligentius amicis, famaeque ſerviens.

cit. *Ernſt. Rem ſuam familiarem* Voſſ. C.

1 *Exheredatus eſt*] Magius putat, Auctorem h. l. Latini ſermonis elegantiam non ſervaſſe: cum Valla doceat, pro *exheredatus* hoc ſenſu melius dici *abdicatus*. Sed haec riſum movent JCtorum filiis. Nepos enim ceu hoc vocabulo judicare voluit, Themiſtoclem non a familia patris fuiſſe alienatum: ſed propter effuſionem ab hereditate ſubmotum. Neque tamen certum eſt, veteres inter abdicationem & exheredationem diſtinxiſſe. *Ernſtius*. *Abdicationis* verbo hac in re uſi ſunt Seneca controv. 1. 7. & Valer. Max. 6. 9. ext. 2. qui & *matrem ſuſpendio finire vitam propter filii turpitudinem coactam* ait. Apud Aelianum lib. 2. V. H. cap. 12. eſt ἀποκηρυχθεὶς ἀπὸ τῆ πατρός. Eademque voce & Suidas in αἰτίαν & ἀποκήρυκτον uſus. Plutarchus quoque ἀποκηρύξειν vocat. Ἀποκήρυξις autem idem eſt quod *abdicatio*, ut patet e L. 6. C. de patr. poteſt. Inter cauſſas abdicationis fuiſſe vitam liberiorem & prodigalitatem cognoſcimus e Seneca controverſ. 1, 8, & 9. Quinctiliano Declamat. 279. & 290. ac Luciano in Abdicato. De abdicatione Athenienſium plura Petitus 2, 4. p. 157. & ſeqq. ubi inter alia ex Hermogene docet abdicatos non fuiſſe bonorum paternorum participes. Atque hinc fortaſſe eſt, quod Nepos Themiſtoclem exhaeredatum ait. Adde notas Ernſtii. Ceterum iſtam Themiſtoclis abdicationem, matriſque ejus ſuſpendium Plutarchus figmentum exiſtimat. *Boſius*. Non exheredatum fuiſſe Themiſtoclem patet ex Aeliano l. 10. V. H. cap. 17. dicente eum habuiſſe tria talenta; v. ibi cl. Perizon.

2 *Quae contumelia*] Lambinus exiſtimat, non eſſe dicendam contumeliam, cum Themiſtocles recte fuerit exheredatus. Quod verum eſſet, ſi contumelia heic fuiſſet dicta pro injuria. l. 1. *D. de injur.* Nepoti autem contumelia a contemtu dicitur. Quomodo Seneca loquitur in libello *de conſtantia ſapientis*. Recte etiam exheredatio haec, e perſona Themiſtoclis contumelia appellari poteſt. Vide *tit. Inſtitut. De inofficioſ. teſtam.* & ad eum JCtos. *Ernſtius*. Magna enim contumelia erat, quod abdicatus paterna familia excidebat, publiceque per praeconem pronunciabatur, patrem negare hunc filium ſuum eſſe amplius. vid. Petit. l. c. p. 158. unde & apud Senecam controv. 1, 8. Themiſtocles dicitur abdicationem virtute deleviſſe tanquam inſignem maculam. Add. not. Ernſtii. *Boſius*. Vide de voce *contumelia* clariſſ. Virum Ant. Schultingium in Exerc. ad Valer. Max. l. 7. c. 7. de Teſtam. Reſciſſ. p. 899.

3 *Non fregit eum*] De verbo *frangere* conſule Tennulium ad Frontinum l. 2. cap. 9. E. 3. & cl. Withofium in Specimine Guntheriano cap. 4. pag. 109.

ens. Multum in judiciis privatis [1] verſabatur, ſaepe in concionem populi prodibat, nulla res major [2] ſine eo gerebatur, [3] celeriterque, quae opus erant, [4] reperiebat. [5] Neque minus in rebus gerendis promtus, 4
quam

4 *Sed erexit*] Vide Ind. v. *erexit*. *Boſius*.

5 *Totum ſe dedit Reip*] Vid. Aelian. 2, 12. & Plutarchus in vita p. 112. In Mſſ. Giſanii, P. Danielis & Schotti erat *dedidit*. Quod Schotto venuſtius videbatur. *Boſius*. In Ed. Londinenſi etiam legitur *dedidit*; ſed Codices Voſſiani *dedit* exhibent. Leid. *dedidit*. Ita *dederunt* & *dediderunt* in Mſſ. confunduntur in Lyſandro cap. 1. & cap. 10 hujus vitae. *Ille omne illud tempus literis, ſermonique Perſarum dedit*. Leid. & Voſſ. A. C. *ſe dedidit*. Nec non in Datame cap. 4. n. 5. *Atque a conatu reſiſtendi deterritus ſeſe dedit*. Ubi Mſ. Leid. Voſſ. B. Mſſ. Gif. Sch. Dan. Boecl. *ſeſe dedidit* exhibent. In Alcibiade cap. 11. vulgo editur ſic *duritiei ſe dedidiſſe*. Sed Leid. & Voſſ. A. B. conſtanter *duritiae ſe dediſſe*.

1 *Verſabatur*] Voſſ. A. *verſebatur* ſed a. m. ſec. *verſabatur*.

2 *Sine eo gerebatur*] Sic meliores libri. quomodo Curtius, 7, 2, 33. de Parmenione; Reliqui *regebatur*. Boſius. *Sine illo gerebatur*. Cod. P. Dan. ſed Leid. *Sine eo. Gerebatur* legendum monet Scioppius l. 1. Veriſim. cap. 10. vide Freinshemii notas ad l. l. Curtii.

3 *Celeriterque quae op. er. reper.*] Prudentiam in Themiſtocle commendat: quae quaſi propria & praecipua ejus virtus fuit. Quare & Lucianus cum in Demoſthenis encomio (p. 909) principem oratorem Pericli & Themiſtocli exaequaret, dicit Themiſtocli prudentia, Pericli vero magnitudine animi ſimilem fuiſſe. *Buchn.* Leid. & Voſſ. B. *celeriter quae opus erant*. Voſſ. C. *celeriterque, quae opus erat*.

4 *Reperiebat*] Excerpta. P. Danielis, Editio Ultrajectina & Mſ. codex Leidenſis, (cujus excerpta var. lect. primae editioni ſuae Cl. Boeclerus ſubjunxit) addunt: *facile eadem oratione explicabat*: judicio *Schotti* & *Gebhardi* recte. tale enim aliquid deſiderari, cum & prudentiae juxta ac eloquentiae laude viguerit Themiſtocles. Vide infra 3, 1, 2. & Cicer. in Bruto cap. 7. *Boſius*.

5 *Neque minus, &c.*] Puto haec trajecta eſſe, & ita conſtituenda: *celeriterque quae opus erant reperiebat: quod & de inſtantibus (ut ait Thucydides) veriſſime judicabat, & de fut. callid. conjiciebat. Neque minus in reb. gerendis promtus quam excogitandis erat.* Primo commendat prudentiam, quae eſt facultas animi celeriter reperiendi, quae ad rem ſint. Quod fit, cum & veriſſime judicamus de praeſentibus, & de futuris callide conjicimus. Nam ſi in his errare contingat, verum conſilium afferre non poſſumus. Etſi vero magnum omnino & praeclarum habendum, prudentem eſſe & recte poſſe conſulere rebus; tamen ad perfectionem civilis ſive politici viri neceſſe etiam eſt, ut ſolertia & promtitudo rerum agendarum accedat: quo etiam poſſis, quae conſulue-

quam excogitandis, erat: quod & de inſtantibus ([1] ut ait Thucydides) veriſſime judicabat, & de futuris callidiſſime conjiciebat. Quo factum eſt, ut brevi tempore illuſtraretur.

CAP. II.

1 Primus autem [2] gradus fuit capeſſendae reipublicae [3] bello Corcyræo: ad quod gerendum praetor a po-

ſulucris. Quod in conſultoribus reſpiciendum Mucianus apud Tacitum monet lib. II. Hiſtor. cap. LXXVI. Quocirca ſubjungit: *Neque minus in rebus gerendis promtus* &c. Ut omnes numeros viri politici abſolviſſe Themiſtoclem oſtenderet. Equidem ad res gerendas inepti ſunt, qui pavidioris naturae; item qui moroſiores paullo ſunt, & facile offenduntur, aut taedium capiunt, ſi quid nodi intercidat. Quos tamen magno ſaepe ingenio eſſe, magna prudentia, & praeſtantiſſima conſilia invenire poſſe, nemo negaverit. Haec autem noſtra ſuper iſtoc loco conjectura videtur ab ipſo Thucydide confirmari quoque, unde haec deſumta ſunt. Nam ejusdem ordinem videtur ſervare. *Buchn.*

1 *Ut ait Thucydides*] Scriptum hoc Thucydides reliquit lib. I. Herodotus (quod & Longolius annotat) lib. VIII. Graecorum omnium prudentiſſimum fuiſſe Themiſtoclem literis prodidit. Ariſtides quoque Rhetor hunc, quod in praevidendis futuris prudens & induſtrius eſſet, laudavit. Prudentem itidem vocat Cicero in Bruto. *Magius.* Thucydidis locum profert Cicero quoque 10. ad Attic. ep. 8; prolixe vero exponit CL. Boeclerus in Commentario p. 16. & ſeqq. *Boſius.* locus Thucydidis eſt Lib. I. cap. 138. L. 79. Eodem modo Juſtinus L. I. C. 9. *Oſtanem* vocat *virum nobilem & in conjecturis ſagaciſſimum.*

2 *Gradus fuit capeſſ.*] Voſſ. B. *Gradus capeſſ.*

3 *Bello Corcyraeo*] Lambinus repoſuit *Aegineticum.* Contra quod Andr. Schottus ſuggeſſit locum ex Plutarcho in Them. ubi belli inter Corcyraeos & Corinthios ſcil. mentio extat diſerta; quanquam *παρέργως.* Memorat enim Plutarchus; Themiſtoclem invidia populari exſulem, Corcyram demigraſſe (Nep. 2, 8, 3) fiducia veteris beneficii. *γεγονὼς γὰρ αὐτῶν κριτὴς πρὸς Κορινθίους ἐχόντων διαφορὰν ἔλυσε τὴν ἔχθραν* &c. Sed nondum tollitur difficultas. Nepos ait, *Praetorem factum* bello Corcyraeo: Plutarchus *arbitrum controverſiae* inter Corcyr. & Corinthios ſponte captum: *ille*, Corcyraeos fregiſſe; *hic* ſecundum eos contra Corinthios pronuntiaſſe refert. *Boecler.* adde not. ad. 2, 2, 3. *Boſius.*

1 *Ferociorem*] Voſſ. B. *feraciorem.*

2 *Quum pecunia publica.* Leid. *quum ex pecunia publica.*

3 *Quae ex metallis redibat*] Hoc eſt, ex argenti fodinis, quae erant

in

populo factus, non ſolum praeſenti bello, ſed etiam reliquo tempore [1] ferociorem reddidit civitatem. nam 2
quum pecunia publica, [2] quae ex metallis redibat, largitione magiſtratuum quotannis [3] interiret, [4] ille perſuaſit populo, [5] ut ea pecunia claſſis [6] centum navium aedificaretur. [7] Qua celeriter effecta, [8] pri- 3
mum

in Laurio monte, ac initio privatae aliquot civium familiarumque, deinde publicae totius Urbis fuere. Meminere earum Thucydides 2. & 6. Herodotus 7. Pauſanias in Atticis, Strabo 3. & 9. Victruvius 7, 7. Videndus eruditiſſ. Meurſius Fortunae Atticae cap. 7. pag. 55, 56. Centum talentorum fuiſſe hunc reditum, ait Polyaenus lib. 1. in Themiſtocle comm. 5. *Boſius.*

4 *Interiret*] Sic §. 2. *Inſtit. De uſufructu*, de pecunia dicitur, quod ipſo uſu extinguatur. Theophilo *Xrooßivvla*. *Ernſt.* Dividebatur autem haec pecunia, ſi Herodotum audimus, viritim denis in ſingulos puberes drachmis. *Boſius.* Elegantiam locutionis illuſtrat. cl. Burmann. ad Petron. Satyric. cap. 15. p. 54. haud diſſimili metaphora *opes ſeneſcere* dixit Noſter in Alcib. cap. 5. ubi Gebhardum conſule.]

5 *Ille perſuaſit populo &c.*] Quo artificio, refert Polyaenus l. c. cujus verba antehac mutila & corrupta, e conjectura reſtituit Caſaub. in Notis. *Boſius.*

6 *Ut ea pecunia claſſis centum nav. aedific.*] Idem Dio Pruſaeus Orat. 25. *de illo*, nempe Themiſtocle, *audiviſti, quod Athenienſes navali praelio certare coegerit, cum antea fuiſſent pedites.* Ernſtius. Nupero Corneliani Indicis ſive locupletatori ſive cenſori videtur legendum *ex ea pecunia.* Nec enim inquit, vocula *ex* abeſſe poteſt, ut nos dicimus. von dem gelde iſt ein Schiff gebauet / ita Latini *ex ea pecunia navis aedificata eſt.* Nimirum utrobique praepoſitionem oportet eſſe additam. Firmat deinde, quod dixerat, Nepotis locis aliis, ut 5. 2, 5. 4, 1, 3. & 13, 4, 1. In quibus non *manubiis*, ſed *ex manubiis arx ornata, ex praeda tripos auri poſitus*, ex *re familiari muri refecti* dicuntur. Quid igitur faciet Plauto? apud quem pater Charini Mercat. 1, 1, 7. ait

Aurum ſe vendidiſſe, atque ea pecunia
Navem, metretas quae trecentas tolleret,
Paraſſe.

Praeterea qui factum, ut τὸ *ex* e libris omnibus exciderit? quod enim in una Boecl. editione id ſine provocabulo legitur, haud dubie typothetae error eſt. *Boſius.* *Ut ea pecunia* exhibent Leid. & tres Voſſiani.

7 *Centum navium*] Sic & Plutarchus, Polyaenus, alii. Herodotus lib. 7. ducentas numerat. *Boſius.*

8 *Quae Cel. eff.*] Sic etiam Mſ. *Boecler.* Q. edd. *qua*, ut ſequentia ad Themiſtoclem referantur. *Boſius.* Leid. *quae celer. eff.* Voſſ. A. B. C. *qua.*

mum Corcyraeos fregit, deinde [1] maritimos praedones conſectando mare tutum reddidit. In quo cum divitiis ornavit, tum etiam peritiſſimos belli navalis fecit Athenienſes. Id [2] quantae ſaluti fuerit univer-
4 ſae Graeciae, bello cognitum eſt [3] Perſico. Nam quum

9 *Primum Corcyraeos fregit*] Plutarchus *in vita Themiſt.* Ariſtides *in ejusd encomio*, & Herod. *lib.* 7. non Corcyreum bellum, ſed Aeginenſe, huic conſilio cauſſam praeſtitiſſe memorant. Thucyd. quoque *in prooemio* ait, Athenienſibus cum Aeginetis bellum gerentibus eodemque tempore barbarorum adventum expectantibus; Themiſtoclem Athenienſibus ſuaſiſſe, ut naves quibus poſtea cum illis conflixerunt, aedificarent. Aeginetae olim navali potentia (ut Plutarch. teſtatur) mare tenuerunt, erantque Athenis infeſti, nimisque propter propinquitatem Pyraeeo imminebant, unde Aeginam Pyraeei lippitudinem dixit Pericles. *Plut. in apophth. & in ejus vita.* Quamobrem Athenienſes ſciverunt, ut iis pollices praeciderentur, auctor Cicero 3. de offic. *Magius.* Adverſus Aeginetas triremibus illis uſos Athenienſes etiam Polyaenus ait l. c. Noſter itaque alios auctores ſecutus videtur. *Boſius.* Leid. *Primos Corcyraeos freg.* Voſſ. C. *Corcyraeus.*

1 *Marit. praed. conſectando &c*] Purioris aevi ſcriptores *Praedonem* tam in mari, quam in terra latrocinantem vocant. Cicero in Verrem. *Feciſtis uti praedones ſolent, qui quum communes ſint hoſtes omnium; tamen aliquot ſibi inſtituunt amicos, quibus non modo parcant, verum etiam praeda quos augeant.* Conjungit idem Praedonem & Piratam: Ibidem; *Haec civitati iſti praedoni ac piratae Sicilienſi Phaſelus fuit.* Et auctor ad Herennium; *Urbes piratis praedonibusque patefactae.* Sed noſter diſtinguit epitheto *maritimi*; ut Val. Max. 6, 9, 15. de C. Julio Caeſare. *Gebh.* v. Magn. Broukh. ad Tibull. L. 2. EL. 6. vſ. 21. qui & vocem *tutum* illuſtravit ad Propert. L. 3. EL. 9. vſ. 72. cui adde cl. Dukerum ad Florum L. 4. cap. 2. n. 23.

2 *Cum div. orn. tum per.*] Leid. *tum divitiis orn. tum etiam perit.*

3 *Quantae Saluti* Leid. *Quanti Saluti.*

4 *Perſico. Nam quum*] Leid. *Perſico. quum,* Voſſian. C. *nam cum & Xerxes.*

5 *Bellum inferret Europae.* Praecipue ſuaſu Mardonii (etſi diſſuaderet Artabanus patruus) & precibus Piſiſtratidarum ac Alevadarum, Theſſaliae regum adductus. Vid. Herodot. Lib. 7. Diodor. Sic. 11. pr. Conſumpſerat autem apparatu belli hujus juxta Herodotum 7, 21. & Diodor. Sic. l. l. triennium integrum. Juxta Juſtin. 2, 10, 12. & Oroſium 2, 9. quinquennium. Julianus Orat. 1. p. 77. non minus quam decem annorum ſpatium inſumſiſſe ſcribit. Judicio Uſſerii Tom. 1. Annal. Sacr. pag. 173. imprudentiſſime. add. Iſ. Voſſium ad Juſtinum 2, 10. 12. ſed videtur ut etiam

quum Xerxes & mari & terra bellum univerſae inferret Europae, [1] cum tantis eam copiis invaſit, quantas neque antea, neque poſtea habuit quiſquam, hujus enim claſſis [2] mille & ducentarum navium lon-

etiam Petavio in notis ad eum locum obſervatum una computaſſe annos, quos Darius, Xerxis pater, apparatui belli hujus inſumſerat, id quod Libanius quoque fecit in βασιλικῷ. De tempore hujus in Europam διαβάσεως non convenit inter ſcriptores. Maxima pars veterum anno 1. Olympiadis 75. Archonte Athenis Calliade, contigiſſe ſcribunt. Vid. Meurſius de Archont. Athen. 2, 9. alii aliter; ſed oſtendit Petavius de Doctr. temp. 10, 23. eam accidiſſe Olymp. 74. anno quarto exeunte h. e. periodi Julianae 4234. urbis Romae 274. appetente vere. Quod etiam Scaliger 5. de Emend. Temp. pag. 408. pro certiſſimo habuerat: congruitque & marmor Arundelianum. E recentioribus idem placet Langio de annis Chriſti 1, 15. & Uſſerio l. c. p. 174. qui accurate tempora expeditionis hujus digeſſit. *Boſius.* Conſule etiam ill. Spanhem. ad Julian. Imp. Orat. 1. p. 278. & 279.

1 *Cum tantis copiis eam invaſit, quantas &c.*] Mſſ. Danielis & Schotti: *eam tantis cop. quantas neque ante neque p.* At Cl. Boecleri codex: *cum tant. copiis venit. qu. &c.* Quae diverſitas facit, ut utrumque ab aliena manu eſſe ſuſpicer. Fortaſſe totus locus, ejecta unica vocula, ſic conſtitui diſtinguique debet: *bello cogn. eſt Perſico, cum Xerx. & m. & t. b. inf. un. Europae, cum tantis copiis, quantas neque antea neque p. h. qu.* quod ſi particulam retinere malis ſic leges ac diſtingues *Navu cum X. & m. & t. bell. Univ. Inf. Europae cum tantis copiis, qu. neque ante neque poſtea habuit quiſquam (hujus enim cl. m. & d n. l. f. q. d. m. o. ſequebantur t. a. e. ſ. m. p. e. q. in fuerunt) hujus (vel ejus) de adventu.* Certe, unde iſta diverſitas provenire potuerit, non video, niſi utrumque aliunde inſertum dicamus. De re ipſa, ſimili phraſi Alexander ap. Curt. 4, 1, 11. *Rurſus rex Xerxes gentis ejuſd. ad oppugnandos nos cum immanibus barbarorum copiis venit.* Et 5, 6, 1. *Xerxem Europae impium intuliſſe bellum.* Boſius. nec *eam* nec *invaſit* exſtant in Leid. & Voſſ. C. Mſ. Oxon. *cum tantis copiis venit.* pro *Neque poſtea* Voſſ. C. *nec poſtea.*

2 *Mille & duc, nav. long.*] Sic quoque Aeſchylus illis temporibus proximus, Perſis, niſi quod ſeptem addit: itemque Iſocrates in Panathen. & Paneg. Julianus orat. 1. pag. 77. Lyſias in Epitaphio, Oroſius 2, 9. & ex emendatione Doct. Virorum Modii, Bongarſii ac Berneggeri, Juſtinus 2, 10, 20. nec longe abeunt Diodorus Sic. lib. 11. qui plus quam MCC. & Herodotus lib. 7. qui MCCVII. numerant. Sed addunt onerarias MMM. & hippagogas IↃCCCCLI. Cicero in Ver. numero rotundo uſus mille. Plato de Leg. & Cteſias Perſicis plus, quam mille fuiſſe ſcribunt. Quaenam gentes, & quot earum ſingulae inſtruxerint, narrant Herodotus

longarum fuit, quam duo millia [1] onerariarum ſequebantur: [2] terreſtres autem exercitus ſeptingentorum [3] millium peditum, equitum quadringentorum mil-
6 lium fuerunt. Cujus de adventu quum fama in Graeciam eſſet perlata, & maxime Athenienſes [4] peti dicerent-

& Diodorus Siculus ll. citt. Claſſis univerſa ex Aſia adducta juxta eund. Herodotum 7, 184. conſtitit hominibus circiter 517610. quibus in Thracia & objacentibus inſulis, cum cxx. navibus, xxiv. millia acceſſiſſe dicuntur v. Uſſer l. c. p. 176. *Longas naves* dixit noſter quaſcunque militares, quas Graeci μακρὰς vocabant: & Livius quoque 25, 27. Caeſar B. Gall. 5, 25. ac Scaurus in libello de Orthographia, ſimpliciter opponunt *onerariis*. Videndus Cl. Schefferus lib. 2. de Militia Navali veter. cap. 2. & lib. 4. cap. 1. *Boſius.*

1 *Onerariarum*] Leid. *onerarium*. Voſſ. C *erariarum*.

2 *Terreſtris vero exercitus*] In numero terreſtrium copiarum mire variant auctores Herodotus lib. 7. capp. 184. 185. 186. Cteſias in Perſicis cap. 23. Diod. Siculus 11, 5. Iſocrates Panathenaico, Plinius 33, 10. Plut. parall. Aelianus 13, 3. Juſtinus 2, 10, 18. Oroſius 2, 10. Theodoretus Orat. 10. adv. Graecos &c. Vide Petav. Rat. Temp. part. 1. lib. 3, 5. & Simſonium Chronic. ad A. M. 3525. Qui conjiciebat apud noſtrum legendum eſſe *equitum quadraginta millium*, non male. Ceterum vox *millium* utrobique aberat a Codice P. Danielis. Mſ. Boecleri peditum numerum decem millibus auget, hoc modo: *terreſtris a. e. ſeptingentorum decem millia.* Mox idem codex habet: *quadringenta millia.* Tantum autem copiarum numerum fuiſſe, ait Mela 2, 2. ut *Xerxes quia numero non poterat, ſpatio eas metiretur.* Id quomodo factum docent Herodotus 7, 60. & Plinius 4, 11. Gentes varias, quibus conſtitit hic exercitus, variaque ipſorum arma & veſtitum duceſque praecipuos prolixe deſcribit Herodotus. *Boſius.*

3 *Millium*] Utrobique abeſt a Leid. ut & a vet. c. teſte P. Daniele. Voſſ. A. *decem peditum equitum* cccc *fuerunt*. Voſſ. C. *Exercitus D. peditum, equitum Quadringentorum fuerunt.*

4 *Peti*] Venuſta tranſlatio a gladiatoribus, qui in quam partem ferri mucronem dirigunt, eam petere Latinis dicuntur. Cicero de Orat. *Gladiatores & vitando caute, & petendo vehementer omnia faciunt utiliter ad pugnam, & ad adſpectum jucunde.* pro Muraena: *Etenim ſciebam Catilinam non latus aut ventrem, ſed caput & collum ſolere petere.* appoſitus eſt locus apud Curt. Lib. 10. cap. 25. *cur Perſas vicerimus? ne ſtirpi eorum ſerviamus? Quod juſti illi reges Darius & Xerxes tot millium agminibus tantiſque claſſibus nequicquam petiverunt.* Claudian. de Bello Getico vſ. 99.

Nec tanti nomen ſtirpemque abolere Getarum.

* *Ut propius peteretur, fuit.* *Gebhard.* Adde Ind. Hoc praetexebatur. Revera enim cuncta Graecia

rentur, propter pugnam Marathoniam, [1] miſerunt Delphos conſultum, [2] quidnam facerent de rebus ſuis. Deliberantibus [3] Pythia reſpondit, [4] ut moenibus ligneis ſe munirent. Id reſponſum quo valeret, [5] quum 7 in-

cia tanquam, Perſis infeſtiſſima petebatur. Herodotus ἡ στρατηλασίη ἡ βασιλέος οὔνομα μὲν εἶχε ὡς ἐπ᾽ Ἀθήνας ἐλαύνει, κατίετο δὲ ἐς πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα, adde Diodor. pr. 11. Cauſſae belli juxta Cteſiam, quod Chalcedonenſes pontem a Dario ſtructum ſolvere conati eſſent, & aram a Dario in honorem Jovis Diabaterii erectam diruiſſent, quodque Datin Athenienſes interfeciſſent, neque cadaver ejus dare voluiſſent. *Boſius.*

1 *Miſerunt Delphos conſultum*] Etiam hic locus monſtrat *conſulere* idem eſſe, quod *deliberare*: atque ſic ſupra *Miltiade*, 1, 2. recte omitti: *qui conſulerent Apollinem.* Ne autem Cornelius opus haberet verbum *conſulere* heic repetere, dicit, *Deliberantib. Pythia reſpondit*. Ernſt. Modum conſulendi Oraculi in gratiam adoleſcentum e Scholiis in Ariſtophanis Plutum enotabo: Οἱ μαντευόμενοι, *inquit auctor ille*, ἐγγεγραμμένα ἀνακοινούμενοι πρὸς τὸν θεὸν τὰς πεύσεις ἐποιοῦντο, γράφοντες ἐν πυκτίῳ τὸ χρηστηριασθησόμενον· αὐτοὶ δὲ κείμενοι στεφάνοις ἀμφιστάντες ἀκριβῶς τῷ μαντιπόλῳ ἐχειροτόνουν. Ὁ δὲ ἐντυχὼν σύμφωνον τὴν ἀπόκρισιν τοῖς προγεγραμμένοις ἐποιεῖτο. *Gebh.* Pro *quidnam facerent* Voſſ. C. *quaedam fac.* Verbum *mittere* abſolute poſitum proprie de legatis ac oratoribus ſumi docent Cl. V. V. Scheff. & P. Burm. ad Phaedr. L. 1. f. 2. v. 21, Sic Graecis πέμπειν abſolute pro legatos mittere Herodot. L. 1. c. 167. οἱ δὲ Ἀγυλλαῖοι ἐς Δελφοὺς ἔπεμπον. L. 3. c. 68. πέμπει δὲ ὦν ὁ Ὀτάνης παρ᾽ αὐτήν. Thucyd. L. 1. c. 57. L. 75. ἐς τε τὴν Λακεδαίμονα πέμποντες. Aelian. L. 3. V. H. c. 43. Συβαρῖται δὲ ἔπεμπον ἐς Δελφούς. v. Cl. Lamb. Boſ. de Ellipſ. L. Gr. pag. 7.

2 *Quidnam facerent de rebus*] Sic conſtanter libri. Male autem Lambinus & Schottus praepoſitionem deleri volunt, nam utrumque recte dicitur, *quid hoc faciam?* & *quid de hoc faciam?* illud quidem ἐλλειπτικῶς, hoc plene. Vid. Voſſ. de conſtructione cap. 48. & Schopp. ſuſpect. Lection. 2, 13. *Boſius.* Schottus pro *facerent de rebus* legit *facerent rebus*. Et ſic in Ageſilao cap. 4. *Quaereretur que ab eo, quid his fieri vellet.* V. Clariſſ. Burmann. ad Phaedrum. L. 3. fab. 20. vſ. 8. & tam de rebus quam de perſonis plerumque ita loquuntur, ut ex allatis locis patet.

3 *Pythia*] Vid. Ind. & ſup. ad 1, 1, 2. *Boſius.*

4 *Ut moenib. lign. ſe munirent*] Max. Tyrius Diſſert. 111. *Deus oraculum dat illis, urbem ligneo ut muro cingerent. Videri ſibi Themiſtocles ait ligneo muro triremes deſignari.* Ernſt. Oraculum integrum una cum explicatione habes ap. Herodot. 7. p. 271. & Suidam in ἀνιλαν. Cujus hi duo verſus huc maxime pertinent:

Τεῖχος Τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ εὐρύοπα Ζεύς,
Μοῦνον ἀπόρθητον τελέθειν, τό σε τέκνα τ᾽ ὀνήσει.

Ergo

intelligeret nemo, [1] Themiſtocles perſuaſit; conſilium eſſe Apollinis, ut in naves ſe ſuaque conferrent, 8 eum enim [2] a Deo ſignificari murum ligneum. Tali con-

Juppiter altitonans dat moenia ſola Minervae
Lignea, recta ut ſtare queat, natoſque tueri.

Boſius. Confer Juſtin. Lib. 2. c. 12. Tzetzen ad Lycophron. vſ. 1419. & Scholiaſt. Ariſtophan. Equit. vſ. 882. & 1037. hinc Aelianus L. 12. V. H. cap. 43. dicit ſolum Themiſtoclem deorum voces in Oraculorum reſponſis intellexiſſe: ubi vide quos laudat Cel. Periz. ad n. 10. & Interpretes ad Suidae locum. Boſius in ſecunda editione ita hos oraculi verſus vertit.

Juppiter e ligno muris Tritonida donat,
Qui ſoli invicti tibi ſint, natiſque ſaluti.

Ut Moen. ita 3. Voſſ.

5 *Cum intelligeret nemo.*] Aliter Herodotus; qui ait, quoſdam Athenienſium dixiſſe Deum ſignificare naves eaſque, caeteris omiſſis, aedificari juſſiſſe, eorumque interpretationem poſtea a Themiſtocle fuiſſe confirmatam. *Boſius.* contra ſententiam Aeliani modo a me citati.

1 *Themiſtocles perſuaſit*] Vide praeter auctores modo adlegatos, Ariſtot. 1. Rhet. 15. Pauſan. Atticis. Plutarchus in vita. Polyaen. 1. Strategem. Frontin. 1, 3, 6. Juſtin. 2, 12. & Max. Tyrium l. c. Ceterum non ſolum eventu felix hoc conſilium fuit, ſed etiam prudens & ratione nixum. Nam, ut ait Frontinus, *Themiſtocles neque praelio pedeſtri, neque finium tutelae, neque obſidioni credebat ſufficere Athenienſes.*

Boſius. Voſſ. C. *conferret.*

2 *a Deo*] Recte haec e Mſſ. Bavaricis inſeruit Schoppius Veriſim. 1, 20. habuitque & Schotti codex. Sic enim & reliqui ſcriptores; Herodotus τὰς νέας σημαίνειν τὸν θεόν. Et mox ἐς τοὺς πολεμίους τῷ θεῷ εἰρῆσθαι τὸ χρηστήριον. Juſtinus: *Hujus ſententiae etiam Deum auctorem eſſe.* Max. Tyrius, ὁ γὰρ θεὸς αὐτοῖς χρᾷ. Polyaen. l. 1. c. 30. Ἀθηναίοις ὁ θεὸς ἔχρησε. Et mox: τοῦ θεοῦ γὰρ χρήσαντος. *Boſius.* Saepe veteres reverentiae cauſſa deorum dearumque propria nomina ſilentio involvere fuere ſoliti: ſic in Pauſania cap. ult. *Dei Delphici reſponſo erutus*, imitatus Thucydidem L. 1. cap. 134. ὁ δὲ θεὸς ὁ ἐν Δελφοῖς Schol. v. explicat per ὁ Ἀπόλλων. pro quo cap. 135. legitur ſimpliciter de eodem Apolline τοῦ θεοῦ ἄγος κρίναντος. Antonin. Liberal. cap. 1. Metam. χρησμῳδεῖ Ο' ΘΕΟΣ ἀνεῖπεν. Vid. Schol. Thucyd. L. 2. cap. 15. L. 94. ἀποκεκληρῶσθαι γὰρ αὐτὴν φασιν οἱ Ἀθηναῖοι καὶ τὸν Ἀπόλλωνα ὁμοίως, v. & ad cap. 13. L. 41. ubi ἡ θεὸς pro Pallade ponitur: hinc jurantes per Cererem & Proſerpinam dicebant νὴ τὼ θεώ. v. ill. Spanhem. ad Callim. H. Cerer. p. 655. & Doctiſſ. D. Arnaud. cap. 22. de Diis Paredris. Aelianus hoc oraculi reſponſum reſpiciens dicit de Themiſtocle L. 12. V. H. c. 43. μόνος συνιεὶς τὰς τῶν θεῶν ἐν τοῖς χρησμοῖς φωνάς, ubi τῶν θεῶν de ſolo Apolline Delphico, quomodo a Poetis dii pro ſola Venere. v. Paſſerat. ad Propert. L. 1. El. 1. vſ. 8. nec credo Aelianum per τῶν θεῶν Jovem & Appollinem ſimul in-

conſilio probato addunt ad ſuperiores [1] totidem naves triremes: ſuaque [2] omnia, quae moveri poterant, [3] partim Salaminem, partim Troezenem aſportant: [4] ar-

intellexiſſe, quia Apollo oracula ex Jove ſcilicet dicitur cognoſcere, ut docent praeter Schol. Soph. in Oed. Col. vſ. 786. etiam cl. Potterus ad Lycophron. vſ. 6. & cel. Broukh. ad Tibull. L. 3. El. 4. vſ. 47. verum tum etiam *Pallas* addi poſſet, quae inter Delphici oraculi praeſides fuit habita. v. ill. Spanhem. ad Callim. H. Pall. vſ. 121. p. 620. item alii dii; ſed priorem ſententiam amplector. Pro *ſignificari* Leid. *ſignifruci.*

1 *Totidem naves triremes.*] centum ſc. Tot enim jam habebant. ſup. 2, 2, 2. *Boſius.* Voſſ. A. *Trientes* ſed in Marg. *triremes.*

2 *Omnia quae moveri pot.*] Infra 10, 4, 2. Graeci exponunt δυνατὰ τῶν χρημάτων. Rectius τὰ ἔπιπλα. Tacit. Ann. 16, 11, 3. *Si qua aſportari poſſent, ſibi quemque deducere.* 5. Hiſtor. 19, 2. *Raptis quae ferri poterant, caeteris injecto igni in inſulam conceſſit.* Ammian. 38, 1. vocat *mobilem cenſum.* Juſtinus 38, 3, 5. *Homines vero & quaecunque auferri poſſent, Tigram cederent.* τοῖς ἐπίπλοις opponuntur τὰ ἔγγαια. Et Pauſanias dicit ἔπιπλα eſſe κτήματα τὰ μὴ ἔγγαια ἀλλὰ τὴν κατ' οἶκον κτῆσιν τὴν δυναμένην πλεῦσαι. Quae Euſtathius profert, ita ut & aliam ſuam opinionem addat, καὶ μὴν ἄλλως ἔπιπλα καθ' ἑτέρους, ὅτι τῆς ἐπιπολῆς τὰ οἱονεὶ τὰ ἐπιπολάζοντα ἐν τῷ ... *Gebhard.*

3 *Partim Salaminem, partim Troezenem*] Ed. Ultrajectina: *p. Salamina, partim Troezena.* Quod neſcio cur Schottus auferendi caſu dictum putet: cum ſit accuſandi Graeco more inflexo. Sic infra 2, 9, 3. *praelio apud Salamina facto.* Ovid. Epiſt. Her. 4. 107.

Hic tecum Troezena colam ——

Et Frontinus hac ipſa in re: *auctor fuit eis liberos & conjuges Troezena & in alias urbes emittendi:* Herodotus & *Aeginam* addit. Mox MS. Dan. habebat *deportant*; Schotti codex *abſportant.* Boſius. *Partim* ante *Troez.* non legitur in Leid. de Accuſativo iſto Graeco v. cl. Perizon. ad Val. Max l. 8. c. 14. Ext. 11. adde cl. Oudendorp. ad Frontin. l. 1. Strateg. cap. 3. §. 6. In Voſſ. E. tamen *Salaminam partim Troezenam abſportant.* Voſſ B. *Salamina.* in Voſſ. A. *Salaminam, Troezenam,* ſed ſupra notatum erat *Salaminem, Troezenem.*

4 *Arcem ſacerdotibus paucisque*] Sacerdotibus quidem, quod ſacra non viderentur praetermittenda; ſenioribus vero, ſive quod nollent mutare ſententiam de arce lignis vallisque munienda; quod etiam Pauſanias in Atticis, & Herodotus 8, 41. videntur innuere: ſeu quoniam in patria occumbere maluerunt, ut Romani ap. Livium 5, 41. Herodotus & pauperes relictos fuiſſe ſcribit. Recte autem Nepos ait, *paucos majores natu* remanſiſſe, nam reliqui ſenes in inſulam deportati. Teſtis Ariſtides in Oratione ὑπὲρ τῶν τεττάρων. *Boſ.* Quidam ex amicis meis olim legebat pro *ac ſacra proc. ad ſacra procuranda.* haud abſurde. Quaelibet urbs ſtatuta ſacra habebat, quae ſi non obſervarentur, ingens populo periculum inminere ſtatuebant,

4 arcem ſacerdotibus paucisque majoribus natu, ac ſacra procuranda tradunt, reliquum oppidum relinquunt.

CAP. III.

1 Hujus conſilium pleriſque civitatibus diſplicebat, & [1] in terra dimicari magis placebat. [2] Itaque miſſi ſunt delecti cum Leonida Lacedaemoniorum rege, qui Thermopylas occuparent, longiusque barbaros progredi non paterentur. Hi vim hoſtium non ſu-

bant, ut de bello Gallico patet ex Floro L. 1. c. 13. Voſſ. C. *paucique*.

1 *In terra dimic.*] Mſ. Boecl. *terra dimic.* quomodo locutus alibi 2, 2, 4. 3, 3, 3. 21, 1, 3. Boſius. *Dimicari*. Voſſ. A. B. C. ſed B. *& terra dimicari*.

2 *Itaque miſſi ſunt delecti &c.*] Vide Juſtin. 2, 11. & ibi notas Cl. Berneggeri; Uſſer. Tom. 1. Annal. p. 177. & ſeq. itemque Simſ. Chronic. Cathol. part 4. 27. 28. Encomium caeſorum a Simonide ſcriptum exſtat apud Diodor. Sic. 11. Diſtichon columnae, quo loco ſepulti ſunt, inſcriptum apud Strab. lib. 9. Pugnam prolixe deſcribunt Herodotus 7. ſub finem, & Diodorus. 11 *Boſius*. Voſſ. B. *cum Leonida duce Lac.*

3 *Ducentae erant Athenienſ.*] Herodotus princ. lib. 8. ſolum Atticas & Plataeenſium CXXVII. memorat; in univerſum vero CCLXXI. Diodorus Siculus Athenienſium CXL. univerſim CCLXXX. Iſocrates in Areopagitico Athenienſium tantummodo LX. ſcribit. *Boſius*. Pro *trecentarum* Leid. *trecentum*.

4 *Primum ap. Artemiſium*] Deſunt haec in quibuſdam libris. *Ernſt.* Pugnam eam deſcribit Herod. 8, 8. Diodor. 11. Plutarch. Themiſt. p. 115. Sexto Thargelionis (ſecundi Athenienſium menſis vernalis) die pugnam hanc commiſſam ait Aelianus 2, 25. ſed ex Herodoto apparet, media aeſtate, ſub initium Olympiadis LXXV. contigiſſe. *Boſius*. Cod. P. Dan. *Arthemiſium* Leid. *Artemenſium*.

5 *Cum clariſſ. ar. regis*] Quorum claſſis diſſipata tum, & paullo ante tridui tempeſtate minimum CCCC. ut Herodotus 7. ſeu, ut Diodorus 11. CCC. triremes amiſerat. *Boſius*.

6 *Circumiretur*] Leid. & Cod. P. Dan. item Voſſ. B. *Circuiretur*. v. cl. Oudendorp. ad Frontin. l. 2. Strat. cap. 3. n. 13. & Miſcell. Obſ. pro Nov. & Decemb. 3732. p. 340.

7 *Pari praelio*] Aequo Marte & aequis manibus Tacit. 1. Annal. c. 63. *Inde hoſtibus terror, militi fiducia, & manibus* aequis *abſceſſum*. Salluſt. Catil. cap. 39. n. 4. *Quod ſi primo praelio Catilina ſuperior, aut* aequa *manu diſceſſiſſet*. Curt. l. 6. c. 2. *Duarum nobiliſſimarum bello gentium exercitus* pari Marte *pugnabant*. Graeci vocant *ἰσοπαλῶς ἀγωνίζεσθαι*. *Gebb.* Hujus praelii non meminit Juſtinus. Ex iis quae ſcri-

ſuſtinuerunt, eoque loco omnes interierunt. At claſ- 2
ſis communis Graeciae trecentarum navium, in qua [3] ducentae erant Athenienſium, [4] primum apud Artemiſium, inter Euboeam continentemque terram [5] cum claſſiariis regis conflixit. anguſtias enim Themiſtocles quaerebat, ne multitudine [6] circumiretur. Hic etſi [7] pari praelio diſceſſerant, tamen eodem loco non ſunt auſi manere: quod erat periculum, ne, ſi pars navium adverſariorum Euboeam ſuperaſſet, [1] ancipiti premerentur periculo. Quo factum eſt, ut ab

ſcripſit retulitque Plut. in Themiſt. & animos hoc conflictu cepiſſe Graeci, & ſuperiores fuiſſe videntur. Iſocrates quoque ſuperiores exſtitiſſe demonſtrat. Herodotus lib 8. Probo adſtipulatur. *Magius.* Sic & Herodotus, ac Diodorus. At Iſocrates Panegyrico, Aelianus 2, 25. & Vetus Epigramma Plutarcho laudatum, Victoriam Graecis tribuunt. *Boſius.* De phraſi *pari praelio diſcedere* conſule cl. Burmann. ad Petron. Satyric. cap. 34. abeſt *pari* a Voſſ. C.

1 *Ancipiti premerentur periculo*] Hoſte & a fronte & a tergo inſtante atque urgente. Eodem plane modo Q. Curt. VII. cap. 46. *Bactriani defecerant, Scythae etiam laceſſebant. Ancipiti periculo implicitus, deos quoque incuſans querebatur ſe jacere ſegnem.* Graeci vocant μάχην ἀμφισβήτητον. Curt. III. c. 26. *Ubi circuiri, ubi ancipiti acie opprimi poſſent.* Caeſar. l. VII. Comm. c. 76. *Nec erat omnium quisquam, qui adſpectum modo tantae multitudinis ſuſtineri poſſe arbitraretur, praeſertim ancipiti praelio; cum ex oppido eruptione pugnaretur, & foris tantae copiae equitatus peditatusque cernerentur.* lib. III. Civil. c. 72. *Non illi ancipitem terrorem intra extraque munitiones cogitabant.* Curt. V. cap. 24. *Undique ergo Macedonum armis fulgentibus ancipiti malo oppreſſi.* Varro; *Caeſar reverſionem fecit, ne poſt occipitium in Hiſpania exercitus qui erant, relinqueret: quo ſe conjiceret Pompejus, ut ancipiti urgeretur bello.* Gebhard.

2 *Artemiſio*] Leid. *Artemenſio.* Voſſ. B. *Arthemeſio.* C. *Artemeſio.*

3 *Adverſum Athen.*] Aſſentior Savaroni aliiſque reſcribentibus auctoritate veterum Codd. *& exadverſum* Thraſybulo. *Cum quidam ex adverſus Thraſybulum fortiſſime dimicaret.* Utitur quoque Cicero de Divinatione. *Gebhardus.* *Exadverſum* diſerte meliores libri, puta Giſ. Dan. Put. Sav. Boecl. probante Giſanio, Obſ. l. I. p. 86. & in Append. pag. 285. Placuit & Savaroni ac Gebhardo; quare non dubitavi in textum recipere. Uſi, praeter noſtrum, optimi ſcriptores eodem ſignificatu. Plautus Bacchid. 4, 7, 37. *Video* exadvorſum *Piſtoclerum & Bacchidem.* Terent. Adelph. 4, 2, 45. *Eſt piſtrilla, &* exadverſum *fabrica.* Ubi tamen omnes Boeclero inſpecti; *ex adverſo.* Phormione 1, 2, 38. Ex adverſum *ei loco Tonſtrina erat.* mox v. 47. *Ea ſita erat* exadverſum.

Adde

ab [2] Artemiſio diſcederent, & [3] exadverſum Athenas [1] apud Salamina claſſem ſuam conſtituerent.

CAP. IV.

1 At Xerxes, Thermopylis expugnatis, protinus acceſſit [2] aſtu, idque nullis defendentibus, interfectis ſacerdotibus, quos [3] in arce invenerat, [4] incendio

Adde Gellium 7, 7. ubi de accentu vocis diſputat. Praeſenti loco maxime congruit illud Appuleji in Floridis. *Samos Icario in mari inſula eſt*, exadverſum *Miletos*. Cicero dixit *exadverſus*. De Divinatione 1, 45. *Ara* exadverſus *eum locum conſecrata eſt*. Quomodo Noſter 8, 2, 7. exadverſus *Thraſybulum fortiſſime pugnaſſet*. ſic enim ibi libri Meliores. Alterutrum reſtituendum videtur Plinio, infra in fragmentis 7, 8. ubi vulgo exadverſo *Padi fauces*; ſolebant Veteres praepoſitiones hoc modo geminare. De quo plura Voſſ. 4. de anal. 23. *Boſius*. Voſſ. A. exadverſum B. *exadverſum*. ſupra notatum erat *& adverſum*.

1 *Apud Salamina claſſ. ſ. conſt.*] Idque non ſine conſilio & magno labore Themiſtoclis; cum Graeci in ſuas quoque ſedes reverti vellent. multique adeo ſe domum recepiſſent. Herod. Uran. & Diodor. Sic. lib. 11. *Lamb*. Adde Plutarch. Themiſt. p. 117. & ſeqq. *Boſius*.

1 *Salamina*] Giſanius Append. Obſ. L. L. l. c. e vet. libr. legit *Salaminam*, quod aeque probum. *Salamin* enim & *Salamina* dicebatur. Immo Salmaſii judicio hoc magis Latinum eſt. *Boſius*. Vide ad c. 9. hujus vitae. Voſſ. A. *Salaminam*, ſupra *Salaminem* notatum erat. Voſſ. B. *Salaminam*, item C.

2 *Aſtu*] Ut Romani *Urbem* κατ' ἐξοχὴν ſuam Romam: ita Graeci inque iis praecipue Attici Athenas vocabant *Aſtu*. Cicero de Legibus. *In Aſtu quod appellatur, omnes ſe conferre juſſit*. Alcib. *Poſtquam aſtu venit*. Etiam *Urbem* κατ' ἐξοχὴν. Phocione *Cum Demade de urbe tradenda Antipatro conſenſerat*. Vitioſe exſcriptores exhibuerunt *arcem*. Longolii Editio *aſtum*, & ita Attius Oenomao. *Ut omnes qui arcem aſtumque accolunt*. v. Stephanus de Alexandria. *Gebhard*. Athenas, quas κατ' ἐξοχὴν ita vocabant Graeci; item *urbem*, *oppidum*. v. Ind. male Codex Longolii, *arcem*. Boſius. *Aſtu*. Leid. & Oxon. Voſſ. A. *aſtum*. Voſſ. C. *aſtiam*. Pro *idque nullis*, *id nullis* & pro *invenerat*, *invenerant*. Leid.

3 *In arce*] Eam quomodo occuparit, refert Herodotus. 8, 53. *Boſ.*

4 *Incendio delevit*] Iphicrate *Non prius Thebani Sparta abſceſſiſſent, quam captam incendio deleſſent*. Curt. 3. c. 38. *Dis dedita templa ruinis & ignibus eſſe deleta*. Flor. 2. cap. 6. *Quae quantaque utriuſque caſtra facibus illatis una nocte delevit!* Cicero. *Tu cruore & flamma omnia delere vis*. *Gebhardus*. An & arcem? Negant Gellius N. A. 6, 17. & Cteſias in Perſicis apud Photium, quem quod Uſſerius Tom. 1. Annal. pag. 178. id affirmare ait, haud dubie ἁμάρτημα μνημονικὸν eſt. Sed Herodotus L. c.

cendio delevit. [1] Cujus fama perterriti claſſiarii quum à manere non auderent, & plurimi hortarentur, [2] ut domos ſuas diſcederent, moenibuſque ſe defenderent; Themiſtocles unus reſtitit, & [3] univerſos eſſe * pares aje-

L. c. πᾶσαν τὴν ἀκρόπολιν exuſtam ait. *Boſius.*

1 *Cujus fama*] Solus lectioni *cujus flamma p. c.* adverſatur P. Daniel, caeteris omnibus eam vindicantibus. Quid autem in ea ſit abſurditatis, doceri velim. Salamis enim tam longe non diſtat Athenis, ut flamma incenſae urbis cerni non potuerit. Lectionem, quam dico, manifeſte ſtabilit e Miltiade per Savoronem adductus locus: addo ergo Claudiani lib. 2. in Eutropium. v. 471. *Gebhard.* Membranae meae habent: *Cujus flamma.* Claſſiarios nim. incendii flamma fuiſſe perterritos. Ita etiam fuiſſe in Savaronis Cod. ipſe teſtatur. *Ernſtius.* Fuit eadem lectio; & in uno Bavaricorum, ac Mſ. P. Danielis, ac praeter Savaronem Schoppio quoque Veriſim. 1, 20. ac Gebhardo probatur. Cujus judicio, nil in ea abſurditatis eſt. Salamis enim, inquit, tam longe non diſtat Athenis, ut flamma incenſae urbis cerni non potuerit. Addit; manifeſte hanc lectionem ſtabilire cum locum Noſtri 1, 7, 4. tum illud Claudiani 2. in Eutrop. 471:

—— *longe ſpectari puppibus urbes*
Accenſas, lucere fretum.

Pro vulgata tamen praeter Codices plurimos, in quibus *fama* legitur, etiam illud facit, quod Herodotus ſcribit, Graecos apud Salaminem, ὥς σφι ἐξηγγέλθη ὡς ἔσχε τὰ περὶ τὴν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν (incenſam fuiſſe ſc. ut paullo ante narraverat) in naves irruiſſe, velaque ſuſtuliſſe tanquam profecturos, ἐς τοσοῦτον θόρυβον ἀπίκοντο, ὥς ἔνιοι τῶν στρατηγῶν οὐδὲ κυρωθῆναι ἔμενον τὸ προκείμενον πρῆγμα, ἀλλ' ἔς τε τὰς νέας ἐσέπιπτον, καὶ ἱστία ἀείροντο ὡς ἀποθευσόμενοι. Diodorus 11. οἱ περὶ τὴν Σαλαμῖνα διατρίβοντες Ἀθηναῖοι, τὸ τέμενος τῆς Ἀθηνᾶς (quod in arce ſitum, & a Perſis pariter combuſtum erat vid. Meurſ. Cecropia cap. 14. & ſeqq) ἀκούοντες κατεσκάφθαι, δεινῶς ἠθύμουν. Τὴν Ἀττικὴν tamen πυρπολουμένην vidiſſe eos, ait quod facile fieri potuit. Eam enim inſula exadverſo Eleuſinis attingebat, anguſtoque ab ea freto dirimebatur. v. Strabo 9. & Plut. Them. p. 118. Athenis a. longius diſtabat, quam ut flamma incendii ejus conſpici poſſet. *Boſius.* Voſſ. B. C. *fama.*

2 *Ut domos ſuas diſcederent*] Ita Mſſ. Dan. & Boecleri: alii interponunt *quiſque.* Boſius. Leid. *ut d. ſuasque diſc.* Voſſ. A. B. *ut domos ſuas diſcederent*, & ita C.

3 *Univerſos eſſe pares ajeb.*] Schoppi 111. Veriſimil cap. ult. ex vetere libro legit: *Univerſos pares eſſe ajebat. Ernſt.* Quam lectionem juvat Cod. P. Danielis, Gif. Put. Sav. & quod ita loquuti cum alii, ut Caeſar B. G. I. 40 Cicero in ep. ad Att. & Or. pro L. Manil. Juſtinus 7, 6, 4. tum ipſe Nepos 7, 6, 2. Sed is altera quoque ratione uſus eſt 18, 8, 4 & 23, 10, 4. *univ. eſſe pares.* Locum Nepos in mente habuit Ciceronis ad Atticum. *Nas*

 dis-

ajebat, diſperſos teſtabatur perituros, idque [1] Eurybiadi Regi Lacedaemoniorum, [2] qui tum ſummae
3 imperii praeerat, fore affirmabat. [3] Quem quum minus, quam vellet, moveret, [4] noctu de ſervis ſuis, quem habuit fideliſſimum, [5] ad regem miſit, ut ei nunciaret ſuis verbis: adverſarios ejus in fuga eſſe: qui

disjecta manu pares adverſariis eſſe non poſſumus. *Boſius.* Leid. & Voſſ. A. B. *pares eſſe.*

4 *Pares eſſe*] Poſſe reſiſtere atque bellum ſummovere barbari: Infra Alcibiade, *Neque terra neque mari hoſtes pares eſſe potuerunt.* Eumene. *Hoc Antigonus cum comperiſſet, intelligeretque ſe parum non eſſe paratis adverſariis.* Annib. *Delo erat pugnandum, cum par non eſſet armis.* Caeſar. 1. de B. Gall. c. 40. *Helvetii tamen pares eſſe noſtro exercitui non potuerunt.* Cicero Attico. *Diſtracti pares adverſariis eſſe non poſſumus.* pro Lege Manilia. *Hi nullo in loco pares jam praedonibus eſſe poterant.* Juſtin. lib. 7. cap. 6. *Quoniam omnibus par eſſe non poterat, diſpenſanda ratus alia bella.* Par ergo ἰσοπαλὴς. *Gebhard.*

1 *Eurybiadi*] Ad quem Oratio Themiſtoclis exſtat apud Herodot. 8. Adde Plut. p. 117. Regio genere fuiſſe negat Herodotus. alib. eod. libro. *Boſius.* Voſſ. A. C. *Eurbiadi.*

2 *Qui tum ſummae imperii praeerat*] Athenienſium & Themiſtoclis conceſſu, ut narrat Herodotus lib. 8. pr. *Lambin.* Plutarchus l. 1. id dignitati Spartae tribuit. *Boſius.*

3 *Quem cum minus quam vellet, moveret*] Cauſſam adfert Herod. l. 8. pr. Plutarchus ait, Eurybiadem timidum ignavumque in adeundis periculis fuiſſe, eamque ob rem intra Iſthmum cum copiis ſe recipere decreviſſe. *Magius.* Adde Aelian. 13, 40. & Polyaen. 1. in Them. comm. 2. Diodorus ait, Eurybiadem, adſumto Themiſtocle, hortatum quidem multitudinem, & ad ingruens periculum animaſſe: ſed impetum eorum cohibere non potuiſſe. *Boſius.*

4 *Noctu ſervum*] Qui erat Eunuchus, & τῶν παίδων παιδαγωγός, nomine Sycmnus. Polyaen. lib. 1. in Themiſtocl. Comm. 2. *Gebhard.* Sic & Juſtinus 2, 12, 19. Herodotus οἰκέτην Themiſtoclis, & liberorum ejus Paedagogum (quod etiam Plutarchus & Polyaenus l. c. faciunt) vocat. Nomen ei Sycinnus. Plut. addit, genere Perſam & Captivum fuiſſe. Meminit ejus & Clemens Alex. Paedag. lib. 1. & ait, eum genus ſaltationis inveniſſe, quod *Sicinnium* diceretur. Strategema hoc, praeter jam dictos, referunt etiam Frontinus 2, 2, 14. & Diodor. Sic. 11. *Boſius.* Pro *fideliſſimum*, *fidiſſimum*, Voſſ. A. C.

5 *Ad Regem miſit*] I. e. Xerxem, de quo Themiſtoclis ſtrategemate Herod. L. 8. Frontin. 2, 2, 13. Polyaen. L. 1. & Juſtin. 2, 12, 19. & 20. *Savaro.*

6 *Majore cum labore &c.*] Haec pene eadem Frontin. 2, 2, 13. *difficilioremque rem Xerxi futuram, ſi ſingulas civitates obſidione aggrederetur.* Eadem de cauſſa laetatur Alexander Darium univerſas regni vires

qui ſi diſceſſiſſent, [6] majore cum labore, & [1] longinquiore tempore, bellum [2] confecturum, quum ſingulos [3] conſectari cogeretur: quos ſi ſtatim aggrederetur, brevi univerſos oppreſſurum. Hoc eo valebat, [4] ut ingratiis ad depugnandum omnes cogerren-

vires diſcrimini offerre. *Magno ſe metu liberatum ait, quod liceat cum omnibus Darii copiis confligere; veritum ſe longam belli moram, ſi Perſae exercitum diviſiſſent.* apud Juſtin. 11, 13, 3. Addit praeterea aliam circumſtantiam Front. quae ad victoriam non minimum contulit momentum, omiſſam Nepoti: *Qua ratione*, inquit, *effecit, ut exercitus barbarorum primum inquietaretur, dum tota nocte in ſtatione cuſtodia eſt: deinde ut ſui mane integris cum dictis barbaris vigilia marcentibus confligerent.* Gebhardus.

1 *Longinquiore tempore*] *Longinquus* idem hic valet quod *longus*, *diuturnus* v. Paſſerat. & Broukhuiſ. ad Propert. l. 1. El. 6. vſ. 27.

2 *Confecturum*] eſt ad finem perducturum. *Committere bellum* eſt incipere, *profligare bellum*, prope ad exitum adducere, *conficere* vero ad exitum perducere. vide Stewechium ad Vegetium de Re militari lib. 2. cap. 7. p. 136. cl. Duker. ad Florum l. 2. cap. 15. n. 2. & Cort. ad Salluſt. Jugurth. cap. 37. n. 3. Cicero L. 10 ad Fam. Ep. 19. *Qui enim Antonium oppreſſerit, is hoc bellum teterrimum periculoſiſſimumque confecerit.* & in genere *conficere* pro tranſigere, negotium abſolvere uſurpari docet P. Manutius ad Cicer. lib. 7. ad Fam. Ep. 2. p. 304. & ita Latinae *confectae* pro peractis v. cl. Oudendorp. ad Lucan. l. 1. vſ. 550.

3 *Conſectari*] Similiter Juſtinus *majore labore ei ſingulas conſectandas.* Mſ. Boecleri tamen *inſectari.* Boſius.

4 *Ut ingratiis*] Membranae *ingratis* quod perinde mihi eſt. Polyaenus l. 1. Οἱ δὲ ἑκόντες ἄκοντες ἐνίκησαν. Frontin. *Idque perſuadere civibus non poſſet, ſollertia effecit, ut a barbaris ad utilitates ſuas compellerentur.* Hac voce non abhorret Cicero in Verrem. *Reticebunt, quae poterunt, libenter; dicent quae neceſſe erit ingratiis.* Gebhardus. Ita expreſſis literis legitur in Mſ. noſtro. Et uti Nepos cum Plauto & Terentio *ingratiis*, ita Cicero lib. 1. de Legib. dixit *invitiis.* Qui etiam *ingratiis* dixit. *Ernſt.* Sic quoque Ernſtianus. At Giſ. Dan. Put. Sav. Bavarici *ingratis.* quod Gebhardo perinde erat: Scioppio Veriſim. 1, 20. rectius altero videbatur, etſi illud Latinum eſſe non negat. Placebat & Gentili parerg 1, 25. Pareo in Lex. Crit. ac Giſanio Ind. Lucret. qui ſic & apud Terent. ac Plautum e vett. libb. legi vult. Sed in melioribus libris conſtanter *ingratiis* legitur. Idque & metri ratio poſtulat. Uſi autem hac voce Terentius quidem Eun. 2, 1, 14. Heaut. 2, 1, 37. Phorm. 5, 6, 48. Plautus autem Amphitr. 1, 1, 215. Curcul. 1, 1, 6. Caſin. 2, 5, 7. Ciſtellar. 2, 1, 82. Mil. Glor. 2, 5, 39. Menaechm. 5, 8, 5. Merc. 2, 4, 11. qui & *gratiis* dixit eadem ratione Aſin. 1, 3, 38. & 42. & Epid. 3. 4. 38. Ac, ne quis Comicos tantum, metri cauſ-

5 rentur. Hac re audita barbarus nihil doli ſubeſſe credens, poſtridie [1] alieniſſimo ſibi loco, contra opportuniſſimo hoſtibus, adeo [2] anguſto mari conflixit, ut ejus multitudo navium explicari non potuerit. Victus ergo eſt magis [3] conſilio Themiſtoclis, quam armis Graeciae.

ſa, ſic locutos putet, Cicero quoque pro Quinctio c. 14. ac Gellius N. A. 17, 1. uſi. Pricaeus & apud Appulejum Metam. 1. extr. reponit. Eſt autem nomen, non adverbium, ut Voſſius de arte Gram. 3, 1. & 47. duobus Plauti locis evincit, quibus addi poteſt Gellianus, ubi eſt *ingratiis noſtris*. Boſ. Pro *ingratiis*. Leid. *Ingratis*, & ſic Voſſ. A. B C. fuit etiam in codice cl. Schefferi. v. Ejus Epiſt. 7. ad N. Heinſium. Apud Terent. Eun. 2, 1, 14. in Mſſ. pro *ingratiis*, etiam *ingratus* legitur: unde liquet deſcriptores hanc vocem non percepiſſe. Vide Donati notas. *Ad depugnandum cogerentur* probam eſſe locutionem oſtendit cl. Oudendorp ad Frontinum. L. 4. Strateg. c. 7. n. 147.

1 *Alieniſſ. ſibi loco, &c.*] Iniquiſſimo. ſupra Miltiade. Caeſar. 1. de B. Gall. c. 15. *Qui cupidius noviſſimum agmen inſecuti alieno loco cum equitatu Helvetiorum praelium committunt.* *Gebb.* Supra ad 1, 5, 4. *Boſius* Pro *opportuniſſimo* Voſſ. A. *opertuniſſimo.*

2 *Anguſto mari*] In freto nempe inter Salaminem inſulam, & Heracleum ſive Fanum Herculis, in Attica ſitum, ſupra quod Xerxes, claſſem & aciem ſpeculans, in edito conſederat. Diodor. Sic. 11. & Plutarchus Them. p. 118. Quod tamen de initio tantum pugnae capi debet; nam maxima pars pugnae in aperto aequore, ut idem Diodorus narrat, commiſſa. Plutarchus p. 119. addit, Themiſtoclem non ſolum loci, ſed etiam temporis commoditatem captaſſe, quo ventus e mari increbeſcens fluctus per fretum impelleret, magno barbaricarum navium, tanquam altiorum & graviorum, incommodo. *Boſius.*

3 *Conſilio Themiſtoclis*] Front. *Solertia*: Polyaen. τῇ σοφίᾳ τοῦ στρατηγοῦ. Plerique tantam victoriam prudentiae Themiſtoclis adjudicant: ſed non vetus Scriptor apud interpretem Ariſtophanis, qui Victoriae primas tribuit Deabus: φησὶ (praeceſſit Herodotus) γὰρ ἐν τῇ περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίᾳ, πολὺ λειπομένου τοῦ Ἑλληνικοῦ πλήθους τῶν νεῶν περσικῶν, συμμαχῆσαι Ἀθηναίοις τὰς θεὰς, μέγιστον τῆς συμμαχίας ἀποδειξαμένας καὶ ἐναργέστατον τεκμήριον. μελλόντων γὰρ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων εἰς χεῖρας ἰέναι, πρῶτον μὲν πλεῖστον ἴσον κονιορτὸν, αἰρόμενον ἀπὸ Ἐλευσῖνος ἐπὶ τὴν συμβολὴν, παντὶ τῷ στρατῷ δῆλον γενέσθαι. Εἶτα τοῦτον εἰς οὐρανὸν ἀνιόντα καὶ νέφος γενόμενον, διὰ μέσου τοῦ στρατοπέδου χωροῦντα, τὸν Ἴακχον βοᾶν, &c. *Gebbard.* In Mſ. Boecl. erat: *magis etiam conſ. Them.* Et mox: *tantas habuit reliquias.* Boſius.

CAP.

Cap. V.

[1] Hic etſi male rem geſſerat, tamen tantas habe- 1
bat reliquias copiarum, ut etiam cum his op-
primere poſſet hoſtes. [2] Interim ab eodem gradu de-
pulſus eſt. Nam Themiſtocles verens, ne bellare per-
ſeveraret, [3] certiorem eum fecit, [4] id agi, ut pons,
quem ille in Helleſponto fecerat, diſſolveretur, ac re-
ditu in Aſiam excluderetur. idque ei perſuaſit. [5] Ita- 2
que

1 *Hic*] Q. Edd. addunt *barbarus*. Sed aberat ea vox ab opt. Mſſ. Giſ. Dan. Sch. aliiſque, repetita, ut opinor, ex initio verſiculi praecedentis. mox Boecl. *tantas habuit rel.* Et paullo poſt, Exc. Dan. *ut etiam tum his tum oppr. p. h.* videtur fuiſſe, *ut etiam cum his tum* (i. e. eo tempore) op. p. h. Statim Ed. Ultraj. *Iterum ab eodem*. Longolii, *Interim tamen ab eod.* Sed Gebhardo placebat vulgatum. Idque & Cod. Dan. aliique confirmant. *Boſius.* Leid. Oxon. & Voſſ. A. B. *Hic etſi.* Paullo ante pro *eſt ergo magis* in Dan. legitur *ergo eſt magis etiam.* Ut & Voſſ. C. & pro *male rem geſſerat*, *male geſſerat.* Pro *ut etiam cum his.*

2 *Interim ab eodem gradu depulſus eſt*] alii, *iterum*: alii *interim tamen.* Placet vulgatum. Eleganter autem nimium quantum dictum eſt *de gradu depelli*, pro occaſione rei gerendae dejici. Germani: Auß dem Vortheil getrieben werden. *Gebh.* Adde Ind. v. *gradus*. Boſius. Pro *interim* Leid. *iterum.* Sic & Ultraj. Edit. *tamen* abeſt a Leid. Cod. P. Dan. & Voſſ. A. B. de phraſi adi Broukh. ad Propert. L. 1. El. 13. v. 8. & Interpretes ad Petron. c. 80.

3 *Certiorem eum fecit*] Per eundem ſervum, quo antea uſus: ita Herodot 8, 110. & Juſtinus 2, 13, 7. Diodorus quoque Siculus l. 11. filiorum ſuorum paedagogum ablegaſſe ait; ſed Plutarchus ſcribit, miſſum Arnacen quendam, e regiis eunuchis inter captivos inventum. Polyaenus unum ex eunuchis ſuis Arſacen. Rem ipſam narrat etiam Frontinus 2, 6, 8. inter ſtrategemata de emittendo hoſte, ne clauſus praelium ex deſperatione redintegret. *Boſius.*

4 *Id agi ut pons* &c.] Et revera agebatur, ſuadente etiam in ſpeciem Themiſtocle, & renitente ſive Eurybiade, ſive Ariſtide: ſi vera ſunt, quae referunt Herodotus, Plutarchus, Polyaenus, & Juſtinus. Sed Themiſtocles explorato Graecorum animo, valide diſſuaſit profectionem: *animo*, ſi Herodoto credimus, *ſibi apud Perſam ſubſidium comparandi*, ut ſi quid apud Athenienſes accideret adverſi ſibi, haberet quo ſe converteret. Cui congruunt, quae c. 9. 3. ipſe ſcribit. *Boſ.* Leid. habet *diſſolveret.*

5 *Itaque qua ſex menſib. iter fec.* &c.] Cobares ap. Curt. 7. 4. 15. *Licet ſtrenuum motum putes eſſe, velocior tamen ſpes eſt.* Servit, cum iſta dicit, cauſſae. *Gebhard.*

1 *Minus diebus triginta*] Herodo-

que qua ſex menſibus iter fecerat, eadem [1] minus diebus triginta in Aſiam reverſus eſt, ſeque a Themiſto-
5 cle non ſuperatum, ſed [2] conſervatum judicavit. Sic [3] unius viri prudentia Graecia liberata eſt, Europaeque ſuccubuit Aſia. Haec altera victoria, quae cum Marathonio poſſit comparari tropaeo: nam pari modo apud [4] Salamina [5] parvo numero navium [6] maxima [7] poſt hominum memoriam claſſis eſt devicta.

tus 8, 1, 15. ampliato dierum numero ait, cum intra 45 dies ad trajectum perveniſſe, nullam partem copiarum ducentem. *Boſius.*

2 *Conſervatum*] Sic Mſſ. Omnes. in aliis edit. typothetarum vitio, credo, male *converſatum.*

3 *Unius viri prudentia*] Vide infra ad 15, 10, 4. *Boſius.*

4 *Salaminem*] Leid. *Salaminam* Voſſ. A. ſupra notatum erat *Salaminem.* B. C. *Salaminam* Leid. *Qua Marathonio*, pro *quae cum Marathonio.* Pro *tropaeo* quod praeceſſit Voſſ. A. B. C. *Tropheo.* ſemper vero *tropaeo* ſcribendum ignorat nemo ex Schol. Ariſtophan. in Pluto. vſ. 453. Adde Epiſt. ad Palmerium in Apolog. pro Lucano. pag. 956. & ut hic *tropaeum Marathonium* de inſigni iſta victoria, ſic Ariſtoph. in Equit. vſ. 1331. dixit τὸ ἐν μαραθῶνι, τρόπαιον, ubi vide Scholia. adde Sil. Italic. L. 14. vſ. 282.

Et Salaminiacis quantum Eoisque tropaeis.

5 *Parvo numero navium*] Triremium ſcilicet CCCLXXX. inter quas Athenienſium CLXXX. juxta Herod. 8, 42. & ſeqq. Aeſchylus tamen CCC. tantum numerat. Cteſias 1000. Vid. Uſſer. Annal. Tom. 1. p. 178. & ſeqq. *Boſius.*

6 *Maxima claſſis*] Quippe quae plus quam mille naves habuit, quarum Diodorus ſupra CC. periiſſe ait, praeter una cum viris captas. Cteſias 10 amiſſas ſcribit Vid. Uſſer. l. c. Contigit a. pugna hac, ut inter omnes conſtat, Olympiadis LXXV. anno 1. archonte Calliade. Sed de anni tempore non eadem omnium ſententia eſt, ſunt enim, qui fine anni pugnatum volunt. Alii Pyanepſione, ſive Octobri ſed ineunte hoc anno, circa diem XX. Boedromionis h. e. ſub autumnum, ſive fine aeſtatis anni Period Jul. 4234. id contigiſſe ſolide demonſtrant Petavius de doctr. temp. 10, 24. Rationar. Temp. 2, 3, 11. & in not ad Themiſtii Orat. 11. p. 639. ac Uſſer. l. c. p. 174. Quorum rationibus exacte congruit Marmor Arundelianum. *Boſius.* cl. Weſſeling. ad Simſonii Chronic. pag. 721. viceſimo Octobris Juliani ex Herodoto & Plutarcho docet Athenienſes a Perſis hanc victoriam reportaſſe. Hiſtoriam late deſcribit Scholiaſtes Ariſtophanis Equit vſ. 782.

7 *Poſt. hom. memoriam*] Quantum unquam in hominum memoria pervenit. Sic loquitur & Ariſtide, nec non Cicero in Verrem. *Quod nemo unquam poſt hominum memoriam fecit.* Gebhard. V. Ind. *poſt.* *Boſius.* In Regibus cap. 1. *maximis poſt hominum memoriam exercitibus.* adi cl. Cortium ad Sall. H. fragm p. 938.

CAP.

CAP. VI.

Magnus hoc bello Themiſtocles fuit, [1] nec minor in pace. Cum enim [2] Phalereo portu neque magno, neque bono Athenienſes uterentur, hujus conſilio [3] triplex

1 *Nec minor*] Voſſ. A. B. *neque minor*.

2 *Phalereo portu.*] Exc. Dan. *Phalerico*. An legendum *Phalerico*? Nam Graecis φαληρικὸς dictus, Diodorus Sic 11. Ἐπειδὴ χρωμένων τ' Ἀθηναίων τῷ ὀνομαζομένῳ φαληρικῷ. Epitome Stephani de Urbibus in φάληρον. τὸ τοπικὸν, φαληρόθεν, φαληρόδε, φαληροῖ, καὶ φαληρικόν. Librariis *Phalaris* tyrannus notior Phalero demo Atticae. Inde occaſio corruptelae. Neque tamen plane rejiciendum τὸ *Phalereo*. Nam ipſe δῆμος, ubi hic portus fuit, (de quo vid. Meurſ. de pop. Att. pag. 136.) non tantum φάληρον & φαληρὸς, ſed etiam *Phalereus* dictus. Stephanus loco paullo ante laudato. λέγεται δὲ καὶ ὁ δῆμος καὶ ὁ δημότης φαληρεύς. *Boſius*. Mendozii & Oxon. *Phalerico portu*. Voſſ. A. B. *phalarico*. C. *Phalerico*.

3 *Triplex Piraeei portus &c.*] Hos tres portus vocat Thucyd. αὐτοφυεῖς. Conſtituti tamen hic a Themiſtocle dicuntur, quod naturam admonentem prompta arte ſecutus, eos emunivit. Quod autem Nepos *dignitate civitatem aequiparaſſe, utilitate ſuperaſſe*, ait, ejus rei ſumenda eſt ex *magnificentia* operis ratio. Tanta enim latitudo muri erat, ut duo plauſtra lapides comportantia e regione praeterirent: neque caemento intus lutoque expletus, ſed conſtructis coagmentatisque ſaxis firmatus, ferro plumboque foris continebatur. Nam altitudo abſoluta non eſt, fato quodam operoſioris ſtructurae: quam plerumque deſtituunt ſumtus, operae, tempus &c. *Utilitas* porro ex ipſa urbis conditione aeſtimari debet. Quippe mari potiſſimum hoſtica vis timebatur, ita ut portu occupato parum aut nihil eſſet in oppido praeſidii. Huc conſilium ſpectabat Themiſtoclis, quo jubebat Athenienſes, ſi terra premerentur, relictis domibus huc confugere, facilius omnia propulſaturos &c. vid. Thucyd. l. 1. *Boeclerus*. Omnes ferme arbitrantur, Piraeeum ideo triplicem dictum, quod tres portus comprehenderet, nimirum ipſum Piraeeum, Phalerum & Munychiam. Verum qua ratione Phalerus & Munychia *Piraeei portus* dici mereantur equidem non video, & prorſus omni id ratione caret. Nam quamvis uno murorum clauſtro ſepti eſſent, diverſi tamen erant portus, maximoque a ſe invicem diſtabant ſpatio. Sed diſerte docet Pauſanias, jam antequam Themiſtocles Phalerum & Munychiam Piraeeo junxiſſet, tres habuiſſe portus, verba ejus ſunt: Θεμιστοκλῆς δὲ ὡς ἦρξε (τοῦτό γὰρ τοῖς πλέουσιν ἐπιτηδειότερος ὁ πειραιεὺς ἐφαίνετο οἱ προκεῖσθαι, καὶ λιμένας τρεῖς ἀνθ' ἑνὸς ἔχειν τοῦ φαληρικοῦ) τοῦτό σφισιν ἐπίνειον εἶναι κατεσκευάσατο. Nullus itaque dubito, quin ideo triplex dictus ſit Piraeeus, quod tres diverſae ſtationes in eo eſſent. Et ſane ex his tri-

triplex Piraeei portus conſtitutus eſt: [1] isque moenibus circumdatus, ut ipſam urbem [2] dignitate [3] aequipa-
2 raret, utilitate ſuperaret. [4] Idemque muros Athenienſium reſtituit praecipuo periculo ſuo. Namque [5] Lacedaemonii cauſſam idoneam [6] nacti propter barbarorum excurſiones, [7] qua negarent oportere extra Pelópouneſum ullam [8] urbem haberi, [9] ne eſſent loca mu-

bus ſtationibus unam *Piraeei* nomine fuiſſe inſignitam, facile mihi perſuadeo. Alteram dictam fuiſſe κανθάρου, videtur innuere Heſychius: Κανθάρου λιμὴν οὕτω καλεῖται ἐν Πειραιεῖ. Tertia appellata eſt Ζεά. Heſychius: Ζεὰ ἡ Ἑκάτη παρὰ Ἀθηναίοις καὶ εἷς τῶν ἐν Πειραιεῖ λιμένων ἀπὸ τοῦ καρποῦ τῆς ζειᾶς, ἔχει δὲ ὁ Πειραιεὺς λιμένας τρεῖς κλειστούς. Haec Doctiſſ. Vir. Iſ Voſſius in not. ad Scylacis Peripl pag. 8. Ac ſecundae quidem ſtationis etiam Ariſtophanes *Pace* meminit: ſed Κανθάρου λιμένα vocat vs. 44.

Ἐν Πειραιεῖ δ' ἔστι, Κανθάρου λιμήν.
Ubi Scholiaſtes: ὁ Πειραιεὺς λιμένας ἔχει τρεῖς, πάντας κλειστούς (an ex Heſychio legendum κλειστούς i. e. catenis clauſos, ut exponit Meurſius de populis Att. p. 95. ſeu, ut Voſſius l. c. ſepto Munychiae contentos?) εἷς μὲν ὁ Κανθάρου λιμὴν, οὕτω καλούμενος ἀπό τινος ἥρωος Κανθάρου. Primam Meurſius l. c. Ἀφροδίσιον dictam vult, ſequitur enim apud Scholiaſten εἶτα τὸ Ἀφροδίσιον. Sed haec fortaſſe non ſtationem alteram ſed alium Canthari locum ſignant: nam & mox additur εἶτα κύκλῳ τοῦ λιμένος στοαὶ ε. Ceterum portum hunc praeter Thucydidem & Pauſaniam pulchre deſcribit Strabo lib 9. E Junioribus vid. Meurs. l. c. *Boſius.* Voſſ. A. *Pirei.*

1 *Iſque moen.*] Cl. Schefferus Epiſt. 7. ad N. Heinſium legit *iiſque* ad maenibus referendum dicens.

2 *Dignitate*] Specie, pulchritudine, ſplendore. Vid. Ind. *Boſius.*

3 *Aequipararet*] Exaequaret. Alcibiade, *ut nemo cum labore corporiſque viribus poſſet aequiparare.* Pacuvius.

Nam ſi qui, quae eventura ſunt
Praevideant, aequiparent Jovi.

Sueton. Aug. c. 94. & in Nerone cap. 53. *Gebhardus.*

4 *Idemque muros Athenienſium reſtit praecip. peric. ſuo*] Dignum hoc factum calliditate Themiſtoclea, quod ubique praedicant Graeci, & nullus ferme exſtat ſcriptor, qui non minimum alludat. *Gebhard.* E multis vide Thucyd. 1. Diodor. Sic. 11. Demoſth Or. ad Lept. Plutarchus in vita. Polyaen. 1. Pauſan. initio lib. 1. Juſtin. 2, 15. Frontin. 1, 1, 10 *Boſius.*

4 *Idemq. mur.*] Leid. *idem mur.* ut & Mſ. Boecl. teſte Boſio & Voſſ. A. B C.

5 *Lacedaemonii cauſſam idoneam nacti*] De hoc praetextu nihil alibi memini legere. Alii omnes invidiam Lacedaemoniorum obtendunt. Polyaen. 1, 1. Ἀθηναῖοι τὰ τείχη τοῦ ἄστεος ἤγειραν, Λάκωνες ἐφθόνουν. Juſtin. 2, 15, 2. *Cum moenia majora complexi fuiſſent, ſuſpecti eſſe Lacedaemoniis coepere, recte reputantibus, quibus ruina urbis tantum incrementi dediſſet, quantum ſit datura munita civitas.* Gebhard.

6 Nacti

munita, [1] quae hoſtes poſſiderent, [2] Athenienſes ae-
dificantes prohibere ſunt conati. [3] Hoc longe alio 3
ſpectabat, atque videri volebant. Athenienſes enim
duabus victoriis, [4] Marathonia & Salaminia, tantam
gloriam apud omnes gentes erant conſecuti, ut intel-
ligerent [5] Lacedaemonii, [6] de Principatu ſibi cum
his certamen fore. Quare eos [7] quam infirmiſſimos
eſſe volebant. Poſtquam autem audierunt [8] muros
in-

6 *Nacti*] V. Ind. v. *nanciſci*. Boſius.

7 *Qua negarent*] Ita MSC. Giſ. Leid. Boecl. Alii addunt *re*: *qua re negarent*, quod tamen abeſſe a membranis, editisque omnibus annotat *Schottus*. Mox pro *haberi* MSC. *habere*. Boſius.

8 *Urb. haberi*] Leid. *Urbem muros habere*. Voſſ. A. *urbem habere*, item B. C. *qua negarent* probant *Gebhardus* & Sciopp. L. 1. Veriſim. c. 20. Voſſ. A. B. *Polopomneſſum* ut *Cherſoneſſum*.

9 *Ne eſſent loca munita*] Juſtin. 2, 15, 3. *Mittunt legatos, qui monerent, ne munimenta hoſtib. & receptacula futuri belli exſtruant*. Gebhardus.

1 *Quae hoſtes*] Leid. *quam hoſtes*.

2 *Athenienſes prohibere ſunt conati*] Ut mox ſequitur, per legatos. Diodor. l. XI. *Οἱ πρέσβεις ἀφικόμενοι τοῖς οἰκοδομῦσι προσέταττον ἀφίςασθαι τῶν ἔργων τὴν ταχίςην.* Hanc narrationem quoque habet Auctor Scholiorum in Ariſtophanis Equites vſ. 811. *Gebhard.* Habet & Juſtinus l. c. *Boſius.*

3 *Hoc longe alio ſpectabat*] Annotat Schottus e libro ſibi conſulto. *Hoc longe animo ſpectabant.* Refingi poſſet, *Aliud longe animo ſpectabant.* Etſi verbis, inquit, aliud ferebant, animo tamen ad longe aliam rem collimabant. *Gebh.* De ſenſu non abnuo, ſed mutatione opus non eſſe, facile judicabit dictioni Nepotis adſuetus. *Boſius.* Leid. *aliter ſpectabant.* Oxon. *hoc longe aliter animo exſpectabant* Voſſ. A. C. *longe animo ſpectabant.* Sed B. *hoc longe ſpectabant.*

4 *Marathonia & Salaminia*] Mentionem utriuſque Victoriae facit A. Gellius Lib. 17. Noct. Att. cap. 21. pag. 473. Illa orta eſt ante Chriſtum natum 490. *Ernſtius.*

5 *Lacedaemonii*] Aberat a Mſ. *Boecleri*, & poteſt abeſſe. *Boſius.*

6 *De Principatu ſibi*] V. Ind. *principatus*. Boſius. Leid. pro *ſibi*, *ſui*.

7 *Quam infirmiſſimos*] Sic e membr. Bavaris Schoppius veriſim. 1, 20. A vulgatis particula *quam* abeſt, ſicut & a Mſ. Boecleri. *Boſius.*

8 *Muros inſtrui*] Omnes editi praeferunt *inſtrui* & ita loquitur Curtius Lib. 5. cap. 5 *Gebhard.* Ita praeter editos Mſ. Boecl. & membranae Bavarae, Schoppio teſte l. c. Firmatque *Gebhardus* illo Curtii 5, 1, 25. *murus inſtructus Laterculo coctili.* Ibid. comm. 33. ubi de hortis penſilibus Babylone. *Saxeae pilae, quae totum onus ſuſtinent, inſtructae ſunt: ſuper pilas lapide quadrato ſolum ſtratum eſt.* Sic recte editiones Belgicae, & plerique Mſſ. *Inſtructae.* i. e. exaedificatae,

inſtrui, legatos Athenas miſerunt, qui id fieri vetarent. [1] His praeſentibus deſierunt, ac ſe de ea re legatos ad eos miſſuros dixerunt. Hanc legationem ſuſcepit Themiſtocles, & ſolus primo profectus eſt, ... [2] re-

tae, conſtructae. Non videntur cepiſſe vim hujus verbi, qui *ſaxo* repoſuerunt; quod etiam in codd. Palatinorum uno fuit. Tacitus 2. H. 22, 3. *Legionarius ſubruit muros, inſtruit aggerem, molitur portas.* Alibi dixit *aggerem ſtruere*, 3. H. 20, 6, 2. A. 18, 2. &c. Caeſar, *exſtruere aggerem.* 2. B. G. 29. Solinus cap. 1. *Poſuiſſe ſedes inſtruxiſſe moenia & oppidum ab ea Rhomen vocaſſe.* ſic enim e Mſ. legendum. *Boſius.* Engelſtad. *ſtrui.* v. Scioppii. 1. Veriſ. c. 20. haec Cl. Oud. ad Marg. ſic & Ultraj in Cod. Voſſ. C. *inſtrui.*

1 *His praeſent. deſierunt*] Conſilio Themiſtoclis; nam niſi intermiſiſſent munitionem, a Lacedaemoniis ope reliquorum Peloponneſiorum poterant impediri vi armata. Diodor. lib. XI. *Gebhard.* Thucydides L. 1. paullo aliter: non enim *praeſentibus* Lacedaemoniorum legatis Athenienſes opus intermiſiſſe; ſed Themiſtoclis juſſu (qui ad eos certum hominem occulte miſerat) diſſimulanter & obſcure legatos detinuiſſe; neque dimiſiſſe, priusquam legati, quos ipſi miſiſſent, Athenas reverſi eſſent. Apud Plutarchum in Themiſtocle neque de legatis retentis, neque de opere intermiſſo ullum verbum. *Lambinus.* Thucydidis narrationi congruunt, Juſtinus & Frontinus: loca paullo ante laudavimus. *Boſius.* Adde cl. Oudendorp. ad Frontin. l. 1. Strat. cap. 1. n. 57.

2 *Reliqui legati*] Cl. Oudendorp. legendum conjicit *reliquis legatis* & pro *exſtructa*, *exſtructi.* *Atque ut* abſunt a Leid.

3 *Praecepit*] Monuit, ſuaſit, ſuggeſſit. Diodorus παρήγγειλεν. Caeſar Lib. 3. de B. Civil. cap. 62. Curt. Lib. 9. cap. 11. *Gebhardus.* V. Ind. *Boſius.* *Ut* poſt *praecepit* abeſt a Vet. P. Dan. Voſſ. A. B. vide ad. Milt. cap. 1. n. 4.

4 *Omnes ſervi atque liberi opus facerent*] Diodorus Sic. dixit πανδημεὶ τειχίζειν τὴν πόλιν. *Boſius.* *Opus* & *Opera* paſſim dicuntur de muris, moenibus, templis, aliisque aedificiis, quae exſtruuntur ſive exſtructa ſunt. Virg. l. 2. Georg. vſ. 155.

Adde tot egregias urbes, operumque *laborem.*

Ubi Servium vide. & 3. Aen. vſ. 20.

—— *Diviſque ferebam*
Auſpicibus coeptorum operum.

Juſtinus. L. 2, c. 15. *Nuntiatur Spartanis opus Athenis maturari* & l. 36. c. 4. *Matri deinde ſepulcrum facere inſtituit, cui operi intentus.* Livius L. 1. cap. 53. *Nam quum velut poſito bello fundamentis templi jaciendis, aliisque urbanis operibus intentum ſe eſſe ſimularet.* Sic alii paſſim, ut Graeci ἔργον. Thucyd. quem hic Noſter imitatur L. 1. cap. 90. L. 28. ὅπου τις ἀφίκοιτο ἴσως ἐς τὸ ἔργον quod Schol. ibi explicat per εἰς τὴν κτίσιν. Inde Pallas Minerva, quae habebatur dea ſive praeſes artium opificumque, ac inprimis architecturae, dicta fuit a Graecis ἡ θεὰ ἘΡΓΑΝΗ v. Heraclid. Pontic.

in

² reliqui legati ut tum exirent, quum ſatis altitudo muri exſtructa videretur, ³ præcepit: interim ⁴ omnes ſervi atque liberi opus facerent, neque ulli loco parcerent, ¹ ſive ſacer eſſet, (ſive profanus) ſive privatus,

in Allegor. Homer. p. 444. Scheffer. ad Aelian. L. 1. V. H. c 2. Cl. Graevius in Lect. Heſiod. cap. 11. p. m. 54. & Davies ad J. Caeſar. de B. Gall. L. 6. c. 17. quo tamen titulo etiam per excellentiam inſignitur, quia cenſetur Lanificii inventrix, ut oſtendit cl. Scheff. l. d. cui adde Ill. Spanhem. ad Callim. H. Pall. vſ. 9.

1 *Sive ſacer eſſet, ſive profanus ſive privatus*] τὸ *ſive profanus* ejiciendum, a nimis liberali manu Longolii invectum; Monuit Schoppius 1. Veriſ. c. 20. Savaro, Schottus, & necdum obtemperatum. Auctor Scholiorum in Ariſtophan. Equites, (vſ. 811. ubi totam habes hiſtoriam) μὴ φειδομένους μήτε ἰδίου, μήτε δημοσίου τινὸς οἰκοδομήματος. In eo diſcrepans, quod tantum profanos, qua privatos, qua publicos, non vero ſacros locos complecti juſſi fuerint Athenienſes muris ſuis: Nepos autem affirmet non parcitum fuiſſe ſacris quoque, quum tamen fuerit praeceptum vetus μὴ κινεῖν, μήτε βωμὸν, μήτε τάφους, μήτε ἱερὰ, non eſſe movenda ſeu violanda neque altaria, neque ſepulcra aut heroum ſacella. Vide Zenob. 1. 54. *Gebhard.* A Mſ. Cod. abeſt *ſive profanus*, &, puto, recte: quamvis locus profanus ſacro opponi ſoleat; ſicut *privatus* in ſequentibus publico. Alias, locus profanus & privatus non differunt. Privatus enim profanus eſt, & contra profanus dicitur privatus. Hinc Trebatius apud Macrobium profanum, proprie id eſſe ait, quod ex religioſo, vel ſacro in uſum hominum, proprietatemve converſum eſt. *Lib.* III. *Cap.* III. *Saturn.* Nec Veteres aliam rerum diviſionem agnoſcebant, niſi ut facerent res *ſacras, privatas*, & *publicas*. Quo pertinere videntur Auſonii verſus Eidyll. xv.

Jus triplex, tabulae quod ter ſanxere quaternae.
Sacrum, Privatum, & populi commune quod uſquam eſt.

JCtorum alia eſt diſtinctio in tit. De rer. diviſ. *Ernſtius.* Adde Schopp. Veriſim. 1, 20. & not. Ernſtii, quorum Sententiam firmant Mſſ. Giſ. Put. Sch. Bavarici, Leid. & Ernſtianus. a quibus omnibus τὸ *ſive profanus* abfuiſſe dicitur. Boecleri tamen habet hoc modo: *ſive ſacer, ſive profanus, ſive privatus eſſet, ſive pub.* Videtur & Cod. Danielis habuiſſe: Nam excerpta ejus nullam heic varietatem adnotant: cum tamen haec verba in Longol. editione reperiantur. Praeterea quomodo ex eo, quod jus tantummodo triplex apud Romanos fuit, ſequitur apud Graecos nulla fuiſſe loca privata? ſic enim rationem colligant neceſſe eſt, qui Auſonianum verſiculum urgent. Jam, cur res quaedam profanae erunt; (quid enim aliud ſunt, quas jureconſulti *humani juris* vocant) loca non erunt? Neque verum eſt locum *profanum* & *privatum* non differre, nam ſi maxime admittam privatum omnem profanum eſſe, non tamen omnis pro-

vatus, ſive publicus: & undique, quod idoneum [1] ad muniendum putarent, [2] congererent. Quo factum eſt, ut Athenienſium muri [3] ex ſacellis ſepulcriſque conſtarent.

CAP.

profanus privatus eſt. Differunt enim ut genus & ſpecies. Haec cum ita ſint, nolui verba haec plane ejicere, ſed ſatis habui, ſi uncis includerem; ut ſuſpecta & in quibusd. Mſſ. & edd. haud reperta. Non repugnabo interim ſiquis ejicienda putet. *Boſius.* Voſſ. A. C. *ſive ſacer, ſive privatus eſſet.* B. *ſive ſacer, ſive profanus, ſive privatus eſſet.*

1 *Ad muniendum*] ad murum ſtruendum, πρὸς τὸ τειχισμόν. Sic Plautus forma Proverbii dixit, *ſuo cibo moenia munire.* Curt. Lib. 4. cap. 25. *Munientibus coria velaque juſſit obtendi. Munire* ergo περιτειχίζειν *Gebhard.* V. Ind. *Boſius.* pro *ſed undique* Leid. & Voſſ. A. B. *& undique.* Non male tamen *ſed undique* Boſius dicit.

2 *Congererent*] Aptum rei verbum; nam, quod vulgatum eſt olim *cogerent* in Editione Ultrajectina, ſpurium eſt. Virgil.

— *Aeriae quem congeſſere Columbae.*

ad ſtruendum nidum. Hinc *congeries* eſt ſtrues & ſaxorum congeſtus. Curt. 8, 2, 24. *Caedi tamen arbores & ſaxa congeri juſſit.* Flaccus l. 3. Argonaut. vers. 97.

Fert ſonitus immota phalanx iraſque retentat

Congeries dum prima fluat. Gebh. *Coegerent* Leid. quod eſt nihili. *cogerent* q. Edd. ſed *congererent* legendum, hinc enim verbum hoc pro aedificare, conſtruere, uſurpatur. Virg. 3. Georg. vſ. 156.

Tot congeſta *manu praeruptis oppidis ſaxis.*

Servius *congeſta manu, aedificata, conſtructa.*

3 *Ex ſacellis ſepulcriſque conſtarent*] Id eſt e rebus ſacris & religioſis Vide §. 8. & 9. Inſtit. De rer. diviſ. & ibidem Interpretes. *Ernſtius.*

4 *Adire ad magiſtr.*] Sic Mſſ. Dan. & Schotti: probante *Gebh.* Et eſt ad iſtum modum & alibi loquutus Noſter, itemque Terentius, Caeſar, alii. Thucydides, quem expreſſiſſe videtur: ἐς τὴν Λακεδαίμονα ἐλθὼν οὐ προσῄει πρὸς τὰς ἀρχάς. Aberat tamen particula etiam a Mſſ. Leidenſi & Boecleri. *Boſius.* Sic in Hannibale cap. 2. in Mſſ. Codd. A. & B. *adiit ad regem.* Cicero 3. ad Fam. Epiſt. 10. *Ad me adire quoſdam memini.* Praepoſitionum duplicatione gaudet inprimis noſter Nepos, ut a cl. Cortio ad Salluſt. Catil. cap. 41. n. 5. & ab interpretibus ad h. l. & ad Hannib. c. l. ſatis ſuperque probatum eſt: qua ratione procul omni dubio Vir. cl. P. Burmannus permotus legit ad Pelopid. cap. 3. *pro in pulvinum ſubjiciens, ſub pulvinum ſubjiciens*, ut ibi oſtendemus. Sic Ovid. 3. Metam. vſ. 597.

— *Diae telluris ad oras Applicor.*

Pompon. Mela L. 1, c. 7. *hinc ad Syrtim adjacent.* Cicero oratione 5. in Verrem apud A. Gellium L. 1. c. 6. *adeunt ad ea loca, quae numquam antea adierant.* Conſule Magn. Broukhuſ. ad Tibull. L. 1. El. 5. vſ. 40.

Ser-

CAP. VII.

Themiſtocles autem, ut Lacedaemonem venit, 1
[4] adire ad magiſtratus noluit, & dedit operam,
[1] ut quam longiſſime tempus duceret: [2] cauſſam in-
terponens, [3] ſe collegas exſpectare. Quum Lacedae- 2
monii quererentur, opus nihilominus fieri, eumque
[4] ea

Sertaque de ſanctis deripuiſſe focis. Et quae notabimus ad Alcibiad. cap. 1. Caeſ. Auguſtum praepoſitiones verbis junctas geminare fuiſſe ſolitum ex Suetonio in ejus vita cap. 86. docet cl. Burm. ad Phaedr. L. 1. fab. 8. Hunc loquendi modum certe a Graecis mutuati ſunt Latini: Herodot. L. 3. cap. 65. ἐν τῇ γὰρ ἀνθρωπηΐῃ φύσει οὐκ ἐνῆν ἄρα τὸ μέλλον γίνεσθαι ἀποτρέπειν. ἘΜμένειν ἘΝ τῇ Ἀττικῇ dixit Thucyd. L. 2. cap. 23. Ariſtoph. Pluto vſ. 430. Ζητεῖτε ἘΚ πάσης με χώρας ἘΚβαλεῖν. & vſ. 791. Ἐμοὶ γὰρ ἘΙΣιόντος ἘΙΣ τὴν οἰκίαν, & ſic ſaepius apud optimos ſcriptores. Adeat etiam lector Doctiſſ. Raphelium ad Acta Apoſtol. cap. 19. comm. 30. Nihilominus tamen *adire magiſtratus*, ut in Voſſ. B. etiam probum eſſe oſtendemus ad Timoth. cap. 2. & variat Cod. Leid. qui nunc addit nunc demit praepoſitiones. Sic in Pauſan. cap. 2. pro *ex publicis vinculis effugiſſe* in illo legitur Codice *publicis vinculis effugiſſe*. Contra in Hannibale cap. 6. in Vulgatis Edd. legitur *qui ſimul cum eo acie excelſerant*. Leid. & Voſſ. A. B. proferunt *q. ſ. c. eo ex acie exceſſerant*. & ſic ſaepius.

1 *Ut quam longiſſime tempus duceret*] Juſtin. 2, 15, 6. *diem de die proferendo ſpatium conſummando operi quaerebat*. Membranae Schotto excuſſae vocibus traductis: *Ut quam longiſſime tempus interponens diceret cauſſam, ſe collegas expectare*, quod ille non aſpernari videtur; perperam; nam cui utraque locutio *tempus ducere*; dein *interponere cauſſam* inſolens acciderat, ambas flagitioſe tranſpoſitis verbis e ſuo capite interpolavit. Caeſar l. 1. c. 16. de Bello Gall *Diem ex die ducere Aedui, conferri, comportari, adeſſe dicere. Ubi ſe diutius duci intellexit*, ἐν τούτῳ τριβὴν τινα χρόνου ἐμποιῶν. Gebh. *duceret* Leid. & Ultraj. item Voſſ. B. ſed Voſſ. C. *templus: interponens cauſſam diceret*.

2 *cauſſ. interpon*] V. Ind. *interponere* & not. ad 1, 4, 1. *Boſius*.

3 *Se collegas expectare*] Auctor ſaepius laudatus in hac narratione elegantem habet rationem politicam: τὸ μὲν πρῶτον εἰς τὴν παρουσίαν ὑπερετίθετο τῶν πρεσβέων. μὴ γὰρ ἀσφαλὲς ὑπάρχειν αὐτῷ κοινὰς ἐπὶ πόλεις λαβόντι μόνον ἀποκινδυνεύειν τὴν πρεσβείαν καὶ ἔλεγεν, ὅτι μέλλουσι παραγίνεσθαι. Juſtin. *nunc tarditatem collegarum accuſans, ſine quibus agi jure nihil poſſit*. Gebh. De ſenſu ſive interpunctione horum verborum conſule cl. Scheff. Ep. 7. ad N. Heinſ.

4 *Ea re*] MſſDan. Boecler. & q. edd. *in ea re*. Boſius. Leid. etiam *in ea re* & Voſſ A. B. C. Sic in Ageſilao cap. 3. *In quo quum eum opinio*

miſſi ſunt. [1] Cum his collegas ſuos Themiſtocles juſſit proficiſci: [2] eisque prædixit, ut ne prius Lacedaemoniorum legatos [3] dimitterent, quam ipſe eſſet
4 remiſſus. Hos poſtquam Athenas perveniſſe ratus [4] eſt, ad magiſtratum, ſenatumque Lacedaemoniorum adiit, & apud eos liberrime [5] profeſſus eſt: Athenienſes ſuo conſilio, [6] quod communi jure gentium

a'ib'. Diodorus: ὡς δὲ τὰς Ἀθήνας ἀπέστειλαν τοὺς ἐπιφανεστάτους κατασκεψομένους, καὶ περὶ ὧν ἦν χρεία πολυπραγμονήσοντας. Auctor Graecus ἄδηλος, Πεμφθέντων ἐν Λακεδαιμονίων, ἐς τοὺς μάλιστα διαφέροντας εὐνοίᾳ καὶ πίστει τῶν πολιτῶν. Quae omnia vulgatam tutantur lectionem. Nihilominus neſcio quo libro fretus CL. Schottus *facti*, hoc eſt, illo interprete, creati: dein: *ſummis honoribus*, id eſt ſumma auctoritate. Ignoſcat mihi cultiſſimi & mitiſſimi viri genius; nunquam ſum tam credulus futurus petulantiae imperitiſſimorum exſcriptorum, ut planiſſime dicta obſcuriſſimis, vixque coelo latino perferendis poſtponam. *Gebh.* Voſſ. B. *geſtus ei mos.*

1 *Cum his colleg. ſuos Them. juſſit profic.*] Variat heic Diodorus, qui vult cum Themiſtocle & caeteros legatos ipſum conſecutos Lacedaemone a Spartanis retentos, lib. XI. A partibus vero Nepotis ſtat Frontinus. *Gebhardus.* Voſſ. A. *Themiſt. ſi juſſit.*

2 *Eisque praedixit*] Frontinus: *Suis clam ſcripſit*: Juſtinus 2, 15, 8. *per ſervum magiſtratibus ſcribit.* Gebh. Ergo *praedicere*, monere, interdicere, vetare, & ut cap. 6, 5. loquebatur, *praecipere* eſt. Sic Tacitus 13. A. 36, 1. *ne pugnam priores auderent, praedixit.* Idem 16. A. 33, 2. *praedicto ne in Rep. haberetur.* Vellejus 2. 82, 2. *praedixitque ne deſtinatum iter peterent* Livius 23, 19. *praedictum erat Dictatoris, ne quid abſente eo rei gereret.* Boſius. Pro *eisque* Boecleri Codex & Voſſ. A. B. *hiſque.* Pro *ne prius* Voſſ. C. *quamprius.*

3 *Dimitterent*] Sic Leid. ac ita legendum recte cenſet cl. Oud. ad Frontin. l. 1. Strateg. cap. 1. n. 62. Voſſ. B. *remitterent* ſed, ſupra notatum erat *dimitterent.*

4 *Eſt, & ad mag.*] Leid. *Eſt, ad mag.* cl. Oud. delet etiam *&*, ac pro *magiſtratum* legit *magiſtratus*, ut ſupra h. c. & Ter. Phorm. 2, 3, 56.

5 *Profeſſus*] Reſtituit e Mſ. ſuo hanc vocem Savaro, habuitque & P. Dan. Codex. Uſus ea & infra eſt 23, 11, 1. Thucydides dixit φανερὸς εἶναι: quod noſter expreſſit. Eſt enim *profeſſus* idem ac palam faſſus. v. Ind. 1. Mſſ. Puteani, Giſanii, Boecleri, ac pleriſque editis, legebatur *proſecutus.* In Cod. Longolii: *prolocutus.* Sed utrumque gloſſema puto. *Boſius.* Pro *apud eos lib.* Leid. *& quos apud lib. Profeſſus* etiam legit cl. Oudend. ad Front. l. 1. Strateg. c. 1. n. 61. Voſſ. B. *proſecutus.*

6 *Quod communi jure gent. fac. poſſ.*] Juris naturae eſſe conſtat, ut vim & injuriam legitimis modis propulſemus. Ex ejuſdem juris fundamento commune inter gentes factum eſt, ut civitates liberae, quae jus

Digitized by Google

tium facere poſſent, [1] Deos publicos, ſuoſque patrios ac penates, quo facilius ab hoſte poſſent defendere, muris ſepſiſſe. [2] neque eo, quod inutile eſſet Graeciae, feciſſe, nam [3] illorum urbem, ut pro- 5
pugnaculum, oppoſitam eſſe barbaris, apud quam jam bis [4] claſſem regiam [5] feciſſe naufragium. Lacedae- 6
monios autem [6] male & injuſte facere, qui id potius intuerentur, quod ipſorum dominationi, quam quod univerſae Graeciae utile eſſet. Quare [7] ſi ſuos legatos recipere vellent, quos Athenas miſerant, ſe remit-

jus imperii haberent, aut aliae a magiſtratu ſupremo, cui ſubeſſent, veniam impetraſſent, moenibus urbes adverſus vim hoſtilem cingerent. Vid. lib. 9. §. 4 De de rer. diviſ. Cunaeus lib. 1. de Rep. Hebr. c. 7. Bodin. de Repub. 5, 5. *Loccen.* Adde Ind. v. *Jus. Boſius.*

1 *Deos publ. ſuoſque patrios penates*] Vid. Ind in *Deus. Boſius.* Leid. & Voſſ. B. C. *Deosque publ.* Pro *ſepſiſſe.* Voſſ. B. *ſepiſſe.*

2 *Neque eo quod inutile eſſet Gr. fec.*] Sic diſerte Mſſ. nec video cur neceſſe ſit cum Lambino *neque eos* reponere. De re ipſa vide Thuc. lib. 1. p. 61. *Boſius.* Cod. P. Dan. & Ultraj. Ed. *neque in eo quod.* Sciopp. 1. Veriſim. c. 20. legit *neque eo, quod,* ſic & Schotti Codex & Voſſ. C.

3 *Illor. urbem ut propugnaculum*] Προπολεμιστήριον Ita vocat Diodor. lib. 14. *Rhegium.* Cicero pro Fontejo. *Eſt in Provincia Gallia Narbo Martius ſpecula populi Romani ac propugnaculum iſtis ipſis nationibus oppoſitum & objectum.* Gebhard. V. Ind. in *Athenae & propugnaculum.* Boſius Pro *oppoſitam* Leid. & Voſſ. C. *oppoſitum.* Sic & c. P. Dan. Sed *oppoſitam* legendum docet cl. Munck. ad Hygin. fab. 4. ut Voſſ. B.

4 *Claſſem regiam*] Mſſ. Leid. & Boecl. *claſſes regias.* q. Edd. *claſſis regia feciſſet naufrag.* Boſ. *Feciſſe* etiam Leid. meus. ſic & legit cl. Munck. ad Hygin. fab. 4. Voſſ. A. B. *claſſes regias feciſſe. Feciſſe* abeſt a Voſſ. C.

5 *Feciſſe naufragium*] Fuiſſe depreſſam aut disjectam Ita Graeci quoque loquuntur. Plutarchus: Αἱ ὑπερανεῖς τύχαι, καθάπερ οἱ στρόβοι τῶν ἀνέμων μεγάλα ποιοῦσι ναυάγια. *Gebhardus.* De hoc loquendi modo cl. Duk. ad Flor. 1, 13, 19.

6 *Male & injuſte facere*] Salluſt. Jug. 22. *Populum Rom neque recte, neque pro bono facturum, ſi ab jure gentium ſeſe prohibuerit.* Gebh.

7 *Si ſuos leg. recip. vellent*] Sic Galli retinent legatos ſpe recuperandorum obſidum apud Caeſar. l. 3. Comm. cap. 8. *Gebhard.*

8 *Aliter illos*] Sic Mſ. Dan. Sed Cod. Boecl. & vulgatae Edd. *alias.* Mox τὸ *eſſent* gloſſema videbatur cl. Gronovio not. ad Liv. 34, 29 *Boſius. Eſſent* addunt Leid & Voſſ. A. B. C. & pro *aliter* Voſſ. B. *alias.*

1 *Non effugit civium ſuor. invidiam*] Vide ex epiſtolis, quae ſub Themiſtoclis nomine circumferuntur, 1. ad Aechylum, 2. ad Alcetam, 14. ad Pauſaniam, & 9. ad Ha-

que qua ſex menſibus iter fecerat, eadem [1] minus diebus triginta in Aſiam reverſus eſt, ſeque a Themiſto-
3 cle non ſuperatum, ſed [2] conſervatum judicavit. Sic [3] unius viri prudentia Graecia liberata eſt, Europaeque ſuccubuit Aſia. Haec altera victoria, quae cum Marathonio poſſit comparari tropaeo: nam pari modo apud [4] Salamina [5] parvo numero navium [6] maxima [7] poſt hominum memoriam claſſis eſt devicta.

tus 8, 1, 15, ampliato dierum numero ait, cum intra 45 dies ad trajectum perveniſſe, nullam partem copiarum ducentem. *Boſius.*

2 *Conſervatum*] Sic Mſſ. Omnes. in aliis edit. typothetarum vitio, credo, male *converſatum*.

3 *Unius viri prudentia*] Vide infra ad 15, 10, 4. *Boſius.*

4 *Salaminem*] Leid. *Salaminam* Voſſ. A. ſupra notatum erat *Salaminem*. B. C. *Salaminam* Leid. *Quae Marathonio*, pro *quae cum Marathonio*. Pro *tropaeo* quod praeceſſit Voſſ. A. B. C. *Tropheo*. ſemper vero *tropaeo* ſcribendum ignorat nemo ex Schol. Ariſtophan. in Pluto. vſ. 453. Adde Epiſt. ad Palmerium in Apolog. pro Lucano, pag. 956. & ut hic *tropaeum Marathonium* de inſigni iſta victoria, ſic Ariſtoph. in Equit. vſ. 1331. dixit τοῦ ἐν μαραθῶνι, τροπαίου, ubi vide Scholia. adde Sil. Italic. L. 14. vſ. 282.

Et Salaminiacis quondam Eoisque tropaeis.

5 *Parvo numero navium*] Triremium ſcilicet CCCLXXX. inter quas Athenienſium CLXXX. juxta Herod. 8, 42. & ſeqq. Aeſchylus tamen CCC. tantum numerat. Cteſias ᴍᴄᴄ. Vid. Uſſer. Annal. Tom. 1. p. 178. & ſeqq. *Boſius.*

6 *Maxima claſſis*] Quippe quae plus quam mille naves habuit, quarum Diodorus ſupra cc. periiſſe ait, praeter una cum viris captas. Cteſias 10. amiſſas ſcribit. Vid. Uſſer. l. c. Contigit a. pugna hac, ut inter omnes conſtat, Olympiadis LXXV. anno 1. archonte Calliade. Sed de anni tempore non eadem omnium ſententia eſt, ſunt enim, qui fine anni pugnatum volunt. Alii Pyanepſione, ſive Octobri ſed ineunte hoc anno, circa diem xx. Boedromionis h. e. ſub autumnum, ſive fine aeſtatis anni Period Jul. 4234. id contigiſſe ſolide demonſtrant Petavius de doctr. temp. 10, 24. Rationar. Temp. 2, 3, 11. & in not ad Themiſtii Orat. 11. p. 639. ac Uſſer. l. c. p. 174. Quorum rationibus exacte congruit Marmor Arundelianum. *Boſius.* cl. Weſſeling. ad Simſonii Chronic. pag. 721. viceſimo Octobris Juliani ex Herodoto & Plutarcho docet Athenienſes a Perſis hanc victoriam reportaſſe. Hiſtoriam late deſcribit Scholiaſtes Ariſtophanis Equit vſ. 782.

7 *Poſt. hom. memoriam*] Quantum unquam in hominum memoria pervenit. Sic loquitur & Ariſtide, nec non Cicero in Verrem. *Quod nemo unquam poſt hominum memoriam fecit.* Gebhard. V. Ind. *poſt*. *Boſius.* In Regibus cap. 1. *maximis poſt hominum memoriam exercitibus.* adi cl. Cortium ad Sall. H. fragm. p. 938.

CAP.

CAP. VI.

Magnus hoc bello Themiſtocles fuit, [1] nec minor in pace. Cum enim [2] Phalereo portu neque magno, neque bono Athenienſes uterentur, hujus conſilio [3] triplex

1 *Nec minor*] Voſſ. A. B. *neque minor*.

2 *Phalereo portu.*] Exc. Dan. *Phalerico*. An legendum *Phalerico*? Nam Graecis φαληρικὸς dictus, Diodorus Sic 11. Ἐπειδὴ χρωμένων τῶν Ἀθηναίων τῷ ὀνομαζομένῳ φαληρικῷ. Epitome Stephani de Urbibus in φάληρον. τὰ τοπικὰ, φαληρόθεν, φαληρόνδε, φαληροῖ, καὶ φαληρικόν. Librariis *Phalaris* tyrannus notior Phalero demo Atticae. Inde occaſio corruptelae. Neque tamen plane rejiciendum τὸ *Phalereo*. Nam ipſe δῆμος, ubi hic portus fuit, (de quo vid. Meurſ. de pop. Att. pag. 136.) non tantum φάληρον & φάληρος, ſed etiam *Phalereus* dictus, Stephanus loco paullo ante laudato. λέγεται δὲ καὶ ὁ δῆμος καὶ ὁ δημότης φαληρεὺς. *Buſius.* Mendozii & Oxon. *Phalerico portu*. Voſſ. A. B. *phalarico*. C. *Phalerico*.

3 *Triplex Piraeei portus &c.*] Hos tres portus vocat Thucyd. αὐτοφυεῖς. Conſtituti tamen hic a Themiſtocle dicuntur, quod naturam admonentem prompta arte ſecutus, eos emunivit. Quod autem Nepos *dignitate civitatem aequiparaſſe, utilitate ſuperaſſe*, ait, ejus rei ſumenda eſt ex *magnificentia* operis ratio. Tanta enim latitudo muri erat, ut duo plauſtra lapides comportantia e regione praeterirent: neque caemento intus lutoque expletus, ſed conſtructis coagmentatisque ſaxis firmatus, ferro plumboque foris continebatur. Nam altitudo abſoluta non eſt, fato quodam operoſioris ſtructurae: quam plerumque deſtituunt ſumtus, operae, tempus &c. *Utilitas* porro ex ipſa urbis conditione aeſtimari debet. Quippe mari potiſſimum hoſtica vis timebatur, ita ut portu occupato parum aut nihil eſſet in oppido praeſidii. Huc conſilium ſpectabat Themiſtoclis, quo jubebat Athenienſes, ſi terra premerentur, relictis domibus huc confugere, facilius omnia propulſaturos &c. vid. Thucyd. l. 1. *Becclerus.* Omnes ferme arbitrantur, Piraeeum ideo triplicem dictum, quod tres portus comprehenderet, nimirum ipſum Piraeeum, Phalerum & Munychiam. Verum qua ratione Phalerus & Munychia *Piraeei portus* dici mereantur equidem non video, & prorſus omni id ratione caret. Nam quamvis uno murorum clauſtro ſepti eſſent, diverſi tamen erant portus, maximoque a ſe invicem diſtabant ſpatio. Sed diſerte docet Pauſanias, jam antequam Themiſtocles Phalerum & Munychiam Piraeeo junxiſſet, tres habuiſſe portus, verba ejus ſunt: Θεμιστοκλῆς δὲ ὡς ἦρξε (τοῦτο γὰρ πλέουσι ἐπιτηδειότερος ὁ πειραιεὺς ἐφαίνετο οἱ προκεῖσθαι, καὶ λιμένας τρεῖς ἀνθ' ἑνὸς ἔχειν τοῦ φαληροῖ) τοῦτο σφίσιν ἐπίνειον εἶναι κατεσκευάσατο. Nullus itaque dubito, quin ideo triplex dictus ſit Piraeeus, quod tres diverſae ſtationes in eo eſſent. Et ſane ex his tribus

triplex Piraeci portus conſtitutus eſt: [1] isque moenibus
circumdatus, ut ipſam urbem [2] dignitate [3] aequipa-
2 raret, utilitate ſuperaret. [4] Idemque muros Athe-
nienſium reſtituit praecipuo periculo ſuo. Namque
[5] Lacedaemonii cauſſam idoneam [6] nacti propter bar-
barorum excurſiones, [7] qua negarent oportere extra
Peloponneſum ullam [8] urbem haberi, [9] ne eſſent loca
mu-

bus ſtationibus unam *Piraeei* nomine fuiſſe inſignitam, facile mihi perſuadeo. Alteram dictam fuiſſe *κανθάρου*, videtur innuere Heſychius: *Κανθάρου λιμὴν οὕτω καλεῖται ἐν Πειραιῷ.* Tertia appellata eſt *Ζειά*. Heſychius: *Ζειὰ ἡ Ἑκάτη παρὰ Ἀθηναίοις καὶ εἷς τῶν ἐν Πειραιῷ λιμένων ἀπὸ τοῦ καρποῦ τῆς ζειᾶς, ἔχει δὲ ὁ Πειραιεὺς λιμένας τρεῖς κλειστούς.* Haec Doctiſſ. Vir. Iſ. Voſſius in not. ad Scylacis Peripl. pag. 8. Ac ſecundae quidem ſtationis etiam Ariſtophanes *Pace* meminit: ſed *Κανθάρου λιμένα* vocat vs. 44.

Ἐν Πειραιεῖ δήπου 'στι, Κανθάρου λιμήν.

Ubi Scholiaſtes: *ὁ Πειραιεὺς λιμένας ἔχει τρεῖς, πάντας κλειστούς* (an ex Heſychio legendum *κλειστοὺς* i. e. catenis clauſos, ut exponit Meurſius de populis Att. p. 95. ſeu, ut Voſſius l. c. ſepto Munychiae contentos?) *εἷς μὲν ὁ Κανθάρου λιμὴν, οὕτω καλούμενος ἀπό τινος ἥρωος Κανθάρου.* Primam Meurſius l. c. *Ἀφροδίσιον* dictam vult, ſequitur enim apud Scholiaſten *εἶτα τὸ Ἀφροδίσιον.* Sed haec fortaſſe non ſtationem alteram ſed alium Canthari locum ſignant: nam & mox additur *εἶτα κύκλῳ τοῦ λιμένος στοαὶ ε.* Ceterum portum hunc praeter Thucydidem & Pauſaniam pulchre deſcribit Strabo lib. 9. F. Junioribus vid. Meurs. l. c. *Boſius.* Voſſ. A. *Pirei.*

1 *Iſque moen.*] Cl. Schefferus Epiſt. 7. ad N. Heinſium legit *iiſque*, ad maenibus referendum dicens.

2 *Dignitate*] Specie, pulchritudine, ſplendore. Vid. Ind. *Boſius.*

3 *Aequipararet*] Exaequaret. Alcibiade, *ut nemo cum labore corporiſque viribus poſſet aequiparare.* Pacuvius.

Nam ſi qui, quae eventura ſunt
Praevideant, aequiparent Jovi.

Sueton. Aug. c. 94. & in Nerone cap. 53. *Gebhardus.*

4 *Idemque muros Athenienſium reſtit praecip. peric. ſuo*] Dignum hoc factum calliditate Themiſtoclea, quod ubique praedicant Graeci, & nullus ferme exſtat ſcriptor, qui non minimum alludat. *Gebhard.* E multis vide Thucyd. 1. Diodor. Sic. 11. Demoſth. Or. ad Lept. Plutarchus in vita. Polyaen. 1. Pauſan. initio lib. 1. Juſtin. 2, 15. Frontin. 1, 1, 10 *Boſius.*

4 *Idemq. mur.*] Leid. *idem mur.* ut & Mſ. Boecl. teſte Boſio & Voſſ. A. B. C.

5 *Lacedaemonii cauſſam idoneam nacti*] De hoc praetextu nihil alibi memini legere. Alii omnes invidiam Lacedaemoniorum obtendunt. Polyaen. 1, 1. *Ἀθηναῖοι τὰ τείχη τοῦ ἄστεος ἤγειραν, Λάκωνες ἐφθόνουν.* Juſtin. 2, 15, 2. *Cum moenia majora complexi fuiſſent, ſuſpecti eſſe Lacedaemoniis coepere, recte reputantibus, quibus ruina urbis tantum incrementi dediſſet, quantum ſit datura munita civitas.* Gebhard.

6 Nacti

munita, [1] quae hoſtes poſſiderent, [2] Athenienſes aedificantes prohibere ſunt conati. [3] Hoc longe alio 3
ſpectabat, atque videri volebant. Athenienſes enim duabus victoriis, [4] Marathonia & Salaminia, tantam gloriam apud omnes gentes erant conſecuti, ut intelligerent [5] Lacedaemonii, [6] de Principatu ſibi cum his certamen fore. Quare eos [7] quam infirmiſſimos eſſe volebant. Poſtquam autem audierunt [8] muros in-

6 *Nacti*] V. Ind. v. *nanciſci*. Boſius.

7 *Qua negarent*] Ita MSC. Gif. Leid. Boecl. Alii addunt *re*: *qua re negarent*, quod tamen abeſſe a membranis, editisque omnibus annotat *Schottus*. Mox pro *haberi* MSC. *habere*. Boſius.

8 *Urb. haberi*] Leid. *Urbem muros habere*. Voſſ. A. *urbem habere*, item B. C. *qua negarent* probant *Gebhardus* & Sciopp. L. 1. Veriſim. c. 20. Voſſ. A. B. *Poloponneſſum* ut *Cherſoneſſum*.

9 *Ne eſſent loca munita*] Juſtin. 2, 15, 3. *Mittunt legatos, qui monerent, ne munimenta hoſtib. & receptacula futuri belli exſtruant*. Gebhardus.

1 *Quae hoſtes*] Leid. *quam hoſtes*.

2 *Athenienſes prohibere ſunt conati*] Ut mox ſequitur, per legatos. Diodor. l. XI. Οἱ πρέσβεις ἀγαγόντες τοῖς οἰκοδομοῦσι προσέταττον ἀφίστασθαι τῶν ἔργων τὴν ταχίστην. Hanc narrationem quoque habet Auctor Scholiorum in Ariſtophanis Equites vſ. 811. *Gebhard.* Habet & Juſtinus l. c. *Boſius.*

3 *Hoc longe alio ſpectabat*] Annotat Schottus e libro ſibi conſulto. *Hoc longe animo ſpectabant*. Refingi poſſet, *Aliud longe animo ſpectabant*. Etſi verbis, inquit, aliud ferebant, animo tamen ad longe aliam rem collimabant. *Gebb.* De ſenſu non abnuo, ſed mutatione opus non eſſe, facile judicabit dictioni Nepotis adſuetus. *Boſius.* Leid. *aliter ſpectabant.* Oxon. *hoc longe aliter animo exſpectabant* Voſſ. A. C. *longe animo ſpectabant.* Sed B. *hoc longe ſpectabant.*

4 *Marathonia & Salaminia*] Mentionem utriuſque Victoriae facit A. Gellius Lib. 17. Noct. Att., cap. 21. pag. 473. Illa orta eſt ante Chriſtum natum 490. *Ernſtius.*

5 *Lacedaemonii*] Aberat a Mſ. *Boecleri*, & poteſt abeſſe. *Boſius.*

6 *De Principatu ſibi*] V. Ind. *principatus.* Boſius. Leid. pro *ſibi*, *ſui.*

7 *Quam infirmiſſimos*] Sic e membr. Bavaris Schoppius Veriſim. 1, 20. A vulgatis particula quam abeſt, ſicut & a Mſ. Boecleri. *Boſius.*

8 *Muros inſtrui*] Omnes editi praeferunt *inſtrui* & ita loquitur Curtius Lib. 5. cap. 5. *Gebhard.* Ita praeter editos Mſ. Boecl. & membranae Bavarae, Schoppio teſte l. c. Firmatque *Gebhardus* illo Curtii 5, 1, 25. *murus inſtructus Laterculo coctili.* Ibid. comm. 33. ubi de hortis penſilibus Babylone. *Saxeae pilae, quae totum onus ſuſtinent, inſtructae ſunt: ſuper pilas lapide quadrato ſolum ſtratum eſt.* Sic recte editiones Belgicae, & pleriſque Mſſ. *Inſtructae.* i. e. exaedificatae,

Digitized by Google

inſtrui, legatos Athenas miſerunt, qui id fieri vetarent. [1] His praeſentibus deſierunt, ac ſe de ea re legatos ad eos miſſuros dixerunt. Hanc legationem
5 ſuſcepit Themiſtocles, & ſolus primo profectus eſt, [2] re-

tae, conſtructae. Non videntur cepiſſe vim hujus verbi, qui *ſaxo* repoſuerunt; quod etiam in codd. Palatinorum uno fuit. Tacitus 2. H. 22, 3. *Legionarius ſubruit muros, inſtruit aggerem, molitur portas.* Alibi dixit *aggerem ſtruere*, 3. H. 20, 6, 2. A. 18, 2. &c. Caeſar, *exſtruere aggerem.* 2. B. G. 29. Solinus cap. 1. *Poſuiſſe ſedes inſtruxiſſe moenia & oppidum ab ea Rhomen vocaſſe.* ſic enim e Mſ. legendum. *Boſius.* Engelſtad. *ſtrui.* v. Sciopp. 1. Veriſ. c. 20. haec Cl. Oud. ad Marg. ſic & Ultraj in Cod. Voſſ. C. *inſtrui.*

1 *His praeſent. deſierunt*] Conſilio Themiſtoclis; nam niſi intermiſiſſent munitionem, a Lacedaemoniis ope reliquorum Peloponneſiorum poterant impediri vi armata. Diodor. lib. XI. *Gebhard.* Thucydides L. 1. paullo aliter: non enim *praeſentibus* Lacedaemoniorum legatis Athenienſes opus intermiſiſſe; ſed Themiſtoclis juſſu (qui ad eos certum hominem occulte miſerat) diſſimulanter & obſcure legatos detinuiſſe; neque dimiſiſſe, priusquam legati, quos ipſi miſiſſent, Athenas reverſi eſſent. Apud Plutarchum in Themiſtocle neque de legatis retentis, neque de opere intermiſſo ullum verbum. *Lambinus.* Thucydidis narrationi congruunt, Juſtinus & Frontinus: loca paullo ante laudavimus. *Boſius.* Adde cl. Oudendorp. ad Frontin. l. 1. Strat. cap. 1. n. 57.

2 *Reliqui legati*] Cl. Oudendorp. legendum conjicit *reliquis legatis* & pro *exſtructa, exſtructi. Atque ut* abſunt a Leid.

3 *Praecepit*] Monuit, ſuaſit, ſuggeſſit. Diodorus παρήγγειλεν. Caeſar Lib. 3. de B. Civil. cap. 62. Curt. Lib. 9. cap. 11. *Gebhardus.* V. Ind. *Boſius. Ut* poſt *praecepit* abeſt a Vet. P. Dan. Voſſ. A. B. vide ad. Milt. cap. 1. n. 4.

4 *Omnes ſervi atque liberi opus facerent*] Diodorus Sic. dixit πανδημεὶ τειχίζειν τὴν πόλιν. *Boſius.* Opus & *Opera* paſſim dicuntur de muris, moenibus, templis, aliisque aedificiis, quae exſtruuntur ſive exſtructa ſunt. Virg. l. 2. Georg. vſ. 155.

Adde tot egregias urbes, operumque *laborem.*

Ubi Servium vide. & 3. Aen. vſ. 20.

—— *Divisque ferebam*
Auſpicibus caeptorum operum.

Juſtinus. L. 2, c. 15. *Nuntiatur Spartanis opus Athenis maturari* & l. 36. c. 4. *Matri deinde ſepulcrum facere inſtituit, cui* operi *intentus.* Livius L. 1. cap. 53. *Nam quum velut poſito bello fundamentis templi jaciendis, aliisque urbanis* operibus *intentum ſe eſſe ſimularet.* Sic alii paſſim, ut Graeci ἔργον. Thucyd. quem hic Noſter imitatur L. 1. cap. 90. L. 28. ὅθεν τις ἀφίκοιτο ἴσαι ἐς τὸ ἔργον quod Schol. ibi explicat per ἐπὶ τὴν χεῖρα. Inde Pallas Minerva, quae habebatur dea ſive praeſes artium opificumque, ac inprimis architecturae, dicta fuit a Graecis ἡ θεὸς ἘΡΓΑ'ΝΗ. v. Heraclid. Pontic.

[2] reliqui legati ut tum exirent, quum ſatis altitudo muri exſtructa videretur, [3] præcepit: interim [4] omnes ſervi atque liberi opus facerent, neque ulli loco parcerent, [1] ſive ſacer eſſet, (ſive profanus) ſive privatus,

in Allegor. Homer. p. 444. Scheffer. ad Aelian. L. 1. V. H. c 2. Cl. Graevius in Lect. Heſiod. cap. 11. p. m. 54. & Davies ad J. Caeſar. de B. Gall. L. 6. c. 17. quo tamen titulo etiam per excellentiam inſignitur, quia cenſetur Laniſicii inventrix, ut oſtendit cl. Scheff. l. d. cui adde Ill. Spanhem. ad Callim. H. Pall. vſ. 4.

1 *Sive ſacer eſſet, ſive profanus ſive privatus*] τὸ *ſive profanus* ejiciendum, a nimis liberali manu Longolii invectum; Monuit Schoppius 1. Veriſ. c. 20. Savaro, Schottus, & necdum obtemperatum. Auctor Scholiorum in Ariſtophan. Equites, (vſ. 811. ubi totam habes hiſtoriam) μὴ φειδομένους μήτε ἰδίου, μήτε δημοσίου τινὸς οἰκοδομήματος. In eo diſcrepans, quod tantum profanos, qua privatos, qua publicos, non vero ſacros locos complecti juſſi fuerint Athenienſes muris ſuis: Nepos autem affirmet non parcitum fuiſſe ſacris quoque, quum tamen fuerit praeceptum vetus μὴ κινεῖν, μήτε βωμοὺς, μήτε τάφους, μήτε ἱερὰ, non eſſe movenda ſeu violanda neque altaria, neque ſepulcra aut heroum ſacella. Vide Zenob. 1. 54. *Gebhard.* A Mſ. Cod. abeſt *ſive profanus*, &, puto, recte: quamvis locus profanus ſacro opponi ſoleat; ſicut *privatus* in ſequentibus publico. Alias, locus profanus & privatus non differunt. Privatus enim profanus eſt, & contra profanus dicitur privatus. Hinc Trebatius apud Macrobium profanum, proprie id eſſe ait, quod ex religioſo, vel ſacro in uſum hominum, proprietatemve converſum eſt. *Lib.* III. *Cap.* III. *Saturn.* Nec Veteres aliam rerum diviſionem agnoſcebant, niſi ut facerent res *ſacras, privatas,* & *publicas.* Quo pertinere videntur Auſonii verſus Eidyll. xv.

Jus triplex, tabulae quod ter ſanxere quaternae,
Sacrum, Privatum, & populi commune quod uſquam eſt.

JCtorum alia eſt diſtinctio in tit. De rer. diviſ. *Ernſtius.* Adde Schopp. Veriſim. 1, 20. & not. Ernſtii, quorum Sententiam firmant Mſſ. Giſ. Put. Sch. Bavarici, Leid. & Ernſtianus. a quibus omnibus τὸ *ſive profanus* abfuiſſe dicitur. Boecleri tamen habet hoc modo: *ſive ſacer, ſive profanus, ſive privatus eſſet, ſive pub.* Videtur & Cod. Danielis habuiſſe: Nam excerpta ejus nullam heic varietatem adnotant, cum tamen haec verba in Longol. editione reperiantur. Praeterea quomodo ex eo, quod jus tantummodo triplex apud Romanos fuit, ſequitur apud Graecos nulla fuiſſe loca privata? ſic enim rationem colligant neceſſe eſt, qui Auſonianum verſiculum urgent. Jam, cur res quaedam profanae erunt; (quid enim aliud ſunt, quas jureconſulti *humani juris* vocant) loca non erunt? Neque verum eſt locum *profanum* & *privatum* non differre, nam ſi maxime admittam privatum omnem profanum eſſe, non tamen omnis

pro-

vatus, ſive publicus: & undique, quod idoneum [1] ad muniendum putarent, [2] congererent. Quo factum eſt, ut Athenienſium muri [3] ex ſacellis ſepulcriſque conſtarent.

CAP.

profanus privatus eſt. Differunt enim ut genus & ſpecies. Haec cum ita ſint, nolui verba haec plane ejicere, ſed ſatis habui, ſi uncis includerem; ut ſuſpecta & in quibusd. Mſſ. & edd. haud reperta. Non repugnabo interim ſiquis ejicienda putet. *Boſius.* Voſſ. A. C. *ſive ſacer, ſive privatus eſſet.* B. *ſive ſacer, ſive profanus, ſive privatus eſſet.*

1 *Ad muniendum*] ad murum ſtruendum, περὶ τὸ τειχίζειν. Sic Plautus forma Proverbii dixit, *ſuo cibo moenia munire.* Curt. Lib. 4. cap. 25. *Munientibus coria velaque juſſit obtendi.* *Munire* ergo περιτειχίζειν *Gebhard.* V. Ind. *Boſius.* pro *ſed undique* Leid. & Voſſ. A. B. *& undique.* Non male tamen *ſed undique* Boſius dicit.

2 *Congererent*] Aptum rei verbum; nam, quod vulgatum eſt olim *cogerent* in Editione Ultrajectina, ſpurium eſt. Virgil.

— *Aeriae quem congeſſere Columbae.*

ad ſtruendum nidum. Hinc *congeries* eſt ſtrues & ſaxorum congeſtus. Curt. 8, 2, 24. *Caedi tamen arbores & ſaxa congeri juſſit.* Flaccus l. 3. Argonaut. vers. 97.

Fert ſonitus immota phalanx iraſque retentat

Congeries dum prima fluat. Gebh. *Coegerent* Leid. quod eſt nihili. *cogerent* q. Edd. ſed *congererent* legendum, hinc enim verbum hoc pro aedificare, conſtruere, uſurpatur. Virg. 3. Georg. vſ. 156.

Tot congeſta *manu praeruptis oppida ſaxis.*

Servius *congeſta manu, aedificata, conſtructa.*

3 *Ex ſacellis ſepulcriſque conſtarent*] Id eſt e rebus ſacris & religioſis Vide §. 8. & 9. Inſtit. De rer. diviſ. & ibidem Interpretes. *Emſtius.*

4 *Adire ad magiſtr.*] Sic Mſſ. Dan. & Schotti: probante *Gebh.* Et eſt ad iſtum modum & alibi loquutus Noſter, itemque Terentius, Caeſar, alii. Thucydides, quem expreſſiſſe videtur: ἐς τὴν Λακεδαίμονα ἐλθὼν οὐ προσῄει πρὸς τὰς ἀρχάς. Aberat tamen particula etiam a Mſſ. Leidenſi & Boecleri. *Boſius.* Sic in Hannibale cap. 2. in Mſſ. Codd. A. & B. *adiit ad regem.* Cicero 3. ad Fam. Epiſt. 10. *Ad me adire quoſdam memini.* Praepoſitionum duplicatione gaudet inprimis noſter Nepos, ut a cl. Cortio ad Salluſt. Catil. cap. 41. n. 5. & ab interpretibus ad h. l. & ad Hannib. c. l. ſatis ſuperque probatum eſt: qua ratione procul omni dubio Vir. cl. P. Burmannus permotus legit ad Pelopid. cap. 3. *pro in pulvinum ſubjiciens, ſub pulvinum ſubjiciens,* ut ibi oſtendemus. Sic Ovid. 3. Metam. vſ. 597.

— *Diae telluris ad oras*
Applicor.

Pompon. Mela L. 1. c. 7. *hinc ad Syrtim adjacent.* Cicero oratione 5. in Verrem apud A. Gellium L. 1. c. 6. *adeunt ad ea loca, quae nunquam antea adierant.* Conſule Magn. Brouckhuſ. ad Tibull. L. 1. El. 5. vſ. 40.

Ser-

Digitized by Google

CAP. VII.

Themiſtocles autem, ut Lacedaemonem venit, 1
[4] adire ad magiſtratus noluit, & dedit operam,
[1] ut quam longiſſime tempus duceret: [2] cauſſam in-
terponens, [3] ſe collegas exſpectare. Quum Lacedae- 2
monii quererentur, opus nihilominus fieri, eumque
[4] ea

Sertaque de ſanctis deripuiſſe focis. Et quae notabimus ad Alcibiad. cap. 1. Caeſ. Auguſtum praepoſitiones verbis junctas geminare fuiſſe ſolitum ex Suetonio in ejus vita cap. 86. docet cl. Burm. ad Phaedr. L. 1. fab. 8. Hunc loquendi modum certe a Graecis mutuati ſunt Latini. Herodot. L. 3. cap. 65. ἐν τῇ γὰρ ἀνθρωπηΐῃ φύσι οὐκ ἐνῆν ἄρα τὸ μέλλον γίνεσθαι ἀποτράπειν. ἘΜμένειν ἘΝ τῇ Ἀττικῇ dixit Thucyd. L. 2. cap. 23. Ariſtoph. Pluto vſ. 430. Ζητοῦντες ἘΚ πάσης με χώρας ἘΚβαλεῖν. & vſ. 791. Ἐμοὶ γὰρ ἘΙΣιόντος ἘΙΣ τὴν οἰκίαν, & ſic ſaepius apud optimos ſcriptores. Adeat etiam lector Doctiſſ. Raphelium ad Acta Apoſtol. cap. 19. comm. 30. Nihilominus tamen *adire magiſtratus*, ut in Voſſ. B. etiam probum eſſe oſtendemus ad Timoth. cap. 2. & variat Cod. Leid. qui nunc addit nunc demit praepoſitiones. Sic in Pauſan. cap. 2. pro *ex publicis vinculis effugiſſe* in illo legitur Codice *publicis vinculis effugiſſe*. Contra in Hannibale cap. 6. in Vulgatis Edd. legitur *qui ſimul cum eo acie exceſſerant*. Leid. & Voſſ. A. B. proferunt *q. ſ. c. eo ex acie exceſſerant*. & ſic ſaepius.

1 *Ut quam longiſſime tempus duceret*] Juſtin. 2, 15, 6. *diem de die proferendo ſpatium conſummando operi quaerebat*. Membranae Schotto excuſſae vocibus traductis: *Ut quam longiſſime tempus interponens diceret cauſſam, ſe collegas expectare*, quod ille non aſpernari videtur; perperam; nam cui utraque locutio *tempus ducere*; dein *interponere cauſſam* inſolens acciderat, ambas flagitioſe transpoſitis verbis e ſuo captu interpolavit. Caeſar l. 1. c. 16. de Bello Gall. *Diem ex die ducere Aedui, conferri, comportari, adeſſe dicere. Ubi ſe diutius duci intellexit*. ἐν τούτῳ τριβήν τινα χρόνου ἐμποιῶν. Gebh. *duceret* Leid. & Ultraj. item Voſſ. B. ſed Voſſ. C. *tempus: interponens cauſſam diceret*.

2 *cauſſ. interpon*] V. Ind. *interponere* & not. ad 1, 4, 1. *Boſius*.

3 *Se collegas expectare*] Auctor ſaepius laudatus in hac narratione elegantem habet rationem politicam: τὸ μὲν πρῶτον οὐκ τὴν παρουσίαν ὑπηρετεῖσθαι τῆς πρεσβείας. μὴ γὰρ ἀσφαλὲς ὑπάρχειν αὐτῷ κοινὰς ἐντολὰς λαβόντι μόνον διαπραγματεύεσθαι πλὴν πρέσβεων καὶ ἔμελλεν, ὅτι μέντοι παρογίνοιντο. Juſtin. *nunc tarditatem collegarum accuſans, ſine quibus agi jure nihil poſſit*. Gebh. De ſenſu ſive interpunctione horum verborum conſule cl. Scheff. Ep. 7. ad N. Heinſ.

4 *Ea re*] Mſſ Dan. Boecler. & q. edd. *in ea re*. Boſius. Leid. etiam *in ea re* & Voſſ A. B. C. Sic in Ageſilao cap. 3. *In quo quum eum opinio*

Digitized by Google

ea re [1] conari fallere, interim [2] reliqui legati ſunt conſecuti: a quibus quum audiſſet, non multum [3] ſupereſſe munitionis, ad Ephoros Lacedaemoniorum acceſſit, penes quos [4] ſummum imperium erat: atque apud eos contendit, falſa his eſſe delata: quare aequum eſſe, [5] illos, viros bonos nobileſque mittere, qui-

nio feſelliſſet. & pro *Lacedaemonii* Voſſ. C. *Lacedaemoni.*

1 *Conari fallere*] Quin prorſus fallebat: quod alii ſcriptores, Thucydides lib. 1. p. m. 60. Plutarchus in Themiſtocle, Cic. 1. Offic. Aelianus Var. Hiſt. 3. 47. ſatis confirmant. Quid? quod ipſe Themiſtocles in ſuis ad Habronychum literis *ſtrategema* vocat? Et res ipſa ſatis loquitur: dum legationem hanc temporis trahendi cauſa obierat, ut interim moenia domi perficerentur. Velut hodieque ſolent quaedam legationes temporis terendi cauſſa ſuſcipi, dum eorum authores ſubdole quid moliuntur. vid. Paſchal. Legati c. 37. Sed & mendacio hic ad Lacedaemonios utebatur: quod ſibi licere putabat ad utilitatem patriae ſuae. Id nec Plato penitus improbaſſe videtur, qui ſic lib. v. de Rep. *Crebro mendacio & fraude imperantes uti oportet ad commodum ſubditorum.* De Legati mendacio plura Paſchalius Legati cap. 57. & Alb. Gentilis de Legatione 2. 2. & 3, 1. *Loccenius.*

2 *Reliq leg ſunt*] Leid. *reliq. ſunt.* Voſſ. A. *conſecuti* non *conſequuti.*

3 *Supereſſe*] Schotti liber *ſuperare* h. l. reliquum eſſe, reſtare. Auctor Graecus [illegible]. Diodor. [illegible]. Cicero quoque ita loquitur Paradoxis; *uter igitur eſt ditior, cui deeſt, an cui* ſuperat? De Oratore *In diviſione generum & deeſſe aliquam partem & ſuperare mendoſum eſt.* & alibi, quae tamen loca non ſuppetunt memoriae. *Gebhardus.* Liber *Schotti* inſpectus: *ſuperare.* Quod etiam *Gebhardo* probatur. Sed quae ab utroque adducta ſunt Virgilii ac Ciceronis loca, non quadrant. Nam ibi *ſuperare*, vel abundare eſt, vel ſuperſtitem eſſe. At ſic plane Livius: *Multa die ſuperante acceſſit.* Et Ovidius:

Pars ſuperat coepti, pars eſt exhauſta laboris.

Idem alibi:

— nec tempora vitae
Longa meae ſuperant.

Adiis eruditiſſ. Bangii obſervation. philologic. lib. 2. pag. 789. *Boſius.* Voſſ. A. *Superare. Superare* poni ab ipſo Cicerone pro reſtare & perficiendae rei deeſſe docet Gronov. ad A. Gell. L. 1. N. A. cap. 22. cui adde Cortium ad Salluſt. B. Jugurth. cap. 70. n. 2.

4 *Summum imperium*] Cod. P. Dan. *imperium ſummum.* Voſſ. B. *imperium ſummum eſt.* In marg. *erat.* Voſſ. C. *ſummum erat imperium.*

5 *Illos viros bonos nobileſque mittere, quibus &c.*] Auctor apud Ariſtophan. Explanatorem, Ἀλλ' [illegible]. Polyaen. vocat [illegible]. Front. *& rogavit, ut mitterent aliquos, quibus*

1 quibus fides haberetur, qui rem explorarent: 2 interea ſe obſidem retinerent. Geſtus eſt ei mos, 3 tresque legati, functi ſummis honoribus, Athenas miſſi

bus crederent de munitione Athenarum. Gebhardus.

1 *Quibus fides haberetur*] Sic *Lambinus* edidit, & in Mſ. ſuo *P. Daniel* reperit. Ceteri editi juxta & manu exarati codd. *q. f. adhiberetur.* quam phraſin ut parum Latinam rejicit G. Scioppius in paradoxis litterariis Epiſt. 5. pag. 43. Nic. tamen Heinſius apud Ovidium 15. Metam. 361. hanc trium Codd. Mſſ. lectionem probat.

Si qua fides rebus tamen eſt adhibenda probatis.

Ubi vulgo legitur *addenda*, eamque firmat illo Auſonii Ep. 12.

Si qua fides falſis umquam eſt adhibenda poetis.

Idem hic Scioppius totum hoc ex gloſſa vel interpretatione ad oram libri poſita in contextum orationis irrepſiſſe, eoque expungendum cenſet. *Et enim*, inquit, *palam otioſum. Si enim Lacedaemonii ex civibus ſuis viros bonos nobilesque Athenas miſerent, qui rem explorarent, fieri aliter non poterat, quin maximam eis rerum omnium fidem haberent.* Sed pro recepta lectione praeter conſenſum librorum omnium, cum illud facit, quod Nepos, ſicut & Julius Caeſar ac ejus aetatis alii, ea addat aliquando, quae tautologiae ſpeciem habent, atque omitti potuiſſe videntur, ut 2, 1, 2. & 13, 3, 2. (quamquam & ibi Scioppius a gloſſa eſſe exiſtimat, quae abundare videntur: Vid. not.) tum quod alii ſcriptores dicunt petiiſſe Themiſtoclem, ne Lacedaemonii falſo rumori fidem haberent, ſed mitterent, quibus referentibus credi poſſit. Diodor. lib. 11. παρεκάλεσε τοὺς ἄρχοντας μὴ πιστεύειν κεναῖς φήμαις. Auctor incertus apud ſcholiaſten Ariſtoph. in Equit. p. 338. ἔπεισεν αὐτοὺς μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν τοῖς διαβάλλουσιν ὡς ἐχθροῖς κατασκευάσαι τὴν πόλιν, ἀλλ' ἀποδεξαμένους αὐτῶν ἄνδρας τοὺς εὐνοίᾳ τῇ περὶ διαφέροντας, ἐκπέμψαι ἐπισκεψομένους. Frontinus, 1, 1, 10. *contendit, falſum ad eos rumorem perlatum; & rogavit, ut mitterent aliquos ex principibus, quibus crederent de munitione Athenarum*, Boſius. Pro *haberetur*, Leid. & Voſſ. A. B. C. *adhiberetur.* Quod non probat cl. Oud. & recte, nam *fidem adhibere* notat fideliter in re verſari, ſed *habere fidem* notat credere v. cl. Burm. ad l. l. Ovidii, & Vavaſſor. de Vi & Uſu Quorumd. Verbor. p. 2. Pro *explorarent* Leid. *Expiorarent.*

2 *Interea ſe obſidem retinerent*] Membranae Schotto inſpectae longius abeunt, *interea ſibi detrahere reticerent*, quod ille exponit, deſinerent male de ſe loqui, remque ſermonibus traducere ac factum damnare. Sed nunquam mihi perſuaſerit ita coacte & implicite loqui Cornelium noſtrum: dein vertitur hiſtoria in aliam circumſtantiam, quae nunquam intervenit. Affligit ejus conjecturam Graecus ille Scriptor crebrius modo laudatus: μέχρι δὲ τῆς ἐκείνων παρουσίας ὅμηρον αὐτὸν κατεπηγγέλλετο. Diodor. l. xi. ὁ τοῦτον ἐγγυητὴν ἑαυτὸν παρέδωκε. *Gebhardus.* Voſſ. C. *interea ſibi detrahere retinerent.*

3 *Tresque legati functi ſummis honoribus*] Numerus non exprimitur alibi.

miſſi ſunt. [1] Cum his collegas ſuos Themiſtocles juſſit proficiſci: [2] eisque prædixit, ut ne prius Lacedaemoniorum legatos [3] dimitterent, quam ipſe eſſet
4 remiſſus. Hos poſtquam Athenas perveniſſe ratus [4] eſt, ad magiſtratum, ſenatumque Lacedaemoniorum adiit, & apud eos liberrime [5] profeſſus eſt: Athenienſes ſuo conſilio, [6] quod communi jure gentium

alib. Diodorus: εἰς δὲ τὰς Ἀθήνας ἀπέστειλαν τοὺς ἐπιφανεστάτους κατασκεψαμένους, καὶ περὶ ὧν ἂν ᾖ χρεία πολυπραγμονῆσαι. Auctor Graecus ἄδηλος, Πευσθέντων ἐν Λακεδαιμονίων, ἐς τοὺς μάλιστα διαφέροντας ἐντιμίᾳ καὶ πίστει τῶν πολιτῶν. Quae omnia vulgatam tutantur lectionem. Nihilominus neſcio quo libro fretus CL. Schottus *facti*, hoc eſt, illo interprete, creati: dein: *ſummis honoribus*, id eſt ſumma auctoritate. Ignoſcat mihi cultiſſimi & mitiſſimi viri genius; nunquam ſum tam credulus futurus petulantiae imperitiſſimorum exſcriptorum, ut planiſſime dicta obſcuriſſimis, vixque coelo latino perferendis poſtponam. *Gebh.* Voſſ. B. *geſtus ei mos.*

1 *Cum his colleg. ſuos Them. juſſit profic.*] Variat heic Diodorus, qui vult cum Themiſtocle & caeteros legatos ipſum conſecutos Lacedaemone a Spartanis retentos, lib. XI. A partibus vero Nepotis ſtat Frontinus. *Gebhardus.* Voſſ. A. *Themiſt. ſi juſſit.*

2 *Eisque praedixit*] Frontinus: *ſuis clam ſcripſit*: Juſtinus 2, 15, 8. *per ſervum magiſtratibus ſcribit.* Gebh. Ergo *praedicere*, monere, interdicere, vetare, & ut cap. 6, 5. loquebatur, *praecipere* eſt. Sic Tacitus 13. A. 36, 1. *ne pugnam priores auderent, praedixit.* Idem 16. A. 33, 2. *praedictione ne in Rep. haberetur.* Vellejus 2. 82, 2. *praedixitque ne destinatum iter peterent* Livius 23, 19. *praedictum erat Dictatoris, ne quid abſente eo rei gereret.* Boſius. Pro *eisque* Boeckleri Codex & Voſſ. A. B. *hiſque.* Pro *ne prius* Voſſ. C. *quamprius.*

3 *Dimitterent*] Sic Leid. ac ita legendum recte cenſet cl. Oud. ad Frontin. l. 1. Strateg. cap. 1. n. 62. Voſſ. B. *remitterent* ſed, ſupra notatum erat *dimitterent.*

4 *Eſt, & ad mag.*] Leid. *Eſt, ad mag.* cl. Oud. delet etiam *&*, ac pro *magiſtratum* legit *magiſtratus*, ut ſupra h. c. & Ter. Phorm. 2, 3, 56.

5 *Profeſſus*] Reſtituit e Mſ. ſuo hanc vocem Savaro, habuitque & P. Dan. Codex. Uſus ea & infra eſt 23, 11, 1. Thucydides dixit φανερῶς εἶπεν: quod noſter expreſſit. Eſt enim *profeſſus* idem ac palam faſſus. v. Ind. 1. Mſſ. Puteani, Giſanii, Boecleri, ac plerisque editis, legebatur *proſecutus.* In Cod. Longolii: *prolocutus.* Sed utrumque gloſſema puto. *Boſius.* Pro *apud eos lib.* Leid. *& quos apud lib.* *Profeſſus* etiam legit cl. Oudend. ad Front. l. 1. Strateg. c. 1. n. 61. Voſſ. B. *proſecutus.*

6 *Quod communi jure gent. fac. poſſ.*] Juris naturae eſſe conſtat, ut vim & injuriam legitimis modis propulſemus. Ex ejusdem juris fundamento commune inter gentes factum eſt, ut civitates liberae, quae jus

Digitized by Google

tium facere poſſent, [1] Deos publicos, ſuosque patrios ac penates, quo facilius ab hoſte poſſent defendere, muris ſepſiſſe. [2] neque eo, quod inutile eſ-
ſet Graeciae, feciſſe, nam [3] illorum urbem, ut pro- 5
pugnaculum, oppoſitam eſſe barbaris, apud quam jam
bis [4] claſſem regiam [5] feciſſe naufragium. Lacedae- 6
monios autem [6] male & injuſte facere, qui id potius intuerentur, quod ipſorum dominationi, quam quod univerſae Graeciae utile eſſet. Quare [7] ſi ſuos legatos recipere vellent, quos Athenas miſerant, ſe remit-

jus imperii haberent, aut aliae a magiſtratu ſupremo, cui ſubeſſent, veniam impetraſſent, moenibus urbes adverſus vim hoſtilem cingerent. Vid. lib. 9. §. 4 De de rer. diviſ. Cunaeus lib. 1. de Rep. Hebr. c. 7. Bodin. de Repub. 5, 5. *Loccen.* Adde Ind. v. *Jus. Boſius.*

1 *Deos publ. ſuosque patrios penates*] Vid. Ind in *Deus. Boſius.* Leid. & Voſſ. B. C. *Deosque publ.* Pro *ſepſiſſe.* Voſſ. B. *ſepiſſe.*

2 *Neque eo quod inutile eſſet Gr. fec.*] Sic diſerte Mſſ. nec video cur neceſſe ſit cum Lambino *neque eos* reponere. De re ipſa vide Thuc. lib. 1. p. 61. *Boſius.* Cod. P. Dan. & Ultraj. Ed. *neque in eo quod.* Sciopp. 1. Veriſim. c. 20. legit *neque eo, quod,* ſic & Schotti Codex & Voſſ. C.

3 *Illor. urbem ut propugnaculum*] Προπολεμιστήριον Ita vocat Diodor. lib. 14. *Rhegium.* Cicero pro Fontejo. *Eſt in Provincia Gallia Narbo Martius ſpecula populi Romani ac propugnaculum iſtis ipſis nationibus oppoſitum & objectum.* Gebhard. V. Ind. in *Athenae & propugnaculum.* Boſius Pro *oppoſitam* Leid. & Voſſ. C. *oppoſitum.* Sic & c. P. Dan. Sed *oppoſitam* legendum docet cl. Munck. ad Hygin. Fab. 4. ut Voſſ. B.

4 *Claſſem regiam*] Mſſ. Leid. & Boecl. *claſſes regias.* q. Edd. *claſſis regia feciſſet naufrag.* Boſ. *Feciſſe* etiam Leid. meus. ſic & legit cl. Munck. ad Hygin. fab. 4. Voſſ. A. B. *claſſes regias feciſſe. Feciſſe* abeſt a Voſſ. C.

5 *Feciſſe naufragium*] Fuiſſe depreſſam aut disjectam. Ita Graeci quoque loquuntur. Plutarchus: Αἱ δυστυχεῖς τύχαι, καθάπερ οἱ σκληροὶ τῶν ἀνέμων μεγάλα ποιοῦσι ναυάγια. *Gebhardus.* De hoc loquendi modo cl. Duk. ad Flor. 1, 13, 19.

6 *Male & injuſte facere*] Salluſt. Jug. 22. *Populum Rom neque recte, neque pro bono facturum, ſi ab jure gentium ſeſe prohibuerit.* Gebh.

7 *Si ſuos leg. recip. vellent*] Sic Galli retinent legatos ſpe recuperandorum obſidum apud Caeſar. l. 3. Comm. cap. 8. *Gebhard.*

8 *Aliter illos*] Sic Mſ. Dan. Sed Cod. Boecl. & vulgatae Edd. *alias.* Mox τὸ *eſſent* gloſſema videbatur cl. Gronovio not. ad Liv. 34, 29 *Boſius. Eſſent* addunt Leid & Voſſ, A. B. C. & pro *aliter* Voſſ. B. *alias.*

1 *Non effugit civium ſuor. invidiam*] Vide ex epiſtolis, quae ſub Themiſtoclis nomine circumferuntur, 1. ad Aechylum, 2. ad Alcetam, 14. ad Pauſaniam, & 9. ad Ha-

Digitized by Google

mitterent: [8] aliter illos nunquam in patriam eſſent recepturi.

CAP. VIII.

1 [1] Tamen [1] non effugit civium ſuorum invidiam. namque [2] ob eundem timorem, quo damnatus erat Miltiades, [3] teſtarum ſuffragiis e civitate ejectus,
2 [4] Argos habitatum conceſſit. Hic quum [5] propter multas ejus virtutes magna cum dignitate viveret, [6] La-

Habronychum. *Boſius.* Leid. *civitatum.* q. Edd. *Hic tamen* &c.

2 *Ob eund. timor*] Sup. ad 1, 8, 4. *Boſius.*

3 *Teſtarum ſuffragiis*] Oſtraciſmum intelligit, qui quomodo fieret, ab aliis dudum adnotatum eſt. Recte autem Plutarchus in Themiſtocle (p. 123. B.) obſervat *non poenam fuiſſe decennale illud exilium, ſed mitigationem allevationemque invidiae, ut dignitatem eorum & auctoritatem deprimerent, qui uni omnium excellerent maxime & antiſtarent.* Neque enim aut excidebant bonis ſuis, aut incurrebant infamiam: in eo omnis coërcitio conſtabat, ut abeſſent ab urbe ad definitum tempus, ne potentia & gratia, qua pollerent, ad invadendam tyrannidem, invitarentur, & populus libertate privaretur. Quod in Piſiſtrato eveniſſe noverant. Nam poſt exactum ejus filium Hippiam, qui in Marathonia pugna ceciderat, contra patriam militans, inſtitutus Oſtraciſmus eſt, & lata lex, ut nemo unus excellat, aut ſi extiterit aliquis, alio loco, & apud alios ſit. Similia his Plutarchus ſcribit Ariſtide p 322. C. D. E. ubi etiam docet, quomodo ipſa illa res inſtitueretur. *Buchn.* Adde Ind. v. *Oſtraciſmus*, & not. ad 5, 1, 3. In Mſſ. quibusdam erat *teſtularum*: qua voce in eadem re uſus eſt infra 3, 1, 2 *Boſius.* Schotti Codex & Voſſ. B. C. *teſtularum.* Ad hanc hiſtoriam alludit Ariſtophan. Equit. vſ. 816. ubi V. Schol. & ad Thucyd. l. 1. cap. 135. l. 99.

4 *Argos*] Ubi commorabantur, qui teſtarum ſuffragiis e civitate ejecti erant. *Lambinus.*

5 *Propter multas*. Leid. *per multas.*

6 *Lacedaemonii legat. Athenas miſ. &c.*] Diodorus Sic. tamen lib. XI. a crimine abſolutum refert, & poſtea ob ſuſpicionem excellentiae patria pulſum. Thucydides vero lib. I. jam ante patria a civibus ejectum, ad Lacedaemoniorum accuſationem, ulteriore proſecutione ab Athenienſibus exagitatum fuiſſe authror eſt. Et hoc convenit ipſius Themiſtoclis narrationi Epiſt. IX. & XIII. *Lacren.* Cauſſam, cur Lacedaemonii accuſarent Themiſtoclem, Diodorus hanc fuiſſe ait, quod ipſi ob Pauſaniae proditionem male audirent, Athenienſium v. exiſtimatio inclareſceret, propterea quod nullus dum ipſorum civis proditionis convictus eſſet. Itaque eos parem nomini Athenienſi ignominiae

[6] Lacedaemonii legatos Athenas miſerunt, qui eum abſentem accuſarent, quod ſocietatem cum rege [1] Perſarum ad Graeciam opprimendam [2] feciſſet. [3] Hoc 3
crimine abſens proditionis eſt damnatus. Id ut audivit, quod non ſatis tutum ſe Argis videbat, [4] Corcyram demigravit. [5] Ibi quum ejus principes civitatis animadvertiſſet timere, ne propter ſe bellum his Lacedaemonii & Athenienſes indicerent, [6] ad Adme-

niae notam inurere properaſſe. *Boſius.*

1 *Perſarum*] Alii libri *Perſe*: quos Lambinus excuſſit; *Perſiae* vel *Perſidis*. Gebhard. *Perſe* Leid. & Cod P. Dan. item Voſſ. A. C.

2 *Feciſſet*] Longol. *iniiſſet*, repugnantibus libris. *Facere ſocietatem* etiam infra noſter dixit 9, 2, 2 ſicut & Cic. pro Quinctio 8. *facere amicitiam* 7, 6, 4. & 14, 10, 2. *Foedus amicitiamque facere* Juſtin. 12, 2, 12. *Boſius.* Cod. P. Dan *feciſſet*. Boſius ſua partim Gebhardo debet, quare non adſcripſi hic Gebhardi notam.

3 *Hoc crim. abſ. prod. eſt damnatus*] Meminit iniqui hujus judicii quoque Dio Chryſoſtomus Orat LXXIII. Θεμιστοκλέα, inquit, ἐκπεσεῖν ὥσπερ προδιδόντα, ὃς παρέλαβεν αὐτήν. *Ernſtius.* Nempe proditionis cum Pauſania initae accuſabatur, quoniam familiarius coutebatur, ac quotidie literas & nuncios ad eum miſſitabat. Thucyd. 1. Diod. Sic. 11 Plut. in vita. Qui tamen omnes ab hoc crimine eum abſolvunt. Adde Plut. lib de utilit. ex inim. capienda. *itemque* Themiſtoclis Ep. 14. *Boſius.* Leid. *damnatus eſt.*

4 *Corcyram*] Devinxerat enim ſibi Corcyraeos beneficio, ut Thuc. l. 1. cap. (136.) & Plut. in vita teſtantur. Unde ſe ab his defenſum iri, ſpectare poterat. *Magius.* v. ſup. not. ad 2, 2, 1. Totam narrationem de Corcyraeis habes Epiſt. 12. & 19 earum, quae Themiſtocli tribuuntur. *Boſius.*

5 *Ibi cum ejus principes civitatis animadv.*] Urbem eſſe inſulae cognominem Corcyram, novimus: ejus dubii eximendi gratiâ addit Cornelius a civitatis principibus, metu belli Lacedaemonii, Themiſtoclem faceſſere inde juſſum. Quare non temere cum Schotto τὸ *civitatis* exturbarim. *Gebhardus. Principes civ. anim.* Leid. *princeps anim. Civitatis* abeſt etiam a Schotti codice Mend. pro *indicerent* Voſſ. A. *inciderent*. in Marg. *alii indicerent.*

6 *Ad Admet. Mol. R. conf.*] Sic fere Thucyd. 1. Diodor. 11. Plut. in vita, & ipſe Epiſt. 19. & 20. prolixe. Sed de hoſpitio, quod noſter narrat, in eo neminem adſentientem habet. Nam plerique hiſtoricorum, etiam Cicero in Bruto, inimicum ei fuiſſe Admetum ajunt. Cauſſam habes apud Plut. l. c. & Scholiaſtem Thucydidis p. m. 90. Ipſe Epiſt. 20 ὁ Ἄδμητος ἐμοὶ ὑφ' ἐγνώριζεν, καὶ οὐδ' ἔτι ἐμίσει. Thucyd. ἀναγκάζεται παρ' Ἄδμητον ὄντα αὐτῷ οὐ φίλον καταλῦσαι. Ubi Longolius negandi particulam non agnoviſſe Nepotem cenſet. Sed ego

metum Moloſſorum regem, cum quo ei [1] hoſpitium
4 fuerat, confugit. Huc quum veniſſet, & in praeſentia [2] rex abeſſet, quo majore religione ſe receptum tueretur, [3] filiam ejus parvulam arripuit, & cum ea ſe [4] in ſacrarium, quod ſumma colebatur cerimonia, con-

potius cum Magio dixerim, alios auctores ſequutum eſſe. *Boſius. Ad Adm. Moloſſorum* Leid. & Voſſ. A. C. ſed B. *Moloſorum Admetum Moloſſum.* Admetum Moloſſorum regem Themiſtocli fuiſſe inimicum tum ſchol. Thucydidis lib. 1. cap. 136. hic a Boſio citatus, tum Ariſtides Tom. 3. pag. 385. a cl. Dukero ad Thucyd. l. c. adductus abunde docent.

1 *Hoſpitium fuerat*] Mſ. Dan. *erat*; ſi quid video, recte. Nam hoſpitium, h. e. jus ſive ſocietas hoſpitii per totam vitam colebatur, immo in liberos quoque tranſibat, ut e Plauti Poenulo 5, 1. apparet. Cicer. ad famil. 13, 19. *Cum Lyſone Patrenſi eſt quidem mihi hoſpitium vetus, quam ego neceſſitudinem ſancte colendam puto.* De jure hoſpitii in univerſum, vide auctores in Indice laudatos. *Boſius.*

2 *Rex abeſſet*] Sic quoque Thucydides 1. & ipſe Themiſt. Epiſt. 20. Diodorus tamen vult adfuiſſe & comiter eum excepiſſe. Caeterum in Mſ. Leid. fuit *rex eſſet:* cui, ut opinor, occaſionem praebuit non intellectum *τὸ in praeſentia.* Librarius enim de loco accepit, cum debuerit de tempore. *Boſius.* Leid. *rerum abeſſet* pro *rex abeſſet.*

3 *Filiam ejus parv.*] Imo filium, ſi Thucydidi (l. 1. c. 136.) & Plutarcho credimus. Quare Lambin. exiſtimabat vel lapſum eſſe Nepotem, vel alios ſequutum, vel erratum eſſe librariorum. Et ante Lambin. Longolius non dubitabat a Noſtro ſcriptum fuiſſe *filium parvulum.* Epiſtola 19. Themiſtoclis: ἡμεῖς δὲ ἐφέστιοι ἐκαθεζόμεθα, οὕτω γὰρ ἐκέλευεν ἡ κρατησίπολις. Ἀρείβδας δὲ ὁ μικρὸς ἐπωχεῖτο ἐν ἐμοὶ καὶ ξίφος ἐν θατίῳ. Quae ſi ab ipſius manu ſunt, res confecta eſt. Sed notum eſt Graeculorum ſtudium in Epiſtolis hoc genus fingendis. *Boſius.*

4 *In ſacrarium, quod ſumma colebatur cerimonia*] Morem hunc omnium Graecorum fuiſſe apparet, ut e foco, veluti aſylo, extrahere nefas ducerent; ut nec ab ara, nec a principis ſtatua rapere licebat. Pleni jureconſultorum libri. vide proverb. *E Veſta, Hier. Magium in Probi Pauſaniam num.* 17. & e Thucydide *Turnebum Adverſar.* 21. 8. & hac de re differentem *Jacob. Raevardum Variar.* 1, 7. Schottus. Voſſ. A. *cerimonia* pro *ceremonia.*

1 *Inde non prius egreſſus eſt*] Mſ. Boecl. *Inde prius egreſſus non eſt.* Elegantius, ut opinor. *Boſ.* Sic & Voſſ. B.

2 *Data dextra*] Nullum de data dextra apud hiſtoricos, qui exſtant, verbum. Probabiliter a. hoc a Nepote, ſive ab aliis ſumtum, ſive de ſuo additum, poſitum eſt. Nam qui ſancte aliquid promittebant, & fidem dabant, dextram dabant, apud veteres. Sic apud *Xenoph.* ἑλληνικ. δ. non longe a principio: ἐκ τούτων δεξιὰς δόντες καὶ λαβόντες, ἐπὶ λόγοις ἀπεπέμφθη τὸ ἄστυ. Sic *M. Tullius*

conjecit. [1] inde non prius egreſſus eſt, quam rex eum [2] data dextra [3] in fidem reciperet: quam praeſtitit. nam quum [4] ab Athenienſibus & Lacedaemoniis expoſceretur publice, [5] ſupplicem non prodidit; monuitque, ut conſuleret ſibi. difficile enim eſſe, in tam propinquo loco tuto eum verſari. Itaque [6] Pydnam eum deduci juſſit, & quod ſatis eſſet [7] praeſidii dedit. Hac re audita hic in navem [8] omnibus ignotus

Tullius. Philipp. 11. *Dextrae, fidei teſtes, perfidia ſunt & ſcelere violatae.* Idem 7. ad Att. 9. *contra Caeſarem, ubi ſunt denſae illae dextrae?* *Heſychius*: δεξιαὶ, αἱ γινόμεναι κατὰ συνθήκας ἐμβολαὶ τῶν δεξιῶν χειρῶν εἰς σύμβολον τοῦ βέβαια ἐσεσθαι καὶ εἶναι τὰ συντεθειμένα &c. *Lambinus.* add. *Marcell. Donat. Dilucidat. ad Capitolini Maximinos pag.* 644. *& ſeq.* Boſius.

3 *In fidem reciperet, quam praeſtitit*] Ciceroniana locutio ut 13. ad Fam. Epiſt. 19. *Ut Lyſonem in fidem neceſſitudinemque tuam recipias.* Et *recipere* etiam pro in ſocietatem accipere poni docet Servius ad Virgilium lib 3. Aen. vſ. 666. Voſſ. C. *quam rex quem d. i. f. r.*

4 *Ab Athen & Laced. expoſceretur*] *Expoſcere* eſt ἐξαιτεῖν ἐπὶ τιμωρίᾳ infra Hannib. *Hos Annibal ſui expoſcendi gratia miſſos ratus.* Caeſ. lib. 3 Civil. 110. *Hi regum amicos ad mortem depoſcere* Hirtius lib. 8. c. 38. *Principem ſc. i. & concitatorem b. G. ad ſupplicium depoſcit.* Gebh. Longa oratione, ut ait Thucydides: cujus ſummam una cum reſponſo Admeti habes epiſt. modo laudata, pag. 38. 39. Edit. Graeco Latinae, add. Diodorus 11. pag Gr. 270. *Boſius.* *Ab* abeſt a Voſſ. B.

5 *Supplicem non prodidit*] Τὸν τ' ἱκαλας νόμος τιμήσας ut loquitur Polyaen. lib. 8. *Gebhard.* Veteres a Deo mitti ſupplices, praeſertim non ſua culpa calamitoſos, ideoque prodi, contra jus divinum & naturae fore credebant: qua de re digna legi eſt epiſtola Iſidori Pelaſiotae CLXIV. lib. III. *Laccen.* Eſt autem *prodere* heic idem quod tradere, periculo exponere. Thucyd. ἐκδίδωσιν. v. Ind. *Boſius.*

6 *Pydnam*] Leid. & cod. P. Dan. *Phydnam* Voſſ. A. C. *Phidnam.* *Hac re audita* abſunt a. Leid.

7 *Praeſidii*] Ἐφόδιον καὶ παραπομπὴν Epaminonda. *Praeſidium dedit, ut eo tuto perveniret.* Gebhard.

8 *Omnib. ignotus*] Ed. Ultraject. & Mſſ. Schotti, Leidenſis, Boecleri, addunt *nautis.* Quod a praecedenti facile abſorberi potuit. Thucyd. ἦν γὰρ ἀγνὼς τοῖς ἐν τῇ νηΐ. Schottus tamen gloſſema cenſebat. Mox Ed. Ultraj. pro *aſcendit* habebat *exſcendit*: Mſ. Dan. *eſcendit*, quod verbum & aliis ſcriptorib. e Mſſ. reſtituerunt Gruterus, Gronovius, alii, ideoque heic reponere non dubitavi. *Boſius.* Voſſ. C. *Hic re audita*, & pro *ferretur* in Leid. *fertur*, & paullo poſt pro *neque quemq. eque quemq.* Mſ. Cod. *A. nautis eſcendit.* Voſſ. B. *ignotus nautis adſcendit.* C. *ignotus exſcendit.* *Eſcendere* & *aſcendere* confuſa saepius eſſe docet nos cl. Cort. ad Salluſt.

Digitized by Google

tus aſcendit. quae quum tempeſtate maxima Naxum ferretur, ubi tum Athenienſium erat exercitus, ſenſit Themiſtocles, ſi eo perveniſſet, ſibi eſſe pereundum. hac neceſſitate coactus domino navis, [1] qui
7 ſit, aperit, multa pollicens, ſi ſe conſervaſſet. At
ille clariſſimi viri captus miſericordia, diem noctemque procul ab inſula in ſalo navem tenuit in ancoris, neque quemquam ex ea exire paſſus eſt. [2] Inde Epheſum pervenit, ibique Themiſtoclem [3] exponit: cui ille pro meritis [4] gratiam poſtea retulit.

CAP.

Cat. cap. 55. n. 3. qui & *aſcendere navim* ex corrupto hoc noſtri Auctoris loco defendit ad Jugurth. cap. 25. n. 5. Proprium tamen in hac re eſſe verbum *aſcendere* recte docet nos Vir. Clariſſimus P. Burmannus ad Phaedr. lib. 4. fab. 21. vſ. 9. & ſic in Alcibiad. cap. 4. *& in triremem aſcendit*, ſive ut Cod. Leid *& triremen aſcendit*, ubi nullus Codex profert *eſcendit*. Aſt in Epam cap. 4. pro in *navem adſcenderet* Vetus Cod. *Gebhardi* habet *eſcenderet*. Ceteris habentibus *adſcenderet*. *Conſcendit navim* dixit noſter in Hannib. cap. 7. ubi in Cod. Mſ. A. *navem aſcendit* legitur. Cellarius & Boſius hic in textum receperunt *eſcendit*, quos nondum ſequar.

1 *Quis ſit*] Mſſ. Dan. & Boecl. *qui ſit*. Recte. *qui* pro *quis* ut ſaepe apud Plaut. Terent. Cic. Rem fere eodem modo narrant Thucyd. & Polyaen. 1. adduntque Themiſtoclem minatum, niſi ab ipſo ſervaretur, ſe dicturum Athenienſib. illum pecunia ſe corrumpi paſſum. Quod etiam ipſe ep. 19 refert: ſed cetera paullo aliter narrat. *Boſius*. *Qui ſit* etiam Voſſ. B. C.

2 *Inde Epheſum*] Diodorus multo aliter lib. 2. *Lambinus*.

3 *Exponit*] Ἐκβιβάζει Curtius, Caeſar aliique, quam creberrime ille lib. 3. Civil. c. 31. f. *Neque affectum valetudine filium exponere in terram patitur*. Ita Graeci quoque ἐκθεῖναι uſurpant. Plutarch. Dione *κομίζοντας αὐτὸν ἐκθεῖναι εἰς Ἰταλίαν*. Curt. lib 9. c. 47. *Qui expoſiti erant undique ad naves trepidi, & improviſo malo attoniti recurrunt*. Hirtius de B. Africano c. 10. *Aquandi cauſſa remiges in terram expoſuiſſet*. Gebhard.

4 *Gratiam poſt retulit*] Nempe ingenti pecunia eum donavit, ut Thucyd. & Plut. referunt. *Boſius*. *Poſtea* Gr. r. Voſſ. B.

1 *Plerosque*] Ephorum ſcilicet, Dinonem, Clitarchum, Heraclidem, alioſque complures Plutarcho laudatos. cum quibus & Diodor. Siculus 11. ac Epiſtola 19. Themiſtoclis faciunt. *Boſius*.

2 *Themiſtoclem Xerxe regnante in Aſiam tranſiiſſe*] Membranaceum meum codicem melius legere arbitror: *Themiſtoclem ad Xerxem regnantem in Aſiam tranſiiſſe*: (quomodo & Schoppius Veriſim. 1. 20. e libro vet. emendavit). Ita enim eſt apud

CAP. IX.

Scio [1] pleroſque ita ſcripſiſſe, [2] Themiſtoclem Xerxe regnante in Aſiam tranſiiſſe. ſed ego potiſſimum Thucydidi credo, [3] quod aetate proximus erat, qui illorum temporum hiſtoriam reliquerunt, & ejuſdem civitatis fuit. [4] Is autem ait, ad Artaxerxes I

apud Diodorum Siculum. Sic paullo poſt dicit Cornelius noſter: *ad Artaxerxem eum veniſſe.* Verum Xerxis & Artaxerxis nominum apud Perſas permutatio Chronologiam Perſarum non parum turbat. Diſſenſum veterum hiſtoricorum ſuper hac re Plutarchus quoque indicat *Themiſtocle pag.* 265. quem Acatius ad Thucydid. conciliare ſtudet. Ait enim ad Artaxerxen veniſſe, qui cum patre tum, poſt cladem in Graecia acceptam, Rempub. geſſerit. *Ernſtius.* Videndus omnino Petav. part. 2. Ration. Temp. lib. 3, 10 *Boſius.* Conſule cl. Dukerum ad Thucyd. L. 1. c. 137. L. 49. Mſ. Oxon. *Themiſtocl. ad Xerxem regnantem in Aſiam miſiſſe.*

3 *Quod aetate proximus erat*] Ex Mſ. Cod. lege, *quod aetate proximus ab his erat.* Ernſt. Alii libri, excerpente P. Daniele, *aet. prox. de his qui.* Schoppius *prox. ab his qui.* Schottus vero addit de Mſ. ſuo *proximus erat iis.* Verum vulgata eſt mihi veriſſima ſcriptura, cum infinitis locis provocabulum omittat Nepos, ut Lambinus diligenter monuit. *Gebhard.* Sic e Mſ. Dan. *proximus de his* legendum puto. Vulgo eſt *proximus, qui ill. t. h. r* dura admodum ellipſi. *Schoppius veriſim.* 1, 20. e Bavarico: *qui aetate proximus ab his qui &c.* Ernſtius e ſuo: *qui aetate proximus ab his erat, qui &c.* Schottus denique e Mendoziano: *proximus erat iis, qui &c.* Quae lectiones omnes contextui repugnant. Neque enim ideo Thucydidi potiſſimum credere ſe ait Nepos, quod proximus aetate fuerit hiſtoricorum illis, qui res illorum temporum compoſuerant; ſed quod ipſe vetuſtiſſimus inter eos, & temporibus illis proximus. Nam Ephorus, Dinon, Clitarchus, Heraclides, Diodorus, ceterique, qui Themiſtoclem Xerxe regnante in Aſiam tranſiiſſe ſcripſere, omnes aetate multo poſteriores fuere. Thucydides a. Olymp. LXXVI. anno ſecundo, hoc eſt quadriennio ante exilium Themiſtoclis natus fuit. vid. *Voſſ. de Hiſtor. Graec.* 1, 1. & 4. *De his* igitur eſt: inter hos, ex his, ut ſupra c. 4, 3: *de ſervis ſuis, quem habuit fideliſſimum.* Cujus ſignificatus ignoratione factum puto, ut tam varie locus hic a librariis interpolaretur. *Boſius. Proximus erat iis* Voſſ. A. *proximus & is qui* C. mox pro *& ejuſdem.* Leid. *ut ejuſdem.*

4 *Is autem ait, ad Artaxerxem eum veniſſe*] Suidas ait, φεύγει πρὸς Ἀρταξέρξην [illegible] *Ernſtius.* Id quod etiam ſcripſerat *Charon Lampſacenus*, teſte *Plutarcho:* ſcriptor Thucydide, ipſoque etiam Herodoto, ut volunt, antiq.

xem eum veniſſe, atque [1] his verbis epiſtolam miſiſ-
2 ſe. *Themiſtocles veni ad te, qui plurima mala omnium Grajorum in domum tuam intuli,* [2] *quum mihi neceſſe fuit adverſum* [3] *patrem tuum bellare, pa-*
3 *triamque meam defendere. Idem multo plura* [4] *bona feci,* [5] *poſtquam in tuto ipſe & ille in periculo eſſe coepit. Nam* [6] *quum in Aſiam reverti vellet, praecoe-*

antiquior. Ceterum cum utraque ſententia magni nominis ſcriptoribus nitatur; idcirco *Petavius*, ut componeret hunc diſſenſum, duplex regni Artaxerxis exordium conſtituit, vultque decem annos cum patre regnaſſe. vide cum *lib.* 10. *de doctr. temp. c.* 25. *& in Ration. temp. part.* 2. *l.* 3, 10. Wilh. Langius, fere iiſdem rationibus inductus, eum anno paterni imperii tertiodecimo regem deſignatum exiſtimat, *lib.* 2. *de annis Chriſti cap.* 15. Sed multis utraque eorum ſententia difficultatibus premitur: ut alibi fortaſſe docebimus. *Uſſerius p.* 187. mortem Xerxis in annum P. I. 4240; Themſtoclis tranſitum in proxime ſequentem conjicit. Quod ſi recte ſe habet, ita conciliaveris hunc diſſenſum, ut tranſierit quidem ad Xerxem, (quem nondum cognorat obiiſſe:) ſed a filio demum ejus Artaxerxe receptus fuerit. *Boſius.*

1 *His verbis epiſtolam miſiſſe*] Haec coram reſpondiſſe Regi ipſum increpanti, ait epiſt. 19. p. 41. Vide ib. *Boſius.*

2 *Cum mihi*] Mſ. Dan. *quamdiu.* quomodo Thucydides: ὅσον χρόνον τὸν σὸν πατέρα ἐπιόντα ἐμοὶ ἀνάγκῃ ἠμυνόμην. *Boecl. quod* An legendum *quoad mihi nec. fuit?* vel τὸ *quod* pro *quoad* accipiendum? *Boſius.*

3 *Patrem tuum bellare*] Leid. *patrem bellare.* pro *adverſus* Cod. P. Dan. *adverſum.* pro *Omnium Grajorum* Voſſ. A. C. *hominum Grajorum.* & pro *cum* ſemper in hoc Cod. *quum* reperitur. Nec abſurda lectio eſt *hominum Grajorum*, quum veteres dixere *homines Germani*, *homines Latini* &c. Vide J. Fr. Gronovium L. 2. Obſ. cap. 13. & Tib. Wopkens Lib. 2. Lect. Tullian. cap. 17. p. 227.

4 *Bona feci*] Mſ. Bavarus vetuſtior: *orſus fui*, Schoppio referente Veriſim. 1, 20. ſed Graeca Thucydidis non congruunt. *Boſius.*

5 *Poſtquam in tuto ipſe*] Vir Cl. legendum conjecit: *poſt. in t. ipſa, de patria ſentit,* Sic & aptius cohaereret oratio. Niſi tamen Nepoti Thucydidaea illa exprimere conſtitutum, Ἐπειδὰν ἐν ἀσφαλεῖ μὲν ἐμοὶ, ἐκείνῳ δὲ ἐν ἐπικινδύνῳ πάλιν ἡ ἀποκομιδὴ ἐγίγνετο. Ad prioris conjecturae mentem oppido Plutarchus: ὅτε τῆς Ἑλλάδος ἐν ἀσφαλεῖ γενομένης, παρέσχε τὰ οἴκοι σωζόμενα χαριζόμενος καὶ ὑμῖν. *Boecl. Ego* abeſt etiam a Leid. & Cod. P. Dan.

6 *Cum in Aſiam reverti vellet*] Ita MSC. Schottus in ſcripto Codice reperit, *nollet*, idque convenire autumat iis, quae dixit Noſter 2, 5, 1. *Timuiſſe Themiſt. ne perſeveraret Xerxes bellare.* Plutarchus tranſtulit haec ad propoſitum fugae Perſicae poſt

tio apud Salamina facto, litteris eum certiorem feci, id agi, ut pons, quem in Helleſponto fecerat, diſſolveretur, atque ab hoſtibus circumiretur. quo nuntio ille periculo eſt liberatus. Nunc ad te autem confugi [1] *exagitatus a cuncta Graecia, tuam petens amicitiam: quam ſi ero adeptus,* [2] *non minus me bonum amicum habebis, quam fortem inimicum ille expertus eſt.* [3] *Ea autem rogo,* [4] *ut de his rebus,* [5] *de quibus te-*

poſt miſſum a Themiſtocle nuntium, non ad conſilium perſeverandi, quod antea habuerit Xerxes. hoc ſenſu: cum jam reditum *Perſa maturaret*, Themiſtoclem effeciſſe, ut tutus ei receptus eſſet ab inſectatione Graecorum. πολλὰ μὲν ὀφείλουσι ἐμοὶ κακὰ Πέρσαι, πλείω δ' ἀγαθὰ κωλύσαντι τὴν δίωξιν. Quae verba Themiſtoclis vulgatam lectionem tuerentur, ſi nuntium Xerxi miſſum ante voluntatem revertendi; eſſet hic memoratum *Boecl.* Xerxem ante acceptum a Themiſtocle nuntium cogitaſſe reverti, clare docet Herodotus. Nam poſtquam narraſſet conſilium Artemiſiae reditum ſuadentis ſubjicit ἥσθη τε δὴ τῇ συμβουλῇ Ξέρξης· λέγουσα γὰρ ἀπετύγχανε τάπερ αὐτὸς ἐνόεε· οὐδὲ γὰρ εἰ πάντες καὶ πᾶσαι συνεβούλευον αὐτῷ μένειν, ἔμενε ἄν, δοκέειν ἐμοὶ· οὕτω καταρρώδηκεε. Quae ſatis meo *quidem judicio receptam lectionem tuentur.* Boſius. *Vellet* etiam Leid. & Voſſ. A. B. & pro *Salamina* Leid. & Voſſ. A. B. C. *Salaminam.* paullo poſt *circumiretur* & in Cod. P. Dan. & Voſſ. A. C. *confugi ad te.*

1 *Exagitatus a cuncta Graecia*] Tranſlatio a Venatoribus, qui exactam cubilibus ſuis feram nullibi patiuntur conſiſtere, donec in poteſtatem veniat. Ovidius (L. 3. Art. Am. 662.) *Et lepus hic aliis exagitatus erit.* Gebhard. Ad L. d. Ovidii conſule Cl. Burmanni notas.

2 *Non minus bonum amicum &c.*] Non video, quid ſibi velit dubitatio Lambini quaerentis, *quid inter ſit inter fortem & bonum?* aut cur *acrem inimicum* (quod ſubſtituendum putabat) commodius legi poſſit. Senſus ſatis planus: pater tuus virtutem meam & induſtriam in hoſtem expertus eſt: tu experiere fidem & operam amici. *Bonus amicus*, non latiſſimo illo ſignificatu boni, qui ad omnes virtutes pertinet, ſed reſpectu fidei & utilitatis, ad quam praeſertim Themiſt. apud Thucyd. & Plutarch. provocat, accipiendus eſt: ſicut fortis inimicus efficaciam in nocendo & ſtrenuitatem notat. Denique: Βαρὺς πολέμιος, καὶ χρηστὸς φίλος. *Boecl.* Adde *Gebhardo* laudatos Tacit. 1. H. 71, 2, 3. Senec. de Ira 2, 34. *Boſius.* Itaque *Gebhardi* notam hic omiſi.

3 *Ea autem*] Leid. *id autem.*

4 *Ut de his r.*] Leid. *ut his r*

5 *De quibus tecum loqui volo*] Schotti liber, MſT. Bavari Schoppio 1. Veriſ. c. 20. laudati: *quas tecum colloqui volo.* Boſius. Voſſian. A. *quas tecum colloqui* item B. C. *Loqui* ſive *colloqui res* pro *de rebus* ſatis defendi poteſt. Adi cl. Cort. ad Salluſt. Cat. cap. 5. n. 9. & Grae-

corum

tecum colloqui volo, [3] *annum mihi temporis des, eoque transacto, me ad te venire patiaris.*

CAP. X.

1 Hujus rex animi magnitudinem [4] admirans, [5] cupienſque talem virum ſibi [6] conciliari, [7] veniam dedit. Ille [8] omne illud tempus literis, ſermonique Perſarum dedit: quibus adeo eruditus eſt, ut multo commodius dicatur apud regem verba feciſſe, quam hi poterant, qui in Perſide erant nati.
2 Hic cum multa regi eſſet pollicitus, gratiſſimumque illud, ſi ſuis

corum eſt imitatio ſic *ἐυλόγειν τύχην* pro *περὶ τύχης* Eur. Alceſt. vſ. 1070. in Suppl. vſ. 612. *Δικαίως δ'αἰμονας σύγ' ἱκέτας.* adi Schol. Ariſtoph. Acharn. vſ. 203. & Doctiſſ. Elſner. ad Eu. Lucae cap. 20. Comm. 37.

3 *Annum mihi temporis des*] Probat prae caeteris hanc lectionem Savaro. At Schoppius e Schedis Giſanii *annum mihi tempus des.* At P. Daniel *annum mihi temporis ſpatium.* A Savarone non auſim diſſentire. *Gebb.* Leid. *annuum mihi tempus* Put. teſte Boſio *annum mihi temporis ſpatium.* mox *ad te venire patiaris* omiſſo *me* Boecl. & Voſſ. B. C.

4 *Admirans*] Boecler. *admiratus.* Boſius. Voſſ. B. *admiratus*, ſed ſupra notatum erat *admirans.*

5 *Cupienſque t.*] Leid. *cupiens t.* & ſequens *ſibi* abeſt a Leid. De re vide cl. Waſſe ad Thucyd. L. 1. c. 138. L. 65.

6 *Conciliari*] Inter ſuos adjici *Gebhardus.*

7 *Veniam dedit*] Sic loquitur Pauſania, Dione, atque Eumene. Caeſ. L. 7. Comm. c. 15. f. *Datur petentibus venia.* Juſtin. L. 11. c. 15. *Pro ſe juſtam magis quam gravem ſepulturae veniam orare.* Cicero Attico. *Impetravi a Salaminiis ut ſilerent, veniam illi quidem mihi dederunt* h. e. permiſerunt vel conceſſerunt. Oroſius Lib. 5. c. 15. *Tandem Marius Conſul forti deſperatione ſpei veniam fecit.* Gebhard. Conceſſit. V. Ind. *Boſius.* Adde cl. Munckerum ad Hygin. fab. 45.

8 *Omne illud tempus lit. ſermonique Perſ. dedit*] Valerius Maximus L. 8. c. 7. Ext. 15. Graecus ſcriptor ἄδηλος. *Μηδικὴν φωνὴν μαθεῖν ἐδίδαξεν αὐτὸν* (Artaxerxem) *πῶς ἴσασι, ὁ πατὴρ Ξέρξην.* *Gebhard.* De eo nihil Themiſtocles in ſuis epiſtolis, ſed in itinere ex congreſſionibus & conſuetudine ſe linguam Perſicam didiciſſe refert ep. 19. Niſi forte annuum ſpacium non ſolum linguae, ſed & morib. gentis perdiſcendis, ut notat Thucydides, ſumſerit. Mores enim populi non in tranſitu, ſed longiori conſuetudine addiſcuntur. *Loccen.* Pro id *tempus* Leid. *illud tempus.* & pro *dedit* Leid. *ſe dedidit*, ſic & Voſſ. A. C.

1 *Se Graeciam bello oppreſſurum*] Id regi eum promiſiſſe, ceteri quoque ſcriptores tradunt, faseturque

ipſe

Digitized by Google

ſuis uti conſiliis vellet, illum [1] Graeciam bello oppreſſurum, magnis muneribus ab Artaxerxe donatus in Aſiam rediit, domiciliumque Magneſiae ſibi conſtituit. [2] Namque hanc urbem ei rex donarat, [3] his uſus verbis, [4] quae ei panem praeberet: [5] ex qua regione quinquaginta ei talenta quotannis redibant: [6] Lampſacum unde vinum ſumeret: Myuntem, ex qua

ipſe epiſt. 11. & 20. quamquam extr. ep. 19. neget ſe hoc unquam admiſſurum. Στρατεύσομαι, inquit, ἐπ' Ἀθήνας ἐγώ, καὶ τοῖς Ἀθηναίοις ναυμαχήσασι μαχοῦμαι. πολλὰ ἄλλα ἴσως, τοῦτο δὲ ἀδύνατον. Tantum ergo Athenienſes Oſtraciſmo ſuo profecerunt, ut eminentes proſcripti, praeſertim ambitioſi & injuriae impatientiores, inſtrumenta ſe praeberent opprimendae patriae, quum tutius fuiſſet ſubruere fundamenta, quibus eorum eminentia nitebatur, & velut ſubtractis alimentis ambitionis ignem exſtinguere. Adi Forſtner. in 2. Ann. Taciti p. 136. ſeqq. Boecleri Comment. p. 64 ſeqq. Haec fere *Loccenius.* Quibus adde judicium ſcriptoris Itali e libro nuper edito, cui titulus *la Secretaria di Apollo*, pag. 947. ſeqq. & notam Cl. Buchneri ad 2, 8, 1. *Boſius. Illum Graeciam* Cod. P. Dan. & omnes mei Codices. Pro *Magneſiae* Leid. *Maganen. Que* abeſt a Voſſ. C.

2 *Namque hanc urbem &c.*] Quidam Mſſ. & editi: *Namque h. u. ei R. dn. cum duabus aliis his uſus verb.* Sed inſerta merito ſuſpecta Lambinus habuit. Et abſunt ab optimis libris. Mox Mſ. Dan. *his quidem verbis.* Quod Longolius plane omiſit. *Boſius.* Leid. *donarat.*

3 *His uſus verbis*] Leid. & Cod. P. Dan. *hiſque verbis.*

4 *Quae ei panem praeberet:*] Sic Thucyd. Diod. Sicul. Plutarchus; Qui ex Neanthe & Phania addit Percotam & Palaeſcepſin in ſtragula & veſtitum: quos ſequitur Athenaeus lib. 1. Hunc morem Perſarum in donando commemorat & M. Tullius 3. in Verr. cap. 33. *Solere ajunt barbaros reges Perſarum ac Syrorum plures uxores habere: his autem uxoribus civitates attribuere hoc modo: Haec civitas mulieri redimiculum praebeat, haec in collum, haec in crines. Lambin.* Similia habes ap. Platon. Alcibiade primo p. 33. *Boſius.*

5 *Ex qua regione quinque ei talenta*] *Ei* abeſt Mſc. De caetero vox *regione* etiam in Mſc. comparet. ex qua Lambinus fecerat *regi: ex qua* (ſcil. Magneſia) *regi q. t. q. r. Boeclerus.* Pro *redibant* Leid. *redibat. ei* abeſt a Voſſ. A. B. C.

6 *Lampſacum*] Mſ. Boecl. *Lampſ. autem.* Mſ. Dan. & vulgg. edd. *Lampſ. item.* Et certe tale quid requiri videtur, ut cohaereat oratio. Mox pro *Myuntem Mſ.* Boecl. habebat *Smyrnam.* Sed reliqui ſcriptores, ipſeque Themiſtocles ep. 19. *Myuntem* nominant. *Boſ.* Item Leid. & Voſſ. B. agnoſcunt *autem.* & pro *Myuntem* Voſſ. A C. *Myntam.* Leid. & Voſſ. B. *Smyrnam. Myunta* recte editum eſſe patet ex Scholiaſte Ari-

qua opſonium haberet. Hujus ad noſtram memo-
riam monumenta manſerunt duo, [2] ſepulcrum prope
oppidum, in quo eſt ſepultus: ſtatuae in foro [3] Ma-
4 gneſiae. [4] De cujus morte [5] multis modis apud ple-
roſque ſcriptum eſt: ſed nos [6] eundem potiſſimum
Thucydidem auctorem probamus: qui illum ait Ma-
gneſiae morbo mortuum: neque negat fuiſſe fa-
mam,

Ariſtophan. Equit. vſ. 84. De re & more hoc conſule Interpretes ad Thucyd. L. 1. cap. 138. L. 93. & 94. & Hotom. ad Ciceron. L. 3. in Verrem. cap. 33.

2 *Sepulchrum prope oppidum*] Athenas ſcil. ubi adhuc Pauſaniae aevo (vixit autem ſub Marco Imp.) ad maximum portum exſtitiſſe, ex Atticis ejus diſcimus. *Oppidi* voce ſupra quoque 1, 4, 2. ita uſus eſt. V. Ind. *Boſius.*

3 *Magneſiae*] Leid. *Magnenſiae. in foro* modo adſcriptum erat alia manu in Voſſ. A. Voſſ. C. *Statuas vero* pro *ſtatuae in foro.*

4 *De cujus morte*] Hieronymus ep. 11. ad Nepot. *Sapiens vir Graeciae Themiſtocles cum expletis centum & ſeptem annis ſe mori cerneret, dixiſſe fertur, ſe dolere, quod tum egrederetur e vita, quando ſapere coepiſſet.* Sed vel corruptus is locus, legendumque *Theophraſtus*, vel ſanctus pater memoria lapſus eſt. Vide Caſaub. ad Theophraſti character. p. 97. & Phil. Carolum Var. lect. 2, 7. *Boſius.*

4 *De cujus morte*] Pro *de hujus autem morte*, quem loquendi modum illuſtrat Tib. Wopkens lib. 2. Lect. Tullian. cap. 13. pag. 200.

5 *Multis modis*] Conſenſus librorum praeſtat *Multimodis*, quod poſt Savaronem & ipſe admiſit Apulejus. *Quarum ſubſtantia multimoda poteſtatem coitione conficitur.* Vetus Poeta apud Ciceronem de Oratore, *Multimodis ſum circumventus morbo exſilio atque inopia.* Gebhardus. Mſſ. Dan. Gif. Savar. *multimodis*; quod probant ac tuentur Savaro, Giſanius in Ind. Lucret. & Gebhardus, a quibus diſſentire nolim. Uſi Plautus, Terentius, & ſaepiſſime Lucretius. Vetus Poeta ap. Cic. de Orat. 3, 58.

Multimodis ſum circumventus, morbo, exſilio atque inopia.

Boſius. Leid. *multis modis.* Voſſ. A. *multimodis. eſt* abeſt a Voſſ. C.

6 *Eundem potiſſ.*] Mſ. Boecl. *eum potiſſimum*, ut & Voſſ. B.

1 *Venen. ſua ſponte ſumſ.*] Pro certo id affirmat Suidas dicto loco. *Ernſtius.* Tauri ſanguinem. Videtur autem iſtud ſacrificium peragere voluiſſe brevi iturus in Expeditionem Dianae λευκόφρυϊ Val. Max. 5, 6. ext. 3. *Themiſtocles, quem virtus ſua victorem, injuria patriae imperatorem Perſarum fecerat, ut ſe ab ea oppugnanda abſtineret, inſtituto ſacrificio exceptum patera tauri ſanguinem hauſit: & ante ipſam aram quaſi quaedam pietatis clara victima concidit.* Scholiorum auctor in Ariſtophan Equites. vſ. 83. Ἐν Μαγνησία [illegible] καὶ μετὰ θάνατον, [illegible] τρόπο-

ῖς

mam, [1] venenum ſua ſponte ſumſiſſe, [2] quum ſe, quae regi de Graecia opprimenda pollicitus eſſet, praeſtare poſſe deſperaret. Idem [3] oſſa ejus clam in Attica

Et paulo poſt: *Σύμμαχος δὲ φησι ψεύδεσθαι περὶ Θεμιστοκλέους. οὔτε γὰρ Ἡρόδοτός τι, οὔτε Θουκυδίδης ἱστορεῖ. Ἔστι γοῦν ἀπὸ Σοφοκλέους Ἑλένης.*

Ἐμοὶ δὲ λῷστον αἷμα ταύρου γ' ἐκπιεῖν
Καὶ μὴ πλείω τῆς δ' ἔχειν δυσφημίας.

Τινὲς δέ φασιν ὅτι Σοφοκλῆς περὶ Θεμιστοκλέους τοῦτό φησι. ψεῦδος δέ ἐστι, οὐ γὰρ ἀπέθανεν. Opinionis originem, qua hauſto immolati tauri ſanguine Themiſtoclem ſibi mortem conſciviſſe credebatur, aperit: nempe ex vitioſa Sophoclei dicti interpretatione ortam putat, ad cujusmodi fatum alluſiſſe Tragicus vulgo exiſtimabatur. Etſi Thucydides, Herodotus aliique nihil de ſanguine taurino prodiderint; tamen plures reperire licet, quibus haec opinio ſit firmiter accepta; quam illos qui Thucydidi aſſenſum commodent. Videatur Cicero Bruto (cap. 12.) Diod. Sic. l. XI. pag. 272. pr. Valerii locum adduxi: B. Hieronymi teſtimonium ad manum non eſt; quamvis reſideat in memoria, Graecus quidam ſcriptor apud Ariſtoph. Explanatorem. Themiſtocles *προσαγόμενος ἅμα τῷ στρατηγῷ* (Artaxerxis) *εἰς Μαγνησίαν, καὶ καταγνοὺς ἑαυτοῦ, εἰ οἱ δι' αὐτὸν σωθέντες Ἕλληνες, εἶτα δουλεύσουσι βαρβάροις, προφάσει χρησάμενος ὡς θυσίαν ἐπιτελέσαι βούλεται, καὶ ἱερουργῆσαι τῇ λευκοφρυῇ Ἀρτέμιδι καλουμένῃ, ταύρου ὑποθεὶς τὴν φιάλην, καὶ ὑποδεξάμενος τὸ αἷμα καὶ χανδὸν πιὼν ἐτελεύτησεν εὐθέως.* Sic teſte Strabone lib. 1. Geograph. irrumpentibus in Phrygiam Cimmeriis Midas epoto Tauri ſanguine obiit. *Ἥνικα*, inquit, *Μίδας αἷμα ταύρου πιόντα φασὶν ἀπελθεῖν εἰς τὸ χρεών.* Traditque Plutarch. Flaminino, ex quorundam opinione Hannibalem Midae & Themiſtoclis exemplo taurino ſanguine epoto ſe evitaſſe. *Gebhard.* Themiſtoclem vitae pertaeſum mortem ſibi conſciviſſe narrat Plutarchus in Cimone p. m. 490. qui tamen nihil de taurino ſanguine addit. de quo commento, ut multi putant, conſule cl. Dukerum ad Thucyd. lib. 1. cap. 138. l. 87. *Sumere* vero proprie hic ſumitur, ut & in Dione cap. 2. *Hoc aeger ſumpto, ſomno ſopitus, diem obiit ſupremum.* Nam hoc verbum de medicamentis, quae potamus, dici ſolere docet cl. Burmannus ad Serenum Samonicum de Medicina cap. 9. ſive vſ. 127.

3 *Cum ſe, quae regi de Graecia opprimenda pollicitus eſſet, praeſtare poſſe deſperaret*] Alludit Cic. 10. ad Att. 7. *Ἄδηλος* ſcriptor apud Ariſtophanis Explanatorem: *Οἱ δέ φασιν, ὅτι συνειδὼς ὁ Θεμιστοκλῆς ὅτι οὐχ οἷός τε ἦν διαπράξασθαι τῷ βασιλεῖ, ἅπερ ἐπηγγείλατο, οὕτως ἐπὶ τὴν τοῦ θανάτου αἵρεσιν παρήχθοιτο.* *Gebhardus.* Ergo priusquam promittendum aliquid, diſpicere oportet, & explorare vires noſtras, utrumne praeſtare, quae pollicemur, noſtrae opis ſit. Ne leves aut temerarii videamur; ac dedecus non modo auferamus, ſed in periculum quoque nos conjiciamus. Plutarchus tamen & alias hujus rei cauſſas affert; qui videri in Themiſtocle poteſt. *Buchn.* Voſſ. B. *optinenda.*


1 *Oſſa ejus clam in Attica ab amicis eſſe ſepulta*] Alii publico decreto ſa-

tica ab amicis eſſe ſepulta, [1] quoniam legibus non concederetur, quod proditionis eſſet damnatus, memoriae prodidit.

factum fuiſſe prodiderunt juſſu Oraculi, quod non citius fore peſtilentiae finem reſponderat, quam ſi Themiſtoclis oſſa Magneſia reduxiſſent. Ἄδηλος quidam ap. Ariſt. interpretem; λοιμωξάντων δὲ Ἀθηναίων ὁ θεὸς εἶπε μετάγειν τὰ ὀστᾶ Θεμιστοκλέους Μαγνήτων δὲ μὴ συγχωρούντων, ἠτήσαντο ὅδε τριάκοντα ἡμέρας ἐναγίσαντες τῷ τάφῳ καὶ περισκηνώσαντες τὸ χωρίον, λάθρα κομίζουσιν ἀνορύξαντες τὰ ὀστᾶ. *Gebh.* Pro *Am. eſſe ſepulta.* Leid. & Boecl. item Voſſ. B. C. *am. ſepulta* v. cl. Duk. ad Thucyd. l. 1. c. 138. l. 94.

1 *Quoniam leg. non conced. quod proditionis &c.*] V. Ind. *Lex*, & Kirchmann. de funer. Rom. app. pag. 720. ſeq. item Gutherium de Jure Manium 1, 7. *Boſius.* Adde Viros ingenio ac eruditione conſpicuos Hudſon. ac Dukerum ad Thucydid. l. 1. c. 134. l. 84. & c. 138. l. 97. J. Perizon. & Abr. Torrenium ad Valer. Maxim. l. 5. cap. 3. Ext. 3. n. 88.

DE THEMISTOCLIS rebus vide *Plutarchum in vita*, *Herodot.* 8. *Diodor. Sic.* 11. *Bibliothecae*, *Thucyd.* 3. *Suid. v. Themiſtocles*, *Aelianum paſſim*, *Juſtin.* 2. *Val. Max.* & *Frontinum*, *Cicer. Pauſaniam*, *paſſim*, *Polyaen.* 1. &c. Boecl. Multa quoque de eo ſuppeditabunt Epiſtolae 21. quae ſub ejus nomine circumferuntur, primo a Jo. Math. Caryophilo Graece, poſt cum tranſlatione Lat. ab Elia Ehingero publicatae de quibus tamen viri docti dubitant, genuinaene ſint, an a Graeculo quodam confictae. Effigiem e gemma annulari habes inter Imagines Urſini Num. 141. Paullo diverſam exhibet nummus meus, his circum literis: ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΗΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ. In poſtica parte Victoria prorae navis inſiſtens, dextra palmam, ſiniſtra lauream tenens, cum literis: ΚΑΤΑ ΠΕΡΣΩΝ. Encomium ejus reliquit nobis Ariſtides Rhetor. *Boſius.* In primis de eo Cicer. de Offic. l. 1. c. 22.



Apud Fulvium Urſinum in Gemma

ARI-

III. ARISTIDES.

CAP. I.

1 ARISTIDES LYSIMACHI F. ATEHENIENSIS, [2] aequalis fere fuit Themiſtocli. itaque cum eo [3] de principatu contendit. namque [4] obtre- 1

1 DE ARISTIDE videndi *Plutarchus in vita; Herodotus in Urania, Diodorus Sicul.* 11. *Polyaenus* 1. *Frontinus* 4, 3, 5. *Valerius Max.* 5, 3. *ext.* 3. *Juſtinus* 2, 15, 16. *Cicero paſſim, Seneca* 4. *de benef.* 27. *&* *Conſol. ad Helv.* 13. (ubi tamen erraſſe videtur Seneca) *Aeſchines contra Cteſiphontem, &c. Suidas.* Boeclerus. Faciem ejus exhibet nummus, in cujus uno latere caput illius, &: ΑΡΙΣΤΙΔΗΣ Ο ΔΙΚΑΙΟΣ: in altero mulier ſedens, dextra baculum tenens; infra: ΒΟΥΛΗΣ ΓΝΩΜΗ; circum: ΟΥ ΔΟΚΕΙΝ ΑΛΛ ΕΙΝΑΙ. Quae poſtrema fortaſſe reſpiciunt id quod *Plutarchus Ariſtide* p. 320. narrat: cum facti in Amphiaraum ab Aeſchylo jambi in theatro recitarentur,

Οὐ γὰρ δοκεῖν δίκαιος, ἀλλ' εἶναι θέλει, &c. omnes reſpexiſſe Ariſtidem, tanquam ad eum praecipue haec virtus pertineret. *Boſius.*

1 *Ariſtidis Lyſimachi F.*] Vide praeter illos ſcriptores, quos clariſſ. Boeclerus adduxit, de Ariſtide Suidam in voce Ἀριστείδης. ubi inter alia dicit. *Huic quamvis pauper eſſet, tamen propter vitae ſanctimoniam, injurato fides habebatur, vide infra cap.* 3. §. 2. *Ernſt.* Lyſimachi non Nicomachi filium fuiſſe docet Cel. Perizonius ad Aelian. l. 2. V. H. cap. 43.

2 *Aequalis*] Σύγχρονος ſive ὁμήλιξ. Attico. *Qua ex re pueritia nobilis inter aequales ferebatur.* Curtius Ruffus lib. VIII. cap. 69. m. *Attalum etiam aequalem ſibi & haud diſparem habitu oris & corporis, utique cum procul viſeretur, veſte regia exornat.* Lactant. lib. 1. Inſt. cap. 5. Vocatur Orpheus *ipſorum deorum* aequalis: ſiquidem inter Argonautas cum Tyndaridis & Hercule navigarit. *Gebhardus,* Adde ex *Aeliano* 13, 44. quod iiſdem tutoribus uſi ſunt, & ſimul educati, ac ab eod. praeceptore inſtituti.

3 *De principatu contendit*] De loco principe in civitate, uter alteri in adminiſtranda cederet, aut praeferretur ὑπὲρ τῆς πρωτείας. Dione *Heraclides* principatum *Dioni non concedens factionem comparavit.* Catone *Cum quidem Scipio in civitate* principatum *obtineret, quod cum non potentia, ſed jure Reſp. adminiſtratur.* Paterculus lib. 2. cap. 44 *Craſſus ut, quem* principatum *ſolus aſſequi non poterat, auctoritate Pompeji, viribus teneret.* Gebhardus. Voſſ. C. *cum eo principatu contendit.*

4 *Obtrectarunt inter ſe*] Ἀντεπολιτεύσαντο: contrarias in Rep. partes foverunt. Infra 15, 5, 2. *Habuit obtrectatorem, &c.* Paterculus 2, 43. 3. iſtiuſmodi obtrectationes vocat *civiles contentiones.* Valerius 3, 8. ext. 1.

Digitized by Google

2 trectarunt inter ſe. In his autem cognitum eſt, [1] quanto antiſtaret eloquentia innocentiae. [2] quamquam enim adeo excellebat Ariſtides [3] abſtinentia, ut unus poſt hominum memoriam, [4] quod quidem nos audierimus, cognomine [5] Juſtus ſit appellatus, [1] ta-

1. *acerrimi ſtudii in adminiſtratione Reip. diſſidia.* Buchn. Leid. *obtractarunt.*

1 *Quanto antiſtaret eloquentia innocentiae*] Quanto intervallo praecederet ac ſuperaret innocentiam eloquentiae Ennius Iphigenia.

Plebs in hoc regi antiſtat, licet
Lacrymare plebi, regi honeſte non licet.

Tacitus 2. Annal. cap. 33. *Ut locis, ordinibus, dignationibus antiſtent.* Apul. l. 4. Metam. *Tunc inter eos unus, qui robore caeteris antiſtabat.* Idem l. 8 *Quamquam caeteris omnibus is genere viris antiſtaret.* Cum accuſandi caſu Q. Metellus Numidicus apud Gellium. *Qua in re quanto univerſi me unum antiſtatis, tanto vobis quam mihi, majorum injuriam atque contumeliam facit.* Gebhardus. Leid. *constaret.* Voſſ. A. B. C. *anteſtaret.* Quadrigarius apud A. Gellium lib. 9. N. A. cap. 13. *Qui & viribus & magnitudine & adoleſcentia ſimulque virtute caeteris antiſtabat.* Vide Boſii indicem.

2 *Quanquam*] Mſ. Dan. *cumcum;* & in gloſſa *pro quamquam.* Boſius.

3 *Abſtinentia*] Integritate & innocentia, quae ſumma juſtitia eſt, cum nemini injuriam facimus, & ſuum cuique tribuimus & conſervamus. *Buchnerus.*

4 *Quod quidem nos*] C. P. Dan. *quae quidem nos.* Leid. *quam quidem audiemus* & paullo ante pro *ut unus.* Leid. *& unus.* Voſſ. A. *quod quidem nos audierimus.* B. *quidem nos audierimus.* Sed in Marg. *al m. quod.*

5 *Juſtus ſit appellatus*] Valer. 5. cap. 3. *Ariſtides, qui totius Graeciae juſtitia cenſetur.* Vide reliqua. Phocione, *Ex quo cognomine Bonus eſt appellatus.* Valer. lib. 3. c. 8. *Placidi & miſericordes & liberales omnique ſuavitate temperati mores Phocionis, quos optime profecto conſenſus omnium Bonitatis cognomine decorandos cenſuit.* Apulejus Apologia. *Eadem enim eſt paupertas apud Graecos in Ariſtide juſta, in Phocione benigna, in Epaminonda ſtrenua, in Socrate ſapiens, in Homero diſerta.* Gebhardus. Valde mihi ſuſpecti ſunt apud profanas gentes. *Magni, Maximi, Clariſſimi, Juſti, ſapientes,* a rebus geſtis ita dicti, recte quidem & laudabiliter, ſi coguomina illa virtute & prudentia ſint acquiſita. Quae bona ego in moralibus meis ſcriptis profanis hominibus denego. Verius enim *Phyſcones* & *Auletae* nominantur. Quos ego tamen & prudentes mecum omnes deridemus. Quid Heroicum aut Regium in abdomine? Quid in tibiis? *Hieracas, Poliorcetas* & *Geranos* abominor. Non ſint reges accipitres, nec everſores urbium, nec fulminatores: verum ſint, utinam eſſent patres omnium, & univerſorum *Euergetae*, non tam nomine, quam re ipſa. *Ernſt.* Praeter *Plutarchum in Ariſtide*, (qui multa inſignis juſtitiae ejus exempla affert) *Herodotus* 8. *Aeſchines or. adv. Cteſiph. & περὶ παραπρεσβ. Diodorus Sic.*

[1] tamen a Themiſtocle [2] collabefactus teſtula illa, exilio decem annorum multatus eſt. Qui quidem, quum 3
intelligeret reprimi concitatam multitudinem non poſſe, [3] cedensque animadverteret [4] quendam ſcribentem, ut patria pelleretur, quaeſiſſe ab eo dicitur; quare id faceret, aut quid Ariſtides commiſiſſet, cur tan-

Sic. 11. Cicero Or. pro P. Sextio cap. 67. & Tuſcul. 5, 36. &c *Boſius.*

1 *Tamen a Themiſtocle*] Qui in vulgus ſparſerat, Ariſtidem ſublatis judiciis, quod omnia judicaret & diſceptaret, dominatum in cives voluntarium clam ſibi paraſſe. *Plutarchus in vita* p. 322. *Boſius.*

2 *Collabefactus*] Convulſus, ac ruinae objectus. Phocique *Concidit autem maxime uno crimine.* Tacit. 4. Annal. cap. 60. *Qui fratrem quoque traxit in partes, ſpe abjecta principis loci, ſi priorem aetate & jam labefactum, dimoviſſet.* Gebhard.

3 *Cedensque*] Proba lectio, quam omnino requirunt proxime antecedentia. Nihilominus Barthius. Lib. XXIV. Adv. c. 18. *Cadensque.* Idem ſtatim τὸ *tam* ante *cupide expellit.* Gebhardus. Sic Mſſ. & infra ſimiliter loquutus 5, 3, 2. & 13, 3, 4. Alii *ſedensque.* Mox Dan. & Leid. *animadvertiſſet. Boſ.* Voſſ. C. etiam *animadvertiſſet.* Pro *pelleretur.* Leid. *expelleretur.* Utrumque recte, ſed nihil mutandum. Cicero l. 9 ad Fam. Ep. 9. *Si forte Pompejus pulſus his quoque locis rurſus alias regiones petere cogatur.* Salluſtius Jugurtha c. 41. *Interea parentes aut parvi liberi militum ſedibus* pellebantur. Et ſic paſſim *regno* ac *domo pelli* Veteres dixiſſe docet cl. Burmannus ad Ovid. Ep 12. Heroid. vſ. 135.

4 *Quendam ſcribentem*] *Plutarchus in vita* p. 322. ac *in Apophthegm.* p. 186. & *Suidas* ruſticum fuiſſe ajunt, ac teſtulam Ariſtidi; ut uni de plebe tradidiſſe, & rogaſſe, ut Ariſtidis nomen inſcriberet: idque hunc feciſſe. *Boſius.*

5 *Se ignorare*] Id eſt, non noſſe: vide praeter Loca hic a Savarone & in Indice ad h. l. notata Magnum Broukhuiſ. ad Propert. l. 2. El. 2. vſ. 56.

6 *Quod tam cupide elaboraſſet*] Sic e membranis Bavaricis legit *Schoppius Veriſim.* 4. 2. cujus emendationem confirmant Mſſ. Dan. Gif. Sch. & Leid. In Boecleriano quoque fuit; *quod ita cupide.* Barthius tamen *Adverſar.* 24. 18. contendebat, τὸ *tam* omittendum eſſe. *Non enim,* inquit, *tam ſuperfluam affectionem, quam ipſam honeſtam quaerendi nominis iſtius cauſſam indicabat ruſticus ille.* Nobis tot bonorum librorum conſenſus potior viſus. Ceterum etſi laudari juſtitiae ſtudium in Ariſtide omnino debet; imprudenter tamen egit, cum *tam cupide elaboravit, ut praeter ceteros juſtus diceretur.* Norat enim ingenium plebis, quod nihil eminens ferre poſſet. Quare colere quidem juſtitiam, non autem oſtentare debuit. *Boſius.* Locum Schoppii & Barthii hic a Boſio laudatum jam citavit Ernſtius ad h. l. Broukhuiſius ad Propertium l. c. Boſianam forſan ſecutus editionem citat etiam *tam cupide.* Et ſic exhibent Voſſ. A. C. ſed Voſſ. B. *ita cupide.*

4 tanta poena dignus duceretur? Cui ille reſpon-
dit: [5] ſe ignorare Ariſtidem; ſed ſibi non place-
re, [6] quod tam cupide elaboraſſet, ut praeter cete-
5 ros juſtus appellaretur. Hic decem annorum legiti-
mam poenam non pertulit. [1] nam poſtquam Xerxes
[2] in Graeciam deſcendit, [3] ſexto fere anno, [4] quam
erat

1 *Nam poſtquam Xerxes*] Hunc ad Ariſtidem exulem miſiſſe legatos, & tria millia Daricorum obtuliſſe, idem ſcribit Suidas, apud quem vide, quae reſponderit. *Ernſtius.*

2 *In Graeciam deſcendit*] Movit in Graeciam, ſic ἀναβαίνειν eſt expeditionem ſuſcipere. Eodem modo, quo Latini *deſcendere* Graeci καταβαίνειν jungunt. Memini ap. Diod. ſcriptum. Τεθαῤῥηκότας καταβαίνειν εἰς τὸν πόλεμον. Xenophon Ageſilao: Ἐπειδὴ ὁ Πέρσης ἀπῄει τὴν Ἑλλάδα διαβὰς, ἀντιδιαβῆναι ἐπ' αὐτόν. *Gebhardus.* Adi Tennul. ad Frontin. l. 2. Strateg. c. 1. n. 35.

3 *Sexto fere anno*] Imo tertio, juxta *Plutarchum in vita* p. 323. Cum quo facit *Scaliger ad Euſeb. num.* 1133. qui revocatum ait anno 1. Olymp. LXXV. ejectum Ol. LXXIV. anno II. Schottus *quarto anno* revocatum ſcribit; ſed includit eum, quo expulſus eſt. Et ſic fortaſſe Nepos ſcripſit; mutavit autem librarius, trajecta virgula, IV*to* in VI*to*. *Boſius.*

4 *Quam erat expulſus*] Repoſui lectionem, quam Mſſ. Schotti & Boecl. ac Ed. Ultrajectina exhibent; omiſſa vocula *poſt*; quam in aliis Codd. librarii, quibus haec ellipſis inſueta erat, de ſuo addiderant. Nam ſic ſaepe veteres. Suetonius Claud. 17. *Sexto quam profectus erat menſe, Romam rediit.* Curtius. 4, 4, 19. *Tyrus ſeptimo menſe, quam oppugnari coepta erat, capta eſt.* Plinius. H. N. 8, 42. de equo: *Terram attingere ore, triduo proximo, quam ſit genitus, negant poſſe. Boſius.* Leid. etiam abjicit *poſt*, ut & Voſſ. A. B. C. Pro quo dixit Noſter in Dione c. 5. *Poſt diem tertium, quam Siciliam attigerat.* Eſt & Liviana locutio, ut l. 3. c. 33. *Anno trecenteſimo altero, quam condita Roma erat.* Et l. 4. c. 7. *Anno trecenteſimo decimo, quam urbs Roma condita erat.* & Eod. cap. *Tertio menſe, quam inierunt*, & ita ſaepius. Adde Abr. Gronovium ad Juſtinum lib. 26 cap. 1. n. 10.

5 *Populi ſcito*] Vulgati omnes plebiſcito. Sed neutiquam ſpernendum judico τὸ *populi ſcito*, quod & heic in Mſſ Dan. ac Leidenſi: & in iisdem aut aliis Codd. infra legitur 7, 5, 4. 15, 7, 4. 19, 2, 2. Id ſive quod abbreviate ſcriptum eſſet *pplíſcito* vel *plíſcito*, ſeu quod ignotum illis eſſet, imperiti librarii in notius mutarunt. Dicebatur autem apud Romanos *populi ſcitum* lex ſive juſſum a populo factum. *Feſtus in ſchedis Farneſianis*, ut a viris doctis ſuppletae ſunt, *col.* 136. *Scitum populi dicebatur, quod ſine plebe conctus patricius ordo, rogante patricio, ſuis ſuffragiis juſſit: quod autem aliquo interrogante ex patribus, & plebe ſuffragante ſcitum eſſet, id jam leges ſcriptae dicebantur. Sed illud plebeiſcitum eſt, quod Tribunus pl. ſine patri-*
ciis

erat expulſus, [5] populi ſcito in patriam [6] reſtitutus eſt.

CAP. II.

[1] Interfuit autem pugnae navali apud [2] Salamina, quae facta eſt [3] prius, quam poena liberaretur. [1] Idem

tis plebem rogavit, id eſt, conſuluit, plebesque ſcivit. Tacit. 3, A. 58, 2. *nulla de eo populi ſcita; non in libris caerimoniarum reperiri.* Ceterum ita dictum, quia *populus ſcivit*, h. e. ſanxit, conſtituit. Idem *Feſtus* col. 76. *quod in omnes homines, reſve populus ſcivit, lex appellatur.* Boethius in Topica Cicer. lib. 3. *Lex eſt, quam populus centuriatis comitiis ſciverit.* Apte igitur Noſter hac voce expreſſit decreta ſive ψηφίσματα Athenienſium, quae non a plebe, ſed ab univerſo populo in concione ſanciebantur. Nam pſephismate revocatum cum aliis Ariſtidem, clare apparet e *Plutarcho*; cujus haec ſunt pag. 323. verba: λύσαντες τὸν νόμον, ἐψηφίσαντο τοῖς μεθεστῶσι κάθοδον. Similiter *Livius* 45, 25. decretum Rhodiorum, quod Polybius ψήφισμα dixerat, *ſcitum populi* vocat. *Societatem*, inquit, *ab Romanis ita volebant peti, ut nullum de ea re ſcitum populi fieret, aut litteris mandaretur: quod niſi impetrarent, major repulſis ignominia eſſet.* Polybius dixerat: τοῦτο δὲ ἐποίουν, βουλόμενοι ἐν δεῖν τὸ ψήφισμα καὶ πρεσβείας ἀποτυχεῖν, ἐὰν ἄλλως δόξῃ Ῥωμαίοις: in *Excerpt. Legation. ecloga* 93. *Boſius. Plebeſcito* Voſſ. B. *Plebiſcito.* Leid. & Voſſ. A.

6 *Reſtitutus eſt*] Ejecerat Ariſtidem improvida plebs: nunc ingruente bello poenitet eam ſtultitiae ſuae. Equidem recte Comicus dixit: *Tum demum nos noſtra intelligere bona, cum quae in poteſtate habuimus, amiſimus.* Sed metus quoque erat, ne Ariſtides, quod *Plutarchus* (pag. 313.) obſervat, in Xerxis partes tranſiret, ac referret injurias, quas intuliſſent. Metiebantur enim maximum virum ſuo modulo, & talem Ariſtidis quoque ſtatuebant animum, qualis vulgo ineſſe hominibus ſolet: *Boſius.*

1 *Interfuit a. pugnae*] Inter quam adſumtis multis gravioris armaturae militibus genere Athenienſibus, Perſas, qui Pſyttaleam inſulam, ut adnatantes e naufragio ſuos ſervarent, hoſtes necarent, occupaverant, omnes exceptis quibusdam illuſtribus interemit, ut referunt. *Herodotus* 8. & *Plutarchus* p. 323. *Boſius.*

2 *Salamina*] Accuſativus Graecus pro *Salaminem.* Quid ergo alii mutare aggrediuntur? inſula enim illa in Sinu Santonico prope Peloponneſum *Salamis* creberrime appellatur: *Salaminam* nuncupari non memini. Notus eſt Oraculi verſus ὦ θείη Σαλαμίς, ἀπολεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν. *Gebhardus.* Lamb. mallet *Salaminam* aut *Salaminem*, nulla neceſſitate. Vid. ſup. ad 2, 2, 8. *Boſius.* Lectio Vulgata certe retineri poteſt. Attamen *Salaminam* exhibent tres mei Voſſiani, item Cod. Leid. & Voſſ. B. C. in Themiſt. cap. 6. Quare *Salaminam* ſi quis hic repo-

[1] Idem praetor fuit Athenienſium apud Plataeas in praelio, quo [2] Mardonius fuſus, barbarorumque exercitus interfectus eſt.
2 [3] Neque aliud eſt ullum hujus in re militari illuſtre factum, quam hujus imperii memoria. [4] juſtitiae vero & aequitatis, & innocentiae multa. In primis, quod ejus aequitate factum eſt, [5] quum in communi claſſe eſſet Graeciae ſimul cum Pauſania, quo duce Mardonius erat fugatus, ut ſumma imperii maritimi [6] ab Lacedaemoniis transferretur ad Athenienſes.
3 namque ante id tempus & mari & terra duces erant Lacedaemonii. tum autem & in-

reponeret, non refragarer. Argumentum, quo hic utitur Gebhardus, infirmo nititur talo, licet enim haec inſula a Graecis *Salamis* appelletur, non tamen inde ſequitur *Salaminam* nuncupari non licere, cum Latini ex ejuſmodi Graecorum Accuſativis ſaepe Nominativos facere ſoliti fuerint, ut recte obſervat cl. Oudendorp. ad J. Obſequentem de Prodig. c. 74. Praeterea *Salamis* & *Salamina* Veteres dixiſſe potuiſſent eum docere Juſtinus & Servius. Vide praeter Boſium ad Themiſtocl. cap. 4. Perizon. ad Sanctii Minerv. L. 1. c. 9. n. 4. & Duker. ad Florum. L. 4. c. 11. n. 4.

3 *Prius antequam*] Abeſt a Voſſ. C.

1 *Idem praetor fuit*] Et quidem *αὐτοκράτωρ*. *Plutarchus* p. 325. *χειροτονηθεὶς στρατηγὸς αὐτοκράτωρ ἐπὶ τὴν μάχην.* Poſita a. erat haec *αὐτοκρατορία* (ſi credimus *Petito ad LL. Att.* 3. 5. p. 251.) tum in belli apparatu adornando, tum in bello pro arbitrio adminiſtrando, plane ut apud Romanos ſolebat Dictator. *Boſius.*

2 *Mardonius*] Quem Xerxes poſt cladem Salaminiam in Graecia reliquit. V. inf. 4. 1, 2. & *Plut. Ariſtide* p. 324. *Boſius.*

3 *Neque aliud eſt ullum*] Fuit tamen Praetor, cum caeteris, bello Marathonio, atque in eo ſtrenue ſe geſſit, ut *Thucyd.* & *Plutarchus* teſtantur. Sed quia conſilio & auſpiciis Miltiadis, in quem totum exercitus imperium translatum eſt; in campis Marathoniis pugnatum eſt, non huic, ſed Miltiadi victoriae laus tributa fuit. *Magius.*

4 *Juſtit. & aequitatis*] Exempla commemorat *Tullius* 3. *Offic.* 11. & 23. Pro *innocentiae* Schottus putabat *continentiae* reſcribendum: ſed fruſtra. *Innocentia* enim quandoque idem quod abſtinentia eſt, & avaritiae opponitur. Vide *Cic. pro L. Manil. cap.* 13. *Boſius.*

5 *Cum in communi claſſe eſſet Graeciae ſimul cum Pauſania*] Ab Athenienſibus dux ad bellum, collega Cimone, miſſus. v. *Plutarchus.* pag. 332. *Boſius.*

6 *A Lacedaemon.*] Cod. P. Dan. *ab Lacedaemon.* Pro *namque ante id.* Leid. *namque id ante id.* Et pro *tum*, *tunc.* Voſſ. A. B. C. legunt *interfectus eſt* pro *eſt interfectus.*

1 In-

Digitized by Google

[1] intemperantia Pauſaniae, & juſtitia factum eſt Ariſtidis, [2] ut omnes fere civitates Graeciae ad Athenienſium ſocietatem ſe applicarent, & adverſus barbaros hos duces deligerent ſibi, [3] quo facilius repellerent, ſi forte [4] bellum renovare conarentur.

CAP. III.

Ad claſſes aedificandas, exercituſque comparan- 1
dos [5] quantum pecuniae quaeque civitas daret,
[6] Ariſtides delectus eſt, qui conſtitueret. Ejus arbitrio [7] quadringena & ſexagena talenta quotannis Delum [8] ſunt collata. id enim [9] commune aerarium eſſe vo-

1 *Intemperantia*] Impotentia, ſaevitia, ſuperbia, *βαρύτης*. v. *Plutarchus l. c. Boſius.* Voſſ. C. *tum autem intemperantia.*

2 *Ut omnes fere civit. &c.*] Narrant *Diodor.* 11. *Plutarchus Ariſt.* p. 332. *ſeqq.* Tangit & *Thucyd.* lib. 1, quanquam Ariſtidem non commemorat. *Lamb.* Pro *deligerent* Voſſ. C. *diligerent.*

3 *Quo facilius repellerent &c.*] C. Longolii: *quos quo facilius repellerent, ſi. f. b. r. conarentur; ad claſſes aedif. &c.*] Sed alteram lectionem diſtinctionemque praeferebat Magius, tanquam manuſcriptorum fide nixam, τὸ *quos* tamen & in Leid. fuit. *Boſius.* Voſſ. A. B. C. item meus Leid. *quos quo fac. rep.*

4 *Bellum renovare*] De novo & integro inferre. Hamilcare *Sed ita, ut ſtatim mente agitaret, ſi paullum modo res eſſent refectae, bellum* renovare. Hirtius. L. 8. c. 1. *Complures eodem tempore civitates* renovare *belli conſilia nitebantur.* Tacit. L. 3. Annal. c. 20. p. *Eodem anno Tacfarinas bellum in Africa* renovat. *Gebh.* In genere *renovare* eſt iterare. Vide Servium ad Virgil. 2. Aen. 3. phraſin vero hanc illuſtrat Cortius ad Salluſt. Jugurth. cap. 36. n. 1. & ad cap. 51. n. 5.

5 *Quantum pecun. quaeque civit.*] Vide collecta *Meurſio Fortun. Attic.* cap. 7. pag. 52. *& ſeqq.* Boſius.

6 *Ariſtides delectus eſt*] Ab univerſa Graecia. Vid. *Plutarch. vita p.* 333. Boſius.

7 *Quadringena & ſexagena tal.*] Vide Scholiaſtem Acacii ad Thucydid. pag. 41. *Ernſtius.* Sic Mſſ. Giff. Dan. Sch. & Boecleri. Infra 7, 9, 3. *ex quo quinquagena talenta vectigalis capiebat.* vulgo editur: *quadringenta & ſexaginta.* Boſius. Voſſ. B. *Quadringenta & ſexagena* Sed in marg. alia manu *ſexaginta.*

8 *Sunt Collata*] Epaminonda. *Priuſquam acciperet pecuniam, adducebat eum, qui quaerebat, ad eos, qui conferebant.* Flaccus L. 1. Arg. vſ. 358.

—— Hinc Talaus fratriſque Leodocus urget,
Remo terga ſui, quos nobile contulit *Argos.*

voluerunt. [1] Quae omnis pecunia poſtero tempore A-
2 thenas translata eſt. Hic qua fuerit abſtinentia, nul-
lum eſt certius indicium, [2] quam quod, quum tantis
rebus praefuiſſet, [3] in tanta paupertate deceſſit, [4] ut
3 qui efferretur, vix reliquerit. Quo factum eſt, [5] ut
filiae

Contribuit ad expeditionem Colchicam. *Gebhardus.* Pro *Delum* Voſſ. C. *In bellum.* pro *ejus arbitrio* Voſſ A. B. C. *ejuſque arbitrio.*

9 *Commune aerarium*] Thucyd. lib. 1. ταμιεῖον Δῆλος ἦν αὐτοῖς. καὶ ξύνοδοι ἐς τὸ ἱερὸν ἐγίγνοντο. Solebant autem veteres in fanis pecunias ſuas privatas & publicas deponere. *Infra* 23, 9, 3. *Cic. de legib.* 2, 16. *Plaut. Bacchid.* 2, 3, 72. *&* 78. Lambinus. Adde *Brodaeum Miſcell.* 4, 16. *Joh. Laurentium Polymathiae* 1, 1. & *not. ad* 23, 9, 3. Boſius. Nec non Bernecc. ad Juſtin. L. 5. c. 6. Ill. Spanhem. ad Ariſtophan. Plut. vſ. 119. Cel. J. Perizon. ad Aelian. L. 13. V. H. c. 2. ſic Romae pecuniam deponebant in templo Saturni, & Pacis. v. Serv. ad Virg. 2 Georg. vſ. 502. & Gronov. ad A. Gell. L. 3. N. A. cap. 9.

1 *Quae omn. pecunia &c.*] V. Juſtin, 3, 6, 4. *Boſius.*

2 *Quam quod quum*] Leid. *quam quum,* ut & Voſſ. C. Voſſ. B. *n. e. c. indicium majuſque:* & paullo ante Voſſ. A. *Hic fuerit abſtinentia,* omiſſo *qua.*

3 *In tanta paupert.*] *Plut. Ariſtide princ. & in Apophthegm. pag.* 186. *Frontin.* 4, 3, 5. ubi ſimilia exempla habet, §. 3. *&* 4. In dubium vocavit Ariſtidis paupertatem *Demetrius Phalereus*, cui reſpondet *Plut. l. c.* Boſius.

4 *Quibus effer.*] Cod. P. Dan. *Qui efferretur.* Quae viri docti h. l. adnotarunt, notiſſima ſunt e Donato ad Terent. Andr. 1, 1, 90. cui tamen verbum *efferre* non ſatis uſitatum a Latinis videtur, dicenti Virgilium L. 4. Georg. vſ. 256. uſum eſſe de funere verbo *exportare*, ut Graecum *efferre* vitaret. Verum eſt a Graeco ἐκφέρειν derivari, unde ἐκφορὰ de funeris elatione proprie uſurpatur. v. praeter alios Doctiſſ. Raphel. ad Acta Apoſt. cap. 5. com. 6. & Ill. Spanhem. ad Ariſtophan. Plut. vſ. 1009. Sed in Latium receptum eſſe, patet ex variis ipſorum Romanorum formulis, & Auctoribus res Romanas deſcribentibus; ſed malumus cum J. Lud. de la Cerda ad l. l. ſtatuere, Virgilium verbum *exportare* adhibuiſſe, ut exprimeret Graecorum ἐκκομίζειν de quo verbo egit Doctiſſ. Elſner. ad Euang. Lucae c. 7. comm. 12.

5 *Ut filiae ejus publ. alerentur*] Teſtatur & id *Aeſchines in fine Orat. contra Cteſiph.* Quantum autem dotis nomine datum ſit filiabus, & quanta liberalitate totum genus Ariſtidis proſecuti ſint Athenienſes, apud *Plut. in vita ejus* legere licet. *Longolius.* Alebantur autem *publice*, i. e. ex publico, ſumtu publico: e Prytaneo ſcil. (ut *Plutarch. ait p.* 335.) ubi bene de Rep. meritis, eorumque poſteris communis victus dabatur. De quo vide *Meurſium Athen. Attic.* 1, 8 Boſ. Leid. *aut publice.* Pro *filiae* Voſſ. C. *filias.* Pro *factum eſt* Voſſ. A. *Quo factum eſt ut.* Saepe hoc verbum

filiae ejus publice alerentur, & de communi aerario dotibus datis, [1] collocarentur. [2] Deceſſit autem fere poſt

bum omittitur: in Themiſt. c. 17. ex Voſſ. B. *Geſtus ei mos.* in Iphicræ cap. 2. n. 4. ex Voſſ. B. *Quo facto magnam adeptus gloriam.* in Lyſandro cap. 1. in Voſſ. C. *Sed immodeſtia factum adverſariorum.* Livius L. 11. c. 33. *Agi deinde de concordia caeptum, conceſſumque in conditiones.* cap. 39. *Imperatores ad id bellum de omnium populorum ſententia lecti Attius Tullius, & C. Marcius exul Romanus, in quo aliquanto plus ſpei repoſitum.* cap. 43. *Q. Fabius inde, & C. Julius conſules facti.* Lib. 4. cap. 21. *exercitus in Agrum Vejentem ac Faliscum ducti: praedae abductae hominum pecorumque, hoſtis in agris nuſquam inventus, neque pugnandi copia facta, urbes tamen non oppugnatae.* qui ita centies. Propertius ex Broukhuſii emendatione L. 1. El. 2. vſ. 7.

Crede mihi, non ulla tuae medicina figurae.

Conſule Broukhuiſ. ad L. 2. El. 21. vſ. 44. & propius ad rem Lucanus ex vera Cl. Oudendorpii emendatione L. 1. vſ. 120.

Morte tua diſcuſſa fides, bellumque movere
Permiſſum ducibus.

Et de hac Elegantia inprimis conſulendi ſunt. Jac. Perizonius Epiſt. 28. ad Nic. Heinſium p. 771. 772. & Cortius ad Salluſtium Cat. c. 20. n. 13. Graecos & Poetas & Hiſtoricos hoc verbum ſubſtantivum ſaepius omiſiſſe, non neceſſe eſt, ut multis probemus. Vide tamen de Poetis Schol. Pind. O. Pyth. 12. vſ. 50. & Schol. Ariſtophanis in Ranis vſ. 1547. Ex Hiſtoricis mille loca conciſae hujus Orationis adducere poſſemus. Itaque verbum *eſt* hic facile abeſſe poteſt.

1 *Collocarentur*] Nuptum darentur. Epaminonda, *aut virgo amici nubilis & propter paupertatem* collocari *non poſſet.* M. Cicero Lib. 11. de Offic. *Cum conſuleretur, utrum bono viro pauperi an minus probato diviti filiam* collocaret. Idem de inventione. *P. Scipio Corneliam filiam Ti. Graccho* collocavit. De illis, quorum filiae publice ex aerario dotatae fuerint collocatae nuptum, vide Valer. Maxim. Lib. 4. cap. 4. de Paupertate laudata. *Gebhard.* De dote harum filiarum vide Cel. J. Perizon. ad Aelian. L. 10. V. H. cap. 15.

2 *Deceſſit*] De mortis genere, quod ſciam, apud auctores nihil exſtat, niſi quod reſtitutus in priſtinum ſtatum, quaeſtura functus honeſte deceſſerit. Quamobrem non ſatis poſſum mirari, quod de ejus morte a Seneca conſ. ad Albin. c. 13. ſcriptum eſt: *Ducebatur Athenis ad ſupplicium Ariſtides &c.* Sed quia id plerique omnes Phocioni adſcribunt, μνημονικὸν ἁμάρτημα in *Seneca* eſſe arbitror. *Longolius.* De loco mortis & ſepulchro publice ei conſtructo vid. Plut. 334. & ſeqq. *Boſius.* Naturali lege Ariſtidem mortuum eſſe patet ex ipſo verbo *decedere*, quod de naturae debitum reddentibus ſolet adhiberi: v. cl. Scheffer. ad Phaedr. L. 4. fab. 4. idque ex infinitis auctorum locis confirmari poſſet, inſpice modo lector Livii. 1. cap. 34. Suetonii Auguſt. cap. 101. & Juſtini L. 1. c. 1.

poſt annum quartum, [3] quam Themiſtocles Athenis erat expulſus.

c. 1. L. 4. c. 2. L. 6. c. 8. L. 20. cap. 4. & ita centies.

3 *Quam Themiſtocles Athenis erat expulſus*] Id quod *Diod. Siculus* fictum ait Olymp. LXXVII. anno 1. *Boſius*.

IV. PAUSANIAS.

CAP. I.

1 [1] PAUSANIAS LACEDAEMONIUS, [2] magnus homo, ſed [3] varius in omni genere vitae fuit.

PAUSANIAE res amplius memorabunt tibi *Plutarchus in Ariſtide & alibi*, *Thucydides* 1. *Herodotus lib* 9 *Diodorus* 11. *Aelianus v. h.* 4, 7. *Polyaenus* 8. *Xenophon hiſt Graec.* 2. *Juſtin.* 2. 15, 16. 5, 10, 6. 6, 4, 7. *Valerius Maxim.* 2, 6, 1. *Suidas &c.* Boeclerus.

1 *Pauſanias Lacedaemonius*] Cleombroti filius; ut *Herodotus* 9. *Thucydides* 1. *&* 2. Epigramma vetus apud *Athenaeum* 12, 9. *Plutarchus in Apophth Lacon. Suidas* & alii vocant. Non igitur Ageſilai, aut Hegeſilai. vid. inf. *ad c.* 5, 2. *Boſius*. Suidas ex Thucydide & Plutarcho haec refert. Παυσανίας κλεομβρότε ἢ ἀγχιθέας, βασιλεὺς λακεδαιμονίων. ſic infra quoque cap. 3, 5. *rex* vocatur. *Ernſtius*.

2 *Magnus homo*] Et ſic loquuntur Latini, ne quis ſequioris aevi floſculum putet, Aemilioque Probo Cornelii Labores adjudicet. Livius L. 35. c. 10. *Quaeres minus verendos magnos homines ipſa ſatietate facit.* Salluſt Orat. 2. ad Caeſarem. *Hoſtem adverſum deprimere ſtrenuo homini difficile eſt.* Gebhard. Cicero in Lucullo cap. 1. *Omnis liberalis & digna homine nobili ab eo percepta doctrina.* & 2. ad Fam. Ep. 7. *Etiamne tu has ineptias homo* (*mea ſententia*) *ſumma prudentia* &c. Terent. Phorm. 5, 6, 14. *Homo hominum ornatiſſime.* neque vox *homo* Pauſaniae perſona eſt indigna, cum a Val. Maximo de rege Antiocho adhibeatur, teſte cl. Burm. ad Phaedr. L. 2. fab. 5. vſ. 19. Et ſaepius a Cicerone in bonam partem conjungitur cum *viro*, de eo qui virtutibus elucet, addito epitheto *magnus* vel ſimili, ita tamen, ut aliquid diſcriminis inter utramque eſſe videatur, quod exprimere verbis vix poſſis, ut cenſet Vavaſſor de vi & uſu quorumd. verb. pag. 49. *Magnus* etiam heic magnum quid notat, poſitum quippe pro illuſtri, nobili, virtute ſua & factis inſignibus conſpicuo ac potenti. Ovid. L. 2. Art. Amat. vſ. 709.

Fecit & in capta Lyrneſide magnus *Achilles.*

Tibullus L. 4. El. 1. vſ. 175. de Meſſala.

Ergo ubi per claros ierint tua facta triumphos,

Solus

fuit. nam [1] ut virtutibus eluxit: [2] ſic vitiis eſt ob-
rutus. [3] Hujus illuſtriſſimum eſt praelium apud Pla- 2
taeas: namque illo duce Mardonius ſatrapes regius,
na-

Solus utroque idem diceris magnus *in orbe.*

Servius ad Virgil. 1. Aen. vſ. 292. *Julius a* Magno *demiſſum nomen Iulo.* notat, *a Magno, ſicut Alexander, ſicut Pompejus. Graeci enim omne magnificum* magnum. de Pompejo v. Cel. Burmann. ad Petron. cap. 124. p. 592. de Alexandro res nota. Sic Caeſar Auguſtus, qui alibi *invictus* & *altus* vocatur, peculiari hoc honoris nomine inſignitur. v. Magnus Broukhuiſ. ad Propert. L. 2. El. 1. vſ. 26. unde poſteriores Imperatores *magni* non ſolum ſed & *maximi* fueri dicti. V. Ill. Spanhem. diſſert. 5. de uſu & praeſt. Numiſm. p. m. 424. ad exemplum regum Parthorum & Perſarum. (Idem vir Incomparabilis ad Callim. H. in Jovem. vſ. 2.) qui, ut pares eſſent diis ſuis hoc Epitheto inſignibus (vide Doctiſſ. Elſner. ad Acta Apoſtol. cap. 19. com. 27. & Alberti ad com. 34.) iſto titulo ſe adorari volebant.

3 *Varius in omni gen. vitae*] Eruditiſſ. *Schotto* non aſſentior τὸ *vitae* hinc ableganti; cum verba inde ambigua ſint evaſura: neque illis, qui malunt *vanus*, interpretanturque χαῦνος. Florus 4, 3, 4. *Antonius varius ingenio.* Cicero Laelio: *Aſſentatoris animus varius, commutabilis & multiplex* Valer. Maxim. L. 6. cap. 9. de Fortuna. *Nec aut haec aut illa ſimul univerſa, ſed varie perplexa freto atque aeſtui ſimilia.* Gebhardus.

1. *Ut virtutibus eluxit, ſic vitiis*] Ob virtutes erat conſpicuus. Attico; *Qua ex re pueritia nobilis inter aequales ferebatur clariusque explendeſcebat.* Cicero loqui amat *virtus, eloquentiae magnitudo* elucet ut pro Fontejo. *Quid eſt igitur, ubi* elucere *poſſit prudentia?* Gebhardus. De hujuſmodi ambiguis mixtisque hominibus vide *Piccart. obſervat.* 1, 8. *Forſtner. ad annal.* 3. *Taciti, pag.* 268. *Boecler. in comment. pag.* 54. *& Eraſm. Brochmand. in ſpecim. Ethices hiſtoricae cap.* 1. *&* 4. Boſius.

2 *Sic vitiis eſt obrutus*] Obtectus, obſcuratus. *Obrui* enim oppoſuit τῷ *elucere.* Ergo *obruere* eſt obſcurare. Statius Lib. 1. Thebaid.

— *Quantum virides Venus addita nymphas*
Obruit.

Tacit. Vita Agricolae cap. 17. *Cum Cerealis quidem alterius ſucceſſoris curam famamque* obruiſſet. Ita Graeci καταχῶν uſurpant. Ἄδαιος apud Suidam. φιλολογίᾳ τε καὶ ἀτρύτοις πόνοις ἐγκείμενος εὐφυεστέρων καὶ πρεσβυτέρων κατέχωσε δόξας τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι. obruit & obſcuravit. Memini ita quoque loqui Ciceronem & Juſtinum L. 18. c. 5. *Gebhard.* Livius L. 3. cap. 19. *At enim divinis humaniſque* obruti *ſceleribus legem vos hoc anno perlaturos dictitatis?* De verbo *obruere* conſulendi ſunt Eximii Interpretes ad Valer. Flaccum L. 1. Argon. vſ. 319.

3 *Hujus illuſtriſſ. eſt prael.*] Haec vox praelio conjuncta non ſatis ſe mihi probat, inquit Schottus, ut *clariſſimum* mallem, ſi libri faverent. Ego cum de celebritate & fama potius, quam de magnitudine ipſa &

natione Medus, [1] regis gener, [2] in primis omnium Perſarum & manu fortis & conſilii plenus, [3] cum ducentis millibus peditum, [4] quos viritim legerat, &

& momentis praelii accipitur, non video quid habeat incommodi; cum *illuſtrandi* vox & *illuſtrium* iſto ſenſu placeat Noſtro. Supra 2, 1, 4. *quo factum eſt, ut brevi tempore illuſtraretur.* i. e. fama & auctoritate inclareſceret: 13, 1, 2. *Multa hujus ſunt praeclare facta. Sed haec maxime illuſtria,* i. e. ad gloriam inſignia. 21, 1, 3. *Xerxi maxime eſt illuſtre, quod maximis poſt hom. mem. exercitib. terra marique bellum intulit Graeciae.* Boeclerus. Adde Ind. Praelium hoc prolixe deſcribunt *Herodot.* 9, 27. *uſque ad* 70. *Plutarchus Ariſtide* p. 330. *Diodor. Sic.* 11. 31. breviter narrant *Cteſias*, *Strabo* 9. *Pauſanias Laconicis & Boeoticis*, *Juſtinus* 2, 14. *&c.* Contigit autem anno 11. Olymp. LXXV. archonte Xanthippo ſive Xanthippide, die 3. Boedromionis, h. e. 25. Septembr. *Boſius.* Voſſ. A. *Hujus induſtriſſimum.* & Voſſ. B. C. exhibent etiam *hujus.* ſed pro *Mardonius* Voſſ. C. *Maradonius.*

1 *Regis gener*] Darii, cujus filiam Artozoſtren in matrimonio habebat, quod ſi de Xerxe capias, *gener* heic erit ſororis maritus. *Gebh.* Atqui *ſororis maritum* fuiſſe conſtat. Sed recte locutus eſt noſter, rurſum immerito ſuis interpretibus ſuſpectus. Sic enim apud *Juſtin.* 18, 4, 8. Sichaeus ſive Acerba Pygmalionis, cujus ſororem in matrimonio habebat, *gener* vocatur, quod auctoritate Cuiacii & exemplis adſtruunt Bongarſius & Cl. Berneggerus, cujus edit. vide *Boeclerus.* Poſſis tamen & alia ratione tueri noſtrum, ſi cum *Sicuerone*, *Gebhardo*, & aliis *regem* Darium intelligas, cujus filiam Artozoſtren Mardonius (ut ex *Herodoti* 6, 43. cognoſcimus) in matrimonio habuit. Certe hac ratione *regis generum* Pharnabazum dixit 9, 2, 1. Artaxerxis ſcil. cujus filiam duxerat, ut *Plut. in Artaxerxe* refert. Quare non erat, cur poſt alios Noſtrum erroris argueret *Uſſerius pag.* 183. quod innuat, Mardonium Xerxis generum fuiſſe. *Boſius.*

2 *Inprimis omnium Perſ. manu fortis,*] Epaminonda. *Peritus belli, fortis manu, animo maximo.* quem locum Lambinus praeterierat. *Gebh.* H. e. inter omnes Perſas praecipue fortis. Simili phraſi 2, 9, 2. *Plurima mala omnium Grajorum in domum tuam intuli.* Boſius.

3 *Cum ducent. millib. ped.*] *Herodotus* 9, 31. & *Plutarchus Ariſtide* CCC. millia Perſarum numerant, quibus Herodotus addit L. millia auxiliariorum Graecorum. *Diodorus Sic.* 11. ait exercitum Mardonii univerſum, ſociis adnumeratis, conſtitiſſe quaſi 10 millibus. *Cteſias* XII tantummodo myriadas cum Mardonio adverſus Plataeenſes miſſas ſcribit. *Boſius.* Leid. *cum* VII. *millibus* Voſſ. C. *a. c. millibus.*

4 *Quos viritim legerat*] Erat, ut hinc apparet, iſta delectus ratio, qua vir virum ſuae ſalutis cauſa legerat, cum quo in praeliis verſaretur, & apud Orientis populos non incognita, Romanis caeteriſque Italiae populis non fuiſſe inſolentem docet Livius 9, 39. *Ad Vadimonis lacum Etruſci lege ſacrata coacto exercitu, cum vir virum legiſſet,*

quam-

& [1] viginti millibus equitum, [2] haud ita magna manu Graecia fugatus eſt, eoque [3] ipſe dux cecidit praelio. Qua [4] victoria elatus [5] plurima miſcere coepit, 3
&

quantis nunquam aliis ante copiis, ſimul animis dimicarunt. De Germanis *Caeſar l.* 1. *Comment. de Bello Gall. c.* 48. Juſtinus 2, 13, 3. *Sibi ccc. millia armatorum lecta ex omnibus copiis relinquat.* Ita *Gebhardus.* De more Romanorum, quo vir virum legebat, plura *Victorius variar. lection.* 16, 19. *Turneb. Adverſ.* 25, 7. *Savilius ad Taciti hiſtor.* 1, 18, 2. *&c.* Sed apud noſtrum nil amplius iſta formula videtur indicari, quam delectos cum cura, non promiſcue adſumtos pedites. *Boſius.*

1 *Viginti millib.*] Mſſ. Dan. & Boecler. aberat vox *millibus*, quaſi ex priore verſu ſubaudienda. *Boſius.* Abeſt etiam a Voſſ. B. & Leid. pro *Graecia* legunt *Graeciae*, (ſed a. m. ſec. in Voſſ. B. *Graecia*) quam lectionem probat cl. Oudendorpius, quia cap. 3. *Claſſis Graeciae*, & cap. 4. *arma Graeciae* dixit noſter.

2 *Haud ita magna manu*] Centum millibus hominum, ut *Diodorus l. c.* & *Juſtinus* 2, 14, 4. ſive ut *Herodotus*, cx. millibus. Multo pauciores *Cteſias* habet. Ait enim; *Mardonio occurriſſe Pauſaniam, ccc. Spartanos, & CIↃ. accolas, ex aliisque urbibus ſex millia ſecum ducentem*, p. 665. Atque hunc, aut ſimilem ſcriptorem alium, Noſter ſequutus videtur. *Boſius.* Voſſ. A.

3 *Ipſe dux cecidit praelio*] Δίδωσι Plutarchus, ut monui ad Tibullum. L. 1. El. 5. vſ. 18.

Cum cecidit fato conſul uterque pari. Thraſyb. *in ſecundo praelio* cecidit *Critias.* Datame. Cadit *in praelio adoleſcens.* Juſtin. lib. 40. c. 3. *Non tamen immemores priſtinae gloriae* cecidere. ſic apud Latinos frequentiſſime invenitur. Reperi tamen *cadere* pro eo quoque adhiberi, ubi quis ictu vel vulnere humi funditur, unde mors non ſemper ſequatur. Auctor de viris illuſtribus c. 39. *Flamma cum trecentis pugnans* cecidit. *Gebhardus.* Lapide ictus ab Arimneſto quodam Spartano, ut ait *Plutarchus Ariſtide* p. 331. Et ſic fere reliqui, ut *Diodorus*, *Herodotus*, *Pauſanias*, Etiam *Marmor Arundellianum*: ΚΑΙ ΜΑΡΔΟΝΙΟΣ ΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝ ΕΝ ΤΗΙ ΜΑΧΗΙ. Cteſias tamen vulneratum aufugiſſe, & poſtea demum, cum ad Apollinis aedem diripiendam miſſus eſſet, grandine oppreſſum periiſſe, ſcribit: quem & *Juſtinus* ſequutus videtur 2, 14, 5. *Boſius.*

4 *Victoria elatus*] Μετεωρισθείς, ἀρθείς. Inf. 6, 1, 3. *Hac victoria Lyſander elatus.* Tacitus 12. A. 29, 4. *Ne fortuna elati noſtram quoque pacem turbarent.* Caeſar. 7, 47. *Sed elati ſpe celeris victoriae & hoſtium fuga, ſuperiorumque temporum ſecundis praeliis.* Frontinus 1, 3, 3. *Annibal ſucceſſibus praeliorum inſolens.* & 1, 11, 2. *Samnitium numeroſius exercitus & ſucceſſibus tumidus.* Hanc cauſſam quoque prodidit Ariſtoteles: nam ut ſolus Spartae ceterisque Graecis imperaret Pauſanias, nova conſilia cum Xerxe iniiſſe ab eodem perhibetur, 5. *Politic.* 7. *Gebhardus.*

5 *Plurima miſcere*] Συγκυκᾶν, ταράττειν. Cicero pro Milone. *Quanto ille plura miſcebat, tanto hic magis convaleſcebat.* *Gebhardus.* Vide Cl.
Scheffer.

& majora concupiſcere. Sed primum in eo eſt reprehenſus, [1] quod ex praeda tripodem aureum Delphis poſuiſſet, [2] epigrammate ſcripto, in quo erat haec ſententia; [3] SUO DUCTU BARBAROS APUD PLATAEAS ESSE DELETOS, EJUSQUE VICTORIAE
4 ERGO APOLLINI DONUM DEDISSE. Hos verſus La-

Scheffer. ad Phaedr. L. 1. Fab. 2. & Cort. Salluſt. Catil. cap. 10. n. 3. In Voſſ. C. *in eo cum repr. quod cum ex pr. t. a. D. potuiſſet.*

1 *Quod ex praeda trip. aureum D. poſ.*] Ita Mſc. omiſſa particula *cum*, quam in codicib. a quodam imperito infarctam velut vinciendae ſententiae, absque Mſc. ope conjecerat Ampl. Freinshemius. *Boeclerus.* Et Apollini dedicaſſet. Suidas in voce Παυσανίας. *Ernſtius.* *Ponere* ſaepiſſime ſumitur pro res conſecratas ſive uſibus humanis exemptas cuidam Deo dedicare Ovid. Epiſt. 12. Heroid. vſ. 128.

Ponitur *ad patrios barbara praeda deos.*

Et L. 4. Triſt. El. 8. vſ. 22.

Miles, ut emeritis non eſt ſatis utilis annis,
Ponit *ad antiquos, quae tulit, arma lares.*

Adi, Lector, V. V. D. D. Th. Munck. ad Hygin. fab. 3. & Broukhuiſ. ad Propert. L. 2. El. 11. vſ. 27. Eadem hac ſignificatione occurrit, quod jam monere inſtituit Muncker. l. l. apud Graecos, verbum τίθημι, ut Apollon. Rhod. l. 4. Argon. vſ. 1549. & Callim. Epigr. 39, 40, 50, & 51. ubi per deos illos Samothraces Caſtorem & Pollucem intelligendos eſſe docebunt, quae profert Tob. Gutberleth. de Dis Cabiris cap. 3.

2 *Epigrammate ſcripto*] Hoc videlicet quod apud Suidam exſtat, & e lib. 1. Thucydid. deſumptum eſt.

Ἑλλήνων ἀρχηγὸς, ἐπεὶ στρατὸν ὤλεσε Μήδων,
Παυσανίας, Φοίβῳ μνῆμ' ἀνέθηκε τόδε. *Ernſtius.*

3 SUO DUCTU BARB. &c.] Niſi properaremus, operae pretium eſſet heic obſervare, quam apta, eademque occulta gravitate expreſſerit hic *Nepos* χαρακτῆρα ἐπιγραμματικόν. Habent enim iſtae inſcriptiones veterum & dedicationes quiddam a vulgari ſermone ac ſententiis diverſum, non ut quaeſitum videatur, ſed nativae ἐμφάσεως quadam indole foecundum & grande. Nonnullae ad dignitatem ſenſus poëtici accedunt, cum retineant ſoluta verba. Aliae metrum miſcent liberis ſententiis: multae ligant ſermonem non verſu minus, quam ſeveritate, majeſtate, rotunditate, etiam quae ſimpliciter, aut vage videntur dicta, novitate & efficacia animum ſolent retentare. Quorum omnium exempla videre eſt in magno *Inſcriptionum Gruterianarum* ope. Huic noſtrae inſcriptioni plane gemina eſt concinnitate brevitateque illa *Taciti*, 2. A. 22, 1. in tropaeo Germanici: *Debellatis inter Rhenum Albimque nationibus, exercitum Tiberii Caeſaris ea monimenta Marti & Jovi & Auguſto ſacraviſſe.* Expreſſit autem Nepos ſuam (id enim ἀφέλειαν illuſtrandae caußa adjicimus)

cedaemonii [1] exſculpſerunt, [2] neque aliud [3] ſcripſerunt, quam nomina earum civitatum, quarum auxilio Perſae erant victi.

CAP. II.

[4] Poſt id praelium, eundem Pauſaniam [5] cum claſſe communi Cyprum, atque Helleſpontum miſe- 1

mus) ex Graeco verſu itidem egregio (Thucydidis L. 1. cap. 132.)

Ἑλλήνων ἀρχηγὸς ἐπεὶ στρατὸν ὤλεσε Μήδων

Παυσανίας, Φοίβῳ μνῆμ' ἀνέθηκε τόδε.

Boeclerus. Voſſ. B. *in quo haec ſententia erat.*

1 *Exſculpſerunt*] Sic omnes Mſſ. & editi. *Magius* tamen opinabatur legendum *exſcalpſerunt*, quod *exſcalpere* ſcalpendo delere vel amovere ſignificet, & proclivis depravatio eſſe potuerit librariis; neque ab ullo Latinorum verbum *exſculpo* pro eo, quod eſt ſculpturas erado, vel deleo, prolatum ſit. Verum nulla correctione opus. Expreſſit enim & heic Nepos Graeca haec Thucydidis: τὸ μὲν ἐλεγεῖον οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐξεκόλαψαν εὐθὺς τότε ἀπὸ τοῦ τρίποδος τούτου, καὶ ἐπέγραψαν ὀνομαστὶ τὰς πόλεις, &c. Ἐκκολάπτειν, qua voce & *Plutarchus lib. de malignit. Herodoti* hac ipſa in re uſus, eſt delere, excidere, quod inſculptum aut inciſum fuerat: ut apud Demoſthenem ἐκκολάπτειν τὸ ψήφισμα. Quod recte vertas *exſculpere decretum* ſive *populiſcitum*; quod ſcilicet antea tabulis, ut fieri mos erat, fuerat inciſum. *Exſcalpere* autem eſt aliquid ex aliquo ſcalpere tanquam e materia; ut *exſcalpere ſignum e ligno, &c. Boſius.* Oxonienſis editor mavult *exſcalpſerunt.* Attamen *exſculpſerunt* exhibent Leid. Voſſ. A. B. Voſſ. C. *expulſerunt.*

2 *Neque aliud ſcripſer. &c.*] Idque ex veteri inſtituto Graecorum; quod poſteri duces ex ambitione mutarunt, & hujus rei gloriam ad ſe derivarunt, ut auctor eſt Demoſthenes *Or. de rep. ord.* Non eſt equidem defugienda auctoritas illorum, quorum auſpiciis & nomine res geſtae ſunt, & laus potius in medium conferenda eſt, quam ex communi ad ſe trahenda. Si ſecus fiat, non niſi cum inſigni proprii nominis invidia, & famae vitaeque diſcrimine fit. de quo fuſius ad Curtii lib. 8. *Loccenius.* Adde Doctiſſ. viros Boecl. de Auſpicio regio 2, 5. & ſeqq. & Bernegg. quaeſt. miſcell. 176. *Boſius.*

3 *Scripſerunt*] Forte *reſcripſerunt*, aliud reſcribendo in locum exſcalpti Epigrammatis ſubſtituerunt, & hoc poſtulat verbum ἐπέγραψαν. *Gebhardus.* Thucyd. ἐπέγραψαν. Plutarchus ἐνεχάραξαν. *Boſius.* Haec verba non reperiuntur in Voſſ. C.

4 *Poſt id praelium*] anno IV. Olympiadis LXXV. ſi ſequimur *Diodorum* 11. Meminere praeterea expeditionis hujus Thucydides 1. Plutarchus Ariſtide, Juſtinus 2, 15, 4. *Boſius.*

5 *Cum claſſe communi*] Quae conſtabat L. triremibus e Peloponneſo ductis,

ſerunt, [1] ut ex his regionibus barbarorum praeſidia
2 depelleret. Pari felicitate in ea re uſus, elatius ſe gerere coepit, majoresque appetere res. Nam quum, Byzantio expugnato, cepiſſet complures Perſarum nobiles, atque in his nonnullos regis propinquos, hos clam Xerxi remiſit, ſimulans ex vinculis publicis effugiſſe; & cum his [2] Gongylum Eretrienſem, qui litteras Regi redderet, in quibus haec fuiſſe ſcripta
3 Thucydides memoriae prodidit. *Pauſanias dux Spartae,*

ductis, & xxx. Atticis, quibus Ariſtides praeerat. vid. Diodor. & Thucyd. ll. citt. *Boſius.*

1 *Ut ex his reg. barb. praeſidia depelleret*] Neceſſarium non magis eſt hoſti aperto praelio occurrere, quam diſpoſita idoneis locis praeſidia depellere. v. Caeſar. 2. Civil. 20. Idem 3. Civil. 33. *Calviſius praeſidiis adverſariorum Calydone & Naupacto ejectis, omni Aetolia potitus eſt.* Diodorus l. 11. Lacedaemonii Pauſaniam προσέταξαν ἐλευθεροῦν τὰς ἑλληνίδας πόλεις, ὅσαι βαρβαρικαῖς φυλακαῖς διέμενον ἔτι φρουρούμεναι. Curtius 3, 1, 19. *Copiis praefecit Hegelochum; Lesbum & Chium & Con praeſidiis hoſtium liberaturum.* Gebhardus. Pro *Elatius ſe gerere*, *elatus gerere*. Voſſ. A. Pro *Byzantio* Leid. *Curantio.* Pro *complures* Leid. *quam plures* Voſſ. C. *quam plures.* pro *regis propinquos*, *regi propinquos.* ſic Mſſ. Excepto uno Struv. & recentioribus Edd. apud Salluſt. Jugurth. cap. 48, n. 4. *Praeter flumini propinqua loca*, ubi vide cl. Cort. pro *Ex publ. vinculis effug.* Leid. *publ. vinculis effug.* Verbum *depellere* illuſtravit. cl. Oudendorp. ad Lucanum L. 2. vſ. 654.

2 *Gongylum Eretrienſem*] Sic legendum, non, ut in plerisque Mſſ eſt, *Cretenſem.* Ita enim vocant Thucydides 1. c. 128. & Diodorus Sic. 11. meminit & Xenophon ἑλλ. haud longe a principio Gongyli cujusdam, quem ſolum ex Eretrienſibus, Medorum rebus faviſſe, eoque exſulaſſe ſcribit. Sunt autem haec, & quae ad finem uſque vitae hujus ſequuntur, pleraque ex Thucydid. *libro* 1. deſumta. ſed quandoque liberius converſa. *Boſius.* C. P. Dan. & Leid. *Erethienſem.* Voſſ. B. C. *cretenſem.* Voſſ. A. *Gongulum.* C. *Gongulum.* Pro *Byzantii* Leid. & Cod. P. Dan. *Byzanti.* & pro *ſequi tecum.* Leid. *ſe tecum.*

3 *Des ei filiam tuam nuptum*] In Dione: *Aretem Dionis uxorem alii nuptum dedit.* Paciſcuntur iſta vincula neceſſitudinum proditores ac transfugae, vel ad perfidiam ſollicitatis offeruntur ad ſecuritatem obſignandam. Curtius 3, 6, 4. *Ne ſalutem ſuam Philippo committeret: mille talentis a Dario & ſpe nuptiarum ſororis eſſe corruptum.* Caeterum non recordor ita loqui Ciceronem: Plautinum ſuccurrit exemplum, quod plerisque non ignotum eſſe reor. *Gebhard.* Adde Freinshem. ad Curt. *l. c. Boſius.* De hac phraſi etiam diſputarunt Viri docti ad Val. Max. L. 4. c. 4. Ex. 9. *Taceo enim, quod princeps civitatis filiam ei nuptum dedit.*

Digitized by Google

tae, quos Byzantii ceperat, poſtquam propinquos tuos cognovit, tibi muneri miſit, ſeque tecum affinitate conjungi cupit: quare, ſi tibi videtur, [1] *des ei filiam tuam nuptum. Id ſi feceris, & Spartam, & ceteram Graeciam ſub tuam poteſtatem* [1] *ſe, adjuvante te, redacturum pollicetur.* 4 [2] *His de rebus ſi quid geri volueris,* [3] *certum hominem ad eum mittas face, cum quo colloquatur.* Rex [4] tot hominum ſalute, tam ſibi neceſſariorum, magnopere gaviſus, confeſtim cum epiſtola [5] Artabazum ad Pauſaniam mittit. In qua eum col- 5

dit. Paullo ante pro *tibi muneri miſit, ut muneri miſit.* Voſſ. C.

1 *Se adjuvante te redacturum*] *Longolius* edidit: *te adjuv. redacturum ſe pollic.* Senſu plano, & proxime ad veram lectionem accedente; ſed invitis libris, qui conſenſu τὸ *ſe* exhibent in prioribus, in poſtremis non agnoſcunt. Nam in omnibus, tam Mſſ quam vett. edd. legitur: *ſe adjuvante redacturum.* Eruditiſſ. Gronovius in litteris ad Ampliſſ. Boeclerum: *Videtur*, inquit, *aut ſuperfluum* τὸ adjuvante, *aut ſcribendum*, redactum iri. *quamquam poſſit intelligi vulgatum, ſi aliud ſe ſubaudias, ſed duriſſimum illud, & Nepote indignum.* Mihi paene indubium eſt, Nepotem ſcripſiſſe, ut primi ante ſexennium legendum eſſe conjecimus; nunc autem fidenter in textu Auctoris reſcripſimus. Excidit autem vocula *te*, quoniam eaedem literae in fine praecedentis vocis legebantur. Nempe ut in tota hac narratione, ita & heic Thucydidem expreſſit. Sic autem ille: γνώμην ποιοῦμαί σοι Σπάρτην καὶ τὴν ἄλλην Ἑλλάδα ὑποχείριον ποιῆσαι. Δυνατὸς δὲ δοκῶ εἶναι ταῦτα πρᾶξαι, μετὰ σοῦ βουλευόμενος. *Boſius.* Leid. *ſub ſua poteſtate.* Cod. P. Dan. *ſe adjuvante reducturum.* de omiſſa vocula *te* vide cl. Cort. ad Salluſt. Cat. cap. 23. n. 1. Voſſ. A. B. C. *ſub tuam poteſtatem ſe adjuvante redacturum.*

2 *His de rebus*] Sic Mſſ. & Ed. Ultrajectina, probatque & Schott. Inf. 20, 1, 2. *Sed in his rebus* &c. At Longol. & Lamb. *Horum igitur.* quomodo *Thucydides:* εἰ ἄν τί σε τούτων ἀρέσκει. *Boſius.* Pro *volueris* Voſſ. A. *nolueris.* Voſſ. B. *hiſque de rebus ſ. q. g. v.*

3 *Certum hominem*] Fidum, cui tuto fidere poſſis. Sic ſaepe Noſter, itemque Cicero, alii. v. Ind. Thucyd. Ἄνδρα πιστόν. *Boſius.* De voce *certus* Paſſerat. ad Propert. l. 1. El. 13. vſ. 6. & cl. Burmann. ad Petron. Satyric. c. 44 pro *cum quo colloquatur.* Leid. *cum quo loquatur.*

4 *Tot hominum*] Membranae priorem vocem delent, neque admodum neceſſariam: inquit Schott. Mihi elegantius videtur, ſi retineatur. Quod vero Lambinus, cum Puteano, exiſtimat copula adjecta, legendum, *& tam ſibi neceſſariorum*; in eo fruſtra eſt. Nam copula elegantius omittitur *Boſius.* Leid. *neceſſariorum. tot* abeſt ia Voſſ. C

5 *Artabazum*] Pharnacis filium, ut *Thucydides* addit. *Diodorus* 11. σα-

τράπην

collaudat, [1] ac petit, ne cui rei parcat [2] ad ea perficienda, quae pollicetur. [3] Si fecerit, [4] nullius rei a ſe
6 repulſam laturum. Hujus Pauſanias voluntate cognita, alacrior ad rem gerendam factus, [5] in ſuſpicionem cecidit Lacedaemoniorum. In quo facto domum revocatus, accuſatus capitis, abſolvitur; [6] multatur

ταγὴν vocat. *Boſius.* Voſſ. C. *Arthabaxum.* Voſſ. A. *Artabaxum.* B. *Artabatem.* & in Margine Codicis Voſſiani A. notatum erat *al. Artabarem.*

1 *Ac petit*] MS. Boecler. copula aberat. *Boſius.* Item Leid. & Voſſ. B. C.

2 *Ad ea perficienda*] Mſ. Dan. *ad ea efficienda. Boſ.* Sic & Voſſ. B.

3 *Si fecerit*] Dan. Leid. & Boecl. *ſi perfecerit*, quod e proximo *perficienda* natum videtur. heic certe locum vix habet, nam quod Xerxes pollicetur, Pauſaniam *nullius rei a ſe repulſam laturum*; id non accipiendum eſt de praemiis ob *perfecta, quae pollicitus erat*, largiendis; ſed de auxilio, quod rex praeſtiturus erat, *ſi faceret*, quae Rex fieri volebat, h. e. ſi *nulli rei parceret*, ac neque nocte neque die quieſceret, *ad ea perficienda*; *quae pollicebatur.* Sic enim apud *Thucydidem* (unde haec narratio deſumta eſt) Xerxes: Καί σε μήτε νὺξ μήθ' ἡμέρα ἐπισχέτω ὥστε ἀνεῖναι πράσσειν τι, ὧν ἐμοὶ ὑπισχνῇ. μηδὲ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου δαπάνῃ κεκωλύσθω, μηδὲ στρατιᾶς πλήθει, εἴ ποι δεῖ παραγίγνεσθαι. Unde clare apparet, non nuptias filiae, aut honores & praemia, quae rex Pauſaniae, *ſi perfeciſſet, quae pollicebatur*, conceſſurus eſſet; ſed pecuniam & militem, ut ea poſſet perficere, promitti. *Boſius. Perfecerit* etiam Voſſ. A. B.

4 *Nullius rei a ſe repulſam laturum*] Plutarchi illud *in Lyſandro & Ageſilao* firmat etiam exemplum Pauſaniae: *non faciliori negotio Perſarum Reges Graecos ab Aſia, quam corruptis ducibus, repuliſſe.* Loccenius.

5 *In ſuſpic. cecidit*] Accuſatum eſſe a Peloponneſiis, ſcribit Diodorus 11. Sed de mulcta, nec ipſe, nec Thucydides quidquam tradunt. Thucydides tantum ait, eum privatis quibusdam criminibus condemnatum, a maximis abſolutum. *Boſ.* Leid. *Lacedaemonio*, pro *Lacedaemoniorum.*

6 *Multatur tamen pecunia: quam ob cauſam ad claſſem remiſſus non eſt*] Animadvertis multatos Lacedaemone infamia haud carere, eoque ipſo mandata provincia ſive imperio excidere, nec non patria; niſi eam inſigni facto, meritove recuperaſſent. Polyaenus *l.* 2. in Clearcho Com. 7. Κλέαρχος ἀποστάντων Βυζαντίων ζημιωθεὶς ὑπὸ τῶν ἐφόρων εἰς Λάμψακον κατέπλευσε. Ibidem: Σθένιππος Λάκων ζημιωθεὶς χρήμασιν ὑπὸ τῶν ἐφόρων προσποιητῶς αὐτομολῆσαι πρὸς τοὺς Τεγεάτας ὑποκρινόμενος. Nepos infra 16, 1, 3. de Pelopida: *Idque ſuo privato, non publico fecit conſilio, quo facto eum Lacedaemonii ab exercitu removerunt, pecuniaque multarunt.* Gebhardus. Poſſis tamen & ideo militiae praefecturam Pauſaniae abrogatam dicere, ne vindictae cupidine

tatur tamen pecunia: quam ob cauſſam ad claſſem remiſſus non eſt.

CAP. III.

At ille poſt non multo ſua ſponte ad exercitum 1
rediit, & ibi non callida, ſed dementi ratione, [1] cogitata patefecit. [2] Non enim mores patrios ſolum,

pidine moliretur aliquid, traductis in ſuas partes copiis imperio ejus adſuetis. Plerumque enim, qui ſive jure ſive injuria damnati, ultionem hoc caſu meditari ſolent. Exemplo Livius Salinator eſt apud *Livium* 27, 36, & 42. *Boſius.*

1 *Cogitata*] Emendatio Lambini. Quia tamen Vett. Libb. *cognata*, nihil certius vel ipſo Lambino judice, quam reſcribendum eſſe *conata*. Caeſar. L. 1. Bell. Gall. cap. 3. *Perfacile factu eſſe illis probat* conata *perficere.* Vellej. Patercul. Lib. II. cap. 29. *Privatis ut opibus, ita conſiliis magna auſus magnificeque* conata *exſecutus.* Sueton. in Galba cap. 17. *Faciliorem occaſionem M. Salvio Othoni praebuit perficiendi* conata. Juvenal. Satyr. 13.

Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat ullum,
Facti crimen habet, cedo, ſi conata *peregit*? Gebh.

Sic e Thucydide *Lambinus* & diu ante Editio Ultrajectina. Alii malunt *conata*; quos adjuvare videtur Cod. Dan. in quo fuit *cognata*. Noſter utraque voce alibi uſus: quemadmodum & alii veterum. Vid. Index. Sed & *Thucydides* utrique favet. Priori quidem in illis: κατέχειν τὴν διάνοιαν οὐκ ἐδύνατο. Alteri vero iſtis: ἀλλ' ἔργοις βραχέσι προὐδήλου ἃ τῇ γνώμῃ μειζόνως ἐς ἔπειτα ἔμελλε πράξειν. Libri tamen & edd. veteres omnes, uno Danielis excepto, habent *cognita*. quod etſi corruptum, propius tamen ad τὸ *cogitata*, quam ad τὸ *conata* accedit. *Boſius.* Si cui *cogitata* placet, inſpiciat, quae de verbo *cogitare* notant cl. V. V. Burmann. ad Vellej. Paterc. L. 2. c. 13. in fine, & Torrenius ad Valer. Maxim. L. 5. cap. 2. E. 1. Mihi minus arridet *conata*. Leid Oxon. Voſſ. A.B.C. *cognita*. Mattaire etiam praetulit *cogitata*. pro *callida* Voſſ. A. *calida*.

2 *Non enim mores patr. ſolum, &c.*] Dictu mirabile, ſed tamen verum: mutatum cultum, veſtitumque, morum quoque in pejus mutatio ſequitur, nemoque non cum ſuperbo habitu ſuperbos mores induit. Livius 24, 5. de Hieronymo Siciliae rege: *Hunc tam ſuperbum*, inquit, *apparatum habitumque convenientes ſequebantur mores, contemptus omnium hominum, ſuperbae aures, contumelioſa dicta.* Curtius 6, 6, 4. & 5. *Itaque purpureum diadema diſtinctum albo, quale Darius habuerat, capiti circumdedit, veſtemque Perſicam ſumſit; ne omen quidem veritus, quod a victoris inſignibus in devicti transſiret habitum, & ille ſe quidem Perſarum ſpolia geſtare dicebat; ſed cum illis quoque mores induerat; ſuperbiamque habitus animi inſolentia ſequebatur.* Vide *Valer. Max.* 2, 6, 1. ubi Pauſaniam for-

2 lum, ſed etiam cultum, veſtitumque mutavit. Apparatu regio utebatur, [1] veſte Medica: ſatellites Medi & Aegyptii ſequebantur: [2] epulabatur more Perſarum

fortitudinem ſuam effoeminato cultu molliiſſe ait. *Gebhardus.* Eadem plenius refert Suidas l. c. *Ernſtius.* Adde *Themiſtocl. ep.* 2. & 14. quibus Pauſaniae hoc ipſum exprobratur. *Boſius.*

1 *Veſte Med.*] I. e. Perſica. Athen. 12, 9. Παυσανίας καταθέμενος τὸν πάτριον τρίβωνα τὴν Περσικὴν ἐνεδύετο στολήν. apud Latinos ſaepe *Medi* pro Perſis ponuntur, quia unius imperio parebant. *Lambinus.* Solent illi ejus gentis, cujus gratiam ac ſtudia aucupantur, veſtitum quoque atque habitum aſſumere. deinde, ad quos animo deſciverunt, cultu quoque degenerare. De Germanico *Tacitus* 2. *A.* 59, 2. *Valerius* 3, 6, 1. de P. Scipione, *Crediderim etiam favorem eum ſociorum uberiorem ſe adepturum exiſtimaſſe, ſi victum eorum & ſolemnes exercitationes comprobaſſet.* Sic Pauſanias, ut captaret Perſarum favorem, cultuque mentem oſtenderet, Medica veſte uti voluit, abjecto amictu patrio, obſoletiore quam videretur tanto faſtigio, ad quod mentis elatione adſpirabat, convenire. Florus 4, 11, 3. de M. Antonio: *Toga, faſcium oblitus totus in monſtrum iſtud, ut mente, ita animo* (*Freinshemius* leg. *amictu*) *quoque & cultu deſciverat. Aureum in manu baculum; ad latus acinaces; purpurea veſtis ingentibus obſtricta gemmis, diadema aderat, ut regina rex ipſe frueretur.* Non ſolum autem transfugae, patriique moris deſertores devinciendis iis, quorum opes adulantur, peregrinis veſtibus ſe onerant; ſed legati etiam eorum, ad quos a ſuperioribus miſſi adeunt, habitum aemulantur. Hippolytus Mediceus, Clementis VII P. M. in Bello Pannonico legatus, Hungarorum favorem elicuerat, cum ipſe quoque Hungarice veſtitus obequitaret. Exagitat hoc in Ruffino *Claudianus.* 2, 75.

Egregii quoties exiſſet foederis auctor
Stipatus ſociis, circumque armata clientum
Agmina, privatis ibant famulantia ſignis:
Ipſe inter medios, ne qua de parte relinquat
Barbariem, revocat fulvas in pectore pelles,
Frenaque, & immanes pharetras, arcuſque ſonoros
Aſſimulat, mentemque palam teſtatur amictus.
Nec pudet Auſonios currus, & jura regentem
Sumere deformes ritus veſtemque Getarum,
Inſignemque habitum Latii mutare togaeque.

Ceterum ut hic Pauſanias Perſicum habitum aſſimulaverat, quod ad eos tranſire meditatus erat: Ita qui Lacedaemoniis ſtudebant, affectum ſuum cultu eorum aſſumpto denudabant. *Ariſtophanes Crabronibus:*

Καὶ ξυνὸν Βρασίδᾳ καὶ φορῶν
Κράσπεδα στεμμάτων, τήν θ' ὑπήνην ἄκουρον τρέφων.

Scholia addunt: ἀντὶ τοῦ Λακωνίζων· ὅτι οἱ Λακωνίζοντες τοιαῦτα ἐπετήδευον. &c. *Gebhardus* C. P. Dan. & Leid. *veſte Medico.*

2 *Epulabatur more Perſ.*] De Perſarum

ſarum luxurioſius, quam, qui, aderant perpeti poſſent: 1 aditum petentibus conveniendi non dabat: 2 ſuperbe reſpondebat, & crudeliter imperabat: Spartam redire nolebat: 3 Golonas, qui locus in agro Troa-

ſarum epulis victuque legatur *Xenoph. lib.* 8. *Cyropaed.* & *Athenaeus* 4, 6. Ad praeſentem Probi locum quod attinet, legere ne pigeat *Herodotum lib.* 9. *Athaenaeum l. cit.* & *Plutarch. in Apopth. Lacon.* Magius Contra Lacedaemoniorum victus rigidus & parcus erat, ut docet *Meurſius Miſcellan. Laconic.* 1, 8. *Boſius.* Quanto opere Perſae indulſerint gulae, inde patet, quod Peregrini in eorum luxum prolapſi, vitam cum morte mutabant, ut de Tacho Aegyptiorum Rege narrat Aelianus lib. 5. V. H. cap. 1. quare mirari non debemus, ſi quidam Pauſaniae comites hanc luxuriam perpeti non potuerunt. *Epulabatur* omiſſum eſt typothetarum vitio in Loccenii editione.

1 *Aditum petentibus conveniendi non dabat*] Si moribus cultu veſtituque; ſi apparatu Barbaros imitabatur, εὐπροσηγορία mite Graeciae ingenium exhibere quomodo conveniebat? Quippe ut *Tacitus* 2. *A.* 2, 6. perhibet, *prompti aditus, obvia comitas, ignotae Parthis virtutes, nova vitia.* Eſt vero admiſſionum difficultas familiare celſae poteſtati ac divitiis vitium: Livius 24, 5. de Hieronymo; *aditus non alienis modo, ſed tutoribus quoque difficiles.* Tacitus 4. A. 74, 3. *Eo venire patres, eques, magna pars plebis, anxii erga Sejanum, cujus durior congreſſus, atque eo per ambitum & ſocietate conſiliorum parabatur. Per ambitum* dicit, cum nempe modo precio per acceptiſſimos ſervos ac libertos; modo prece atque ſumma demiſſione ab ipſo Sejano congreſſus eſſet impetrandus. Hoc modo eſt intelligendus locus Juſtini 1, 3, 2. *Cum admitti magna ambitione aegre obtinuiſſet Arbaces.* Vitium iſtud odii pleniſſimum objicit fratri Agamemnoni Menelaus apud *Euripidem Iphigenia Aulidenſi*:

> Κᾆτ' ἐπεὶ κατέσχες ἀρχὰς, μεταβαλὼν ἄλλους τρόπους
> Τοῖς φίλοισιν οὐκέτ' ἦσθα τοῖς πρὶν ὡς πρόσθεν φίλος,
> Δυσπρόσιτος, ἔσω τε κλείθρων σπάνιος.

De faſtu ac difficultate divitum, quam in admittendo tenuiores adhibent, capiendus *P. Syri* mimus;

> *Non ſemper aurem facilem habet felicitas.*

Contra de Ptolemaeo Curtius 9, 8, 23. *Liberalis imprimis, adituque facilis, nihil ex faſtu regio aſſumſerat.* Gebhardus. Adde not. ad 1, 8, 4. *Boſius.* Leid. *conveniendi.* non addit etiam cod. P. Dan.

2 *Superbe reſpond. &c.*] De arrogantia iſta & inhumanitate Pauſaniae vide *Plut. Ariſtide, ac Cimone*, *Diod. Sic.* 11. & *Ariſtid.* rhetorem *Orat. de laudib. M. Aurelii, Tomo* 2, p. 113. Boſius. Leid. *reſpondebat crudeliter* omiſſo &, ita & Voſſ. C.

3 *Golonas*] Non recordor mihi hujus loci nomen alibi occurriſſe *Gebhardus.* Leid. ut & Voſſ. A. B. C. *Colonas* v. Cellar. ad h. l.

Digitized by Google

Troade eſt, ſe contulerat: ibi conſilia cum patriae,
4 tum ſibi inimica capiebat. Id poſtquam Lacedaemonii reſciverunt [1], legatos ad eum [2] cum ſcytala miſerunt: in qua more illorum erat ſcriptum, *niſi domum*

1 *Legatos*] Thucyd. *κήρυκα*, i. e. nuncium. *Lambinus.*

2 *Cum Scytala*] Aſſentiar P. Danieli lectionem *cum clava* aſſerenti? At Nepos non abhorret Graecis vocabulis, quae commode Latinis mutari non poſſunt. Sic Iphicrate non refugit *moeram*, & alibi *Ephori*, *oſtraciſmum*, *aſtu*, *acta*. Latini antiquiores non faſtidioſi in retinendis Graecis erant, ſic Livius dixit *Pelion otrim* de quibus vide Nonium. Scytalae formam depingunt Plut. in Lyſandro. Marcellinus in Thucydidem. Gellius lib. 17. cap. 9 Ariſtophanis Scholiaſtes in aves (vſ. 1283.) Uſum autem literarum ſecretiorum praebuiſſe & hic de ſcytala adnotat. Video autem ſemper in revocando Imperatores ſuos ſcytala uſos Lacedaemonios. Xenophon Ageſilao *ἐπειδὴ ἦλθεν αὐτῷ σκυτάλη ἀπὸ τῶν οἴκοι τελῶν βοηθεῖν τῇ πατρίδι ἐπείθετο* Polyaen. Lib. 8. *Φαρνάβαζος κατὰ Λυσάνδρου Λακεδαιμονίοις ἔγραψεν. οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Ἀσίας αὐτὸν ἀπεκαλέσαντο σκυτάλην πέμψαντες.* At revocationi iſti cur tantum ſecretum ineſſe oportuerit, non perſpicio. Colligere ergo licet, ſcytalen praeſtitiſſe omnem uſum literarum, teſſerarum, atque aliarum id genus notarum. Nam & in pecuniae ſumma ſignanda, & ſaccis obſignandis ſcytalen habuiſſe locum docet Diodor. Lib. 13. de Pecunia ex praeda Athenienſium Lacedaemonem a Lyſandro miſſa. Alium uſum memorat Polyaen. Lib. 1. in Tyrtaeo. Vide Juſtin. L. 3. c. 5. ubi *σκυταλίδας* interpretatur *teſſeras*. Apud Ciceronem in quadam epiſtola ad Atticum ſcytales Laconiae h. e. Epiſtolae brevis & obſcurae exſtat mentio, ut interpretatur Beroaldus Adnotationibus. *Gebhardus.* Vide de hac voce Marcelli Donati dilucidation. ad Liv. L. 38. & Clemens Alexandr. 11. ſtrom. p. 367. a. *Ernſtius.* Scytalen Laconicam, de qua plura in indice; heic a Nepote ſignificari, dubitare non licet. Nam diſerte *Thucydides*, quem expreſſit: *πέμψαντες*, inquit, *κήρυκα οἱ Ἔφοροι, καὶ σκυτάλην*. Et ſolitos a Lacedaemoniis ſcytala revocari imperatores, etiam Lyſander exemplo eſt, apud *Plutarch. in vita p.* 444 & *Polyaen. L.* 8. *in Pharnabazo.* Immo alia quoque Imperatoribus & praefectis per ſcytalen mandari ſolita, ex ejuſdem *Plutarchi Alcibiade extr.* & *Xenophontis hiſt. Gr.* 3. apparet. Sed an ipſa voce *ſcytala* Noſter uſus ſit, non aeque certum eſt. Primus enim *Aldus* eam repoſuiſſe dicitur, nullis vett. libris ſuffragantibus. Nam in Dan. Gif. & Schotti fuit: *cum lava*. unde P. *Daniel* & *Schottus* tentabant: *cum clava*, i. e. ſurculo, cujus formam ſcytale referebat. *Savaro* e ſuis & antiquiſſ. editione Veneta laudat: *cum lana*, quod recte rejicit *Magius*: cum neque in lana ſcriptae ſint literae, neque lorum illud, quo ſurculus involvebatur, *lana* dici queat. Mſ. *Boecl. cum lancea*, quomodo & *Longolius*

mum reverteretur, [1] *ſe capitis eum damnaturos.* Hoc nuntio [2] commotus, [3] ſperans, ſe etiam pecunia & potentia inſtans periculum poſſe depellere, domum rediit. huc ut venit, ab [4] ephoris [5] in vincula publica con-

golius edidit: etſi negat ſe videre, cur ſcytale vocetur *lancea.* Sed omnibus hiſce lectionibus repugnat mos Lacedaemoniorum. Nec enim ſurculus ipſe ſive lignum, ſed lorum tantummodo, ſive membrana, in qua ligno circumplicata litterae ſcriptae fuerant, ad imperatores mittebatur, retento ligno. Sic enim exſerte ſcribunt. *Plutarchus*, *Gellius*, *Suidas*, *Tzetzes*, & *Scholiaſtes Ariſtophanis.* An igitur cum *Magio* putabimus, auctorem ipſum errore ductum credidiſſe κάρυκας ſurculum ſive lignum illud teres, quod charta inſtar lori prolixa conveſtiebatur, ſecum portare ſolitos, atque ideo *lanceam* nuncupaſſe, quod parvam lanceam forma referret? An potius cum aeque membrana ſive lorum, ac lignum, circum quod plicabatur, *ſcytale* vocata ſit; (nam ut *Plutar. Lyſandro l. c.* ſcribit, καλοῦσιν ὁμωνύμως τῷ ξύλῳ σκυτάλην τὸ βιβλίον.) Graecorum imitatione litteras ipſas *lanceam* vel *clavam* vocaſſe; Utcunque ſit, vox *ſcytala* nimium a librorum omnium ſcriptura abit; eoque vix ea uſum Nepotem crediderim, niſi in vetuſto aliquo codice reperiatur. *Boſius.* De *ſcytala* praeter Schol. Thucyd L. 1. c. 131 L. 97. & Schol. Ariſtophan. in Lyſiſtr. vſ. 99. etiam Suidas & Schol. Pindari Olymp. 6. vſ. 154. Leid. *lana.* Mſ Oxon *lancea.* Voſſ. A. B C. *lana.* Voſſ. B. paullo ante *tum patriae, tum ſibi inimica.*

1 *Se capitis eum damnaturos*] Id enim legibus eorum licebat facere regibus. De quo vide *Grotium de J. B. & P.* 1, 4, 8. & *in notis ad eum locum.* Ratio, quia (ut infra noſter loquitur 21, 1, 2.) *Spartani reges nomine, non poteſtate*, ſeu, ut eſt 17, 1, 2. *nomine magis quam imperio reges* fuere. quod cum alii paſſim docent, tum prolixe oſtendit *Arniſaeus de Repub.* 2, 6, 2. §. 12. *& ſeqq.* Tales autem capite puniri poſſe, inter alios *Grotius* docet *loco modo laudato.* Boſius.

2 *Commotus*] Sic Mſſ. Savaroni inſpecti ut XIV, 4, 1. & 6, 6, X, 2, 5, XX, 1, 6, VII, 10, 2. vulgo editur: *motus.* Boſius. & ſic Voſſ. B.

3 *Sperans ſe pecunia & potentia*] *Pecunia*, qua corrumperet judices aut accuſatores; *potentia*, qua eoſdem deterreret. *Buchnerus.* Sed neutro valuit. Prudentior hac parte Alcibiades fuit, qui abſens reus violatae religionis factus fuga ſibi conſuluit, *infra* 7, 4, 3. & 4. In quibusd. edd. legitur: *ſe etiam cum pecunia & pot.* Boſius. Leid. & Voſſ. A. B. *cum pecunia.* & *domum rediit* pro *domum redit.*

4 *Ephoris*] Ephori centum & triginta annis poſt latas Lycurgi rethras conſtituti. de his Ariſtoteles L. 2. Polit. c. 7 *Gebb* Voſſ. B. *Huc ut venit* Voſſ. C. *Huc ut venit ad Ephoros.*

5 *In vincula p. conjectus*] Loquitur eo pacto in Miltiade, & Pelopida. Curtius Lib. 10. *Orſines in vincula traditus eſt.* Cicero Attico. *Ut Vettius* (&c.) *in vincula conjiceretur.* Gebhardus.

I 3 6 *Litte-*

conjectus eſt. [1] licet enim legibus eorum cuivis epho-
ro hoc facere [2] regi. [3] hinc tamen ſe expedivit. ne-
que eo magis carebat ſuſpicione. nam opinio mane-
6 bat, eum cum rege habere ſocietatem. [4] Eſt genus
quoddam hominum, quod [5] *Helotes* vocatur, quo-
rum magna multitudo agros Lacedaemoniorum colit,
ſervorumque munere fungitur. [6] hos quoque ſollicita-
7 re [7] ſpe libertatis exiſtimabatur. ſed quod harum re-
rum

1 *Licet enim*] Praeter veteres *Thucydidem lib.* 1. *Xenoph. de polit. Laced. Ariſtot. Polit.* 2, 7. vide auctores in Ind. v. *Ephori* adlegatos. *Boſius.* Leid. *hoc facere, quod regi.*

2 *Regi*] Qua dignitate pollebat Pauſanias; non ipſe quidem rex: ſed Pliſtarchi, Leonidae, qui ad Thermopylas occubuerat, filii, ac patruelis ſui, tutor. v. *Thucyd. l. c.* Boſius.

3 *Hinc tamen ſe expedivit*] Ex vinculis liberavit. Horat. de ſe amore vincto Epod. XI.

Unde expedire *non amicorum queant*
Libera conſilia.

Eumene. *Hinc tamen multis ſuis amiſſis ſe* expedivit. Attico. *In proſcriptorum numerum a P. Volumnio praefecto fabrum abſentem relatum* expedivit. Cic. pro Milone. *ſi vita noſtra in aliquas inſidias incideret, omnis honeſta ratio eſſet* expediendae *ſalutis.* & in Verrem. expedire *ſe vinculis.* Gebhard.

4 *Eſt genus quoddam hom*] Illuſtris eruditione & meritis in rem litterariam clariſſimus *Joh. Frid. Gronovius* in litteris ad Boeclerum: Mallem, inquit, *Eſt genus quoddam hominum (Helotes vocantur) quorum &c.* Simile obſervavi in *Floro* lib. 3. cap. 3. *Sub ipſis Alpium radicibus aſſecutus (locum Aquas Sextias vocant) quo, fidem numinum! praelio oppreſſit* Sic enim ſcripſerat ille, ubi vulgo ineptiſſime, *in locum quem*, Boſius.

5 *Helotes*] Dixi ad Aelian. V. H. Lib. 3. cap. 20. *Gebhardus.* Leid. *Ullote.* Voſſ. A. *Elote.* B. & C. *illote.* Cod. P. Dan. *illotae* v. Perizon. ad Aeliani locum.

6 *Hos quoque ſolicitare ſpe libert.*] Caeſar L. 3. Civ. c. 21. *Caelius Milonem in Turinum ad* ſolicitandos *paſtores praemiſit.* ibid. cap. 22. *Milo, quos ex aere alieno laborare arbitrabatur*, ſolicitabat Liv. L. 34. *Nihil actum eſſe exſulio Annibalis, ſi abſens quoque novas moliri res*, ſolicitandoque *animos hominum turbare ſtatum civitatis poſſet* Curt. L. 3. c. 18. *Cum ad perniciem ejus etiam a latere ipſius pecunia* ſolicitaret *hoſtis*. Auctor de viris illuſtribus *Fabricius prius inter legatos* ſolicitari *non poterat, quarta parte regni promiſſa.* De crebris horum inſidiis in dominos Ariſtotel. L. 3. c. 7. pr. *Gebhard.* Non vanum fuiſſe hunc metum Lacedaemoniorum, docent, exempla Romanorum ap. *Florum* 3, 19. Boſius. De re & verbo Cortius ad Salluſt. Catil. cap. 24. n. 4. Voſſ. A. B. *Solicitare* Leid. & C. *ſollicitare.*

7 *Spe libertatis*] Et civitatis, quam illis promittebat, ſi una exſurgerent,

rum nullum erat apertum crimen, quo argui poſſet, non putabant de tali tamque claro viro [1] ſuſpicionibus oportere judicari: ſed exſpectandum, [2] dum ſe ipſa res aperiret.

CAP. IV.

Interim [3] Argilius quidam adoleſcentulus, quem 1
puerum Pauſanias amore Venereo dilexerat, quum epiſtolam ab eo ad Artabazum accepiſſet, eique in ſuſpicionem veniſſet, aliquid in ea de ſe eſſe ſcriptum, quod nemo eorum rediiſſet, qui ſuper tali cauſſa eodem miſſi erant: [4] vincula epiſtolae laceravit, ſignoque

rent, & in univerſo negocio conficiendo ſe adjuvarent. *Thucydides l. c.* Boſius.

1 *Non ſuſpicionibus oportere judicari*] Utebantur enim Spartani hac inter ſe conſuetudine, ne quid propere de homine Spartano ſine evidentiſſimis indiciis acerbius ſtatuerent. *Thucydides l. c.* Boſius. *Judicare.* Voſſ. C.

2 *Dum ſe ipſa res ap.*] De particula *dum* pro donec ſubjunctivo addita vide cl. Dukerum ad Florum l. 3. cap. 11. n. 7. Voſſ. A. C. *& exſpectandum* B. *tamque viro claro.*

3 *Argilius quidam adoleſcentulus, quem puer. Pauſanias am. Ven. dilex.*] *Thucydides* paullo honeſtius haec: ἀνὴρ Ἀργίλιος παιδικά ποτ' ὢν αὐτοῦ. Nam παιδικὰ ſaepe pro honeſto amore capitur. Legatur *Suidas*. Longolius. *Xenophon. lib. de Laced. Rep.* & *Plut. in Lycurgo*, *in Cimone*, *Inſtitutis Laconicis*, & in *Pelopida*, atque alii, puerorum amores apud Lacedaemonios turpitudinis expertes fuiſſe demonſtrant. *Magius.* An ergo dicemus illud *amore venereo* gloſſema eſſe? Certe, *Barthii* judicio, non ſic ſcripſerit Nepos. *Boſius.* Verba haec, quaſi gloſſema aliquod, non ſunt expungenda, quippe ex errore ipſius Auctoris orta, qui Graecum παιδικὰ obſcoeno ſenſu interpretatus eſt, quum antiquitus de honeſto amore capiebatur, ut hic recte notat Longolius. Adi Cel. J. Perizonium ad Aelianum L. 3. V. H. cap. 12. n. 5. pluribus de hoc loco agentem. Cod. P. Dan. *amore venerio.* Voſſ. C. *Venero.*

4 *Vincula Epiſtolae laceravit*] Mſ. meus legit pro *laxavit*, *laceravit.* Quam ſcripturam Schoppii membranae confirmant lib. 4. Veriſim. cap. 2. Vinculis autem colligatas antiquorum Graecorum fuiſſe epiſtolas, Curtii hoc teſtimonio recte probat Barthius. *Parmenion*, ait Curtius lib 7. 2. *Vinculum Epiſtolae ſolvens, quidnam rex ageret, requirebat. Ernſt.* Sic membranae Bavaricae, referente *Schoppio Veriſim.* 4. 2. itemque Mſſ. Boecl. & Ernſtii rectius, ut opinor, quam *laxavit*, ut vulgo legitur. *Thucydides*: λύει τὰς ἐπιστολάς. *Diodorus*: ἀνοίξει τὰς ἐπιστολάς. At *laxare vincula* non eſt ſolvere,

que detracto, cognovit, [1] ſi pertuliſſet, ſibi eſſe per-
2 eundum. [2] Erant in eadem epiſtola, quae ad ea pertinebant, quae inter regem Pauſaniamque convenerant. Has ille litteras ephoris tradidit. Non eſt praetereunda gravitas Lacedaemoniorum hoc loco.
3 [3] nam ne hujus quidem indicio impulſi ſunt, ut Pauſaniam comprehenderent: neque prius vim adhibendam putaverunt, [4] quam ſe ipſe indicaſſet. Itaque huic

aut aperire, ſed remittere, aut laxiora facere. Et qui legi potuit epiſtola, ſi tantummodo laxata ſunt vincula, non diſciſſa? quid attinebat ſigillum ſimile effingere, (quod *Thucydides* Argilium hunc feciſſe, ait) ſi vincula integra permanſere? *Boſius*. Leid. & Voſſ. A. C. *laxavit*, B. *laceravit*, ſed in marg. a m. ſec. *laxavit*.

1 *Si pertuliſſet*] Aberant haec a membranis Schoppii: ſed recte obſervatum *Barthio Adverſ.* 24. 18. & *Gebhardo*, decedere aliquid ſententiae, ſi eximantur. Non enim ſimpliciter ei pereundum erat, ſed ſi ad Artabazum epiſtolam pertuliſſet. Supra 2, 8, 6. *ſenſit Themiſtocles, ſi eo perveniſſet, ſibi eſſe pereundum.* Tamen Thucydides ſolum ait: αὐτὸν εὗρεν ἐγγεγραμμένον κτείνειν. *Boſius*

2 *Erant in eadem epiſtola, quae ad ea pert.*] Non exſtant in C. Leid.

3 *Nam ne hujus quidem indicio*] Aliam rationem affert *Diodorus Siculus*; nempe quia literas apertas tradiderat. *Lambinus*.

4 *Quam ſe ipſe indicaſſet*] Liber P. Danielis: *judicaſſet*; vitioſe. nam ex proprio indicio convincere Ephori Pauſaniam cogitabant. *Ulpianus l. 1. ad edictum l.* indicaſſe 197. D. de verborum ſignificatione: *Indicaſſe eſt detuliſſe, arguiſſe, accuſaſſe, & conviciſſe.* Gebh. *Se ipſe* eleganter: ſic Cicero 9. ad Fam. Ep. 14. Tecum ipſe *certes*. Quam elegantiam invenire etiam eſt in Hygino Fab. 46. *Caeterae, fide data*, ſe ipſae *interfecerunt* & Fab. 57. *Sthenobaea, re audita*, ipſa ſe *interfecit*. qui ita ſaepius. de hoc loquendi more egerunt cl. v. v. Dukerus ad Florum L. 1. cap. 18. n. 7, & Cortius ad Salluſt. Cat. c. 20. n. 6. & ad c. 23. n. 2.

5 *Quid fieri vell.*] Q. Edd. *quae fieri vell.*

6 *Fanum Nep.*] *Scholia in Ariſtoph. Acharnenſes*: (vſ. 509.) Ταίναρον γὰρ ὄρος τῆς Λακωνικῆς ἀκρωτήριον, ἐν ᾧ στόμιον ἦν κατάγον εἰς ᾅδου. ἐνταῦθα δὲ ἦν καὶ Ποσειδῶνος ἱερὸν Ἀσφαλείου. Iſte vero Neptunus ideo, puto, Ἀσφάλειος dicebatur, quod navigationem tutam ac ſecundam praeſtare poſſet. Eodem cognomine colebatur & ab Athenienſibus. *Idem Scholiaſtes*: Ἀσφάλειος Ποσειδῶν παρὰ Ἀθηναίοις τιμᾶται, ἵνα ἀσφαλῶς πλέωσι. *In Acharnenſ. Act* 11. *ſc.* 6. *Gebh.* Meminere templi hujus & *Strabo* 9. *Mela* 3, 3. *Plutarchus Pompejo*, *Stephanus* & alii. vid. *Meurſius Miſcell. Lacon.* 4, 11. Ἀσφάλειος autem etiam idcirco dici potuit, quod ibi τοῖς ἱκέταις ἀσφάλεια, ut de ejuſcemodi locis ſacris loquitur *Pollux* 1, 1, 10. Sic enim ibi legendum: non ut vulgo edi-

huic indici, [5] quid fieri vellent, praeceperunt. [6] Fa- 4
num Neptuni eſt Taenari, quod violari nefas putant
Graeci. Eo ille index confugit: [1] in ara conſedit.
[2] Hanc juxta locum fecerunt ſub terra, ex quo poſ-
ſet audiri, ſi quis quid loqueretur cum Argilio. Huc
ex ephoris quidam deſcenderunt. Pauſanias, ut au- 5
divit,

editur, οἰκέται. Neque enim ſolis ſervis, ſed cunctis ſupplicibus, aſyla erant. *Boſius.* A Taenaro Neptuni Filio ipſe locus dicitur habere nomen v. Schol. Apoll. Rhod. 1. Argon. vſ. 179. Strabo l. 8. Geogr. p. 574. & Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. vſ. 498. tradunt, Neptunum ab Apolline pro Pythone recepiſſe praeſidium Taenari: nam & hic Apollo fuit olim templo cultus. v. Serv. ad Virg. Eclog. 8. vſ. 55. Quidquid ſit, Taenari fuiſſe tutiſſimum aſylum Neptuni templum, inter omnes conſtat. vide cel. Perizon. ad Aelian. l. 6. V. H. cap. 7. hinc ἱερὸ ταίναρο- vocatur a Pindaro O. Pyth. 4. v. 78. vide & Thucydid. lib. 1. cap. 133. Voſſ. C. pro *fanum*, *Vanum*.

1 *In ara conſedit*] Ad aras confugiebant, qui ſibi timebant, & ſervi & liberi. Plautus Moſtell. 5, 1, 45. *Ego interim hanc aram occupabo.* Terentius Heaut. 5, 2, 22. *Ne te admiſce; nemo accuſat, Syre, te; nec tu aram tibi, Nec precatorem pararis.* Virgilius Aen. 2.

Aedibus in mediis, nudoque ſub aetheris axe,
Ingens ara fuit, juxtaque veterrima laurus
Incumbens arae, atque umbra complexa penates.
Heic Hecuba & natae nequicquam altaria circum &c.

Ibidem de Helena:

Illa ſibi infeſtos everſa ob Pergama Teucros,
Et poenas Danaum, & deſerti conjugis iras
Permetuens, Troja & patriae communis Erinnys.
Abdiderat ſeſe, atque aris inviſa ſedebat.

Lambinus. Qui ſupplicantium mos erat. Quare Graeci ritum iſtum per verbum ἵζειν exprimere ſolebant, uti apud Euripidem aliosque ſcriptores legimus. Id quod Latini imitati ſunt. Unde apud Plautum *aſſidere in ara*, Rud. Act. 3. ſc. 3. & *in aram abire ſeſſum* ibid. ſcen. 4. quod Tacito eſt *aram inſidere.* Quo etiam Tibulli verſus ſpectat:

Illius ad tumulum fugiam ſupplexque ſedebo.

Vid. 2. Reg. 7, 18, ubi ביֵשֶׁב לִפְנֵי ה׳ vetus interpres tranſtulit: *ſedit coram domino.* pro quo in aliis eſt *conſedit.* Ernſtius. Add. *Turneb. Adverſ.* 21, 18. *Raevard. variar.* 1, 7. *Taubmann. ad Plaut.* pag 678. *&c.* *Boſius.* Leid. *in araque conſedit.* *Conſidere*, & *ſedere* verba eſſe ſupplicum docent Paſſerat. ad Propert. l. 2. El. 21. vſ 45. & Broukhuiſ. ad Tibull 2, 7, 15. & ad l. 4. El. 13. vſ. 23. Apoll. Rhod. l. 4. Argon. vſ. 694. uſus eſt verbo ἵζάνειν. & Sophocl. Oed. Col. vſ. 1201. vel in aliis Edd. 1218. dixit de ſupplice.

—— Προσπεσόντα μου
Βωμῷ ΚΑΘΗΣΘΑΙ [illegible] Ποσειδῶνος.

divit, Argilium confugiſſe in aram, [1] perturbatus eo venit: quem quum ſupplicem Dei videret in ara ſedentem, [2] quaerit, cauſſae quid ſit tam repentino conſilio. Huic ille, quid ex litteris comperiſſet, aperit. 6 [3] Tanto magis Pauſanias perturbatus orare coepit, [4] ne enuntiaret, nec ſe, meritum de illo optime, proderet. Quod [5] ſi eam veniam ſibi dediſſet, [6] tantiſque implicitum rebus ſublevaſſet, [7] magno eſſe ei praemio futurum.

CAP.

Et ita ſaepius, & *προσπίτνοντα* ibi vertitur per *ſupplicem*, non male, nam *προσπίπτειν* proprium eſt ſupplicum ut Eurip. Androm. vſ. 536.

Τί με προσπίτνεις, ἁλίαν πέτραν
Η κῦμα λιταῖς ὡς ἱκετεύων.

Vide Doct. Elſner. ad Euang. Marci c. 3. vſ. 11. Haec ἐν παρόδῳ. Hinc etiam *ἱκέται* appellantur *ſupplices*. v. Ill. Spanh. ad. Call. H. Del. vſ. 325.

2 *Hanc juxta locum fecerunt ſub terra*] Haud diſſimili calliditate ap *Tacit.* 4. *A.* 69, 2. *Tectum inter & laquearia tres Senatores haud minus turpi latebra, quam deteſtanda fraude ſeſe obtrudunt, foraminibus & rimis aurem admovent.* Caeterum quia *Thucydides* vocat *καλύβην*, *Magius* legendum cenſet heic eſſe *ſpecum*; cui ſe propemodum (diſſimulato nomine) aſſentiri addit *Lambinus*; nihil tamen veteribus libris invitis mutandum eſſe ſuadet. *Gebhardus. Diodorus διπλῆν σκηνὴν* circumdatam Argilio, dicit, in eaque Ephoros occultatos. *Boſius.*

1 *Perturbatus eo venit*] Schottus primum vocabulum deficere in vetere libro notat, videturque probare, quod paullo poſt occurrat. Sed illud ipſum *eo magis perturbatus* adſtruit heic extrudi non debere prius *perturbatus*. Gebhardus. Voſſ. A. B. C. *venit eo.* S[illegible]*perturbatus* in Voſſ. C. non legitur.

2 *Quaerit, cauſae quid ſit tam repentini conſilii*] Elegantius excerpta P. Daniel. *tam repentino conſilio. Gebhardus.* Leid. etiam *repentino conſilio.* Quam lectionem probat, & pluribus illuſtrat cl. Cortius ad Salluſt Cat. cap. 40. n. 2. De ſimilibus Dativis vide ad Lyſandrum cap. 1. Noſter in Alcib. c. 7. *Itaque huic maxime imputamus malo cauſſam fuiſſe.* Sed variant ibi Codices, & cl. Oudendorpius legi vult *mali cauſſam.* Milt. cap. 4. *Se eſſe hoſtem Athenienſibus.* Adde cl. Duker. ad Florum l. 2. c. 6. n. 48. & Cort. ad Salluſt. Catil. cap. 32. n. 1.

3 *Tanto magis*] Schoppius ſcribit, ſe in duobus libris pro *tanto* inveniſſe *modo*, quod Barthio lib. 24. cap. 18. valde probatur: ſiquidem in vetuſtiſſima editione ita invenerit. *Ernſtius.* Mſſ. Schotti &, teſte *Schoppio veriſim.* 4. 2. duo Bavarici, ac Ed. Ultrajectina: *modo magis.* Boecl. abbreviate *imo magis*, id *Barthius Adv.* 24. 18. exponit ſupra modum. *Magis enim*, inquit, *orabat, quam qui partibus occultatis excuſari proditionis poſſet.* Sed dubito, an quiſquam veterum ita loquutus ſit. Quid ſi exponas: Jam, vel Tum, magis perturbatus? *Lambinus* mallet *multo magis*, aitque teſtari quoſdam,

Digitized

CAP. V.

His rebus ephori cognitis, ſatius putaverunt in urbe eum comprehendi. Quo quum eſſent profecti, & Pauſanias placato Argilio, ut putabat, Lacedaemonem reverteretur; in itinere, quum jam in eo eſſet, ut comprehenderetur, [1] e vultu cujuſdam ephori, qui eum [2] admonere cupiebat, inſidias ſibi fieri intellexit. Itaque paucis ante gradibus, [3] quam qui ſeque- 1 2

dam, ita in antiquis codd. fuiſſe ſcriptum. Vellem nominaſſet! nam ego quidem in nullo ſic ſcriptum fuiſſe reperio. *Boſius*. Leid. *Modo magis*. ut & Voſſ. A. B. *Pauſanias* abeſt a Voſſ. C.

4 *Ne enunciaret*] Rectius Schoppius *ne enuntiaret*, arcana detegeret, & Ephoris proderet. Apulej. Metam. lib. 10. *Neque ad vos, quae ignoravi, poſſum* enuntiare. Cicero contra Rullum. *qui ſociorum conſilia adverſariis* enunciavit. *Gebh.* Sic legit idem Schoppius, (4. Veriſim. c. 2.) quorum hoc auctoritate Livii comprobat, cui addi poteſt Cicero, qui dicit *enuntiare conſilia amicorum*. Orat pro Roſcio Amer. *Enuntiare myſteria* lib. 1. de Orat. & *Enuntiare commiſſa*. lib. 2. Tuſc. Quaeſt. Sed ego in omnibus libris meis, editis & Mſ. reperio *enuntiaret*. *Ernſtius*. Sic recte Dan. Ernſt. Bavaricus unus, & meliores alii. vid. not. Ernſtii. Alii *nunciaret*. Boſius. Propter praecedens *e* male ex *ne enuntiaret* factum eſſe *ne nuntiaret* recte putat cl. Cortius ad Salluſt. Catil. c. 23. n. 1. *Enuntiare* omnino retinendum eſt, proprie enim notat tacenda detegere. vide Cl. Burmann. ad Quinctilian. Declam. 272.

5 *Si eam veniam ſibi ded.*] Si hoc ſibi conceſſiſſet, ut ſup. 2, 10, 1. V. Ind. Mox ſcripti libri habent *implicatum*, quomodo & 10, 1, 1. legitur. Denuo Ind. vide. *Boſius*.

6 *Tantisque implicitum rebus*] Libri Veteres *implicatum*. Dione *utroque implicatus tyrannide Dionyſiorum*. Apulej. 10. Metam. *Morbi inextricabilis veterno vehementer implicatur*. & ita videntur veteres eſſe locuti. idem libr. 3. *ſed ut ex animo tibi volens, omne delictum, quo me tantis angoribus* implicaſti, *remittam*. Gebhardus. Leid. quoque *implicatum*, nec non Voſſ. B. C.

7 *Magno ei praemio futurum*] Alii *magno eſſe ei praemio futurum*. Unde Lambinus: *magno id ei praemio futurum*, id eſt, magnis cum muneribus oneratum iri. *Gebh.* Leid. pro *mutaverunt*, *mutarunt*.

1 *Ex vultu cujusd. Ephori*] Ex nutu clandeſtino aliis inobſervato, νεύματι ἀφανεῖ, ut *Thucydides* lib. 1. pag. 87. habet. *Lacconius*, Voſſ. B. & *ex vultu*. C. *ex vultu*.

2 *Admonere*] Non male Boecl. & Leid. *admoneri*. Dan. quoque *ammoneri*. Boſius. Mſ. Oxon. *ammoveri*. Leid. meus. *ammoneri*. Voſſ. B. C. *admoneri*.

3 *Quam qui ſequebantur*] *Buchnerus* ὁ μακαρίτης exiſtimabat ſupple-

ſequebantur, [1] in aedem Minervae, [2] quae Chalcioecus vocatur, confugit. [3] Hinc ne exire poſſet, [4] ſtatim ephori [5] valvas ejus aedis obſtruxerunt, tectumque ſunt demoliti, [6] quo facilius [7] ſub divo inter-

plendum *comprehenderent*, aut ſimilem vocem aliam. Mallem: *ibant*, *pergebant &c.* In Cod. Dan. erat: *qui eum ſequebantur.* Boſius.

1 *In aedem Minervae, quae Chalcioecus vocatur, confugit*] Vid. *Thucydid.* 1. *Diodor.* 11. *Lycurgus Orat. in Leocratem*, *Aelian.* 9. 41. *Polyaen.* 8. *Plut. in parall. p.* 308. *Themiſtoc. Epiſt.* 2. *&c.* Deſcribit templum hoc *Pauſanias Laconicis.* Adde *Meurſii Miſcell. Lacon.* 1, 3. Boſius.

2 *Quae Chalcioecus vocatur*] Aedesne, an Minerva? Ad illam referre malim. nam ita & *Livius.* 35, 36. *Aetoli circa Chalcioecum* (*Minervae eſt templum aeneum*) *congregati caeduntur. Aelianus* item *Var. hiſtor.* 9, 41. de Pauſania loquens: ἐπεὶ δὲ ἐν ἱερῷ τῆς χαλκιοίκου, καὶ ἀπώλετο τῷ λιμῷ. Ceteri plerique Minervam ipſam χαλκίοικον vocant. Vide Indicem. Quos ſi Noſter imitari voluiſſet, ſimpliciter, puto, dixiſſet: *in aedem Minervae Chalcioeci. Thucydides* tamen vocat τὸ ἱερὸν χαλκιοίκου. *Boſius.* Leid. *Chalcidicos.* Voſſ. A. *Calchidicos.* Voſſ. C. *Chalcidicus.* ſed Voſſ. B. χαλκίοικος. Adde Perizon. ad Aeliani locum.

3 *Hinc ne exire poſſet*] Quem etiam abſtrahere religione vetabantur. *Polyaenus:* ὅθεν ἀποσπάσαι ἐκεῖνον οὐκ ἦν θέμις. *Gebhardus.*

4 *Statim Ephori valvas*] Plutarchus non ab Ephoris, ſed a patre ejus factum ſcribit. *Obſtruxerunt* Polyaen. reddit ἀνῳκοδόμησαν. Cicero dixit *obſtruere aditum. Gebhard.*

Imo pater ejus Hegeſilaus, ſi credimus *Chryſermo Corinthio lib.* 2 *Hiſtorias Perſicae.* Sic enim ille ap. *Stobaeum ſerm.* 157. Ἡγησίλαος ὁ πατὴρ τῆς Παυσανίου περὶ τῶν συμβεβηκότων ἀκούσας, τὸν υἱὸν μέχρι τοῦ ναοῦ τῆς χαλκιοίκου συνεδίωξεν Ἀθηνᾶς, καὶ τὰς θύρας τοῦ τεμένους πλίνθοις ἐμφράξας, μετὰ τῆς γυναικὸς τὸ εἴσοδον ἐφρούρησε, καὶ λιμῷ τὸν προδότην ἀνεῖλεν, οὗ ἡ μήτηρ ἀείρασα ὑπὲρ τοὺς ὅρους ἔρριψεν. Quae in *parallela* ſua retulit *Plutarchus.* p. 308. ſed patrem Ageſilaum vocat. Male uterque: fuit enim is Cleombrotus, ut ſup. *ad* 4, 1, 1. diximus. *Boſ.*

5 *Valvas ejus aedis obſtr. tectumque demol.*] Τὴν ὀροφὴν ἀφεῖλον Thucyd. l. 1. c. 134. L. 77. Nepos Timoleonte *Caetera tyrannidis propugnacula* demolitus *eſt.* Curt. l. 8. c. 54. *alii extra urbem tecta* demoliebantur. occurrit apud Ciceronem *demoliri parietem, partem muri. Gebhardus.* Immo domunculae haud magnae templi, quam, ne ſub dio adfligeretur, ingreſſus erat. Ita namque *Thucydides.* Templi tamen fores obſtructas, etiam *Chryſermus*, *Plutarchus* & *Diodorus* tradunt. *Boſius.* Vide Servium ad Virg. 1. Aen. vſ. 428. Voſſ. C. *moliti ſunt.*

6 *Quo facilius*] Schopp. liber pro *facilius* legit *celerius.* lib. 4. Veriſim. 2. ſic quoque Schottus. *Celer* autem *mors* opponitur *lentae*, & a Curtio vocatur *Strenua.* l. 9. cap. 8. §. 20. *Strenue mori* eidem quod Nepoti *facilius interire.* lib. 3, 5, 13. Gebhardus. Sic praeter edd. vett.

pleri-

teriret. [1] Dicitur eo tempore matrem Pauſaniae vixiſſe, eamque jam [2] magno natu, poſtquam de ſcelere filii comperit, [3] in primis, ad filium claudendum, lapidem ad introitum aedis attuliſſe. Sic Pauſanias [4] magnam belli gloriam turpi morte maculavit. 4
3

Hic

plerique manu exarati. Ac ſimiliter infra 18, 6, 4. *Id quo facilius faceret.* At alter Bavaricorum (*teſte Schoppio veriſim.* 4, 2.) Leidenſis, Ernſtianus, & Ed. Ultrajectina: *quo celerius.* quod gloſſema puto. *Boſius.* Voſſ. A. B. C. *celerius.* ſed in Marg. Voſſ. B. *facilius ſub divo.*

7 *Sub divo*] Sic optimi libri Mſſ. idque recte. Vide Ind. *Boſius.*

1 *Dicitur matrem Pauſ. vix*] Pro *mater dicitur vixiſſe*, uſitato ἰδιωτισμῷ. Tacitus 1. H. 50, 1. *ut tantum ſuperioris Germaniae exercitum deſciviſſe crederetur.* Hoc Plutarchus, ut praecepi dicere, factum patri ejus adſcribit, quem Ageſilaum nuncupat, cum ſit *Cleombrotus*, teſtibus Herodoto, Thucydide, & auctore Scholiorum in Ariſtophanis Equites. A matre vero memorat inhumatum eſſe projectum, contra Thucydidis, Diodori, Polyaeni aliorumque ſententiam. Caeterum matri Pauſaniae, nomen fuit, ſi Polyaeno. lib. 8. credimus, Theano; ſin auctori Scholiorum in Ariſtoph. Equites Ἀλκαθία. *Gebhardus.* Nomen ei *Theano* fuit, ſi *Polyaeno* credimus. Sed *Suidas Anchitheam*; *Scholiaſtes in Ariſtoph. Equit. Alcaltheam* vocat. *Boſius.* A Scholiaſte Ariſtophanis l. l. nempe. vſ. 84. non, ut male Gebhardus, & ex eo Boſius protulerunt *Alcaltheam*, ſed *Alcathea* Pauſaniae mater dicitur. A Scholiaſte Thucydidis. l. 1. cap. 134. l. 74. vocatur. *Alcithea*, addente, inde apparere ingenium Lacaenarum mulierum, & quanto in odio Tyranni fuerint Lacedaemoniis. De hiſtoria hac vide etiam Waſſe ad L. 79. ejusdem capitis.

2 *Magno natu*] Recte & ex indole Nepotis, optimorumque ſcriptorum, quod ex 13, 3, 1. recte adſtruit Savaro, contra Lambin. & Schottum praeferentes *magnam natu.* Addo ego 14, 7, 1. Livius 10, 38. *Sacerdote Ovio Paccio quodam, homine magno natu.* Idem lib. 3. *Magno natu quidam cum omnium majorum ſuorum inſignibus ſe in forum projecit.* Ibidem: *Cui magno natu, non ſufferentibus jam viribus &c. Gebhardus.* Sic Mſ. Leid. & Voſſ. A. B. in Datame. c. 7. *maximo natu filius.* probante cl. Oudendorpio ad Lucan. 2, vſ. 728. & Livianam locutionem eſſe quis ignorat? Inſpice modo l. 2. c. 23. l. 3. c. 58. & 71. & ita ſaepius. *Magno* hic abeſt a Voſſ. A.

3 *In primis ad fil. claud.*] Praeter *Chryſermum* & *Plut.* paullo ante laudatos, *Polyaenus*, *Thucyd. Diod. Sic. ll. citatis.* Boſius.

4 *Magnam belli gloriam turpi morte mac.*] Parem in modum Tacitus 4. H. 60, 3. de Agrippinenſibus, *egregiam laudem turpi fine maculaſſe.* quod ſecuris hominibus, rerum vices non timentibus, haud injuria accidere ſolet. Sane Pauſanias dignum moribus factisque ſuis vitae exitum habuit, in rerum qualiumcunque ſucceſſu, & pravis molitionibus adverſus patriam, humanae conditionis, & fortunae commuta-

Hic quum ſemianimis de templo elatus eſſet, [1] confe-
5 ſtim animam efflavit. Cujus mortui corpus quum [2] eodem nonnulli dicerent inferri oportere, [3] quo hi, qui ad ſupplicium eſſent dati; diſplicuit pluribus: & [4] procul

mutationis parum memor: in qua tamen ratione hortatrice uti poterat, & eum, praeter Themiſtolem (*Epiſtola* 13.) etiam Simonides poëta in convivio illius monuerat. Juſſus enim a Pauſania aliquid e ſapientiae praeceptis promere, adridens dixit: *Μέμνησο ἄνθρωπος ὢν; memento te hominem eſſe.* Hoc quidem Pauſanias tunc non admiſit; non minus ſuperbia & magna ſpe fortunae Medicae, quam vino, ebrius. Sed poſtea Spartae templo aeneo Minervae incluſus, cum fame luctatus, & mortem ob oculos videns, Simonidis dicti recordatus eſt, & ter magna voce exclamavit; O *Cee hoſpes, magnum quiddam ſermoni tuo inerat; ego autem ex inani perſuaſione eum nihili feci*: ut refert *Aelianus Var. Hiſt.* 9, 41. Loccenius.

1 *Confeſtim animam efflavit*] Cum antea Simonis illud *μέμνησο ἄνθρωπος ὢν*, ſpreviſſet, jam fame contabeſcens dixiſſe fertur *ὦ ξένε κεῖε* & cetera, quae ſequuntur ap. Aelian. lib. 9. Alia ejus dicta refert praeter Herodotum Pauſanias. lib. 3. pag. 199. *Ernſtius.* Sic & *Thucydides. Lambinus* ait, *Xenophontem Hiſt. Gr.* 3. ſcribere, eum Tegeam profugiſſe, ibique morbo confectum mortuum eſſe. Sed *Xenophon* de alio Pauſania, Pliſtonactis filio, loquitur. *Boſius.* Diriſſimo itaque affectus eſt ſupplicio Pauſanias (vide Thucydid. l. 1. cap. 134.) Quid enim gravius eſt, quam fame mori? Tale Supplicium erat Graecis ipſis, eorumque diis, ut ajebant, inviſiſſimum, unde etiam Noſter recte turpem Pauſaniae mortem vocavit. Vide Veteres Criticos ad Sophocl. Antig. vſ. 784. de Moſynoecis referunt, ut horrendum quid, quod regem jura populo ingrata reddentem in carcerem conjicere, & fame ſuffocare ſolebant. Vide Schol. Apollon. Rhod. lib. 2. Argonaut. vſ. 1031. Eamdem tamen poenam ſubiit Eumenes. vide ejus vitam cap. 12.

2 *Eodem*] Q edd. addunt; *loci*. Boſ.

3 *Quo hi, qui ad ſupplic. dati*] Subaudi, *inferri ſolebant*. Thucydides: *οὗπερ τοὺς κακούργους ἐμβάλλειν εἰώθεσαν.* Dicebatur autem is locus Καιάδας. de quo adiſis *Cragium de Rep. Lacedaem.* 4, 10. *Boſius.* Vide Doctiſſ. Interpr. Waſſ. & Duker. ad Thucyd. l. 1. cap. 134. n. 84.

4 *Procul ab eo loco*] *Thucydides*: *ἔδοξε πλησίον που κατορύξαι.* An igitur, addita negandi particula, legendum: *non procul ab eo loco*? mox Mſ. Boecl. *quo erat mortuus*: omiſſa praepoſitione. *Boſius.* De phraſi *procul ab eo loco* vide obſ. Miſcell. Nov. & Dec. 1732. pag. 387. Mox pro *in quo erat m.* Voſſ. A. B. C. & Leid. meus *quo erat mortuus.*

5 *Dei Delphici*] Τὸ *Dei* aberat a Mſſ. Leid. Boecl. & quem laudat *Schoppius Veriſ.* 4, 2. Sed retineri jubent verba *Thucydidis*: ὁ δὲ θεὸς ὁ ἐν Δελφοῖς τὸν τάφον ὕστερον ἔχρησε τοῖς Λακεδαιμονίοις μετενεγκεῖν, οὗπερ ἀπέθανε. Boſ. *Dei* abeſt a Leid. meo & Voſſ. B.

C:

cul ab eo loco inſoderunt, in quo erat mortuus. Inde poſterius [5] Dei Delphici reſponſo erutus, atque [1] eodem loco ſepultus, [2] ubi vitam poſuerat.

C. De periphraſi Apollinis vide ad Themiſtocl. cap. 2. *Reſponſo* hic proprie utitur Auctor de oraculo. Juſtinus lib. 2. cap. 12. *Conſulentibus Delphis Oraculum* reſponſum *fuerat.* & Noſter in Themiſtocle cap. 2. Juſt. lib. 6. cap. 2. *propter* reſponſum *oraculi Delphici.* P. Mela l. 1. c. 19. *Quod conſulentibus in quamnam terras potiſſimum tenderent,* reſponſum *erat.* Item alii. conſule Th. Muncker. ad Lactant Argum. fab. Ovid. lib. 5. fab. 5. & ad lib. 6. fab. 3. & Cort. ad Salluſt. Catil. c. 47. n. 2.

1 *Eodem loco ſepultus*] Verba haec, & quae ad finem uſque ſequuntur, Schoppius e vetere libro ita legit: *Inde poſterius Delfici reſponſo erutus atque eodem loco ſepultus, ubi vitam poſuerat.* Barthius ex indole ſcriptoris eſſe ait, *loco* delere. vide Suidam ante citatum. *Ernſtius.* Tò *eodem* a quibusdam libris abeſt. *Barthius Adverſ.* 24. 18. potius & ex indole Nepotis multo melius putat, ſi & τò *loco* deleatur. *Boſius.*

2 *Ubi vitam poſuerat*] Repoſui lectionem Mſſ. Dan. Sch. Leid. Schoppiani & editionis Ultrajectinae, quam & Leid. confirmat, cujus Excerpta habent: *ubi ut poſuerat.* Vulgo: *ubi vitam finierat.* *Ponere vitam* dictum, ut *ponere calamum, veſtem, dolorem,* & ſimilia. Propertius 2, 16, 3.

Non potuit ſaxo vitam poſuiſſe *Caraumo?*

Idem 2, 26. ſub finem.

Quod mihi ſi ponenda *tuo ſit corpore vita,*

Exitus hic nobis non inboneſtus erit.

Quae loca & J. *Gebh.* adduxit. *Ponere ſpiritum* eodem ſenſu dixit *Valerius Max.* 7, 8. 8. *Boſ.* Leid. meus, Oxon. & Voſſ. A. B. C. etiam *poſuerat.* Cicero 9. ad Fam. Ep. 24. *Si in hac cura atque adminiſtratione vita mihi* ponenda *ſit.* Ovid. 4. Triſt. El. 8. vſ. 14.

Has ego ſic annos ponere *dignus eram.*

Vide Paſſeratii notas ad Propert. L. 2, El. 10. vſ. 43. Paullo ante monere oblitus fui, quod *corpus mortui* hic pro cadavere ponatur, quomodo apud Graecos σῶμα. Vide Cl. Burm. ad Quinctilian. Inſtit. Orat. Prooem. Libri. 1. & ad Val. Flaccum L. 3. Arg. vſ. 333.

VI. CI-

V. CIMON.

CAP. I.

1 [1] CIMON MILTIADIS F. ATHENIENSIS, [2] duro admodum [3] initio uſus eſt adoleſcentiae. [4] Nam quum pater ejus litem aeſtimatam populo ſolvere non potuiſſet, ob eamque cauſſam in vinculis publicis

CIMONIS res ſcripſere *Plutarchus Cimone*, *Diodorus* 11. *&* 12. *Herodotus* 6. *&* 7. *Thucydides* 1. *Polyaenus* 1. *Plato in Theage & Gorgia*, *Suidas*, *Athenaeus* 12. *Demoſthenes orat, contra Ariſtocrat. Andocides Orat. in Alcib. Ariſtides tomo* 3. *Platonica* 2. *Juſtinus* 2, 15, 10. *Valerius Maximus* 5, 3. *ext.* 3, 5, 4. *ext.* 2, 6, 19. *ext.* 3. *Cicero* 2. *off.* 18. *&c.* Boecl. Facies ejus in nummorum meorum uno conſpicitur, cum inſcr. ΚΥΜΟΝΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΥ. In poſtica parte victoria ſeminuda armis inſidens, dextra palmam, ſiniſtra clypeum tenens, in quo: ΝΙΚΗ. Infra: ΑΘΗΝΑΙΩΝ. Circum Victoriam: ΚΑΤΑ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ. Recentiorem, & ſuperiore ſaeculo cuſum eſſe vix dubito. Hermam ejus, ſed capite truncatum, exhibent *Urſini Imagines num* 46. Diverſus ab hoc Cimon Tiſagorae F. quanquam interdum cum noſtro hoc confundatur. De quo vide *Rutgerſ. Var. lect.* 1, 9 *pag.* 33. *&* 17. Boſius. Vide & ad Quintilian. 302. declam. Voſſ. B. *Cymon.*

1 *Cimon Miltiadis filius*,] Ejus, cujus ſupra mentio facta eſt. Tres Miltiades numerat Aelianus Lib. XII. V. H. cap. 35 *Ernſtius.* Ortum Cimonis latius extendit Plut. in Cimone p. m. 480.

2 *Duro admod. initio*] Male in vulgat. Colon. *diro.* Recte P. Dan. & Schott. *duro*; *durum* enim hic notat laborioſum ſive multis malis calamitatibusque obnoxium. Conſule Cl. Burmann. ad Valerium Flacc. L. 5. Argon. vſ. 225. Non invenuſte hic Noſter verbum *uti* adhibuit pro *pati* more Graecorum, verbum χρᾶσθαι tam de malis fato quodam deſtinatis nos prementibus, quam de bonis, quae nobis obveniunt, uſurpantium. Herodot. L. 3. cap. 42. *ἀποπλεόμενος δὲ ἐς τὰ οἰκία ὁ συμφορῇ ἐχρᾶτο.* Anton. Liberal. cap. 11. Metam. p. 86. *καὶ ἐδήλωσεν, οἵᾳ ἐχρήσατο συμφορᾷ.* iterum Herodotus Lib. 1. cap. 117. *καὶ τοιούτῳ μόρῳ ἐχρήσατο ὁ παῖς, & talem vitae exitum habuit puer.*

3 *Initio adoleſcentiae*] Quo apud populum male audivit, *ὡς ἄτακτος καὶ πολυπότης, καὶ τῷ πάππῳ Κίμωνι.* (*Coalemo* ob mentis ſtuporem cognominato) *ἠλιθιωτικὸς τὴν φύσιν*: ut ſcribit *Plutarchus pag.* 480. *Valerius* quoque *Maximus* 6, 9. *ext.* 9. ait, ejus *incunabula opinione ſtultitiae fuiſſe referta.* Boſius.

4 *Nam cum pater ejus*] Supra ad 1, 67. *Boſius.* Voſſ. A. *Ob eamque cauſſam vinculis publicis deceſſiſſet.*

1 Ea

Digitized by Google

blicis deceſſiſſet, Cimon [1] eadem cuſtodia tenebatur, [2] neque legibus [3] Athenienſibus emitti poterat, niſi pecu-

1 *Eadem cuſtodia teneb.*] Nihil de hac cuſtodia *Herodotus* ac *Plutarchus*. Meminere tamen *Diodorus Siculus in Excerpt. Peireſc. lib.* 20 *pag.* 254. *Valerius Max.* 5, 3. *ext.* 3. & 5, 4. *ext.* 2. *Juſtinus* 2, 15, 19; *Seneca controverſ.* 24. & *Quinctilianus Declam.* 302. Exſtatque & apud *Libanium Tomo* 1. declamatio ejus, pro patre in carcerem ire volentis. *Boſius.*

2 *Neque legibus Athen. emitti poterat*] Lege apud Athenienſes ſancitum erat, ut ſi quis aerarius, antequam mulctam ſolveret, obierit, liberi eam ſolverent: ſin, & ipſi ἄτιμοι eſſent, donec ſolverint. *Demoſthenes* orat. adverſus Timocratem ſub finem: *Pater iſtius aerarius eſt, quem bonus iſte vir negligit. Quod ſi is, ad quem illius ignominia hereditas reditura eſt, ſi quid patri acciderit, tamen ſolvendam eſſe mulctam non cenſet; ſed illius temporis, quod pater vixerit, uſuram eſſe lucrifaciendam, &c.* Ad quem locum Ulpianus: Νόμος γὰρ ἦν, εἴ τις ὀφείλων πρὸ τῆς ἐκτίσεως τελευτήσῃ, τοὺς παῖδας ἀποδιδόναι τὸ ὄφλημα· εἰ δὲ μὴ, καὶ αὐτοὺς ἀτίμους εἶναι, ἕως ἂν ἀποδῶσιν. Idem *Demoſthenes* orat. adv. Androtionem, pag. mihi 423. meminit legis, *qua Androtioni, quod pater ejus fuiſſet aerarius, & mulctam reipub. non ſolvit, iſti nec habere conciones, nec facere decreta liceat* Et mox Androtionem ſic adloquitur: *Aut igitur patrem tuum non fuiſſe aerarium, id oſtendito: aut carcere non profugiſſe, ſed ſolviſſe pecuniam. Quae ſi oſtendere non poteris, lege vetante feciſti decretum. haeredem enim te lex conſtituit paternae ignominiae.* κληρονόμον γάρ σε καθίστησιν ὁ νόμος τῆς ἀτιμίας τῆς τοῦ πατρός. Hac ergo lege Cimon, patre in carcere, mulcta nondum ſoluta, mortuo, & ἀτιμίας & debiti paterni heres, ac aerarius adeo, factus eſt. Tales autem, ut *ſupra ad* 1, 7, 6. dictum, lex tamdiu in vinculis eſſe jubebat, donec ſolviſſent. Itaque *nec Cimon emitti poterat, niſi pecuniam, qua pater mulctatus erat, ſolviſſet.* At quos paullo ante cuſtodiae Cimonis meminiſſe diximus, ad unum omnes Cimonem ſponte vincula ſubiiſſe ajunt, pietate commotum, ut iis corpus patris ad ſepulturam redimeret. Diodorus: ὁ Κίμων τελευτήσαντος τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐν τῇ δημοσίᾳ φυλακῇ διὰ τὸ μὴ ἰσχύσαι ἐκτῖσαι τὸ ὄφλημα, ἵνα λάβῃ τὸ σῶμα τοῦ πατρὸς εἰς ταφὴν, ἑαυτὸν εἰς τὴν φυλακὴν παρέδωκε, καὶ διεδέξατο τὸ ὄφλημα. Valerius: *Immo ne corpus quidem ejus* (Miltiadis) *ſepulturae prius mandari paſſi ſunt, quam filius ejus Cimon eisdem vinculis ſe conſtringendum traderet.* Et loco altero: *Cimon qui patri tuo ſepulturam voluntariis vinculis emere non dubitaſti.* Juſtinus: *Patrem, translatis in ſe vinculis, ad ſepulturam redemit.* Apud *Senecam* Cimon ipſe: *nec quicquam Cimo habuit, quod dare pro patre, praeter ſeipſum, poſſet.* Et mox *Miltiadis pretium ſe* & *vicarium* vocat, eumque *redemiſſe*; & *pro eo alligatum ſe*, ait. Ac rurſus: *Redemi*, inquit, *corpus tuum, Miltiades, ne funeri quidem interfuturus, in quod me ipſum impenderem.* Et paullo poſt: *Non erat mihi poena, in carcere eſſe: mea voluntate eo perveneram.* Denique Quinctilianus: *Cimoni illi, qui patris*

Digitized by Google

pecuniam, qua pater mulctatus eſſet, ſolviſſet. [1] Habebat

patris corpus vicario corpore redemit. Haec miror, non adnotaſſe viros doctos, nec ſollicitos fuiſſe, an & qua ratione cum iis, quae Noſter tradit, conciliari poſſint. An dicemus, hos omnes legem illam Athenienſium, moremque, qua paternorum vinculorum hereditas ad liberos tranſiret, ignoraſſe? An potius, qui hoc caſu aerarii fierent, non, ut ceteros, qui ſua culpa fiebant, vinculis conſtrictos, niſi corpus defuncti parentis ad ſepulturam hoc pacto redimere vellent? Mihi, ut ingenue fatear, non liquet. *Boſ.*

3 *Athenienſibus.*] *Lambinus* mallet *Athenienſium*, nulla neceſſitate. mox Mſ. Boecl. *mulctatus erat.* non male. *Boſius.* *Athenienſibus* Leid. meus, & Voſſ. A. B. C. Pro *mulctatus eſſet*, *mulctatus fuerat.* Leid. m. & pro *ſolviſſet*, *ſolveret.*

1 *Habebat autem in matrim. ſoror. germanam ſ.*] *Nodus inexplicabilis*, inquit *Lambinus.* Ceteri enim Scriptores certatim incuſant hoc matrimonium, neque inſtitutis Athenienſium dari poſſe confirmant: ſolus *Nepos* juris allegatione eum abſolvit, qui jam olim oſtraciſmo propterea punitus nonnullis (quanquam, ut mox patebit, falſo) credebatur. Itaque nemo hic ſe extricavit. *Athenienſibus licet*, inquit *Nepos*, *eodem patre natas uxores ducere.* Sed tales non vocantur *germanae*; quod praeſertim *Muretus* urget l. 15. *V. L. c.* 5. ſic autem ſupra quoque, *praef.* 4. appellavit, praeterea cur reprehenditur Cimon ab Auctoribus? cur punitus propterea dicitur? Vapulaverat ergo rurſum Scriptor judicii ac diligentiae praeclarus inprimis, ni cordatioris plenus doctrinae, *Janus Rutgerſius*, vindex innocentiae exortus eſſet. Qui var. lect. l. 1. c. 9. cum primo, licuiſſe Athenis ſororem ὁμοπάτριαν uxorem ducere; teſtimoniis veterum probaſſet, idque feciſſe Cimonem ex h. l. oſtendiſſet: cetera ad hunc modum expedit: Unde igitur, inquies, Germanam vocat? Reſpondeo τὸ *Germanam* eo loco nihil aliud eſſe, quam ὁμοπάτριαν. Quod enim vir diſertiſſimus tantopere clamat, id eſſe barbarum, non meminerat, Grammaticos inde *Germanos* derivare, quod eodem germine, h. e. patre, prognati eſſent. Feſtus; *Germen eſt, quod ex arborum ſurculis naſcitur, unde & Germani, quaſi eadem ſtirpe geniti.* Servius in V. Aeneid. *Germanus eſt, ſecundum Varronem in libris de Gradibus, de eadem genetrice manans, non ut MULTI dicunt, de eodem germine quos ille tantum fratres vocat.* Vides id MULTOS tradidiſſe, Varronem ſolum improbaſſe? & immerito, ſi veram nominis rationem videas. Imp. Juſtinianus Inſtit. De leg. Agn. ſucc. §. Hoc etiam. *Germanam conſanguineam* pro ſorore ὁμοπατρίᾳ uſurpavit. *Hoc etiam addendum noſtrae conſtitutioni exiſtimavimus, ut transferatur unus tantummodo gradus a jure agnationis in legitimam ſucceſſionem; ut non ſolum fratris filius & filia, ſecundum quod jam definivimus, ad ſucceſſionem patrui ſui vocentur; ſed etiam Germanae conſanguineae, vel ſororis uterinae filius & filia ſoli &c.* Contra *Virgilius lib.* 5. Erycem Butae & Veneris filium, Aeneae *Germanum* vocat, qui erat tantum frater uterinus:

Haec

bebat autem in matrimonio ſororem germanam ſuam; no-

Haec Germanus Erix quondam tuus arma gerebat; ut eo loco annotavit *Servius*. Amplius dico, etiam adoptivos fratres, *Germanos* voce latius ſumta nonnunquam dici. Certe A. V. DCCX. in triumpho L. Munatii Planci, & Aemilii Lepidi, de Galleis, cum uterque fratrem proſcribi curaſſet, inter militares jocos hic verſus jactatus eſt:

De germaneis, non de Galleis duo
triumphant conſules.

Cum tamen Paullus Lepidus, qui deſignatur, adoptione ſolummodo M. Lepidi frater fuerit. Deinde ob id crimen, ut nugantur, oſtraciſmo non potuit ejici, cum oſtraciſmus non fuerit poena ſcelerum, ſed tantum invidioſae virtutis velut imminutio. *Plato Comicus.*

Καὶ τοι πέπραχε τῶν τρόπων μὲν ἄξια
Αὑτοῦ δὲ καὶ τῶν στιγμάτων ἀνάξια;
Οὐ γὰρ τοιούτων εἵνεκ᾽ ὄστραχ᾽ εὑρέθη.

Vide igitur, virum innocentiſſimum falſo teſtimonio opprimi. Hactenus *Rutgerſius*. Quod ſi amplius jam de cauſa poenae vera diſpicimus, nemo eam melius *Nepote* noſtro expoſuit: qui bis punitum ait, ſemel *vinculis* propter patris mulctam 5, 1, 1. iterum *oſtraciſmo*, ob ſuſpicionem tyrannidis 5, 3, 1. Et ita concilianda, ſive potius conjungenda eſt illa, quae de cauſſa poenae apud Auctores occurrit diverſitas; quorum alii iſtam, alii hanc, ut ſolam tradunt. Equidem, ut, quod ſentio, dicam; cui poterat perſuaderi, *Nepotem* uno tempore uno loco ſe ſuaque adeo oblivīſci verba, ut de matrimonio *ſororum eodem patre natarum* loquens; vel *germanam* appellaret, quae non poſſet ſignificare ὁμοπατρίαν; vel aliter accipi vellet vocem, cujus ipſe ſe interpretem conſtituerat? Hoc, inquam, quis cogitaret de viro tam caſtigatae Latinitatis, tam promtae ἀκριβείας? Debuit ergo ipſius utique auctoritate, cui tutiſſime creditur, conſtare, *germanam* pro *ſorore eodem patre nata* accipi, (quid enim clarius?) etiamſi nullus praeterea Auctorum locus id affirmaſſet. Quae cum reputo mecum, magis magisque ad eam inducor cautionem, ut modeſtius & reverentius ſentiam de viro antiquitatis tum Romanae tum peregrinae peritiſſimo, qui circumſpectione mirifica, ſolita ſcribentium vitia, credulitatem & affectationem, feliciter devitavit; qui maximorum ſuae ac poſterae aetatis virorum laudibus inter Scriptores fide famaque digniſſimos collocatus eſt. Hunc ego cur ſtatim ἀμνημονίας aut erroris ſuſpectem, cum diſſenſus occurrit aliorum? cum praeſertim tam frequenter & veluti ſolenniter (compara *Herodotum* cum noſtro: & videbis, quod ajo) id factum animadvertam. Nimirum ut difficile eſt, ex longinquo judicare; ita longe nobis facilius id foret, ſi iisdem, quibus *Nepos* uſus eſt, adhuc hodie monumentis eſſemus inſtructi: quorum dum pleraque deſideramus, electionem Hiſtorici & ſtudium latere aliquando neceſſe eſt. *Boeclerus*. Ante aliquot annos jam docuit Cl. Rutgerſius errare eos, qui erroris accuſent Cornelium, quod more Athenienſium licere germanam ſororem in matrimonium ducere ſcripſerit. Idem ego exiſtimo;

nomine [2] Elpinicem: non magis amore, quam [3] more,

mo, & jam ad praefationem tetigi *Germanos* non vocari iisdem & patre & matre natos; ſed eodem patre, at diverſa matre productos. vide Mureti Var. Lect. lib. VII. cap. I. lib. XV. cap. 5. qui ſignum primus ſuſtulit errorem hunc Cornelio impingendi. Apud Athenienſes proximi genere orbas puellas, & penuria dotis elocatu difficiles lege ducere jubebantur, aut tantum dotis largiri, qui ſponſum invenire poſſent. Verba legis ex Budaeo adſcribam. *Τῶν ἐπικλήρων ὅσαι τὸ θητικὸν τελῶσιν, ἐὰν μὴ βούληται ἔχειν ὁ ἐγγύτατα γένους, ἐκδιδότω ἐπιδοὺς, ὁ μὲν πεντακοσιομέδιμνος, πεντακοσίας δραχμάς, ὁ δὲ ἱππεὺς τριακοσίας, ὁ δὲ ζευγίτης ἑκατὸν πεντήκοντα.* Diodor. l. 12. talem legem a Solone latam, ſed a Charonda correctam narrat. Porro inter proximas & *ἐπικλήρους* recenſebantur ſorores *germanae* h. e. *ὁμοπάτριαι.* Locus elegans habetur apud Philonem Judaeum de legibus ſpecialibus, quem attigit. M. Antonius Muretus lib. XV Var. Lect. cap. 5. Pleniorem vero adduxit vir magnae doctrinae, nec minoris induſtriae ac probitatis Andreas Schottus. *Ὁ Ἀθηναῖος Σόλων*, inquit ille, *ὁμοπατρίους ἐφεὶς ἄγεσθαι, τὰς ὁμομητρίους ἐκώλυσεν. Ὁ δὲ Λακεδαιμονίων νομοθέτης ἔμπαλιν, τὸν ἐπὶ ταῖς ὁμογαστρίοις γάμον ἐπιτρέψας, τὸν πρὸς τὰς ὁμοπατρίους ἀπεῖπεν, Αἰγυπτίων χλευάζων τὴν ἑκατέρων εὐλάβειαν, ὡς ἡμίεργα διατεταγμένων ἐξώρμησεν εἰς ἀσέλγειαν.* Ergo nunc liquet Lycurgum ac Solonem quaſi conſulto contrarias hac in parte leges ſanxiſſe. Hic apud Athenienſes Germanarum ſororum, ſive conſanguineas dicere malis, matrimonium indulſit: ille apud Lacedaemonios, quaſi data opera hujus inſtitutis adverſans conſanguinearum conjunctionem interdixit & uterinarum ſororum nuptialem conſuetudinem permiſit: quod apud Athenienſes piaculo dignum ponebatur. vide Scholia Ariſtophanis Nebulis Act. 5. Scen. 2. Aegyptius autem legislator irriſit hinc Athenienſium, illinc Lacedaemoniorum ſuperſtitionem ac timiditatem tanquam imperfecta ſancientium, iiſdemque patre ac matre genitos inceſtuoſis nuptiis collocavit. *Gebhardus.* Variae ad locum hunc explicandum adducuntur ſententiae a Dn. Boeclero & aliis. Quibus ego pro ingenii mei tenuitate, pauca haec addam: in Cod. videlicet meo ad oram ſatis vetuſta ſcriptura e regione horum verborum, *eodem patre natas*, notatum eſſe, *utroque parente natas.* Quod ſi Nepos ita ſcripſerit, proclamaret quisquam, rem eſſe ſalvam: & Autorem noſtrum fruſtra objurgari poſt alios a Meurſio viro eruditiſſimo cap. XVI. *in Solone.* Neque tamen ſine errore ita ſcripſiſſet: cum nusquam reperiatur apud Athenienſes licuiſſe ſororem germanam, nempe eodem patre eademque matre natam, uxorem ducere. Sed Solonis lex permittebat germanam conſanguineam, id eſt, ſororem *ὁμοπάτριαν* matrimonio ſecum conjungere, non autem uterinam, *ὁμομητρίαν*, multo minus germanam. Quam legem citat Philo Judaeus Lib. *περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων εἰς δύο γένη.* p. 602. ubi Latinus interpres male pro germanis conſanguineis tranſtulit

[3] more, ductus. [4] nam Athenienſibus licet eodem patre

tulit *uterinis germanis*. E quo loco aliiſque a Mureto lib. xv. Var. Lect. cap. v. & Sam. Petito citatis lib. vi. Ti. i. *De leg. Att.* Cornelii noſtri nodus hic, ut Lambinus loquitur, inexplicabilis, explicandus eſt, & quidem hoc modo: Athenienſibus licuiſſe ſororem germanam eodem patre natam, id eſt, germanam conſanguineam uxorem ducere. Ejuſmodi autem ſororem a Nepote appellari germanam veriſimile eſt, quia infra Timoleonte cap. i, 4. eam, quae alias germana dicitur, vocat *ſororem ex eisdem parentibus natam*. Cyrillus tamen lib. vi. *contra Julianum Imperat.* connubium hoc cum ſorore eodem patre eademque matre nata eſſe habitum exiſtimat: *Cimon*, inquit, *Elpinicen, eodem ſemine & ſanguine ortam pro uxore habuit: & Perſas ipſos; immo & ipſum ſummum Jovem imitatus, eodem cum ſorore toro uſus eſt*. Nempe cum Junone, cum qua Jupiter eodem partu dicitur editus. Sed negandum non eſt, Muretum, quicquid contradicat Rutgerſius recte de vocum conjunctione, *Sororem germanam ſuam*, ambigere. Ab Arabibus atque Perſis hunc morem fuiſſe obſervatum, ut non ſolum ſororibus, ſed matribus etiam miſcerentur, e Strabone, Clem. Alexandrino, & Bardeſane diſcimus, quibus addendum eſt eadem de re egregium teſtimonium Theodoreti, qui libro ix. Θεραπευτικῆς ſcribit, Perſicas nationes, quae jam pridem Zaradae legibus regebantur, matrum, ſororum, filiarum connubiis ſusque deque commixtas eſſe. Inde credam, Platonem ſuam hauſiſſe impietatem, ut lib. v. *De repub.* ejusmodi improbas ac feras conjunctiones commendaret. De Aegyptiorum moribus hac in re vide Diodorum Siculum. De Chaldaeis, eorumque impia lege Theodorum Metochitam, vulgo Glycam *parte* ii. *Annal. p.* 198. Sed unde, quis quaerere poſſit, quod germanas conſanguineas non autem uterinas licuerit Athenienſibus accipere uxores? Duae Graecorum legis rationes reddi poſſunt. Prima eſt, quia in vitandis nuptiis maternum genus, ut certius, magis ſit attendendum. Altera ac potior eſſe videtur, quod, cum *Deuteronom.* xiii. 6. frater uterinus ponatur ut conjunctior, eumque morem Hebraei fuerint ſecuti, uti fecit, ſecundum Rabbinos pleroſque, Abrahamus, qui Saram Tharae filiam ex altera uxore in matrimonio habuiſſe creditur, conſuetudo illa per Phoenices, quibus ab Achille Tatio *lib.* i. tribuitur, venerit ad Athenienſes. Sunt tamen alii, quod Grotius quoque notavit, qui cenſent, Saram ſororem dici more Hebraeo, cum non fuerit ἀδελφὴ ſed ἀδελφιδῆ, id eſt, fratris filia, & non *patruelis*, ut Valla & Eraſmus putarunt. Quos eo nomine Giphanius JCtus recte reprehendit. Vide Grotii lib. ii. *De jure belli & pacis* cap. v. §. xiii. Ubi de connubiis ejusmodi inceſtuoſis agit, eaque damnat. Adde Bezam ad *Matth.* xiv. 3. *Ernſtius.* Denuo *Rutgerſium* adi *l. c.* pag. 42. *ſeq.* Adde *Sam. Petitum Commentar. ad leges Atticas* lib. 6. pag. 44. & Ampiſſ. *Ernſtii* prolixam *ad h. l. adnotationem*. De ſignificatu

3 tre natas uxores ducere. Hujus conjugii cupidus Callias quidam, non tam generoſus, quam [1] pecunioſus, [2] qui magnas pecunias ex metallis [3] fecerat, [4] egit cum Cimo-

ficatu vocis *germanus* plura dicemus in Indice. *Boſius*. Vide nos ad praef. ibi enim, ut & hic ſtatuimus, viros doctos, unde omnis difficultas orta eſt, male *germanam* de ſorore iisdem producta parentibus interpretatos eſſe, quum de ſorore ex eodem tantum patre nata locum capiendum eſſe praeter interpretes ipſe docet auctor, & ut hic *germanus* de ſorore ὁμοπατρίαν, ſic alibi de uterino uſurpatur. Vide praeter alios Cl. Weſſeling lib. 1. Obſ. cap. 13.

2 *Elpinicen*] Ita Graeci vocant: Mſſ. Dan. & Leid. *Helpicenem*, alii, *Helpinicem*. Boſius. Ἐλπινίκη vocatur a Schol. Ariſtoph. Equit vſ. 851. & a Plutarcho. p. m. 480. F. aliisque. Voſſ. A. B. *Helpinice*. C. *Helpicene*.

3 *Matre*] Vulgo addunt *patrio*: quod ab opt. libris Gif. Dan. Mend. Leid. Boecl. abeſt. Gebhard. tamen ſine ſententiae detrimento abeſſe non poſſe, cenſebat; cui adſentire non poſſum. Solent enim haec duo invicem opponi. vide Ind. in *amor*. Ceterum alii, apud *Plutarchum* pag. 481. ideo nupſiſſe Elpinicen fratri ferunt, quod *ob inopiam ſponſum genere ſuo dignum non inveniret*. *Boſius*. Mſ. Oxon. omittit *patrio*, item Voſſ. A. B. C. ac Leid. meus.

4 *Nam Athenienſibus licet &c.*] De quo praeter *Philonem Ampliſſ. Ernſtio* laudatum, teſtantur *Scholiaſtes Ariſtophanis ad Nebulas* 5. 2. p. 200. *Minutius Octavio*, & *Seneca in Apocolocyntboſi*, quorum verba poſt alios adduxerunt *Rutgerſ. l. c.* pag. 39. 40. & *Sam. Petitus Comm. ad leg. Att.* pag. 440. Sic Mneſiptolemam, filiam Themiſtoclis ex ſecundis nuptiis genitam, Archeptolis frater non ex eadem matre (ὁ ἀδελφὸς οὐκ ὢν ὁμομήτριος) duxit, ut refert *Plutarchus in Themiſtocle* pag. 128. *Boſius*. C. P. Dan. *Namque Athenienſ.*

1 *Pecunioſus*] Vita Attici: *cum eſſet* pecunioſus, *nemo illo minus fuit emax*. Tacit. 3. Annal. 55. *Quamquam fortuna vel induſtria plerique* pecunioſam *ad ſenectam pervenirent*. L. 13. c. 52. *valuitque* pecunioſa *orbitate & ſenecta*. Cicero pro Quinctio: *Vir copiis rei familiaris locuples &* pecunioſus. Gebhardus.

2 *Qui magn. pec. ex metallis*] Scilicet argentifodinis Laurei Atticae regionis, de quibus *ſupra ad* 2. 2. 2. Harum fortaſſe argenti fodinarum proventus redemtor erat Callias: vel potius privatim aliquas in Laureo argenti fodinas habebat, ut etiam Nicias habuit; quod *Plutarchus in Nicia* demonſtrat, etſi in univerſum hujus regionis metalla reip. Athenienſium fuiſſe videntur. *Magius*. Aliam divitiarum cauſſam narrant *Plutarchus in Ariſtide* p. 322. & *Scholiaſtes Ariſtophanis in Nubes*: a quibus parum diſcrepant *Michael Apoſtolius Paroem. cent.* 11. 74. *Heſychius* & *Suidas in* λακκόπλουτος: & rurſus aliam ex Heraclide Pontico *Athenaeus* 20, 9. Ortas e ſpoliatis Perſarum cadaveribus, quae Marathone ſepulta fuerant, innuere vide-

mone, ut eam ſibi uxorem daret: id ſi impetraſſet, ſe pro illo pecuniam ſoluturum. Is quum talem [1] con- 4
ditionem aſpernaretur, Elpinice negavit, ſe paſſuram Miltiadis progeniem in vinculis publicis interire, [1] quo-

detur *Themiſtocles Epiſtola* 8. Ceterum quod Calliae filiam Cimonem in matrimonio habuiſſe, ac in adulterio deprehenſam interfeciſſe, *Seneca controverſ.* 24. ſcribit, id *Rutgerſius* Scholaſtico more confictum putat, ut argumentum declamationis eſſet, *loc. cit.* pag. 43. Plura de Callia hoc ejusdemque nominis aliis illuſtris *Gronovius obſerv.* 4. 7. Nuperrimus Nepotis interpres eundem eſſe putat, qui cinnabarin ſive minium inveniſſe dicitur; ingenti metachroniſmo. Nam is, cujus *Nepos* heic meminit, Olympiadis LXXII. anno III. pugnae Marathoniae δᾳδοῦχος interfuit, occubuitque, ut *Gronovius* conjicit, Olymp. LXXXVII. anno I. victor ad Potidaeam. At cinnabareos conficiendi ratio a Callia, juxta *Theophraſtum lib. de lapidibus*, *Plinium N. H.* 33, 7. & *Anonymum Scriptorem Olympiadum*, inventa eſt Olymp. XCIII. anno IV. octoginta amplius annis a pugna Marathonia. Alius ergo fuerit a λακκοπλούτῳ: ac fortaſſe is, qui anno praecedenti, juxta Faſtos, archon fuit, ac in *Marmore Arundelliano* Καλλίας ὁ ἀθηναῖος dicitur. vid. *Meurſius Archont.* 3, 12. & *Seldenus in Canone Chronico* pag. 112. *& ſeqq.* Boſius.

2 *Fecerat*] I. e. confecerat, collegerat, acquiſiverat. Notiſſima phraſis eſt, *rem facere* pro opes parare. v. Ampliſſ. Cuperus lib. 1. obſ. cap. 5. ſic *facere ſibi magnas opes magnumque nomen* dixit Livius l. 1. cap. 9. *Facere corpus* apud Phaedrum lib. 3. fab. 7. vſ. 5. pro contrahere ſibi pinguedinem. conſule ibi Incomparabilem Virum de me ſtudiisque meis optime meritum P. Burmannum. Adde Gebhardum ad vitam Chabriae cap. 2. Et haec eſt Graecorum imitatio, qui ἐργάζεσθαι, *facere* pro acquirere, parare lucrari poſuerunt. v. Cel. Periz. ad Aelian. l. 4. V. H. cap. 3. & Doctiſſ. Elſner. ad Euang. Joannis cap. 6. vſ. 27. unde ipſa vox ἐργασία pro *quaeſtu*. v. Raphel. ad Acta Apoſt. cap. 19. vſ. 24.

4 *Egit cum Cimone*] Leid. M. *Egit Cimone*.

1 *Conditionem aſpernaretur*] Proprie & eleganter. nam vocabulum nuptiale *conditio*. de quo multa docti viri, & inprimis JCti. Infra Attico. *Cum propter ſuam gratiam & Caeſaris potentiam nullius conditionis non haberet poteſtatem.* Apulejus Apologia. *Quam conditionem cum obſtinate propoſitam videret mulier ſapiens.* Ibid. *ſin haec reputans formae & divitiarum gratia me ad aliam* conditionem *reſervarem.* Juſtin. l. XI. c. 7. *Tam pulchra* conditio *prima regni felicitas videbatur.* Gebhardus *Conditio* de matrimonio. Livius lib. 1. cap. 45. *Hoc tantum ſciat, ſibi, ſi hujus vindiciis ceſſerit, conditionem filiae quaerendam eſſe.* Conſule praeter alios Cel. Burmann. ad Quinctilian. declam. 257. Pro *aſpernaretur*. Leid. M. *aſpernatur*. Voſſ. C. *aſpernarent*.

[1] quoniam prohibere poſſet; ſeque Calliae nupturam, ſi ea, quae polliceretur, praeſtitiſſet.

CAP. II.

1 Tali modo cuſtodia liberatus Cimon, [2] celeriter ad principatum pervenit. [3] Habebat enim ſatis eloquentiae, [4] ſummam liberalitatem, magnam prudentiam cum [5] juris civilis, [6] tum rei militaris, quod cum

1 *Quoniam prohib. poſſet ſeque Call. nupt.*] Alii libri *quoniamque prohiberet*, nempe Cimon, ne nuberet Calliae. Alii *quoniam prohibere poſſet*, quam ſcripturam malam eſſe negant. Denique alii Codices, proferente Lambino, *Elpinice negavit ſe paſſuram Miltiadis progeniem in vinculis publicis interire, quoniam id prohibere poſſet: ſeque Calliae nupturam.* Ego vulgata in lectione nullam eſſe difficultatem video. *Gebhardus.* Sic Mſ. Boecl. & quidam *Lambino* laudati. vulgo eſt, *quoniamque prob. poſſet, ſe Calliae nupt.* Alii: *quoniamque prohiberet, ſe C. n.* Boſius. Leid. M. Voſſ. A. B. C. *quoniam prohibere poſſet, ſeque Calliae nupturam.* Sed in Voſſ. C. pro *Calliae*, *Callias.*

2 *Celeriter ad principatum pervenit*] Provectus a populo, faſtidio Themiſtoclis; & praeſertim ab Ariſtide, ut haberet, quem Themiſtoclis ingenio & audaciae objiceret. Poſt etiam a Lacedaemoniis ejusdem Themiſtoclis odio. vid. *Plutarch.* 481. & 488. Boſius.

3 *Habeb. en. ſatis eloquentiae*] Etiam *Plato in Theage* Cimoni eloquentiam tribuit. nam facit eum virum politicum, & cum Pericle comparat: idque agnoſcit *Ariſtides Sophiſta in Cimone.* Sed *Plutarchus in Cimone*, (pag. 180.) auctorem ſecutus *Steſimbrotum*, ſcribit eum omnis liberalis doctrinae expertem fuiſſe, & ſolertia dicendi atque urbanitate Attica caruiſſe. *Lambinus.* Longolius ex eo quoque eloquentiam Cimonis colligebat, quod a Suida dicitur *ἱπποκομικὸν βιβλίον θαυμάσιον* ſcripſiſſe. Sed recte animadvertit *Magius*, non debuiſſe hinc colligi, docte, eleganter, & ornate ſcriptum fuiſſe; potuiſſe enim admirabilem videri propter praeſidia contra equorum morbos praeſentanea, tutiſſimaque, a veterinariis etiam vulgo petita, &c. *Boſius.* Leid. M. *eloquentiae ſatis.* & pro *cum juriscivilis, tum juriscivilis.* Leid. & Voſſ. B. C. *habebat tum ſatis eloquentiae.* & poſtea *cum juriscivilis, cum rei militaris.*

4 *Summam liberalitatem*] In qua praecipue Piſiſtratum imitatus eſt. Vide Theopompum ap. Athenaeum lib. 12. cap. 8. Plut. in Cimone. An vero, qui ſua, quacunque oblata occaſione, profundit, liberalis ſit dicendus, morum doctores dubitant. Vide Introduct. noſtr. ad veram Vir. cap. 21. & cap. 19. addendorum, ubi negamus. *Ernſtius.* De qua infra cap. 4. *Boſius.*

5 *Juris civilis*] Nempe Athenienſis. Nam quoties non additur, no-

cum patre a puero [1] in exercitibus fuerat verſatus. Itaque hic & [2] populum urbanum in ſua tenuit poteſtate, & apud exercitum plurimum valuit auctoritate. Primum imperator [3] apud flumen Strymona magnas copias Thracum fugavit, [4] oppidum Amphipolim conſtituit, [5] eoque decem millia Athenienſium in coloniam miſit. [6] Idem iterum apud Mycalen Cyprio- 2

nomen, cujus ſit civitatis, jus ejus civitatis ſignificatur, de qua ſermo inſtituitur. §. *ſed jus.* 2. Inſtitut. de Jure Nat. Gent. & Civ. Et recte juri civili operam dedit, cum turpe ſit patricio & Nobili viro & cauſſas oranti, jus, in quo verſaretur, ignorare, ut Q. Mucius ait apud Pomponium JCtum in lib. 2. §. 43. D. de Orig. Jur. Quo etiam pertinent illa Juſtiniani in Prooem. Inſtit. *Imperatoriam majeſtatem non ſolum armis decoratam, ſed etiam legibus oportet eſſe armatam.* Ernſtius.

6 *Tum rei militaris*] Fuit enim ſummus imperator; quippe qui cum Themiſtocle, & Miltiade, & ſimilibus belli ducibus conferatur. *Lambinus.* Vid. *Plutarchus* pag. 481. Ἀγαθὸν στρατηγὸν vocat *Diodorus Sic. in Exc. Peireſc. pag.* 254. Boſius.

1 *In exercitibus*] Sic lego e Gif. & Dan. vulgo eſt: in *exercitu.* Boſius.

2 *Populum urb. in ſua ten. poteſt.*] Id quod oſtendunt, quae narrat *Plutarchus pag.* 487. *f.* & *p.* 489. *b.* Boſius.

3 *Apud flumen Strymona*]. Vid *Thucyd.* 1. *Diodor Sic.* 11. *Plut. Cimone, p.* 482. & *Pauſanias Arcadicis.* Boſius.

4 *Oppidum Amphipolin conſtituit &c.*] Vide *Meurſ. Fortunat Att. cap.* 6. *pag.* 42. Boſius.

5. *Eoque decem millia*] Leid. meus *eoque exercitu. Millia* abeſt a C. P. Dan.

6 *Idem iterum apud Mycalem*] Deſcribunt hoc praelium *Diodorus Sic.* 11, 61. & *Plutarchus Cimone p.* 486. memorantque *Idem l. de gloria Athenienſium, Thucydides* 1. *cap.* 100. *Plato in Menexeno, Polyaenus* 1. *Frontinus.* 4, 7, 45. *Mela* 1, 14. *Euſebius Chronico.* Sed hi omnes ad Eurymedontem fluvium, ſive prope Cyprum, pugnatum ſcribunt (quanquam non uno modo rem narrent) nemo, ad Mycalen. Et certe ſive Mycalen Cariae urbem, cujus *Stephanus de Urbibus* meminit; ſive montem aut promontorium, ſub quo Perſae eodem die, quo ad Plataeas, victi ſunt; ſeu denique inſulam in ora Ioniae *Plinio H. N.* 5, 31. memoratam, intelligas; fieri non potuit, ut claſſis Perſica, quae, *Diodoro & Plutarcho* teſtibus, ad Eurymedontem ſtationem habuit, ap. Mycalem devinceretur; multo minus ut eodem die & prope Eurymedontem, & apud Mycalem pugnaretur. nam ea loca longiſſime inter ſe diſtant. Quare parum abeſt, quin adſentiar Cl. V. *Chriſt. Frid. Franckenſteinio*, Eloquentiae Latinae & hiſtoriarum in Academ. Lipſ. Profeſſori, amico ſummo meo, qui ſubverebatur, ne praelium ad Mycalem, a Leotychide

priorum & Phoenicum [1] ducentarum navium claſſem
3 devictam cepit. [2] Eodemque die pari fortuna in terra uſus eſt. Namque hoſtium navibus captis, ſtatim [3] ex claſſe copias ſuas eduxit, [4] barbarorum uno con-
4 curſu maximam vim proſtravit. Qua victoria, [5] magna

Spartano eadem die, qua illud alterum ad Plataeas, commiſſum, cum hoc Cimonis Noſter confuderit. Sed ne cultiſſimo ſcriptori tam craſſum errorem impingam, potius dixerim illud, *apud Mycalem*, a ſciolo quodam inſertum eſſe: qui cum in praeced. commate locum praelii additum videret, heic quoque tale quid addendum eſſe cenſuerit. Fortaſſis autem *Nepos* ſcripſit: *Idem iterum imperator, Cypriorum &c.* nam id, quae praecedunt, videntur requirere. *Boſius.* Leid. M. & Voſſ. A. C. *Mychalen.* *Macariam* legit Palmerius Obſerv. in Plutarchum pag. 219. Pro *Cypriorum* Cod. Schotti, Giſanii & Leid. M. & Voſſ. C. *Cyprorum.*

1 *Ducentarum navium claſſem dev. cepit*] Sic fere *Thucydides* quoque, & *Plutarchus*: niſi quod hic pluribus, quam CC illis, quae captae ſunt, navibus claſſem barbarorum conſtitiſſe, cenſet. Idem tamen *lib. de glor. Athen.* centum triremes Phoeniſſas captas ſcribit. quod etiam in veteri epigrammate apud *Diodorum Sic.* & *Ariſtidem Orat. Platon.* 2. legitur. *Diodorus* plures, quam centum, una cum claſſiariis; reliquas vacuas in poteſtatem ſuam redegiſſe Cimonem, tradit: totamque claſſem fuiſſe navium CCCXL. Perſas CCCL. navibus Cimoni occurriſſe, *Ephorus*; Ioc *Phanodemus*, retulit, teſte *Plutarcho l. c.* Boſius. Voſſ. B. *devinctam.*

2 *Eodemque die*] Ita & *Thucydides*, *Plutarchus* & *Frontinus*. *Diodorus* quoque ait, *ſtatim* (παραχρῆμα) poſt navalem victoriam Cimonem ad terreſtres Perſarum copias duxiſſe claſſem. *Boſius.* *In terra* abeſt a meo Leid. & Voſſ. C. & Leid. pro *namque*, *nam*. Voſſ. C. pro *captis*, *capti*.

3 *Ex claſſe copias eduxit*] Armis & habitu Perſarum captis illorum navibus impoſitos; quos illi ſuos eſſe rati, ſubito oppreſſi ſunt. Ita *Diodorus*, *Polyaenus*, & *Frontinus*. *Plutarchus* nihil de hoc ſtrategemate. *Boſius.*

4 *Barbarorum uno conc. max. vim*] Cod. Boecl. tranſpoſitis vocibus: *barbarorum max. vim. uno concurſu proſtr.* Boſius. Leid. M. *Barbarumque maximam vim uno concurſu.*

5 *Magna praeda*] Nempe, ut Diodorus ait, triremibus CCCXL., virorum XX millibus, & pecuniae multitudine memorabili. *Boſius.*

6 *Propter acerbitatem imperii*] Διὰ τὸ βάρος τῆς ἐπιστασίας. Acerbitas autem imperii continet avaritiam & crudelitatem, aliasque in Provinciales injurias; quibus illi facillime ad defectionem impelluntur, novaeque dominationi ſponte ſuccedere geſtiunt. Curtius 4. 7. 1. *Aegyptii olim Perſarum opibus infenſi (quippe avare & ſuperbe imperitatum ſibi eſſe credebant) ad ſpem Alexandri adventus erexerant animos, utpote qui Amyntam quoque transfugam, & cum precario*

Digitized by Google

gna praeda potitus, quum domum reverteretur, quod jam nonnullae inſulae, [6] propter acerbitatem imperii, defecerant, [1] bene animatas confirmavit, alienatas ad officium redire coegit. [2] Scyrum, [3] quam eo 5
tempore Dolopes incolebant, [4] quod contumacius ſe geſſe-

precario imperio venientem, laeti recepiſſent. Quod vero avaritia, ſuperbia, libidine, ſtupris, adulteriis, contumeliisque reliquis, in bellum provinciae agantur, plena ſunt omnia. Vide *Tacitum* 4. *A.* 72. *&* 14. *A.* 31. 32. De crudelitate quod ea ad defectionem incitet, *Diodorus* 13. ἡ καθεῖλε τὴν Μήδων ἀρχήν; ἡ πρὸς τοὺς ταπεινοτέρους ὠμότης. *Polyaenus lib.* 7. Αἰγυπτίων φερόντων. Ὀρυάνδρου τοῦ Σατράπου τὴν ὠμότητα, καὶ διὰ τοῦτο ἀποστάντων. De acerbitate, qua ſolebant erga ſubjectos graſſari Lacedaemonii, & ob quam ab iisdem alienabantur, *Diodorus* 15. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι διὰ τὸ μέγεθος τῆς περὶ αὐτοὺς δυνάμεως, ὑπεροπτικῶς καὶ βαρέως ἦρχον τῶν ὑποτεταγμένων διόπερ πολλοὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς τεταγμένων ἀπέκλινον πρὸς τοὺς Ἀθηναίους. *Gebhardus.*

1 *Bene animatas confirmavit*] Tac. lib. VI. Annal. cap. 44. *Non fraus, non preces, nihil omiſſum, quo ambiguos alliceret, prompti* firmarentur. Juſtin. lib. XXXI. c. 6. m. *Acilius civitates ſocias* confirmabat, *dubias illiciebat.* Paterculus lib. II. cap. 120. *Vacillantium etiam cis Rhenum ſitarum gentium animos* confirmavit. *Gebhardus.* Haec a quibusdam Mſſ. & edd. abfuiſſe, ait *Magius*. In melioribus tamen habentur. *Boſius.* Abſunt & a Mſ. Oxon.

2 *Scyrum*] Sic *Thucydides* 1. *Diodorus* 11. & *Plutarchus pag.* 483. vocant. Itaque male quidam codices: *Cyprum.* Ceterum *Thucydides* & *Diodorus* haec ante victoriam ad Eurymedontem reportatam contigiſſe volunt. *Plutarchus* cum Noſtro convenit. *Boſius. Cyprum* Cod. P. Dan. & Voſſ. A. C.

3 *Quam Dolopes incolebant*] *Diodorus* addit Pelaſgos. *Boſius.*

4 *Quod contumacius ſe gesserant*] Imperium Athenienſium detrectaverant atque excuſſerant. Nam *contumacia* deſpectum ſeu contentionem ſuperiorum notat, & quae contemtionem ſequitur, rebellionem ſeu defectionem. vid. *Tacitus* 4. *H.* 3, 1. & cap. 74. & 75, 8. Apud Juſtinum *contumacia* notat crimen laeſae majeſtatis, in quod incurrere poterat, qui incautis lacrimis praeſentem rerum conditionem defleret lib. VIII. cap. 5. Tacitus inquit, *moeror & luctus verentibus, ne ipſae lacrimae pro* contumacia *haberentur.* Nam ſuae ſuorumque forti, quam tyranni acerbitas aggravaſſet, illacrimaſſe acceptum in crimen capitale Tacit. XII. Annal. cap. 47. LatinusPacatus Panegyrico Theodoſio Aug. dicto. Claudian. 2. in Rufin.

Nam miſeris ne flere quidem aut lenire dolorem
Colloquiis impune licet. Gebh.

Plutarchus (pag. 483.) aliam affert cauſſam; ſc. quod Dolopes piratae praedonesque eſſent inſignes, ac Theſſalos quosdam inſtitores Scyrum quaeſtus gratia profectos depraedati in vincula conjeciſſent, &c. Niſi forte haec fuerit occaſio inſulae

geſſerat, [1] vacuefecit, [2] ſeſſores veteres urbe inſulaque ejecit, [3] agros civibus diviſit. [4] Thaſios [5] opulentia fretos ſuo adventu [6] fregit. [7] His ex manubiis Athe-

inſulae capiendae, cauſſa vero ea, quam Nepos attulit. *Magius*. *Geſſerant* Voſſ. A. B.

1 *Vacuefecit*] Τὴν πόλιν ſive νῆσον ἔρημον τῶν οἰκητόρων ἐποίησε. Infra 20, 3, 2. *Civibus novis bello vacuefactas poſſeſſiones diviſit.* Vacuefactio autem, qua poſſeſſores vel ſub corona venduntur, vel in alias trajiciuntur ſedes, poena eſt antiquis temporibus in rebelles ac victos conſtituta. *Juſtinus* 8, 5, 7. de Philippo: *Reverſus in regnum, ut pecora paſtores nunc in hybernos, nunc in aeſtivos ſaltus trajiciunt: ſic ille populos & urbes, ut illi vel replenda vel derelinquenda quaeque loca videbantur, ad libidinem ſuam transfert. Diod. lib.* 12. Περικλῆς δὲ αἱρεθεὶς στρατηγὸς ἐστράτευσεν ἐπὶ τὴν Εὔβοιαν μετὰ δυνάμεως ἀξιολόγου, καὶ τὴν μὲν πόλιν τῶν Ἑστιαιέων ἑλὼν κατὰ κράτος, ἐξῴκισε τοὺς Ἑστιαιεῖς ἐκ τῆς πατρίδος. Ubi ἐξοικίζειν ἐκ τῆς πατρίδος eleganter reſpondet Nepotis *vacuefacere*. Vacuefactio autem, ſive ex patriis ſedibus in alienas translatio poſſeſſorum, mihi videtur poena media lenitatis ac ſeveritudinis fuiſſe. Leniſſima Contumacium poena erat pecuniaria multa. vid. Curtius 4, 1, 37. Dein ſtatus mutatio: exempli gratia; reſtitutio popularis imperii. Vide *Diodorus* lib. 12. de Samo a Pericle compoſita. Mediae adſcribo Refuſionem ſumtuum; navium ademptionem, ac murorum demolitionem. Videatur *Diodorus* lib. 11. Severiſſima poena eſt Juventutis internecio, imbellis aetatis ἐξανδραποδισμός, ac urbis vel deletio, vel alienis poſſeſſoribus attributio. vid. Idem l. 12. de Scionaeis, ab Athenienſibus ad officium redactis. *Vacuefacere* verbum non admodum tritum. Valerius ſed alia re. lib. v. cap. 4. 2. utitur & Apulejus: non puto reperiri apud Ciceronem, falli tamen poſſum. Sed recordor ei obtruſum a Carrione lib. 1. Antiquar. Lect. Catilinaria prima. *Quum morte ſuperioris uxoris nuptiis domum* vacuefeciſſes. Quem tamen Gruterus noſter Praeceptor optime meritus non ſequitur. Ut nec capite 6. ejusdem Orationis. Quippe lectionem vulgatam tuetur Salluſtius Catil. cap. xv. Sed utitur Macrob. lib. VII. Saturn. cap. 12. *Venas inedia* vacuefacit, *ſaturitas obſtruit*. Gebhardus.

2 *Seſſores*] De ſanitate ſcripturae dubitat Nob. Heinſius ad Vellej. Patercul. lib. 1. cap. 3. p. 26. Attamen nihil mutandum, conſentientibus MſſT. Codd.

3 *Agros civibus diviſit*] Diodorus 11. Κτίστην Ἀθηναῖον καταστήσας, κατακληρουχήσας τὴν χώραν. *Lambinus*.

4 *Thaſios*] Qui etiam ab Athenienſibus defecerant. vid. *Thucyd. l. c.* & *Plutarchus p.* 487.

5 *Opulentia fretos*] Superbos atque elatos; nam opes animum ſubdunt. Tacit. lib. 6. Annal. cap. 31. *fretus bellis*. *Fretus* idem quod *elatus*, ut ſupra Miltiade. *Gebhardus*. V. not. ad 1, 7, 2.

6 *Fregit*] Vi debilitavit, eorumque opes comminuit certamine navali. Themiſt. *claſſe celeriter effecta primum Corcyraeos* fregit. Lyſandr. *ut Athenienſium impotentem dominatum* refrin-

Athenarum arx, 1 qua ad meridiem vergit, eſt ornata.

CAP. III.

Quibus rebus 2 quum unus in civitate maxime floreret, 3 incidit in eandem invidiam, quam pater

refringerent. Cicero de Offic. *Viriatus Luſitanus, quem C. Laelius* fregit *& comminuit.* Gebhardus. Hinc *res fractae* pro afflictis & comminutis Virgil. 4. Georg. vſ. 240. & 3. Aen. vſ. 53.

Ut opes fractae *Teucrum, & Fortuna receſſit,*

Vide Servium ad 2. Aen. vſ. 13. Juſtinus lib. 4. cap. 4. *Quibus rebus* fracti *Syracuſani auxilium a Lacedaemoniis petunt.* Sic. l. 5. cap. 8. & l. 6. c. 1. *Et ſi* fractae *ſint opes*; ſic alibi ſaepius. Voſſ. C. *& Thracios.*

7 *His ex manubis*] *His e manubiis* emendavit Schottus ad c. 23. Scriptoris de Viris Illuſtribus. *Ernſtius.* Sic libri meliores, in his tres *Schotto* laudati. Firmat *Plutarchus* p. 487. Πραθέντων τῶν αἰχμαλώτων λαφύρων, εἴς τε τὰ ἄλλα χρήμασιν ὁ δῆμος ἐῤῥώσθη, καὶ τῇ ἀκροπόλει τὸ νότιον τεῖχος κατεσκεύασεν, ἀπ' ἐκείνης εὐπορήσας τῆς στρατείας. Vulgo erat, *His ex navibus.* Boſius. Leid. M. *His ex manibus.*

1 *Qua ad meridiem vergit*] Τὸ νότιον τεῖχος, ut Plutarchus. Male igitur Mſ. Boecl. & q. edd. *quae.* De muro Cecropiae (ſic enim arx haec vocata) plura *Meurſius Cecropia* cap. 5. Boſius. Leid. M. pro *qua, que.* Voſſ. A. B. C. *quae.*

2 *Cum unus*] Quia unus maxime florebat, ideo fortuna ejus maxime conſpicua, invidiaeque expoſita fuerat. Quod pluribus circumfunditur bonum, id ipſum diffuſius Livoris conjectum tam cito experiri non poteſt. Ipſo verbo utitur & Miltiade & Epaminonda. Curt. lib. 10. *ipſum Darium* floruiſſe *paulliſper.* Cicero in Verrem *Hic in ſua patria multis virtutibus ac beneficiis* floruit. Pro Caelio *Q. Metellus quum in Rep.* floreret *integerrima aetate, optimo habitu, maximis virtutibus, ereptus eſt univerſae civitati.* Gebh. v. not. ad. 1, 8, 1. & 4. *Boſius.* Hinc *florere auctoritate gloria, artibus, opibus; honoribus* &c. Ciceronianae ſunt locutiones ut l. 1. ad Fam. Ep. 9. *In ſententiis ſenatoriis, & in omni actione, atque adminiſtratione Reip.* floruiſſemus. Lib. 2. ad Fam. Ep. 13. *complecti hominem* florentem *aetate opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis.* l. 4. Ep. 13. *& in qua urbe modo gratia, auctoritate, gloria* floruimus. & eo ſenſu ſimpliciter, quo hic dixit l. 5. cap. 15. *ut cum maxime* florere *nos oporteret.* Vide ibi P. Manut. Sic. Graecis θάλλειν & ἀνθεῖν. Sophocl. Antig. vſ. 714. Τί γὰρ πατρὸς ΘΑΛΛΟΝΤΟΣ εὐκλείας τέκνοις Ἄγαλμα μεῖζον. ἀνθήσας per κρατήσας explicat Tzetzes ad Lycophron. vſ. 1429. Thucyd. l. 1. cap. 19. ὡς τὰ κράτιστά ποτε μετὰ ἀκραιφνοῦς τῆς ξυμμαχίας ΗΝΘΗΣΑΝ, & ut Juſtinus lib. 5. c. 1. florentes *Athenienſium opes*, ita Pindarus O. Pyth. 7. vſ. 22. dixit θάλλοισαν εὐδαιμονίαν, & ipſe πλοῦτος dicitur homini ἀνθεῖν O. Pyth. 10. vſ. 28. θάλ-

λοντες

ter ſuus [1] ceterique Athenienſium principes. nam teſtarum ſuffragiis, quod illi [2] *oſtraciſmum* vocant, de-
2 cem annorum [3] exilio mulctatus eſt. Cujus facti celerius Athenienſes, quam ipſum, poenituit. Nam quum ille forti animo invidiae ingratorum civium ceſſiſſet;

λοντες παῤῥησίᾳ.' Eurip. Hippol. vſ. 422. & ita ſaepius.

3 *Incidit in invidiam, quam*] Sic & Giſanius e ſuo cod. laudat *in collectan. Lucret. voce Relativo.* Mſ. Boecl. *in quam.* Boſius. Cod. Voſſ. B. *Inc. in invidiam in quam.* Sed nihil mutandum: praepoſitio enim ea ex praecedenti ſubintelligenda eſt. De hac elegantia conſulendi ſunt Cel. Burmannus ad Phaedr. lib. 4. fab. 4. vſ. 1. & Tib. Wopkens lib. 1. Lect. Tullian. cap. 1. & de Syntheſi iſta *teſtarum ſuffragiis*, quod *illi oſtraciſmum vocant.* Cel. J. Perizonius ad Sanctii Minervam lib. 2. c. 9. n. 4. & ad l. 4. c. 4. n. 80.

1 *Ceterique Ath. princ.*] De quibus praeter *Dionem Chryſoſtomum*, Orat. 73. *Ernſtio* laudatum, videndus *Valerius Max.* 5, 3. *ext.* 3. Boſius.

2 *Oſtraciſmum*] De hujus *nominibus, origine, hiſtoria & ritu* e veteribus *Diodorus Sicul.* 11. *Plutarchus Ariſtide, Themiſtocle*, & alibi; *Ariſtides Orat. Platon.* 2; *Pollux Onomaſt.* 8, 5. *Scholiaſtes Ariſtoph. in Equites pag.* 340. *& in Veſpas. p.* 498, *Tzetzes Chil.* 13, 489. *Heſychius* & *Suidas in ὀστρακισμὸς &c.* e junioribus *Ubbo Emmius Vet. Graeciae tomo 3. p. 37. & ſeq. Beroaldus annot. in var. auct. Tomo 2. Theſaur. Crit. pag.* 257. *Hadr. Junius animadverſion.* 5, 18. *Kekerm. de Rep. Athen.* 2, 24. 4. *Sigonius de ead.* 2, 4. *Scaliger ad Euſeb. n.* 789. *&* 1533. *Mauſſacus ad Harpocrationem pap.* 193. *ſeq.* & accuratiſſime omnium *Meurſius Attic. lection.* 5, 18 & *Sam. Petitus Comment. ad Leg. Atticas lib.* 4. *tit.* 9. Juſtusne, & reip. utilis, ad ejusque ſecuritatem & ſtatum conſervandam aptus ſit, olim hodieque diſputatum. Ex antiquis ſuperſunt judicia *Ariſtotelis politicor.* 3, 9. *Dionis Chryſoſtomi oratione* 73. *Ariſtidis in Platonicis paſſim, & Valerii Maximi* 5, 3. *extremo.* Inter recentiores notae ſunt prolixae diſputationes duorum prudentiſſimorum hominum, *Paulli Parutae lib.* 1. *diſcurſu* 15, & *Ludov. Septalii lib.* 4. *de Ratione Status cap.* 6, 7, 8, 9. quorum hic probat, ille improbat. Adde judicium *Arniſaei Doctrin. Polit.* 2, 5. & quae ad 2, 8, 1. & 2, 10, 2. dicta ſunt. *Boſius.* Voſſ. A. *hoſtracis.* B. *oſtrachiſmon.* in C. non reperitur; nec in Leid. meo.

3 *Exilio mulctatus*] Factum id eſſe propter illegitimum matrimonium; quod cum ſorore iniit, multi ſcribunt, e quibus quosdam citat Lambinus: quibus adde Suidam. *Ernſtius.* Haud dubie hoc praetextu, quod libertati Athenienſium periculum ab eo immineret. Nam & aliquando capitis accuſatus eſt, quod remp. in ſe tranferre conaretur. *Demoſthenes* orat. adv. Ariſtocratem: Κίμωνα, ὅτι τὴν πάτριον μετεκίνησε πολιτείαν ἐφ' ἑαυτὸν, παρὰ τρεῖς μὲν ἀφῆκαν (Athenienſes ſcilicet) ψήφους, τὸ μὴ θανάτῳ ζημιῶσαι. πεντήκοντα δὲ τάλαντα εἰσ-

ſiſſet, [1] bellumque Lacedaemonii Athenienſibus indixiſſent, [2] confeſtim notae ejus virtutis deſiderium conſecutum eſt. Itaque poſt annum quintum, [3] quam expulſus erat, in patriam [4] revocatus eſt. Ille, [5] quod hoſpitio Lacedaemoniorum utebatur, [6] ſatius exiſtimans 3

τιζόμεξαι. *Plutarchus* quoque refert p. 487. eum, cum Thaſiis devictis Macedoniae vicinae peperciſſet, ab adverſariis in judicium vocatum, quaſi muneribus ab Alexandro rege corruptus eſſet. *Boſius*. Scholiaſtes Ariſtophan. Equit. vſ. 851. *χθὲς δ' οἱ χαρήσαντες πάντες ὠστρακίσθησαν, Ἀριστείδης, Κίμων (τῇ ἀδελφῇ Ἐλπινίκῃ συγκοιμηθεὶς, καὶ διαβληθεὶς πρὸς πολίτας.)*

4 *Quam ipſum*] Atqui Cimonem *facti poenituiſſe* dici non poteſt, niſi improprie, non enim fuit in ejus poteſtate, ne non pelleretur. Hic igitur *ipſum poenituit*, interpretor, ipſi doluit. Sic *M Tullius pro M. Coelio.* de quo v. *Gellius* 17, 1. Lambinus.

1 *Bellum Lacedaem. Athenienſibus indixiſſent*] Et ingentem cladem ad Tanagram illis intuliſſent. vid. *Plutarchus in Cim. p.* 490. Boſius.

2 *Confeſtim notae ejus virt. deſid.*] Similis locus infra Epam. vita. vide Flaccum. lib. 3. Argonaut. v. 247. *Gebhardus*. Voſſ. A. *Notae ejus virtutes*, ſed ſupra notatum erat *virtutis*. & pro *conſecutum*, *conſequutum*.

3 *Quam expulſus*] Sic lego e C. Dan. quod & *Lambinus* conjecerat. Similis locutio habetur infra 10, 5, 3. *Boſius*. Vide Cel. J. Perizon. ad Sanctii Minervam. l. 2. cap. 9. n. 5.

4 *Revocatus eſt*] Decreto Periclis, ut tradit *Plutarchus* pag. 490. Lambinus.

5 *Quod hoſpitio Lacedaem.*] Hoc Graece diceretur h. m. *ὅτι προξενο-λῶ τῶν Λακεδαιμονίων*. Propter hoc hoſpitium autem Lacedaemoniorum rebus ſtudere ac favere putabatur, hoc eſt, quod Graeci dicunt, *λακωνίζειν*. Haec enim fuit oſtraciſmi cauſſa, ut tradit *Plutarchus* p. 489. quam appellat *μικρὰν πρόφασιν*. *Lambinus*.

6 *Satius exiſt. contendere Lacedaemonem*] Eximium ſpecimen fidei Lambini, quam in emendandis ſcriptoribus adhibuit: hominis nimirum omnia libidini ingenii, etiam refragantibus omnibus libris, tribuentis. Flagitio, quo ſuum heic caput obligavit, obviam ivit Savaro Luxuriem Monſtrolienſem exonerando ac reponendo: *Satius exiſtimans contendere Lacedaemonem: ſua ſponte eſt profectus.* Antequam revocatus Athenas peteret, conſultius putavit Lacedaemonem pergere, ac ſua ſponte, ſine juſſu populi pacem inter duas civitates conflare. Quid ſit *contendere Lacedaemonem* jam notum eſt: Caeſar lib. 1. de Bell. Gall cap. 21. *Ipſe de quarta vigilia eodem itinere, quo hoſtes ierant, ad eos* contendit. l. VI. cap. 3. p. *De improviſo in fines Nerviorum* contendit. Apulejus lib. 9. Metam. *Tunc reliqui fratres tam Hercules deſperata quam ulti neglecta ſua ſalute* contendunt *ad divitem*. Nepos Eum. *Sin per loca ſola* contenderet. Juſtin. l. 9. cap. 6. Cicero. *Mihi non dubium eſt, quin Brundiſium* contendam. Idem. *Tarſum* vidi,

mans contendere Lacedaemonem, [1] ſua ſponte eſt
profectus, [2] pacemque inter duas potentiſſimas civi-
4 tates conciliavit. Poſt, neque ita multo, [3] Cyprum
cum ducentis navibus imperator miſſus, quum ejus
majo-

vidi, inde ad Amanum contendi. *Gebhardus.* Sic primus diſtinxit Magius, cum antea male locus hic interpungeretur, hoc modo: *ſatius exiſtimans contendere, Laced. ſive ſp. eſt prof.* Exponit autem hoc ſenſu: Cimonem, cum revocatus eſſet, noluiſſe ſtatim in patriam redire, quod ſuorum deſiderium patriae poſthaberet; ideoque, etſi cives ſui non praecepiſſent, Lacedaemonem, quae propter hoſpitium amica ſibi civitas videretur, profectum, hoc conſilio, ut pacis auctor conciliatorque eſſet. quod enim Lacedaemoniorum forte opes cerneret eſſe majores, eamque ob rem patriae timeret, e re Athenienſium potius eſſe cenſuiſſe, ad pacem conciliandam Lacedaemonem, quam Athenas ad bellum adornandum opemque ferendam proficiſci. At Lamb. pluſculis inſertis, ſic edidit: *ſatius exiſtimans, eos & cives ſuos inter ſe ſua voluntate conſentire, quam armis contendere, Lacedaemonem ſp. ſ. e. prof.* eaque in re acriter reprehenſus eſt a *Schotto* & *Gebhardo*, ac ſi locum mutilum ratus, cujus ſenſum non adſequeretur, de ſuo nimis liberalis, tam multa repugnantibus libris adjeciſſet. Cum tamen *in adnotationibus ad h. l.* ne verbo quidem indicet, haec ex cojectura ſc. addita eſſe: ſed tantummodo moneat, *hunc locum in libris fere omnibus vulgatis lacerum & mutilum fuiſſe.* Quare paene adducor in eam ſententiam, ut, quae addidit, ex aliquo MSto aut editione vet. deſumta eſſe ſuſpicer. De quo viderint, quibus veteres editiones ad manum ſunt. Diſſimulari tamen non debet, ea ab optimis libris Gif. Put. Savar. Schotti, Boecler. Leid. immo ab omnibus, ut opinor, manu exaratis, editisve, quorum variae lectiones a viris doctis adnotatae ſunt, abfuiſſe; eoque non immerito ſuſpecta eſſe, quamdiu non apparet, unde deſumta ſint. *Boſius.* Mſ. Oxon. leg. *ſatis exiſtimans verbis contendere.* Voſſ. C. *aeſtimans.* & *quae* poſt *pacem*, neque *ita* ante *multo* agnoſcit.

1 *Sua ſponte eſt profectus*] Nihil de hac profectione *Plutarchus*: ſed ſtatim rediiſſe, eum Athenas, ac civitates in gratiam reduxiſſe ait, pag. 490. *Boſius.*

2 *Pacemque conciliavit*] Ita dictum, ut conciliare diſcordes, in concordiam reſtituere ac gratiam reducere. Caeſar. lib. 7. cap. 55. *Legatos ad Vercingetorigem de pace & amicitia* concilianda *publice miſſos.* Loquitur eo modo & Thraſibul. atque Hamilc. Et parem in modum antiquiſſimi. Ennius Creſiphonte.

Eho tu, Dî quibus eſt poteſtas, motus ſuperum atque inferum?
Pacem inter ſe conciliant, conſerunt concordiam.

Cicero pro Deiotaro: *Quo cum mihi amicitiam Reſp. conciliavit, hoſpitium voluntas utriuſque conjunxit.* Gebh.

3 *Cyprum miſſus*] Cimonem poſt exilium Athenienſibus Cyprum acqui-

majorem partem inſulae deviciſſet, [1] in morbum implicitus, [2] in oppido [3] Citio eſt mortuus.

Cap. IV.

Hunc Athenienſes non ſolum in bello, ſed in pace, diu deſideraverunt. [4] Fuit enim tanta liberalitate, quum compluribus locis praedia, hortosque haberet, [5] ut nunquam [6] in eis cuſtodem impoſuerit fru-

quiſiviſſe, etiam ſcribit Dio loc. cit. pag. 634. & Suidas in κίμων poſt Thucyd. lib. 1. pag. 47. Diod. Sic. XII, 3. & Plutarchus in vita ejus, qui ſummam viri virtutem uno ore praedicant. *Ernſtius.* Leid. & omnes Voſſiani. m. non agnoſcunt praepoſitionem *in*, & ita amat loqui Noſter. Vide quae dicemus ad Datamis vitam. cap. 4. n. 4. Pro *imperator*. Voſſ. C. *ſuper*.

1 *In morbum implic.*] Alii, teſte *Plutarcho*, vulnere, quod adverſus barbaros pugnans acceperat, confectum, tradidere. *Boſius.* Propria haec eſt locutio ut jam docuit Servius ad Virgil. 1. Aen. vſ. 663. Cimonem defunctum eſſe αὐτομάτῳ θανάτῳ. i. e. morte naturali adnotat Scholiaſtes Thucyd l. 1. c. 112 n. 55. Voſſ. C. *ſed in morb. impl.*

2 *In oppido Citio*] Thucydides & cum eo Plutarchus non in oppido, ſed dum illud obſideret, occubuiſſe Cimonem ſcribunt. *Diodorus* tamen lib. 12. expugnaſſe, ait. *Boſius.*

3 *Citio*] Ἐν κυτίῳ τῆς Κύπρυ ait Suidas e Thucydide. *Ernſtius.* *Diodoro* quoque & *Plutarcho* Κίτιον vocatur. At in Exc. Dan. legitur *Cythio.* Quomodo apud *Suidam*: ἐν Κυτίῳ. *Boſius.* Vide cl. Waſſe & Duker. ad Thucydid. lib. 1. cap. 112. p. 51. Leid. m. *Cythio*, item Voſſ. A. ſed B. *Cytio.* & pro *ſed in pace*, *ſed etiam in pace.* Leid. & Voſſ. B. Particulam *etiam*, licet in duobus his Mſſ. reperiatur, & ſenſus poſtulet, ut addatur, non tamen neceſſe eſt, ut in textum recipiamus, cum *ſed* poſt *non ſolum*, *non modo*, pro *ſed etiam* poni ſaepius ſoleat, ut docuere cl. Oudendorp. ad Frontin. lib. 2. Strateg. cap. 1. E. 15. n. 51. & Cortius ad Salluſt. Catil. c. 18. n. 7.

4 *Fuit enim tanta liber.*] Totum hunc locum, uſque ad finem capitis, e *Theopompo* deſumtum, & quaſi ad verbum converſum eſſe, notavit *Caſaubonus*, *animadverſ in Athenaei* 12, 8. Similis munificentia Gilliae Agrigentini fuit; de quo *Valerius Maxim.* 4, 8. *ext.* 2. De Cimonis autem liberalitate *Lactantius* 6, 9. *breviter egentibus ſtipem dedit; & pauperes invitavit; & nudos induit.* Boſius. Mſ. Oxon. *tanta liberalitate uſus eſt.* pro *compluribus* Voſſ. C. *quam pluribus.*

5 *Ut nunquam in eis cuſtodem*] *Plutarchus* eleganter hac de re: Ἐν τῇ χώρᾳ καρπῶν ἑτοίμων ἀπαρχὰς, καὶ ὅσα ὧραι καλὰ φέρουσι, χρῆσθαι καὶ λαμβάνειν ἅπαντα τοῖς ξένοις παρέχων, τρόπον τινὰ τὴν ἐπὶ Κρόνου μυθολογουμένην κοινωνίαν εἰς τὸν βίον αὖθις κατῆγεν. Adde eund. *in Pericle* pag. 156. *Theophraſtus*, apud *Ciceron. Offic* 2. haec ad curiales ſive contribules Cimonis reſtrin-

fructus ſervandi gratia, ne quis impediretur, quo minus ejus rebus, [1] quibus quisque vellet, frueretur.
2 [2] Semper eum pediſſequi cum nummis ſunt ſecuti, ut, ſi quis opis ejus indigeret, haberet, [3] quod ſtatim

reſtringit; Ait enim, eum *ita inſtituiſſe, & villicis imperaviſſe, ut omnia praeberentur, quicunque Laciades in villam ſuam devertiſſet. Civibus* univerſe hoc permiſiſſe eum, ſcribit *Theopompus* apud *Athenaeum l. c.* Simile quid de Ephialte refert *Heraclides in politia Athenienſium*, quod nempe *permiſerit ex agris ſuis fructus decerpere, qui vellent; atque inde multis cibum praebuerit.* Boſius.

6 *In eis cuſtodem impoſuerit*] Cicero pro Planco, *Sin autem emimus, quem villicum*, imponeremus, *quem pecori praeficeremus, non curamus.* Schoppius venuſte e Libro Gifanii *cuſtodem poſuerit.* Caeſar. lib. 1. de Bello Gall cap. 20. *Dumnorigi cuſtodes* ponit. Barthius e veteribus editis ac membranis, quibus olim uſus Caelius Curio: *ut nunquam in eis cuſtodem* impoſuerit. Scribendum vero ipſe retur. *Nunquam in eis cuſtodem* poſuerit. Mihi placet Lectio codicis Gifaniani. Cicero. 11. Philippica. *Quoties te pater tuus domo ſua ejecit? quoties cuſtodes* poſuit, *ne limen intrares.* pro Flacco. *Hermippus cuſtos T. Aufidio Praetore in frumento publico eſt* poſitus. Gebhardus. Mſ. Schoppii *cuſtodem poſuerit.* Quomodo & Propertius,

Quos igitur tibi cuſtodes, quae limina ponam?

Barthius huic emendationi addit, & legit: *nunquam in eis cuſtodem unum poſuerit.* Ernſtius. Sic pleri que Mſſ. & editi: Niſi quod praepoſitio *in* quibusdam deeſt. *Barthius Adverſ.* 24, 18. mallet: *in eis cuſtodem unum poſuerit. Schoppius Veriſim.* 4, 2. e vet. libro: *nunquam eis cuſtodem poſuerit.* Quomodo *Propertius.*

Quos igitur tibi cuſtodes, quae limina ponam?

Eaque lectio & *Gebhardo* placebat; qui duobus *Ciceronis* locis firmabat. uno *Philipp.* 2, 18. ubi patrem Curionis *cuſtodes* poſuiſſe Antonio, *ne limen intraret*; altero *Orat. pro Flacco* cap. 19 ubi Hermippum *cuſtodem frumento publico* poſitum, ait. Uno item *Caeſaris B. Gall.* 1, 20. quo ſe *cuſtodes Dumnorigi* poſuiſſe ſcribit, *ut, quae agat, quibuscum loquatur, ſcire poſſet.* Pro vulgata lectione facit illud *Ciceronis Orat. pro Cn. Plancio*, c. 25. pariter a *Gebhardo* adductum: *Sin emimus, quem villicum* imponeremus, *quem pecori praeficeremus.* Viditurque *Nepos* expreſſiſſe verba *Theopompi*: ἐν τοῖς ἀγροῖς καὶ τοῖς κήποις οὐδένα τοῦ καρποῦ καθιστα φύλακα. *Boſius.* Leid. m. *Eis cuſtodes impoſuerit.* Pro *in eis poſuerit.* Verbum *ponere* in hac re proprium eſſe docent Paſſeratius ad Propert. l. 2. El. 5. vſ. 29. & Broukhuiſius ad Tibullum. l. 1. El. 1. vſ. 21.

Pomoſisque ruber cuſtos ponatur *in hortis,*
Terreat ut ſaeva falce Priapus aves.

Nihil tamen muto. Cum Voſſ. A. B. C. *in eis cuſtodem impoſuerit.* exhibeant.

1 *Quibus quisque vellet*] Reſtitui τὸ *quisque* auctoritate Mſſ. Dan. Leid.

tim daret, [1] ne differendo videretur negare. Saepe, [2] quum aliquem offenſum fortuna, videret minus bene veſtitum, [3] ſuum [4] amiculum dedit. [5] Quotidie ſic coena ei coquebatur, ut quos [6] invocatos vidiſſet in foro,

Leid. Boecl. & quos *Schottus* inſpexit. nil enim cauſae video, cur rejici debeat. *Boſius*. Ita & Leid. m. & Voſſ. A. B. C.

2 *Semper eum pediſſequi*] *Plutarchus* pag. 484 vocat νεανίσκους συνήθεις, aitque, eos tuliſſe pecuniam copioſam, adſtitiſſeque elegantioribus inopum (τοῖς κομψοῖς τῶν πενήτων) nummulosque ſilentio in manus injeciſſe. Δύο ἢ τρεῖς νεανίσκοι, ait *Theopompus*. Non admodum diſſimile eſt, quod de L. Veratio narrat *Gellius N. A.* 20, 1. *Boſius*.

3 *Quod ſtatim daret*] Eodem nomine *Lucanus* laudat Piſonem:

Quis tua cultorum, juvenis facunde, tuorum
Limina pauper adit, quem non animoſa beatum
Excipit, & ſubito juvat indulgentia cenſu:

Loccenius. Sic Tiberius Caeſar *ſi quid alicui largiebatur, id confeſtim numerari, ſe inſpiciente, jubebat*. Teſtis *Dio Caſſius* lib. 57. pag. 608. *Boſius*.

1 *Ne differendo*] V. Ind. *differre*. Boſius.

2 *Quum aliquem offenſum fortuna vid.*] *Lambinus* hoc exponit, *cui fortuna eſſet iniqua, irata, atque offenſa*. Quod cum mihi inſolens videretur, nec dubitarem *offenſum* hic idem eſſe, quod *obviam factum, repertum*, Cl. *Freinshemius* confirmavit meam ſententiam indubiamque fore dixit, ſi in aliquo codice *forte fortuna* legeretur, quod & abſorberi facile potuerit a ſeq. vocabulo. *Boeclerus*.

3 *Suum amiculum*] Imo alicujus e pediſſequis, ſi *Theopompo*, & *Plutarcho* credimus. Sic enim ille: ἐάν ποτε τῶν πολιτῶν ἕνα ἴδοι κακῶς ἠμφιεσμένον, κελεύει αὐτῷ μεταμφιέννυσθαι τῶν νεανίσκων ἕνα τῶν συνακολουθούντων αὐτῷ. Hic vero pag. 484 αὐτῷ δὲ νεανίσκοι παρείποντο συνήθεις, ἀμπεχόμενοι χλανίδας ἂν ἕκαστος, εἴ τις συντύχοι τῷ Κίμωνι τῶν ἀστῶν πρεσβύτερος, ἠμφιεσμένος ἐνδεῶς, διημείβετο πρὸς αὐτὸν τὰ ἱμάτια. *Boſius*.

4 *Amiculum dedit*] Simile quid de S. Martino epiſcopo praedicat *Sulpitius Severus in ejus vita*; & de Smyrnaeis *Tacitus* 4. *A.* 56. 3. Boſius.

5 *Quotidie ſic coena*] Sic fere & *Theopompus* ac *Plutarchus*. Sed Ariſtoteles, apud *Plutarchum*, non omnibus Athenienſibus, ſed curialium ejus Laciadarum cuivis, qui vellet, coenam paratam fuiſſe, ait. *Boſius*.

6 *Invocatos*] Lambinus *non vocatos*. Rectius, Schoppius. P. Daniel. ac Schottus *invocatos*. Barthius Adverſar. lib. XXIV. cap. 18. leg. *ut quoscumque invocatos vidiſſet*. Eſt autem *invocatus* ἄκλητος, ad epulas non invitatus. Fuit Cimonis animo par Gilliae Agrigentini; cujus domus quaſi quaedam munificentiae officina credebatur. Val. Max. lib. 4. cap. 8. Quae comparanda cum verbis Nepotis, vel, cui nondum vocari contigit. Terent. Eunucho.

L 2 *Invoc*

foro, omnes [1] devocaret: quod facere nullum diem [2] praetermittebat. Nulli fides ejus, nulli opera, nulli res familiaris defuit. multos locupletavit: complures pauperes mortuos, qui unde efferentur, non reliquiſ-

Invocato ut ſit locus ſemper. Gebhardus Schoppius. lib. 4. Veriſim. c. 2. legendum eſſe exiſtimat. *Ut quos invocatos vidiſſet.* Cui Mſ. meus Cod. adſtipulatur. Barthius tamen mavuit: *ut quoscunque invocatos.* Lib. XXIV. Adverſar. cap. 18. *Ernſtius* Ita Mſſ. Dan. Gif. Plutarch. Savar. Schott. Ernſt. & *Schoppio Veriſ.* 4, 2. teſte, alter e Bavaricis: probantque, praeter *Savaronem*, *Schottum*, ac *Schoppium*, *Giſanius Ind. Lucr.* v. *Relativo*, *Gebhardus*, alii. Sic *Terentius* Eunucho 5, 9, 29.

> —— *ut mihi tua domus*
> *Te praeſente, abſente pateat*; invocato *ut ſit locus Semper.*

Ubi vetus interpres: INVOCATO, *non vocato ſignificat. IN etenim auget & minuit dictionem.* Et mox: INVOCATO. *Male intelligitur precibus vocato, quum ſit αὐτομάτῳ i.e. etiam non invitando, quin ultro venire debeat ſuam domum.* Apud *Plautum Captiv.* 1, 1, 2. Paraſitus: invocatus *ſoleo eſſe in convivio.* Vulgo erat: *quos convocatos.* Unde *Lambinus* faciebat: *quos non vocatos*: *Barthius* Adverſ. 24, 18. *quoscunque invocatos.* Sed neutro opus: cum MSta lectio ſatis plana ſit. *Boſius.* Leid. M. *invocatos*, item Voſſ. A. B C.

1 *Devocaret*] Sic Mſſ. *Lambinus* mallet *convocaret*, aut *vocaret*. Eſt enim, inquit, *devocare* proprie *deorſum* vocare, ut apud *Horat.* epod. 17. *refixa coelo* devocare *ſidera*, & apud Ciceron. Tuſc. 5. *Socrates primus philoſophiam* devocavit *e coelo.* Et tamen mox ſubjicit: *Niſi dicamus* DEVOCARE *etiam valere, de loco vocare*; *ut idem Cicero*: *Nihil eſt quod eum de provincia* devocent. Quid igitur dubitas, Lambine? *Devocabat omnes Cimon*; de foro ſcil. domum ſuam. *Boſius.* Voſſiani A. B. *devocaret.* C. *devoraret.* De verbo *devocare* conſule Nob. Heinſium, & Cel. Burmannum ad Ovidium. lib. 4. Metam vſ. 102.

2 *Praetermittebat*] Contaminat locum *Lambinus*, legendo *intermittebat*, contra libros. *Gebhard.* Cel. Perizonius illuſtrans phraſin *nullum diem praetermittere* ad Sanctii Minerv. lib. 4. cap. 6. n. 16. citat *praetermiſit*, vitione memoriae, an Mſ. cujusdam codicis actoritate, neſcio.

3 *Suo ſumtu extulit*] Ob hanc pietatem in efferendo ſua impenſa mortuos in hiſtoria ſacra praecipue laudatur Tobias; in externa Cimon & Piſiſtratus. Vid. P. *Faber Semeſtr.* 3, 23. Loccen. *Quam plures.* Voſſ. C. Voſſ. A. pro *efferrentur*, *efferentur.* & paullo ante pro *nulli res fam.* Voſſ. B. *nulla res fam.*

4 *Vita ejus fuit ſecura*] Nullis periculis atque inſidiis expoſita. Nam, ut *Aurelii Victoris* verbis dicam, *ejus vita nullius oneri aut incommodo erat.* Demum.

> *Ejus mortem cives expetunt, cujus vitam oderunt*:

aut, ut loquitur *Seneca* Oedipo v. 243.

> *Queritur peremtum nemo, quem incolumem timet.*

Sive, ejus vita non fuit anxia ob im-

liquiſſent, [3] ſuo ſumtu extulit. Sic ſe gerendo, minime eſt mirandum, ſi & vita ejus fuit ſecura, & [5] mors acerba. 4

imminens ex odio atque invidia civium diſcrimen, vel, ut verbis *Valerii* dicam, pro ſalute & incrementis ejus cives votis excubabant, ut loquitur de Gillia 4, 8, *ext.* 2. *Securus* is demum dici poteſt, qui curis vacat. *Seneca* Hippolyto vſ. 164

Scelus aliqua tutum, nulla ſecurum facit.

P. *Syrus*:

Tuta ſaepe, nunquam ſecura, mala conſcientia eſt. Gebhard. Mſ. Boecl. pro *fuit* habet *fuerit*. Boſius.

5 *Mors acerba*] Immatura, adeoque luctuoſa. P. Syrus.

Mors infanti felix, juveni acerba, ſeni nimis ſera.

Cicero in Antonium: Acerbiſſimum *ejus diem ſupremum malim, quam L. Cinnae dominatum.* Gebhardus. Pro *mirandum.* Leid. m. *admirandum.* Sed ſimplex *mirandum* retinendum eſt. Vide, quae de verbo *mirari*, ſequente conjunctione *ſi*, profert cl. Burm. ad Quinctilian. Declam. 262. *Acerba mors* eſt immitis, cruda, immatura, per metaphoram ab immaturis frugibus deſumptam, ut patet ex notiſſimo illo Phaedri loco. L. 4. fab. 2. de uva.

Nondum matura eſt, nolo acerbam ſumere.


Ubi vide Schefferum, & Manutium ad Ciceron. lib 1. ad Fam. Ep. 1. Appoſite Virgilius l. 5. Aen. vſ. 49.

Jamque dies (ni fallor) adeſt, quem ſemper acerbum,
Semper honoratum (Sic Di voluiſtis) habebo.

Ubi Servius acerbum. *Propter perditum patrem.* Conſule Parei notas ad Quinctilian. lib. VI. Inſtit. Orator. Prooem. pag 493. Vult itaque Nepos indicare, Cimonis mortem civibus viſam fuiſſe *maturam.* i. e. praematuram, praecipitem, feſtinatam, ac quaſi ante diem venientem, ideoque acerbam, quia, dum vixit, omnibus profuit. Nam talis mors etiam *matura* vocatur. vide Elegantiſſ. Broukhuiſ. ad Tibull. l. 4. El. 1. vſ. 205. Egregius Livii locus Libro 7. cap. 1. *Maximèque eam peſtilentiam inſignem mors quam matura, tam acerba M. Furii fecit.* Pro *ſecura* Voſſ. A. *ſecuta.*



CIMON.



VI. LYSANDER.

CAP. I.

1 [1] LYSANDER LACEDAEMONIUS, magnam reliquit ſui [2] famam, magis [3] felicitate, quam

LYSANDRI res habemus apud *Plutarch. in vita*, & alibi, *Thucydidem* 5. *Xenophontem Graec. hiſt.* 2. & 4. *Diodorum* 12, 13. *Polyaenum* 1. & 7. *Pauſaniam* paſſim, *Aelianum* paſſim, *Juſtinum* 5. *Frontinum* 1, 5, 7, 2, 1, 18, 4, 1, 9. *Ciceronem* paſſim. *Boeclerus.*

1 *Lyſander*] Ariſtocliti F. qui ex gente Heraclidarum fuit. *Plutarchus in Lyſ.* p. 434. Mothacum unum fuiſſe Lyſandrum, ſcribunt *Phylarchus* apud *Athaenaeum* 6, 20. & *Aelianus Var. hiſtor.* 12, 43. Quam vere, dubitat *Ubbo Emmius tomo* 3. *Vet. Graeciae p.* 133. Dicebantur autem *Mothaces* pueri, qui cum locupletiorum Lacedaemoniorum liberis educabantur, & ſinguli, bini, vel etiam plures, cum iiſdem in gymnaſiis concertaturi mittebantur, ac univerſae inſtitutionis participes fiebant. *Heſychius* & *Aelianus l. c.* ſervos fuiſſe volunt; ſed *Phylarchus* & *Athenaeus* liberos, non tamen Lacedaemonios. Quos *Meurſius Miſcellan. Laconic.* 2, 6. ita conciliare invicem nititur, ut dicat fuiſſe quidem ſervos, ſed libertate donatos, ſic tamen, ut non pleno jure, velut ceteri Lacedaemonii, fruerentur. Plura de iis praeter *Meurſium*, *Cragius de rep. Lacedaemon.* 1, 5. *Emmius l. c.* & *Caſaubonus ad Athenaei* 6, 20. *Cragius* & *Caſaubonus* volunt eosdem fuiſſe, quos *Scholiaſtes Ariſtophanis ad Plutum & Equites*, *Heſychius* & *Suidas*, μόθωνας vocant: ſed *Meurſius l. c.* negat temere confundendos; vereor, ut ſatis bene. *Boſius.*

2 *Famam magis felicit. quam virt. partam*] Quum enim verſutus eſſet & callidus, ut hiſtorici Graeci referunt, verſutia tamen ipſi ſua felicius ceſſit, quam aliis virtus: ut aliquando ſolet. cujus rei cauſſas accurate & prolixe exquirit *Forſtner. in not. Polit. ad* 3. *Annal. Taciti* (*p.* 242. *ſeqq.*) Loccenius. De verſutia Lyſandri teſtantur *Plut. in vita p.* 437. & *Cicero* 1. *offic.* 30. *Idem* tamen *in Catone majore*, *virum ſummae virtutis* vocat. *Boſius.*

3 *Felicitate quam virtute*] Mſ. mei Cod. fide lego *magis fortuna, quam virtute.* Quae pulchrior oppoſitio eſt, cujus exemplum aliud infra habemus in Thraſybulo *ſi per ſe virtus ſine fortuna ponderanda ſit.* Ernſtius. Mſ. Ernſtii: *fortuna q. v.* Et ſic praeter noſtrum 8, 1, 1. paſſim auctores. Vid. *Freinshemii not. ad Flor. praef.* 2. Boſius.

4 *Sexto & viceſimo anno*] Alii volunt Athenienſes a Lyſandro eſſe oppreſſos anno belli Peloponneſiaci XXVII. & ſeq. Muros autem urbis ad concentum tibiarum ab eodem dejectos XVI. die μουνυχιῶνος id eſt, ut

quam virtute partam. Athenienſes enim in Peloponneſios [4] ſexto & viceſimo anno [1] bellum gerentes [2] confeciſſe, apparet. [3] Id qua ratione conſecutus ſit, latet.

ut plerique explicant, Martii ad Calendarium Julianum IX. Maji ſecundum Calviſium. Quo eodem die aliquot annos praelio ad Salaminem Xerxem vicerant. *Ernſtius.* Nam coeperat bellum illud anno I. Olympiadis LXXXVII. Periodi Julianae 4283. ut docent *Scaliger de Emendat tempor. lib.* 5. *Meurſius in Archontibus Athenienſ. lib.* 3. *cap.* 3. *Petavius de doctrina temporum* 10, 27. *& Parte* 2. *Rationarii tempor. lib.* 5, 11. *Langius de annis Chriſti* 2, 16. *&c.* Pugna vero ad Aegos flumen, de qua hic ſermo, ſecundum *Diod. Sic* 13. aliosque contigit anno 4. olymp. XCIII. Periodi Jul 4309. *Boſ.*

1 *Bellum gerentes*] Et peſtilentia conflictantes, ut tradunt *Plut. in Lyſ* & *Xenoph. lib.* 2. *de reb. Graec. Diod. Sic. lib.* 13. *extr.* Lambinus. *In* hic notat *adverſus, contra.* v. Cort. ad Salluſt. Catil. cap. 9 n. 4. *Pro in Peloponneſios* Leid. *Peloponneſſo* Voſſ. B. *Pel poneſſios* C. *Peloponeſios.* pro *Vigeſimo Viceſimo.* Alii *Vigeſimo.*

2 *Confeciſſe*] Penitus ſtraviſſe ac viciſſe. *Magius* ſubſtituendum cenſuerat *confregiſſe* ſive *contudiſſe.* Sed in eo ſe ipſe reprehendit. *Conficere*, penitus abſumere. Seneca Lib. 3. de benef. *Rabies, quae omni civili bello gravius togatam civitatem* confecit. Cicero de Inventione: *Licinius hiſtes conſecutus eſt &* confecit. *Gebh.* Livius L. 2. cap. 40. *Ibi fortuna populi Romani duos hoſtium exercitus, haud minus pernicioſo quam pertinaci certamine* confecit. L. 3. cap. 60. Conficerent *equos viroſque, ne quis reveheretur inde ad praelium.* In indice Boſii recte notatum eſt Metaphoram deſumptam eſſe a Gladiatoribus ac beſtiariis. De hoc verbo diſputarunt Literariae Reip. Principes Graevius ad Ciceron. L. 9. ad Fam. Ep. 20. Burmannus ad Petron. Satyric. cap. 20. & Dukerus ad Florum L. 3. cap. 1. n. 8. hinc *confici* etiam dicuntur, quorum vires franguntur, debilitantur, tabeſcunt. Virgil. 3. Aen. vſ. 590. *Macie* confecta *ſuprema.* Phaedrus Lib. 3. fab. 7. *macie* confectus *lupus.* ubi vide cl. Schefferum. Lib. 1. fab. 14. *Hic cum jaceret morbo* confectus *gravi.* Cicero Lib. 7. ad Fam. Ep. 26. confectus *languore ac fame.* v. Elegantiſſ. Broukhuiſ. ad Tibull. L. 1. El. 8. vſ. 39. & ut milites *conficere* dicuntur hoſtes, & gladiatores adverſarios, ita dentes *conficere* cibum dicuntur. Livius Lib. 2. cap. 32. *Conſpiraſſe inde ne manus ad os cibum ferrent, nec os acciperet datum, nec dentes* conficerent. Conſule Celeb. Burmann. ad Quinctilian. Lib. 10. Inſtitut. Orator. cap. 1. p. 882. Haec in juvenum gratiam extendi aliquanto latius.

3 *Id qua rat. conſec ſit, latet.*] Quomodo latere poteſt, cum ipſe dicat, factum id eſſe immodeſtia adverſariorum. Videtur hic locus eſſe, mutilatus ut & alii in hoc opuſculo multi. Credam igitur olim fuiſſe *non latet.* Ernſt. Qua ratione ad eas anguſtias Athenienſes redegerit, ut eos ad Aegos flumen vicerit, obſcurum eſt; & videtur divinitus eſſe factum, non humanitus. *Rem enim maximam minimo labore confe-*

latet. Non enim virtute ſui exercitus, ſed [1] immodeſtia factum eſt adverſariorum: qui [2] quod dicto audientes [3] imperatoribus ſuis non erant, [4] diſpalati in agris, [5] relictis navibus, in hoſtium venerunt poteſtatem. Quo facto Athenienſes ſe Lacedaemoniis dediderunt.
3 [6] Hac victoria Lyſander elatus, quum antea ſem-

cit, ut ſcribit *Plutarchus* (*pag.* 439.) *& hora una tempus longiſſimum & bellum omnium, quae ante ipſum fuerant, maxime varium, & cladibus & caſibus maxime incertum atque infidum, ſuſtulit & confecit.* Haec narrantur etiam a *Xenophonte lib.* 2. *Ἑλλην.* & a *Diodoro Siculo l.* 13. & a *Polyaeno l.* 1. *Strategematum.* Lambinus. Confer tamen *notam Ernſtianam.* Boſ. pro *idqua*, *ceſqua* Voſſ. C.

1 *Immodeſtia*] Diſciplinae militaris violatione, ejuſque repagulis ruptis ac perfractis. inf. 7, 8, 5. *Gebh.* Hanc militum immodeſtiam pulchre deſcribit *Lyſ.* (*p.* 438. *ſeq.*) Sed *Ariſtides Sophiſta* λευκτρικῷ λόγῳ A. dicit, negligentia Imperatorum hoc eveniſſe, non immodeſtia militum. *Lambinus.* adde *Frontinum* 2, 1, 18. Boſius. Voſſ. C. *immodeſtia factum adverſariorum.* vide ad c. 3. Ariſtidis.

2 *Quod dicto audientes Imperatoribus ſuis non erant.*] Non obtemperaverant, neque eorum mandatis auſcultaverant. Ita loquitur puriſſimi oris ſcriptor Cornelius & Iphicrate: *Ut nullae unquam in Graecia neque exercitatiores copiae, neque magis dicto* audientes *fuerint duci.* Et Ageſilao: *tanta modeſtia dicto* audiens *fuit juſſis abſentium Magiſtratuum.* Quare emendandum cenſeo Datame; *Thyus regi dicto* audiens *non erat.* Caeſar. L. 1. Comm. de Bello Gallico cap. 40. *Quibuſcumque exercitus dicto* audiens *non fuerit.* Auctor de Vir. Illuſtr. cap. 7. *Petere, ut interim, dum convaleſcit, Servio Tullo dicto* audientes *eſſent.* Plautus Amphitr. *Ego ſum Jovi dicto* audiens. Cicero de Divinat. *Iſtae imagines ita nobis dicto* audientes *ſunt, ut, ſimulatque velimus, accurrant.* Cato de re Ruſtica. *Eadem uti curet faciatque moneo, Dominoque dicto* audiens *ſit.* Varro de re Ruſtica Lib. 1. cap. 17. *Facilius enim his quam minoribus natu dicto ſunt* audientes. *Gebhard.* Hunc loquendi morem illuſtrarunt P. Manutius ad Caelium L. 8. ad Fam. Cic. Ep. 4. & ſummus Gronovius ad Livium Lib. 29. cap. 20. jam a Boſio in Indice citatus. Cortius ad Salluſt. Catil. cap. 50. n. 1. Cl. Burm. ad Phaedr. L. 1. fab. 3. vſ. 13. qui de ſimilibus Dativis agit, & Boſius ad Datamis vitam cap. 2. n. 3. ubi tamen Voſſiani A. & B. *regis dicto audiens* exhibent.

3 *Imperatorib. ſuis*] Alcibiadi praecipue. Nam cum Lacedaemonii Lyſandrum, nomine quidem legatum, revera autem ducem ad bellum contra Athenienſes gerendum mitterent, idque tum reliquis ſociis, tum ipſo quoque Cyro poſtulantibus; Acri enim & vigilanti duce opus erat poſt cladem a Callicratida ad Arginuſas acceptam. Ipſe cum copiis profectus urbes aliquot Aſiae in poteſtatem ſuam redegit: pugnandi tamen facultatem ducibus Athenienſibus non fecit. Quam ejus

ſemper factioſus, [1] audaxque fuiſſet, ſic ſibi indulſit, ut [2] ejus opera in maximum odium Graeciae Lacedaemonii pervenerint. Nam quum hanc cauſſam La- 4
cedaemonii dictitaſſent ſibi eſſe [3] belli, ut Athenienſium impotentem dominationem refringerent, poſtquam apud Aegos flumen Lyſander claſſis hoſtium eſt poti-

ejus calliditatem cum pari praeditus ingenio animadverteret Alcibiades, operam ſuam & conſilium offerens a ducibus Atticis non ſine contumelia repellitur. Cujus ſive ſuperbiae ſive imprudentiae graves mox poenas dederunt, artibus Lyſandri circumventi, & oppreſſi ad Aegos potamos Cherſoneſi. Periit tum praeter exercitum Athenienſium claſſis eorum inſtructiſſima CLXXX. navium. Atque hac ratione Lyſander victoriam conſecutus eſt. Quod certe Nepotem non latuit, ut ex Alcibiadis vita, quae ſequitur, patet, cap. 8. Vide de hac re Urbisque interitu plura apud Hiſtoricos a Dn. Boeclero citatos: quibus adde Orationem Caeſaris apud Salluſtium de Bello Catilinario pag. 151. Senec. lib. De tranquill. animi cap. 3. & Epiſt. 104. Cicero VIII. ad Attic. Valerium Max. 3. cap. 2. *Ernſtius.*

4 *Diſpalati in agris*] Facilis de vagis, diſperſis, atque incompoſitis victoria. *Plutarchus*; Ναυτικὸν ὅταν ἐπὶ τῆς γῆς γίνηται πλανώμενον, ὅ, τι τις θέλει, καὶ διασπειρόμενον. *Tacitus* Ann. 4, 48, 4: *Thracum auxilio repentino concurſu territa, cum pars munitionibus adjacerent, plures extra palarentur, tanto infenſius caeſi* Hiſt. 4. 35. 2: *Civilis ubi rurſum miſſos Neveſium frumentatores, dataque in praeſidium cohortes, velut multa pace, accepit, rarum apud ſigna militem, arma in vehiculis: cunctos licentia vagos compoſitus invadit.* Salluſt Epiſt. 2. ad C. Caeſarem. De hoc caſu v. *Frontin.* 2, 1, 18. Gebhardus.

5 *Relictis navib.*] Reſpexit, credo, hanc victoriam, qui cudi fecit nummum, cujus penes me ectypum eſt; in cujus antica parte caput Lyſandri cum inſcr. ΛΥΣΑΝΔΡΟΥ ΛΑΚΩΝΟΣ: in poſtica, Victoria currui ab equis marinis per mare tracto inſiſtens, &: ΝΙΚΗ ΝΗΙΤΙΣ. *Boſius.* Naves hae numero *erant* 180. ex Juſtino Lib. 5. cap. 5. & Pauſania Lib. 9. cap. 32. pro *dediderunt* Voſſ. A. C. *dederunt*. forſan rectius, vide Davies. ad Caeſarem L. 3. de Bello Civili cap. 11. & Cort. ad Salluſt. Jugurth. cap. 75. n. 5.

6 *Hac victoria Lyſ. elatus*] Vide *ad* 4, 1, 3.

1 *Audaxque*] *Plutarchus* Lyſandro: Ἦν δὲ καὶ λόγῳ θρασύς, καὶ καταπληκτικὸς πρὸς τοὺς ἀντιτείνοντας. *Lambinus.* pro *indulſit* Voſſ. C. *indulxit.*

2 *Ejus opera*] Id eſt culpa. ita in Alcibiad. cap. 6. in Ep. c. 8. in Hannib. cap. 7. ubi vide Schottinotas.

3 *Belli*] Sic libri meliores. Alii *bellum.* Boſius. Leid. m *dictarunt.* Voſſ. B. C. *dictaſſent. impotentem* hic notat ſaevam, immoderatam. Conſule Victorium ad Ciceron. Lib. 10. ad Fam. Ep. 1. Eodem modo foeneratorum ſaevitiam *impotentiam* vocat Florus Lib. 1. cap. 23. n. 1. Ut Noſter *refringere*, ſic Propertius L. 3. El. 2. vſ. 44.

potitus, [1] nihil aliud molitus eſt, quam ut omnes civitates in ſua teneret poteſtate, quum id ſe Lacedaemoniorum cauſſa facere ſimularet. [2] Namque undique, qui Athenienſium rebus ſtuduiſſent, ejectis, [3] decem delegerat in unaquaque civitate, [4] quibus ſummum imperium poteſtatemque omnium rerum committeret. [5] Horum in numerum nemo admittebatur, niſi qui aut [6] ejus hoſpitio contineretur, aut ſe illius fore proprium fide confirmarat.

CAP. II.

1 Ita decemvirali poteſtate in omnibus urbibus conſtituta, ipſius nutu omnia gerebantur. cujus de cru-

Aut quibus in campis Mariano praelia ſigno
Stent, & Teutonicas Roma refringat *opes*

ubi vide Paſſeratii notas pag. 421.

1 *Nihil al. molitus eſt*] Narrat *Xenoph. lib. 2. rer. Graec.* totam Graeciam defeciſſe ab Athenienſibus poſt pugnam illam navalem, praeter Samios. *Lambinus.* Voſſ. C. vitioſe, *in ſuo tenore p.* pro *in ſua teneret p.* pro *ſimularet* Voſſ. B. *ſimulavit*, ſed 2. m. ſ. *ſimularet.*

2 *Nam undique qui*] Deformis modus loquendi & horridus *Ernſt.*

3 *Decem delegerat*] δεκαδαρχίας appellat *Iſocr. panegyrico*, & *ad Philip.* Sic *& Diod. Sic. lib.* 14. *non longe a principio.* At *Xenoph. lib. 3. rer. Gr.* δεκαρχίας appellat, niſi locus mendoſus eſt. *Lambinus.* Athenis autem triginta praefecerat, decem vero Piraeeo. *Plutarchus.* Hi poſtea triginta viri urbem ſervitute oppreſſerunt, & ad tyrannidem uſque saevierunt. *Magius.* Voſſ. A *delegarat*, ſed ſupra notatum erat *delegerat.*

4 *quibus ſummum imperium &c.*] Arcanum dominationis, quo populos civitateſque nuper ſubactas in officio continere ſtudent victores. Vide Illuſtr. *Forſtner. ad Taciti Ann.* 12, 32. Boſius.

5 *Horum in numerum*] Mſ. Boecl. & aliquot codd. *hor. in numero.* Boſius. *In numero* etiam Voſſ. A. B. in Milt. cap. 5. n. 4. in Voſſ. B. *in acie produxit.* in Dione cap. 6. in pleriſque Mſſ *in filio vim ſuam exercuit.* Perpetua variatione. Vide cl. Oudendorp ad Frontin. L. 1. Strateg cap. 10. n. 2. Munck. ad Hygin. fab. 50. & 92. Broukhuiſ. ad Propert. L. 2. El. 7. vſ. 50. & Cort. ad Salluſt, Cat. cap. 19. n. 3. In Alcibiade cap. 4. in Mſ. Leid. *Hoc crimine in contentione ab inimicis compellebatur.* in Timotheo cap. 3. in Mſ. Boecl. & Voſſ. B. *Huic in conſilio dantur.* in Juſtino L. 1. cap. 7. n. 10. ſex codices Mſſ. legunt *ſi quid in Craeſo crudelius conſuluiſſet*, quam lectionem probat & illuſtrat Abr. Gronovius vir Majorum gloriam virtutibus ſuis augens, quem jam

crudelitate ac perfidia ſatis eſt, unam rem, exempli gratia, proferre, ne de eodem plura enumerando [1] defatigemus lectores. Victor ex Aſia quum rever- 2
teretur, Thaſumque divertiſſet, quod ea civitas praecipua fide fuerat erga Athenienſes, [2] proinde ac [1] ſi iidem firmiſſimi ſolerent eſſe amici, qui conſtantes fuiſſent inimici, eam pervertere concupivit. Vidit au- 3
tem, niſi in eo occultaſſet voluntatem, futurum, ut Thaſii dilaberentur, conſulerentque rebus ſuis ****

CAP.

jam citatum vidi a Cortio ad Salluſt. Catil. cap. 52. n. 12.

6 *ejus hoſpitio contineretur*] Hoſpitum numero haberentur Cic. *Non enim mea gratia familiaritatibus continetur.* Gebhardus. *Cum quo ei hoſpitium eſſet*, ut 2, 8, 3. loquitur. V. Ind. *hoſpes.* Boſius. qui legit *contineretur.* Egregie verbum hoc illuſtravit Celeb. Dukerus ad Florum L. 4. cap. 2. n. 13. *confirmaret*; male in quibusdam Edd. legitur. recte Mſſ. Leid. m. & Voſſ. A. C. *confirmarat.* v. cl. Oudendorp. ad Frontin. L. 3. ſtrateg. praef. n. 3.

1 *Fatigemus*] Mſſ. Schotti, Gif. & Dan. *defatigemus*, quae fortaſſe vera lectio. *Boſius. Defatigemus* etiam Voſſ. A. B. C. Ita ut pro certo habeam, hanc veram eſſe lectionem, nec in textum recipere dubitem. *defatigare* plus notat quam *fatigare* Cicero 10. ad Fam. Ep. 19. *Sed, mehercules, in ea* (*Rep.*) *conſervanda jam* defatigatus *non multo plus patriae faveo, quam tuae gloriae.* & ita in aliis verbis. Conſule D. D. V. V. Broukhuiſ. ad Propert. L. 2. El. 16. vſ 7. Burmann. ad Phaedr. L. 5. fab. 5. vſ. 27. & Kannegieter ad Avianum fab. 1. Inprimis Auctor noſter amat hanc praepoſitionem verbis praeponere ad vim verborum augendam atque intendendam. in Hannibale cap. 10. ſive legas *decertaturi*, ſive potius *decreturi* vim intendit praepoſitio *de*. in Themiſt. cap. 4. *Hoc eo valebat, ut ingratiis ad* depugnandum *omnes cogerentur.* in Milt. cap. 2. *nam quum virtute militum* devicisſet *hoſtium exercitus.* conſule Gebhard. ad Conon. cap. 1. in Voſſ. B. pro *ne de eodem. ne de eadem*, ſed ſupra notatum erat *eodem.*

2 *Proinde ac ſi iidem &c.*] Secutus ſum edit. Florentinam & Aldin. ceterae enim habent contrarie: *proinde ac ſi iidem f. ſol. eſſe inimici, qui conſtanter fuiſſent amici.* Ex *Thucyd.* 8. licet intelligere, Thaſios antequam tantam fidem in Athenienſes praeſtitiſſent, eorum fuiſſe inimicos, & Lacedaemoniorum ſocios atque amicos. Nunc igitur quia Athenienſibus eos videt amicos eſſe factos Lyſander, & in hac amicitia permanſuros judicat, eos pervertere cupit. congruit cum *Thucydide*, & confirmat hanc lectionem id, quod eſt ap. *Demoſth. Orat. ad Leptinem*: Τοῦτο μὲν τοίνυν Θασίους τοὺς μετ' Ἐκφάντου, πῶς ἂν ἀδικήσαιτε, ἐὰν ἀφέλησθε τὴν ἀτέλειαν; οἳ παραδόντες ὑμῖν Θάσον, καὶ τὴν Λακεδαιμονίων φρουρὰν μετ' ὅπλων ἐκβαλόντες, καὶ Θρασύβουλον εἰσαγαγόντες, καὶ παρασχόν-

τες

CAP. III.

1 [1] Itaque decemviralem ſuam poteſtatem ſui ab illo conſtitutam [2] ſuſtulerunt, [3] quo dolore incenſus [4] iniit conſilia, reges Lacedaemoniorum tollere. ſed ſentiebat, id ſe [5] ſine ope deorum facere non poſſe, quod

τες φίλην ὑμῶν τὴν αὐτῶν πόλιν δὲ ἀντὶ τοῦ γίνεσθαι σύμμαχον ἢ περὶ Θρᾴκην τόπον ὑμῖν ἐγένετο. *Lamb.*

3. *Si iidem*] Qui ad oram Ultraject. editionis negationem inſerendam ſibi videri annotarat, mentem non percepit, quae talis eſt: Qui conſtantiam ſuam odii atque inimicitiarum tempore in hoſtes declararunt, iidem cum fuerint ad adverſas partes traducti parem fidem in amore atque ſocietate tuentur atque exſerunt. qua opinione eſt *ſupra* Themiſtocles, 2. 9. 4. eſtque exemplo Marius Celſus apud. *Tacitum hiſt.* 1. 71. Gebhardus. Voſſ. B. *idem.* pro *Thaſum* Voſſ. A. *Thaſſum.* pro *eam pervertere, pervertere eam.* pro *futurum* omnes tres Voſſiani *futuram*, ſed in Voſſ. tamen A. *futurum* ſupra notatum erat, pro *dilaberentur* Voſſ. C. *liberarentur.*

Quia hic deeſt exemplum quod narrare inſtituerat Nepos, non committendum duxi, quin lectoris cognitioni juvandae rem geſtam ex *Polyaeno* (1. *ſtrateg.*) huc referrem: Cum Thaſum, propter eos, qui Athenienſium rebus ſtuduerant, pervertere Lyſander deſtinaſſet, ſicut Nepotis habet narratio; atque ne evaderent, quos perditos cupiebat, metueret: fraudem clementia ac religionis obtentu velandam cenſuit. Erat apud Thaſios templum Herculis, quod ſumma ipſi caeremonia colebant. Huc vocatis civibus inſidioſae humanitatis pleniſſima oratione impoſuit. Veniam ſe omnibus dare, ajebat, anteactorum. Conſternatione & tempore facile excuſari, quae in iſto rerum tranſitu accidiſſent. Igitur fruſtra timere quenquam, aut latere. Accederent modo, bonamque de eo ſpem omnes caperent, qui parcere omnibus conſtituiſſet. Haec ſe teſte Deo ipſorum patrio polliceri, ad cujus templum & numen eſſent juſſi convenire. Talia tam accurata ſimulatione aſſeveranti creditum eſt. Prodiere ex latebris, qui Athenienſis reip. ſtudio graviora extimuerant. Quos ille poſt paucos dies, nihil amplius ſuſpicantes, ſalutisque penitus ſecuros adortus omnes interfecit. *Boecler.* Similis perfidia fuit, quam Mileti exercuit: de qua idem *Polyaenus lib* 1. *pag.* 71. & *Plutarchus pag.* 443. Boſius.

1 *Itaque decemv. ſuam pot. ſui ab illo*] Mſ. Boecl. Dan. & Leid. *itaque hi d. ſ. pot. ab i. c.* Ceterum lacuna fortaſſe rectius incipiet poſt vocem *Itaque*; quam antecedentia requirunt. Boſius.

2. *Suſtuler.*] Vid. *Plut.* p. 445. *Boſ.*

3 *Quo dolore incenſus*] Aliam cauſſam fuiſſe vult *Diodorus*, nempe elationem animi, ac ferociam, quod bellum Peloponneſiacum confeciſſet, & Lacedaemoniis principatum Graeciae terra & mari peperiſſet. *Lambin.*

Digitized by Google

quod [1] Lacedaemonii omnia ad oracula referre conſueverant. Primum [2] Delphos corrumpere eſt conatus. Quum id non potuiſſet, Dodonam adortus eſt. Hinc quoque repulſus, dixit ſe vota ſuſcepiſſe, quae Jovi Ammoni ſolveret: exiſtimans, [3] ſe Afros facilius 2

4 *Iniit conſilia reges Lac. toll.*] Vid. *Ariſtot. Polit.* 5, 1, *&* 7. *Plutarch. pag.* 447. Boſius. Adde Cel. Jac. Perizonium ad Aelian. l. VII. c. 12. n. 3. & ad l. XI. cap. 7.

5 *Sine deorum ope*] *Plutarch.* ait hoc eſſe machinam, ſeu Deum ex machina adhibere, ut fit in tragoediis. Solent autem ad haec commenta confugere magni viri, cum vis aut ratio humana non ſatis valet ad id, quod concupiſcunt, efficiendum. *Diodorus*: ἐνόμιζε γάρ, εἰ χρησμὸν λάβοι σύμμαχον ταῖς ἰδίαις ἐπιβολαῖς, ῥᾳδίως ἄξειν ἐπὶ τέλος τὴν προαίρεσιν. Sic Piſiſtratus tyrannus, cum ejectus e civitate fuiſſet, commentus eſt illud omnibus notum de Pallade armata, a qua in currum impoſita, edicendum curavit a praeconibus, Piſiſtratum in civitatem, atque adeo in arcem reſtitui: cum revera eſſet mulier nomine Phya, ingenti corporis ſtatura, ita ornata, ut ſpeciem Palladis praebere videretur. Tale fuiſſe commentum majorum noſtrorum de virgine vel puella illa Aurelianenſi, a viris cordatis & prudentibus accepi: quae adhibita fuit ad metum Gallis eximendum, animumque reddendum, ut Britannos e Gallia pellere auderent. *Lambinus. Se* abeſt Voſſiano A. de qua Ellipſi ad Miltiad. cap. 1.

1 *Lacedaemonii omnia ad Oraculum referre conſueverant*] Non ſolum Lacedaemonii, ſed omnes fere Graeci ſolent μάλιστα τοῖς μαντείοις προσέχειν. Proprium autem heic eſt verbum *referre* Cic. 1. de Divinatione; *ſed de rebus obſcuris & incertis ad Apollinem cenſeo referendum.* Graeci uſurpant προσανατίθεσθαι & προσανακοινοῦν. Diodorus lib. 17. Τοῖς μάντεσι προσανατιθέμενος περὶ τῶν σημείων. *Gebhard.* Voſſ. C. *deferre*, ſed ſupra erat notatum *referre*.

2 *Delphos*] Mſſ. Sch. Gif. Dan. *Delphi.* An legendum *Delphis*; ut *primum* nominaliter accipiatur, ſubaudiaturque *oraculum*? Certe aliquid latet. De re, vide *Diod. Sic.* & *Plut. Lyſandro p.* 447. Boſius. Leid. meus *Delphis.* Voſſian. A. C. *Delphi. Delphos* retinendum, & hujus urbis cive, in quibus erant Apollinis Sacerdotes & inprimis Pythias, intelligendi, praeſertim, quia Noſter Graecos ſolet imitari, qui *Delphi* tam de civibus, quam de urbe ipſa dixere. Vide Celeb. J. Perizon. ad Aelian. lib. 6. V. H. cap. 9. & Schol. Thucydidis lib. 1. cap. 112. lin. 63. ita mox per *Dodonam* hujus urbis cives ſive Oraculi Dodonaei vates intelliguntur; nec non per *Afros*, Jovis Hammonis Antiſtites ſoli. & ita ſaepius videmus in aliis urbem vel regionem non tantum pro civibus vel incolis, ſed pro quadam civium vel incolarum parte poni. Attamen hunc locum acutioribus examinandum relinquo. *Itaque* abeſt tribus Voſſianis. Ad hanc hiſtoriam reſpicit Cicero. lib. 1. de Divinat. c. 42.

3 lius corrupturum. Hac ſpe quum profectus eſſet in Africam, [1] multum eum antiſtites Jovis fefellerunt: nam non ſolum corrumpi non potuerunt, ſed etiam [2] Legatos Lacedaemona miſerunt, qui Lyſandrum accuſarent, quod ſacerdotes fani corrumpere conatus
4 eſſet. Accuſatus hoc crimine, judicumque abſolutus ſententiis, Orchomeniis miſſus ſubſidio, [3] occiſus
5 eſt a Thebanis apud Haliartum. Quam vere de eo foret judicatum, oratio indicio fuit, quae poſt mortem in domo ejus reperta eſt, in qua ſuadet Lacedaemoniis, ut regia poteſtate [4] diſſoluta, [5] ex omnibus dux deligatur ad bellum gerendum: [6] ſed ita ſcripta, ut deorum videretur congruere ſententiae, [7] quam ille

42. *Iidemque.* (Laeedaemonii) *de rebus majoribus ſemper aut Delphis oraculum, aut ab Hammone, aut a Dodona petebant. Lycurgus quidem, qui Lacedaemoniorum remp. temperavit, leges ſuas auctoritate Apollinis Delphici confirmavit: quas cum vellet Lyſander commutare, eadem eſt prohibitus religione.* ubi vide cl. Davieſii notas.

3 *Se Afros facilius corrupturum*] Nimirum quia gens illa ſubdola, & ad technas fraudesque vel etiam natura proclivis eſſet. *Magius.* Voſſ. A. *quaequae Jovi A. ſ.* C. *quaeq. Jovi.* B. *Amoni.* Pro *hac ſpe.* Voſſ. C. *ac ſpe.*

1 *Multum*] Sic libri meliores. In aliis, *multi.* Boſius.

2 *Legatos Lacedaem. miſerunt*] Ita & *Diodorus*, ac *Plutarchus pag.* 448. Boſius. *Laecedaemonem.* Voſſ. A. B. C.

3 *Occiſus eſt a Th.*] Cum Haliartum obſideret, urbem Boeotiae: Sic *Xenoph. l.* 3. *Hellen.* & *Plut. in Lyſandro, pag.* 449. *& ſeq.* Lambin. Adde *Diod.* 14. 82. *Pauſan. Laconicis, Juſtin.* 6, 4, 6 Boſius. Voſſ. C. *Orchomenis.* & pro *vere, fere.* nec *fuit* poſt *indicio* reperitur in Voſſ. A.

4 *Diſſoluta*] V. Ind. *Boſius.*

5 *Ex omnibus dux delig.*] Diodorus: ἐξ ἁπάντων τῶν πολιτῶν &c. At Plutarchus: ὡς χρὴ τῶν Εὐρυπωντιδῶν καὶ Ἀγιαδῶν τὴν βασιλείαν ἀφελομένους, εἰς μέσον θεῖναι, καὶ ποιεῖσθαι τὴν αἵρεσιν ἐκ τῶν ἀρίστων. *Lambinus.* Mſ. Boecl. *dux* aberat. *Boſius. Dux* abeſt Voſſ. A. & B. Pro *deligatur.* Voſſ. C. *eligatur.*

6 *Sed ita ſcripta, ut deorum videretur congruere ſententiae, quam ille*] In mſc. Boecl. deſunt, quae de oratione hic habentur: ſtatim enim poſt vocem *gerendum*, ſequitur, *quo ille ſe habitur.* In Schotti codice erat: *ſed ſcripta, ut dicit, non videntur congruere ſententiae.* Inepte utrumque. *Boſius. Ita* abeſt Voſſianis A. C. in Voſſ. B. non reperiuntur *Sed ita ſ. u. d. v. c. ſ.* Pro *quam* idem *quo.* C. & A. *quod.* ſed in Voſſ. A. ſupra notatum erat *quam.* Pro *Deorum.* Voſſ. C. *dicit.* pro *videretur, non videntur.*

7 *Quam ille ſe habiturum pecunia fidens non dubitabat*] Quam oraculi ſen-

ille ſe habiturum, pecunia fidens, non dubitabat. [8] Hanc ei ſcripſiſſe Cleon [9] Halicarnaſſeus dicitur.

Cap. IV.

Atque [1] hoc loco non eſt praetereundum factum 1
Pharnabazi, ſatrapis regii. Nam quum Lyſander praefectus claſſis in bello [2] multa crudeliter [3] avareque feciſſet, [4] deque his rebus ſuſpicaretur, ad cives ſuos eſſe perlatum, petiit a Pharnabazo, ut [5] ad ephoros ſibi teſtimonium daret, [6] quanta ſanctitate bellum geſſiſſet, ſociosque tractaſſet, deque ea re accurate ſcriberet. magnam enim ejus auctoritatem in ea re futuram. Huic ille [7] liberaliter pollicetur: 2
[1] librum

ſententiam pro ſe obtenturum non diffidebat. Ad verbum fere *Diodorus*. *Διὰ δὴ τοῦτο (ξένου πατρικοῦ Λύκου) καὶ τὸ νομιζόμενον χρημάτων ἐκλείψας πείσειν*. *Gebhardus*.

8 *Hanc ei ſcripſiſſe Cleon Halicarnaſſeus dicebatur*] Uſurpatus enim ille mos in Graecia, ut oratores & ſophiſtae aliis orationes ſcriptitarent, unde *λογογράφοι*; quae vox, cum re, poſtea in contemtum adducta. Vid. *Creſoll. Theatr. Rhetor.* 3, 2. Boeclerus.

9 *Halicarnaſſeus*] Ita & *Plutarchus* vocat, ubi hanc rem narrat. At Mſſ. Dan. Giſ. Savar. Put. *Alicarnaſ.* corrupte, credo, ut ſolent in nominibus propriis codices manu exarati, quantumvis optimae notae. *Boſius*. *Halicarnas* etiam Voſſ. A. C. *Alicarnaſeus*. B.

1 *Hoc loco*] *Τὸ loco* aberat Leid. Mſ. *Boſius*. Pro *cum*, *quum*: Voſſ. A. qui ſic ſemper ſolet. Pro *ſatrapis* B. *ſtrapis*, pro *Pharnabazi*, C. *Barnabazi*. & pro *regii*, *regis*.

2 *Multa crudeliter*] Vid. *Plutarch.* *pag.* 443. Boſius:

3 *Avareque*] Continentiam tamen ejus, & opum munerumque contemtum laudat *Plutarchus pag.* 434. & 450. *Boſ.* *Que* abeſt Voſſ. B.

4 *Deque his rebus*] *Plutarchus* haec prolixe: ſed tamen paullo aliter, narrat, pag. 444. Vid. & *Polyaen.* 7. *Pharnabazo*. Boſius.

5 *Ad ephoros*] A quibus, ſcytala miſſa, revocatus fuerat, ut narrant *Plut.* & *Polyaenus ll. citt.* Boſ. Voſſ. B. *aut Ephoros*. ſed a m. ſ. *apud*.

6 *Quanta ſanctitate bellum geſſiſſet*] Juſtitia, moderatione atque integritate. Valer. 4. 14. *Cypriacam pecuniam maxima cum diligentia &* ſanctitate *in urbem deportaverat* Hinc *ſanctae manus*, non pollutae captandis & acceptandis muneribus provincialium apud Valer. l. 2. c. 11. *Tum continentia inerat imperatoribus noſtris, quam* ſanctas manus *habere deberent apud iſta altaria diſcentibus*. Gebhardus. V. Cl. Duker. ad Florum 2, 6, 40. Minime avarum tamen, ſed frugalem ac continentem fuiſſe

1 librum gravem multis verbis conſcripſit, 2 i
ſummis eum fert laudibus. Quem quum legiſſet p
ſetque, 3 dum obſignatur, alterum pari magn
ne, 4 tanta ſimilitudine, ut diſcerni non poſſe
gnatum ſubjecit, in quo accuratiſſime ejus ava
3 perfidiamque accuſarat. Hinc Lyſander domum
rediſſet, poſtquam de ſuis rebus geſtis apud

fuiſſe conſtat. Vide Cel. J. Periz. ad Aelian. l. 3. V. H. cap. 26. & hoc patet ex ejus paupertate, vide Aelian. l. 6. V. H. cap. 4. ſed, vide ibi Kuhn. pro *ſocios* Voſſ. C. *ſocio.*

7 *Liberaliter pollicetur*] Plutarchus: ὑποσχόμενος ἅπαντα ποιήσειν. *Lambin.* Ut ſolent falſi falſimoniis. Curtius 8, 2, 17. *Polydamas tanto liberatus metu, impenſius etiam, quam exigebatur, promittit operam.* Loquitur autem ad eum modum crebro Caeſar: libro 4 de B. G. cap. 18. & cap. 21. ubi Graecus interpres reddit ὑπισχνεῖσθαι. *Gebhard.* Pro *In ea re* Voſſ. C. *in ejus re.*

1 *Librum gravem*] Mſſ. Gif. Dan. & Ed. Ultraject. *grandem*, quod probabat *Gebhardus.* Altera tamen lectio etiam in Mſ. Boecl. reperitur, nec mutatione opus. *Gravem*, ſcil. pondere; quippe *multis verbis conſcriptum. Plutarchus* & *Polyaenus* modo Ἐπιστολὰς, modo γράμματα, modo βιβλία vocant. *Boſius.*

2 *In quo ſummis &c.*] Cod. Gif. & Ed. Ultraj. *in quibus eum ſummis fert laudib.* Boſ. Leid. m. & Voſſ. B. *effert laudibus.* Voſſ. A. *fert.* C. *fere* corrupte pro *fert.* Utrumque recte. Virg. 1. Aen. vſ. 629.

Ipſe hoſtis Teucros inſigni laude ferebat.

Servius explicat per *laudabat, praeferebat.* Livius. 2. cap. 49. *Fabios ad coelum laudibus* ferunt. lib. …
Tempanium meritis laudibus fer…
quando *laudibus* ſubintellig…
ad *coelum ferre ſc. laudibus.* …
ad Salluſt. Catil. cap 53. n…
ne dixit iterum Noſter in …
cap. 10. *Quod ſi gubernator* …
laude fertur. & ita alii …
Pro *in quo.* Voſſ. C. *in quib*…

3 *Dum obſignatur*] Mſ. B…
alii *Lambino* laudati, *dum* …
Quomodo mox: ſignatum…
Et *Martialis: Jam* ſignat *me*…
tus lagenam. Boſius. *Signat*…
Voſſ. B C.

4 *Tanta ſimilitudine*] Si…
Boecl. Leid. &, *Magio* teſt…
genſis ac Venetus. Neque al…
buiſſe codicem Danielis, …
colligo, quod in Excerpti…
non adnotatur, haec verba…
in edit. Longolii, cum qu…
tus eſt, habebantur, adfui…
aliis tamen defuere, credo…
ob ſimilem vocum termina…
alterutrum membrum, ut …
let, a librariis omiſſum eſſe…
cere igitur nolui; praeſerti…
& apud *Plutarch.* ac *Polyaen*…
ſander dicatur commutaſſe…
μηδὲν διαφέροντα τῇ ὄψει, qu…
tam ad *magnitudinem*, quan…
militudinem pertinet. Imme…
xime *pari magnitudine* fuiſſ…
cile diſcerni poterant, ni &…

mum magiſtratum, quae voluerat, dixerat, teſtimonii loco librum a Pharnabazo datum tradidit. Hunc, ſubmoto Lyſandro, [1] quum ephori cognoſſent, ipſi legendum dederunt. Ita ille imprudens ipſe [2] ſuus fuit accuſator.

tudo intercesſiſſet. Uncis tamen inclufi, ut intelligeret lector, a quibuſdam libb. abeſſe. *Boſius.* Repe-riuntur & in tribus Voſſianis. Pro *accuſarat* Voſſ. C. *accuſavit.* pro *Hinc*, *hunc.* Voſſ. A. B. & pro *librum*, *libro.* pro *ſubmoto*, *ſubmoto* Voſſ. C. in quo Cod. *dederunt* non reperitur. pro *cognoſſent* Voſſ. B. *cognoviſſent.* & pro *ipſi*, *ipſae.*

1 *Cum Ephori cognoſſent*] Legiſſent. *Cognoſcere*, *ἀναγινώσκειν* ſupra Pauſania: *vincula epiſtolae laxavit, ſignoque detracto* cognovit. Conone. *Itaque quae volebat huic ſcripta tradit. Quibus* cognitis *rex tantum auctoritate motus eſt.* Datame, *talibus ille literis* cognitis *cum jam ad exercitum Acaeum veniſſet* .Gebhardus.

2 *Suus*] Cur non dixit *ſui accuſator*, ſed *ſuus*? ita ſcil. ut *meus* & *tuus defenſor* dicitur, qui me & te defendit. *Imprudens* autem, quia literas in caput ſuum ſcriptas, quaſi Bellerophon, aliter exiſtimans ad ſuos tulit. *Lambin.* Polyaenus *αὐτὸς καθ' αὑτοῦ γράμματα ἐκόμισε* *Gebhard.* Plura hujusmodi, ſeipſos prodentium, exempla collegit *Piccartus obſervat. hiſtoricopolit. dec.* 16, 2. *Boſius.*



VII. ALCIBIADES.

CAP. I.

1 [1] ALCIBIADES CLINIAE F. ATHENIENSIS. [2] In hoc natura, quid efficere poſſit,

ALCIBIADEM memoravere Plutarchus in vita, Diodor. 12. & 13. Thucydides 5. & 6 &c. Xenophon. hiſt. Gr. 1. & alibi. Polyaenus 1. Aelianus var. hiſt 11, 7. 13, 33. Iſocrates oratione de Bigis, Athenaeus 12. Plato, Suidas, Juſtinus 4. & 5. Val. Max. 1. 7. ext. 9. 3, 1. ext. 1. 6, 9. ext 4. Frontinus 2, 5, 44. & 45. 2, 7, 6. 3, 2, 6. 3, 6, 6. 3, 9, 6. 3, 11, 3. 3, 12, 1. Cicero aliquoties. &c Boeclerus. Ejus vitam & res geſtas politica commentatione illuſtravit Italico ſermone *Virgilius Malvezzus*. Boſius.



Apud Fulvium Urſinum in Gemma.

1 *Alcibiades Cliniae F*] Vide Aelian. l. 2. V. H. c. 1. & Dion. Chryſ. Orat. 25. Qui eum vocat Ἀλκιβιάδην τὸν Κλεινίου. Suidas autem υἱὸν Κλεινίου. Nomen eſſe Laconicum *Alcibiadem* obſervavit Cael. Rhodigin. lib. 13. Lect. Antiq. cap. 37. Alios de hoc Imperatore ſcriptores vide citatos a Boeclero. *Ernſt.* Vid. not. *Ernſtii.* De quatuor diverſis hoc nomine vocatis *Meurſius Att. lect.* 6, 12. Boſius.

2 *In hoc natura*] V. Ind. v. natura. Mſ. Leid. *In quo natura.* Boſius. Hic tacet Voſſianus Codex C. uſque ad vitam Timoleontis.

3 *Nihil illo fuiſſe excell. in vitiis vel in virt.*] Non abs re quis miretur, quod Alcibiades tam eximio praeceptore Socrate uſus, a vitiis in virtutis viam non fuerit traductus, cum tamen Socrates, quo vellet, quos docebat, & quibuscum diſſerebat, flectere valeret, ut Xeno-

Digitized by Google

ſit, videtur experta. Conſtat enim inter omnes, qui de eo memoriae prodiderunt, [3] nihil eo fuiſſe excellentius, vel in vitiis, vel in virtutibus. [1] Natus in a ampliſſima civitate, [2] ſummo genere, [3] omnium aetatis

Xenophon 1. *memorab. Socratis* teſtatur. Verum ſi non Socratem, ſed ipſum Alcibiadem, hic in culpa fuiſſe cognoverit, mirari deſinet. Erat quidem Alcibiadi acre ingenium, ſed mens perverſa, potentiam & opes potius, quam virtutem & ſapientiam quaerens. Socrates autem inſitas vitiorum fibras, quantum poſſet, evellere conabatur, & ab ambitione, pravisque cupiditatibus hominem deterrebat. Hujus diſciplinae impatiens Alcibiades, mox praeceptorem deſeruit; ſed ſuo ipſe malo, ut ſolent, qui perfunctorie literis operam dant, nec, ut Deo & patriae aliquando recte ſerviant, ſed ut diteſcant & extollantur, eas colunt. Dein a ſuis ob corporis & ingenii bona paſſim expetitus, potentia & honore ornatus, iisdem fretus & tumidus, verae virtutis cultum neglexit. Velut autem qui corpus non exercent, corporis actiones obire non poſſunt, ita nec animi actiones perficere, qui animum non excolunt. Haec *Plato in Alcibiade primo*, & *Xenophon lib.* 1. *memorab. Socratis* fuſius deducunt. Hinc illud mixtum & inaequale ingenium: quod, cum ſolidam ſapientiam non hauſiſſet, modo virtutibus, aut potius virtutum ſimulacris, modo vitiis eminebat. Illa vero virtutum & vitiorum mixtura ut bonum corrumpit, ita peſtilens eſt Reip. Adi *Boecleri* hic *comment. pag.* 55. & *Forſtnerum in* 1. *Annal Taciti p. m.* 267. 268. Loccenius.

1 *Natus*] Schoppii Veteres membranae (lib 4. Veriſim. cap. 2.) legunt: *natus in ampliſſima civitate*. Quocum conſentit Mſ. meus. Lectionemque hanc comprobant haec ejusdem Cornelii ſub fin. hujus vitae. *Cum Athenis ſplendidiſſima civitate natus eſſet*. Ernſtius. Sic Mſ. & vulgati, praeter Ald. & Lamb. qui *nam* legunt. Infra c. 11. 2. *cum Athenis ſplendidiſſ. civitate natus eſſet*. Savaro.

2 *Summo genere*] Genus Alcibiadis copioſe exponit *Iſocrates in orat.* περὶ ζεύγους, quae habetur ab Alcibiadis filio, & *Plut. in Alcib.* Lambinus. Adde *Meurſius l. c.* Boſius.

3 *Omnium aetatis ſuae formoſiſſ.*] Diodorus. lib. 13. ἦν δὲ τὴν ὄψιν κατὰ ὑπερβολὴν εὐπρεπής. *Gebhardus*. Ita ut in proverbium abierit κατ' Ἀλκιβιάδου μορφήν. Ariſtaenet. lib. 1. Epiſt. 17. Formoſiſſimum fuiſſe non ignoravit Socrates; cujus amaſius dicitur apud Suidam. Quo Petronii illud in Satyrico cap. 128. pertinet: *Non tam intactus Alcibiades in praeceptoris ſui lectulo fuit*. Vide quae infra §. 2. cap. 2. apud Nepotem de eo dicuntur. *Ernſt.* Unde & ſculptores Athenis Hermas Alcibiadi adſimilabant, ut refert *Clemens Alexandrinus Admonit. ad Gentes pag.* 35. Add. not. *Ernſtii*. Imaginem ejus e gemma exhibent *Urſinianae num.* 4. De aliis vide *notas Jo. Fabri*. Eſt & in nummo, qui penes me eſt, caput Alcibiadis imberbe cum inſcr. ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ: in poſtica parte Cupido

tatis ſuae multo [1] formoſiſſimus, ad omnes res
conſiliique plenus. Namque [2] Imperator fui
mus [3] & mari & terra. diſertus, ut inprimis [4]
do valeret: [5] quod tanta erat commendatio o
que orationis, [6] ut nemo ei dicendo poſſet re

do avem manibus dimittens; pone fax, Pharetra & arcus, Amoris inſignia. *Boſius.* Aelianus lib. 12. V. H. cap. 14. Ἐρασμιώτατον καὶ ὡραιότατόν φασιν Ἑλλήνων μὲν γενέσθαι Ἀλκιβιάδην. *Suae* abeſt Voſſiano A. Mſ. Oxon. pro *aetatis*, *civitatis*. & paullo poſt pro *conſiliique*, *conſiliiſque*.

1 *Formoſiſſimus, ad omnes res apt. &c.*] Inerant Alcibiadi omnia, quae magnis viris auctoritatem & benevolentiam populi ſolent conciliare, quibus etiam effecit Alcibiades, ut populus Athenienſis reliqua ei condonaret, vitiiſque ejus ſemper leviſſima nomina imponeret, ludos ea, animi remiſſiones & facilitatem interpretaretur Secus tamen de his omnibus judicabat Socrates, exprobrans Alcibiadi ſuum ob iſtaec faſtum, uti conſtat ex *initio Alcibiadis primi Platonis*: ſecus alii viri prudentes, uti notat *Plutarchus in ejus vita*: ex quorum ſententia de magnis viris & rebus judicandum eſt, non calculis, ſtrepituque multitudinis. *Loccenius.*

2 *Imperator ſummus*] Diodor. 13. κατὰ τὴν στρατείαν ἄριστος. *Gebhardus.*

3 *Et mari*] Repoſui copulam e Cod. Leidenſi, quae a reliquis libris & edd. aberat. *Boſius.*

4 *Dicendo valeret.*] Sic in Dione cap. 3. dixit *valere eloquentia.* Vide Celeb. Burmann. ad Quinctilian. lib. 2 Inſtitut. Orator. cap. 17. Qui oratores a Graecis δυνατοὶ ἐν λόγῳ vocantur. Vide Raphelium ad

Euang. Lucae cap. 24. con
cl. Burmann. ad Petron. S
89. p. 431. ſive κράτιστοι λέγ
Pericle Eupolis apud Sch
ſtoph. Ach. vſ. 529. nec ho
eſt, quum Homeri verſus
in ſummo habuerit pretio.
lian. l. 13. V. H. cap. 38.

5 *Quod tanta*] Sic opt. n
Boecl. Gif. Dan. bene cauſſ
ejus, quod dixerat, ſubji
gati *& tanta.* Boſius. *Qu*
Leid. & Voſſ. A. Noſter
dem *diſertum* vocat, hoc
ne loquentem, ut docet Se
Virgil. lib. 2. Aen. vſ. 149.
ſtophanes eum ut blaeſum
ve traducat in Veſpis vſ. 4
ut Schol. inquit, λ pro ρ
Nihilominus tamen Plutar
Alcibiade p. m. 192. B. blaeſ
ſua, quae vulgo blanda eſſe ſ
gnam ſibi gratiam conciliaſſ
adem nobis narrat. Quidquic
cibiades quidem eloquentia
linguae tamen vitio non c
ſic ſatis conjici poteſt, A
noſtrum, ad ſenſum ejus v
efficaciſſimum, quae vera
cundia, non vero eloquium
nunciationem reſpexiſſe,
patet ex locutione ſequenti.
diſertus eamdem, quam Se
tribuit, hic tamen retinet ſign
nem, ſcilicet loquentis ver
ne diſpoſita, neque longis
bus involuta, ſed ſenſu effi
plana, quae dos in homine

[1] dives; quum tempus poſceret, laborioſus, patiens, 3
liberalis, ſplendidus, [2] non minus in vita, quam victu: affabilis, blandus, temporibus callidisſime [3] inſerviens. [4] Idem, ſimul ac ſe remiſerat, [5] neque 4
cauſſa ſuberat, quare animi laborem perferret, [6] luxurioſus, diſſolutus, libidinoſus, intemperans reperieba-

locum habere poteſt.

6 *Ut nemo ei dicendo poſſ. reſiſt.*] Ἦν γὰρ καὶ λόγῳ δυνατώτατος & ſtatim δεινότατος ἦν εἰπεῖν. *Gebb.* Quare apud Suidam vocatur ἀθηναῖος φιλόσοφος καὶ ῥήτωρ. *Ernſtius.* Itaque belli Siculi ſuaſor & auctor fuit, Nicia fruſtra diſſuadente; Thucyd. lib. 6. *Lambinus.*

1 *Dives, cum tempus poſceret, laborioſus*] Emendatio Lambiniana. *Idem cum tempus poſceret.* Alii libri, *Deinde cum tempus.* Iterum alii. *Dives cum tempus poſceret.* Diſtinguendum. *Dives, cum tempus poſceret.* Quaſi caeteroqui inter ſe pugnarent divitiae ac labor, dicit utraque in Alcibiade conveniſſe. Diodor. ἐπ' εὐγενείᾳ καὶ πλούτῳ πρῶτος Ἀθηναίων. *Gebhard.* Non potui, quin reponerem lectionem, quam dudum e libris ſuis produxerant *Giſanius*, *Schottus*, & *Pet. Daniel*, probavitque & *Gebhardus*. Neque enim ullam rationem animo poſſum concipere, qua factum ſit, ut librarii pro *Deinde*, quod in aliis codicibus & edd. legitur, *Dives* reſcripſerint. Sed nec ita ſolet *Nepos*. Denique, ut e *Diodoro Siculo* conſtat Alcibiades non modo *nobilitate*, ſed etiam *divitiis*, (πλούτῳ) primus *Athenienſium* fuit. quod a Noſtro omiſſum eſſe, quis credat? Ceterum, ut recte *Gebhardus* adnotavit, illa *cum tempus poſceret* ad ſequentia referri debent. quanquam illius explicatio ſubtilior, quam verior, videtur. Τὸ *idem*, quod *Lambinus* repoſuit, non fert continens periodus, ab eadem voce incipiens. *Boſius.* Voſſ. A. *dives.* B. *deinde.*

2 *Non minus in vita quam victu*] Praeclare haec mihi, ut ſpuria & abunde inculcata, ab Ultraj editore omiſſa videntur. Diodor. τὴν ψυχὴν λαμπρὸς καὶ μεγαλεπίβολος. *Gebh.* Cui ego adſentiri non poſſum. V. Ind. *victus.* Boſius.

3 *Inſerviens*] Excerpta Dan. *ſerviens*, quod *Gebhardus* praefert; allegans illud *Lucani. Temporibus ſervire decet*; & *Ciceronis* ad Atticum: *Servire tempori cum neceſſe ſit*: itemque quod noſter infra 22, 1, 3. *paci ſervire* dixit. Sed *inſerviendi* voce hac ipſa *vita* noſter ea ratione uſus eſt *cap.* 11, 3 *Boſius.* Pro *callidiſſime* Voſſ. A. *calidiſſime*. Pro *inſerviens* Leid. *ſerviens.*

4 *Idem ſimul ac ſe remiſerat*] A negotiis in ocium, a labore in voluptates ſe transdederat. Hinc *remiſſiones* Tacito Agr. 9, 4. *Tempora curarum remiſſionumque diviſa*; quae 2. A. 33, 5. *delinimenta curarum & periculorum* vocat. *Gebhardus.* Voſſ. A. *praemiſerat.*

5 *Neque*] Sic Exc. Dan. Vulgo eſt *nec.* Boſius. *neque* Leid.

6 *Luxurioſus, &c.*] V. *Plutarchum in vita*, & *Athenaeum* 12, 9. & alibi. *Boſius.*

riebatur: ut omnes admirarentur, in uno 1 tantam ineſſe diſſimilitudinem, tamque d naturam.

CAP. II.

1 Educatus eſt in domo 2 Periclis 3 (privignu 4 ejus fuiſſe dicitur) 5 eruditus a Socrate. S

1 *Tantam ineſſe diſſimil.*] Mſſ. *Schotti* & *Boecl. t. eſſe diſſ.* Gebhardus *ineſſe* mavult ex Tacit. lib. 4. Hiſtor. *Tanta illi exercitui diverſitas inerat licentiae patientiaeque.* Quod elegantius nemo negaverit, quamquam & altera lectio ſatis latina ſit. A quibusd. libris verbum hoc plane abeſſe, notat *Lambinus.* neque neceſſarium exiſtimat *Schottus.* De re v. *Athenaeum* & *Plutarch. ll. cit.* Similia fere de Catilina prodidit *Cicero in Coeliana cap. 5. & 6.* Boſius. Leid. Voſſ. A. B. Ox. *tantam eſſe*, ſed quia Noſter gaudet praepoſitionum duplicatione *tantam ineſſe* omnino heic retinendum eſt. Vide Cel. Burmann. ad Petronium Satyric. cap. 74. p. 367. & ad Quinctilian. Lib. 2. Inſtitut. Orator. cap. 17. prope finem; & Cortium ad Salluſt. Catil. cap. 15. in fine, Ciceron. L. 1. de Divinat, cap. 9. ut Davieſius legit, *Ineſt in iſtis etiam ranunculis natura quaedam ſignificans aliquid.* Non nego tamen alios aliter locutos eſſe. Livius L. 3. cap. 31. *In Fabio minus in bono conſtans, quam gnavum in malitia ingenium eſſe*, & ita in Attico cap. 2. ex Mſ. Cod. A. *praeter gratiam, quae in adoleſcentulo magna erat.* Vide Cl. Cortium ad Salluſt. Catil. cap. 51. n. 42. & Waſſe ad Jugurth. cap. 30. p. 312 Adde Ciceron. 3. in Verrem. cap.

2. *Ego in uno homine om*
quae poſſunt in homine pera
que eſſe, reprehendo. De
vero loquendi modis conſ
Broukh. ad Prop. Lib. 2.
74. Interea nec Magius n
tus audiendi, qui *tantam*
lendum cenſent. Eodem
cuti fuere Graeci. Eu
Supplic. vſ. 250. Ἐν νέοισι
τόδ' ἔνεστι. *In juvenibus aut*
& in Androm. vſ. 450.
μῖν ἐστιν, οὐ πλεῖστοι φόνοι.
non eſt in vobis? nonne p
des.

2 *Periclis*] Mſ. *Pericli*
Neocli pro *Neoclis*, & *Pro*
clis in Ageſilao. *Gebhard*
nis hujus duo fuerunt cla
jus, de quo Nepos he
fuit aequalis & aemulus
des, non autem, quo in e
verſantur, Thucydides
Vide Annot. in Plutarch
Xylandri. Hujus Periclis
tos ſcriptores meminit
cero apud Auguſtin. Lib
Dei cap. 9. *Ernſtius.* V.
1, 1. *Boſius.* *Pericli* etiam
ſule notas Abr. Gronov
num L. 3. cap. 7. n. 4.

3 *Privignus em. ej. f.*
ſi credimus Diodoro S
Suidae, ſororis ejus fil
Valerius Max. 3, 1, *ext.*

habuit Hipponicum, [1] omnium Graecae linguae eloquentia ditiſſimum. ut ſi ipſe fingere vellet, [2] neque plura bona reminiſci, neque majora poſſet conſequi, quam vel fortuna vel natura tribuerat. Ineunte ado- 2
le-

15, 17. Periclem *avunculum* ejus vocant. Videri tamen Periclem, ſi non Alcibiadis, ejus tamen uxoris, vitricum fuiſſe, notat *Magius*; cum Alcibiades in matrimonio habuerit Hipparethen, filiam Hipponici, cujus uxorem poſtea Pericles duxit, ut *Plutarchus in Pericle* ſcribit. *Boſius*. Locum Val. Maximi jam produxerat Gebhardus, & Suidae Ernſtius. De Alcibiadis ſtemmate diſputat H. Valeſius in Notis ad Mauſaci Not. in Harpocration. pag. 86. & 87.

4 *Ejus*] Ita libb. meliores. alii *ſuus*: quomodo locutus 5, 3. 1. 13, 3, 4. & 25. 10, 4. v Ind. *Boſius*.

5 *Eruditus a Socrate*] Licet hoc ex *Platone* & *Xenophonte* cognoſcere; quanquam Socrates, in *Apologia* a *Platone* ſcripta, negat ſe cujusquam magiſtrum fuiſſe. *Lambinus*. Cum diſcipulus prius fuiſſet Sophili, Suidas. *Ernſtius*. Socratis diſcipulum etiam faciunt *Xenophon. lib.* 1. *Memorabil. p.* 711. & *Lactantius Div. Inſtit.* 3, 19. quod tamen negat quoque *Iſocrates in Buſiride*, Polycratem id adſerentem redarguens. *Boſius*. *a Societate* Voſſ. A.

1 *Omnium Gr. ling. eloquentia ditiſſ.*] Stigma Lambinianum *omnium Graecorum divitiſſimum* cui tamen nullum e doctioribus auſcultaſſe adhuc video. Vulgati libri praeferebant *Graecae linguae eloquentia diſertiſſimum* Verum Excerpta P. Danieli & membranae Schotti *omnium Graecae linguae eloquentia ditiſſimum*, quae lectio cum ſit ſtabilita veterib. libris, cur conjecturis nihili lectoribus imponatur? Intelligit vero Hipponicum eloquentia iſtac luculentas opes acquiſiviſſe. *Gebh. Diſertiſſimum* non ſolum vulgg. libri, ſed etiam optimae notae cod. Boecleri exhibet, quod cum *Lambinus* parum latine dictum, & praeterea falſum, neque a quoquam memoriae proditum, poſtremo nihil ad rem pertinere, exiſtimaret, ejectis duabus vocibus, ac totidem immutatis, corrigebat; *omn. Graecorum divitiſſimum*. Sed ei nemo doctorum auſcultavit. Ut nos edidimus, legunt Mſſ. Daniel. Schotti & Giſanii. *quae lectio*, ait *Gebhardus cum ſit ſtabilita Vett. libris, cur conjecturis nihili lectoribus imponatur? Intelligit vero Hipponicum eloquentia iſtac luculentas opes acquiſiviſſe.* Sed *Schottus* ac *Giſanius Ind. Lucret. l. c. ditiſſimum* de facultate dicendi accipiunt, quomodo Ovidius *divitem ingenio* dixit. Utcunque legas, certum eſt Hipponicum a *Plutarcho in vita Alcibiadis*, *Lyſia orat.* ὑπὲρ τῶν Ἀριστοφ. χρημ. *Iſocrate orat.* περὶ ζεύγους aliisque, ut opibus abundantem, ac *divitiis Graecorum primum*, & qui *plurima omnium Graecorum poſſidere exiſtimatus ſit*; ut eloquentiſſimum vero a nemine, quod ſciam, praedicari. *Boſius*. Voſſ. A. *omnium Graecae linguae eloquentia ditiſſ.* B. *Omnium Graecae linguae eloquentia diſertiſſimum.* Opulentiſſimum tamen prae caeteris praedicari Graecis, recte nora-

 vit

leſcentia amatus eſt a multis [1] more Graecorum: in
eis [2] a Socrate, de quo mentionem facit Plato in ſym-
3 poſio. Namque cum induxit commemorantem, ſe per-
noctaſſe cum Socrate, [3] neque aliter ab eo ſurrexiſſe,
4 ac filius a parente debuerit. Poſtea quam [4] robuſtior
eſt factus, non minus multos amavit, in quorum a-
more, quoad licitum eſt, [5] odioſa multa delicate jo-
coſeque fecit: quae referremus, niſi majora [6] potio-
raque haberemus. CAP.

vit. *Boſius.* Vide Cel. J. Perizonium ad Aelian. L. 14. V. H. cap. 16. Locum acutioribus examinandum relinquo.

2 *Neque plura bona reminiſci*] Neque plura bona excogitare. Senſus eſt; Si Alcibiades ſibi ipſe fortunam fabricare atque componere vellet, non poſſet memoria ac mentis diſcurſu plura bona excogitare. Bona veluti uno faſce comprehendit *Valerius Max.* 6. 9 *ext.* 4. *Nobilitatem eximiam, abundantes divitias, formam praeſtantiſſimam, favorem civium propenſum, ſumma imperia, praecipuas potentiae vires, flagrantiſſimum ingenium.* Gebhardus. Leid. *quae vel fortuna vel natura tribuerant.*

1 *More Graec*] De flagitioſo hoc amore Cic. 5. Tuſc. quaeſt. haec refert; *cum abundaret*, nempe Dionyſius Tyrannus, *& aequalium familiaritatibus & conſuetudine propinquorum haberet etiam more Graeciae quosdam adoleſcentes amore conjunctos credebat eorum nemini.* Xenophon. lib. 2. Παιδείας dicit κατὰ τὸν Ἑλληνικὸν τρόπον. Alii legunt: *amore Graecorum.* Socratem libidinoſum & impurum fuiſſe hominem & flagitioſi amoris juſtas dediſſe paenas teſtatur Tertullianus in Apologet. ubi dicit, ſe legiſſe partem ſententiae Atticae in Socratem, *qua corruptor adoleſcentium pronunciatur.* Magnum crimen, ob quod merito Athenis, ſunt verba A. Gellii, *capitis damnatus eſt, & in carcere veneno necatus* Lib. 17. Noct. Att. cap. 21. Videbis aliquando plura teſtimonia de ſpurco iſto homine, quem imprudentes magiſtri diſcipulis ſuis commendare ſolent in Annot. noſtris ad Senecae lib. 3. de ira cap. xi. §. 8. quae Librarium expectant. *Ernſtius.* De quo ſupra *praef.* 4. Cicero quoque in Fragmentis *libri* 4. *de republica*: *Apud Graecos*, inquit, *opprobrio fuit adoleſcentibus, ſi amatores non haberent.* adde *not. ad praef.* &, praeter ibi laudatos, *Xenophont. de repub. Lacedaem.* ac *Aelian. var. hiſt.* 3, 12. In Mſſ. Dan. & Gif. erat: *amore Graec.* quod praeter illos etiam tuentur *Schottus*, & *Gebhardus.* Sed pro vulgata lectione facit cum *Cicero Tuſc.* 5, 20. cum ait, *Dionyſium, Syracuſanorum tyrannum habuiſſe* MORE *Graeciae quosdam adoleſcentes amore conjunctos*; tum *Xenophon. lib.* 2. *Cyropaedias pag.* 50. *edit. Leunclav.* apud quem Cyrus ad manipularium quendam, nomine Sabaulam: ἦ καὶ σὺ, κατὰ τὸν ἙΛΛΗΝΙΚΟΝ ΤΡΟΠΟΝ, ὅτι καλόν ἐστι, περιάγεις τοῦτο τὸ μειράκιον, τὸ παρακατακείμενόν σοι; Ceterum de caſto ac honeſto amore loqui *Nepotem*, indicare videntur, quae de Socrate ſubjicit. Con-

fes

CAP. III.

Bello [1] Peloponneſiaco hujus conſilio atque aucto-
ritate Athenienſes bellum Syracuſanis indixe- 1
runt: ad quod gerendum ipſe dux delectus eſt. [2] Duo
praeterea collegae dati, Nicias & Lamachus. Id quum
appararetur, prius quam claſſis exiret, accidit, ut 2
una nocte omnes [3] Hermae, qui in oppido erant [4] A-
the-

fer tamen, quae ad h. l. annotavit Ampliſſ. *Ernſtius*. *Boſius*, Leid. *amore*. Voſſ. A. B. *more*. Notandus hic eſt loquendi modus Noſtro familiaris *a multis more Graecorum*, *in eis a Socrate* ut in Milt. c. 4. n. 4. *Domi autem creati decem praetores*, in *eis Miltiad.* Vide J. Fr. Gron. ad Liv. l. 6. c. 14. Itaque *a Socrate* retinendum.

2 *A Socrate*] Praepoſitio aberat Mſ. Danielis. *Boſius*. Etiam Voſſiano B. qui pro *Socrate*, *Socratem*.

3 *Neque al. ab eo ſurrexiſſe, ac filius a par. deb.*] Haec vel per εἰρωνείαν a Platone dicta ſunt, vel certe per mendacium. De Socratis enim turpitudine a libidine nata nemo dubitare poteſt, qui noſtra ad Senecam notata & ſupra citata legerit. Neque Graeci in vitio ponebant deperdere honeſtatem adoleſcentulorum, quibus laudi ducebatur, quam plurimos habere amatores, ut ipſe Corn. in Praef. §. 4. teſtatur: Confer. 4, 4, 1. ubi ego *amore venereo* reperi in omnibus Mſſ. & Editis, quos mihi inſpicere licuit. An religioſae devotionis pars eſt, Socratem eximere e numero paganorum, de quibus vide, quae vir Sanctus ait Rom. 1, 27? *Ernſtius*. Ita & *Plutarchus orat.* 1. *de fortuna Alex. M.* & *Petronius in Satyrico*. Accuſatum tamen Socratem, quod adoleſcentulos corrumperet, e *Diog. Laertio in vita ejus*, & *Xenophonte Memorabilium* cognoſcimus, qui poſterior tamen eum prolixe ab hoc crimine vindicat. *Boſius*. Confer Menagium ad Diog. Laert. Lib. 11. Sect. 24. & praeſertim ſect. [illegible]8. & forſan Ernſtii de Socrate judicium tibi diſplicebit. confirmat tamen Aelianus L. XI. V. H. cap. 12. Leid. pro *debuerit*, *debuerat*.

4 *Robuſtior*] De hac voce cl. Gronov. ad Juſtin. L. 3. C. 1. n. 2.

5 *Odioſa*] Nob. *Barthius* malebat *otioſa*. Boſ. Pro *delicate* Voſſ. B. *delicata*.

6 *Potioraque*] Mſ. Dan. *potiora*, omiſſa copula.

1 *Peloponneſiaco*] Cod. Dan. *Peloponneſio*. Boſius. Sic & Leid. Voſſ. A. *Peloponneſſo* B *Peloponneſſio*.

2 *Duo praeterea collegae dati*] Praefectus claſſis aliquando ſolus imperium tenebat, ſed frequenter cum collegis pari poteſtate praeditis: ut hic Alcibiades cum Nicia & Lamacho. Qua de re *Schefferus* noſter in *de militia navali* 4, 5. *pag.* 288. Cauſſa erat, ne imperii ſummam uni, ſi dominationem affectaret, infeliciter committerent; ſed ejus cupiditates, collegis additis, cohiberent. *Plutarchus in Alcib.* De ea cautione *Forſtnerus in* 2. *Annal. Taciti p. m.* 138. plura. *Loccenius*. Leid. *Micia & Lamauchus*. Voſſ. A. *Nitia & Lam.* B. *Niſias & Lam.*

 3 *Her-*

thenis, [1] dejicerentur, praeter unum, [2] qui an
nuam erat Andocidi. Itaque ille poſtea Merc
3 Andocidis vocitatus eſt. Hoc quum appareret ,
ſine magna multorum conſenſione eſſe factum, [3]

3 *Hermae*] ſtatuae ſic dictae ab Hermete. Vide Becmanum de Originib. in voc. *Mercur*. Ernſtius. Adde Hudſon. & Duker. ad Thucydidis L. 6. cap. 27.

4 *Athenis*] Vereor, ne gloſſema ſit. nam Athenas *oppidum* abſolute vocare ſolet; ſupra 1, 5, 2. & 2, 10, 3. *Boſius*.

1 *Dejicerentur*] Immo circumciderentur aut mutilarentur. Sic enim *Thucydides* 6. *Diodorus* 13. *pr. Plutarchus in Alcib.* & *Andocides orat. de myſteriis*. qui omnes περικοπὴν vocant. Modum circumcidendi *ſcholiaſtes Thucydidis eo loco*, tradit. In Cod. Da. fuit *deiceretur*. Unde legerim *deicerentur*. Ita enim ſcribebant veteres. *Boſius*. Leid. etiam *deicerentur*, item Voſſ. B. legendum forſan *deciderentur*, cum Nepos Thucydidem ſequatur. Veteres vero unica tantum litera *i*. verba cum *jacio* compoſita ſcribere fuiſſe ſolitos docebunt, quos laudat Celeberr. Dukerus ad Florum L. 1. cap. 10 n. 5.

2 *Qui ante jan. erat Andocidi &c.*] Plerique vulgati habebant, *qui ante jan. ejus erat, Andocidesque vocatus eſt*. Atqui ex *Aeſchine orat. adverſus Timarchum*, *Plutarcho in Alcibiade*, *Nicia*, *& vitis Rhetorum*, *Andocide* ipſo in *orat. de myſteriis*, & *Harpocratione* in Ανδοκίδου Ἑρμῆς, conſtat, hunc lapidem prope domum Andocidis, non Alcibiadis, & a tribu Aegeide poſitum, ac *Andocidis Hermem* dictum fuiſſe. *Lambinus* hiſtoriam & veritatem ſequutus emendabat: *qui ante jan. Andocidis erat, Andocidis*

que Hermes vocatus eſt. recte
ad priora; non item quod
ſteriora; quibus & hiſtoria
gnat, ut mox dicemus; &
manu exarati, quorum
quod ſciam, aut τὸ *Hermes*,
pulam agnoſcit. Ampliſſ. B
liber, *qui ante jan. erat, A*
vocitatus eſt. Sed longe aucti
Ultraj. & cod. P. Danielis.
illa: *Itaque ille poſtea Mercur*
drocidis vocatus eſt. Hic: *e*
drocidi; itaque ille poſtea Me
drocydes vocitatus eſt. Unde v
bito, ſic ſcripſiſſe Nepotem
ante januam erat Andocidi.
ille poſtea Mercurius Andocid
Andocides) vocitatus eſt. quare
textu fidenter ita reſcripſi.
ad hunc plane modum *Pl*
in Alcib. p. 201. ubi de An
ob Hermas truncatos in v
conjecto; ὕποπτον δ' οὐχ ἥκιστ
Ἑρμῶν περικοπῆς ἐποίησεν ὁ μέγ
μῆς, ὁ πλησίον αὐτοῦ τῆς οἰκίας, ἀ
τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς ἱδρυμένος
ὀλίγοις πάνυ τῶν ἐπιφανῶν, μόνο
ἀκέραιος ἔμεινε. διὸ καὶ νῦν Ἀ
καλεῖται, καὶ πάντες οὕτως ὀνομ
τῆς ἐπιγραφῆς ἀντιμαρτυρούσης.
poſtea demum ita dictum,
ceteri dejecti eſſent. id quo
cant; quae in Ed. Ultraj. &
Dan. ſunt adjecta. Ea ut i
codd. omitterentur, fecit r
nominis *Andocidis*. Saepe e
brarii, cum vox aliqua in
periodo, vel etiam pagina,
curreret, quae interjacebant
natione vel errore omiſerunt

non ad privatam, ſed ad publicam rem pertineret, [1] magnus multitudini timor eſt injectus, [2] ne qua repentina vis in civitate exiſteret, quae libertatem opprimeret [3] populi. [4] Hoc maxime convenire in Alcibia- 4

rei illuſtre exemplum praebet *Joſephi* liber *περὶ λογισμοῦ αὐτοκράτορος*, ſive, ut vulgo inſcribitur, *de Maccabaeis.* nam is hac una cauſſa in editis codd. miſere mutilatus eſt, ut e membr. vett. apparet, e quibus eum brevi, *σὺν Θεῷ*, auctiorem multo, purioremque dabimus. Id ergo heic quoque factum. Certe in codice Boecleri hac ratione peccatum eſſe, manifeſtum eſt. Ceterum Nepos *Andocidi* ſcripſit, ut alibi *Neocli*, *Procli*, ut item alii *Thucydidi*, *Euripidi*, *Archonidi*, *Timarchidi*, *Perſi*, *Demoſtheni*, *Ariſtoteli*, &c. gignendi caſu dixerunt; de quo videndus *Voſſius de analog.* 2, 9. Quanquam autem in eo Herma non *Andocidis* nomen, ſed aliud, erat inſcriptum, ut e *Plutarcho* colligitur: attamen in alio fuit, quem capite truncatum *Fulvii Urſini Imagines Illuſtrium num.* 13. exhibent, cum inſcriptione: ΑΝΔΟΚΙΔΗΣ ΛΕΩΓΟΡΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΣ. *Boſius. Androclides* Leid. in Voſſ. A. non legitur. B. *Andocidis.* a Leid. *Andocidisque Hermes* abſunt. Voſſ. A. *Androclides vocitatus* abſque verbo ſubſtantivo. B. *Androcly Hermes vocitatus eſt.* Oxon. *Ante januam Androclidi, Androclidisque vocatus eſt* Pro *conſenſione* Leid *confuſione.*

3 *Quod non*] Mſc. Boecl. *quae non*, ſc. conſenſio, quod a librarii ingenio eſt, ut opinor; qui putabat vocem hanc ad praecedens *conſenſione* pertinere ac pronomen eſſe; cum ſit conjunctio, cauſſam indicans, cur hoc facto *magnus ſit multitudini timor injectus*: quia ſcil. *multorum* in hac re *conſenſio ad publicam rem*, quippe conſpirationem prae ſe ferens, *pertinebat.* Boſius. Etiam *quae non* Voſſ. B. Pro *ſed ad publicam rem*, Leid. *ſed publicam rem.*

1 *Magnus multitudini tim.*] *Plutarchus l. c.* paullo aliter: *multos etiam eorum, qui talia contemnunt, perturbavit.* Lambinus. Sic loquitur infra Dione; *Quod factum omnibus maximum timorem* injecit. Iphicr. *Ut ipſo adſpectu cuivis* injiceret *admirationem.* Curt. Lib. 9. cap. 8. *Affirmatio Pori multiplicem animo regis* injecerat *curam.* Caeſar Lib 1. Comm. cap. 46. *Multo major alacritas ſtudiumque pugnandi majus exercitui* injectum *eſt.* Gebhardus. *timor* abeſt a Leid.

2 *Ne qua repentina vis in civitate exiſteret*] De hac phraſi conſule Waſſe ad Salluſt. Jugurth. cap. 53. pag. 370.

3 *Populi*] *Lambinus* contra libros expungit: quanta fide, ipſe viderit. *Schottus.*

4 *Hoc maxime convenire in Alcibiaden videbatur*] Aliter *Diodorus* 13. ὅτος (privatus quidam & inquilinus) αὐτὸν (Alcibiadem) ἐξωσίγξας κατεσκευασμένος ἐμήνυσε τῷ δήμῳ ἄλλον εἰδ' ἴχνος τῷ πρᾶξαι οὐδεὶς ἑτέρων ἐδύνατο. Et paullo poſt, odio privato plurium hoc periculum Alcibiadi intentatum innoxio, addit, & calumniae non levem adjeciſſe ſpeciem factum Argis, quo quidam, qui privato ejus

biadem videbatur, [1] quod & potentior & major
privatus, exiſtimabatur. [2] Multos enim libera
devinxerat, plures etiam [3] opera forenſi [4] ſuos r
derat. Quare fiebat, ut omnium oculos, [5] qu
cunque in publicum prodiſſet, ad ſe convert
neque ei par quisquam in civitate poneretur. I
non ſolum ſpem in eo habebant maximam, [6] ſ
tiam timorem, quod & [7] obeſſe plurimum &

ejus hoſpitio continebantur, populi imperium diſſolvere aggreſſi, univerſi a civibus conciſi ſunt. *Gebh.* Phraſis Ciceroniana 3. in Verrem cap. 10. *Tametſi omnia in iſtum hominem convenire putetis.* quam latius illuſtrat Clariſſ. Burmann. ad Vellej. Patercul. lib. 2. cap. 29. pag. 252. Pro *videbatur*, Leid. *videbantur.*

1 *Quod & potentior*] Loccenii notam politicam heic, ut ſaepius, omiſi: Locus vero Ariſtophanis, ubi Alcibiades Leoni comparatur, eſt in Ranis vſ. 1478. Graeci eum etiam aliam ob cauſſam Leoni comparavere, quam profert Plutarchus in ejus vita. p. m. 192. C.

2 *Multos liberalitate devinxerat*] Liberalitatem populus largitionem indigetat, & iſtis largitoribus crimen rerum novarum affingit. M. Manlius Capitolinus cum addictos propria pecunia liberaret, regni affectati ſuſpicione in carcerem eſt conjectus. Vide *Livium* 6, 14. &c. *Liberalitas* ergo pro Largitione. Utitur ſic *Caeſar* 1. B. G. 18. *Ipſum eſſe Dumnorigem ſumma audacia, magna apud plebem propter liberalitatem gratia, cupidum rerum novarum.* Gebhardus.

3 *Opera forenſi*] *Opere*, Mſ meus. Non ita recte. *Savaro.* v. Ind. *Boſ.*

4 *Suos reddiderat*] Sic legendum,

quomodo habent codices e
ti; non, quomodo alii me
reduxerat. Licet etiam leger
gerat, idque ex veſtigiis a
ſcripturae: quomodo interd
quitur *Caeſar.* Lambinus. L
tur & hunc ad modum C
ἰδίως κατασκευάζεσθαι. Herodia
χρήματα δωρησάμενοι (ὡς ἔθο
βασιλείαν διαδεχομένοις) μεγ
ἐπιδόξως οἰκειώσασθαι τὸ στράτευμ
dorus: Τούς τε ἐν Γέλᾳ στρατι
τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ, ταῖς εὐνοίαις ἰδί
ἐποίησεν. *Gebhardus.* Adde Ind
Boſius.

5 *Quotiescunque in publicu*
diſſet] Pro *Quotiescunque* V
B. *quotienscunque.* Pro *prodiſſe*
prodiſſent. Pro *par quisquam*
tate, par in civitate, omiſſ
quam Leid.

6 *Sed etiam timorem*] Non
ve dictum ut cenſet Monſtro
Propert. *Vulneribus didicit m*
bere metum. Gebhardus. Pr
ſpem. Leid. *ſpem in eo.*

7 *Obeſſe plur.*] Hinc Timo
quem *μισάνθρωπον Lucianus*
bello inducit, Alcibiaden ada
quod praeſagiret magno illu
lo fore aliquando Athenienſi
refert *Plutarchus.* Boſius.

8 *Adſpergebatur etiam in*
Curt. lib. 10. F. *Haec utcunq*

deſſe poterat. [8] Aſpergebatur etiam infamia, quod 6
in domo ſua facere [1] myſteria dicebatur: [2] quod nefas erat more Athenienſium: idque non ad religionem, ſed ad conjurationem pertinere exiſtimabatur.

CAP. IV.

Hoc crimine [3] in concione ab inimicis compellabatur. Sed inſtabat tempus ad bellum proficiſcendi. 1

tradita, eorum, quos rumor adſperſerat, mox potentia exſtinxit. Apul. lib. 8. *Judicio morum tamen improbatus, repulſae contumelia fuerit adſperſus.* In Vatinium. *Ne qua ex tua ſumma indignitate labes illius dignitati aſpergatur.* *Gebhardus.*

1 *Myſteria*] Sacra Cereris, ſive Eleuſinia. vid. Ind. *Boſius.*

2 *Quod nefas er.*] Erat enim capitale myſteria evulgare: de quo vide praeter ſcriptores in Indice laudatos, *Bernegg. ad Juſtin.* 5. c. 1. Ceterum Alcibiaden hoc crimine accuſatum ſcribunt etiam *Xenophon* 1. *de reb. Graec. Thucyd.* 6, 10. *Diodorus* 13. 5. & *Plutarchus Lyſandro.* A quo tamen eum purgat *Iſocrates Orat. de Bigis.* Boſius. *Facere myſteria* dixit more Graecorum, qui eodem modo ποιεῖν adhibuerunt. ποιεῖν Διονύσια. Thucydid. lib. 2. cap. 15. ποιῆσαι ἑορτὴν Lucas in Actis Apoſt. cap. 18. comm. 21. v. Raphel. ad Matth. cap. 26. comm. 18. De Cereris ſacris non evulgandis, vide Cel. Broukhuiſ. ad Tibull. lib. 3. El. 5. vſ. 7.

3 *In concione ab inimicis compellabatur*] Hanc correctionem ingenio *Claudii Puteani* debitam produxit *Lambinus*, firmavitque partim auctoritate *Thucydidis*, *Diodori*, & *Plutarchi*, qui perſpicue oſtendunt, Alcibiadem accuſatum eſſe apud populum, atque adeo *in concione*: partim tribus locis *Ciceronis*, quorum duobus, puta *Epiſt. ad familiar.* 8, 12. & *Orat. pro domo ſua*, verbum *compellare* eodem ſignificatu uſurpetur; tertio, nempe Epiſt. ad Attic. 2, 2. dicatur, *Nigidium minari, in concione ſe judicem, qui non adfuerit, compellaturum.* quae tamen verba aliter diſtinguuntur in edit. Gruteri, ac illud *in concione* non cum verbo *compellare*, ſed τῷ *minari* jungitur. A populo, & in *concione* damnatum Alcibiadem, etiam e Noſtro *cap.* 6, 4. colligas. ibi ergo & accuſatus fuit. In vulgg. & mſc. Schotti erat: *in contentionem ab in. ſu. compellebatur.* h. e. ut *Schottus* & *Gebhardus*, (qui ab hac ſcriptura, tanquam latiniſſima & elegantiſſima, ne latum quidem unguem diſcedendum cenſent) exponunt, ab adverſariis, Theſſalo Cimonis F. & Androcle, cogebatur & quaſi obtorto collo trahebatur ad dicendam cauſſam. At meliores libri, puta Dan. Gif. Boecl. legebant, ut etiam *Longolius* ediderat; *in contentione ab inimic. compellabatur,* h. e. *Schotto* interprete, forenſi in lite appellabatur. Quod ſi quis reponi velit, equidem non multum repugnaverim: certe *Schottianae* lectioni

Digitized by Google

ſcendi. [1] Id ille metuens, neque ignorans ci
ſuorum conſuetudinem, poſtulabat, ut, ſi quid
agi vellent, potius de praeſente quaeſtio haber
2 [2] quam abſens [3] invidiae crimine accuſaretur. In
ci vero ejus quieſcendum [4] in praeſenti, quia [5] n
ri non poſſe intelligebant, & illud tempus expe
dum decreverunt, [6] quo exiſſet: ut ſic abſentem
3 grederentur. itaque fecerunt. Nam poſtquam i

ctioni anteſerendum puto. *Lambinianam* tamen, ut ingenue dicam, veriorem exiſtimo. *Boſius.* In Leid. *in contentione ab inimicis compellebatur.* Voſſ. A. B. *in contentionem ab inimicis compellabatur.*

1 *Id ille metuens*] Ita & mſc. Boecl. Alii *intuens*, ut inſ. 10, 8, 1. 12, 1, 2. & 12, 2, 3. Mox idem mſc. *poſtulabat, ſi quid d. ſ. a. v.* Boſius. *Ut* abeſt & a Leid. & a Voſſ. A. & facile deſiderari in ſimilibus ſupra oſtendimus. Pro *de praeſenti*, *de praeſente*. Voſſ. A.

2 *Quam abſens*] Quod tamen contra legem Athenienſium erat. Vide *Raevardum* 5. *Varior.* 8. Loccenius.

3 *Invidiae crimine*] Pertinent huc verba Diodori lib. 13. de Alcibiade: alii libri tamen *invidia criminis*. Gebhardus. Editio Ultrajectina: *invidia criminis.* Boſius.

4 *In praeſenti*] Sic Mſſ. *Magius* edidit *in praeſentia.* Venit *Schotto* in mentem reſcribere *in praeſens rati.* Nugae. Similiter loquutus *Nepos* infra 25, 12. 5. *Boſius.*

5 *Noceri non poſſe*] Interpolatio Lambini. Vetus libror. ſcriptura. *Quia noceri ei non poſſe.* Quoniam Gifanii Codex *ei* quoque omittit malim. *quia noceri non poſſe intelligebant.* Gebhard. Ita Mſſ. Gif. Dan. Boecl. Alii, in his Ed. Longol. &

Mſ. Leidenſis *nocere non poſſe*
binus duobus vocabulis aucti
cere ſe ei non poſſe. Primusne, 8
juxta cum ignariſſimis ſcio.
pſe tacet penitus. *Boſ.* Leid.
noceri non poſſet. Unde video;
eſſe Codicem Leidenſem, q
docti ante me uſi ſunt. Voſſ.
ceri non poſſe. ſed ſupra ſcrip
rat *nocere.* B. *noceri non poſſe.*

6 *Quo exiſſet, ut ſic abſ. agg.*
Leid. *quo ſi ex. a. a.* mſc. Bo
Ed. Pariſ. *quo ſi ex. ut a. a.*
gendum, *quo ſic exiſſet, ut a*
aggrederentur; h. e. quo tam
receſſiſſet Athenis, ut tueri
poſſet. Neque enim ſtatim
urbe exiſſet, ſed *poſtquam i*
liam eum perveniſſe crediderunt
fecerunt, ut mox ſequitur.
Pro *quo exiſſet*, Voſſ. B. *quo ſi*
Voſſ. A. *quo ſi exiſtet.* & pr
abſentem. Leid. *ut ſi abſentem*
A. *ut abſentem*; denique pro
fecerunt recte cl. Oudendorp
idque fecerunt.

7 *Qua de re quum ei nunci*
i. S. miſſus eſſet] In Ed. Oxo
eſſet, *eſt* legitur, ut in Voſſ.
Schefferus ad Phaedr. lib. 4.
hunc locum ita diſtingue
cenſet, *qua de re, ei cum*
miſſus eſſet, non parere noluit.
vide plura de phraſi *qua de r*

ciliam eum perveniſſe crediderunt, abſentem, quod ſacra violaſſet, reum fecerunt. [7] qua de re quum ei nuntius a magiſtratu in Siciliam miſſus eſſet, ut domum ad cauſſam dicendam rediret, eſſetque in magna ſpe provinciae bene adminiſtrandae, [1] non parere noluit, & in [2] trierem, [3] quae ad eum erat deportandum miſſa, aſcendit, [4] ac Thurios in Italiam 4
pervectus, multa ſecum reputans de immoderata civium

1 *Non par. noluit*] Perperam alii *voluit*. Praeter *Plutarchum* & *Diodorum* ſtabilit hanc lectionem *Polyaenus. lib.* 1. Ἀλκιβιάδης ἀπὸ Σικελίας ἀναχθεὶς, ἐπὶ τὴν κρίσιν τῶν περὶ τῶν ἑρμῶν, καὶ τῶν μυστηρίων. *Gebhard. Voluit* leg. Voſſ. A.

2 *Trierem*] Ita *Giſanius* laudat in *Obſervation. Lat. linguae*, voce *Triſtis*; haud dubie ſui codicis fide. Vulgo erat *triremem*. vid. Ind. *Boſius*. Praepoſitionem *in* omittit Leid. non male, vide ad Themiſtocl. cap. 8. Neque hic *aſcendit* in Mſſ. Codd. quos ego vidi, reperitur.

3 *Quae ad eum erat deport. miſſa*] Alii nave Salaminia reduci juſſum eſſe Alcibiadem tradunt. *Scholia in Ariſtophanis Aves*: Ἀθηναῖοι γὰρ πέμπουσι τὴν σαλαμινίαν, Ἀλκιβιάδην μεταστελλόμενοι ἐπὶ κρίσει τῆς τῶν μυστηρίων ἐκμιμήσεως. Et ſuperius addiderunt, διὰ τὴν περικοπὴν τῶν ἑρμῶν. Quae fuerit autem *Salaminia* Navis, paucis eſt explicandum. Habebant Athenienſes duas in parato naves, quarum quae *Salaminia* nominabatur, adhibebatur ad adducendos eos, qui in jus erant vocati, extraque urbem rebus praeerant: altera vero, Πάραλος dicta, ſerviebat ſacrificiis. Auctor *Scholiorum in Ariſtophanis* Ὄρνιθας: Δύο εἰσὶ νῆες ὑπηρετίδες παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, ἡ Πάραλος, καὶ ἡ Σαλαμινία. ὧν ἡ μὲν Σαλαμινία τοὺς ἐγκαλουμένους εἰς κρίσιν ἦγεν, ἡ δὲ Πάραλος τὰς θεωρίας ἀπῆγε, τουτέστι τὰ εἰς θυσίαν πεμπόμενα. Vide in *Ranas* eundem. Unde & haec *ſacra navis* appellatur. *In Comici Acharnenſes*: καὶ ἱερὰ ναῦς τῶν Ἀθηναίων Πάραλος καλεῖται. Inde intelligendus *Polyaenus in Lyſandro*; Ὅτε μὲν μία ἡ πάραλος ἱερὰ ἐσώζετο μόνη τοῦ στόλου ἄγγελος. alibi vocat ναῦν ſive τριήρεις δημοσίας ταχυναυτούσας: item ὑπηρετίδας, h. e. ἐπὶ τὰς τῆς πόλεως χρείας πεμπομένας. Reſtat, ut quaeram, an eadem vel alia navi reſtitutos civitati arceſſierint? quandoquidem Juſtinus 13, 5, 11. *Ob quod factum, miſſa ab Athenienſibus obviam nave, ab exilio revocatur Demoſthenes*. Ut eamdem in revocando adhibuiſſe eos credam, multa perſuadent, quae alibi promam: *Gebhardus*. De nave Salaminia ad Alcibiadem miſſa, adde *Thucydidem* 6. *Diodorum* 13. *Plutarchum in Pericle* & *Lyſandro*, *Suidam*, &c. De utraque *Petitum ad leges Attic.* 3, 2. *pag.* 253. Thucydides tamen & Diodorus ſcribunt, eum in propria navi, ſed una cum Salaminia, vectum. *Boſius*.

4 *Ac*] Mſc. Boecl. *hac*, ſcil. navi. Niſi tamen adſpiratio a librarii manu eſt, ut ſaepe alias. *Boſ.* Leid. *haec* Voſſ. B. *hac*.

vium ſuorum licentia, crudelitateque erga nobiles, [1] utiliſſimum ratus [2] impendentem evitare tempeſtatem, clam ſe a cuſtodibus ſubduxit, & [3] inde primum Elidem, [4] deinde Thebas venit. [5] Poſtquam autem ſe [6] capitis damnatum, bonis publicatis, audivit, &, id quod uſu venerat, [7] Eumolpidas ſacerdotes a populo coactos, ut ſe devoverent, ejusque devotionis

1 *Utiliſſimum ratus*] V. *Plutarch. in Alcib.* & *apophth. regiis*, *Aelianum* 13, 38. *Boſius*. Pro *ratus*. Leid. *raptum*.

2 *Impendentem evitare tempeſtatem*] Calamitatem atque infortunium capiti imminens & intentatum. Val. Max lib. VI. cap. V. *Eaque juſtitia tota illa* tempeſtas *ab utriusque fortunis & capite depulſa eſt*. Claud. de B. Getico v. in.

At vero Italiam quoties circumſtetit atrox
Tempeſtas *ipſumque caput laeſura pependit.*

Tacit. lib. XI. Annal. cap. 31. *Ferunt Vettium, Valentem laſcivia in praealtam arborem conniſum, interrogantibus, quid aſpiceret, reſpondiſſe,* tempeſtatem *ab Hoſtia atrocem: ſive caeperat ea ſpecies; ſeu forte lapſa vox in praeſagium vertit.* Curt. lib. X. cap. 34. figura ſuaviſſima, *quantam*, inquit de Veſpaſiano, tempeſtatem *ſubita ſerenitate diſcuſſit*. Patercul. II. cap. 72. F. *Exitialem* tempeſtatem *fugientibus ſtatio pro portu fuit*. Gebh. Nihil Latinis familiarius. Vide Livium lib. 2. cap. 55. & 56. lib. 3. cap. 38. lib. 4. cap. 44. Manut. ad Ciceron. lib. 5 ad Fam. Ep. 13. cl. Duker. ad Florum lib. 2. cap. 6. n. & 9. & Cl. Burm. ad Phaedr. L. 3. f. 10. vſ. 42. ſic Graecis χειμὼν pro calamitate & χειμάζεσθαι pro calamitate affligi. Vide Ill. Spanhem. ad Ariſtophan. Ran. vſ. 364. unde & χειμέριος pro calamitoſo, ut docent Scholia Sophoclis Philoct. vſ. 1191. vel, ut in aliis edd. vſ. 1209. & ut *belli tempeſtas* Latini, ſic χειμὼν δορὸς dixere Graeci. Vide Scholia Sophoclis in Antigone vſ. 681. & Pindari O. Iſthm. 7. vſ. 53. pro quo κλύδων δορὸς uſus Euripides Phoeniſſ. vſ. 866. & in Supplic. vſ. 474.

3 *Inde primum Elidem*] Thucydides 6. *trajecit in Peloponneſum*. Diodorus 13. *Cum ex Italia in Peloponneſum trajeciſſet, Spartam ſe contulit.* Atque ita fere *Plutarchus*. Lambinus. Leid. *Eludem*.

4 *Deinde*] Dan. *dein.*

5 *Poſtquam autem ſe cap. damn.*] Praeter *Thucydidem*, *Diodorum*, & *Plutarchum*, vide *Aelianum l. c.* & *Juſtinum* 5, 1, 3. & 4. Boſius.

6 *Capitis damnatum, bonis publicatis*] Nam capital erat, myſteria evulgare; & ſacrilegii rei, capite damnabantur, bonaque eorum publicabantur. vid. *Petitus ad LL. Attic.* 1, 1. p. 33. & 8, 4. p. 562. Alcibiadem autem *myſteria enuntiaſſe* creditum, e *Juſtino*; *ſacrilegii damnatum*, e noſtro inf. c. 6, 4. apparet. *Boſius*.

7 *Eumolpidas*] Sic recte *Aldus*, & qui eum ſecuti ſunt; nam Eumolpidas devovere ſolitos, docent quae *Lambinus* e *Thucydide* 8. &

Suid

nis quo [1] teſtatior eſſet memoria, exemplum [2] in pila lapidea inciſum, eſſe poſitum in publico, [3] Lacedaemonem demigravit. Ibi, ut ipſe [4] praedicare conſueverat, [5] non adverſus patriam, ſed inimicos ſuos bellum 6
geſſit, [6] quod iidem hoſtes eſſent civitati. [7] Nam quum in-

Suida in Εὐμολπίδαι, adduxit. quanquam ſcripti plerique *Olympidas*, quidam, *Longolio* teſte, *Mopades* legunt. Sed quod idem *Aldus*, & qui eum ſecuti ſunt, expuncta voce *ſacerdotes* quae in Mſſ. habetur, *&* *Cerycas* repoſuerunt, id merito rejicit *Magius*. Etſi paſſim *Eumolpidas* *&* *Cerycas* Graeci, & hac ipſa in re *Plutarchus*, jungunt. quod fecit, credo, ut *Aldus* contra librorum fidem heic quoque reponeret. id, quod etiam infra *cap.* 6, 5. fecit, ubi eadem, quae hoc in loco, librorum ſcriptura, eademque ratione emendanda eſt. *Boſ.* Vide de Eumolpidis Torrent. ad Sueton. in Nerone c. 12. Schol. Sophocl. Oed. Col. 1046. & Hudſon. in Variis Lection. ad Thucyd. L. 8. cap. 53. Leid. *Olympiadas* Voſſ. A. & B. *Olympidas* male. De hoc loco conſule etiam Notas ad Juſtinum L. 5. cap. 1. n. 3.

1 *Teſtatior*] Leid. *teſtatio*. Mataire *eſſe* pro *eſſet* edidit.

2 *In pila lapidea inciſum.*] Infra (*c.* 6, 5.) non unam, ſed plures fuiſſe pilas demonſtrat, in quibus exſecratio eſſet inciſa. *Magius.* Videntur non ſolum damnationes capitales & proſcriptiones, (notum eſt Diagorae Melii caput in aenea columna fuiſſe venale propoſitum. vide *Scholia in Ariſtophanis Aves*, *pag.* 592. F.) ſed etiam multae a Graecis irrogatae pilis eſſe inciſae. *Diodorus* 16: Ὁ δὲ Φιλόμηλος ἐπαρθεὶς τὴν νίκην (de Locris parta) τὰς τῶν Ἀμφικτυόνων ἀποφάσεις ἐκ τῶν στηλῶν ἐξέκοψε, καὶ τὰ περὶ τῆς καταδίκων γράμματα. *Gebhardus.*

3 *Lacedaem. demigr.*] Sic *Plutarchus in Alcibiade*, & *Diodorus Sic. lib.* 13. Hoc item *Polyaenus* refert pluribus verbis *lib.* 1. *Strateg.* Lambinus. Add. *Juſtin.* 5, 1. Cauſſam migrationis exponit *Maluezzius. p.* 183. *ſeqq.* Boſius.

4 *Praedicare ſolebat*] Exſtat popularis concio de hac re apud *Thucydidem* 6. Longolius.

5 *Non adverſ. patriam*] Imo Lacedaemonios impulit, Athenienſibus adverſo praelio turbatis, ultro bellum inferre (*Juſtin.* 5, 1, 4) qui non magis Athenis ipſis quam civibus earum parcebant. Sic injuriam ſibi, uti putabat, illatam alienis armis ſuoque ductu vindicatum ivit; obtentu belli non patriae, ſed inimicis faciendi, quaſi per eorum latus etiam patria non peteretur aut turbaretur. *Loccenius. Suos* poſt *inimicos* in Leid. non reperitur.

6 *Quod iidem*) Dan. *quod eidem*. Boſius. ſic & Leid.

7 *Nam quum intelligerent*] *Longolius* contextum emendari volens, depravavit: ſic enim legit, *Nam cum illi intelligerent*, *ſe plur. obeſſe reip. quod ex ea illum ejeciſſent*, *videbat eos plus i. ſ. q. n. c p.* quae emendatio nullorum codicum vetuſtorum fide adſeri poteſt. *Magius.*

intelligerent, ſe plurimum [1] prodeſſe poſſe reipublicae, ex ea ejeciſſe, pluſque irae ſuae, quam utilitati com-
7 muni paruiſſe. [2] Itaque hujus conſilio Lacedaemonii cum Perſarum rege amicitiam fecerunt: deinde [3] Deceliam [4] in Attica munierunt, praeſidioque [5] perpetuo ibi poſito [6] in obſidione Athenas tenuerunt. Ejuſdem [7] opera [8] Ioniam a ſocietate averterunt Athenienſium. quo facto multo ſuperiores bello eſſe coeperunt.

CAP. V.

Neque vero [9] his rebus tam amici Alcibiadi ſunt facti, quam timore ab eo alienati. [10] Nam quum acer-

1 *Prodeſſe poſſe*] Sic Mſſ. Dan. & Boecl. Ab aliis τὸ *poſſe* aberat. *Boſ.* Leid. etiam profert *poſſe*. Pro *ejeciſſe* Leid. *jeciſſe*.

2 *Itaque hujus conſilio*] Vide egregiam rationem Alcibiadis. Primo firmat Lacedaemoniorum res amicitia Perſarum, ut pares eſſent: deinde infringit Athenienſium res non ſtatim vi, ſed conſilio ante: primo Decelia munita, deinde Ionia abducta *Buchnerus*. vid. *Plutarch. Alcib.* & *in apophthegm. reg. Thucyd.* 7. *Iſocrates orat. de Pace* & *de Bigis*, *Scholiaſtes Ariſtophanis ad Ranas* 5, 4. v. 1469. *Aelian.* 13. 38. *Polyaen.* 1. *&c.* Boſius. pro *Perſarum* Leid. *Perſe*; ſic & Voſſ. A.

3 *Deceliam in Att. munierunt*] Nam eo pacto Athenienſibus reditus, cum e regione, tum ex argenti fodinis intercipiebant. *Polyaen. l.* 1. *Gebh.* Vide de *Decelia*, non ut Hoogſtratanus ad h. l. Aſiae minoris regione, ſed Atticae oppido cl. Perizon. ad Aelian. L. 13. V. H. c. 38. L. 6. *Munire* eſt Graecis ἐπιτειχίζειν v. Duk. ad Thucyd. L. 1. c. 122. L. 69. Leid. *Deinde Celeam* Voſſ. A. *dein Deceleam* B. *deinde Deceleam*; idque cl. Perizonius ad L. L. praeferre videtur: tamen *Deceliam* legendum docet cl. Oudendorp. ad Frontinum L. 1. cap. 3. n. 16. ſed perinde eſt. Conſule cl. Munckerum ad Hyginum fab. 243. ubi de *Amiclia* & *Anticlea* agit.

4 *In Attica*] Leid. in *Affrica*.

5 *Perpetuo ibi*] Dan. invertebat; *ibi perp.* Boſius.

6 *In obſid. Ath. ten.*] *Scholia Ariſtoph. loco citato* ἡ δὲ Δεκέλεια χωρίον ἐν Ἀττικῇ, ἧς τειχισθείσης μέγας ὁ κίνδυνος Ἀθηναίοις μὴ δυναμένοις ἐξελθεῖν. Aberat autem Athenis maxime ſtadia cxx. Teſtis *Thucydides lib.* 7. cap. 19. Boſius.

7 *Opera*] Hic notat *labore* & *auxilio*; vide cl. Scheff. ad Phaedr. Lib. 1. fab. 11.

8 *Ioniam averterunt*] Et inſulanos obſidione preſſis haud in fide manſuros. *Polyaenus*. Cicero pro ſextio. *Qui mentem optimi viri fictis terroribus a defenſione meae ſalutis* averterant. Gebhardus.

9 *His rebus*] Voſſ. B. *His verbis rebus*.

10 *Nam cum*] Alias odii & timoris cauſſas vide apud *Plutarch. Alcib.* & *Thucydid.* 8. Adde *Juſtin.* 5, 2.

acerrimi viri praeſtantem prudentiam in omnibus re-
bus cognoſcerent, pertimuerunt, ne caritate patriae
ductus aliquando [1] ab ipſis deſciſceret, & cum ſuis
in gratiam rediret. Itaque [2] tempus ejus [3] interficiun-
di quaerere inſtituerunt. Id Alcibiadi diutius celari 2
non potuit. [4] Erat enim ea ſagacitate, ut decipi non
poſſet, praeſertim quum animum attendiſſet ad caven-
dum. Itaque ad [5] Tiſſaphernem praefectum regis
Darii ſe contulit. [6] Cujus quum in intimam amicitiam 3
perveniſſet, & Athenienſium, [7] male geſtis in Sicilia
rebus, [8] opes ſeneſcere, [9] contra Lacedaemoniorum
creſcere videret: initio cum [10] Piſandro praetore, qui
apud

5, 2, 4, & 5. *Boſius.*

1 *Ab ipſis*] Mſ. Boecl. *ab his* Boſius.

2 *Tempus*] Occaſionem & opportunitatem. Annibal. tempore *dato adiit ad regem.* Intra hac ipſa vita: tempus *rei gerendae non dimiſit.* Gebh. Vide Cort. ad Salluſt. Catil. 20, 15.

3 *Interficiundi*] Sic Mſ. Dn. *ἀρχαϊκῶς. Boſius.* Leid. *interfaciendi.*

4 *Erat enim ea ſagac.*] Aliter *Juſtinus*, qui per uxorem Agidis, quam adulterio cognoverat, id eum reſciviſſe ait. *Boſius.*

5 *Tiſſaphernem*] Leid. *Thiſſaphernem.* Voſſ. A. *Thyſaphernem.* B. *Tiſaphernem.* Cod. P. Dan. *Thyſaphernem.* Codicis Voſſiani B. ſcriptura praeferenda eſt. Ita per unam litteram S in Mſſ. legitur apud Juſtinum L. 5. cap. 1. n. 7. teſte A. Gronovio. vel ſi per duplex S mavis, per me licet, Thucydides enim Lib. 8. Cap. 5. & alibi hunc vocat *Τισσαφέρνην.* Adde cl. Oudendorp. ad Frontin. L. 1. cap. 8. Strateg. n. 42.

6 *Cujus cum in int. amic.*] Morum ſimilitudo ſc. eos conjunxit. Itaque (ut narrat *Plutarchus*) ſtatim Alcibiades apud eum fuit primus & maximus. Nam cum Tiſſaphernes eſſet minime ſimplex, ſed malitioſus & rerum improbarum amori deditus, mores Alcibiadis verſatiles & varios, & inaequabiles, & ſingularem ingenii ſolertiam admirabatur, *Lambinus.* Alias intimae hujus amicitiae cauſſas adfert. *Juſtinus* 5, 2, 5. *&* *ſeqq.* Adde Malvezz. *pag.* 207. *ſeqq* Boſius. Leid. *cujus quum intimam am. p.*

7 *Male geſtis*] V. *Thucyd.* 7. *&* 8. *Diodor. Sic.* 13. *Boſ.*

8 *Opes ſeneſcere*] Minui ac debilitari, Diodor. dixit τὰ τῶν Ἀθηναίων πράγματα πιπτόντα dixit. Cicero dixit *laudem ſeneſcentem*, quae decreſcat vel exoleſcat de Oratore. *Laudem alicujus jam prope* ſeneſcentem *ab oblivione hominum revocare.* Liv. lib. 35. *Ut cunctando* ſeneſcerent *conſilia.* Vide Noſtra ad Tacitum. *Gebh.* Adde cl. Duk. ad Flor. prooem. lib. 1. n. 8.

9 *Contra Lacedaemoniorum*] Leid. *contra Lacedaemonium.*

10 *Piſandro*] Leid. *Pidico.* Voſſ. A. *Pyſandro.*

apud Samum exercitum habebat, per internuntios
colloquitur, & de reditu ſuo facit mentionem. [1] Erat
enim eodem, quo Alcibiades, ſenſu, populi poten-
4 tiae non amicus, & optimatum fautor. [2] Ab hoc
deſtitutus, primum per Thraſybulum [3] Lycei filium
ab exercitu recipitur, praetorque fit apud Samum:
poſt ſuffragante Theramene [4] populiſcito reſtituitur,
[5] parique abſens imperio praeficitur, ſimul cum Thra-
5 ſybulo & Theramene. [6] Horum in imperio [7] tanta com-
mutatio rerum facta eſt, ut Lacedaemonii, qui paul-
lo ante victores viguerant, [8] perterriti [9] pacem pete-
rent. [10] Victi enim erant quinque praeliis terreſtribus,
tribus navalibus: in quibus ducentas naves triremes
ami-

1 *Erat enim eodem, quo Alcibiades*] Voſſ. B. *Erat enim eodem Alcibiades.*

2 *Ab hoc deſtitutus*] Schottus germanam codicis ſui lectionem pronunciat, *adhoc deſtitutus.* Id eſt, praeterea ab amicis deſertus. Non ſemel vocula hac in eum ſignificatum utitur Tacit. lib. 1. Annal. cap. 6. *Multi* adhoc *numeri e Germania ac Britannia & Illyria.* lib. 12 Annal. cap. 20. *ſuſcipi bellum avio itinere, importuoſo mari:* adhoc *reges feroces, vagos populos, ſolum frugum egens.* Gebhardus. Immo a Piſandro adjutum auctor eſt *Thucydides* 8. Itaque *Schottus* e ſuo codice malebat, *Adhoc deſtitutus*, & exponebat, *Praeterea ad amicis deſertus.* quod ineptum eſſe, cuilibet contextum recte inſpicienti manifeſtum eſt. *Boſius.*

3 *Lycei*] Sic Dan. Gif. Sch. codices. Alii: *Lyci.* Boſius. Leid. *Licet filium.* Voſſ. A. B. *Lycei filium.* Pro *Thraſybulum.* Voſſ. A. *Traſybulum.* & paullo ante pro *Optimatum.* Voſſ. A. *optimatium.* Pro *fautor.* Voſſ. B. *fauctor.*

4 *Populiſcito*] Repoſui & heic vocem immerito ejectam, auctoritate codicum Gif. Dan. Leid. & Editionis Ultrajectinae adductus. nam in aliis omnibus erat *plebiſcito.* vide ſupra *ad* 3, 1, 5. Boſius. Leid. *plebeſcito.* nec non Voſſ. A.

5 *Parique abſ. imp. praeſ.*] Membr. Schotti: *parique abiens imp. reficitur.* Boſius.

6 *Horum imperio*] Mſ. Boecl. *Horum in imp.* Boſius. *Horum in imperio* etiam Voſſ. A. B. Vide Cort. ad Ciceron. 1 ad Fam. Ep. 4. n. 6.

7 *Tanta rerum commutatio facta*] Quid & quantum profuerit Atheniensibus Alcibiadis reditus, multis verbis proſequitur *Iſocrates in Orat.* περὶ ζεύγους. *Lambinus.* Diodorus lib. 14. Caeſar. lib. 3. Civil. cap. 68. (*fortuna*) *magnas rerum* commutationes *effecit.* L. 6. Comm. 12. *Adventu Caeſaris facta* commutatione *rerum.* Μεταβαλόντων τῶν πραγμάτων. Attius Bruto.

Nam id, quod de ſole oſtentum eſt tibi
Populo

amiſerant, quae captae in hoſtium venerant poteſtatem. Alcibiades ſimul cum collegis receperat Io- 6
niam, Helleſpontum, multas praeterea urbes Graecas, quae [1] in ora ſitae ſunt Aſiae: [2] quarum expugnarant complures; [3] in his Byzantium. neque minus multas conſilio ad amicitiam adjunxerant, [4] quod in captos clementia fuerant uſi. [5] Inde praeda onuſti, 7
locupletato exercitu, maximis rebus geſtis Athenas venerunt.

CAP. VI.

[6] His quum obviam univerſa civitas in [7] Pyraeeum 1
deſcendiſſet, tanta fuit omnium expectatio viſendi

Populo commutationem *rerum portendit fore.*
Infra Dione: *has tam proſperas ſecuta eſt ſubita* commutatio. Cicero O *miſeram & in brevi tam celeremReip.* commutationem. *Gebhardus.*

8 *Perterriti.*] Voſſ. A. *praeterriti.*

9 *Pacem peterent*] Poſt pugnam ſc. navalem ad Cyzicum pugnatam, in qua Mindarus Laced. Imperator pugnans ab Alcibiade interfectus eſt, ut tradunt *Xenophon* 1. *de reb. Gr.* & *Plutarchus in Alcib.* Lambin. Add. *Polyaen* 1. Boſius.

10 *Victi enim erant*] Lege *Diodor. l. c.* Lambinus.

1 *In ora ſitae ſunt Aſiae*] Pro *ora*, Cod. P. Dan. *hora.* Pro *ſitae*, Voſſ. B. *ſita.*

2 *Quarum expugnarant complures*] Sic & Mſ. Dan. ac Sch. praeferebatque etiam *Lambinus.* Alii; *quamplures. Pet. Daniel* putabat leg. *quas exp. complures:* ſed invitis libris. *Boſius.* Conſule Lector, cl. Oudendorp. ad Frontin. lib. 2. Strateg. cap. 12. n. 15. *Quamplures* Leid. & Voſſ. B. Pro *expugnaverant.* Leid. *expugnarant.* item Voſſ. A. & Cod. P. Dan. *Multos* pro *multas* editum eſt in. Ed. Oxon. & Londin. nullo Cod. Mſ. approbante.

3 *In his Byzantium*] Vide auctores modo laudatos. *Boſ* Pro *Byzantium.* Leid. *Bacantium.* Voſſ. B. *Biſantium.*

4 *Quod in captos clementia fu. uſi*] Quomodo conſilio Alcibiades multas urbes ſibi adjunxerit, vid. *Front. Strateg.* 2, 5, 44. & 3, 2, 6. & 3, 9, 6. Qua clementia erga Athenienſes & Byzantios ſit uſus, *Diodorus Siculus* 13. tradit. *Loccenius.*

5 *Inde*] Quaedam edd. *Ita.* Boſius. *Onuſti* proprie. Vide Servium ad Virgil. 1. Aen. vſ. 293. Tennul. & Oudend. ad Frontin. lib. 1. cap. 4. Strateg. n. 6. Voſſ. B. *honuſti.* Pro *locupletato*, Voſſ. A. *locupleto.*

6 *His quum obviam*] Lege quae de magnifico & glorioſo Alcibiadis reditu *Xenophon* 1 *rer. Graec. Juſtinus* 5, 4, 9. *ſeqq.* & *Plutarchus in vita*, ſcripta reliquerunt. *Magius.*

7 *Pyraeeum.* Leid. *Pyreum.* Voſſ. B. *Piraeum.*

ſendi Alcibiadis, ut ad ejus triremem vulgu
2 flueret, [1] perinde ac ſi ſolus adveniſſet. [2] S
populo erat perſuaſum, & adverſas ſuperiores,
ſentes ſecundas res accidiſſe ejus opera. Ita
Siciliae [3] amiſſum, & Lacedaemoniorum v
culpae ſuae tribuebant, quod talem virum e
expuliſſent. [4] Neque id ſine cauſſa arbitrari v

1 *Perinde*] Mſc. Dan. *proinde*; ut 6, 2, 2. & infra v. 4. *Boſius. Proinde* etiam Leid. Vide cl. Burmann. ad Quinctilian. l. 5. Inſtit. Orat. c. 9.

2 *Sic enim populo*] Praetor ſcriptores modo laudatos, v. *Iſocrates Orat. ad Philipp.* Boſius.

3 *Amiſſum*] Sic *Aldus* edidit, firmantque Mſſ. meliores, in his Dan. & Gif. vid. *Gif. Ind. Lucr. v. Refutatus.* Dictum vero, ut *emiſſus* apud *Lucretium*, 4, 205. & ſimilia alia, collecta eidem *Giſanio* in *conjunctus*, & eruditiſſ. *Gronovio Obſerv.* 3, 21. *Magius* tamen & Schedae Schotti; *admiſſum*; quod poſſis exponere, peccatum, erratum. nam *admittere*, interdum eſt committere, perpetrare. Sed altera lectio haud dubie melior. *Boſius.* Weſterhovius ad Terent. Eun. 1, 2, 81. legit. *Siciliam amiſſam*, ſed non producit Codicis cujuſdam auctoritatem: & quae ibi vir iſte diſputat de voce *talis*, occupaverant jam dudum cl. Schopp. & Burm. ad Phaedr. lib. 3. fab. 9 vſ. 10. Leid. *Siciliae amiſſum.* Voſſ. A. *Siciliae amiſſum imperium.* B. Pro *talem virum e civitate expuliſſent.* Voſſ. A. *talem virum ex civitate expuliſſent.* Conſule Celeb. Broukhuſium. ad Propertium lib. 1. El 3. vſ. 36.

4 *Neque id ſine cauſſa*] Leid. *ſine cauſa.*

5 *Potuerant*] Alii, *potuerunt.* Boſius.

6 *Hic ut navi*] Leid.
Mox Dan. *unum illum.*
navi tamen Leid. meus, ſc
Dan. *unum illum*, ita & V

7 *Proſequebantur*] Quid
teſte *Lambino*, *perſequebant*
Leid. *perſequebantur.* cui o

8 *Olympiae victoribus*]
tendo Cl. *Schotto*, *Olymp*
tibus ſupponenti. Quia ſ
eſt *Ennius*, non continuo
placet *Cornelio* noſtro. Qu
Magius, *Et id quod illi nu*
tea uſu venerat, *niſi Olym*
ri, corrigit, recte idem a
ſed mallem additas ratione
vero non negat, honoratos f
res Duces coronis: ſed n
ter Alcibiadem in ingreſſu
miſcue a vulgo ingeſtas.
Magius ex *Plutarcho* objic
praeconem, *qui de Theſei a*
ſalute nuncium obtulerat,
ronisque fuiſſe exceptum, nih
nelium noſtrum; quippe d
Praeco & Praetor, ſive In
deinde quid ſaeculo fabul
hiſtoria? *Gebhardus.*

8 *Niſi Olympiae victoribu*
nemo (*ni fallor*) *coronas Oly*
reas aeneasve fuiſſe litteris p
reliquis quoque ſacris Grae
bus nullus dicit, *victoribus*
eſſe coronas. Nam (*ut a*
ſcriptum invenio) *qui Olym*

tur. Nam poſtquam exercitui praeeſſe coeperat, ne-
que terra, neque mari hoſtes pares eſſe [5] potuerant.
[6] Hic ut navi egreſſus eſt, quamquam Theramenes 3
& Thraſybulus eisdem rebus praefuerant, ſimulque
venerant in Piraeeum, tamen illum unum omnes
[7] proſequebantur, & id quod nunquam antea uſu ve-
nerat, [8] niſi Olympiae victoribus, [1] coronis aureis
[2] aeneisque vulgo donabatur. Ille [3] lacrimans talem
bene-

minibus viciſſet, coronam ex olea, ut aliis placet, ex oleaſtro reportabat: qui Pythiis, lauream coronam cum malis: qui Iſthmiis, ex pinu confectam: qui vero Nemaeis, apio coronabatur. Ita *Magius ad h. l.* (quem & *Lambinus* ſequitur.) Quare ita exiſtimat, *Noſtrum non innuere, conſuetudinem in Graecia fuiſſe, ut Olympiae victores aureis aeneisque coronis donarentur; ſed genera duntaxat coronarum in Alcibiade expreſſiſſe, in Olympionicis vero non item: ad hos enim genus, ad Alcibiadem ſpecies intendere.* Olympionicas tamen denique non oleaginis modo coronis ut antiquitus, ſed aliquando aureis quoque donatos fuiſſe, etiam e *Pindaro Olympior. od.* 8. *ſtroph.* 1. *Thucydide lib.* 4. *ſub fin.* & *Tertulliano de anima cap.* 29. pridem docuerunt viri docti, in his *Muretus Var. lection.* 15, 7. & *Pet. Faber Agoniſtici* 2, 22. Quamquam apud *Pindarum* ἀέθλους χρυσοστεφάνους, quorum *mater* Olympia dicitur, καλλιστεφάνους interpretantur non modo recentiores Interpretes, ſed etiam *Scholia Graeca* vetera, ipſamque oleam victoribus datam καλλιστέφανον cognominari volunt. quod prolixe refellit *Faber*. Boſius.

1 *Coronis aureis*] Duces ob res praeclare geſtas, aliosque magnos viros ob merita inſigniora, coronis aureis adfectos fuiſſe, vulgatiſſimum eſt. *Diodorus* lib. 13. de Dionyſio ſuperiore, cum Italiotas praeter ſpem dimiſiſſet incolumes, & ſine lytro: Ἐπὶ δὲ τούτοις, exſequitur, ἐπαίνου τυχὼν ὑπὸ τῶν εὐπαθόντων χρυσοῖς στεφάνοις ἐτιμήθη, καὶ σχεδὸν τοῦτ᾽ ἔδοξε πρᾶξαι ἐν τῷ ζῆν κάλλιστον. Curtius. 4, 5, 11. *Iisdem fere diebus ſolemne erat ludicrum Iſthmiorum, quod conventu totius Graeciae celebratur. In eo concilio decernunt, ut duodecim legarentur ad regem, qui ob res pro ſalute Graeciae ac libertate geſtas coronam auream donum victoriae ferrent.* Vide *Ariſtophanem Avibus* pag. 600. G. Nec viri ſolum ſed & feminae iisdem donis ornatae. *Diodorus* lib. 11. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τῆς σωτηρίας παραδόξως τετυχηκότες ταῦτά τε δώσειν προσεδέξαντο, καὶ στέφανον χρυσοῦν τῇ γυναικὶ τοῦ Γέλωνος Δαμαρέτῃ προσωμολόγησαν. *Gebhardus.* Plura *Freinshemius ad Curtii* 4, 5, 11. De Romanis exempla habes apud *Plinium Natur. hiſtor.* 33, 3. *extremo*, & *ejusd. lib. cap.* 4. Boſius. Vide, Quos laudat cl. Burmann. ad Petron. Satyric. cap. 60. pag. 303.

2 *Aeneisque*] *Muretus*, loco paullo ante laudato, cum haec Nepotis verba adduxiſſet, *Cur*, inquit, *aeneas quoque coronis addat, non immerito quaeri poteſt. Nam ut Glauci Homerici vecordia videtur, permutan-*

benevolentiam civium ſuorum accipiebat, [4]
4 ſcens priſtini temporis acerbitatem. Poſtqu
ſtu venit, [6] concione advocata ſic verba fecit
mo tam ferus fuerit, quin ejus [7] caſum lacr

tis χρύσεα χαλκείων; *ita ridicula videri poteſt haec* χρυσείων καὶ χαλκείων, *permiſtio. Ego vero non dubito, quin verba corrupta ſint, ita ut legendum ſit* taeniiſque. *Solebant enim fere taeniae cum coronis conjungi. Empedocles:*

Ταινίαισι περίστεπτος στέφεσί τε θαλείοις.

Idque manifeſto confirmat, quod apud Thucydidem (lib. 4. non longe ab extremo) de Braſilla legitur: quem Scionaei, re praeclare geſta, ut Olympionicen excepiſſe, & ut Graeciae liberatorem corona aurea & taeniis revinxiſſe dicuntur. Athletham *enim cum dicit, Olympionicen intelligit.* Haec *Muretus,* quem, ſed ſuppreſſo illius nomine, ſequitur nuperus ſcriptor *Agoniſticae ſacrae, Jacobus Lydius, cap.* 45. *pag.* 175. *Gebhardus* tamen ineptum cenſebat, cogitare, Hiſtoricum brevitatis diligentem, prolixum eſſe voluiſſe commemorandis coronarum acceſſoriis, quae adeſſe, illis temporibus nemo ignoraret. Quare tuebatur vulg. lectionem, & explicabat, Alcibiadem a populo duplici coronarum genere, pro facultatibus cujuslibet, eſſe donatum: a divitibus, *aureis*; a pauperibus, *aeneis*. Ampliſſ. *Boeclerus* aliquando legendum arbitrabatur *coronis aureis aeneisque ſtatuis*, ductus ſimilitudine loci 16, 5, 5. ubi Pelopidam interfectum *coronis aureis & ſtatuis aeneis donaverunt.* Quam emendationem idcirco rejicit nuperus *Corneliani Indicis interpolator*, quod *Nepos* vocem *ſtatuis* praemiſſurus potius fuerit;

quo modo in duobus al
16, 5. 23, 9, 3. hoc modo
aeneis: praeſertim cum
ſubſtantivum jam praemi
ctivo, ſcripſeritque *coron*
non *aureis coronis*. At qu
plerosque ſcriptores veter
deo accurate ſemper verb
re? Quod autem ipſe ma
neis abſolute poſitum,
dumque ſubſtantivum *ſtat*
illo *Varronis* apud *Nonium*
metrius aeneas tot aptu'ſt (
re debebat) *Quot luces h*
abſolutus: id quam ineptu
mo non videt. quis enim
tam obſcure & ambigue
ruiſſe Noſtrum? nemo e
lecturus erat, quin τὸ *ae*
coronas referret. Mihi,
lior nulla ſuppeditat, expe
hardi placet. praeſertim c
coronis veteres uſos fuiſſe,
pareat e *Plinio Nat. hiſt.* 21
8. quamquam *idem* inter
uſitatas *lib.* 22. 3. non me
ſius. qui Lydii plagium
Ernſtio debet.

3 *Lacrimans*] Ut multi
bus inſperata aut ſubita fe
tigit. De cujusmodi lacr
rumque cauſſis & exempli
viri docti. in his *Ritter.*
Guntheri Ligurinum 8. 2.
gius & *Weitzius ad Terent*
3, 4, 46. hic etiam *ad Hec*
2, 3, 65. *Caſaubonus ad Sue*
58. & prolixe *Tob. Magiru*
mnemone, tit. *Gaudium*, a m

Digitized by Google

inimicumque [1] his ſe oſtenderit, quorum opera Patria pulſus fuerat, proinde [2] ac ſi alius populus, non ille ipſe, qui tum flebat, eum [3] ſacrilegii damnaſſet. Reſtituta ergo huic ſunt publice bona: iidemque illi

[1] Eu-

37. *uſque*, & tit. *Lacrimae*, *num.* 5. Ex gaudio ortas pleriqne volunt. Sed recte obſervavit magnus *Voſſius Theolog. gentil.* 3, 47. in multis hujuſmodi exemplis fletum obtingere potius ex recordatione prioris fortunae aut miſeriae, quam gaudio ex praeſenti felicitate. Quomodo & Noſter recordationi *priſtini temporis acerbitatis* lacrimas Alcibiadis imputat. *Boſ. Lacrimans* etiam. Voſſ. A. Cod. P. Dan. *lacrumans*. ſic mox *Lacrimarit* Voſſ. A. & B. Pro *benevolentiam*. Leid. & Voſſ. A. B. *benivolentiam*.

4 *Reminiſcens*] In Phocione, *Cum alii* reminiſcentes *veteris famae*, *aetatis miſerarentur*. Gebhardus. Cod. Dan. *reminiſci*. An igitur expungendum *τὸ accipiens*, & verbum *lacrimans* active, ut commate ſequenti, accipiendum? *Boſius*.

5 *Aſtu venit*] Cod. P. Dan. Leid. & Voſſ. A. *aſtum venit* Voſſ. B. *aſtu cepit*, *venit e concione advocata*. & mox pro *verba fecit*, *verba facit*. *Advocata* vero *concione* propria eſt locutio. Virgil. lib. 5. Aen. 44.

—— *Socios in coetum littore ab omni*
Advocat Aeneas.

Ad quem locum Servius dicit. Advocat Aeneas, *advocata enim concio proprie dicitur*. Front. lib. 1. Strateg. cap. 8. Ex. 5. *Concione* advocata *aptari juſſit milites ad pugnam*. Conſule cl. Burmannum ad Phaedrum l. 1. fab. 14 vſ. 13.

6 *Concione*] In qua pro ſe dicens, oſtendit, ſe nihil impie feciſſe, & contra jura omnia e civitate exterminatum eſſe. *Xenophon lib.* 1. *de reb. Graec* Lambinus.

7 *Caſum*] Sic meliores edunt. Ultraject. *cauſam*; alii *cauſa*. Schottus.

1 *His ſe oſtendit*] Voſſ. A. *iis ſe oſt.* pro *patria pulſus*. Voſſ. B. *patria epulſus*. forſan *expulſus*.

2 *Ac ſi alius populus*] Similiter *Tacitus* 1. *Hiſt.* 45, 1. ubi de Othone ad imperium evecto: *Alium crederes ſenatum*, *alium populum*, &c. Et 2. Hiſt. 90, 1. de Vitellio: *tanquam apud alterius civitatis ſenatum populumque magnificam orationem de ſemet ipſo promſit*. Gebhardus. Apud eundem primores civitatis 2. Hiſt. 64. 3. *Populi mobilem animum*; *& ſi ſe ducem praebuiſſet*, *eaſdem illas adulationes pro Veſpaſiano fore*. Simile inconſtantiae popularis exemplum in Cicerone habes: olim expulſo, & poſt humeris totius Italiae reportato. Praeſens pluribus illuſtrat *Malvezzus pag.* 222. *ſeqq.* Boſius.

3 *Sacrilegii*] Sacrorum violatorum ſeu profanatorum. nam *Sacrilegus* non tantum qui ſacras res rapit & compilat; ſed quacunque ratione violat, latine dicitur. Tibull. lib. 3. El. 5.

Nec nos ſacrilegos *templis admovimus ignes.*

Quem locum tali correctione deformarat Scaliger.

Nec nos Sacrilegi *templis admovimus ergo.*

N 5 Flo-

[1] Eumolpidae Sacerdotes [2] rurſus reſacrare ſunt coacti, qui eum devoverant: [3] pilaeque illae, in quibus devotio fuerat ſcripta, in mare praecipitatae.

CAP. VII.

1 Haec Alcibiadi laetitia [4] non nimis fuit diuturna. Nam quum ei [5] omnes eſſent honores decreti, totaque reſpublica domi bellique tradita, ut unius arbitrio gereretur; & ipſe poſtulaſſet, [6] ut duo ſibi colle-

Florus lib. 11. cap. 17. *non ſine quodam* Sacrilegii *metu & horrore*. Gebhardus. V. Ind. *Boſius*

1 *Eumolpidae*] Mſſ. *Olympidae*. ſed vide ad c. 4, 5. dicta. *Boſius*. Leid. & Voſſ. A. B. *Olympidae*. Pro *iidemque* Leid. & Voſſ. B. *eidemque*. paullo ante *ergo* abeſt a Leid.

2 *Rurſus reſacrare*] *Rurſus* deeſt in Mſ. Cod. De verbo *reſacrare* vide Petri Pithaei lib. 1. Adverſar. ſubſecivor. c. 10. & Heraldi animadv. ad Arnobii lib. 1. pag. 33. *Ernſtius* *Lambinus* mallet *reſecrare*. v. Ind. Mſ. Ernſtii vox *rurſus* aberat. Sed vide denuo indicem, voce *Rurſus*. Boſius. Leid. & Voſſ. A. B. & Cod. P. Dan. *reſacrare*; *Rurſus* omnibus meis Mſſ. adeſt, & adeſſe debet. Pleonasmus hic optimis ſcriptoribus familiaris ſatis notus eſt. Vide praeter alios Doctiſſ. Snakenburg. ad Curtium lib. 3. cap. 11. §. 14. Ut vero *reſacrare* pro *reſecrare* in Mſſ. ſic *interfaciendi* pro *interficiendi*. Leid. m. ſupra c. 5. n. 4. & *dejurare* in Mſſ. pro *dejerare* ſcribitur. Vide Gronovium ad A. Gellium. lib. 1. N. A. c. 3. *detractare* pro *detrectare*; & *diſpartiri* pro *diſpertiri* Cort. ad Salluſt. Jugurth. c. 53. in fine. Neque ſemper in compoſitis Veteres ſonum ſimplicis vocis mutaſſe, docet cl. J. Broukhuſius ad Propertium. Lib. 2. El. 24. vſ. 22.

3 *Pilaeque illae, in q. d f. ſ. in m. praecipitatae*] Mſc. *praecipitare*. Unde alia manus correxit, *pilaſque illas*. Boeclerus. Supra (cap. 4, 5.) unam pilam duntaxit commemoravit. *Diodotus* autem dicit, non pilas in mare praecipites actas, ſed *δίκας*, *ſententias & lites*. Lambinus. Voſſ. B. *Pilaſque illas, in quibus devotio fuerat ſcripta, in mare praecipitare.*

4 *Non nimis*] Vide Iſocratis Orat. ad Philippum. pag. 24. *Ernſtius*. Sic repoſui e Mſſ. Giſ. Schott. & Boecl. apparentque hujus lectionis veſtigia etiam in Excerptis Dan. quae habent *nimis*. Vulgo erat *minus*. Boſius. In aliis legitur *minus*, ſed *non nimis* Leid. & Voſſ. A. B.

5 *Omnes eſſent*] Sic Dan. Alii invertunt. *Boſius*. Sic & Leid. cui τὸ *ei* abeſt; & *eſſent* abeſt Voſſ. B. qui pro *Haec Alcibiadi*, exhibet *hoc Alcibiadi*.

6 *Ut duo ſibi collegae*] V. ſup. ad cap. 3, 1. *Boſius*.

7 *Thraſybulus & Adimantus*] Voſſ. A. *Traſibulus & Adamanthus*.

8 *Claſſe jam in Aſ*] Ita Mſ. Boecl. Aliis τὸ *jam* abeſt. *Boſius*. adeſt Voſſiano. B.

9 *Quod apud Cymen minus ex ſent. rem geſſ.*] A Cymaeis enim, cum eorum agros vaſtaſſet, mul-

ros-

collegae darentur, [7] Thraſybulus & Adimantus, ne-
que id negatum eſſet: [8] claſſe jam in Aſiam profe-
ctus, [9] quod apud Cymen minus ex ſententia rem
geſſerat, [1] in invidiam recidit. Nihil enim eum non 2
efficere poſſe ducebant. Ex quo fiebat, ut omnia [2] mi-
nus proſpere geſta [3] ejus culpae tribuerent, quum eum
aut [4] negligenter, aut malitioſe feciſſe loquerentur,
[5] ſicut tum accidit. Nam corruptum [6] a rege [7] capere
Cy-

toſque captivos abduxiſſet, coacti ſunt Athenienſes captivis relictis ad naves confugere, ut narrat *Diodorus* 13. Nil igitur attinet haec ad pugnam navalem, ab Antiocho gubernatore, abſente Alcibiade, cum Lyſandro haud procul Lesbo ad Notium commiſſam, referre, quod faciebat *Lambinus*. Quid enim illa ad Alcibiadem, qui interdixerat Antiocho, ne pugnaret? *Boſius*.

1 *In invidiam*] Diodorus ἡ δόξα ἐθραύετο. *Gebhardus*. Ita & *Xenophon*. *Plutarchus* ait, a Thraſybulo accuſatum, idque multis criminibus; *Diodorus*, partim a Cumaeis, quod urbem ſociorum oppugnaſſet, agrumque vaſtaſſet; partim a militibus quibuſdam, quod Lacedaemoniorum rebus ſtuderet, & amicitiam cum Pharnabazo coleret. *Boſius*. Praepoſitio *in* abeſt codici Leidenſi.

2 *Minus proſpere geſta ejus culpae tribuerent*] More *vulgi*, qui etiam *fortuita ad culpam trahere* ſolet, ut loquitur *Tacit. Annal.* 4, 64, 2. Loccenius. Plura de hoc vulgi more, ejuſque cauſis, *Malvezzus pag.* 228. *& ſeqq.* De Alcibiade adde *Plutarchum pag.* 211. Boſius.

3 *Ejus culpae*] Mſ. Boecl. *ejus* aberat. *Boſius*. *Ejus* abeſt Voſſ. B & Leid. pro *loquerentur*. Leid. *loqueretur*.

4 *Negligenter aut malitioſe*] Illud proprie culpae, hoc doli eſt. *Raevardus ad l.* 22. *de Reg. Jur.* haec auctoris verba minus accurate diſtinguit. Sed inſpici dignus *Ritterhuſius in iſtam legem Protheor cap.* 4. *pag.* 15. & *cap.* 5. *pag.* 28. Loccenius. v. *Juſtin.* 5, 5, 4. *ſeqq.* Boſius. Leid. *quum aut eum* ita & Voſſ. B.

5 *Sicut tum acc.*] Leid. *Sicut tamen accidit*. Voſſ. A. B. *Sicut tum accidit*.

6 *A rege*] Aut ab ejus Satrape Pharnabazo, cui arguebant ejus inimici eum eſſe amicum. *Diodorus l.c.* Lambinus.

7 *Capere Cymen noluiſſe*] Atqui federata urbs Cyme, ac proinde capi ne quidem debuit. Et accuſatum idcirco a Cymaeis Alcibiadem *Diodorus* ait. Quid igitur? An legendum *voluiſſe*? Atqui repugnant, quae praeceſſere. Neque Diodorus ait, *capere voluiſſe Cymen*, ſed agros eorum vaſtaſſe, ipſoſque ad pugnam provocaſſe. An de alia urbe cogitabimus? Ita volebat vir doctus. Sed quid prohibet, etiam federatam urbem tentatam Athenienſium arcano juſſu credere? Certe *Diodorus* non ait, idcirco dejectum imperio, quod Cymaeos aggreſſus fuiſſet, ſed tantum ob τὰ περὶ τὴν Κύμην ἡμαρτημένα, *ea quae circa Cymen peccaſſet*. Boſius.

3 Cymen noluiſſe, arguebant. Itaque huic [1] maxime putamus malo fuiſſe, [2] nimiam opinionem ingenii atque virtutis. Timebatur enim non minus, quam diligebatur: ne ſecunda fortuna, magniſque opibus elatus,

1 *Maxime putamus malo fuiſſe nim. opin.*] Sic *Lambinus* edidit. Dictumque, ut *eſſe calamitati, invidiae, gloriae, opprobrio, perniciei, praeſidio*; quarum locutionum exempla vide in Ind. v. *Eſſe. Cicero ad Att.* 14, 21, de Caeſare: *clementiam illi malo fuiſſe, qua ſi uſus non eſſet, nihil ei tale accidere potuiſſe.* Vulgati fere omnes: *imputamus malo cauſſam fuiſſe*, plane inepte & ſoloece, *Lambini* judicio. A codice tamen Danielis τὸ *cauſſam* aberat. Mſc. Boecl. *huic maximo malo, imputamus cauſſam fuiſſe nim. opin.* Locus haud dubie corruptus, cui vix medeare ſine meliorum codicum auxilio. *Boſius.* Leid. *imputamus.* Voſſ. A. *putamus.* B. *imputamus.* qui pro *maxime*, *maximo.* Agnoſcunt tamen *cauſſam.* Leid. meus, & Voſſ. A. B.

2 *Nimiam* opinionem *ingenii atque virtutis*] Ceterum *Nepos* non tam Alcibiadis ipſius, quam populi *opinionem* de ingenio ac virtute ejus deſignat. *Boſius.* Hanc vocem illuſtravit Tennulius ad Frontinum. L. 1. Strateg. c. 1. n. 58.

3 *Alium*] Imo alios, eosque decem; quorum nomina commemorant *Xenophon Hiſt. Graec.* 1. & *Diodorus* 13. Lambinus. Cononem ſuffectum ait *Juſtin.* 5, 5, 4. & 5, 6, 1 *Boſius.*

4 *Et ſe Pactyen c*] Longolii eſt emendatio *Et ſe Perinthum contulit*, qua Lambinus cum Savarone acquieſcunt. At non Abrahamus Ortelius, qui ex Ptolomaei Thraciae deſcriptione, & Plutarchi Alcibiade legit, *Et ſe Pactyam contulit ibique tria caſtella communivit, Bornos, Biſanthen & Macrontichos.* Gebhardus. Mira in libris varietas. Vulgati ante Longolium *Pataram* exhibent, quod merito ſuſpectum *Longolio. Patara* enim Lyciae civitas, ut e *Scylacis periplo*, *Strabone* 14, *Mela* 1, 15. *Plinio* 5, 17 *Ptolemaeo* 5, 3. *Euſtathio ad Dionyſium*, aliiſque cognoſcimus. At Alcibiadem *in Thraciam ſe contuliſſe*, ſequentia docent. Et *Patara* longius diſtabant Helleſponto, circa quem hucuſque egerat. Praeterea *Patara* plurali, non ſingulari numero dicta, Graece τὰ πάταρα. nullus ergo locus τῷ *Pataram* relinquitur. Idem *Longolius* ait, vet. codicem habuiſſe *Parinthum.* Itaque legendum putabat *Perinthum.* quod in textum recepere *Lambinus*, *Savaro*, & quicunque poſt eos Nepotem ediderunt. etſi jam *Magius* monuerat, ſe in nullo exemplari *Parinthum* aut *Perinthum* legiſſe. quod neque poſtea quiſquam, quod ſciam, reperit. neque juvat *Longolium*, quod *Byzia*, cujus mox Noſter meminit, haud longe Perintho abſit. nam & falſum hoc, cum Byzia haud procul Salmydeſſo ſinu ad Pontum Euxinum; Perinthus haud longe ab oſtio Propontidis ſita fuerit: & corruptam eſſe eam vocem mox patebit. Denique veteris editionis, in qua *Lambinus* ait fuiſſe *Peritam*, non major eſt auctoritas, quam aliarum, quae *Pa-*

taram

tus, tyrannidem concupiſceret. Quibus rebus factum
eſt, ut abſenti magiſtratum abrogarent, & [3] alium in e-
jus locum ſubſtituerent. Id ille ut audivit, domum re- 4
verti noluit, [4] & ſe Pactyen contulit, ibique [1] tria
caſtel-

taram habent. E manu exaratis Puteaneus habuit *patere pactis*; Savaronis *Petye*; Danielis optimus, *Pactyae*. Unde non dubitavi cum Ortelio reponere *Pactyen*. Fuit autem *Pactye*, Graecis πακτύη, urbs in Iſthmo Cherſoneſi Thracicae haud procul ore Propontidos ſita: cujus meminere *Periplus*, qui vulgo ſub nomine *Scylacis Caryandenſis* circumfertur *pag.* 27. *Scymnus Chius* in fragmento *Peripli*, ab *Hoeſchelio* primum ſub nomine *Marciani Heracleotae* edito, *prope finem*, *Excerpta Strabonis ſub fin. libri* 7. *Solinus cap.* 16. *Ptolemaeus* 3, 11. Corruptum ejus nomen apud *Plinium* N. H. 4. 11. *Illuſtrant duae urbes utrinque littora, quae haud diſſimili modo tenuere: Pactiae a Propontide, Cardia a Melane.* Legendum, *Pactye*. Huc ſe contuliſſe Alcibiadem, facile ſibi perſuadebit, qui *in Thraciam* eum *introiiſſe*, ſive *ad caſtella ſua* in Cherſoneſum navigaſſe; &, cum fruſtra Cymaeorum agrum vaſtaſſet, *Mitylenen*, Lesbi urbem, *regreſſum*; denique paullo poſt *propinquum* claſſe Athenienſium, quae ad Aegospotamos ſubſiſtebat, fuiſſe, cogitaverit, quorum illud *Nepos*, & *Xenophon*. *Hiſt. Graec.* iſtud *Diodorus*, hoc *Plutarchus pag.* 212. tradunt. Et dubitationem omnem tollit *Diodorus*: qui, cum retuliſſet *Alcibiadem*, *magiſtratu cedentem*, *Cononi* novo praetori, *tradidiſſe exercitum*, diſerte ſubdit, *deſperato Athenas reditu*, *cum una triremi Pactyen Thraciae conceſſiſſe.* Μετὰ δὲ τριήρους μιᾶς εἰς Πακτύην τῆς Θρᾴκης ἀπεχώρησε. quem locum miror viros doctos non obſervaſſe. *Magius* tamen opinabatur, *Nepotem* regionem quandam potius, quam urbem, ſignificare voluiſſe: quod addat, Alcibiadem *ibi tria caſtella communiviſſe.* Abſurdum enim eſſe cenſere, ea fuiſſe in urbe communita. At quis dubitet, poſſe τὸ *ibi* & tractum circumvicinum, ut alibi, ſignificare? Non magis probare poſſum, quod addit, videri caſtella haec non in Thracia, ſed alibi, munita: cum *Nepos* dicat, Alcibiadem poſtquam ea muniviſſet, *manum collegiſſe*, & *in Thraciam introiiſſe.* Nuſquam enim ait, id *poſtea* demum factum: ſed ſolummodo, *primum* Graecorum *manu collecta in Thraciam introiiſſe.* Et ſtatim illuc tranſiiſſe, clare docent verba *Diodori* modo adducta. *Plutarchus* quoque *in Lyſandro pag.* 435. *e caſtris in Cherſoneſum* (Thraciam puta) *navigaſſe*, ait. *Boſius*. Leid. *Pactyes*. Voſſ. A. *Pethye*. Voſſ. B. *Pateram*. ubi pro gloſſa in marg. notatum erat *proprium nomen loci*.

1 *Tria caſtella*] Quae in Cherſoneſo Thracica habebat. *Xenophon* 1. *Hiſt. Graecae*: Λαβὼν τριήρη μίαν, ἀπέπλευσεν ἐς Χερρόνησον, ἐς τὰ ἑαυτοῦ τείχη. *Plutarchus Lyſandro pag* 438. ἐτύγχαν (Ἀλκιβιάδης) περὶ Χερρόνησον ἐν τοῖς ἑαυτοῦ τείχεσι διαιτώμενος. Prope Biſanthem ſita fuiſſe, ex eodem *Plutarcho in Alcibiade* colligas: qui ait inter capita accuſationis Alcibiadis fuiſſe

caſtella communivit, [1] Bornos, [2] Byſanther

fuiſſe & τ̃ τειχῶν κατασκευὴν, ἃ κατεσκεύασε ἐν Θρᾴκῃ περὶ Βυσάνθην (ſeu ut in Codice Vulcobiano fuit, περὶ Θρᾴκην ἐπὶ Βυσάνθην) αὐτῷ καταφυγήν. Niſi tamen τείχη illa de muris aut propugnaculis circa ipſam Byſanthen exſtructis, accipienda ſunt. *Boſius.*

1 *Bornos*] Nuſquam alibi, quod ſciam, hujus loci mentio. Itaque verane ſit lectio, an corrupta, affirmare non poſſumus. *Ornos* inter XIV. urbes Provinciae Thraciae Europae recenſet *Notitia veterum Provinciarum & urbium Imperatori Romano Conſtantinopoli ſedenti ſubjectarum*, apud *Carolum a S. Paulo* in *Parergo Geographiae ſacrae, pag.* 20. Qui an heic reponi poſſint, diſpiciant doctiores. *Boſius.*

2 *Byſanthen, Neontichos*] Vulgo eſt *Byziam, Themeonticos*; Alii *Bizam* habent; vetuſti codices, *Magio* teſte, *Byram. Byziam* Thraciae urbem, & quondam arcem regum Thraciae ſignificari volunt *Longolius* & *Lambinus.* Meminere ejus *Plinius Nat. Hiſt.* 4, 11. & *Solinus cap.* 16. Graeci Βιζύην ſcribunt, ut *Ptolemaeus* 3, 11. *Stephanus*, & *Notitia provinciarum* paullo ante laudata. *Notitiae Patriarchatuum & Epiſcopatuum Vaticana* & *Pariſienſis*, apud *Carolum a S. Paulo*, & *Nilus Doxapatrius* apud *Leon. Allatium de Conſenſ. Eccleſ. Orient. & Occident.* 1, 24. inter ſedes Archiepiſcopales Thraciae Europae recenſent. Epiſcopos ejus, *Lucianum* Acta *Concilii Chalcedonenſis actione* 16. (quae & *parte* 3. epiſtolam ejus ad Leonem Imp. exhibent) *Theodorum*, acta *Synodi quintae Generalis*, *collatione* 8. me-

morant. Sed vix cre
hanc ab Alcibiade muni
ad ſinum Halmydeſſum
mus, & verſus Haemur
ſita, eoque remotior a P
conceſſerat, fuerit, qu
communita poſſit dici. E
rae nemo veterum memi
Byſanthen exſtructa ab
τείχη, ſupra e *Plutarcho*
Itaque *Abr. Ortelius* puta
dum, *Byſanthen*, *Macr*
ſanthen, Thraciae oppidu
fere inter Perinthum, &
collocat *Ptolemaeus* 3, 11.
Rhaedeſton dici. *Mela* 2, 2.
ſanthen Samiorum, quom
pitomae Stephani eſt ἄποικ
ſed perperam *Macedonia*
Θρᾴκης ἐπιμὴς dicitur. *Pl*
que ad Propontidem in fin
ſoneſi conſtituit, *Nat. H*
Ac, niſi fallor, *idem* m
vocat, in Cherſoneſo a
tidem *ex adverſo Coloniae*
tam: quam & *Itinerari*
Antonino tribuitur, ſeme
que inter Apion & Hera
terponit. Quanquam no
Ortelium in *Tab. veteris Th*
ſiſton a Byſanthe diſtingu
interioribus ad flumen A
locare. *Macrontichos*, Gr
κρὸν τεῖχος, *Mela* inter
ac Cypſellam & Lyſimach
lemaeus (quem ſequitur G
phiani) inter Byſanthen &
ponit. *Plinius* cum Cypſe
ſanthe conjungit, ſed ad
pontide ad Melanem ſinum
maria porrectis muris, *pr*
excludere Cherſoneſum. Et
gos muros vocans, quinqu

zed by

onticho: [1] manuque collecta [2] primus Graeciae civita-

paſſuum Lyſimachiam inde diſtare ſcribit. Atque hunc ſequi videtur *Ortelius*, Macrontichos aequali fere ſpacio a Cardia & Lyſimachia removens, inque medio Iſthmo conſtituens. *In Tabulae Pontingerianae ſegmento* 6. corrupte *Macronteros* dicitur, poniturque inter Heracleam & Callipolin. Potuit igitur, ſi locorum ſitum reſpicimus, & *Byſanthe* & *Macrontichos* eſſe inter caſtella ab Alcibiade prope Pactyen communita. Sed quoniam poſterior a vulgata lectione aliquanto longius recedit, potius eſt, ut cum doctiſſimo viro, & de vetere Geographia egregie merito, *Iſaaco Voſſio* in *not. ad Juſtini* 9. legamus *Byſanthen*, *Neontichos*. Fuit autem Νέον τεῖχος Thraciae oppidulum, haud procul Heraclea & Perintho. Docet *Periplus*, quae ſub *Scylacis* nomine circumfertur, in deſcriptione Thraciae: Μετὰ τὴν χερρόνησον ἐστι Θρᾴκια τείχη τάδε. πρῶτον, Λευκὴ ἀκτὴ, Τειρίστασις, Ἡράκλεια, Γάνος, Γάνιαι, Νέον τεῖχος, Πέρινθος πόλις καὶ λιμὴν, &c. *Ortelius* in *tabula Thraciae* inter Biſanthen & Pactyen collocat, vocatque *Novum murum Xenophontis*. Eodem nomine fuit oppidum quoddam Aeolidis, *Plinio* 5, 30. *Stephano*, & *Suidae*; & aliud in Iſthmo Cherſoneſi Tauricae, *Ptolemaeo* 3, 5. memoratum. Fuit qui legeret, *Byzantium*, *Macronticos*. quam bene, ſacis docent quae diximus. *Boſius*. Leid. *Biziam*. Voſſ. A. B. *Byzam*. Pro *Macrontichos*. Leid. & Voſſ. A. *Themeontichos*. B. *Themeonticos*.

1 *Manuque collecta*] Etiam *Plutarchus*: συναγαγὼν ξένους, ἐπολέμει τοῖς ἀβασιλεύτοις Θρᾳξὶν ἰδίᾳ. Nihili igitur eſt, quod in Mſſ. Dan. & *Schotto* inſpectis fuit, *manuque conjecta*. v. Ind. *Boſius*. Leid. & Voſſ. A. *conjecta*. Quae verba a Librariis ſaepius confunduntur. Hic vero *collecta* retinendum. phraſis eſt nota: contra ap. Caeſarem. l. 2. de Bell. Gall. cap. 28. pro *collectos*, *conjectos* recte cenſet legendum Celeb. Drakenborch ad Silium Italicum l. 17. Punic. vſ. 93. qui plura hujus confuſionis exempla plena manu lecturo dabit. iterum apud Ciceron. lib. 1. de Divinat. cap. 54. legendum eſſe, *Permulta* collecta *ſunt ab Antipatro, quae mirabiliter a Socrate divinata ſunt*, pro *conjecta* recte oſtendit cl. Davieſius.

2 *Primus Graeciae in Thraciam introiit*] Alii libri, *Primus Graeciae civitatis in Thraciam introiit*, quam lectionem mordicus Schottus contra Lambinum defendit. *Gebhardus*. Non paſſus ſum diutius exulare vocem *civitatis*, quam libris invitis primus ejecerat *Lambinus*: quem poſtea reliqui ſecuti ſunt. *Civitas Graeciae* ſive *Graecia*, vel gens Graecorum univerſe eſt; quomodo *Caeſar* 1. *Bell. Gall.* 12. dixit *omnem civitatem Helvetiam in quattuor pagos diviſam eſſe*: vel aliqua e Graeciae civitatibus; ut ſenſus ſit, primum fuiſſe Alcibiadem ex Graecarum civitatum civibus, qui manu collecta Thraciam ingreſſus ſit. Fateor tamen, ſuſpectum mihi hoc eſſe; cum tot coloniae ante Alcibiadem a Graecis in Thraciam deductae ſint, ut vel e *Noſtri Miltiade* conſtare poteſt. An igitur legendum *civitates in Thracia*; ut intelligantur liberi Thracum populi, nec regibus ſubjecti?

vitatis in Thraciam introiit, [1] gloriosius ex
barbarorum praeda locupletari, quam Grajoru
ex re [2] creverat cum fama tum opibus, mag
amicitiam ſibi [3] cum quibusdam regibus Thra
pererat.

CAP. VIII.

1 Neque tamen a caritate patriae potuit r
Nam quum apud Aegos flumen [4] Philocle
Athenienſium claſſem conſtituiſſet ſuam, [5] nec
ge abeſſet Lyſander praetor Lacedaemonioru
in eo erat occupatus, [6] ut bellum quam diutiſſ

jecti? *Plutarchus* ſane ſcribit, Alcibiadem τοῖς αὐτονόμοις Θρᾳξὶ, *liberis Thracibus bellum intuliſſe.* Boſ. Leid. *Primus Graeciae civitatis.* item Voſſ. A. & B. Si MStorum auctoritati paremus, *civitas* hic recte a Boſio explicatur per regionem. Conſule Cl. Graevium Epiſt. 630. ad N. Heinſium, & Cortium ad Salluſt. B. Cat. cap. 40. n. 2. nec non Th. Munckerum ad Hyginum fab. 261. Ultimam Boſii conjecturam Hoogſtratanus videtur probaviſſe, quum in textum receperit, ſed ego nihil, ne ullo quidem codice Mſ. adſtipulante, mutare heic ſuſtineo, quamvis iſta conjectura veritati hiſtoricae non ſit contraria.

1 *Glorioſius exiſtimans*] Leid. *glorioſus ex.* Pro *in Thraciam*, Cod. P. Dan. *in Threciam.* *Grajorum* pro *Graecorum* amant Noſter & alii. Vide cl. Graevium ad Suetonium in Tiberio 46.

2 *Creverat cum fama tum opibus*] Sic opt. liber Danielis, probante *Gebhardo*, Etiam Leidenſis; *Grev.* *tum fama, tum opibus.*
Crev. ejus fama cum op.
Leid. meus. *Creverat fam*
que &c. Voſſ. A. *Creverat*
tum opibus. B. *Creverat f*
pibus.

3 *Cum quibuſd. regib.*
Cum Medoco & Seuth
13. Lambinus.

4 *Philocles*] Leid. *Philo*
A. *Phylocles.* Voſſ. B. *Ph*
pro *potuit recedere* exhib
potuit.

5 *Neque longe abeſſet*]
Lampſaci, quod paullo
rat. Lampſacus autem
Helleſponto, ut ait *Xen*
dia circiter xv. ubi erat
Lambinus.

6 *Ut bellum quam diu*
ret] Protraheret, profer
me; *Autbophradates, cum*
majore regis calamitate, q
ſariorum videret. Tacit. lib
nal. cap. 29. *Vanni ma*
pedites, equites e Sarmatis
erat, impar multitudini hoſt.

ceret, quod ipſis pecunia [1] a rege ſuppeditabatur,
contra Athenienſibus exhauſtis, praeter arma & na-
ves, [2] nihil erat ſuper: Alcibiades [3] ad Athenienſium 3
venit exercitum, ibique [4] praeſente vulgo agere coe-
pit: ſi vellent, [5] ſe coacturum Lyſandrum aut dimi-
care aut pacem petere: [6] Lacedaemonios eo nolle
confligere claſſe, quod pedeſtribus copiis plus quam
navibus valerent: ſibi autem eſſe facile, [7] Seuthen 4
regem Thracum [8] deducere, [9] ut eos terra depelle-
ret: quo facto, neceſſario aut claſſe conflicturos, aut

caſtellis ſeſe defenſare bellumque ducere *ſtatuit.* lib. II. Hiſtor. cap. 32. *Proinde* duceret *bellum,* Caeſar. lib. I. Civil. 61. *Hinc magnos equitatus magnaque auxilia expectabant; & ſuis locis bellum in biemem* ducere *cogitabant.* lib. II. Civil. cap. 18. f. *In inſula frumento navibusque comparatis bellum duci non difficile exiſtimabat.* cap. 37. *caſtra erant ad bellum* ducendum *aptiſſima, natura & munitione & maris propinquitate* & *aquae & ſalis copia. Itaque ſuorum omnium conſenſu Curio reliquas copias expectare & bellum* ducere *parabat.* l. III. c. 42. Civil. *Caeſar longius bellum* ductum *iri exiſtimans.* Gebh. *Ducere* ſaepius pro protrahere, moras nectere ponitur. Vide Broukhuiſ. ad Prop. 2, 19, 17. ſed in primis *ducere bellum* pro trahere, prorogare adhibetur. Vide Eruditos Lipſienſes in Actis M. Aprilis 1731. pag. 188.

1 *A rege*] Cyro Darii filio. *Plutarchus in Lyſandro* & *Diodorus* 13. Lambinus. Pro *pecunia* Leid. *paciantia.* pro *naves* Voſſ. B. *navis.*

2 *Nihil erat ſuper*] V. Ind. *ſuper.* Boſius.

3 *Ad Athen. ven. exerc.*] Cod. Dan. transponebat, *ad exerc. venit Athenienſium*: & mox; *nolle claſſe confligere.* Boſ. Etiam Leid. & Voſſ. A. B. *ad exerc. venit Athenienſium.*

4 *Praeſente vulgo*] Παρόντος πλήθους, praeſentibus militibus. *Lamb.*

5 *Se Coacturum Lyſ.*] Repete heic, quae ſup. notavi ad Lyſand. cap. 1, 2. *Ernſtius.* Paullo aliter *Plutarchus pag.* 212. & *Diodorus* 13. Boſius. Leid. *ſe co. Lyſ. dimicare, aut pacem petere reſponderet.* cui conſentit Voſſ. A.

6 *Lacedaemonios*] Inepte quaed. edd. praeponunt verbum *reſpondent.* Boſius.

7 *Seuthen*] Sic legendum ex *Xenophonte, Plutarcho, Diodoro*; non ut vulgo, *Scotym,* aut *Seucem.* Lambinus. *Seuthem* legunt Voſſ. A & B. item. Leid. Saepe iſti Accuſativi variantur in Mſſ. Cod. Conſule Abr. Gronovium ad Juſtin. Lib. 3. c. 6. n. 12. pro *facile* Leid. *fatale.*

8 *Deducere*] Libri alii *inducere*; quod eſſet ſubdolis artibus permovere. Infra 23, 8, 1. 9. 3, 1. Tacit. 12. A. 9, 1. *Memmium Pollionem ingentibus promiſſis inducunt.* Ita *Gebh.* ſed nulla mutatione opus. v. Ind. *Boſ.* De verbo *inducere* Cl. Oudendorp. ad Frontin. L. 4. ſtrateg. in praefatione.

9 *Ut eos terra depell. &c.*] Mſc. Boecl. *Ut eum ex terra depelleret, q.*

[1] bellum compoſituros. Id etſi vere dictum
cles animadvertebat, tamen poſtulata facere
quod ſentiebat, ſe, Alcibiade recepto, null
menti apud exercitum futurum: [3] & ſi quid
eveniſſet, nullam in ea re ſuam partem fore:
ca, [4] ſi quid adverſi accidiſſet, ſe Unum eju
5 futurum reum. Ab hoc diſcedens Alcibiade
niam inquit, victoriae patriae repugnas, illud
[5] juxta hoſtes caſtra habeas nautica: pericu
enim, [6] ne immodeſtia militum [7] noſtrorum
6 detur Lyſandro noſtri opprimendi exercitus.
ea res illum fefellit; nam Lyſander, quum [8] p

f. n. a c. confliſturum. a. b. compoſiturum. ut ad Lyſandrum referatur. Similiter Excerpta Dan. niſi quod *τὰ ex* omittunt: & in gloſſa pro *eum* adſcribunt *eos*. Boſius. Leid. etiam *conflictuturum* & *compoſituturum*. Voſſ. B. aeque ac C. Dan. *ut eum ex terra depelleret q. ſ. n. a. c. confliſturum aut b. compoſiturum.*

1 *Bellum compoſituros*, finituros & quaſi ſepulturos. ſic loquitur Hamilcare, & Annib. quod Lambinus adnotavit. *Gebh*, Vide Servium ad Virg. Ecl. 3. vſ. 108. & ad 1. Aen. vſ. 378.

2 *Philocles*] *Xenophon. hiſt.* Gr. 2. *Diodorus* 13. & *Plutarchus Alcibiade*, tradunt, Athenienſium praetores, & maxime Tydeum ac Menandrum, juſſiſſe eum abire: *ſe enim, non illum, exercitui praeeſſe*, Boſius. Leid. *Philodes* Voſſ. A. *Phylocles*. Voſſ. B. *Philocles.*

3 *Et ſi quid ſecundi eveniſſet, &c.*] Τὰ δ' ἐπιτεύγματα ϖροςάψειν ἅπαντας Ἀλκιβιάδῃ. Diod. lib. 13. *Gebh.* Haec de cunctis Athenienſium praetoribus, non de ſolo Philocle, *Diodorus* tradit. *Boſius.*

4 *Si quid adverſi accid*
num ejus delicti futurum re
τῶν μὲν ἐκπλωμάτων ἑαυτοῖ
ψιν ἀκολουθήσειν. Tacit. Vita
cap. 27. *Iniquiſſima haec b*
ditio eſt, proſpera omnes ſibi
adverſa uni imputant. Gebl

5 *Juxta hoſtes*] Voſſ.
hoſtem. Quae lectio mil
idque nulli mirum videbit
inter omnes ſatis conſte
Latini in ſimilibus num
lari pro plurali fuerint uſ
pro equitibus Broukh. ad
2, 8, 17. *miles* pro *militib*
Fr. Gronovium ad Livi
cap. 35. Eodem fere mo
mus pro *Romanis* v. J. Fr. G
Livium L. 3. cap. 2. &
talia; a quo loquendi m
abhorruerunt Graeci, qui
onibus Παίων, Λακεδαιμόνι
cedaemoniis, Ἰλλυριὸς pro
ſic porro dixere, vide Sc
Ariſtophanis Acharn. vſ.

6 *Ne immodeſtia militum*
Quod, ut praedixit, factu
ſupra 6, 1, 2. *Boſius.*

7 *Noſtrorum*] Mſc. Da

culatores comperiſſet, [1] vulgum Athenienſium in terram praedatum exiſſe, naveſque paene inanes relictas, tempus rei gerendae non dimiſit, eoque impetu [2] totum bellum delevit.

CAP. IX.

At Alcibiades victis Athenienſibus non ſatis tuta 1
eadem loca ſibi [3] arbitratus, [4] penitus [5] in Thraciam ſe ſupra Propontidem abdidit, ſperans ibi facillime ſuam fortunam occuli poſſe. [6] falſo. Nam Thra- 2
ces poſtquam eum cum magna pecunia veniſſe ſenſerunt, inſidias [7] ei fecerunt. qui ea, quae [8] apportavit, abſtulerunt, ipſum capere non potuerunt. Ille cer- 3
nens nullum locum ſibi tutum in Graecia [9] propter potentiam Lacedaemoniorum, ad Pharnabazum [10] in Aſi-

rum; & mox: *veſtri opprimendi ex.* Boſius.

8 *Per ſpeculatores*] Paullo aliter *Xenophon. lib.* 2. *Diodorus* 13. & *Polyaenus lib.* 1. Boſius.

1 *Vulgum Athenienſium in terram praedatum exiſſe*], male Longolius *praedatam.* Lege *vulgum* (vel ut in Ultraject. Ed. *vulgus*) *Athenienſium in terram praedatum exiſſe.* Conſule cl. Burmann. ad Phaedr. Lib. 4. fab. 14. vſ. 8. de verbo *exire* pro e *navi deſcendere* vide, quae notabo ad Thraſyb. cap. 2. n. 3.

2 *Totum bellum delevit*] Confecit. omnes enim naves in Lyſandri poteſtatem venerunt, novem aut decem exceptis, cum quibus fugit Conon ad Euagoram: Philocles & Adimantus imperatores vivi capti ſunt, &c. quemadmodum narrat *Plutarchus in Lyſandro*, & *Xenophon* 2. *de reb. Gr.* Lambinus add. *Diodor.* 13. *Juſtin.* 5, 6. Boſius.

3 *Arbitrans*] Leid. & Voſſ. A. B. *arbitratus.*

4 *Penitus*] Schottus mallet *penitius.* non opus. V. Ind. *Boſius.*

5 *In Thraciam*] *Plutarchus* eum in Bithyniam profectum eſſe, tradit: ibique a Thracibus, qui illic erant, ſpoliatum. Bithyniae autem partem Thraces incolebant. *Xenophon.* 3. Ἑλληνικῶν: ἐλθεῖν ὁ Δερκυλλίδας εἰς τὴν Βιθυνίαν Θρᾴκην. *Lambinus.* Unde apud *Scylacem pag.* 32. & 33. Θρᾷκες Βιθυνοί, & ἡ Βιθυνῶν Θρᾴκη. *Boſius.*

6 *Sed falſo*] *Sed* abeſt Leidenſi & Voſſ. B. pro *Thraces* Leid. *Threces.*

7 *Ei fecerunt*] *Ei* abeſt a Leid. Voſſ. A. & B.

8 *Apportavit*] Leid. & Voſſ B. item C. P. Dan. quod jam adnotavit Boſius, legunt *apportarat* & Leid. pro *qui ea*, *quia ea.* pro *abſtulerunt* Voſſ. B. *abſtulerant.*

9 *Propt. potent. Laced.*] Qui terrae & maris imperium obtinebant. *Lambinus.*

10 *In Aſiam*] In Phrygiam, in que

Aſiam tranſiit, quem quidem [1] adeo ſua ce
nitate, ut eum nemo in amicitia antecederet
ei [2] Grunium dederat in Phrygia caſtrum
4 [3] quinquagena talenta vectigalis capiebat.
tuna Alcibiades non erat contentus, nequ
victas [4] Lacedaemoniis [5] ſervire poterat pat
ad patriam liberandam omni ferebatur co
5 ſed videbat id [6] ſine rege [7] Perſarum non
ideoque eum amicum ſibi cupiebat adjun
dubitabat facile ſe conſecuturum, ſi modo
6 veniundi habuiſſet poteſtatem. Nam [8] Cyru

qua erat Pharnabazus, quo adjutore & interprete ſperabat fore, ut ſibi ad Artaxerxen aditus pateret. *Lambinus.* Pro *tranſiit* Leid. *tranſivit.* & Voſſ. A. *tranſit.*

1 *Adeo cepit ſua humanitate*] Seu potius ſingulari vi animorum attractrice; de qua plura hic *Malvezzius p.* 242. *& ſeqq.* Boſius.

2 *Grunium*] Sic legendum, non, ut habent Libri quid. vulgati, *Grinium.* Quanquam licet etiam Grynium legere, ut eſt in exemplis Baſilienſibus. Commemorat hunc locum & *Xenophon.* 3. *ἑλλην. non longe a principio.* Lambinus. Approbat hanc lectionem Ortelius *Geb. Grinium* etiam Leid. & Voſſ. B ſed Voſſ. A. *Grimium.*

3 *Quinquagena*] Rectius *capiebat*: ſic Cicero contra Rullum. *Majores noſtri non ſolum id, quod a Campanis* ceperant, *non imminuerunt.* Vectigal ſcilicet. *Geb.* Sic Mſſ. Dan. ac Schotti, & Ed. Ultraj. quomodo & ſup. 3, 3, 1. in Gif. Sch. Boecl. erat *quadringena & ſexagena.* Vulgo eſt *quinquaginta.* Pro *capiebat*, alii *habebat:* ſed alterum libri meliores firmant. *Boſius.* Cel. Perizonius ad

Sanctii Minervam L.
7. illuſtraturus *talent*
tat *accipiebat.*

4 *Lacedaemoniis ſe*
A. Gellium lib cit. 8
hac ſervitute, quando
ta illi tyranni praepoſi
daemoniis Athenienſibu

5 *Servire pati*] Lei
re poterat pati.

6 *Sine rege Perſ.*]
Darii F. *Lambinus.*

7 *Perſarum*] Mſ. I
ſius. *Perſe* etiam Leid.
Perſe. Leid. etiam ex
poſſe.

8 *Cyrum fr. ei bell*
re] De quo *Xenophon*
Themiſtogenes Syracuſa
hos libros eſſe vult U
per. Jul. 4313.) *prin*
expeditione Cyri, *Plu*
xerxe, *Ephorus* apud
14. *Juſtinus* 5, 8. Boſ
9 *Id ſi ei aper.*] Tò
Boecl. *Boſius. Ei* abeſt
A. Jam ſaepius oſtend
dicibus Mſſ. hujus pro
pſin, & quidem bis ter
pite. in Themiſtocle c

ei bellum clam parare, Lacedaemoniis adjuvantibus, ſciebat. [9] id ſi ei aperuiſſet, [1] magnam ſe [[2] ab eo] initurum gratiam videbat.

CAP. X.

[3] Haec quum moliretur, peteretque a Pharnabazo, ut ad regem mitteretur, eodem tempore [4] Critias ceterique tyranni Athenienſium [5] certos homines ad Lyſandrum in Aſiam miſerunt, qui eum certiorem facerent, *niſi Alcibiadem ſuſtuliſſet, nihil earum rerum fore ratum, quas ipſe Athenis conſtituiſſet. Quare ſi ſuas res geſtas manere vellet, illum perſequeretur.* 1
[6] His Laco rebus commotus ſtatuit, [7] accuratius ſibi 2

& in Alcibiade cap. 7. aliquoties. in Datame cap. 5. ex Mſſ. *Qui diceret, ne ab exercitu diſcederet*, vulgo *ei diceret.* quare pleriſque in locis, adſtipulantibus Mſſ. e textu ejicere non vererer. & hic certe vel τὸ *ei* vel *ab eo*, quod non agnoſcunt C. P. Dan. Boecl. Leid. Boſii & meus, nec quoque Voſſ. A. B. facile abeſſe poteſt. Si *ei* hic deleamus, firmare lectionem poſſumus etiam ex Attico cap. 4. *Tanta autem erat ſuavitas ſermonis Latini* (omiſſo *ei* ſc. Attico) *ut appareret in eo nativum quemdam leporem eſſe, non adſcitum.* De Ellipſi vero hujus pronominis per omnes fere caſus Conſule cl. Burm. ad Phaedr. L. 5. fab. 3. vſ 11. & Cort. ad Salluſt. Catil. cap. 9. n. 1. ſi quis tamen *ab eo* delere & *ei* retinere malit, non refragabor.

1 *Magnam ſe initur. gratiam*] Nihil imperio & regno charius Principibus eſt: id igitur qui confirmare ipſis ſtudent, omnium optime de iis merentur, & gratioſiſſimi maxime ſunt. *Buchnerus.*

2 *Ab eo*] Uncis incluſi haec duo vocabula, quod a melioribus libris Dan. Boecl. & Leid. abfuerint. *Boſius.*

3 *Haec*] Dan. *Hoc.* Boſius. Pro *peteret* Leid. *preter.* pro *Haec* Voſſ. A. *hoc.* pro *moliretur* Voſſ. B. *mollitetur.*

4 *Critias*] Unus ex xxx tyrannis, de quo *Xenophon* 2. *de reb. Gr.* & *Plutarchus Lyſandro* Lambinus. Leid. *Chryſias.* Conſule de *Critia* cel. J. Perizonium ad Aelian. lib. 4. V. H. cap. 15 n. 10.

5 *Certos homines*] *Plutarchus* tradit, non ante adductum eſſe Lyſandrum, ut Alcibiadem de medio tollendum curaret, quam id nominatim ab Ephoris ei mandatum eſſet. *Lambinus*

6 *His Laco rebus*] Inſpecti Savaroni libri *his latoribus commotus*, ſed exſtitit ab ignorantia alterius. Probo aliorum librorum ſcripturam *Laco.* Ad eum modum Graeca terminant Latini. Sic Statio *Agamemno.* Per Laconem intelligit Lyſandrum, &

bi agendum cum Pharnabazo. [1] Huic er
tiat, quae regi cum Lacedaemoniis eſſent, irr
3 niſi Alcibiadem vivum, aut [2] mortuum tradid
tulit [3] hoc ſatrapes, & violare clementia

& ita bis infra vocat Ageſilaum. itaque recte ſcriptum eſt in Timotheo; *A quo cum* Laco *pecuniam numeratam accepiſſet.* Diodor. lib. 13. de Gylippo ταῦτα διαλεχθέντος τοῦ ΛΑΚΩΝΟΣ. Flaccus lib. 1. Argon. vſ. 421.

Taurea vulnifico portat caelataque plumbo
Terga Laco.

Priſcianus l. 1. Expellitur *n* a Graecis in *ων* deſinentibus, quum in Latinam tranſeunt formam, ut Demipho, Simoleo, draco. *Gebhardus.* Veteres membranae Schoppii pro *Laconibus* legunt *latoribus*. *Lator* pro tabellario etiam a Suetonio dicitur in Caligula c. 44. Ubi tamen in quibusdam libris editis, & uno Medicaeo, quo olim uſus ſum, ſcriptum exſtat *ſpeculatoribus*. *Lacon* praefert Savaro & rationem addit. Vide Nepotis alia exempla infra 13, 1, 3. & 15, 11, 3. *Ernſtius.* Sic Mſſ. Dan. Savar. alii. At Gif. Put. & membranae Bavaricae *Schoppio veriſimil.* 4, 8. laudatae: *His latoribus*, quod recte ſprevit cum *Savarone Gebhardus.* *Laconem* vocat Lyſandrum, ut infra 13, 1, 3. & 17, 2, 3. Ageſilaum. Similiter de Gilippo *Diodorus* 13. ταῦτα διαλεχθέντος τοῦ Λάκωνος. *Boſius.* Leid & Voſſ. B. etiam *Laco.* Vide cl. Oudendorp ad Lucan. l. 1. vſ. 214. ita apud Virg. lib. 7. Aen. vſ. 533. in Mſſ. Codice a Ger. J. Voſſio inſpecto pro *Almon* legitur *Almo* ubi vide Pierii notas.

7 *Accuratius*] Lei
Pro *agendum cum Pha*
B. *agendum cum Phar*
tem.

1 *Huic ergo renuncia*
ergo renunciat ſocietaten
cum Lacedaemoniis eſſet
foederaque irrita futura.
proluvium eſt infecti
poris concinnitatem
Schoppius dudum q
derat. *Huic ergo renun*
ſtare non poſſe; quae r
daemoniis eſſent, irrita
cavi lectionem, quar
primendam curaverat
ratque Schottus. *Huic*
quae Regi cum Laceda
niſi Alcibiaden vivum
tradidiſſet. Nam *rem*
nuncio vel verbis irr
de quo convenit. Sic
renunciare hoſpitium al
emigrare. & ad Attic
conductionem. In Verre
Rabonius illam deciſi
accurrunt tamen ad t
digitum tollit Junius F
Haec verba Schoppi
bris ita corrigit: *Hu*
tiat, ſocietatem ſtare n
regi cum Laced. eſſent,
Sed recte dicit Schop
8. ſe leviter ita cor
placent priora, habea
ves ſuas correctiones.
Boecleri editione eſt:
nunciat, quae regi cum
eſſent, irrita futura. E

Digitized by Google

regis opes minui, maluit. Itaque miſit [1] Syſamithren & [2] Bagaeum ad Alcibiadem interficiendum, quum ille eſſet in Phrygia, iterque ad regem [3] compararet. [4] Miſſi, clam [5] vicinitati, in qua tum Al- 4
cibia-

bri meliores; niſi quod Boecleri cum Leidenſi poſt nomen *Pharnabazo* addit *ſocietatem*, & ante *tradidiſſet* cum Exc. Dan. interponit *ſibi*. *Lambinus* partim conjectura ductus, ut ait, partim ex veſtigiis antiquae ſcripturae, locum mire contaminatum perpurgaſſe ſibi viſus, pluſcula inferſit, hoc modo: *Huic ergo renunciat, ſocietatem quae regi cum Lacedaemoniis eſſet, ſtare non poſſe, federaque irrita futura, niſi &c.* quorum partem dudum auctoritate Mſſ. Bavaricorum recidit *Schoppius loco modo laudato*: illa tamen *ſocietatem ſtare non poſſe*, retinet. A Mſ. Schotti & Ed. Ultraject. etiam illud *irrita futura* aberat: atque ſic & *Savaro* edidit, *Schotto* & *Gebhardo* probantibus. *Boſius*.

2 *Mortuum tradidiſſet*] Leid. *tradidiſſent*. Voſſ. A. *ſibi tradidiſſet*.

3 *Hoc Satrapes*] Leid. *hunc*. Voſſ. B. *hanc*.

1 *Syſamithrem*] Adducunt ex Plutarcho, *Suſamithrem* Pharnabazi patruum fuiſſe. Mihi quoque veriſimile fit, fidiſſimis hoc facinoris commiſſum a Pharnabazo fuiſſe. Legendum autem heic videtur *Syſamithrem*, quod eſt nomen Perſicum. Eo nomine quoque compellabatur Naurae ſatrapes, de quo Curtius lib. 8. cap. 24. *Gebhardus*.

2 *Bagaeum*] Libri quidam *Bagaeum*. Magius ac Lambinus ex Plutarcho *Magaeum* reponunt. Ego ſequor hoc loco Schotti judicium & veteris libri auctoritatem. Diod. nomina percuſſorum non exprimit, contentus monuiſſe ἐπαποςεῖλαι τὶς ἀνελόντας κ. τὴν ὁδὸν τ̀ Ἀλκιβιάδην. *Gebh.* Sic libri meliores: atque ita fortaſſis & apud Plutarchum reſcribendum, qui Μαγαῖον vocat. Notum, μ & β litteras ſaepe in Mſſ. confundi. Lambinus edidit *Bagoam*, quod nomen & in libro *Judith. c.* 12. 10. ac apud *Joſephum* 17, 13 *Strabonem* 15, *Arrianum de rebus Alex. lib.* 4. *Diodor. Sic.* 16. & 17. *Plutarchum Alexandro*, & *Orat.* 2. *de fort. Alexandri*, *Athenaeum* 13, 8 *Curtium* 6, 3, 12. 6, 4, 10 6, 5, 23. 10, 1, 25. Perſis plerumque & Eunuchis tributum legitur. Ac Perſas ita vocare ſpadones, ait *Plinius Nat. Hiſt.* 13, 4 Boſius. Leid. *Suſametrem & Calgeuem*. Voſſ. A. *Suſametrem & Bageum*. B. *Suſamithren & Bageum*.

3 *Compararet*] Exc. Dan *pararet*. quomodo 14, 4, 1. *Aegyptumque proficiſci pararet*. Boſius. Leid. *comparaet*. ut & Voſſ. B.

4 *Miſſi, clam vicinitati, &c.*] Codex vero Burgenſis ſic habet: *Miſſi clam in civitatem, in q. t. A. erat, introeunt; quibus datum n got. ut. e. i.* Sed haec lectio improbanda. *Magius*.

5 *Vicinitati*] *Plutarchus* & *Diodorus* κώμη. Sic & *M. Tullius* uſurpavit nomen *vicinitatis*. Hanc vicinitatem ſeu hunc vicum, *Meliſſam* ſcribit eſſe appellatum *Athenaeus lib.* 13. Lambinus. Voſſ. A. *in civitatem*. ſed in Marg. *vicinitati*. Pro-

cibiades erat, dant negotium, ut eum interficiant. Illi [1] quum eum ferro aggredi non auderent, noctu ligna contulerunt [2] circa caſam eam, in qua quieſcebat,

dant negotium. Leid. & Voſſ. B. *datum negotium.*

1 *Cum eum ferro aggr. non aud.*] Libri quidam Vett. *Lambino* teſte, *cum ſecuro aggredi.* mſc. Leid. *Illi cum ferro non auderent*, omiſſo altero verbo. Quam lectionem ſi admittas, *audere* abſolute dictum erit, ut ſaepe apud Tacitum. Hiſt. 1, 35. 2. *Ignaviſſimus quiſque, & in periculo non* auſurus, *nimii verbis.* 2. H. 25, 4. *modica ſilva adhaerebat: unde rurſus* auſi *promtiſſimos praet. equit. interfecere.* Eod. lib. cap. 71, 4. *ingratus Principi, ut adverſus Neronem* auſus. 5. H. 11, 1. *Judaei ſub ipſos muros ſtruxere aciem, rebus ſecundis longius* auſuri. Nil tamen muto. *Boſius.* *Eum* abeſt a Leid. meo & Voſſ. B. ſed *aggredi* agoſcunt duo Voſſ. & Leid. meus. Si quis *eum* deleri velit, concedam. *Audere* abſolute etiam ab aliis praeterquam a Noſtro & Tacito ponitur. ut Tibull. lib. 1. El. 2. vſ. 16.

Tu quoque ne timide cuſtodes, Delia falle.
Audendum *eſt. Fortes adjuvat ipſa Venus.*

Sall. Hiſt. Fragm. l. 4. c. 8. Audendo, *& fallendo & bella ex bellis ſerendo magni facti.* Eodem modo verbum *Suſtinere* cum quarto caſu pro audere poſitum ſine infinitivo adhiberi docet Cel. Burm. ad Petron. Satyric. c. 116. pag. 538. Sic etiam cum Accuſativo *Audere ultima* dixit Liv. l. 1. c. 48. Juſtinus lib. 4. cap. 3. Auſi *facinus nulli tyranno comparandum.* l. 5. c. 9. Audendum *aliquid pro patria & pro ſalute communi*, & ſexcenta talia, ſub quibus infinitivus modus ſubintelligitur repetendus nonnumquam ex praecedenti quodam verbo, aliquando non. Si quid praeterea de verbo *audere* ſcire deſideras, adi Lector. cl. V. V. Duker. ad Florum lib. 1. cap. 17. n. 3. & Oudendorp. ad Frontin. lib. 1. cap. 12. n. 4. Sed licet Lectio mihi quoque iſta placeat, & ſatis, ut ex allatis locis liquet, defendi queat, tamen unius codicis auctoritate fretus verbum *aggredi* delere non audeo.

2 *Circa caſam eam*] Iis, quae Dn. Boeclerus adduxit, adde Giphanii ſententiam apud Schopp. loc. cit. Lambinum & Gebhardum. *Ernſtius.* Sic, Giſanio praeeunte, *Schoppius* emendavit Veriſim. 4. 8. probatque *Gebhardus.* Et favent libri, in quibus fere legitur *ſamneam, ſamenam, ſamineam.* Quod poſtremum *Longolio* placebat, cum ita vocetur oppidulum Phrygiae Pacatianae, juxta quod vicus Meliſſae, in quo Alcibiades obiiſſe dicitur. Sed recte notavit *Magius*, abſurdum eſſe dicere, ligna circa oppidum allata, oppidumque hac una cauſſa incenſum a vicinis, ut Alcibiadem interficerent; praeſertim cum *Plutarchus* non oppidum, ſed τὴν οἰκίαν, *domum*, in qua erat, ſuccenſam dicat: praeterea illud *in qua quieſcebat*, domum aut cubiculum innuere. denique *Juſtinum* 5, 8, 14. Alcibiadem *in cubiculo crematum* ſcribere; *Athenaeum* 13, 4. in Meliſſa Phrygiae vico occubuiſſe. Quare *Lambinus* edidit *circa domum ſtramineam* ita tamen ut non rejiceret, quod

Digitized by Google

bat, eamque ſuccenderunt: ut incendio [1] conficerent, [2] quem manu ſuperari poſſe diffidebant. [3] Ille autem ut ſonitu flammae eſt excitatus, [4] etſi gladius ei erat ſubductus, familiaris ſui [5] ſubalare telum eripuit.

quod alius conjecerat, *circa caſam ſtramineam*; (quomodo & *Ovidius Amorum* 2, 9, 17. & *Propertius* 2. *eleg.* 13. (aliis 16.) *verſ.* 20. locuti;) vel, quod ipſe, *circa ſcenam ſtramineam*. Quam temeritatem merito caſtigat *Schottus*: cujus tamen conjecturae *circa ſcanduleam*, vel *circa ſcamillum, quo quieſc.* legentis, etiam ipſius judicio, incertae ſunt. Vir ſummus in *notis ad Juſtin.* 5. 8. legit *circa domum Saniſenam. Saniſena*, inquit, *appellatur tractus in confinio Phrygiae & Galatiae.* Sed voci *domus*, quod etiam *Boeclerus* ὁ πάνυ annotat, nullus heic locus, ſicut omnes teſtantur, qui mſſ. codices inſpexerunt. Et quomodo *domui* nomen integri tractus tribueret? Praeterea *Strabo*, *l.* 12. qui ſolus, quod ſciam, *Saniſenes* meminit, non in confinio Galatiae & Phrygiae ponit; ſed partem Paphlagoniae Bithyniae conterminam facit. Mihi tantiſper emendatio *Schoppii* placet, dum alii meliorem adferant. Et valde veriſimile eſt, quod ille exiſtimat, ſyllabam *ca*, quae bis ſcribenda fuerat, ſemel omiſſam culpa librarii. Caeterum *Ariſtoteles hiſtor. animal.* 6, 29. in Arginuſa, ubi Elaphus mons, Alcibiadem occubuiſſe ſcribit. *Boſius.* De Lambini audacia etiam Gebhardus, cujus in illum dicteria hic apponere nolui. Per *caſam* villa ſtramine tecta intelligitur, quo ſenſu aliquando a Poetis *tectum* vocatur. Conſule Celeb. Broukhuiſ. ad Tibull. lib. 1. El. 1. vſ. 37. Leid. *ſarmeam*. Voſſ. A. *ſamineam*. B. *ſameam*.

1 *Conficerent*] Ita libri meliores; Alii, *conficeretur*. Boſius. Voſſ. B. etiam *conficeretur*.

2 *Quem manu ſuperari poſſe diffidebant*] Non tam ob ejus ſolertiam & artes cavendi, quod vir doct s putabat: quam ob fortitudinem ejus. nam, ut *Plutarchus* refert, barbaros conſpectu ſuo diſſipabat: neque quiſquam praeſtolabatur eum, vel cominus congredi audebat. *Boſius.*

3 *Ille autem ut ſonitu fl. eſt excitatus*] Strepitu. Curt. lib. 7. *Sonabant incendio ſilvae.* Gebhardus. Sic. Mſſ. Boecl. & Leid. probante *Boeclero*. Liber quoque Bavaricus habuit, *ut in ſonitu fl. eſt excit.* quomodo & *Magius* haec verba mox *ad v.* 6. laudat ubi τὸ *in* a librariis inculcatum putabat *Schoppius l. c.* Vulgo legitur: *Ille ſonitu fl. excitatus.* Boſius. Leid. *Ille autem ut ſonitu flammae eſt excitatus*, cui lectioni favent Voſſiani A. B.

4 *Etſi gladius*] Sic omnes libri & edd. vett. nec ſatis cauſſae habuit *Lambinus*, cur τὸ *etſi* in *quod* mutaret; quod & in aliis editionibus perperam retentum eſt. *Boſius.* Leid. pro *quod gladius*, *etſi gladius*, ut & Voſſ. A. B.

5 *Subalare telum*] Dictum, ut *ſubalares* ſive *plumae* ſive *culcitrae* (varie enim diſtinguunt locum) ap. *Lampridium Elagabalo cap.* 19. *Plutarchus* ὑποκείμενον vocat. Non eſt

puit. Namque erat cum eo quidam [1] ex Arcadia hoſpes, qui nunquam [2] diſcedere voluerat. Hunc ſequi ſe jubet, & id quod in praeſentia veſtimentorum

igitur cur vel *ſubulare*, quod *Barthio* in mentem veniebat; vel, quod nuperrimo interpreti, *ſubarmale* reponamus. praeſertim ſi *ſubarmalia* ſive *ſubarmales*, genus veſtis *Spartiano in Severo cap.* 6. *Trebellio Pollioni in Claudio cap.* 14. & *Vopiſco in Aureliano cap.* 13. memoratum, non inde dictum ſit, quod ſub armos rejiceretur, vel fibula ſub armis annecteretur, ut viſum *Caſaubono ad Severum*, & *Salmaſio ad Pollionem*: ſed, quod cum *Turnebo Adverſar.* 18, 19. mavult *Ferrarius de re veſtiaria* 6, 17. quod ſub armis more tunicae geſtaretur, ut illa melius corpori inſiderent. *Boſius*. Pro *eripuit*. Voſſ. B. *erripuit*.

1 *Ex Arcadia hoſpes*] Quidam libri *Arcadia hoſpes*, omiſſa praepoſitione: quod dictum fuerit, ut *hoſpes Zazyntho*, *Epheſo* apud *Plautum*, & ſimilia alia, quae ad ea Plauti loca collegit *Taubmannus*. Boſius. Leid. *Quidam cum eo ex Arcadia hoſpes*. Praepoſitionem etiam agnoſcunt praeter Leidenſem Voſſiani A. B. Apud A. Gellium L. 3. N. A. cap. 15. ex veteribus libris Carrio legit, & Gronovius in textum recepit *Polycritam nobilem feminam Naxo inſula*. Attamen Codicum Mſſ. auctoritate firmatam lectionem hic praefero. Audiamus praeterea Donatum ad Terentium Eun. Act. 1. Sc. 2. vſ. 85. Ex *Aethiopia ancillulam Non Aethiopiſſam*: *ſed honeſtius ex Aethiopia*. Quamvis non diffitear, praepoſitionem aliquando omitti. Eodem modo locuti fuere Graeci Sophocl. Philoct. vſ. 1330. Ἀνὴρ γὰρ ἡμῖν ἐστιν ἐκ Τροίας ἁλούς, *vir enim nobis eſt ex Troja i. e. Trojanus captus*.

2 *Diſcedere*] Plenius eſt in membranaceo meo Cod. *Qui nunquam abeo diſc. vol.* ſed praefero priorem lectionem propter, *namque erat cum eo*, quod praecedit. Eſt enim elegans ellipſis. *Ernſtius*. addunt quidam Mſſ. & edd. *ab eo*. ſed melioribus abſunt. v. not. *Ernſtii*. Boſius.

3 *Arripit*] Ita Exc. Dan. melius, quam vulgati *arripuit*.

4 *Ejectis*] Extrorſum nempe ex illo loco, in quo quietem ceperat. Quare vana eſt *Lambini* curioſitas, *injectis*, ſeu *conjectis* ſubſtituentis. Frontinus, 2. 9, 2. *Cl. Nero caput Aſdrubalis in caſtra Annibalis ejecit*. Gebhardus. Adde cl. Oudendorp. ad l. l. Frontini. Pro *tranſit* Leid. *tranſiit*. item Voſſ. A. B. & pro *flammae vim*. Voſſ. A. *flammarum*.

5 *Incendium effug.* [*eminus*] *vid.*] Malo diſtinguere, *effugiſſe viderunt*. *telis eminus miſſis*. Curt. lib. 8. cap. 66. eminus *obruti telis*. Nepos Chabria Cominus *pugnans telis hoſtium*, *interfectus eſt*. Gebhardus. *Eminus* quod Mſſ. Dan. & Leid. tranſponunt, & voce *telis* ſubjiciunt, (quod etiam *Gebhardo* placebat) a Boecleriano codice plane aberat. *Plutarchus* tamen *Gebhardo* favet: Ἀκοντίσαντες, inquiens, ἔβαλον ἀκοντίοις καὶ τοξεύμασιν. *Boſius*.

6 *Telis miſſis interf.*] Adſtipulantur *Plutarchus* & *Diodorus*. *Juſtinus* vero 5. 8, 14. & *Oroſius* 2, 15. vivum Alcibiadem in cubiculo, in quo dormiebat, crematum ajunt. *Boſius*.

7 *Caputque ejus ad Pharnabazum retu-*

Digitized by Google

rum fuit,[3] arripit. His in ignem [4] ejectis, flammae vim tranſiit. Quem ut barbari [5] incendium effugiſſe 3
[eminus] viderunt, [6] telis miſſis interfecerunt, [7] caput-

retulerunt] In caedibus injunctis capita referebantur fidei peracti ſceleris acquirendae ad mandatores. Vide *Curt.* 7, 2, 32. & 8, 3, 13. Tacitus 14, 57, 8. *Relatum caput Sullae illuſit Nero, tanquam praematura canitie deforme.* Hoſtium vero inviſorum Principi referebantur ad gratiam praemiumve conſequendum. Tacitus 2. H. 16, 6. *Capita Pacarii & comitum, ut hoſtium, ipſi interfectores ad Othonem tulere.* Curtius, 3, 13, 17. *Di tantae fortunae proditorem celeriter cum debita poena perſecuti ſunt. Nam unus e conſciis ejus, credo regis vicem etiam in illa ſorte reveritus, interfecti proditoris caput ad Darium tulit.* Lib. 8, 12, 3. *Indi, ſive odio Ducis, ſive gratiam victoris regis inituri, Erycem fugientem adorti interemerunt, caputque ejus atque arma ad Alexandrum detulerunt.* Ut heic arma, ita quandoque una cum capite dextra relata ad Regem, a quo mercedem lator ſpectabat. *Polyaenus* 8. Τὸν δὲ Κράσσον Ἐξάθρης ἀνεῖλε Παρθυαῖος, καὶ τὴν δεξιὰν ἀποκόψας ἐκόμισε πρὸς μέγαν βασιλέα τῶν Παρθυαίων Notandum quoque, reciſa inviſorum hoſtiumve capita potentibus mulieribus oblata, ut hac crudeli laetitia impotentem animum titillarent. De capite Joannis Baptiſtae nota res eſt. Tacitus 14, 64, 4. *Additur atrocior ſaevitia; quod caput amputatum latumque in urbem Poppaea vidit.* Sic crudele & atrox ſpectatum ab aemula Octaviae demtum caput. Quid de Fulvia dicendum eſt, quae Ciceroni exſectam linguam aciculis compunxit? Quid de Alcmena Jovis pellice, quae caput Euryſthei ad ſe ab Hyllo nepote delatum, cum neſciret, qua contumelia tractaret, κερκίσι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξώρυξεν αὐτοῦ, ut habet *Zenobius Centuria* 11, 61. *Polyaenus l.* 7. Tiſſaphernes ἀποκτείνας Tithrauſti τὴν κεφαλὴν ἀνεκόμισε βασιλεῖ, βασιλεὺς δὲ ἔπεμψε τῇ μητρὶ Παρυσάτιδι. Hoſtilibus vero ducibus ideo praeciduntur cervices, & capita adverſae partis ſtationibus ingeruntur ad infringendum animum. Ammianus Marcell. 26, 29. *Maxime in Philippopoleos defenſores, qui urbem ſeque ipſos, non niſi capite viſo Procopii, quod ad Gallias portabatur, aegerrime dediderunt.* Auctor. de Viris Illuſt. c. 48. *Nero regreſſus pari celeritate, qua venerat, caput Aſdrubalis ante vallum Annibalis projecit. Quo ille viſo, vinci ſe Fortuna Carthaginis confeſſus eſt.* Clarius Frontinus 2, 11, 2. *Claudius Nero, victis Poenis, caput Aſdrubalis in caſtra Annibalis ejecit: quod factum eſt, ut & Annibal luctu (nam frater occiſus erat) & exercitus deſperatione adventantis praeſidii affligeretur.* Ubi reliqua exempla. Juſtinus 24, 5, 6. *Ptolemaeus multis vulneribus ſaucius capitur; caput ejus amputatum, & lancea fixum tota acie adterrorem hoſtium circumfertur.* Hoc antiqui vocabant ἀκρωτηριάζειν, cum in ſignum victoriae, hoſtium capita, ac manus praeciſas referrent. *Diodorus Sicul.* 13. Ἠκρωτηρίαζον δὲ καὶ τοὺς νεκροὺς κατὰ τὸ πάτριον ἔθος, καὶ τινὲς μὲν χεῖρας ἀθρόας περιέφερον τοῖς σώμασι,

τινὲς

putque ejus ad Pharnabazum retulerunt. [1] At mulier, [2] quae cum eo vivere conſuerat, [3] muliebri ſua [4] veſte contectum, aedificii incendio mortuum [5] cremavit, quod ad vivum interimendum erat comparatum. Sic Alcibiades annos circiter quadraginta natus, diem obiit ſupremum.

CAP. XI.

1 Hunc [6] infamatum a plerisque, tres graviſſimi hiſtorici [7] ſummis laudibus extulerunt: Thucydides,

πιὸς δὲ κεφαλὰς ἐπὶ τῇ γαστρὶ καὶ τῇ σαυ- ρίαν ἐπέχοντες ἵστησιν. *Gebhardus*. Adde Servium ad Virgil. 2. Aen. vſ. 553. & 558. ibique De la Cerdam, & quos laudat cl. Cortius ad Salluſt. Jugurth. cap. 12. n. 6.

1 *At mulier*] Mulierem hanc Plutarchus *Timandram* vocat, & Laidis Corinthiae matrem fuiſſe refert. Athenaeus vero lib. 13, 12. *Theodotam* nuncupat. *Magius*.

2 *Quae cum eo vivere conſueverat*] Τὸ *vivere* expungit Ed. Ultraj. probantque poſt *Schottum Paſcaſius Groſippus in Paradox literar. Epiſt.* 8. & ὁ μακαρίτης *Buchnerus in acceſſionibus ad Fabrum.* quomodo *Plautus* Ciſtill, 1, 1, 88. *tun' unquam cum quiquam viro conſuevisti? Terentius* Phorm. 5, 6, 33. *cum ejus conſuevit olim matre in Lemno clanculum.* Hecyra 4, 1, 40. *quicum tot conſueſſet annos.* Ubi *Donatus*: *Conſueſſet proprie dicitur in ſtupro. Cicero* Verr. 5. *mulieres, quibuscum iſte conſueverat.* adde *Gell.* 2, 23. *&* 4, 3. Subaudiendum autem verbum *concumbere, rem habere,* aut ſimile: quemadmodum & ad verbum *ſolere* in illo *Plauti* Ciſtill. 1. 1, 37. *viris cum ſuis praedicant nos ſolere*: de quo *Scaliger ad Catullum.* adde *Schoppium l. c.* Pro *conſueverat* Exc. Dan. *conſuerat.* bene. *Boſius.* *vivere* agnoſcunt Leid. & Voſſ. A. B.

3 *Muliebri ſua veſte*] I. e. pallio, ut ait *Cicero 2. de divinat. cap.* 69. *Valerius Max.* 1, 7. *ext.* 9. Qui & Alcibiadis ea de re ſomnium narrant: de quo praeter ea apud *Plutarchum* & *Suidam* legimus. *Boſius*.

4 *Veſte contectum cremavit*] Vel quod nudus, aut ſaltem tunicatus eſſet (in ſonitu enim flammae expergefactus, lecto exſurgens, veſtimentis, quae in praeſentia erant, in ignem conjectis, flammam per mediam evaſerat:) vel ex antiqua conſuetudine in funeribus & cremandis cadaveribus ſervata. Solebant namque antiqui cadavera exornare pulchrisque integere veſtibus, cumque his, rogis exurenda exponere; vel, ubi non cremarentur corpora, ſepulchris condere, ut auctorum teſtimoniis eſt manifeſtum; *Homeri odyſſ.* ω. *v.* 131. *& ſeqq. Valerii Max.* 5, 1. *Virgilii Aen.* 6, 220. *Plutarchi in Bruto, Othone, & Arato Sicyonio.* Romae qui in magiſtratu conſtituti vita excedebant, praetexta amicti, in rogum portabantur. Adnotare hoc licet apud *Livium*

Digitized by Google

des, qui ejuſdem aetatis fuit; [1] Theopompus, qui fuit
poſt aliquanto natus; & Timaeus: qui quidem [2] duo
maledicentiſſimi, neſcio quo modo, in illo uno lau-
dando [3] conſenſerunt. Nam ea, quae ſupra diximus, 2
de eo praedicarunt, atque hoc amplius, quum Athe-
nis [4] ſplendidiſſima civitate natus eſſet, [5] omnes [A-
thenienſes] ſplendore ac dignitate vitae ſuperaſſe:
poſtquam inde expulſus Thebas venerit, adeo ſtudiis 3
eorum inſerviſſe, ut nemo eum labore corporisque
viri-

Livium 34, 7. Magius. adde *Kirchm. de Funerib. Rom.* 1, 10. Boſius.

5 *Cremavit*] More Graecorum. de quo idem *Kirchmannus*, 1, 2. Boſ.

6 *Infamatum a pleriſque*] Cum ab aliis, tum ab Antiphone, qui librum ſcripſit contumeliae in Alcibiadem, ut *Athenaeus* teſtatur 12, 4. & Lyſia oratore, qui orationem contra Alcibiadem compoſuit: teſtatur idem *Athenaeus* 13, 4. Magius.

7 *Summis laud. extulerunt*] De hujuſmodi judiciis vide quae diſſerit Nobiliſſ. *Boeclerus in Commentario p.* 55. Boſius.

1 *Theopompus, qui fuit*] Poſtrema duo vocabula non agnoſcebat Cod. Leidenſis. *Boſ. Fuit* abeſt Leid. meo, & Voſſ. A. B.

2 *Duo maledicentiſſimi*] Plura hac de re *Voſſius de hiſtor. Graec.* 1, 7. *&* 12. & *in Addendis ad locum poſteriorem*. Boſ. Pro *Thimaeus* Leid. & Voſſ. A. *Thymaeus*.

3 *Conſenſerunt*] Libri Mſſ. quos P. Daniel & Cl. V. Andr. Schottus tractarunt, *laudando conſuerunt*. alii *conſcierunt*. aliquid latet, quod ſine indicio melioris codicis vix ac ne vix quidem detegetur. *Gebhardus*. Leid. *In illo laudando conſcierunt*. Voſſ. B. etiam *conſcierunt*. Cl. Oudendorpius legendum conjicit *deſierunt*. nempe maledicere. Pro *nam* Voſſ. A. & B. *namque*. denique pro *praedicarunt*. Voſſ. B. *praedicatur*.

4 *Splendidiſſ. civitate*] Neſcio, cur haec *Lambino* ac *Gebhardo* ſuſpecta fuerint; cum in Mſſ. Codd. habeantur. Et ſimiliter ſupra locutus Noſter *cap.* 1, 2. & infra 8, 2, 1. *Boſius*. Quoniam Gebhardi conjectura nulla Codicis Mſ. auctoritate nitebatur, ejus notam heic non appoſui.

5 *Omnes Athenienſes*] Mſſ. Dan. Boecl. Leid. poſterior; aliis prior; iis, quos *Magius* inſpexit, utraque vox abfuit. Igitur hic utramque ab *Aldo* confidentius aequo additam; *Lambinus* quoque delendam putabat, ſed ita, ut in praecedentibus legatur, *cum Athenis natus eſſet, ſplendidiſſimam civitatem ſplendore ac d. v. ſ.* quod recte lubidini ejus imputat *Gebhardus*: qui tamen poſterius nomen retinet. Ego prius malim; praeeuntibus optimis, quos dixi, libris. neque video, quomodo utroque ejecto ſenſus ſibi conſtet. *Boſius*. *Athenienſes* abeſt a Leid. meo & Voſſ. A. *ſuperaſſe vitae* exhibent Voſſ. A. B. paullo poſt pro *inſerviiſſe* Leid. *inſerviſſe*. item Voſſ. A. B.

Digitiz

viribus poſſet aequiparare. omnes enim Boeotii [1] magis firmitati corporis, quam ingenii acumini inſerviunt.
4 [2] Eundem apud Lacedaemonios, [3] quorum moribus ſumma virtus in patientia ponebatur, ſic [4] duritiae ſe dediſſe, ut parſimonia victus atque [5] cultus omnes Lacedaemonios vinceret: fuiſſe apud [6] Thracas, homines vinolentos, [7] rebusque Venereis deditos,

1 *Magis firmitati corporis*] Corporum Boeotiorum robur ac firmitudinem aliquoties commendat *Diodorus* Lib. 15. Οἱ Θηβαῖοι, inquit, τῇ τε ῥώμῃ τῶν σωμάτων καὶ ταῖς ἀλκαῖς διαφέροντες. Senſus Nepotis eſt: Boeotii majus ſtudium, pluſque operae ponunt in acquirendo confirmandoque corporis robore, quam in excolendo ingenio. Epaminonda. *Namque illi genti* (Thebanorum) *plus eſt virium quam ingenii.* Hinc alii Βοιωτίας ὗας denominatos volunt, ὡς ἂν ὄντας ταῖς διανοίαις ἄγαν ἀναισθήτους ob craſſitiem ingenii. *Gebhardus.* Adde ad 1, 5, 52. *Boſius.* Pro *Boeotii.* Leid. & Voſſ. A. B. *Boetii.*

2 *Eundem apud Lacedaemon. &c.*] Eadem referunt *Athenaeus* 12, 9. *Plutarchus in Alcibiade pag.* 203 & in *lib. de adul. & amici diſcr. p.* 52. Boſius.

3 *Quorum moribus ſumma virtus in patientia*] Legas *Plutarchum* in *Lycurgi vita*, & in *Laconum inſtitutis.* Recte autem *ponebatur*, ait, non vero *ponitur*: quia ſua aetate, multoque ante, dura Laconum inſtituta in deſuetudinem abierant. *Magius.*

4 *Duritiae ſe dediſſe*] Ita exhibent Leid. & Voſſ. A. B. praeterquam quod in Leid. *duritie* legitur. Vocem *duritiae* illuſtrant, quae proferunt Broukhuſ. ad Propert. L. 1. El. 16. vſ. 29. & Dukerus ad Florum lib. 2. cap. 3. n. 4.

5 *Cultus omnes*] Mſ. Boecler. *omnis cultus.* Boſius. *Cultus* hic de veſtibus ſumitur. Vide Servium ad Virgil. 1. Georg. vſ. 4. quomodo a Livio, Suetonio, aliisque adhibetur: de Lacedaemoniorum vili veſtitu vide praeter alios Thucydid. lib. 1. cap. 6. & Cel. J. Perizon. ad Aelian. L. 9. V. H. cap. 34. n. 2. & ad lib. 14. cap 7. n. 6. *Omnis cultus* etiam Voſſ. B. *victus* vero de neceſſariis ad vitam ſuſtinendam, parcis, & aridis alimoniis dici nemo ignorat. Vide Broukhuſ. ad Tibull. L. 2. El. 1 vſ. 43. & Cel. Burm. ad Petron. cap. 55. pag. 267. de re vide Cl. Perizon. ad Ael. l. l. n. 7.

6 *Thracas homines vinolentos*] *Plato* 1, *de legibus*, & *Torrentius noſter* ad illud *Horatii* 1. *od.* 27.

Natis in uſum laetitiae ſcyphis
Pugnare Thracum eſt.

Schottus. Leid. *violentos.*

7 *Rebusque venereis deditos*] Suſpectum hoc *Schotto.* cum Thraces ſimplici ingenio homines, & frigido coelo nati ſint: quare *reique veterinae deditos* reponebat: eoque referebat, quod *Plutarchus* Alcibiaden ἐν Θρᾴκῃ μεθυστικὸν & ἱππαστικὸν fuiſſe ſcribit. Sed intercedit *Gebhardus*, & poſtquam e *Martiali*, *Varro-*

toſ; hos quoque in his rebus anteceſſiſſe: [1] veniſſe
ad Perſas, apud quos ſumma laus eſſet [2] fortiter ve- 5
nari, luxurioſe vivere; horum ſic imitatum conſue-
tudinem, ut illi ipſi eum in his maxime admiraren-
tur. Quibus rebus effeciſſe, ut apud quoscunque 6
eſſet, [3] princeps poneretur, haberetur que [4] kariſſi-
mus. Sed ſatis de hoc: reliquos ordiamur.

Varrone, *Scholiaſte Ariſtophanis in Acharn.* *Tacito* 14, 2, 1. *Valerio Max.* 2, 1, 5. Ebrietatis pediſſequam Libidinem eſſe, neque fortius homines in Venerem ſtimulari, quam cum mero incaluerunt, oſtendiſſet, idem de Thracibus exiſtimandum ſubdit. Cur, inquit, Thracas aliter affectos putemus? An ſunt ſimplici ingenio & frigido coelo nati? Prius nego; alterum intendendam ad libidinem non minimum conferre, norunt omnes; praeſertim cum interiore parte per frigus cohibitus calor vino, quaſi ſuffuſo oleo, gravius ſuccendatur. Neſciiſſe hoc dicemus Ovidium, qui Thraces gentili vitio libidinoſiores canit? lib. 6. *Metam.* de Tereo.

Digna quidem facies, ſed & hunc innata libido
Exſtimulat; pronumque genus regionibus illis
In venerem eſt, flagrat vitio gentisque ſuoque. Boſius.

1 *Veniſſe ad Perſas*] De Perſarum venatione & luxu *Strabo lib.* 15. & *Horatius* 1. *Od. ultima*:

Perſicos odi puer apparatus.

Ibidemque poſt *Lambinum*, *Torrentius* praeclare, ut mittam *Briſſonii commentarium*, ac *Pet. Bizari Liguris de rebus Perſicis*, itemque *Jo. Druſium l.* 12. *obſervationum*. Schottus.

2 *Fortiter venari*] Omnes bellicoſae nationes venationibus ſtudent, hocque ſe labore durant ad bellum. De Parthis *Tacitus* 2, 2, 5. & 11, 10. 6. De Germanis *Caeſar* 6, 21. 28. De Suevis 4. *de B.G.* 1. Ideo Amazones *virgines in eund. morem neque lanificio, ſed armis, equis, venationibus exercebant.* In militari quoque viro commendatur, cum per remiſſionum intervalla ſcite venatu uti. *Claudianus* lib. 1. de laudib. Stiliconis:

Si quando ſociis tecum venatibus ibant,
Quis Stilicone prior ferro penetrare leones
Cominus, aut longe virga transfigere tigres? Gebhardus.

3 *Princeps*] Male q. libri *principes*. Boſius.

4 *Kariſſimus*] Ita Cod. Dan. *ἀρχανὸς*. *Boſius*. Leid. & Voſſ. A. B. *haberetur que cariſſimus*. Pro *ordiamur* Voſſ. B. *ordinamur*.

VIII. THRASYBULUS.

CAP. I.

1 [1] THRASYBULUS LYCI F. ATHENIENSIS. Si per ſe virtus ſine fortuna ponderanda ſit, [2] dubito, an hunc [3] primum omnium ponam. [4] Illud ſine dubio; neminem huic praefero fide, conſtantia, [5] magnitudine animi, [6] in patriam amore.
2 Nam quod multi voluerunt, [7] pauci potuerunt, ab uno

1 DE THRASYBULO vide *Diodorum* 13. & 14. *Xenoph. H. Gr.* 1. & 2. *Thucydidem* 8. *Plutarchum in Alcibiade, Lyſandro, Pelopida, Politicis. Clem. Alexandr. ſtromat.* 1. *Pauſan. Atticis Juſtin.* 5, 9, & 10. *Val. Max.* 4, 1. *ext.* 4, 5, 6. *ext.* 2. *Cic. epiſt. ad Att.* 8, 3. *Oroſ.* 2, 17. Boeclerus. Ejus penes me nummus, in cujus uno latere caput imberbe, & ΘΡΑΣΥΒΟΥΛΟΥ; in altero inter capram & ſupervolantem cum caduceo in capite ciconiam: ΤΗ ΑΡΕΤΗ. *Boſius.*

2 *Dubito*] Hoc verbum illuſtrat Cel. J. Perizon. ad Sanctii Minerv. lib. 3. cap. 3. pag. 331.

3 *Primum omnium*] Leid. *omnium primum.*

4 *Illud ſine dubio: neminem huic praefero fide*] Sic lego e Mſſ. Gif. Dan. Schott. Leid. & Ed. Ultraj. probabatque *Gebhardus*, hac mente. eſſe apud ſapientes extra dubitationis aleam, quod virtus ſeorſim ſine intuitu fortunae ſit ponderanda: idcirco ſe anteferre Thraſybulo virtute clarum neminem. Ego malim ad ſequentia referre, hoc ſenſu; ſi maxime non debeatur primus Thraſybulo locus inter illuſtres imperatores; id tamen certum eſſe, neminem ei illis, quos ſubjicit, virtutibus praeferendum. Atque ſic paſſim loquuntur boni ſcriptores. Etiam Noſter ad eum fere modum 23, 12, 3. *His Pruſias negare auſus non eſt, illud recuſavit, ne id &c.* Et 25, 11, 3. *Difficile eſt omnia perſequi: Illud unum intelligi volumus, &c.* Quod ſi vulgata lectio retineri debeat, legerim: *nam illi neminem praefero &c.* ut particula *nam* ab ultima ſyllaba vocis praecedentis abſorpta fuerit. *Boſius.* Leid. meus & Voſſ. B. *illud ſine dubio: neminem huic praefero.*

5 *Magnitudine animi*] Eum enim unum triginta tyrannis oppoſuit, tam parva manu fretus, eoſque devicit. Eſt enim magnanimi, non niſi maximis periculis ſe objicere. *Buchnerus.*

6 *In patriam amore*] Unde φιλόπολις & φιλόπατρις inter ejus elogia. *Gebhardus.*

7 *Pauci*] Dan. *paucique.* Boſius. *Paucique* etiam Leid. meus & Voſſ. A. B. Pro *a triginta* Leid. *triginta.* Pro *vindicaret* Voſſ. B. *vendicaret,* quod eſt nihili. Elegantiſſime autem dixit *e ſervitute in libertatem vindicare,* quomodo etiam locutus eſt

uno tyranno patriam liberare; huic contigit, ut a triginta oppreſſam tyrannis ex ſervitute in libertatem vindicaret. Sed neſcio quo modo, quum eum nemo 3
anteiret his virtutibus, multi [1] nobilitate [2] praecurrerunt. Primum [3] Peloponneſio bello [4] multa hic ſine Alcibiade geſſit, ille nullam rem ſine hoc: quae ille

eſt in Epam. cap 8. Eſt Ciceroniana locutio lib. 2. ad Fam. Ep. 5. *Qui ſit remp. afflictam & oppreſſam miſeris temporibus ac perditis moribus in veterem dignitatem ac libertatem* vindicaturus. Ad quem locum Manutius ante alios jam monuit *vindicare* non *vendicare* ſcribendum, quem ibi conſule de hoc verbo, & Servium ad Virg l. 4. Aen. vſ. 228 nec non Cort. ad Cic. L. L. & ad Sall. Catil. c. 20 n. 6. ita & Livius lib. 3. cap. 45. *Me vindicantem ſponſam in libertatem vita citius deſeret quam fides.* De triginta tyrannis, qui patriam ejus ita oppreſſerant, ut nec Archontes, nec Strategi, nec populus hiſcere auderent, unde annus iſte ἀναρχία dictus, conſule Celeb. J. Perizon. ad Aelian. L. 5. V. H. cap. 13. n. 6. & Juſtin. lib. 5. cap. 9. & 10.

1 *Nobilitate*] Celebritate, gloria. v. Ind. Neque enim de nobilitate ſanguinis, quod nonnullis viſum, hoc accipi debet. *Boſius. His* abeſt a Leid.

2 *Praecurrerunt*] Recte Editiones veteres *praecucurrerunt.* Eſt autem translatio a certantibus curſu in ſtadio. Horat.

— *Equis* praecurreret *albis.*

Cicero de Oratore: *Horum uterque Iſocratem aetate* praecurrit. & Attico: *Vobis vero illum tanto minorem* praecurrere *vix honeſtum.* Valer. Max. lib. 6. cap. 9. 13. *Craſſum caſus acerbitate* praecurrit. ſic Graeci παρῆλθεν Demoſth. περὶ στεφάνου in princip. *Gebhardus.* Quaed. Edd *praecucurrerunt*, aſſentiente *Gebhardo* quomodo *Plautus Sticho* 2, 2, 67. *praecucurri ut nuntiarem nuntium exoptabilem*; Et *Tertullianus* 1. *ad uxorem*: *oportebat legis adimplendae cauſas praecucurriſſe.* Sic apud alios *decucurri*, *excucurri*, *procucurri*, *percucurri*, *concucurri*. de quo videndi *Lud. Carrio Antiq. lect.* 3, 5, *Voſſius de analogia* 3, 19. & *Tho. Bangius obſerv. Philolog. lib.* 1. *p.* 597. *& ſeqq.* Boſius. De hoc verbo Paſſerat. ad Propert. 1, 23, 25. Graecos vero eodem modo παρέρχεσθαι per metaphoram a ſtadio deſumtam pro vincere, ſuperare, praecellere &c. poſuiſſe docent nos Scholia Homeri iliad. A. vſ 132. & ad Odyſſ. N. vſ. 291. quem imitatus eſt Callimachus H. in Dian. vſ. 250.

— ῥεῖα καὶ Πυθῶνα παρῆλθες & ſic alii. Voſſ. B. exhibet *praecucurrerunt*, ſic *decucurrit* ex Mſſ. legit cl. Oudend. ad Front. L. 1. Strat. c. 1. n. 63 ad L. 2. c. 2. n. 9. & ad c. 4. n 39.

3 *Peloponneſio*] Cod. Dan. *Peloponenſio.* quomodo paſſim in Mſſ. *Peloponenſe*, & alicubi *Proconenſe*, pro *Proconeſio*, Boſius. Voſſ. A. *Peloponneſſio.* B *Peloponeſi.*

4 *Multa hic ſine Alcibiade*] Quae *Xenophon.* 1. *de reb. Gr.* & *Diodorus* 13. narrant. *Lambinus.* Eſt autem elegans formula, qua etiam alii uſi, *Cicero* pro Mur. cap. 9. *Maximo in bello ſic eſt verſatus, ut hic multas res*

4 ille univerſa naturali quodam bono fecit lucri. Sed illa tamen omnia communia imperatoribus cum militibus & fortuna: quod in praelii concurſu [1] abit res a conſilio ad vires, vimque pugnantium. Itaque jure ſuo nonnulla ab imperatore miles, [2] plurima vero for-

& magnas ſine imperatore geſſerit, nullam ſine hoc imperator. De Parmenione Curtius 7, 2, 33. *multa ſine rege proſpere, rex ſine illo nihil magnae rei geſſerat.* Sidonius Appollinaris Paneg. ad Avitum:

Nil ſine te geſſit, cum plurima tu ſine illo.

Boſius. Pro *quae ille un.* Voſſ. B. *quae illa un.*

1 *Abit res a conſilio ad vires vimque pugnantium*] Schotti liber *ad vires cujuſque pugnantium*, quod ille tuetur. Lamb. *ad vires virtutemque pugnantium.* Denique Cl. Puteanus *ad vices vimque pugnantium.* Gebh. Vulgati omnes, ut in textu. *Lamb.* Legebat *ad vires virtutemque pugn.* Claud. Puteanus *ad vices vimque pugn.* ac *vices* exponebat partes, munus. In Mſſ. Codd. mira varietas. Schotti libri, *ad vires cujuſque pugnantium*; quod ille tuetur. Savaronis: *ad vires noſtrum cujuſque pugn.* Puteani: *ad vires undique pugnantium* Leidenſis. *ad vires uſque pugn.* Boecleri denique: *in p c. huit* (ſuperducta lineola) *res a c. ad vires vimque pugn.* Primo certum eſt; *vires vimque*, cum eadem ſit vox, inepta repetitione conjungi: ac proinde alterutrum in mendo cubare: Deinde, *vim* pugnantibus optime convenire; cum & ſupra 1, 5, 3. iis tribuatur. Praeterea ex iis, quae praecedunt ac ſequuntur, colligere eſt, requiri hic aliquid, quod ad *fortunam*, & aliquid, quod ad *milites* pertineat; nam & cauſſam reddit, cur in bello multa *communia ſint imperatoribus cum militibus & fortuna*; & hinc porro colligit, *jure ſuo nonnulla ab imperatore militem, plurima vero fortunam vindicare.* Ergo dubitari non debet, heic quoque *fortunae* mentionem a *Nepote* factam. Non diſplicet igitur, quod *Puteanus* conjicit, pro *vires* legendum *vices*. nam ea voce ſubinde veteres de fortuna pariter ac bello utuntur. De fortuna *Lucanus* 2, 12.

Sive nihil poſitum eſt, ſed ſors incerta vagatur,
Fertque refertque vices, *& habent mortalia caſum.*

Seneca controverſia 1. *Venit ſubito deformis ſqualore, lacrymis. O graves, fortuna,* vices *tuae!* Ita recte emendavit *ὁ πάνυ Gronovius*, cum vulgo pariter legeretur *vires.* Ejuſdem epitome lib. 5. declam. 1. *Mutentur* vices *felicitatis humanae; proſcriptus aliquando proſcripſit.* De bello & praelio Virgilius Aeneid 2, 432. *Teſtor in occaſu veſtro nec tela, nec ullas vitaviſſe* vices *Danaûm.* Ubi *Servius.* VICES, *pugnas, quia per viciſſitudinem pugnabatur.* Et mox: *De bello uſurpatum eſt. nullum enim praelium caret periculo: ergo vices periculi.* Bene. *Vices* enim proprie viciſſitudinem & variationem deſignant. Tacitus Ann. 6, 35, 2. *Modo equeſtris praelii more, frontis & tergi* vices. Idem Agric. 18, 1. *Hunc Britanniae ſtatum has bellorum* vices *Agricola invenit.*

fortuna vindicat, ſeque his plus valuiſſe, quam ducis prudentiam, vere poteſt praedicare. Quare illud magnificentiſſimum factum proprium eſt Thraſybuli. nam quum triginta tyranni, praepoſiti a Lacedaemoniis, ſervitute oppreſſas tenerent Athenas, [1] plu-

venit. Statius: *bellica jura*, vicesque *armorum.* Hac voce in *vires* mutata, videntur librarii, animadverſo inepte *vimque* addi, poſteriorem hancce in *uſque*, *cujuſque*, *undique* corrupiſſe. Τὸ *huit* autem, quod in Boecl. fuit, & ex *habuit* abbreviatum videtur, ex ſimilitudine ſoni natum. Sed unde τὸ *noſtrum*, quod in ſuo *Savaro* invenit? Ut ingenue fatear, haereo, & vereor, ne quid aliud lateat. *Boſius.* Voſſ. A. & Leid. meus *abiit.* Voſſ. B. *In praeliis concurſu habuit.*

2 *Plurima vero fortuna*] Gloriam reſtituti hujus loci ſibi vindicat Lambinus, quam neque ipſi invideo, aut intercipere cogito. Antehac vulgati *plurima vero a fortuna vindicat, ſeque his plus valuiſſe, quam Ducis prudentia vere poteſt praedicare.* Unde altero periculo idem extricare conatur. *Itaque jure ſuo nonnulla ab imp. mil. pl. vero fort. vindicat: ſeque his plus valuiſſe vere poteſt praedicare.* Comparat geſta Alcibiadis & Thraſybuli, hujuſque longe praefert. Ratio, quia in rebus belli plurima ſibi fortuna vindicat & nihil prudentiae relinquit. Exemplum eſt apud Curt. lib. 3. cap. 33. *Deſtinata ſalubriter omni ratione potentior fortuna diſcuſſit.* Gebhardus. Locus obſcurus, & quem vellem diligentius viri docti excuſſiſſent. Vulgati fere ſic habent: *plurima vero a fortuna vindicat, ſeque his plus val. qu. duc. prudentia vere p. praedicare.* quod merito ſuſpectum *Lambino* fuit. nam, ut e praecedentibus apparet, Nepos *imperatori militem & fortunam*, non *militem imperatori & fortunae* opponit. neque verum eſt, *plura* militem a fortuna, quam ab imperatore, multo minus, *plurima cum a fortuna* ſibi *vindicare*, quin potius plurimum in bello fortuna ſibi vindicat. *Cicero* pro M. Marcello cap. 2. *Certe in armis, militum virtus, locorum opportunitas, auxilia ſociorum, claſſes, commeatus, multum juvant: maximam vero partem quaſi ſuo jure fortuna ſibi vindicat, & quidquid eſt proſpere geſtum, id paene omne ducit ſuum.* quem locum a noſtro expreſſum cenſebat *Schottus*. *Caeſar* B. Civ. 3, 68. *Fortuna quae plurimum poteſt, quum in reliquis rebus, tum praecipue in bello.* *Iſocrates* Archidamo: Τῶν μὲν ἐν πολέμῳ γιγνομένων τὸ πλεῖστον μέρος τῇ τύχῃ μέτεστι. Recte igitur *Lambinus* aliique delerunt praepoſitionem: quae & Dan. codice aberat, reliqua idem *Lambinus*, *his* in *hic*, & *prudentia* in *prudentiam* (quod etiam in Colon. ed. haberi ait,) mutato, ſic reſtituit: *ſeque hic plus valuiſſe quam ducis prudentiam, v. p. praed.* ſuſpicatur tamen, cum τὸ *his* in omnibus libris inveniatur, totum illud, *quam ducis prudentia* ſubditum, itaque legendum eſſe: *pl. vero fortuna vindicat, ſeque his plus val. v. p. praed.* Cui conjecturae parum abeſt, quin ſubſcribam. Certe ſententia aperta eſt.

 Quo-

[1] plurimos cives, quibus in bello [2] parſerat fortuna; [3] partim patria expuliſſent, [4] partim interfeciſſent, plurimorum bona publicata inter ſe diviſiſſent, non ſolum [5] princeps, ſed & ſolus initio [6] bellum his indixit.

CAP.

Quoniam tamen omnes tam editi, quam Mſſ. Codices haec verba habent, delere non auſim. Τὸ *his* autem vel mutari poteſt *in hic*, vel ad illud *plurima* referri: quanquam prius illud malim. In Mſ. Boecl. erat *praedicari*. corrupte, opinor: niſi τὸ *ſe* ad fortunam referas: quod tamen duriuſculum. *Boſius*. Voſſ. A. *Plurima vero a fortuna*. Pro *vindicat* Voſſ. B. *vendicat*. pro *his valuiſſe* Voſſ. A. B. *hic valuiſſe*. pro *praedicare* Voſſ. B *praedicari*. pro *nam quum trig*. Leid. *nam trig*.

1 *Plurimos cives*] Vide *Juſtin*. 5, 8. *&* 9. *Oroſ*. 2, 15. Boſius.

2 *Parſerat*] Liber a P. Daniele collatus; *in bello parſerat fortuna* Gebh. Sic diſerte Cod. Dan. idque a librarii manu eſſe, vix crediderim. Eundem in modum Plautus Trinum. 2, 2, 35. *parſi ſedulo*. Curcul. 2, 3, 11. *niſi eam mature parſit*. Trucul 2, 4, 24. *rei parſiſſem meae* Terentius Hecyra 3, 1, 2. *hanccine ego vitam parſi perdere*. Ubi Donatus: PARCO, *conſervo*, PARSI *facit*: Phorm. 1, 9, 10 *quod ille unciatim vix de demenſo ſuo comparſit miſer*. Cornelius Fronto de differentiis vocum: *Parſi ſemel*; *peperci ſaepius*. Cato apud Feſtum: *meo labori non parſi* unde *Parſurus* apud *Livium* 35. 44. v. *Voſſ. de analog*. 3, 25. qui & apud *Gellium*, 5, 14 ait legi *parſiſſe*, quod tamen in meis codicibus non invenio. *Boſius*. Leid. etiam *parſerat*, item Voſſ. A:

3 *Partim patria expuliſſ.*] In quibus & ipſe Thraſybulus ob opes excidit patria. *Scholia in Ariſtoph. Plutum*: vſ. 550. *Εὔπορος ὢν καὶ ἐξ αὐτῶν (τυράννων) ἐκπεσεῖν*. *Gebhardus*.

4 *Partim interfeciſſe*] Mille quingentos indicta cauſa necarunt, inquit *Aeſchines de falſa legat. & adv. Cteſip*. Lambinus. Initium caedis ab Alcibiade factum, ait *Juſt*. 5, 8, 12 *Boſ*.

5 *Princeps*] Πρῶτος. I. Hamilcare; Princeps *largitione vetuſtos pervertit mores Carthaginienſium*. Virg. lib. IX. Aeneid. Princeps *ardentem conjecit lampada Turnus*. Caeſar. lib. 1. Comm. cap. 12. *Quae pars civitatis Helvetiae inſignem calamitatem populo Romano intulerat, ea* princeps *poenas perſolvit*. cap. 41. Princepſque *decima legio per tribunos militum ei gratias egit*. lib. 1. Civil. cap. 76. Princeps *in haec verba jurat*. Cicero in Antonium; Ille Princeps *fuit ad conatum exercitus comparandi*. Et in Verrem: *Sicilia* Princeps *ſe ad amicitiam populi Romani applicuit, & prima omnium Provincia eſt appellata*. Gebhardus. Vide Boſium ad Ageſilaum cap. 1. n. 2. & Davies. ad Caeſ. L. 1. B. G. c. 12. & hinc *Principes* dicuntur, quorum in unaquaque re eſt dignitas auctoritas ve praecipua. Cort. ad Salluſt Catil. cap. 24. n. 2. Duker. ad Florum. L. 4. cap. 2. n. 92. & Weſſeling. Lib. 1. Obſ. cap. 8.

6 *Bellum his indixit*] *Xenophon*. 2; *Diodorus* 14. *Valerius Max*. 5, 6. *ext*. 2. *Juſti-*

CAP. II.

Hic enim quum [1] Phylen confugiſſet, [2] quod eſt 1
caſtellum in Attica munitiſſimum, non plus habuit ſecum, [3] quam triginta de ſuis. Hoc initium fuit ſalutis [4] Actaeorum; hoc robur libertatis [5] clariſſimae

Juſtinus 5, 9. & ex eo *Oroſius* 2, 17. Savaro

1 *Phylen confugiſſet*] Quae eſt finitima Tanagritae, centum ſtadiis, teſte *Diodoro*, diſtans Athenis: praeterea Oeneidis tribus pars. *Scholia in Ariſtophanis Plutum, Act.* 5. *Sc.* 1. φυλὴ δὲ δῆμος τῆς Ἀττικῆς καὶ οἱ ἐπανελθόντες φυλάσιοι. Quare & ad verbum in *Stephano* reperiuntur. Alluſerat quoque ſuperius: μετὰ ταῦτα φυλὴν καταλαβὼν καθεῖλε τυράννους. *Gebhard.* Biennio poſt urbem captam caſtellum hoc in finibus Atticis, cum quibusdam exulibus occupavit, mox etiam Piraeeum, adjutantibus ipſum, & opibus ſuis ſublevantibus peregrinis etiam, ut Iſmaenia Thebano, & Lyſia oratore Syracuſano. Vide de eo Clem. Alexandr. lib. 1. *Stromat.* pag 348. VIII, 2, 2. *Neque vero hic contemtus eſt primo a tyrannis, ſed ejus ſolitudo.* Ita eſt in Mſ. noſtro. Nathan Chytraeus & alii legunt: *Neque vero hic modo contemtus eſt.* Lambinus aliter. Schopp. IV. *Verіſ.* 11. quem Dn. Boeclerus in ſecunda editione ſequitur, e veteribus libris legit: *Neque vero hic non contemptus eſt primo a Tyrannis, nec ejus ſolitudo.* quod cum Lambini ſcriptura convenit, niſi quod is pro *nec*, legit *neque*. Barthius addit: *ſed & ejus ſolitudo.* Priorem tamen lectionem caeteris omnibus praefert, & recte. Vide Boecler. *Ernſtius.* Plura *Meurſius de populis Atticae pag.* 144. *ſeqq.* Boſius. Leid. *Phylem.* Voſſ. B. *Philen.*

2 *Quod eſt caſtellum munitiſſimum*] Occupandum eſſe iis, qui cogitata ſuo exitu honeſtare deſiderant, tale copiis ſuis receptaculum atque ὁρμητήριον, diſci poteſt & aliorum exemplo. Sic Phialenſium exules apud *Diodorum* 15. Πρῶτον δὲ τῶν Φλιασίων οἱ φυγάδες συνεξελθόντες κατελάβοντο τὴν καλουμένην Ἡραίαν χωρίον ἰσχυρὸν, ἐκ ταύτης ὁρμηθέντες παρείσεπεσον εἰς τὴν Φλιασίαν. *Caeſar* B. Civ. 1, 14. *Nihil circa Capuam tutum eſſe omnibus videtur. Capuae primum ſeſe confirmant & colligunt.* De Pompejanis. Zonaras Tom. 2. ἀμαχεὶ κατασχόντες τὴν Ἀσπίδα οἱ Ῥωμαῖοι, τῷ πολέμῳ ὁρμητήριον ἐποιήσαντο &c. Et de Antiocho: Ὁ δὲ ἐς τὴν Θρᾴκην, inquit, ἐπεραιώθη, καὶ ἄλλα τε παρεστήσατο, καὶ τὴν Λυσιμαχίαν ἀνεστηκυῖαν συνῴκισεν, ὡς ὁρμητηρίῳ ταύτῃ χρησόμενος. *Gebhardus.*

3 *Quam triginta*] Imo circiter ſeptuaginta tradit fuiſſe Xenophon. *Lambin.* *Quam* agnoſcunt nec Leid. nec. Voſſ. A. B.

4 *Actaeorum*] Ita lego, ſecutus veſtigia Codicis Dan. in quo fuit *Actorum*. *Actaei* enim dicti Athenienſes ab *Acte*, quod antiquiſſimum Atticae nomen fuit, ut pluribus

2 riſſimae civitatis. [1] Neque vero hic non contemtus eſt primo a tyrannis, atque ejus [2] ſolitudo. quae quidem

dem

ribus auctorum locis docet *Meurſius de Regib. Athenienſ.* 1, 2. quibus addas licet *Suidam in* Ἀκτὴ, & *Euſtathium Schol. ad Dionyſ. Perieg. pag.* 60. *Stephanus*: Ἀκτὴ, οὗ ἡ Ἀττικὴ ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Ἀκταίου τινός. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀκταῖος, καὶ Ἀκταία, &c. Unde Ἀκταίων νάπαι *apud Lycophronem Caſſandra*, hoc eſt, ut *Tzetzes* exponit, (vſ. 504.) οἱ τῶν Ἀθηναίων ἅρπαγες: & *Actaea Ceres* Statio Silv. 4, 8. *Actaea arva* Ovidio I. Metam. *juga* Claudiano 3. de raptu Proſerpinae; & *Actaeae ora* Val. Flacco lib. 1. Adi *Meurſium l. c. ſub finem.* Boſ. Adde Celeb. Perizon. ad Aelian. L. 6. V. H. cap. 1. & ad Sanctii Min. L. 1 cap. 7. pag. 60. *Hoc in f. ſ. A. b. robur* abſunt a Cod. Leid.

5 *Clariſſ. civitatis*] Vide ad 7, 11, 5. Male q. edd. *cariſſimae*. Boſius.

1 *Neque vero hic non cont. e. p. a tyr. atque ejus ſolitudo*] Interpolatum a Lambino ita; *Neque vero hic contemptus eſt primo a Tyrannis, ſed ejus ſolitudo.* Antiquae editiones *Neque vero hic non contemptus eſt primo a tyrannis, neque ejus ſolitudo.* Lambini judicium quo admodum faſtidit, impugnant conſequentia: nam expreſſe indicant, eum fuiſſe deſpectum a triginta. Membranae Schotti, Savaronis, atque Ultrajectinae Editiones. *Neque vero hic non contemptus eſt primo a tyrannis, atque ejus ſolitudo.* Quam lectionem longe vulgata & commento Lambini potiorem pronunciat politiſſimus Schottus. Unicus collabeſcentium per Germaniam cultiorum litterarum tibicen atque Atlas Caſp. Barthius lib. 14. Adverſ. cap. 18. ut ſcrici ac rei convenientiſſimam Lambini commendat lectionem, immemor ejus eſſe Fabri, qui nummos plumbeos cudere ſolcat. Membrana Curioni collata: *neque vero hic modo contemptus eſt primo a Tyrannis, ſed ejus ſolitudo*: hinc facit *ſed &*, huicque ſe ſcripturae palam ſubſcribere teſtatur. Mihi Codicis Mendozani lectio arridet. Quamvis Clariſſimus Voſſius noſter pro *non*, malit reponere *tam*; dicatque τὸ *atque* heic valere *quam*. ut in illo Plauti Amph. Act. 1. ſc. 1. *Nimis ſimil' eſt mei. Itidem habet petaſum ac veſtitum tam conſimil', eſt, itaque ego.* Gebhardus. Lectio Mſſ. codicum Schotti, & Leid. itemque Savar. ac Ultraj editionum; quam ut omnium optimam, poſt *Schottum & Gebhardum* probat Ampliſſ. *Boeclerus.* Conſentiunt edd. antiquae & Mſc. Boecl. ac Bavarici *Schoppio veriſim.* 4, 2. laudari: niſi quod pro *atque* habent *neque*. Qui negandi particulam ejiciunt, (ut *Lambinus* & *Barthius Adverſ.* 24, 18. itemque codex Ernſtianus) h. m. *neque vero hic cont. e. pr. a tyr. ſed ejus ſolitudo.* eos continens verſiculus redarguit. nam eo diſerte *deſpectus* a tyrannis Thraſybulus dicitur. niſi tamen, quod valde vereor, & illud *deſpecto*, &c., quod praecedit, *contemnentibus* ab aliena ſunt manu. Mſſ. Curionis, & quidam editi: *neque vero hic modo contemtus eſt pr. a t. ſed ejus ſolit.* Unde *Barthius* faciebat: *ſed & ei, ſolitudo* *Voſſius* pater malebat, *neque vero hic tam contemtus eſt a tyr. atque ejus ſolitudo.* Sed vix ita loquutum crediderim *Nepotem*. Ceterum *Xenophon*

2, Diodo-

dem res & illis contemnentibus, [1] pernicii; & huic deſpecto, ſaluti fuit. haec enim illos ad perſequendum ſegnes, [2] hos autem tempore [3] ad comparandum dato

2, *Diodorus* 14. *Juſtinus* 5, 9. aliique hanc rem narrantes nihil de contemtu hoc, ſed tyrannos ſtatim obviam Thraſybulo iviſſe, tradunt. *Boſius*. Leid. *neque vero hic neque*. Voſſ. A. *Neque vero hic non*. B. *neque vero hic modo*.

2 *Solitudo*] *Solitudinem* vocat inopiam ſive infrequentiam vires conjungentium. Curt. lib. IX. cap. 23. *Stabat enim in conſpectu tanti exercitus veluti in* ſolitudine *deſtitutus*. lib. V cap. 52. *Ingens ergo in tabernaculo* ſolitudo *erat paucis ſpadonibus (quia quo diſcederent, non habebant) circumſtantibus regem*. Tacit. lib. XI. Annal. cap. 32. *Atqui interim tribus omnino comitantibus (id repente* ſolitudinis *erat) ſpatium urbis pedibus emenſa, vehiculo, quo purgamenta hortorum eripiuntur, Hoſtienſem viam intrat* Lactantius lib. I. cap. 7. Inſtit. *Si Deus unus eſt, quae eſſe beata* Solitudo *queat? Tanquam nos, qui unum eſſe dicimus, deſertum ac* ſolitarium *eſſe dicamus*. Apul. Apolog. vocat *ſolitatem* de Cratete, *multis ſervis a ſe remotis* ſolitatem *delegit*. Gebh. Male alii *ſolicitudo*, ut antecedentia docent. *Boſius*. Leid. *neque ejus ſolitudo*. Voſſ. A. *atque ejus ſolitudo*. B. *ſed & ejus ſolitudo*.

1 *Pernicii*] Sic e vet. codice laudat *Giphanius Ind. Lucret.* voce *Rabies*, reperitque in ſuo & Pet. Daniel. Similiter Siſenna hiſtor. 6. *Romanos inferendae pernicii cauſſa veniſſe*. Cicero pro Roſcio cap. 45. *quorum nihil pernicii cauſſa factum putamus. &c.* Ita utrumque locum laudat *Gellius* 9, 14. docetque ead. ratione ab aliis dictum *facii, dii, progenii, luxurii, acii, ſpecii*. adde *Voſſ. de analog.* 2, 19. & *Bangium l.* 1. *pag.* 98 Laudat utrumque locum & *Nonius cap* 8. 24. ſed corrupte utrobique *pernici*, & in priore pro *inferendae*, *inferendae* legitur. mox Dan. mutato verborum ordine, *ſegnes ad perſequendum*. Boſius.

2 *Hos autem tempore ad comparandum dato fecit robuſtiores*] Nempe ſocios Thraſybuli: quia non in eos inquirebatur aut animadvertebatur, nacti ſunt tempus, quo compararent neceſſaria ad ſubvertendos Tyrannos. Curt. 6, 3, 11. *Hoſtem ſpreveris, valentiorem negligentia facies*. *Diodorus lib.* 18. Ὅτε ὁ μὲν Ἀντίπατρος ῥᾳθυμότερον διατιθέμενος πρὸς τὰς παρασκευὰς κατεφρόνει τοῦ Λεωσθένους, οἱ δ' Ἀθηναῖοι χρόνον ἔλαβον καὶ ἐξουσίαν συγκατασκευάσασθαι τὰ εἰς πόλεμον χρήσιμα. De M. Licinio Craſſo *Diod. l.* 21. Ἀλλὰ τότε ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ διατριβὴν ἀχθεσθείς, καὶ τὰ ἐν Συρίᾳ ἐκπιεῖν ἐπιθυμήσας, παρέσχετο τοῖς Πάρθοις καιρὸν παρασκευάσασθαι. Cicero pro Quinctio: *Illis autem id temporis impugnandi detur, quum vitandi illorum impetus poteſtas adempta nobis erit*. Gebhardus. Pro *hos* q. edd. *hoſtes*. ſed alterum meliores libri firmant. *Boſius*. Voſſ. B *robuſtiores*. & paullo ante exhibet *ſegnes ad perſequendum*.

3 *Ad comparandum*] Suſpectus *Lambino* locus: legendumque videtur *ad ſe comparandum*, ſeu *ſe comparandos*; vel *ad exercitum comparandum*; vel hoc totum ut ſupervacaneum delendum. cui recte *Gebhar-*

3 dato fecit robuſtioros. Quo magis praeceptum illud omnium in animis eſſe debet: *Nihil in bello oportere contemni.* [1] nec ſine cauſſa dici: [2] *Matrem timidi flere*
4 *non ſolere.* [3] Neque tamen pro opinione Thraſybuli auctae ſunt opes. Nam [4] jam tum illis temporibus fortius boni pro libertate loquebantur, quam pugnabant.

dus cenſuit dandum elleborum. Solent enim hoc & aliis hujuſmodi verbis ſcriptores abſolute uti. Plane ad hunc modum Livius 35. 44. *ut Romani tempus ad* comparandum *habeant.* Et 42, 52. *extractam hiemem, ut tempus ad* comparandum *haberet.* Idem 38, 12. *Attalum fratrem domum ad* comparandum *dimittit.* Ita enim e Mſſ. legendum docuit *Gronovius.* Noſter infra 23, 7, 1. *Cum in* apparando *acerrime eſſet occupatus.* Subaudiendum autem vel *ſe*, vel *copias*, *exercitum*, *bellum*, aut aliquid ſimile. *Boſius.* Adi cl. Graevium ad Ciceron. L. 15. ad Fam. Ep. 5. Cel. Perizon. ad Sanctii Minerv. L. 4. cap. 3. n. 13. & cl. Cort. ad Salluſt. Catil. cap. 6. n. 5. Hinc poſſet confirmari Lectio Codicis Mſſ. Oxonienſis in Miltiade cap. 5. *nova arte, vi ſumma commiſerunt.* omiſſo *praelium.* Nam Latini aeque ac Graeci ſimilibus Ellipſeos generibus gaudent: itaque nec ſpernendae ſunt duae, Mſſ. Codicum ſcripturae in eodem Milt. cap. 7. Prima eſt ex Cod. Mſ. Schefferi & Voſſ. B. *copias eduxit:* omittentibus *e navibus.* Eodem modo, quo in Themiſtocle cap. 8. in fine. *Ibique Themiſtoclem exponit.* Scilicet e navi in terram. *Conſcendere* pro navim conſcendere dixit Cicero L. 6. ad Att. Ep. 8. ubi vide Notas. & contra *exire* & *egredi* pro e navi deſcendere Interpr. ad L. 9. ad Fam. Ep. 6. & cl. Burm. ad Quinctil. Declam. 12. cap. 1. & quomodo Noſter in Alcibiade cap. 8. n. 5. locutus eſt. Altera in eodem Miltiadis capite ex Voſſ. B. *A rege corruptus, infectis rebus, diſceſſiſſet.* omittente *a pugna.* *Mittere* pro legatos mittere vidimus ad Themiſtocl. cap. 2. ibid. cap. 5. in Voſſ. C. pro *male rem geſſerat*, *male geſſerat* ſcriptum eſt. Adde Cort. ad Sall. Jug. cap. 92. in fine. De voce *ſegnis* vid. Broukhuſius ad Tibull. L. 2 El. 1. vſ. 20.

1 *Nec ſine cauſſa*] Voſſ. A. *neque ſine cauſſa.*

2 *Matrem timidi flere non ſolere*] Dictum contra audaciam & ſecuritatem. Timidus enim cum nihil temere adeat, ſed ſibi ſemper optime caveat, a periculis etiam eſt tutior; atque propterea maternis lacrymis ob damna accepta minus obnoxius. Germani dicimus: Einen geringen Feind ſoll man nicht verachten. *Ernſtius.* Videtur auctor illud *Homeri Iliad.* 5. & 15. reſpexiſſe.

Αἰδομένων τ' ἀνδρῶν πλέονες σόοι, ἠὲ πέφανται.

Solomo ſapienter *Proverb.* x, 1. *Filius ſapiens laetitia afficit patrem; filius vero ſtolidus moeſtitiae eſt matri ſuae.* Si nimirum ſtolide, imprudenter, & improbe progrediatur, tam in belli quam pacis negotiis. Vide & cap. xiv, 16. *Lettenius.*

3 *Neque*

Digitized by Google

bant. [1] Hinc in Piraeeum tranſiit, [2] Munychiam- 5
que munivit. Hanc bis tyranni oppugnare ſunt ad-
orti: ab eaque turpiter repulſi, protinus in urbem,
armis impedimentisque amiſſis, refugerunt. Uſus eſt 6
Thraſybulus [3] non minus prudentia, quam fortitu-
dine. nam cedentes [4] violari vetuit. *cives* enim *civi-
bus parcere aequum* cenſebat. [5] neque quiſquam eſt
vul-

3 *Neque tam pro opin. Thraſybuli auctae ſunt opes*] Tradit tamen *Diodorus* 18. brevi tempore conveniſſe homines mille & ducentos; & his copiis eductis eum irrupiſſe mane inopinato ac de improviſo in xxx. tyrannorum caſtra, multisque eorum interfectis illos Athenas ſe recipere coegiſſe. *Lambinus*. Pro *tamen* Voſſ. B. *tum*.

4 *Jam tum illis temporibus fortius boni pro libertate loquebantur, quam pugnabant*] Ante ex abuſu libertatis & nimia felicitate; poſtea ex adulatione & ſervitute tyrannorum, quae duo ſolent eſſe pedicae maſculorum animorum. Haud abs re dixit *Homerus*, dimidium virtutis vel animi auferre ſervitutem. Livius 8, 22. *Graeci, gens lingua magis ſtrenua, quam factis*. Et 31, 44. *Athenienſes literis verbisque, quibus ſolis valent, bellum adverſus Philippum gerebant*. Ovidius Faſt. 3. *Facundum, ſed male forte genus*. Loccenius. Videtur autem *Nepos*, ut etiam *Magio* obſervatum, tecte carpere Romanorum ignaviam, qui Caeſaris aliorumque tyrannidem verbis magis, quam facto, oppugnabant. Vide *Cicer. ad Attic.* 14, 6 *&* 15. Boſius. *Fortius* eſt hic conſtantius, majori ac fortiori animo. vi cl. Duker. de Latinitate Jctorum pag. 377. & Cl. Burm. ad Quinctilian. L. 2. Inſt. Orat. cap. 12. & ad L. 5. cap. 10.

1 *Hinc in Piraeeum*] Sic *Diodorus* 14. niſi quod tradit hoc factum eſſe poſt irruptionem illam nocturnam, ſeu potius matutinam, factam in caſtra adverſariorum, quam modo retuli. Cum *Diodoro* congruit & *Xenophon* 2. Lambinus. *Pireum* Leid. & Voſſ. A.

2 *Munychiamque*] Corrupte Dan. *Minthiamque*. Boſius. Leid. & Voſſ. A. *Minthiam*. ſed in Marg. al. *Munichiam*. paullo poſt pro *impedimentisque* Voſſ. A. *impedimentis*.

3 *Non minus prudentia*] Nihilominus Conon Thraſybulum a nomine *temerarium in capiendis conſiliis appellabat*: ut ait *Ariſtoteles Rhetoric.* 2. Magius.

4 *Violare*] Leid. Voſſ. A. & B. *violari*.

5 *Neque quiſquam eſt vulner. niſi qui prior impugn. vol*] M. Tullius pro Marcello cap. 6. *Vidimus tuam victoriam, praeliorum exitu terminatam; gladium vagina vacuum in urbe non vidimus, quos amiſimus cives, eos vis Martis perculit, non ira victoriae.* Idem pro Q. Ligario cap. 6. *Cognita clementia tua, quis non eam victoriam probet, in qua occiderit nemo, niſi armatus*. Lambinus. Tacitus 4 H. 39, 4. *Recentes clarosque rerum fama ac militum ſtudiis, etiam populus fovebat*,

VIII. THRASYBULUS.

CAP. I.

1 [1] THRASYBULUS LYCI F. ATHENIENSIS. Si per ſe virtus ſine fortuna ponderanda ſit, [2] dubito, an hunc [3] primum omnium ponam. [4] Illud ſine dubio; neminem huic praefero fide, conſtantia, [5] magnitudine animi, [6] in patriam amore.
2 Nam quod multi voluerunt, [7] pauci potuerunt, ab uno

1 DE THRASYBULO vide *Diodorum* 13. & 14. *Xenoph. H. Gr.* 1. & 2. *Thucydidem* 8. *Plutarchum in Alcibiade, Lyſandro, Pelopida, Politicis. Clem. Alexandr. ſtromat.* 1. *Pauſan. Atticis Juſtin.* 5, 9, & 10. *Val. Max.* 4, 1. *ext.* 4, 5, 6. *ext.* 2. *Cic. epiſt. ad Att.* 8, 3. *Oroſ.* 2, 17. Boeclerus. Ejus penes me nummus, in cujus uno latere caput imberbe, & ΘΡΑΣΥΒΟΥΛΟΥ; in altero inter capram & ſupervolantem cum caduceo in capite ciconiam: ΤΗ ΑΡΕΤΗ. *Boſius.*

2 *Dubito*] Hoc verbum illuſtrat Cel. J. Perizon. ad Sanctii Minerv. lib. 3. cap. 3. pag. 331.

3 *Primum omnium*] Leid. *omnium primum.*

4 *Illud ſine dubio: neminem huic praefero fide*] Sic lego e Mſſ. Gif. Dan. Schott. Leid. & Ed. Ultraj. probabatque *Gebhardus*, hac mente. eſſe apud ſapientes extra dubitationis aleam, quod virtus ſeorſim ſine intuitu fortunae ſit ponderanda: idcirco ſe anteferre Thraſybulo virtute clarum neminem. Ego malim ad ſequentia referre, hoc ſenſu; ſi maxime non debeatur primus Thraſybulo locus inter illuſtres imperatores; id tamen certum eſſe, neminem ei illis, quos ſubjicit, virtutibus praeferendum. Atque ſic paſſim loquuntur boni ſcriptores. Etiam Noſter ad eum fere modum 23, 12, 3. *His Pruſias negare auſus non eſt, illud recuſavit, ne id &c.* Et 25, 11, 3. *Difficile eſt omnia perſequi: Illud unum intelligi volumus, &c.* Quod ſi vulgata lectio retineri debeat, legerim: *nam illi neminem praefero &c.* ut particula *nam* ab ultima ſyllaba vocis praecedentis abſorpta fuerit. *Boſius.* Leid. meus & Voſſ. B. *illud ſine dubio: neminem huic praefero.*

5 *Magnitudine animi*] Eum enim unum triginta tyrannis oppoſuit, tam parva manu fretus, eoſque devicit. Eſt enim magnanimi, non niſi maximis periculis ſe objicere. *Buchnerus.*

6 *In patriam amore*] Unde φιλόπολις & φιλόπατρις inter ejus elogia. *Gebhardus.*

7 *Pauci*] Dan. *paucique.* Boſius. *Paucique* etiam Leid. meus & Voſſ. A. B. Pro *a triginta* Leid. *triginta.* Pro *vindicaret* Voſſ. B. *vendicaret*, quod eſt nihili. Elegantiſſime autem dixit *e ſervitute in libertatem vindicare*, quomodo etiam locutus eſt

uno tyranno patriam liberare; huic contigit, ut a
triginta oppreſſam tyrannis ex ſervitute in libertatem
vindicaret. Sed neſcio quo modo, quum eum nemo 3
anteiret his virtutibus, multi [1] nobilitate [2] praecur-
rerunt. Primum [3] Peloponneſio bello [4] multa hic ſi-
ne Alcibiade geſſit, ille nullam rem ſine hoc: quae
ille

eſt in Epam. cap 8. Eſt Ciceroniana locutio lib. 2. ad Fam. Ep. 5. *Qui ſit remp. afflictam & oppreſſam miſeris temporibus ac perditis moribus in veterem dignitatem ac libertatem* vindicaturus. Ad quem locum Manutius ante alios jam monuit *vindicare* non *vendicare* ſcribendum, quem ibi conſule de hoc verbo, & Servium ad Virg. l. 4. Aen. vſ. 228 nec non Cort. ad Cic. L. L. & ad Sall. Catil. c. 20 n. 6. ita & Livius lib. 3. cap. 45. *Me* vindicantem *ſponſam in libertatem vita citius deſeret quam fides.* De triginta tyrannis, qui patriam ejus ita oppreſſerant, ut nec Archontes, nec Strategi, nec populus hiſcere auderent, unde annus iſte *ἀναρχία* dictus, conſule Celeb. J. Perizon. ad Aelian. L. 5. V. H. cap. 13. n. 6. & Juſtin. lib. 5. cap. 9. & 10.

1 *Nobilitate*] Celebritate, gloria. v. Ind. Neque enim de nobilitate ſanguinis, quod nonnullis viſum, hoc accipi debet. *Boſius. His* abeſt a Leid.

2 *Praecurrerunt*] Recte Editiones veteres *praecucurrerunt*. Eſt autem translatio a certantibus curſu in ſtadio. Horat.

— *Equis* praecurreret *albis.*

Cicero de Oratore: *Horum uterque Iſocratem aetate* praecurrit. & Attico: *Vobis vero illum tanto minorem* praecurrere *vix honeſtum.* Valer. Max. lib. 6. cap. 9. 13. *Craſſum caſus acerbitate* praecurrit. ſic Graeci *παρῆλθεν* Demoſth. *περὶ στεφάνου* in princip. *Gebhardus.* Quaed. Edd *praecucurrerunt*, aſſentiente *Gebhardo* quomodo *Plautus Sticho* 2, 2, 67. *praecucurri ut nuntiarem nuntium exoptabilem*; Et *Tertullianus* 1. *ad uxorem*: *oportebat legis adimplendae cauſas praecucurriſſe.* Sic apud alios *decucurri*, *excucurri*, *procucurri*, *percucurri*, *concucurri*. de quo videndi *Lud. Carrio Antiq. lect.* 3, 5, *Voſſius de analogia* 3, 19. & *Tho. Bangius obſerv. Philolog. lib.* 1. *p.* 597. *& ſeqq.* Boſius. De hoc verbo Paſſerat. ad Propert. 1, 23, 25. Graecos vero eodem modo *παρέρχεσθαι* per metaphoram a ſtadio deſumtam pro vincere, ſuperare, praecellere &c. poſuiſſe docent nos Scholia Homeri iliad. A. vſ 132. & ad Odyſſ. N. vſ. 291. quem imitatus eſt Callimachus H. in Dian. vſ. 250.

— *ῥεῖα καὶ Πυθῶνα παρήλθεν* & ſic alii. Voſſ. B. exhibet *praecucurrerunt*, ſic *decucurrit* ex Mſſ. legit cl. Oudend. ad Front. L. 1. Strat. c. 1. n. 63 ad L. 2. c. 2. n. 9. & ad c. 4. n 39.

3 *Peloponneſio*] Cod. Dan. *Peloponenſio.* quomodo paſſim in Mſſ. *Peloponenſe*, & alicubi *Proconenſe*, pro *Proconeſio*, Boſius. Voſſ. A. *Peloponneſſio.* B *Peloponeſi.*

4 *Multa hic ſine Alcibiade*] Quae *Xenophon.* 1. *de reb. Gr.* & *Diodorus* 13. narrant. *Lambinus.* Eſt autem elegans formula, qua etiam alii uſi, *Cicero* pro Mur. cap. 9. *Maximo in bello ſic eſt verſatus, ut hic multas res*

4 ille univerſa naturali quodam bono fecit lucri. Sed illa tamen omnia communia imperatoribus cum militibus & fortuna: quod in praelii concurſu [1] abit res a conſilio ad vires, vimque pugnantium. Itaque jure ſuo nonnulla ab imperatore miles, [2] plurima vero for-

& magnas ſine imperatore geſſerit, nullam ſine hoc imperator. De Parmenione Curtius 7, 2, 33. *multa ſine rege proſpere, rex ſine illo nihil magnae rei geſſerat.* Sidonius *Appollinaris* Paneg. ad Avitum:

Nil ſine te geſſit, cum plurima tu ſine illo.

Boſius. Pro *quae ille tm.* Voſſ. B. *quae illa tm.*

1 *Abit res a conſilio ad vires vimque pugnantium*] Schotti liber *ad vires cujuſque pugnantium,* quod ille tuetur. Lamb. *ad vires virtutemque pugnantium.* Denique Cl. Puteanus *ad vices vimque pugnantium.* Gebh. Vulgati omnes, ut in textu. *Lamb.* Legebat *ad vires virtutemque pugn.* Claud. Puteanus *ad vices vimque pugn.* ac vices exponebat partes, munus. In MſſT. Codd. mira varietas. Schotti libri, *ad vires cujuſque pugnantium*; quod ille tuetur. Savaronis: *ad vires noſtrum cujuſque pugn.* Puteani: *ad vires undique pugnantium* Leidenſis. *ad vires uſque pugn.* Boecleri denique: *in p c. huit* (ſuperducta lineola) *res a c. ad vires vimque pugn.* Primo certum eſt; *vires vimque,* cum eadem ſit vox, inepta repetitione conjungi: ac proinde alterutrum in mendo cubare: Deinde, *vim* pugnantibus optime convenire; cum & ſupra 1, 5, 3. iis tribuatur. Praeterea ex iis, quae praecedunt ac ſequuntur, colligere eſt, requiri hic aliquid, quod ad *fortunam,* & aliquid, quod ad *milites* pertineat; nam & cauſſam reddit, cur in bello multa *communia ſint imperatoribus cum militibus & fortuna*; & hinc porro colligit, *jure ſuo nonnulla ab imperatore militem, plurima vero fortunam vindicare.* Ergo dubitari non debet, heic quoque *fortunae* mentionem a *Nepote* factam. Non diſplicet igitur, quod *Puteanus* conjicit, pro *vires* legendum *vices.* nam ea voce ſubinde veteres de fortuna pariter ac bello utuntur. De fortuna *Lucanus* 2, 12.

Sive nihil poſitum eſt, ſed ſors incerta vagatur,
Fertque refertque vices, *& habent mortalia caſum.*

Seneca controverſia 1. *Venit ſubito deformis ſqualore, lacrymis. O graves, fortuna,* vices *tuae!* Ita recte emendavit ó *μακαρίτης Gronovius*, cum vulgo pariter legeretur *vires.* Ejuſdem epitome lib. 5. declam. 1. *Mutentur* vices *felicitatis humanae; proſcriptus aliquando proſcripſit.* De bello & praelio Virgilius Aeneid 2, 432. *Teſtor in occaſu veſtro nec tela, nec ullas vitaviſſe* vices *Danaûm.* Ubi *Servius.* VICES, *pugnas, quia per viciſſitudinem pugnabatur.* Et mox: *De bello uſurpatum eſt. nullum enim praelium caret periculo: ergo vices periculi.* Bene. *Vices* enim proprie viciſſitudinem & variationem deſignant. Tacitus Ann. 6, 35, 2. *Modo equeſtris praelii more, frontis & tergi* vices. Idem Agric. 18, 1. *Hunc Britanniae ſtatum has bellorum* vices *Agricola invenit.*

fortuna vindicat, ſeque his plus valuiſſe, quam ducis prudentiam, vere poteſt praedicare. Quare illud magnificentiſſimum factum proprium eſt Thraſybuli. nam quum triginta tyranni, praepoſiti a Lacedaemoniis, ſervitute oppreſſas tenerent Athenas, [1] plu-

venit. Statius: *bellica jura*, vicesque *armorum.* Hac voce in *vires* mutata, videntur librarii, animadverſo inepte *vimque* addi, poſteriorem hancce in *uſque*, *cujuſque*, *undique* corrupiſſe. Tò *huit* autem, quod in Boecl. fuit, & ex *habuit* abbreviatum videtur, ex ſimilitudine ſoni natum. Sed unde τὸ *noſtrum*, quod in ſuo *Savaro* invenit? Ut ingenue fatear, haereo, & vereor, ne quid aliud lateat. *Boſius.* Voſſ. A. & Leid. meus *abiit.* Voſſ. B. *In praeliis concurſu habuit.*

2 *Plurima vero fortuna*] Gloriam reſtituti hujus loci ſibi vindicat Lambinus, quam neque ipſi invideo, aut intercipere cogito. Antehac vulgati *plurima vero a fortuna vindicat, ſeque his plus valuiſſe, quam Ducis prudentia vere poteſt praedicare.* Unde altero periculo idem extricare conatur. *Itaque jure ſuo nonnulla ab imp. mil. pl. vero fort. vindicat: ſeque his plus valuiſſe vere poteſt praedicare.* Comparat geſta Alcibiadis & Thraſybuli, hujuſque longe praefert. Ratio, quia in rebus belli plurima ſibi fortuna vindicat & nihil prudentiae relinquit. Exemplum eſt apud Curt. lib. 3. cap. 33. *Deſtinata ſalubriter omni ratione potentior fortuna diſcuſſit.* Gebhardus. Locus obſcurus, & quem vellem diligentius viri docti excuſſiſſent. Vulgati fere ſic habent: *plurima vero a fortuna vindicat, ſeque his plus val. qu. duc. prudentia vere p. praedicare* quod merito ſuſpectum *Lambino* fuit. nam, ut e praecedentibus apparet, Nepos *imperatori militem & fortunam*, non *militem imperatori & fortunae* opponit. neque verum eſt, *plura* militem a fortuna, quam ab imperatore, multo minus, *plurima* cum *a fortuna* ſibi *vindicare*, quin potius plurimum in bello fortuna ſibi vindicat. *Cicero* pro M. Marcello cap. 2. *Certe in armis, militum virtus, locorum opportunitas, auxilia ſociorum, claſſes, commeatus, multum juvant: maximam vero partem quaſi ſuo jure fortuna ſibi vindicat, & quidquid eſt proſpere geſtum, id paene omne ducit ſuum.* quem locum a noſtro expreſſum cenſebat *Schottus*. *Caeſar* B. Civ. 3, 68. *Fortuna quae plurimum poteſt, quum in reliquis rebus, tum praecipue in bello.* *Iſocrates* Archidamo: Τῶν μὲν ἐν πολέμῳ γιγνομένων τὸ πλεῖστον μέρος τῇ τύχῃ μέτεστι. Recte igitur *Lambinus* aliique delerunt praepoſitionem: quae & Dan. codice aberat, reliqua idem *Lambinus*, *his* in *hic*, & *prudentia* in *prudentiam* (quod etiam in Colon. ed. haberi ait,) mutato, ſic reſtituit: *ſeque hic plus valuiſſe quam ducis prudentiam, v. p. praed.* ſuſpicatur tamen, cum τὸ *his* in omnibus libris inveniatur, totum illud, *quam ducis prudentia* ſubditum, itaque legendum eſſe: *pl. vero fortuna vindicat, ſeque his plus val. v. p. praed.* Cui conjecturae parum abeſt, quin ſubſcribam. Certe ſententia aperta eſt.

[1] plurimos cives, quibus in bello [2] parſerat fortuna, [3] partim patria expuliſſent, [4] partim interfeciſſent, plurimorum bona publicata inter ſe diviſiſſent, non ſolum [5] princeps, ſed & ſolus initio [6] bellum his indixit.

CAP.

Quoniam tamen omnes tam editi, quam Mſſ. Codices haec verba habent, delere non auſim. Τὸ *his* autem vel mutari poteſt *in hic*, vel ad illud *plurima* referri: quanquam prius illud malim. In Mſ. Boecl. erat *praedicari*. corrupte, opinor: niſi τὸ *ſe* ad fortunam referas: quod tamen duriuſculum. *Boſius*. Voſſ. A. *Plurima vero a fortuna*. Pro *vindicat* Voſſ. B. *vendicat*. pro *his valuiſſe* Voſſ. A. B. *hic valuiſſe*. pro *praedicare* Voſſ. B *praedicari*. pro *nam quum trig*. Leid. *nam trig*.

1 *Plurimos cives*] Vide *Juſtin*. 5, 8. *&* 9. *Oroſ*. 2, 15. Boſius.

2 *Parſerat*] Liber a P. Daniele collatus; *in bello parſerat fortuna* Gebh. Sic diſerte Cod. Dan. idque a librarii manu eſſe, vix crediderim. Eundem in modum Plautus Trinum. 2, 2, 35. *parſi ſedulo*. Curcul. 2, 3, 11. *niſi eam naturae parſit*. Trucul 2, 4, 24. *rei parſiſſem meae* Terentius Hecyra 3, 1, 2. *hanccine ego vitam parſi perdere*. Ubi Donatus: PARCO, *conſervo*, PARSI *facit*: Phorm. 1, 9, 10 *quod ille unciatim vix de demenſo ſuo comparſit miſer*. Cornelius Fronto de differentiis vocum: *Parſi ſemel; peperci ſaepius*. Cato apud Feſtum: *meo labori non parſi* unde *Parſurus* apud *Livium* 35. 44. v. *Voſſ. de analog*. 3, 25. qui & apud *Gellium*, 5, 14 ait legi *parſiſſe*, quod tamen in meis codicibus non invenio. *Boſius*. Leid. etiam *parſerat*, item Voſſ. A.

3 *Partim patria expuliſſ*.] In quibus & ipſe Thraſybulus ob opes excidit patria. *Scholia in Ariſtoph. Plutum*: vſ. 550. Εὔπορος ὢν καὶ ἐξ αὐτῶν (τυράννων) ἐκπεσών. *Gebhardus*.

4 *Partim interfeciſſe*] Mille quingentos indicta cauſa necarunt, inquit *Aeſchines de falſa legat. & adv. Cteſip*. Lambinus. Initium caedis ab Alcibiade factum, ait *Juſt*. 5, 8, 12 *Boſ*.

5 *Princeps*] Πρῶτος. I. Hamilcare; Princeps *largitione vetuſtos pervertit mores Carthaginienſium*. Virg. lib. IX. Aeneid. Princeps *ardentem conjecit lampada Turnus*. Caeſar. lib. I. Comm. cap. 12. *Quae pars civitatis Helvetiae inſignem calamitatem populo Romano intulerat, ea* princeps *poenas perſolvit*. cap 41. Princepſque *decima legio per tribunos militum ei gratias egit*. lib. I. Civil. cap. 76. Princeps *in haec verba jurat*. Cicero in Antonium; Ille Princeps *fuit ad conatum exercitus comparandi*. Et in Verrem: *Sicilia* Princeps *ſe ad amicitiam populi Romani applicuit, & prima omnium Provincia eſt appellata*. Gebhardus. Vide Boſium ad Ageſilaum cap 1. n. 2. & Davies. ad Caeſ. L. I. B. G. c. 12. & hinc *Principes* dicuntur, quorum in unaquaque re eſt dignitas auctoritas ve praecipua. Cort. ad Salluſt Catil. cap. 24. n. 2. Duker. ad Florum. L. 4. cap. 2. n. 92. & Weſſeling. Lib. I. Obſ. cap. 8.

6 *Bellum his indixit*] *Xenophon*. 2. *Diodorus* 14. *Valerius Max*. 5, 6. *ext*. 2. *Juſti-*

CAP. II.

Hic enim quum [1] Phylen confugiſſet, [2] quod eſt caſtellum in Attica munitiſſimum, non plus habuit ſecum, [3] quam triginta de ſuis. Hoc initium fuit ſalutis [4] Actaeorum; hoc robur libertatis [5] clariſſimae 1

Juſtinus 5, 9. & ex eo *Oroſius* 2, 17. Savaro

1 *Phylen confugiſſet*] Quae eſt finitima Tanagrae, centum ſtadiis, teſte *Diodoro*, diſtans Athenis: praeterea Oeneidis tribus pars. *Scholia in Ariſtophanis Plutum, Act.* 5. *Sc.* 1. φυλὴ δὲ δῆμος τῆς Ἀττικῆς καὶ οἱ ἐνοικοῦντες φυλάσιοι Quare & ad verbum in *Stephano* reperiuntur. Alluſerat quoque ſuperius: μετὰ ταῦτα φυλὴν καταλαβὼν καθεῖλε τυράννους. *Gebhard.* Biennio poſt urbem captam caſtellum hoc in finibus Atticis, cum quibusdam exulibus occupavit, mox etiam Piraeeum, adjutantibus ipſum, & opibus ſuis ſublevantibus peregrinis etiam, ut Iſmaenia Thebano, & Lyſia oratore Syracuſano. Vide de eo Clem. Alexandr. lib. 1. *Stromat.* pag. 348. VIII, 2, 2. *Neque vero hic contemtus eſt primo a tyrannis, ſed ejus ſolitudo.* Ita eſt in Mſ. noſtro. Nathan Chytraeus & alii legunt: *Neque vero hic modo contemtus eſt.* Lambinus aliter. Schopp. IV. *Verſ.* 11. quem Dn. Boeclerus in ſecunda editione ſequitur, e veteribus libris legit: *Neque vero hic non contemptus eſt primo a Tyrannis, nec ejus ſolitudo.* quod cum Lambini ſcriptura convenit, niſi quod is pro *nec*, legit *neque*. Barthius addit: *ſed & ejus ſolitudo.* Priorem tamen lectionem caeteris omnibus praefert, & recte. Vide Boecler. *Ernſtius.* Plura *Meurſius de populis Atticae pag.* 144. *ſeqq.* Boſius. Leid. *Phylem.* Voſſ. B. *Philen.*

2 *Quod eſt caſtellum munitiſſimum*] Occupandum eſſe iis, qui cogitata ſuo exitu honeſtare deſiderant, tale copiis ſuis receptaculum atque ὁρμητήριον, diſci poteſt & aliorum exemplo. Sic Phialenſium exules apud *Diodorum* 15. Πρῶτον δὲ τῶν φιαλέων οἱ φυγάδες συστραφέντες κατελάβοντο τὴν καλουμένην Ηραίαν χώραν ἰσχυρὰν, ἐκ ταύτης ὁρμηθέντες παρεισέπεσον εἰς τὴν φιάλειαν. *Caeſar* B. Civ. 1, 14. *Nihil circa Capuam tutum eſſe omnibus videtur. Capuae primum ſeſe confirmant & colligunt.* De Pompejanis. Zonaras Tom. 2. ἀμαχεὶ καταχόντες τὴν Ἀττικὴν οἱ Ῥωμαῖοι, τῷ πολέμῳ ὁρμητήριον ἐποιήσαντο &c. Et de Antiocho: Ὁ δὲ ἐς τὴν Θεσσαλίαν, inquit, ἐστρατεύθη, καὶ ἄλλα τε παρεσπάσατο, καὶ τὴν Λυσιμαχίαν ἀνασκευάσαν συνῴκισεν, ὡς ὁρμητηρίῳ ταύτῃ χρησάμενος. *Gebhardus.*

3 *Quam triginta*] Imo circiter ſeptuaginta tradit fuiſſe Xenophon. *Lambin.* *Quam* agnoſcunt nec Leid. nec. Voſſ. A. B.

4 *Actaeorum*] Ita lego, ſecutus veſtigia Codicis Dan. in quo fuit *Actorum.* *Actaei* enim dicti Athenienſes ab *Acte*, quod antiquiſſimum Atticae nomen fuit, ut plu-

 ribus

2 riſſimae civitatis. [1] Neque vero hic non contemtus eſt primo a tyrannis, atque ejus [2] ſolitudo. quae quidem

ribus auctorum locis docet *Meurſius de Regib. Athenienſ.* 1, 2. quibus addas licet *Suidam in* Ἀκτὴ, & *Euſtathium Schol. ad Dionyſ. Perieg. pag.* 60. *Stephanus*: Ἀκτὴ, οὗ ἡ Ἀττικὴ ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Ἀκταίου τινός. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀκταῖος, καὶ Ἀκταία, &c. Unde Ἀκταίων νίκαι *apud Lycophronem Caſſandra*, hoc eſt, ut *Tzetzes* exponit, (vſ. 504.) αἱ τῆς Ἀθηνῶν ἁρπαγαί: & *Actaea Ceres* Statio Silv. 4, 8. *Actaea arva* Ovidio I. Metam. *juga* Claudiano 3. de raptu Proſerpinae; & *Actaeae ora* Val. Flacco lib. 1. Adi *Meurſium l. c. ſub finem.* Boſ. Adde Celeb. Perizon. ad Aelian. L. 6. V. H. cap. 1. & ad Sanctii Min. L. 1. cap. 7. pag. 60. *Hoc in f. ſ. A. b. robur* abſunt a Cod. Leid.

5 *Clariſſ. civitatis*] Vide ad 7, 11, 5. Male q. edd. *cariſſimae.* Boſius.

1 *Neque vero hic non cont. e. p. a tyr. atque ejus ſolitudo*] Interpolatum a Lambino ita; *Neque vero hic contemptus eſt primo a Tyrannis, ſed ejus ſolitudo.* Antiquae editiones *Neque vero hic non contemptus eſt primo a tyrannis, neque ejus ſolitudo.* Lambini judicium quo admodum faſtidit, impugnant conſequentia: nam expreſſe indicant, eum fuiſſe deſpectum a triginta. Membranae Schotti, Savaronis, atque Ultrajectinae Editiones. *Neque vero hic non contemptus eſt primo a tyrannis, atque ejus ſolitudo.* Quam lectionem longe vulgata & commento Lambini potiorem pronunciat politiſſimus Schottus. Unicus collabeſcentium per Germaniam cultiorum litterarum tibicen atque Atlas Caſp. Barthius lib. 14. Adverſ. cap. 18. ut ſeriei ac rei convenientiſſimam Lambini commendat lectionem, immemor ejus eſſe Fabri, qui nummos plumbeos cudere ſoleat. Membrana Curioni collata: *neque vero hic modo contemptus eſt primo a Tyrannis, ſed ejus ſolitudo*: hinc facit *ſed &*, huicque ſe ſcripturae palam ſubſcribere teſtatur. Mihi Codicis Mendozani lectio arridet. Quamvis Clariſſimus Voſſius noſter pro *non*, malit reponere *tam*; dicatque τὸ *atque* heic valere *quam.* ut in illo Plauti Amph. Act. 1. ſc. 1. *Nimis ſimil' eſt mei. Itidem habet petaſum ac veſtitum tam conſimil', eſt, itaque ego.* Gebhardus. Lectio Mſſ. codicum Schotti, & Leid. itemque Savar. ac Ultraj editionum; quam ut omnium optimam, poſt *Schottum & Gebhardum* probat Ampliſſ. *Boeclerus.* Conſentiunt edd. antiquae & Mſc. Boecl. ac Bavarici *Schoppio veriſim.* 4, 2. laudati: niſi quod pro *atque* habent *neque.* Qui negandi particulam ejiciunt, (ut *Lambinus* & *Barthius Adverſ.* 24, 18. itemque codex Ernſtianus) h. m. *neque vero hic cont. e. pr. a tyr. ſed ejus ſolitudo.* eos continens verſiculus redarguit. nam eo diſerte *deſpectus* a tyrannis Thraſybulus dicitur. niſi tamen, quod valde vereor, & illud *deſpecto*, &c, quod praecedit, *contemnentibus* ab aliena ſunt manu. Mſſ. Curionis, & quidam editi: *neque vero hic modo contemtus eſt pr. a t. ſed ejus ſolit.* Unde *Barthius* faciebat: *ſed & ei, ſolitudo Voſſius* pater malebat, *neque vero hic tam contemtus eſt a tyr. atque ejus ſolitudo.* Sed vix ita loquutum crediderim *Nepotem.* Ceterum *Xenophon*

2, Diodo-

dem res & illis contemnentibus, [1] pernicii; & huic deſpecto, ſaluti fuit. haec enim illos ad perſequendum ſegnes, [2] hos autem tempore [3] ad comparandum dato

2, *Diodorus* 14. *Juſtinus* 5, 9. aliique hanc rem narrantes nihil de contemtu hoc, ſed tyrannos ſtatim obviam Thraſybulo iviſſe, tradunt. *Boſius.* Leid. *neque vero hic neque.* Voſſ. A. *Neque vero hic non.* B. *neque vero hic modo.*

2 *Solitudo*] *Solitudinem* vocat inopiam ſive infrequentiam vires conjungentium. Curt. lib. IX. cap. 23. *Stabat enim in conſpectu tanti exercitus veluti in* ſolitudine *deſtitutus.* lib. V cap. 52. *Ingens ergo in tabernaculo* ſolitudo *erat paucis ſpadonibus (quia quo diſcederent, non habebant) circumſtantibus regem.* Tacit. lib. XI. Annal. cap. 32. *Atqui interim tribus omnino comitantibus (id repente* ſolitudinis *erat) ſpacium urbis pedibus emenſa, vehiculo, quo purgamenta hortorum eripiuntur, Hoſtienſem viam intrat* Lactantius lib. I. cap. 7. Inſtit. *Si Deus unus eſt, quae eſſe beata* Solitudo *queat? Tanquam nos, qui unum eſſe dicimus, deſertum ac* ſolitarium *eſſe dicamus.* Apul. Apolog. vocat *ſolitatem* de Cratete, *multis ſervis a ſe remotis* ſolitatem *delegit.* Gebh. Male alii *ſolicitudo*, ut antecedentia docent. *Boſius.* Leid. *neque ejus ſolitudo.* Voſſ. A. *atque ejus ſolitudo.* B. *ſed & ejus ſolitudo.*

1 *Pernicii*] Sic e vet. codice laudat *Giſanius Ind. Lucret.* voce *Rabiei*, repperitque in ſuo & Pet. Daniel. Similiter Siſenna hiſtor. 6. *Romanos inferendae pernicii cauſſa veniſſe.* Cicero pro Roſcio cap. 45. *quorum nihil pernicii cauſſa factum putamus. &c.* Ita utrumque locum laudat *Gellius* 9, 14. docetque ead. ratione ab aliis dictum *facii, dii, progenii, luxurii, acii, ſpecii.* adde *Voſſ. de analog.* 2, 19. & *Bangium l.* 1. *pag* 98. Laudat utrumque locum & *Nonius cap* 8, 24, ſed corrupte utrobique *pernici*, & in priore pro *inferendae*, *in re cerne* legitur. mox Dan. mutato verborum ordine, *ſegnes ad perſequendum.* Boſius.

2 *Hos autem tempore ad comparandum dato fecit robuſtiores*] Nempe ſocios Thraſybuli: quia non in eos inquirebatur aut animadvertebatur, nacti ſunt tempus, quo compararent neceſſaria ad ſubvertendos Tyrannos. Curt. 6, 3, 11. *Hoſtem ſpreveris, valentiorem negligentia facies.* *Diodorus lib.* 18. Ὅπως ὁ μὲν Ἀλέξανδρος ῥαθυμότερον διατεθείη περὶ τὰς παρασκευὰς κατὰ τῶν Ἀθηναίων, οἱ δ' Ἀθηναῖοι χρόνον λάβωσι καὶ χρείαν παρασκευάσωνται τῶν εἰς πόλεμον χρησίμων. De M. Licinio Craſſo *Diod. l.* 21. Ἀλλὰ τοῦτο ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ διατριβῇ ἀχθεσθείς, καὶ τὸ ἐν Συρίᾳ ῥᾳστώνης ἐπιθυμήσας, παρέσχετο τοῖς Πάρθοις καιρὸν παρασκευάσασθαι. Cicero pro Quinctio: *Illis autem id tempus impugnandi detur, quum vitandi illorum impetus poteſtas adempta nobis erit.* Gebhardus. Pro *hos* q edd. *hoſtes.* ſed alterum meliores libri firmant. *Boſius.* Voſſ. B. *robuſtiores.* & paullo ante exhibet *ſegnes ad perſequendum.*

3 *Ad comparandum*] Suſpectus *Lambino* locus: legendumque videtur *ad ſe comparandum*, ſeu *ſe comparandos*; vel *ad exercitum comparandum*; vel hoc totum ut ſupervacaneum delendum. cui recte *Gebhar-*

3 dato fecit robuſtioros. Quo magis praeceptum illud omnium in animis eſſe debet: *Nihil in bello oportere contemni.* [1] nec ſine cauſſa dici: [2] *Matrem timidi flere*
4 *non ſolere.* [3] Neque tamen pro opinione Thraſybuli auctae ſunt opes. Nam [4] jam tum illis temporibus fortius boni pro libertate loquebantur, quam pugnabant.

dus cenſuit dandum elleborum. Solent enim hoc & aliis hujuſmodi verbis ſcriptores abſolute uti. Plane ad hunc modum Livius 35, 44. *ut Romani tempus ad* comparandum *habeant.* Et 42, 52. *extractam hiemem, ut tempus ad* comparandum *haberet.* Idem 38, 12. *Attalum fratrem domum ad* comparandum *dimittit.* Ita enim e Mſſ. legendum docuit *Gronovius.* Noſter infra 23, 7, 1. *Cum in* apparando *acerrime eſſet occupatus.* Subaudiendum autem vel *ſe*, vel *copias*, *exercitum*, *bellum*, aut aliquid ſimile. *Boſius.* Adi cl. Graevium ad Ciceron. L. 15. ad Fam. Ep. 5. Cel. Perizon. ad Sanctii Minerv. L. 4. cap. 3. n. 13. & cl. Cort. ad Salluſt. Catil. cap. 6. n. 5. Hinc poſſet confirmari Lectio Codicis Mſſ. Oxonienſis in Miltiade cap. 5. *nova arte, vi ſumma commiſerunt.* omiſſo *praelium.* Nam Latini aeque ac Graeci ſimilibus Ellipſeos generibus gaudent: itaque nec ſpernendae ſunt duae, Mſſ. Codicum ſcripturae in eodem Milt. cap. 7. Prima eſt ex Cod. Mſ. Schefferi & Voſſ. B *copias eduxit:* omittentibus *e navibus.* Eodem modo, quo in Themiſtocle cap. 8. in fine. *Ibique Themiſtoclem exponit.* Scilicet e navi in terram. *Conſcendere* pro navim conſcendere dixit Cicero L. 6. ad Att. Ep. 8. ubi vide Notas. & contra *exire* & *egredi* pro e navi deſcendere Interpr. ad L. 9. ad Fam. Ep. 6. & cl. Burm. ad Quinctil. Declam. 12. cap. 1. & quomodo Noſter in Alcibiade cap. 8. n. 5. locutus eſt. Altera in eodem Miltiadis capite ex Voſſ. B. *A rege corruptus, infectis rebus, diſceſſiſſet.* omittente *a pugna.* *Mittere* pro legatos mittere vidimus ad Themiſtocl. cap. 2. ibid. cap. 5. in Voſſ. C. pro *male rem geſſerat*, *male geſſerat* ſcriptum eſt. Adde Cort. ad Sall. Jug. cap. 92. in fine. De voce *ſegnis* vid. Broukhuſius ad Tibull. L. 2 El. 1. vſ. 20.

1 *Nec ſine cauſſa*] Voſſ. A. *neque ſine cauſſa.*

2 *Matrem timidi flere non ſolere*] Dictum contra audaciam & ſecuritatem. Timidus enim cum nihil temere adeat, ſed ſibi ſemper optime caveat, a periculis etiam eſt tutior; atque propterea maternis lacrymis ob damna accepta minus obnoxius. Germani dicimus: Einen geringen Feind ſoll man nicht verachten. *Ernſtius.* Videtur auctor illud *Homeri Iliad.* 5. & 15. reſpexiſſe.

Αἰδομένων τ' ἀνδρῶν πλέονες σόοι, ἠὲ πέφανται.

Salomo ſapienter *Proverb.* x, 1. *Filius ſapiens laetitia afficit patrem; filius vero ſtolidus moeſtitiae eſt matri ſuae.* Si nimirum ſtolide, imprudenter, & improbe progrediatur, tam in belli quam pacis negotiis. Vide & cap. xiv, 16. *Lectenius.*

3 *Neque*

bant. [1] Hinc in Piraeeum tranſiit, [2] Munychiamque munivit. 5 Hanc bis tyranni oppugnare ſunt adorti: ab eaque turpiter repulſi, protinus in urbem, armis impedimentisque amiſſis, refugerunt. Uſus eſt 6 Thraſybulus [3] non minus prudentia, quam fortitudine. nam cedentes [4] violari vetuit. *cives* enim *civibus parcere aequum* cenſebat. [5] neque quiſquam eſt vul-

3 *Neque tam. pro opin. Thraſybuli auctae ſunt opes*] Tradit tamen *Diodorus* 18. brevi tempore conveniſſe homines mille & ducentos; & his copiis eductis eum irrupiſſe mane inopinato ac de improviſo in xxx. tyrannorum caſtra, multisque eorum interfectis illos Athenas ſe recipere coegiſſe. *Lambinus*. Pro *tamen* Voſſ. B. *tum*.

4 *Jam tum illis temporibus fortius boni pro libertate loquebantur, quam pugnabant*] Ante ex abuſu libertatis & nimia felicitate: poſtea ex adulatione & ſervitute tyrannorum, quae duo ſolent eſſe pedicae maſculorum animorum. Haud abs re dixit *Homerus*, dimidium virtutis vel animi auferre ſervitutem. Livius 8, 22. *Graeci, gens lingua magis ſtrenua, quam factis*. Et 31, 44. *Athenienſes literis verbisque, quibus ſolis valent, bellum adverſus Philippum gerebant*. Ovidius Faſt. 3. *Faciendum, ſed male forte genus*. Loccenius. Videtur autem *Nepos*, ut etiam *Magio* obſervatum, tecte carpere Romanorum ignaviam, qui Caeſaris aliorumque tyrannidem verbis magis, quam facto, oppugnabant. Vide *Cicer. ad Attic.* 14, 6 & 15. Boſius. *Fortius* eſt hic conſtantius, majori ac fortiori animo. vid. cl. Duker. de Latinitate JCtorum pag. 377. & Cl. Burm. ad Quinctilian. L. 2. Inſt. Orat. cap. 12. & ad L. 5. cap. 10.

1 *Hinc in Piraeeum*] Sic *Diodorus* 14. niſi quod tradit hoc factum eſſe poſt irruptionem illam nocturnam, ſeu potius matutinam, factam in caſtra adverſariorum, quam modo retuli. Cum *Diodoro* congruit & *Xenophon* 2. Lambinus. *Pireum* Leid. & Voſſ. A.

2 *Munychiamque*] Corrupte Dan. *Minthiamque*. Boſius. Leid. & Voſſ. A. *Minthiam*. ſed in Marg. al. *Munichiam*. paullo poſt pro *impedimentisque* Voſſ. A. *impedimentis*.

3 *Non minus prudentia*] Nihilominus Conon Thraſybulum a nomine *temerarium in capiendis conſiliis appellabat*: ut ait *Ariſtoteles Rhetoric.* 2. Magius.

4 *Violare*] Leid. Voſſ. A. & B. *violari*.

5 *Neque quiſquam eſt vulner. niſi qui prior impugn. vol*] M. Tullius pro Marcello cap. 6. *Vidimus tuam victoriam, praeliorum exitu terminatam; gladium vagina vacuum in urbe non vidimus, quos amiſimus cives, eos vis Martis perculit, non ira victoriae*. Idem pro Q. Ligario cap. 6. *Cognita clementia tua, quis non eam victoriam probet, in qua occiderit nemo, niſi armatus*. Lambinus. Tacitus 4 H. 39, 4. *Recentes clarosque rerum fama ac militum ſtudiis, etiam populus fovebat*,

vulneratus, niſi qui prior impugnare voluit. [1] neminem jacentem veſte ſpoliavit: nil attigit, niſi arma quorum indigebat, [2] & quae ad victum pertinebant.
7 In ſecundo praelio cecidit Critias dux tyrannorum, [3] cum quidem exadverſus Thraſybulum fortiſſime pugnaret.

CAP.

vebat, quia in neminem ultra aciem ſaevierant. Impugnare verbum quoque Ciceronianum, ut ad Atticum: *Sceleratos cives timore ab* impugnanda *Patria deterrere.* Gebhard. Adde *Grot. d. J. B. & P.* 3, 11, 10. Boſius.

1 *Neminem jacentem veſte ſpoliavit*] Teſtatur hoc & *Xenophon* 1. *de reb. Gr.* Lambinus. Turpe enim habitum eſt, ex mortuis lucrum captari: unde & proverbium circumlatum, cujus meminit *Ariſtoteles Rhetor.* 2. ἔθει, inquit, καὶ ἡ παροιμία τὸ, οὐκ ἂν ἀπὸ νεκροῦ φέρειν. *Magius. Jacentem* hic proprie de interfecto uſurpatur. Livius L. 2. c. 46. *Quum M. Fabius conſul tranſiluit* jacentis *corpus.* Conſule DD. VV. Scheff. & Burm. ad Phaedr. Lib. 1. fab. 24. vſ. ult. ut κεῖσθαι apud Graecos Eur. Hecub. vſ. 695.

Τίνι πότμῳ ΚΕΙΣΑΙ,

Πρὸς τίνος ἀνθρώπων.

In Oreſte vſ. 1489. Νεκροὶ δ' ἔπεσον, οἱ δ' ἔμελλον, οἱ δ' ΕΚΕΙΝΤΟ. Aelianus Lib. 13. V.H. cap. 1. p. 791 Ed. Periz. ἀφῆκε δὲ τὸ βέλος, καὶ ἔτυχε τοῦ πρώτου μάλα εὐχερῶς. καὶ ὁ μὲν ΕΚΕΙΤΟ.

2 *Et quae ad vict*] Alii libri, *quaecquae ad vict.* Gebhardus.

3 *Cum quidem exadverſus Thraſybulum fort. pugn.*] Libri omnes *ex adverſus*, quod verum eſt. Apul Floridis. *Samos Icario in mari media inſula eſt*, exadverſum *Miletos ad occidentem ejus ſita, nec ab ea multo pelagi diſpeſcitur.* Terent. Andr. Act. 4. Sc. 2. Exadverſum *ei loco Tonſtrina erat quaedam.* utitur & Phormione Act. 1. Sc. 2. *Gebhardus.* Mſ. Schoppii legit: *cum quo ex adverſus Thraſybulus fortiſſime pugnaret.* Quod Barthio non probatur *lib.* XXIV. *Adverſ. cap.* XVIII. Verum, ſi pro *pugnaret*, ſcribatur *pugnavit*, a Barthio quae contradicuntur, nihil valent. *Ernſt.* Sic jam *Savaro* edidit, haud dubie Mſſ. codicum fide. Nec aliter Gif. Dan. Boecl. & quem *Schoppius veriſ.* 4. 2. laudat, niſi quod hic pro *quidem*, *quomodo*; & pro *Thraſybulum*, *Thraſybulus*, Boecl. vero pro *quidem*, *aliquid*; unde tentabam: *cum aliquamdiu*, vel, *cum alioquin exadv. Thraſybulum f. p.* Praefero tamen *cum quidem*; quomodo & 23, 2, 6, ac 24, 2, 2. loquutus. *Exadverſus Thraſybulum* dixit, ut ſup. 2, 3, 4. *exadverſum Athenas.* ubi vide quae annotavimus. *Schoppianam* lectionem recte improbat *Barthius Adverſ.* 24. 18. Boſius. Pro *nihil* Leid. *nil.* item Voſſ. A. praeter B. *nihil.* Pro *ad victum.* Voſſ. A. *id victum* Voſſ. B. *quae ad victum* omiſſo &, qui pro *Critias*, *Chritias.* Pro *quum quidem adverſus* Leid. *exadverſo.* Voſſ. B. *cum aliquid exadverſus.*

4 *Hoc dejecto*] Immolato, mactato. Senec. Herc. Oetaeo vſ. 921.

Vi-

CAP. III.

[4] Hoc dejecto [5] Pauſanias venit Atticis auxilio, 1
rex Lacedaemoniorum. Is inter Thraſybulum &

Victima haud ulla amplior
Poteſt magisque opima mactari Jovi
Quam rex iniquus.

Nam *dejicere* eſt verbum Sacrificiorum. Flaccus Lib. 1. Argonaut vſ. 191. & Lib. 2. vſ. 333. Hanc meam interpretationem adjuvant Juſtinus Lib 5. cap. 10. *Tyranni ut pacis victimae trucidantur.* Vide Plutarchum Dione & Minucium Felicem. Hoc verbum quoque locum ſibi vindicat in pugnis, ubi alter ab altero proſternitur. Curtius L. 3. cap. 16. *Flentes querebantur in tanto impetu curſuque rerum omnis aetatis ac memoriae clariſſimum regem non in acie ſaltem, non ab hoſte* dejectum; *ſed abluentem aqua corpus ereptum & extinctum.* Auctor Thebaidos. vſ. 637.

—— Exſultes licet
Victorque fratris ſpolia dejecti *geras*

Claudianus. *Ter geminique ducis numeroſos* dejicis *artus.* Idem de B. Getico vſ. 164.

—— Qualem Stilico dejecerit *hoſtem.*

Reſpondet huic Graecorum καταβάλλειν, quo primum in ea ſignificatione uſus Homerus Rhapſodia 2. Diod. Lib. 14. κ̀ ἄνδρας τεσσαράκοντα ΚΑΤΕΒΑΛΟΝ Lib. 16. κ̀ τῶν ἐναντίων ἐκ ἐλάσσους ΚΑΤΕΒΑΛΟΝ. Hinc invictus, qui a nullo eſt quaſi dejectus ac humi ſtratus ἀκατάβλητος apud Ariſtoph. Nub. ἀντίπαλος, ὁ μηδενὶ καταβαλλόμενος. Tranſlatum praeterea hoc verbum eſt ad venatus, in quibus ferae *dejici* dicuntur Curt Lib. 8. c. 3. *Ille quatuor millibus ferarum* dejectis, *in eodem ſaltu cum toto exercitu epulatus eſt* Phaedrus fabula 32. *Super Juvencum ſtabat* dejectum *Leo.* Gebhardus. h. e. interfecto, proſtrato. Id enim ſaepe hoc verbi notat; v. Ind. Nimium ſubtilis h. l. *Gebhardus*, qui exponit *immolato, ac mactato.* Nam *dejicere*, inquit verbum eſt ſacrificiorum. Tyranni autem, *ut pacis victimae trucidantur*; quomodo hac ipſa in re *Juſtinus* loquitur 5, 10, 9. Quid attinet tam longe petere, quod in propinquo eſt? *Boſius.* Verbo *dejicere* tam de caede hominum quam ferarum in ſacris, & in venatu veteres fuiſſe uſos docet cl. Burmannus ad Phaedr. Lib. 2. fab. 1. verbo καταβάλλειν de Victore hoſtem in praelio proſternente poni docet Doctiſſ. J. Alberti in Apocalypſ. Joannis cap. 12. com. 10. & eſſe Metaphoram a Victimis deſumptam patet ex Euripide in Oreſte vſ. 1605. Καὶ σφάγια σῇ δεξιᾷ ΚΑΤΑΒΑΛΟΙΣ. Boſius vero male Gebhardum hic nimiae ſubtilitatis incuſat.

5 *Pauſanias venit Atticis auxilio*] Lambinus mallet; *venit aliis auxilio*; in hunc ſenſum: Critia interfecto venit aliis tyrannis auxilio Pauſanias. Sed ipſis, quae ex *Xenophonte* citat, ſe jugulat. Ἅμα δὲ ἰδίας ποιήσαιτο τὰς Ἀθήνας, πείσας τῶν ἐφόρων τρεῖς, ἐξάγει φρουράν. Nam ſi tyrannos eorumque ſatellites urbe expulit; quibus aliis iſtud auxilium,

& eos, qui urbem tenebant, [1] fecit pacem, his conditionibus: *ne qui praeter triginta tyrannos, & decem,* [2] *qui poſtea praetores creati,* [3] *ſuperioris more crudelitatis erant uſi, afficerentur exilio:* [4] *neve bona publica-*
2 *rentur: reipublicae procuratio populo redderetur:* [5] Praeclarum

lium, quam Atticis expetiit. Vulgatam porro lectionem ſtabilit *Diodorus* 14. Διόπερ Ἀθηναῖοι μὲν ἐκομίσαντο τὴν πατρίδα, καὶ τὸ λοιπὸν τοῖς ἰδίοις νόμοις ἐπολιτεύοντο. *Gebhardus.* Voſſ. A. *Pauſ. v. Atticis rex auxilio.*

1 *Fecit pacem*] Non *Miſericordia* ut, *Juſtin.* ait 5, 10, 7. ſed *ſimul quod Lyſandro*, (qui paullo ante Lacedaemone tyrannis auxilio venerat) *invideret*, *ſimul etiam, quod Spartam male apud Graecos audire intelligeret. Diodorus l. c.* Adde *Xenophontem Hiſt. Graec.* 2. Boſius. Pro *ne qui* Voſſ. B. *neque.*

2 *Qui poſtea praetores creati, ſuperioris more crudelitatis erant uſi*] Qui ad turbatas res amice componendas conſtituebantur, illi ſuperiorum xxx. tyrannorum crudelitatem aemulabantur atque exercebant. *Diodorus* 14. οἱ δὲ ἐν ταῖς Ἀθήναις τοὺς μὲν τριάκοντα τῆς ἀρχῆς παύσαντες, ἐκ τῆς πόλεως ἐξέπεμψαν, δέκα δ' ἄνδρας κατέστησαν, εἰ δύναιντο μάλιστα φιλικῶς διαλύσασθαι τὸν πόλεμον. οὗτοι δὲ παραλαβόντες τὴν ἀρχὴν, τούτων μὲν ἠμέλησαν, ἑαυτοὺς δὲ τυράννους ἀποδείξαντες. *Gebhardus.*

3 *Superioris more crudelitatis*] Hoc eſt, ut *Juſtinus* 5, 10, 5. de iisdem ſcribit, *nihil exemplo prioris dominationis territi, eandem viam crudelitatis aggreſſi.* Boſius. *Mos* pro exemplo ſaepius ponitur. Vide Voſſium ad J. Caeſarem. L. 1. B. Gall. cap. 8. & Dukerum ad Florum. lib. 4 cap. 6. n. 3.

4 *Neve bona*] Ed. Lambini inſerit *cujuſque.* Boſius. *Cujuſquam* habet editio Oxon.

5 *Praeclarum hoc quoque Thraſybuli.*] Narrant *Xenophon Hiſt. Graec.* 2 *extr. Andocides Orat. de myſteriis, Aeſchines Orat. contra Cteſiphontem, Cicero* apud *Dionem Caſſium* 44. *Valerius Max.* 4, 1 *ext.* 4. *Juſtinus* 5, 10, 11. & *Scholiaſtes Ariſtophanis ad Plutum.* 5, 1. hiſtoricopolitica commentatione illuſtrarunt viri doctiſſimi, *Boeclerus* in *Diſſert. de Amneſtia*; olim cum Vellejo edita, & *Jo. Strauchius* in *Thraſybulo Nepotis*, Lipſiae, cum ibi humaniores literas doceret, edito. Inter glorioſa Athenienſium facta recenſet *Plutarchus extr. lib. de gloria Athenienſium.* Boſius. Leid. *praeclarum in hoc quoque Thraſybuli.*

6 *Legem tulit*] Cujus fragmentum *Petitus* in *Commentario ad Leges Atticas* 8, 4. putat legi apud *Lyſiam* *Orat. contra Cteſiphontem*, in his verbis: καὶ τοὺς μὲν τῶν ἄλλων Ἀθηναίων παῖδας, ὧν οἱ πατέρες βοηθήσαντες ὑμῖν ἐᾶ ζῶσι, ἀπειπεῖν ἐν τοῖς νόμοις ΜΗΤΕ ἈΔΙΚΟΝ, ΜΗΤΕ ΔΙΚΑΙΟΝ ΛΕΓΕΙΝ. quam recte, viderint alii. *Boſius.*

7 *Ne quis ante actarum rerum accuſaretur, neve multaretur*] Valerius Maximus: *ne qua praeter actarum rerum mentio fieret.* Ipſius legis haec aut ſimilia videntur fuiſſe verba: μὴ μνησικακεῖν ἀλλήλοις τῶν γεγενημένων: quod *Andocides l. c.* decretum ait.

clarum hoc quoque Thraſybuli, quod reconciliata
pace, quum plurimum in civitate poſſet, [6] legem tu-
lit: [7] *ne quis ante actarum rerum accuſaretur, neve*
multaretur: eamque illi [[8] *legem*] *oblivionis* appella- 3
runt.

ait. *Scholia Ariſtophanis*: ψηφίσασθαι ἔδοξε, μὴ μνησικακῆσαι ἀλλήλοις καθάπαξ τοὺς πολίτας. *Cicero* apud *Dionem*, μηδὲν τὸ παράπαν μήτε ἐγκαλέσῃ ποτέ, μήτε μνησικακήσειν τινί. In formula quoque jurisjurandi, quo legi illi cuncti civis ſe obſtrinxerunt, quaeque apud *Andocidem pag.* 217. (unde deſcripſere *Petitus l. c.* & *Boxhornius de Amneſtia* §. 2.) habetur: οὐ μνησικακήσω τῶν πολιτῶν οὐδενί. quod etiam *Xenophon* & *Aeſchines* innuunt. *Boſius.*

8 *Legem oblivionis appellarunt*] Abeſt a vet. libr. τὸ *legem*. Juſtin. L. 5. cap. 10. Quam Graeci ἀμνηστίαν, Latini *oblivionis legem* interpretati ſunt. Valerius Max. 4. 1. ext. 4. *haec oblivio, quam Athenienſes ἀμνηστίαν vocant.* *Muretus* tamen *Var. Lect.* 2, 15. alluſum ad τὸ μνησικακεῖν exemplis *Xenophontis* atque *Aeſchinis*, jamdudum a *Lambino* ad locum Nepotis allatis probat. Et, ſi verum fateri velim, habet ejus opinio nonnullam veritatis ſpeciem, locique a *Lambino* diligenter congeſti evincere videntur. Perſpicio tamen aliquod diſcrimen. Lege ſanciebatur μὴ μνησικακεῖν. Legi autem nomen erat ἀμνηστία. *Ariſtophanes Pluto* 5, 1. Μὴ μνησικακήσῃς, εἰ σὺ φυλὴν κατέλαβες. *Scholia*: ὅτι μετὰ τὸ κατελθεῖν τοὺς μετὰ Θρασυβούλου, φυλὴν καταλαβόντας καὶ νικήσαντας ἐν πειραιεῖ τοὺς τριάκοντα, ψηφίσασθαι ἔδοξε μὴ μνησικακῆσαι ἀλλήλοις καθάπαξ τοὺς πολίτας. *Diodorus Siculus* 14. μετὰ δὲ τὴν παράταξιν οἱ Κυρηναῖοι πρὸς ἀλλήλους διαπρεσβευσάμενοι, διηλλάγησαν ὁρκωμοτήσαντες μὴ μνησικακεῖν, καὶ τὴν πόλιν κατῴκησαν. *Idem* 16. Ὁ δὲ Δίων λαμπρᾷ μάχῃ νικήσας οὐδὲν ἐμνησικάκησε τοῖς Συρακουσίοις, &c. Talem ſe erga Athenienſes geſſit Philippus apud *Juſtinum* 9, 4, 4. Ἀμνηστίαν venuſte deſcribit *Claudianus* 2. *in Ruffin.* v. 125.

> *Mens eadem cunctis, animisque recentia ponunt*
> *Vulnera, non odit victus, victorque ſuperbit.* &c.

Flavius Vopiſcus in Aureliano cap. 39. *amneſtiam fuiſſe decretam* refert *de exemplo Athenienſium.* Oroſius 7, 6. *Claudius mox ut confirmavit imperium, biduum illud, quo de reip. ſtatu infeliciter conſultatum actumque fuerat, memoriae exemit, omniumque factorum dictorumve in eo veniam & oblivionem in perpetuum ſanxit. Ita illam praeclaram & famoſam Athenienſium amneſtiam, &c. ultronea clementia, nullo expetente firmavit.* Gebhard. Adde, praeter ea quae paullo ante diximus, *Boeclerum de Amneſtia cap.* 2, 1. *& ſeqq.* ab eoque laudatos; itemque *Franc. Fabricium not. in Oroſ.* 2, 17. & *Nic. Abramum Commentario in Cicer. Philippic.* 1. *pag.* 479. *& ſeqq.* Quid vero ſit μνησικακεῖν, & quomodo a τῷ μνημονεύειν differat, docent *Scholia in Ariſtophanis Lyſiſtratam pag.* 874. & *Ulpianus in Demoſthenis orationem contra Ariſtocratem*; cujus locum adduxit *Boeclerus cap.* 2, 14. Porro Mſſ. Dan. Leid. Boecl. aberat vox *legis*, quae ex proximo

runt. neque vero hanc tantum ferendam curavit, ſed etiam, [1] ut valeret, effecit. [2] Nam quum quidam ex his, qui ſimul cum eo in exilio [3] fuerant, caedem facere eorum vellent, cum quibus in gratiam reditum erat, [4] publice prohibuit: & id quod pollicitus erat, praeſtitit.

CAP.

ximo poteſt repeti. quare uncis incluſi. Fortaſſis autem *Nepos* ſcripſit, *eamque illi oblivionem appellarunt.* Nam id proprie ἀμνηστία eſt. Atque ſic & *Valerius Max.* interpretatur; ſicuti *Cicero Philipp.* 1, 1. *non recordationem*; uti quidem is locus in membranis noſtris caeteroqui non malis legitur. Sic enim illae: *Graecum etiam verbum uſurpavi amneſtiam, id eſt, non recordationem, quod tum in ſedandis diſcordiis erat civitas illa.* quae ſi genuina ſunt, fruſtra diſputaverint viri docti, quodnam vocabulum *Cicero* reſpexerit. ſed vereor, ne gloſſema ſit. In iisdem membranis paullo ante prima manus ſcripſit. *Ego cum ſperarem aliquando ad veſtrum conſilium auctoritatemque revocatum.* fors non male. Vulgo eſt, *rempub. eſſe revocatam.* quod etiam in noſtro codice ſuperſcriptum, neſcio an ſatis congruat ad verbum *ſperarem. revocatus* autem dictum fuerit, ut *amiſſus*, & ſimilia, de quibus ſupra ad 7, 6, 2. Pro recepta tamen *Nepotis* lectione facit, quod etiam a *Plutarcho* in *praeceptis politicis* ψήφισμα ἀμνηστίας, & a *Vellejo decretum oblivionis* dicitur. *Boſius. Legem* abeſt a Leid. & Voſſ. A. pro *vero* Leid. *vere.* & pro *effecit*, *efficit.*

1 *Ut valeret*] Ut ſervaretur: nam multa legibus conſtituuntur, quae brevi fruſtra habentur. Tacitus Ann. 13, 51. *Edixit Princeps, militibus immunitas ſervaretur, niſi in iis quae vero exercerent; aliaque admodum aequa; quae brevi ſervata, dein fruſtra habita ſunt.* Sic Graeci uſurpant ἰσχύειν Polyaen. L. 2. de Ageſilao. ἐπειδὴ ἀπεδείχθη νομοθέτης ὁ καινοὺς νόμους ἔγραψεν, ἀλλὰ τοὺς παλαιοὺς ἰσχύειν. Cicero *Legem tribunus plebis tulit, ut Lex Aelia & Fuſiana* valerent. & pro Domo. *De agris ratum eſt, de civitate non* valuit. *Gebhardus.*

2 *Nam quum quidam &c.*] Hoc cum impune facerent poſt Antalcidae pacem aliquot Graeciae civitates, multis ac magnis tumultib. ac periculis ſe implicuerunt. *Diodorus lib* 15. Gebhard. *Ex iis* Voſſ. A.

3 *Fuerant*] Dan. *fuerunt.* Boſius. Sic & Voſſ. A. & paullo poſt Leid. & Voſſ. B. exhibent *caedem facere vellent.*

4 *Publice prohibuit*] An nova lege, Archino rogante lata, de quâ ex Iſocrate *Petitus l. c?* Boſius.

5 *Huic pro tantis meritis honoris corona data eſt, facta duabus virgis oleaginis*] *Honoris corona* dicta eſt, quod ejus maxima dignitas eſſet ob virtutem, qua parta erat: & ex virtute victoriam, & e victoria pacem: quam ſapientes in bello quaerunt. Illius ſignum erant rami oleagini: de quibus fuſe & erudite *Paſchalius lib. 6. de coronis cap.* 9 & 16. In bello Xerxis adverſus Graecos, quidam Arcades perſugae in regis aſpectum adducti, & interrogati a Perſis,

quid

CAP. IV.

Huic pro tantis meritis [1] honoris corona a po- 1
pulo data eſt, facta duabus virgulis oleaginis,
[2] quae, [3] quod amor civium, non vis, expreſſerat, nul-
lam

quid agerent Graeci, reſponderunt, *eos agere Olympia*; rurſus rogati, *quodnam illis certaminis praemium eſſet*, *Oleaginam*, inquiunt, *coronam eſſe.* Ibi Tigranes non potuit quin coram omnibus diceret: *Papae Mardoni, in quos viros induxiſti nos ad pugnandum, qui non pecuniarum certamen agitant, ſed virtutis*; ut & apud *Herodotum Urania p. m.* 471. *&* 472. Refert de Nicolao Soderino *Machiavellus Hiſtoriae Florentinae lib.* 7. *p. m.* 406. quod, quum magiſtratus Florentiae creatus, & ſigno Juſtitiae, ut vocant, more gentis potitus, cum plebis applauſu ad palatium deduceretur; inter eundum capiti corona oleagina impoſita ſit: quo nimirum pateret, omnem ab eo ſalutem libertatemque patriae pendere. Quin apud Romanos priſcos corona graminea nulla nobilior fuit in praemiis gloriae. *Plinius* 22, 3. *aureas* & *gemmatas poſt hanc fuiſſe* ſcribit: non materiae (quid enim citius marceſcit gramine?) quam meriti aeſtimatione. Sed hoc multis hodie non perſuaderetur, imo deridiculo eſſet: quibus ſordent honores & praemia, niſi illis inaurentur. *Loccenius.* adde ſup. ad 1, 6, 2. *Boſius. Ergo* nec *e* agnoſcunt Leid. & Voſſ. A. B.

1 *Honoris*] Vocula *ergo* a Lambino contra membranarum conſenſum intruſa eliminanda. Elegantiſſime enim a Nepote *Corona honoris* dicitur, quae honoris declarandi cauſſa oblata eſt. *Gebh.* Male *Lambinum* contra conſenſum librorum addidiſſe *ergo*, jam *Schotto* & *Gebhardo* annotatum. mox in ejuſd & aliis edd. legitur, *facta e duabus virg. ol.* Boſ.

2 *Quae quod am. civ.*] *Lambinus* emendabat, *quae quod eam am. civ.* nulla neceſſitate. mſc. Dan. *quia quod amor. civ. expr.* An fuit, *quam quod am. c. e.* Boſius. Leid. meus *qui.* Sed Voſſ. A. B. *quam*, ut conjecit Boſius, quae lectio mihi perplacet. Elegans eſt antiptoſis utriuſque linguae ſcriptoribus admodum familiaris, & a Viris doctis ſatis illuſtrata. Vide Cl. V. V. Th. Munckerum ad Hyginum fab. 274. Manut. & Cort. ad Ciceron. L. 4. ad Fam. Ep. 1. J. Fr. Gronov. ad Liv. L. 2. c. 57. Burm. ad Petron. Satyr. cap. 134. & Cort. ad Salluſt. Catil. cap. 11. n. 2. De Graecis vide Schol. Triclin. Soph. Ajac. vſ. 103. & ad Eundem Stolbergium p. 130. & 202. Kuſter. ad Ariſtophan. Plut. vſ. 55. Periz. ad Aelian. L. 14. V. H. c. 43. n. 1. Gron. ad Arrianum L. 3. de Exp. Alex. M. cap. 1. itaque recte contra Grotium hunc loquendi modum ſacris ſcriptoribus uſitatum defendit Raphelius ad Act. Apoſt. cap. 15. comm. 36. Pro *non vis* Leid. & Voſſ. A. B. *& non vis.*

3 *Quod amor civium, non vis, expreſſerat, nullam habuit invidiam, &c*] Videtur autem & heic *Nepos* Caeſarem perſtringere, cui non amor civium, ſed vis, & metus

tot

2 lam habuit invidiam: [1] magnaque fuit gloria. Bene ergo Pittacus ille, qui ſeptem ſapientum numero eſt habitus, [2] quum ei Mitylenaei [3] multa millia jugerum agri munera darent, [4] *Nolite, oro vos*, inquit, *id mihi dare, quod multi invideant, plures etiam concupiſcant. quare ex iſtis nolo amplius, quam centum jugera, quae & mei animi aequitatem & veſtram voluntatem indicent.* Nam parva munera, diutina: locupletia, [1] non

tot honores (de quibus ad 1, 6, 2.) peperit. *Boſius.* Verbum *habere* illuſtrarunt D. D. V. V. Scheff. & Burm. ad Phaedr. L. 1. fab. 19.

1 *Magnaque fuit gloria*] *Lambinus* praefert, quod in aliis codd. fuit, *magnaeque fuit gloriae.* Et ita plerumque noſter; utitur tamen alicubi & altera ratione. v. Ind. *Eſſe.* Boſius. *Magnaque fuit gloria.* Leid. Voſſ. A. & B.

2 *Cum ei Mytilenaei*] Scriptores varie narrant. v. *Diogenes Laert. lib.* 1. in Pittaco, *Plutarchus praecept. polit.* & *Valerius Max.* 6, 5. *ext.* 1. Boſius. Leid. *Pithacus.* & pro *Mitylenaei* Leid. *Militeni.* Voſſ. A. *Mitileni.*

3 *Multa millia jugerum agri muneri darent*] Aldina lectio: quae an & in Mſſ. reperiatur, ignoro. Illud ſcio, in aliis edd. legi, *multa millia jugerum agri & munera dar.* Exc. Dan. *multa millia jugerum & agri munera darent.* quod fortaſſe mutari non debuit. Nam utrumque Latine dicitur, *dare aliquid alicui munus*, & *muneri.* Propertius 2. eleg. 28. *Munera Dianae debita redde choros.* Vet. Inſcriptio apud *Gruterum* p. 16, 2. I. O. M. JUNIA. DONACE. CORON. ET. SCEPTR. EX. ARG. MUNUS. ADTULIT. Alia pag. 47, 10 *Sume libens ſimulacra tuis quae munera Cilo Aris Urbanus dedicat ipſe ſacris.* Sic *dare, ferre, ponere quid alicui donum.* In Priapeis: *Deficientis rigido Deo tabellas Dat donum Lalage.* Inſcriptio Auguſtana pag. 5, 6. JOVI JUNON. MINER. ANTONIA. M. LIB. APHRODISIA. SCYPHOS. H. VENEREUM. SPECULUM. DONUM. DEDIT. Eborenſis pag. 125, 3. VENERI. GENETRICI. CESTUM. MATRONAE. DONUM. TULERUNT. Livius 4, 20. *Dictator coronam auream in Capitolio Jovi donum poſuit.* Boſius. Lege *munera.* vide cl. Oudendorp. ad Frontin. L. 2. Strateg. cap. 11. n. 17. ex Cod. Leid. qui *& agri munera.* cui conſentiunt Voſſiani A. & B. praeterquam quod *&* non addunt. De ſimilibus conſule cl. Burmann. ad Phaedr. L. 3. fab. 10. vſ. 42.

4 *Nolite, oro vos, id mihi dare.*] Vulgo eſt, *Nolite, rogo vos, mihi dare.* Sed, ut edidi, legit Cod. Leidenſis. Τὸ *oro* etiam in Dan. & Boecl. fuit. Τὸ *id* vero in iiſd. & reliquis praeter Leidenſem omnibus abſorpſit ultima ſyllaba vocis *inquit.* Boſ. *Oro* etiam Leid. meus, item Voſſ. B. pro *mihi dare* Leid. & Voſſ. B. *id mihi dare.*

[1] non propria eſſe conſueverunt. Illa igitur corona 3
contentus Thraſybulus, neque amplius requiſivit,
neque quemquam honore ſe anteceſſiſſe exiſtimavit.
Hic ſequenti tempore quum praetor claſſem [2] ad Cili- 4
ciam appuliſſet, neque ſatis diligenter in caſtris ejus
agerentur vigiliae [3] a barbaris, ex oppido noctu eruptione facta, in tabernaculo [4] interfectus eſt.

1 *Non propria eſſe conſueverunt*] *Propria* eleganter heic dicuntur pro diuturnis. Exempla vide alia a Scheppio citata Lib. 2. Veriſim. cap 3. Et Savaron heic. *Ernſtius.* Nihil Virgilio familiarius eſt. Vide Servium ad Ecl. 7. vſ. 31. ad 1. Aen. vſ. 77. ad 3. Aen. vſ. 85. & ad vſ. 167. ad 6. Aen. vſ. 872. & ad 7. Aen. vſ. 331. & Paſſerat ad Prop. L. 1. Ecl. 2. vſ. 6. item alios. Pro *conſueverunt*. Leid. *conſuerunt*.

2 *Ad Ciliciam*] Sic legendum, e veſtigiis ſui codicis, in quo fuit *Silicium*, non *Siciliam*, ut eſt in pleriſque Mſſ. & edd. vett. recte monuit *Longolius*, *Magio* & *Lambino* probantibus. Eurymedon enim & Aſpendum, circa quem locum occiſus eſt (ut e *Xenophonte h. Gr.* 4. & *Diodoro* 14. cognoſcimus) Thraſybulus, in Cilicia ſunt, aut certe in Pamphylia, ad quam refertur a *Scylace*, *Dionyſio* v. 852. *Strabone* 14. *Mela* 1. 14. *Plinio* 5. 27. *Ptolemaeo* 5. 5. *Stephano*, aliis. Cilicia autem & Pamphylia ſunt inter ſe finitimae; & in utriuſque confinio ad Eurymedontem ſita Aſpendus. confines autem provincias confundi ab hiſtoricis, nihil novum. Immo, ſi recte rem putamus, fieri potuit, ut caſtra Thraſybuli, in quae Aſpendii noctu irruperunt, *ad Ciliciam* (ita enim dixit *Nepos*, non *in Cilicia*) id eſt prope Ciliciam, fuerint. *Boſius*. Leid. *Siciliam*. Voſſ. A. *Ciciliam* B. *Ciliciam*. Pro *ejus ager*, *ſuis ager*. Leid.

3 *A barbaris*] Aſpendiis, ut e *Xenoph.* & *Diodoro ll. cit.* conſtat. *Boſius*.

4 *Interfectus eſt*] Sepultus Athenis in Ceramico extra oppidum, ut e Pauſania docet *Meurſius in Ceramico gemino*, nuper edito, cap. 21. *Boſius*.

IX. CONON.

CAP. I.

1 [1] CONON ATHENIENSIS [2] Peloponneſio bello acceſſit ad rempublicam, [3] in eoque ejus opera

DE CONONE vide *Diodorum* 14. *Xenophontem Hiſt. Graec.* 2. & 4. praeſertim *Plutarchum Lyſandro*, *Polyaenum* 1. *Athenaeum* 1. *Iſocratem Euagora*, *Demoſthenem in Leptinem*, *Ariſtotelem* 2. *Rhetor. Juſtinum* 5. & 6. Boeclerus. Caput ejus exſtat in nummorum uno, cum inſcr. ΚΟΝΩΝΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΥ. In poſtica parte, Mulier ſedens, haſtam puram ſiniſtra tenens: pone eam thorax cum clypeo. Ante ara accenſa, cui ſupervolat victoria, lauream mulieri porrigens. Infra, ut videtur: ΗΡΩΟΣ ΑΘΗΝΩΝ. *Boſius.*

1 *Conon*] Timothei filius. *Lambinus*. Ab eo diverſus Conon, Aſtrologus Samius, aequalis Archimedis & familiaris: cujus meminere cum alii, ut *Archimedes* ipſe *praefatione libri de Sphaera & cylindro*, *Callimachus* apud *Theonem in Aratum*, *Ptolemaeus de apparentiis Inerrantium*, *Catullus carm.* 67. *Propertius* 4. 1. tum *Virgilius Eclog.* 3, 40. cujus verba perperam de noſtro hoc accepiſſe *Servium* obſervatum *Schotto*, & *Salmaſio in Plinianis*. Boſius.

2 *Peloponneſio*] Voſſ. A. B. *Peloponneſſio*.

3 *In eoque ejus opera magni fuit*] Laudat & adſtruit hanc Puteani emendationem pluribus Savaro, vindicatque ſibi ipſe Nepos, nam quicum libri Mſſ. exhibent, in *eoque ejus opere magni fuit*. Infra Epamінond. tentat cl. Schottus *At in Graecia utique olim magni fuit*, quia *laudi* abeſt & diphthongo *ae* ſuperpoſitum *i*. *Gebhardus*. Sic reſtituit hunc locum Lambinus, Cl. Puteanei conjecturam ſecutus, quam etiam *Savaro* & *Gebhardus* probant. Et juvant Mſſ. Gif. Dan. & Put. in quibus erat, *in eoque ejus opere magni fuit*: a quibus hoc uno differunt Mſſ. Savar. Ed. Ven. & antiquiſſ. exempla *Lambino* laudata, quod pro *magni* habuerunt *magnus*: corruptela haud dubie ex ignoratione elegantiſſimi loquendi modi nata. denique & infra Nepos ita locutus eſt 14, 1, 2. & 24, 1, 4. *Longolius* edidit. *in eoque opere magnus fuit*. Aldus & alii: *in eoque ejus operae magnus fuit uſus*. Utrique invitis libris; in quibus legitur *ejus*, abeſt *uſus*. Boſius. Leid. pro *magni*, *magna*. Voſſ. A. *in eoque ejus opere magnus fuit*. B. *in eoque ejus operae magni fuit*. Longoliana editio defendi poſſet loco Themiſtoclis cap. 6. *Magnus hoc bello fuit Themiſtocles, neque minor in pace*. tum *opus* ſaepius in Mſſ. cum *opera* confuſum notaret hic *bellum*. Vide cl. Burmann. ad Ovidium Epiſt. 17. Heroid. vſ. 256. Sic Graecis ἔργῳ. Vide Caſaubon. ad Polybium pag. 109. & Thucydid. Lib. 1. cap. 80. qui ita ſaepius locutus eſt.

opera magni fuit. nam & [1] praetor pedeſtribus exercitibus praefuit, & [2] praefectus claſſis res magnas mari geſſit. Quas ob cauſſas praecipuus ei honos habitus eſt. [3] namque omnibus unus inſulis praefuit. in qua poteſtate [4] Pheras cepit, coloniam Lacedaemonio-

1 *Praetor pedeſtrib. exerc. praefuit*] Primum anno belli hujus XXII. cum Corcyram praeſidio firmaret. *Diodorus* 13. Κόνων δ' ὁ στρατηγὸς τῶν Ἀθηναίων πλεύσας εἰς Κέρκυραν, &c. Dein anno XXV. cum aliis novem Alcibiadi ſuffectus, ut idem *Diodorus* cum *Xenophonte hiſt. Gr.* 1. & *Juſtino* 5, 5, 4. narrant.

2 *Praef. claſſ. res mag. mari geſſ.*] Mſ. Dan. aberat *res*. Tentabam igitur: *claſſes magnas mari rexit*. Sæpius enim hoc bello claſſibus Athenienſium praefuit. nam Corcyræ præſidium illaturus cum XL. navibus, ut *Diodorus* ait, eo navigavit. Triennio poſt ab Alcibiade, & rurſus anno XXVII. reliquis praetoribus poſt victoriam a Lacedaemoniis ad Arginuſas reportatam abdicatis, claſſem accepit. Nil tamen mutare audeo. *Boſius*. Voſſ. B. *& res magnas mari geſſit*. In Leid. *Et præf. cl. r. m. m. g. q. o. c. p. ei h. h. e. n. o. u. i. p.* haec verba non repeciuntur.

3 *Namque omnibus unus inſulis praefuit*] Hoc neque apud *Xenophontem*, neque apud *Diodorum*, neque apud alium quenquam repperi: niſi forte id tempus intelligamus, quo victis ad Cnidum Lacedaemoniis adjutore Pharnabazo, claſſi regis Perſarum praefectus omnes inſulas a Lacedaemoniis avertit, & Graecos ſuperbo Lacedaemoniorum dominatu liberavit. *Lambinus*. Qua de re videndi *Diodorus* 14. & *Xenophon. hiſt Gr.* 4. qui poſterior & *Pheras navigaſſe eum*, ac *Pharnabazo pollicitum, velle ſe navales copias ex inſulis alere*, ſcribit. Atqui *Nepos* ita hanc rem narrat, ut facile appareat, eum de tempore belli Peloponneſiaci, eoque *non extremo* loqui. Mox enim ſubjicit: *Fuit etiam praetor extremo Peloponneſiaco bello.* Quare paene eſt, ut vel tempora confudiſſe eum, vel de alia Pherarum occupatione loquutum credam. *Boſius*.

4 *Pheras cepit*] Reclamantibus fatetur ſic reſtituiſſe ſe libris Lambinus; ſed Rutgerſius variarum lectionum lib. 4. cap. 10 propugnat *Theram*. Gebh. Ita conſtanter MSS. edd. vett. niſi quod Boecl. *ſperas* habet, quod e ſoni affinitate, librario *Sphaeras* pro *Pheras* excipiente, natum vix dubito. quod autem *Rutgerſius var. lect.* 4, 10. laudat *Theras*, vellem addidiſſet in qua editione id repperiſſet. Atqui *Pherae urbs eſt Theſſaliae, neque unquam eo colonia a Lacedaemoniis eſt deducta.* Ita *Lambinus*; qui proinde primo exiſtimabat legendum *Patras*, (ea urbs Achaiae fuit) quo coloniam Lacedaemone ductam e *Pauſania Laconicis* & *Plinio N. H* 4, 4. conſtet: poſtea tamen *Pharas* praeferebat, urbem Achajae, *Pauſaniae Achaicis* & *Stephano* memoratam. idque nomen & apud *Xenophontem l. c* ac *Plinium*, 4, 5. putabat reponendum. *Rutgerſius l. c. & Meurſius Miſcell. Laconic.* 1, 7. *Theram* reponi volunt, quam *Strabo lib.* 10 [illegible]

2 niorum. Fuit etiam extremo Peloponneſio bello praetor,

Λακεδαιμονίαν, & apud eundem lib. 8. *Calimachus* Θήρην Λακωνίδα vocat; *Pauſanias* vero *Achaicis* & *Laconicis* a Thera Thebano, Autefionis F. qui uno ſeculo prius quam Iones Athenis proficiſcerentur, Lacedaemonios & Minvas e Lemno ejectos eo deduxerat, nomen accepiſſe, ſcribit. id quod pariter *Strabo l.* 8. tradit. Atque ſic & apud *Xenophontem hiſt Gr.* 5. ubi Conon Perſarum claſſi praefectus φηρὰς *delatus, oram illam vaſtaſſe* dicitur, legi vult *Meurſius*, non, ut *Lambinus* arbitratur, φαρὰς. *Non enim*, inquit, *de urbe aliqua, ſed de inſula, loqui utrumque* (*Xenophontem* puta & *Nepotem*) *ſat ex verbis utriuſque, ſi attendas, manifeſtum.* At unde manifeſtum eſt, optime *Meurſi*? An ex eo, quod *inſularum* uterque meminit; *Nepos* quidem, cum *Cononem omnibus unum inſulis praefuiſſe*; *Xenophon* autem, cum *inſulas & oppida maritima circumvectum cum Pharnabazo, Harmoſtas Laconicos ejeciſſe*; & poſtea *per inſulas cum claſſe Melon navigaſſe* ait? neque enim praeter haec quicquam apud eos de *inſulis* legitur. Atqui neutiquam hinc ſequitur, Cononem *inſulas*; multo minus, nil aliud quam *inſulas*; minime omnium, *Theram* aut *cepiſſe* in hac poteſtate, aut hoc itinere *devaſtaſſe.* Immo *Xenophontis* verba, ſi recte inſpiciantur, clare oſtendunt, eum non loqui de inſulis. En ille: Ἅμα τῷ ἔαρι ναῦς τε πολλὰς συμπληρώσας, καὶ ξενικὸν προσμισθωσάμενος, ἔπλευσεν ὁ Φαρνάβαζός τε, καὶ ὁ Κόνων μετ᾽ αὐτοῦ, διὰ νήσων εἰς Μῆλον. ἐκεῖθεν δὲ ὁρμώμενοι εἰς τὴν Λακεδαίμονα. καταπλεύσας δὲ πρῶτον εἰς Φηρὰς, ἐδῄωσε ταύτην τὴν χώραν. ἔπειτα καὶ ἄλλοσε ἀποβαίνων τῆς παραθαλαττίας, ἐκακούργει ὅ, τι ἐδύνατο. φοβούμενος δὲ τό τε ἀλιμενώτατον τῆς χώρας, καὶ τὰς τῆς βοηθείας, καὶ τὴν σπανοσιτίαν, ταχύ τε ἀνέστρεψε, καὶ ἀποπλέων ὡρμίσθη τῆς Κυθηρίας εἰς Φοινικοῦντα. Vides Cononem primo *per inſulas* (Cycladas puta, quas cum adduxiſſe in partes ſuas, antequam Cythera navigaret, etiam *Diodorus Siculus* 14. refert) *Melon navigaſſe*; *inde profectum Lacedaemonem*; hoc eſt, ad Laconicam. Tota enim regio haec antiquitus *Lacedaemon*; urbs autem princeps *Sparta* appellata, (quomodo & *Xenophon* vocare ſolet) ut ex *Herodoto l.* 7. *Scholiaſte Homeri*, *Strabone* 8, *p.* 253. *Pauſania Laconicis p.* 179 & *principio Meſſenicorum* obſervatum *Cragio de Repub. Lacedaem.* 1, 1. Idem *Pauſanias* & *principio Laconicorum* tradit, ac *Euſtathius ad Homeri Iliad.* β. *verſ.* 581. Praeter *Homerum* & *Herodotum* ita Geographi quoque antiquiores hoc nomine uſi. *Periplus Scylacis*: Λακεδαίμων, ἔθνος, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ εἰσὶν αἵδε, Ἀσίνη, Μοθώνη, Ἀχιλλέιος λιμὴν &c. *Scymnus Chius*, ut volunt, in fragmento *Periegeſeos*:

> Ἦλιδος δ᾽ ὑπάρχειν Ὄξυλον
> Ἡγεμόνα, Κρεσφόντην δὲ τῆς Μεσσηνίας,
> Εὐρυσθένην δὲ καὶ Προκλῆν Λακεδαίμονος.

Unde *Spartani* a *Lacedaemoniis* olim diſtincti. *Diodorus Siculus* 11. τῶν μὲν Λακεδαιμονίων ἦσαν χίλιοι καὶ σὺν αὐτοῖς Σπαρτιᾶται τριακόσιοι. quod etiam magno *Caſaubono ad* 8. *Strabonis* annotatum. Ad Laconicam igitur profectus Conon, *primum Pheras navigans, regionem illam vaſtavit.* Erat illa pars Meſſeniae, *Strabo* 8. re-

tor, quum apud [1] Aegos flumen copiae Athenienſium

recitatis *Homeri* verſibus *Odyſſ.* ς, 15. & 16. *Τὰς Φηρὰς*, inquit, *τὴν χώραν λέγει. ἢ μέρος ἦν τῆς Μεσσηνίας.* Ita recte Mſſ. Vulgo editur: *ἧς μέρος ἦν καὶ ἡ Μεσσηνία.* perperam. Meſſeniae enim longe ultra Pherarum ditionem & Pamiſum, in occaſum & ſeptentrionem ad Nodam flumen & ſinum Cypariſſium uſque porrigebatur. Idem *Strabo* paullo ante: *Διαβάντι δὲ Πάμισον ἔτι πολλὴ τῆς Μεσσηνίας, οὐδ᾽ ἡ τῶν Φηρῶν ἐπαρχία ἅπτεται.* Nomen accepit a Pheris, Meſſeniae oppido, de quo mox plura. Meſſenia vero olim pars Laconicae fuit. Rurſus docet *Strabo eod. libro*: *αὕτη (Μεσσηνία) δ᾽ ἐπὶ μὲν τῶν Τρωϊκῶν ὑπὸ Μενελάῳ ἐτέτακτο, μέρος ὄντα τῆς Λακωνικῆς.* Et paullo poſt: *εἴρηται δὲ καὶ αὕτη μέρος ἦν τῆς Λακωνικῆς*· Meſſenia ſcilicet. Denuo, *ὅτι Λακεδαίμονα ὁμωνύμως λέγεσθαι, καὶ ἡ χώρα, καὶ ἡ πόλις, δηλοῖ καὶ Ὅμηρος· λέγω δὲ χώραν σὺν τῇ Μεσσηνίᾳ.* Et mox comparatione aliquot verſuum *Homeri* docet, Pherarum ditionem, quae in Meſſenia eſt, *Lacedaemonis* nomine ab eo comprehenſam. Videri & *Euſtathius* poteſt loco, quem paullo ante diximus. Atque hinc factum, ut in *periplo Scylacis* inter Lacedaemonis urbes recenſerentur *Aſine*, *Mothone*, & *portus Achilleus*; quae Meſſeniae omnes accenſent. Recte igitur *Xenophon* ſcribit, Cononem ad Lacedaemonem navigantem, Pherarum regionem, partem videlicet Laconicae, vaſtaſſe. Perſequamur jam reliqua itineris. *Deinde & in alia loca orae maritimae deſcendens, damno afficiebat, quicquid poterat.* oram maritimam intellige, quae ſinu Meſſeniaco alluitur, ad quem & Pherae ſitae, ut ſtatim dicemus. *Veritus* autem *regionem importuoſam* (nullus enim in eo ſinu portus, quod ſciam, memoratur, quanquam Pheras *Strabo* ait habere *ὕφορμον θερινόν*:) & *auxilium* (vicinorum Lacedaemoniorum puta) & *commeatus penuriam* (aberat enim a Cycladibus, quas ſuas fecerat, aliquanto longius) *mox converſo curſu diſceſſit, & ad Cytheriae portum Phoenicunta appulit*; uti quidem poſtrema haec verba verti vult *πολυμαθέστατος Bochartus de coloniis Phoenicum* 1, 22. Equidem nuſquam *Phoenicuntem portum* in Cythera inſula, ſed in Meſſenia tantum, Creta, Sicilia, Libya, denique in Aſia ad Mimantem montem, reperio. De primo *Pauſanias Meſſenicis*: *Μετὰ δὲ τὴν Ἀκρίταν, λιμήν τε Φοινικοῦς, καὶ νῆσος κατ᾽ αὐτὸν Οἰνοῦσαι.* Inter Acritan puta & Mothonem; non autem inter Aſinem & Colonides, ſive ad initium ſinus Meſſeniaci, quo loco a *J. Lauremberg*io in *Tabula Peloponneſi* ponitur, id enim repugnat verbis *Pauſaniae*, qui exadverſus Oenuſas ſitum ait, & mox de *Mothone* ſubjungit, quae ad occidentem Acritae eſt. Secundi meminit *Ptolemaeus* 3, 18. tertii, 3, 4. quarti, 4, 5. quinti *Thucydides* 8. cum ait, Athenienſium naves, quae tres Chias inſecutae fuerant, fugiſſe *ἐς τὸν ὑπὸ τῷ Μίμαντι λιμένα Φοινικοῦντα καλούμενον.* Meminit & *Stephanus*, ſed ejus verba hodie corrupta leguntur: *Ἔστι καὶ φοινικὸς λιμήν. Θουκυδίδης ὀγδόῳ.* Legendum: *Φοινικοῦς λιμήν. Εὐλίμενος* tamen Cythera etiam a *Strabone* lib. 8. pag. 250. vocatur. Et duos in eo por-

ſium a Lyſandro ſunt [2] deviƈtae. [3] Sed tum [4] abſuit, eoque

tus recentiores Tabulae exhibent; unum S. Nicolai, ad ſeptentrionem; alterum Delphinum ad auſtrum. Fieri itaque potuit, ut etiam horum alteruter *Phoenicus* diceretur, a Phoenicum appulſu, a quibus haec inſula, ut *Bochartus* exiſtimat, aliquando occupata. Cytheram autem navigaſſe in hac expeditione Cononem, etiam *Diodorus* 14. *teſtatur*. Ceterum haec accuratius expendenti, facile apparebit *Pheras* Meſſeniae, non autem *Theram* inſulam, a Conone invaſam fuiſſe. Primo namque e Melo ad Laconicam profeƈtus jam praetervectus erat Theram, quippe ad dextrum Meli latus eodem gradu longitudinis ſitam. non igitur in eo itinere vaſtare potuit. Deinde χώραν illam vaſtaſſe dicitur; qua voce de inſula tam parva *Xenophontem* uſum, vix crediderim. potius dixiſſet ἔτι τὴν νῆσον. χώραν autem Φηρὰς, ſeu Φηρῶν, partem Meſſeniae, adeoque Laconicae veteris, dictam, e verbis *Strabonis* paullo ante adductis manifeſtum eſt. Praeterea ora maritima fuit, quam invaſit vaſtavitque Conon. ſtatim enim ſubiicit Xenophon; *eum & in alia loca orae maritimae deſcendiſſe.* talis igitur & illa fuit, quam antea vaſtaverat. Atqui aliud eſt ora maritima, aliud inſula. diſtinguitque *Xenophon* ipſe, *libro* 3. cum ait, πόλεσι παρέπλευσαν ταῖς ἐν ταῖς νήσοις, καὶ ταῖς ἐπιθαλαττιδίοις. add. lib. 4. pag. 534. Denique Conon regione, quam vaſtaverat, cum vicino littore relicta, *converſo curſu* Cytheram contendit. quod fieri non potuit, ſi Theram viciuamque oram vaſtavit. haec enim e Cythera ad *Iſthmum* Corinthiacum naviganti demum praeternaviganda erat. At ſi *Pheras* retineamus, cuncta exacte congruunt. nam ea maritima urbs fuit, ad oſtium Nedonis fluvii, & ſiniſtram Pamiſi, quinque a mari ſtadiis diſtans, aeſtivamque navium ſtationem habens; ut e *Strabone* l. 8. cognoſcimus. *Pauſanias Meſſeniacis* ſex ferme ſtadiis eam a mari abeſſe ſcribit. *Ptolemaeus* quoque 3. 16. inter maritima Meſſeniae oppida recenſet. Eadem enim urbs eſt Φηραί, Φεραί, Φαραί, id quod *Homeri*, *Strabonis*, *Ptolemaei*, & praeſertim diverſa *Pauſaniae* loca inter ſe comparanti obſcurum eſſe non poteſt. nam hic *initio Meſſenicorum* Φηρὰς vocat. Τὰ γὰρ, inquit, Ὀρσιλόχου τοῦ εἶναι ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ πόλισμα ὀρχομαι (Homerus) γὰρ Φηράς. Poſt paginas autem quattuor, Φαράς. Τὸ θέμα ... ὁ Πλαύου καὶ ἱερὸν τοῦ Γοργάσου καὶ Νικομάχου τὸ ἐν Φαραῖς ἐποίησαν. Denique in deſcriptione agri urbiumque Meſſeniae, Φαρὰς ſubinde, incolasque Φαραιάτας appellat; nam hanc ipſam ab eo urbem deſignari, cum ex iis apparet, quae de Ortilocho, & Nicomachi Gorgaſique in ea urbe fano refert: tum quod eodem fere ſpatio, quo *Strabo*, a mari; a Thuriatarum autem urbe circiter LXXX, ab Abea vero ferme LXX. ſtadiis diſtare ſcribit: nam & *Strabo* Φαρὰς Thuriae Gereniisque confines facit; & *Ptolemaeus* Φαρὰς inter Abeam & Meſſenem collocat Una ergo eademque urbs *Pauſaniae*, *Pherae* & *Pharae* dicta, *Stephanus* quoque Φαρὰς dixit. Φαραί πόλις Μεσσήνης. ἔκτισαν οἱ Ἀγαμεδιάδαι. quae poſtrema vox

eoque pejus res adminiſtrata eſt. Nam & prudens rei mili-

vox haud dubie corrupta: legendumque fortaſſe φαραιάται, quomodo incolas vocat *Pauſanias*; vel, quod gentile urbis ipſe *Stephanus* paullo poſt eſſe ſcribit, φαρίται. Sic & Achajae oppidum, quod *Ptolemaeus* aliique *Pheras*, *Pauſanias* & *Stephanus* φαρὰς, ejuſque incolas *Strabo* 8. φαρεῖς appellat. Et *Homerus*, quod Theſſaliae oppidum in *Iliade* Φηρὰς, *Odyſſea* ο. φερὰς dixit, metri cauſſa, ſi *Euſtathio* credimus. Sic enim ille: Φεραὶ, τὰς φηρὰς λέγει. συστείλας τὸ η διὰ τὸ μέτρον, ὁμοίως τῷ ξηρὸν, ξερὸν, καὶ πονηρὸν, πονερὸν, καὶ ἀηνθὴς ἀηνθὴς. Meſſeniae vero oppidum *Homerus* nunc φηρὰς vocat, ut Od γ. 489. nunc φηρὴν, ut *Iliad.* ε. 542. Unde φηρὶς χώρα apud *Strabonem* 8. Maritima igitur urbs Pherae. Praeterea hinc Cytheram navigaturus Conon, qui a Melo inſula venerat, *curſum convertere* debuit. nam Cythera inter Melon & Pheras interjacet. Clarum ergo eſt, ſi quid aliud, apud *Xenophontem* non Theram inſulam, ſed Pheras Meſſeniae, earumque regionem retinendam eſſe. Quod ſi de eadem re *Nepos* loquitur, ut *Meurſius* exiſtimabat, manifeſtum eſt, nec apud eum quicquam mutari debere. Sed fac, de alio tempore loqui *Nepotem*; nihilo tamen ſecius *Pheras* capere potuit Conon; quippe haud procul finibus Laconicae ſitas, adeoque Lacedaemoniorum partibus bello Peloponneſio addictas. Itaque non eſt, cur *Pharas* Achajae cum *Lambino* reponamus: quod oppidum nimium ab inſulis Archipelagi diſtat. Id unum obiici video poſſe, *Pheras* Meſſeniae nuſquam *coloniam* *Lacedaemoniorum* dici. Et certe, qui colonias Laconicas ex omne genus ſcriptoribus congeſſit, *Meurſius* nullam ejus mentionem facit. Neque tamen hinc recte colligas, non fuiſſe illuc coloniam a Lacedaemoniis deductam. id enim facile potuit fieri, cum Meſſenia non ſolum Menelai regis temporibus; ſed etiam poſtea diu ſub Spartanorum poteſtate fuerit. Quod autem nulla coloniae hujus memoria ſupereſt, in tanta antiquiſſimarum rerum ignorantia nemini mirum videri debet. *Boſius*. Leid. *Pheras*. item Voſſ. A. ſed B. *Spaeras*. & paullo poſt pro *Peloponneſio*, *Peloponneſſio*.

1 *Aegos flumen*] C. P. Dan. *Egos*. Leid. *egeos flumen*. ſed vulgata lectio per ſe recta eſt. Noſter ſemper dicere ſolet *Aegos flumen*; alii Auctores Latini Graecorum more efferunt dicentes *Aegos potamos*. v. cl. Oudendorp. ad Frontin. L. 2. Strat. cap. 1. n. 57.

2 *Devictae*] Penitus victae atque ad internecionem caeſae, ut ad reſurgendum nullae vires reſtarent. Sic loquitur ſtatim, ſupra Miltiade. infra Cimone & Chabria. Curt. lib. 9. cap. 10 *Cilicia mundata cruore Perſarum & Arbela, cujus campi devictorum a nobis oſſibus ſtrati ſunt* Gebh.

3 *Sed tum abfuit*] *Falſum eſt, quod dicit, ſiquidem vera ſunt, quae Xenophon, Iſocrates, Diodorus Siculus, & ceteri tradunt.* *Lambini* haec *nugae* eſt, *Longolii Magiique* vitula, ut ſolet, arantis. At vero, quid illi tradunt, o bone? *Cononem* ajunt, *cum videret adventum claſſis Laconicae, ſtatim exclamaſſe, ſignumque dediſſe, ut totis viribus ad naves opis ferendae cauſſa*

3 militaris, & [1] diligens erat imperator. Itaque nemini erat his temporibus dubium, ſi adfuiſſet, illam Athenienſeis calamitatem accepturos non fuiſſe.

CAP. II.

1 Rebus autem afflictis quum patriam [2] obſideri audiſſet, [3] non quaeſivit, ubi ipſe tuto viveret, ſed unde

cauſſa concurrerent, anxiumque eo malis hos vocaſſe, illos rogaſſe, alios coegiſſe, ut naves complerent: verum dilapſis militibus, & vectoribus, nihil profeciſſe: itaque jam ſupervenientibus cum clamore & aquarum ſonitu hoſtibus, cum octo navibus, quae ſolae vectoribus ac milite completae erant, & Paralo diſceſſiſſe, ac poſtquam collegarum culpa eſſe perditas Athenienſium res animadvertit, ad Euagoram in Cyprum navigaſſe. in reliquas coortos cum Lyſandro Peloponneſios, partim omnino vacuas cepiſſe, partim dum complentur laceraſſe: milites apud naves inermes & ſparſim advenientes interfectos, ac exſcenſione facta in fuga conciſos. An hinc ſequitur, *adfuiſſe* Cononem, *cum copiae Athenienſium devincerentur*? Imo jam abierat, antequam naves Athenienſium a Peloponneſiis invaderentur, & vixdum clamore irruentium fluctuumque fremitu percepto, diſceſſerat. Revera igitur, cum vincerentur Athenienſes, *abfuit*: etſi conſpecto hoſtium adventu e longinquo, adfuerit. quae non pugnant invicem, uti *Lambino Longolioque* viſum. *Boſius*. Cum Noſtro conſentiunt e Graecis Xenophon, Plutarchus, ac Polyaenus: e Latinis Juſtinus ac Frontinus. Vide cl. Oudendorp. ad Frontinum L. 2. Strateg. cap. 1. n 61. Habuerunt tum temporis ad Aegos Potamos Athenienſes claſſem centum & octoginta navium, ut e Xenophonte & Diodoro Siculo docet Celeb. J. Perizonius ad Aelianum L. 5. V. H. cap. 10. n. 4. ipſe vero Aelianus ducentarum navium dicit fuiſſe numerum, quòd licet ei concedamus, non tamen ducentae periere. Vide Oudendorp. L. L.

4 *Abſuit*] Propterea Iſocrates in Orat. ad Philip. ait: non ejus ſed *collegarum culpa male pugnatum eſt, quare domum redire erubuit.* pag. 94. ubi vide plura huc ſpectantia, eiſque adde Xenoph. l. 4. Hiſt. Graec. Diodor. Sicul 14. Juſtin 6. Plut. Ageſilao & Corn. Nepot. ejuſdem Agelai vitam. *Ernſt. Lambinus* mallet *afuit*. Boſius. Leid. *Abfuit.* item Voſſ. B. ſed A. *affuit*. Sic mox. C. P. Dan. *affuiſſet*. Pro *adfuiſſet*.

1 *Diligens imperator*] Sic Mſſ. meliores & plerique omnes ante *Lambinum* editi. *Lambinus* & *Savaro* ediderunt *diligens imperii*, nec tamen addunt, cur mutarint. *Boſius*. Probae tamen notae meos, quos conſuli, codices eſſe, ſatis, credo, probavi. Hi omnes, nempe Leid. meus & Voſſiani A. & B. exhibent *diligens imperii*. Cum genitivo hanc vocem jungi notum eſt. Noſter in Epamin. cap. 3. dixit *diligens veritatis*. *diligens* autem *imperii* hic eſt, qui

unde praeſidio [1] poſſet eſſe civibus ſuis. Itaque [2] contulit ſe ad Pharnabazum ſatrapen Ioniae & Lydiae, eundemque [3] generum regis & propinquum: apud quem ut multum gratia valeret, multo labore multisque effecit periculis. Nam quum Lacedaemonii A- 2
thenienſibus [4] devictis [5] in ſocietate non manerent, quam cum Artaxerxe fecerant, Ageſilaumque bellatum miſiſſent in Aſiam, maxime impulſi [6] a Tiſſapher-

qui diligenter & accurate cunctas prudentiſſimi imperatoris partes ſuſtinebat, qui imperium ſuum diligenter exercebat. Vide cl. Burm. ad Phaedr. L. 5. Prol. vſ. 4.

2 *Obſideri*] Ab Ageſilao & Lyſandro, ut ſupra dictum eſt 6, 1. *Lamb.*

3 *Non quaeſivit ubi ipſe tuto viveret*] Sic Cicero ad Attic 8. 1. *Ei ſtatim reſcripſi, hominemque certum miſi de comitibus meis, non me quaerere, ubi tutiſſime eſſem.* Lambinus. *Tuto* abeſt a Voſſ. B. Verbum *quaerere* illuſtravit Broukhuſius ad Propert. L. 2. El. 2 vſ. 5.

1 *Poſſet eſſe*] Q. edd. habent *eſſet.* Boſius. Omnes, quos contuli, codices habent *poſſet eſſe.*

2 *Contulit ſe ad Pharnab.*] Ut expertus dux navalis, non ſui ſed patriae cauſſa regi adjutor eſſet in bello contra Lacedaemonios: idque beneficio & conſilio Pharnabazi regi dato obtinuit. *Diodorus Sic.* 14. *Plutarchus in Artaxerxe*, *Juſtinus*, 6, 1, 7. S. *Uti quisque* miniſtro Principis primario eſt *intimus*, *ita ad regis amicitiam validus*: velut de Sejano & Tiberio eorumque amicis *Tacitus An.* 6, 8, 3. Loccenius. Cononem ad Pharnabazum ſe contuliſſe, licet & ex *Xenophonte* cognoſcere *lib.* 4 *de reb. Graec.* Lambinus.

3 *Generum regis*] Sc. Artaxerxis, qui ei Apamiam filiam ſuam in uxorem dederat, ut *Plutarchus* in *Artax.* ſcriptum reliquit. *Magius.*

4 *Devictis*] Voſſ. B. *victis.*

5 *In ſocietate non manerent*] *Plutarchus Artaxerxe* dicit eam eſſe appellatam εἰρήνην τὴν ἐπ' Ἀνταλκίδου. Si fas eſt, inquit ille, contumeliam & proditionem *pacem* appellare. Hanc commemorat & *Xenophon* 4. *reb. Gr.* Sed haec pax poſterius facta eſt, quam Ageſilaus in Aſiam claſſem exercitumque trajeciſſet, ut intelligere licet e *Plutarcho in apophthegm. Lacon.* Videtur igitur ea ſocietas eſſe intelligenda, quam Lacedaemonii cum Dario II. hujus Artaxerxis & Cyri patre fecerunt: de qua *Thucydides lib.* 8. Sed diſcrepat a *Xenophonte* & *Plutarcho Nepos.* Illi enim narrant, Ageſilaum eo in Aſiam eſſe miſſum, quod audierant, regem Perſarum Artaxerxem exercitum & claſſem adverſus Graecos parare. Non igitur Lacedaemonii, ſed Perſae in ſocietate non manebant. *Lamb* quamquam quid probibet eos *in ſocietate non* manſiſſe dici, qui primi pacem aperte violarunt, bellumque alteri parti intulerunt? *Boſius.*

6 *A Tiſſapherne qui defecerat*] Paullo aliter *Xenoph.* 3. *Gr. rer. Diodorus* 14. & *Juſtinus* 6, 1. qui fidiſſimum

pherne, qui ex intimis regis ab amicitia ejus defecerat, & cum Lacedaemoniis coierat ſocietatem: hunc adverſus Pharnabazus habitus eſt imperator; [1] re quidem vera exercitui praefuit Conon, ejusque omnia arbitrio geſta ſunt.
3 Hic [2] multum ducem ſummum Ageſilaum impedivit, ſaepeque [3] ejus conſiliis obſtitit. neque vero non fuit [4] apertum, [5] ſi ille non fuiſſet, [6] Ageſilaum Aſiam Tauro tenus regi fuiſſe erepturum.
4 Qui poſteaquam domum a ſuis civibus revocatus eſt, quod [7] Boeotii & Athenienſes Lacedaemoniis bellum indixerant, Conon nihilo ſecius

mum regi fuiſſe, ſed aliorum calumnia everſum innuunt. Unde videri poſſit, ſimulaſſe potius ſocietatem cum Lacedaemoniis, quam revera coiiſſe. *Plutarchus* certe ait, eum hominem perditum, & univerſo Graecorum generi infeſtiſſimum fuiſſe. *Boſius.* Leid. *Tiſapherne*; & mox pro *Ageſilaum*, *Aageſilaum*. Voſſ. A. *Hageſilaum*; uti Cod. P. Dan. Voſſ. B. *Ageſylaum.*

1 *Re quidem vera exercitui praefuit Conon*] Quem de Pharnabazi conſilio ab Artaxerxe imperio maris praefectum ſcribunt *Diodorus* 14. & *Juſtinus* 6, 1, 7. & 9. *Boſius. Re quidem vera* legendum eſt, ut in Ed. Lutetiae & Schotti, nec non in C. Leid. Voſſ. A. ſed B. *re quid vera.*

2 *Multum*] Mendozae Codex & Savaronis editio; *Hic multum ducem ſummum Ageſilaum impedivit.* Quod non aſpernabile eſt. Quid enim eſt *militum dux ſummus*? niſi quis forte anſerum aut anatum aut gregis ducem comminiſci velit. *Gebh.* Sic Mſſ. Dan. Sch. Boecl. & e ſuis haud dubie codicibus, *Savaro.* Vulgati inepte: *militum.* Quid enim, ait *Gebhardus*, eſt *militum dux ſummus*? niſi quis forte anſerum aut anatum, aut gregis ducem comminiſci velit. *Boſ.* Leid. Voſſ. A. B. & Mſ. Oxon. *multum.*

3 *Ejus conſiliis obſtitit*] Inprimis cum Regi Perſarum perſuaſit, ut concionatores Graecarum civitatum auro corrumperet: de quo *Polyaenus lib.* 1. *Plutarchus Artaxerxe*, *Pauſanias Laconicis.* Quippe his artibus conflatum eſt Lacedaemoniis bellum domeſticum, revocatique ad ſua tuenda, qui aliena invaſerant. *Boſius.*

4 *Apertum*] Leid. *apparatum.*

5 *Si ille non fuiſſet*] V. Ind. *eſſe*, & not. ad 15. 10. 4. *Boſius.*

6 *Ageſilaum Aſiam Tauro tenus fuiſſe erepturum*] Nam *quaecunque ſub dio erant, in poteſtate habens, magnum Aſiae tractum pervaſerat, &, ſi ob urgentem domi neceſſitatem non revocaſſent eum Spartani, facile toti Perſarum regno extremum periculum attuliſſet*; ut in elogio ejus ſcribit *Diodorus* 15. adde infra 17, 4, 2. *Boſius.*

7 *Boeotii*] Leid. Voſſ. A. B *Baetii*, & Leid. pro *Lacedaemoniis bellum*

Digitized by Google

cius apud praefectos regis verſabatur, [1] hisque omnibus maximo erat uſui.

CAP. III.

Defecerat a rege [2] Tiſſaphernes, neque id tam 1
Artaxerxi, quam ceteris, erat apertum. Multis
enim magnisque meritis apud regem, etiam quum in
officio non maneret, valebat. [3] Neque id mirandum,
ſi non facile ad credendum [4] inducebatur, reminiſcens ejus ſe opera [5] Cyrum fratrem ſuperaſſe. Hujus 2
accuſandi gratia Conon a Pharnabazo ad regem miſſus, [6] poſteaquam venit, primum ex more Perſarum ad Chiliarchum, [7] qui ſecundum gradum imperii tenebat,

lum, bellum Lacedaemoniis Pro *nihil ſecius* Leid. Voſſ. A. B. *nihilo ſecius.* Pro *verſabatur* Leid. & Voſſ. A. *verſebatur.*

1 *Hisque omnibus maximo erat uſui*] Q. edd. *iisque omnibus magno erat uſui.* Boſius. Leid. *magno erant uſui.* Voſſ. A. *magno erat uſui.*

2 *Tiſſaphernes* Leid. *Thiſaphernes* Cod. P. Dan. *Thyſiphernes.* Voſſ. A. *Tyſaphernes.*

3 *Neque id mirandum*] Sic e Mſc. ſuo & Ed. Ultraj. Schottus, probatque & *Gebhardus*; ac in *ultima ed. ſua* repoſuit *Boeclerus.* Vulgo erat: *neque admir.* Plenius Leidenſis: *neque id erat mirandum* Boſius, Leid. meus *neque id mirandum,* ut & Voſſ. A. B. Pro *etiam cum,* Voſſ. B. *& cum.* Omnino *id mirandum* admittendum eſt, ut in Cimone c. 4. n. 4. *Sic ſe gerendo, minime eſt mirandum, ſi & vita ejus fuit ſecura & mors acerba.* Ubi vide notata.

4 *Inducebatur*] Exc. Dan & Mſc Leid. *adducebatur.* Boſius. Leid meus & Voſſ. B. *adducebatur.* A. *inducebatur.* Schefferus ad Phaedri L. 2. fab. 6. vſ. 17. videtur *inducebatur* probare. *Adducere* tamen etiam pro *perſuadere, inducere* poni docet Cel. Burmannus ad Petron. Satyric. c. 12. pag. 46.

5 *Cyrum fratrem ſuperaſſe*] V. *Plutarchum in Artaxerxe.* qui tamen Tiſſaphernis opera id factum, non ait: quemadmodum neque *Xenophon* hanc rem narrans. ſed *Diodor. Sic.* 14. ejus in illo praelio operam, praemiaque idcirco a rege ei tributa, refert. *Boſius.*

6 *Poſteaquam*] Sic ed. ult. Boecl. & ita in ſua quoque *Magius* reperit. Alii, *poſtquam.* Boſius.

7 *Qui ſecundum gradum imperii tenebat.* Venuſta figura dictum. Cicero Officiis *tenere conſularis dignitatis* gradum: & pro Planco *ſummum in aliquo loco tenere & dignitatis & gratiae:* Infra Phocione; *namque auctus adjutusque a Demoſthene eum, quem tenebat, aſcenderat* gradum: Sueton. Claudio cap. 4. *Quin per eosdem articulos &* gradus *producen-*

dus

nebat, [1] Tithrauſtem acceſſit, *ſeque* oſtendit *cum re-*
[3] *ge colloqui velle.* nemo enim ſine hoc admittitur. huic
ille, [2] *nulla*, inquit, *mora eſt: ſed tu delibera, utrum*
collo-

dus ſit, per quos frater ejus productus ſit. Caeterum iſte Chiliarchus alio nomine ob officium vocatur εἰσαγγελεύς. Diodor. lib. 16. *Ἀριστοζάνης, ὃν εἰσαγγελεὺς τοῦ βασιλέως καὶ πιστότατος τῶν φίλων μετὰ Βαγώαν.* Colligo tamen aliquando iſta officia ſeparata fuiſſe, & Chiliarchi dignitatem internuncii ſive εἰσαγγελίας honore ampliorem atque celſiorem. Nam ut patet ex lib. 17. Ariſtozanes poſtea demum ad Chiliarchi gradum aſcendit. *Gebhardus.*

1 *Tithrauſtem*] Dan. *Tethrauſten.* Longol. ed. *Titarſthen.* ſed Graecis ubique Τιθραύστης dicitur. *Boſius.*

2 *Nulla, inquit*] Sic Mſ. Boecl. Reliqui invertunt; *inquit, nulla.* Boſius. Pro *Chiliarchum* Leid. & Voſſ. A. *Cheliarcum.* Pro *Tithrauſten* Cod. P. Dan. *Tethrauſtan.* Leid. *Tethrauſtem.* Voſſ. A. *Tetrauſtem.* B. *Tithrauſtem.* de hoc Chiliarcho conſule Celeb. Perizon. ad Aelianum. L. 1. V. H. cap. 21.

3 *An per literas agere quae cogitas*] Cononi cauſſa fuit, quod praeſens nollet more Perſarum adorare regem, ut mox auctor addit. Juſtin. 6, 2, 12. ita refert: quod *Conon diu rege per epiſtolas fruſtra fatigato, ad poſtremum ipſe ad eum perrexerit; ſed ab ejus adſpectu & colloquio prohibitus ſit, quod eum more Perſarum adorare nollet. Egiſſe tamen cum eo per internuncios.* Ibidem colloquii materiam habes. *Loccenius.*

4 *Agere*] Libri P. Danieli & Schotto triti *agere*, malim *edere.* Curtius, qui eoſdem dicendi floſculos quaſi de induſtria mihi ſectatus eſſe videtur, dixit quoque *edere mandata* lib. 10. cap. 81. 15. Noſter paullo poſt. Nec non Liv. lib. 30. *Poſteaquam* edita *mandata.* Gebhardus. Sic quoque Mſſ. Dan. Gif. Schotti, & Savaro. Vulgati, *edere*; quomodo *Livius* & *Curtius*, ac mox ipſe *Nepos* dixere *mandata edere.* Edd. Ultraj. & Longol. utrumque expungunt, nullo ſenſu, *Boſius.* Leid. & Voſſ. A. *agere.* B. *arege* certe pro *agere. Per literas colloqui* dixit Cicero L. 1. ad Fam. Ep. 7. *Edere* tamen pro *ſignificare*, ac per ſcriptum declarationem dare, ſed alia in re, dixit Cicero 3. in Verrem cap. 10. ut Hottomannus & Manutius explicant.

5 *Neceſſe eſt, ſi in conſpectum veneris, venerari te regem*] Id enim more Perſarum cunctis, etiam peregrinis, & aliorum Principum civitatumque legatis, faciendum erat, ſi in conſpectum colloquiumve Regis admitti vellent: ut e *Plutarcho in Themiſtocle, Pelopida, & Artaxerxe, Aeliano Variar.* 1, 21, *Herodoto* 7. *Athenaeo* 2. & 6. *Valerio Max.* 6, 3. aliiſque ſcriptoribus docet *Briſſonius lib.* 1. *de regno Perſarum.* Boſ. Phoenices etiam Reges ſuos flexis genibus veneratos fuiſſe docet Scholiaſtes Euripidis in Phoeniſſis vſ. 300.

6 *Venerari te regem*] Pronum atque prociduum in terram adorare, Hunc ritum quia florentiſſimus auctor Q. *Curtius* clariſſimis coloribus depingit, totum locum enotabo,

colloqui malis, [3] *an per literas* [4] *agere*, *quae cogitas*, [5] *neceſſe eſt enim*, *ſi in conſpectum veneris*, [6] *venerari te regem.*

bo, qui eſt 8, 5, 21. ſeqq. *Rex paulo poſt, quaſi potiora quaedam egiſſet, convicium repetit. Quem venerantibus Perſis, Polyſperchon, qui cubabat ſupra Regem, unum ex his mento contingentem humum, per ludibrium coepit hortari, ut vehementius id quateret ad terram, elicuitque iram Alexandri, quam olim animo capere non poterat. Itaque rex: Tu autem, inquit, non veneraberis me? an tibi uni digni videmur eſſe ludibrio? Ille nec regem ludibrio, nec ſe contemtu dignum eſſe reſpondit. Tum detractum eum lecto rex praecipitat in terram. Et cum is pronus corruiſſet, Videsne, inquit, idem te feciſſe, quod in alio paulo ante ridebas.* Lib. 5, 2, 22. *Procumbens venerari me ſaepe voluiſti: inhibui.* Ibid. cap. 40, 12. *Nabarzanes caeterique parricidae procumbentes humi, quem paulo poſt in vinculis habituri erant, ſuſtinuere venerari.* Lib. 6, 6, 3. *Perſicae regiae, par Deorum potentiae faſtigium aemulabatur. Jacere humi venerabundos pati coepit.* Lib. 8, 5, 6. *Itaque more Perſarum Macedonas venerabundos ipſum ſalutare proſternentes humi corpora* Unde clarum eſt, *venerationem* iſtam Perſicam conſtitiſſe in dejectione corporis in terram pronu, & adorationi Deorum fuiſſe ſimillimam. Nam & adorantes in faciem proni humi procumbebant, demiſſoque geſtu, Deorum majeſtatem venerabantur. *Juvenalis Satyra* 6.

— Tarpejum limen adora
Pronus, & *auratam Junoni caede*
juvencam.

Alludit *idem* alibi:

— Pugnis conciſus adorat.

Quatuor ut liceat cum dentibus inde reverti.

Ergo ubicunque vocabulum iſtud occurrit, de ſervili iſta proſtratione ac geſtu adorandi Regem cape. Vide *Curtium* 3, 12, 17. & 10, 5, 33. Tacitus 2. A. 56, 3. *Caeteri venerantes regem Artaxium ſalutavere.* Neque aliud innuit Juſtinus 1, 10, 9. *Tanta moderatio caeteris fuit, audito auſpicio, ut confeſtim equis deſilierint, & Darium regem ſalutarint.* Quia Deorum venerationi ſimilis iſte ritus erat, ideo *Adorationis* vocabulum ei inditum eſt, & *adorare* uſurpatur pro pronum venerari. Juſtinus 6, 2, 13. *Conon a regis adſpectu & colloquio prohibitus eſt, quod eum more Perſarum adorare nollet.* Idem 12, 7, 1. *Alexander ex Perſico ſuperbiae regio more non ſalutari, ſed adorari ſe jubet.* Et quia iſta ſubmiſſio nimis ſervilis, ideo *adulationis* nomine a ſcriptoribus latinis traducitur. Livius 9, 28. *Referre in tanto rege piget ſuperbam mutationem veſtis, & deſideratas humi jacentium adulationes, etiam victis Macedonibus graves, nedum victoribus.* Quamquam ibidem, ſi recte ex tanto temporis intervallo memini, Mſſ. Pall. habent *adorationes*. Sed nihil mutandum. Valerius Max. 4, 7. ext. 2. *Darii mater Ephaeſtionem more Perſarum adulata; tanquam Alexandrum ſalutavit.* Lib. 6. 3. ext. 2. *Athenienſes Timagoram, inter officium ſalutationis Darium regem more gentis illius adulatum, capitali ſupplicio affecerunt.* Videtur tamen iſta *veneratio* etiam intra genuum ſaltem poſitionem ſtetiſſe. Curtius 8. 7, 13. *Tu Macedonas*

regem. quod [1] *προσκυνεῖν illi vocant. Hoc ſi tibi grave eſt, per me nihilo ſecius editis mandatis conficies, quod*
4 *ſtudes.* [2] Tum Conon : [3] *Enimvero*, inquit, *non eſt grave quemvis honorem habere regi :* [4] *ſed vereor, ne civitati*

donas voluiſti gentu tibi ponere, venerarique te, ut Deum. Si *Juſtinum* 12, 7, 1. audimus; civiliores reges ſolebant *ſalutari*. Barbarico inflati faſtu *adorari*. Paullo poſt v. 3. *Retentus tamen eſt a Macedonibus mos ſalutandi regis, exploſa adoratione* Gebhardus. Plura de hoc ritu *Briſſonius loco ſupra laudato*, *Druſius adn. ad Eſther.* 3, 2. *Grotius ad Matth.* 2, 2. *&c.* Boſius.

1 *Προσκυνεῖν*] Valido conſenſu libri veteres qua excuſſi qua ſcripti *προσκύνησιν*. *Gebhard.* Quid. Mſſ. & edit. *προσκύνησιν*. quod, *Schotti* judicio, perinde eſt. Ad *τὸ venerari* tamen propius alterum. Atque ſic & Plinius N. H. 11, 37. *Patentibus* (oculis) *dormiunt lepores, multique hominum; quod κορυβαντιᾷν Graeci dicunt.* ita enim legendum puto hunc locum. *Boſius.* Leid. *prochynesin* Voſſ. A. *proſchyneſin.*

2 *Tum Conon*] *Plutarchus* hanc hiſtoriam Themiſtocli tribuit; niſi forte utrique acciderit. *Schottus.*

3 *Enimvero*] Sic Mſ. Boecl. Alii, *Mihi vero.* Boſius. Voſſ. A & Leid. *mihi vero*, pro *haberi* quod legitur in Anglicanis Edd. Leid. Voſſ. A. & B. *habere.*

4 *Sed vereor, ne civitati meae ſit opprobrio*] Graecis enim aut Athenienſibus, libero populo, turpis & indigna hujuſmodi veneratio videbatur. Unde Athenienſes legatum Timagoram inter officium ſalutationis Darium regem more gentis illius *adulatum* (pro eo habuere iſtam adorationem Perſicam) capitali ſupplicio affecerunt : unius civis humilibus blanditiis totius urbis ſuae decus Perſicae dominationi ſummiſſum graviter ferentes. quod inter ſeveritatis exempla refert *Valerius Max.* 6, 3. *ext.* 2. *Ariſtoteles* 1. *Rhetor. ad Theodecten* hoc inter *barbaras venerationes* ponit. Qualem autem heic fucum Perſarum oculis fecerit Iſmenias, Thebanorum ad Artaxerxem legatus, in annuli e digito demiſſione & iterum ſublatione, quo corporis geſtu venerationem mentitus eſt, *Aelianus var. Hiſt.* 1, 21. & jam alii notarunt. Ceterum Iſmeniae ſimulatio adorationis, fictum obſequium erga regem ex metu quodam ſervili praetuliſſe videtur, quod ſive deprehenſum, ſive minus, patriae ſuae decus magis imminuit, quam illuſtravit. qua de re Cl. *Boecleri* judicium in *Specimine Subtilitatum Politic. & Aulic.* §. 50. inſpici dignum eſt. Sed & Romanis hujuſmodi veneratio pro adulatione habita eſt, & imperio indecora. Livius 30, 16. de Carthaginienſium Legatis ad Scipionem: *Qui ubi in caſtra Romana & praetorium venerunt, more adulantium* (ita in Gronov. edit. alii, *adorantium*) *accepto, credo, ritu ex ea regione, ex qua oriundi erant, procubuerunt. Conveniens oratio tam humili adorationi fuit.* Pompejus ad milites apud *Lucanum* 7.

Imperii ſalva ſi majeſtate liceret,
Volverer ante pedes.

Vide

Digitized by Google

civitati meae ſit opprobrio, ſi, quum[1] *ex ea ſim profectus, quae ceteris gentibus imperare conſueverit, potius barbarorum, quam illius, more fungar.* [2] Itaque huic, quae volebat, ſcripta tradidit.

CAP.

Vide quoque Cl. *Gronovii notam ad Livii* 9, 18. Equidem legatus, aut alius vir gravis, ita ceremoniarum & alieni Principis aut Reipub. dignitatis obſervans erit; ne quid ſuo Principe aut Repub. indignum admittat. Grave heic monitum *Paſchalii* in ſui *Legati* cap. 37. *Qui viri ſunt, hi colunt mores ingenuos, peſſime oderunt Perſicos, & Perſicis deteſtabiliores illorum, qui numini inludunt, dum non ſatis habent ſalutari ut mortales, volunt inſuper adorari ut numina. Certe quoties tales adeuntur, aut majeſtas legationis barbaro faſtui ſubmittenda eſt; aut legatus, ſi non uſque eo bienmus infamisque eſt, abſtinebit congreſſu ſuperbiae tam dementis. Ergo per internuntios, praetextu veriſimilis impedimenti, aut ſcripto edit mandata; aut rogabit delegari, apud quos exprimere, ad quid venerit, poſſit. Laudo animoſam virtutem Cononis Athenienſis, qui etſi non erat legatus Reipub. ſuae, ſed exul, tamen aſpectu ſe & colloquio Artaxerxis prohibuit. Denique memor ſuae libertatis, reique publicae, in qua natus erat, maluit per literas & internuntios agere cum rege, quam ſuos mores ſubmittere in Perſicam ſervitutem.* Magni ſane reges, ſi ab exteris legatis colantur in ceremoniis, quae illorum, a quibus mittuntur, propriae ſunt, nec effingant ſe ad quasvis aliorum; hoc pro argumento conſtantiae morum, & hominum dignitatis patriae retinentium habent. Vid. ibi plura, & *Marſelaer lib.* 1. *de Legato Diſſert.* 23. Hodie, ſi provoluti in genua legati (niſi ita mos ſit ſuae genti) Regem ſalutent, pro clientium obſequio erga patronum & protectorem, ſi utrinque tales, habetur. Ita *Gramondus lib.* 12. *Hiſt. Gall. p. m.* 562. Genuenſes legatos coram Rege Galliae Ludovico XIV. feciſſe, & ſic acceptum fuiſſe refert. *Loccenius.* Quam indecora Graecis hujusmodi veneratio viſa, pluribus exemplis docet *Briſſonius l. c. pag. m.* 13. *& ſeqq.* Quid vero hoc caſu Chriſtiani veteres obſervarint, habes apud *Grotium ad Matth.* IV, 8. Boſius.

1 *Ex ea ſim prof.*] Sic Mſſ. Dan. ac Schotto inſpecti, & quidam editi, nec aliter, puto, Boeclerianus. Alii: *ex ea civitate ſim prof.* quod fortaſſe ſupervacaneum, & e proximo repetitum eſt. *Boſius.* Pro *conſueverit* Leid. & Voſſ. B *conſuerit.*

2 *Itaque quae voleb. huic ſcr. trad.*] Lambinus aliis in libris impreſſum fuiſſe teſtatur, *Quae huic volebat, ſcripta tradidit.* unde eodem teſte quidam effingere maluerunt, *quae hunc volebat, ei ſcripta tradidit.* Nihil literis, ſed per internuncios acta omnia tradit Juſtin. lib. 6. c. 2. *Agit tamen cum eo per internuncios.* Gebhardus. Sic *Lambinus* edidit. Alii, & Mſ. Leid. *quae huic volebat, ſcripto tradidit.* quod fortaſſe ſperni non debuit. Quidam *Lambino* teſte, malebant, *quae hunc volebat, ei ſcripta tradidit.* quod neſcio an ad ea, quae ſequuntur, congruat.

An

CAP. IV.

1 Quibus cognitis, [1] rex tantum auctoritate ejus motus eſt, [2] ut Tiſſaphernem hoſtem judicaverit, & Lacedaemonios bello perſequi juſſerit, [3] & ei permiſerit, quem vellet eligere [4] ad diſpenſandam pecuniam. [5] id arbitrium Conon *negavit ſui eſſe conſilii, ſed ipſius,* [6] *qui optime ſuos noſſe deberet: ſed ſe ſuade-*
2 *re, Pharnabazo id negotii daret.* Hinc magnis muneribus donatus ad mare eſt miſſus, ut [7] Cypriis, & Phoenicibus, [8] ceteriſque maritimis civitatibus naves

An legendum; *huic, quae volebat, ſcripta tradidit?* Ceterum Juſtinus 6, 2, 14. Cononem *per internuncios egiſſe cum rege*; Diodorus 14. *congreſſum & collocutum* ait. *Boſius.* Leid. Voſſ. A. B. exhibent. *Huic, quae volebat.*

1 *Rex ejus auct. motus*] Contra *Diod.* lib. XIV. qui ſuaſu Pharnabazi ſcribit ab Artaxerxe claſſis imperium Cononi fuiſſe mandatum. *Gebhardus.* add. *Juſtin.* 6, 1, 7. Boſius.

2 *Ut Tiſſaphernem hoſtem judicaverit*] Eique Tithrauſte miſſo caput praecidi juſſerit, ut refert *Xenophon in Ageſilao:* Ceterum *Diodorus* 14. non Pharnabazi aut Cononis ſuaſu, ſed Paryſatidis regiae matris impulſu interfectum ait, infeſtae homini, quod Cyrum filium, quem illa amabat, apud regem detuliſſet. Pharnabazo tamen id etiam *Juſtinus* imputat, 6, 1. 7. Pro *Tiſſaphernem* Mſ. Dan. habebat *Thyſaphernem.* ſed Graecis quoque Τισσαφέρνης dicitur. *Boſius.*

3 *Et ei permiſerit*] Paullo aliter *Diodorus l. c.* & *Juſtinus* 6, 2, 15. Boſius.

4 *Ad diſpenſandam pecuniam*] Rationem non contemnendam conſignavit Trogus ap. Juſt. 6, 2, 15. *Poſtulat dari ſibi miniſtrum impenſae, quia pluribus id mandare pernicioſum ſit.* Gebhardus.

5 *Id arbitrium Conon negavit ſui eſſe conſilii*] Eam electionem. *Gebhardus.*

6 *Qui optime ſuos noſſe deberet*] Martialis.

Principis eſt virtus maxima noſſe ſuos. Gebhard.

7 *Cypriis*] Cod. P. Dan. *Cypris.*

8 *Caeteriſque civitatibus maritimis naves longas imperaret*] Phraſis valde frequens Curtio, ut inde colligam, nec non ex aliis plurimis Ruffum Cornelii noſtri perſtudioſum fuiſſe. ſic dixit L. 3. cap. 4. *Naves ſociis* imperare. Caeſar L. 6. B. G. c. 4. Curt. L. 9. c. 38. *Equites civitatibus* imperare. Iſte iterum lib. 1. Comment. cap. 7. *Provinciae toti quam maximum militum numerum* imperaret. lib. 7. cap. 4. *Qua oblata poteſtate omnibus iis civitatibus obſides* imperat. Nepos Vita Attici: *cum privatis pecunias per epiſtolas imperaret.*

Digitized by Google

ves longas imperaret, [1] claſſemque, [2] qua proxima aeſtate mare tueri poſſet, compararet: [3] dato adjutore Pharnabazo, ſicut ipſe voluerat. Id ut Lacedae- 3
moniis eſt nuntiatum, [4] non ſine cura rem adminiſtrarunt, quod majus bellum imminere arbitrabantur, quam ſi cum barbaro ſolum contenderent. Nam [5] ducem fortem & prudentem, [6] regiis opibus praefuturum, ac ſecum dimicaturum videbant: quem neque conſilio, neque copiis ſuperare poſſent. Hac 4
mente magnam contrahunt claſſem, proficiſcuntur [7] Piſandro duce. [8] Hos Conon apud Cnidum adortus magno praelio fugat, [9] multas naves capit, complures

ret. Sic Graeci adhibent ἐπαγγέλλειν *Gebhardus.*

1 *Claſſemque, &c. compararet*] Sic MſT. & vulgati. Librarii incuria verbum illud *compararet* in editione *Lambini* deſideratur. *Savaro.*

2 *Quae proxima aeſtate*] Leid. & Voſſ. A. B. item Cod. P. Dan *Qua proxima aeſtate.*

3 *Dato Adjutore*] Sic *adjutor belli* & ſimpliciter *adjutor* dixit Livius L. 4. cap. 44. & L. 6. cap. 22. & ita ſaepius. Verbum *adjuvare*, unde *adjutor*, illuſtravit Manutius ad Cicer. L. 1. Fam. Ep. 7. Quicunque enim alicui in re gravi adeſt *adjutor* dicitur Sueton. Caeſar. c. 12. ubi tamen pro *adjutore* in Codice Hulſii *auctore* legitur. Ad alia etiam transfertur haec vox, ut docuit cl. Burm. ad Phaedr. L. 5. fab. 5. vſ. 14.

4 *Non ſine cura rem adminiſtrarunt*] *Auxilia* enim *navalis belli a rege Aegypti Hercynione petiverunt, & undique a ſociis magna contraxere ſubſidia*, ut inquit *Oroſius*, 3, 1. Magius. Pro *adminiſtrarunt* Exc. Dan. habent *amminiſtrant.* Boſius. Leid. & Voſſ. A. *rem adminiſtrant.* Paullo ante pro *naves* Voſſ. A. *navis.*

5 *Ducem fortem & prudentem*] Et praeterea res hoſtium apprime edoctum. *Diodorus* 14. ἦν γὰρ ἐν ἐμπειρίᾳ τῶν κατὰ πόλεμον ἀγώνων, μάλιστα τῶν πολεμίων. *Gebhardus.* Leid. *ducem fortem prudentem.*

6 *Regiis opibus*] Dan. & q. edd. *regis opib.* Boſius. Voſſ. A. *regis.* ſed Leid. & B. *regiis.*

7 *Piſandro*] Sic legendum, non *Lyſandro*, ut habent libri alii vulgati. *Lambinus.* Atque ſic & Mſ. Dan. itemque *Xenophon*, *Plutarchus*, *Juſtinus.* *Diodorus Periarchum* vocat: ſed mendoſe, judice *Lambino*, *Bongarſio*, & *Voſerio ad an. P. I.* 4320. Boſius. Leid. *Pyſandro.* item Voſſ. A.

8 *Hos Conon apud Cnidum*] Narrant *Xenophon* 4. *h. Gr.* *Diodorus* 14. *Pauſanias principio Atticorum*, *Juſtinus*, 6, 3. Boſius. Leid. *Gnydum.* Voſſ. A. B. *Gnidum.*

9 *Multas naves capit, complures deprimit*] Curt. vocat l. IV. c. 37. *demergere. Naves*, inquit, *omnes fere aut demerſit aut cepit.* Sed iſtud non eſt inelegantius. Caeſar. lib. 1. Civil. c. 58. *Partem navium* deprimunt; *nonnullas*

res deprimit. [1] Qua victoria non ſolum Athenae, ſed etiam cuncta Graecia, quae ſub Lacedaemoniorum fuerat imperio, liberata eſt. [2] Conon cum parte navium in patriam venit: [3] muros dirutos a Lyſandro, utroſque & Piraeei, & Athenarum, reficiendos curat: pecuniaeque quinquaginta talenta, [4] quae a Pharnabazo acceperat, civibus ſuis donat.

CAP. V.

1 Accidit huic, quod ceteris mortalibus, ut inconſideratior in ſecunda, quam in adverſa eſſet

nullas cum hominibus capiunt. lib. II. Civil. cap. 6. *Qua re animadverſa, quae proximae ei loco ex Bruti claſſe erant, in eas impeditas impetum faciunt celeriterque* deprimunt. Tacit. l. IV. Hiſtor. cap. 79. *Claſſem ultra Caninefates aggreſſi ſunt; majorque pars navium* depreſſa *aut capta* Hirt. lib. de Bello Alexandr. c. 11. *Capta eſt una hoſtium quadriremis*, depreſſa *eſt altera.* Ibid. cap. 16. Deprimuntur *tres noſtris incolumibus omnibus.* Auctor de Viris Illuſtrib. cap. XLI. *Q. Luctatius Catulus primo punico bello trecentis navibus adverſum Poenos profectus ſexcentas eorum naves commeatibus & aliis oneribus impeditas duce Himilcone apud Aegatas inſulas inter Siciliam & Africam* depreſſit. Graeci vocant *βυθίζειν*, crebrius *καταδύειν*. Diodorus *κατέδυσε τριήρεις.* Ariſtoph. Ranis Act. 1. Scen. 2

— Κατεδύσαμέν γε ναῦς
Τῶν πολεμίων ἢ δώδεκ' ἢ τρισκαίδεκα.

Gebhardus. Leid. *rapit.* quae verba ſaepius commutantur v. cl. V. V. J. Fr. Gron. ad Livium L. 6. c. 23. Dukerum ad Florum. L. 1. c. 1. n. 10. & ad L. 2. cap. 6. n. 2. & Drakenburgium ad Silium Italicum L. 15. vſ. 659. De verbo *deprimere* vide Axenium ad Phaedr. L. 1. fab. 20. Adde Salluſtium apud A. Gellium. L. 10. N. A. cap. 26. *Earum aliae* deprimebantur.

1 *Qua victoria non ſolum Athenae, ſed etiam cuncta Graecia liberata eſt*] Lacedaemoniique adeo Graeciae imperio ſpoliati. quod praeter Noſtrum, etiam apud *Diodorum* & *Juſtinum* locis modo laudatis, & *Iſocratem ad Philippum* & *in Euagora* legitur; adde *Caſaubonum ad 1. Polybii p. m. 28. & ſeqq.* Boſius.

2 *Conon cum parte navium*] Qua oratione uſus, hoc libente Pharnabazo fecerit, exponit *Xenophon lib.* 4. Lambinus.

3 *Muros dirutos &c. refic. curat*] Sed permiſſu Pharnabazi, cum quo in Peloponneſum navigans Laconicam vaſtavit, ſociosque Athenienſium in Spartanos incitavit. *Ernſtius.* Praeter *Xenophontem, Diodorum, Juſtinum, Pauſaniam* locis citatis, meminere *Demoſthenes or. in Leptinem, Athenaeus* 13, *Plutarchus Ageſilao, & in apophthegm. Laconicis,* &c. Athenaei verba exſcripſit, ſed corrupta, eoque de Alexandro M. accepit *Suidas in* [illegible], & [illegible]. Sic enim priore loco ſcribit. ὁ μὲ-

ſet fortuna. Nam claſſe Peloponneſiorum devicta, [1] quum ultum ſe injurias patriae putaret, plura concupivit, quam efficere potuit. Neque tamen ea non 2
pia & probanda fuerunt, quod potius patriae opes augeri, quam regis maluit. Nam quum magnam auctoritatem ſibi pugna ſua navali, quam apud [2] Cnidum fecerat, conſtituiſſet, non ſolum [3] inter barbaros, ſed etiam inter omnes Graeciae civitates, clam dare operam coepit, [4] ut Ioniam & Aeoliam reſtitueret Athenienſibus. Id quum minus diligenter eſſet celatum, 3
[1] Tiri-

ὁ μέγας Ἀλέξανδρος κατεῖναι νικήσας ναυμαχίαν Λακεδαιμονίους, καὶ τειχίσας τὸν Πειραιᾶ. poſteriore vero hunc in modum: Οὗτος ὁ μέγας Ἀλέξανδρος νικήσας ναυμαχίᾳ Λακεδαιμονίους καὶ τειχίσας τὸν Πειραιᾶ. Atqui apud Athenaeum unde haec deſumta, ſic legitur: τοιοῦτος ἦν τῇ μεγαλοψυχίᾳ ὁ μέγας Ἀλέξανδρος. Κόνων δὲ τὴν περὶ Κνίδον ναυμαχίαν νικήσας Λακεδαιμονίους, &c. Pro Κόνων igitur videtur legiſſe κατεῖναι. *Boſius.* De verbo *reficere* vide Broukhuſ. ad Tibull. L. 4. El. 1. vſ. 210. & Cortium ad Salluſt. Jugurth. cap. 66. n. 1. pro *cum parte* Leid. *cum patre.* pro *in patriam, in papiram.* pro *dirutos* Voſſ. B. *dirrutos.* Pro *Piraeei* Leid. & Voſſ. A. *Pirei.*

4 *Quae a Pharnab. acceperat, civib. ſuis donat*] Similis Arati Sicyonii liberalitas fuit, de qua *Cicer.* 2. *Offic.* 23. Boſius.

5 *Accidit huic quod ceteris &c.*] Ἴσως μὲν ἂν καὶ ἑτέροις ἤδη τοῦτο συμβέβηκε, τὸ τὰς μὲν ἐν ταῖς ἐπιτυχίαις ἐξουσίας μὴ δύνασθαι φέρειν ἀνθρωπίνως, ἐν δὲ ταῖς περιπετείαις ὑπομένειν ἱστάμενον, καὶ νουνεχῶς. *Polyb.* 17. *Hiſt.* *Caſaubonus* vertit: *Accidit hoc & aliis fortaſſe jam ante, ut rebus laetis potentiam ferre, ſicut homines par erat, nequirent; in adverſis caute admodum & prudenter ſtatum ſuum conſervarent.* Vid. *var. lect. Mureti l.* 5. *c.* 15. Boeclerus. Pro *inconſideratior* Leid. *conſideratior.* Pro *Peloponneſiorum, Peloponneſſiorum* Voſſ. B. Sed. A. *Pelodonneſiorum.*

1 *Quum ultum*] Alii libri habent *cum ulciſci*: alii *cum ultum*. Ego *ultum* malo. nam revera ultus erat patriae injurias, muris refectis & de integro excitatis, quos illi diruerant. *Patriae injurias* autem, i. e. a Lacedaemoniis patriae illatas. *Lambinus.* Leid. & Voſſ. A. *quum ultum* Voſſ. B. *quum inultum.*

2 *Cnidum &c. conſtituiſſet*] Leid. & Voſſ. A. *Gnydum.* *Conſtituiſſet* eſt firmaſſet, fundaſſet. conſule celeb. Burm. ad Quinct. Declam. 260. in fine; qui vim vocis *ſua*, pro qua in Voſſ. A. B. & Edd. Boſii aliorumque *illa* legitur, illuſtravit ad Val. Flacc. L. 1. Argonaut. vſ. 543.

3 *Inter omnes Graec. civitates*] Τὸ *inter* aberat Mſſ. Schotti & Boecl. *Boſius.* Abeſt etiam a Leid. meo.

4 *Ut Ioniam & Aeoliam reſtitueret*] Alii, hoc objectu uſos Perſas, ſed veram cauſſam fuiſſe invidiam rerum proſpere a ſe geſtarum. Ita quidem *Diod. Sic. l.* 14. *Hiſt.* & *Iſocrates in panegyrico.* Locc. Pro *Aoliam* Leid. *Edym* Pro *Id quum* Leid. *id quod.*

[1] Tiribazus, qui Sardibus praeerat, [2] Cononem evocavit, ſimulans [3] ad regem eum ſe mittere velle, [4] magna de re. Hujus nuntio parens quum veniſſet, in vincula conjectus eſt: in quibus aliquandiu fuit. [5] Nonnulli *eum ad regem abductum*, [6] *ibique periiſſe* ſcriptum reliquerunt. [7] Contra ea [8] Dinon hiſtoricus, cui nos plurimum de Perſicis rebus credimus, *effugiſſe*, ſcripſit:

1 *Tiribazus*] Dan. *Tyriabaſus.* quaedd. edd. *Teribazus*: quomodo *Xenophonti* Τειβαζος eſt. Τιρίβαζον tamen etiam *Plutarchus Artaxerxe*, & *Diodorus* vocant. *Boſius.* Leid. m. *Tyriabarus* Voſſ. A. *Triabazus.* B. *Tiribazus.* & mox in iisdem Mſſ. eadem hujus vocis eſt confuſio.

2 *Cononem evocavit, ſimulans &c.*] Diſpunxerat ex ſuis Savaro. *cum ſe mittere velle magna de re. hujus nuncio parens.* & ita video excerptum eſſe a P. Daniele, praeter voculam *hujus*, quae abeſt. *Gebhard.* Paullo aliter haec *Xenophon* & *Diodorus.* adde not. *Ernſtii Boſius.*

3 *Ad regem eum ſe mittere velle*] Haec paullo aliter referentur ab iis, quos ſupra laudavi: Cononem videlicet ab Athenienſibus eorumque ſociis una cum aliis legatum fuiſſe miſſum ad Tiribazum praefectum regium, &, cum ab Antalcida Lacedaemoniorum legato propoſitas conditiones nequaquam probaret, in vincula fuiſſe conjectum, quo Antalcidas Spartanorum partes & cauſſam regi Artaxerxi eo melius commendaret. Vide Plutarch. Artaxerxe & Xenoph. *Ernſtius.* Τὸ *eum* omittit poſtrema editio Boecleriana, Mſ. Codicis, ut opinor, fide. *Lambinus* edidit: *ad regem ſe mittere eum velle.* quae diverſitas facit, ut alterutrum pronomen a gloſſa eſſe ſuſpicer. *Boſius.* *Se* abeſt a Voſſ. B.

4 *Magna de re*] Sic Mſſ. Giſ. Dan. Savar. In aliis, & pleriſque editis, eſt *magna feſtinatione.* idque quidam ad praecedentia referunt, alii ad ſequentia. Fortaſſis utrumque genuinum eſt, legendumque; *ad regem eum mittere velle magna de re. hujus nuncio magna feſtinatione parens cum veniſſet*; vel *hujus nunt. parens cum magna feſtinatione veniſſet*, vel denique; *magna feſtinatione hujus nuntio parens cum veniſſet.* Certe non video, qui alterum in alterius locum irrepſerit. A. Cod. Dan. & τὸ *hujus* aberat. fors non male. *Boſius.* Voſſ. B. *magna feſtinatione.* Pro *quum veniſſet* Leid. *conveniſſet.*

5 *Nonnulli*] Mſſ. Boecl. praeponit *inde.* Boſius. Leid. etiam *inde nonnulli.* item Voſſ. A.

6 *Ibique periiſſe*] *Diodorus Siculus* de eo ſupplicium ſumtum eſſe ſignificat lib. 15. his verbis: ὑπονοήσας ὁ Ἱππαγόρας μὴ συλληφθῇ, ἢ τιμωρίας τύχῃ, καθάπερ Κόνων ἐπαθὲν Ἀθηναῖος. *Lambinus.*

7 *Contra ea*] Mſſ. Boecl. *contra.* Boſius. Leid. *contra Cadym.* Voſſ. B. *contra Dinon.*

8 *Dinon*] Qui ſcripſit Perſica, pater fuit Clitarchi, vixitque tempore Artaxerxis, Ochi, & Philippi. Plura de eo tradidit vir clariſſimus G. J. Voſſius lib. 4. de Graec. Hiſto-

pſit: [1] illud addubitat, *utrum*[2] *Tiribazo ſciente, an imprudente ſit factum.*

Hiſtoricis cap. 8. *Gebhard.* Sic diſerte, *Savarone* teſte, codex Giſanii, pro eo quod in aliis legitur *Dion* vel *Dimon.* Pet. quoque Daniel in ſuo *Dynon* repperit. *Plinio Nat. Hiſt.* 10, 49. eſt *Dino*; Graecis Δίνων vel Δείνων. Ejus *Perſica* laudant *Athenaeus*, *Laertius in Protagora*, *Plutarchus in Themiſtocle.* Plura de eo *Voſſius de Hiſtoric. Graec.* 4. 8. Boſius. Adde Perizon. ad Aelian. L. 7. V. H. cap. 1. & Menagium, qui *Dinon* ſcribendum eſſe docet ad Diog. Laert. L. 1. Sect. 8. & ad L. 9. Sect. 50. Ciceron. Lib. 1 de Divin. cap. 23. *Quid ego, quae Magi Cyro illi principi interpretati ſunt, ex* Dionis Perſicis *proferam*? Ubi cl. Davieſius recte rejecit τὸ *libris.*

1 *Illud addubitat*] Mſ. Leid *illud autem dubitat.* mox Dan. *Tyriabazo.* Boſius. Pro *ſit factum* Voſſ. B. *factum ſit.*

2 *Tiribazo*] Qui pedeſtribus copiis praeerat, teſte Diodoro Siculo Lib. XIV. *Gebhardus.*

X. DION.

CAP. I.

[1] DION [2] HIPPARINI F. SYRACUSANUS, [3] nobili genere natus, utraque implicatus tyrannide [4] Dionyſiorum. Namque [5] ille ſuperior [6] Ariſtomachen, ſororem Dionis, habuit in matrimo-

1 DIONEM memorant *Plutarchus in Dione & alibi*, *Diodorus Siculus*, praeſertim 15. & 16. *Suidas*, *Laertius in Platone*, *Aelianus var. hiſt* 3, 4. & 12. 47. *Plato* ſaepius, ut & *Cicero*, (praeſertim *Tuſcul.* 5, 20, 21, 22.) *Valerius Max.* 3, 8, *ext.* 5, 4, 1. *ext.* 3. Boeclerus.

2 *Hipparini F.*] Sic & *Diodorus* 16. ac *Suidas* vocant. *Boſius.* Nec non Aelianus L. 6. V. H. cap. 12. & L. 7. cap. 14.

3 *Nobili genere natus*] *Plutarchus* ait, Hipparinum Dionis patrem inter Syracuſanos hominem fuiſſe primarium, & Dionyſii, cum primo belli dux & imperator delectus eſt, collegam. *Magius.*

4 *Dionyſiorum*] Dionyſii duo pater & filius. *Ernſtius.*

5 *Ille ſuperior*] Major, antiquior. Sic *Cato ſuperior* Val. Max. lib. 8. c. 15. qui aliis *Major.* *Superiores* eidem majores Lib. 2. cap. 1. 10. *Majores natu in conviviis ad tibias egregia ſuperiorum opera carmine comprehenſa pangebant.* Gebh. De quo plura infra 21. 2. 2. & 3. *Boſius.*

6 *Ariſtomachen ſor. Dion. habuit*] Sic quoque *Diodorus Sic.* 14. *Cicero*

trimonio : ex qua [1] duos filios, [2] Hipparinum & [3] Nyſæum, procreavit; totidemque filias, [4] nomine Sophroſynen & Areten. quarum priorem [5] Dionyſio filio eidem, cui regnum reliquit, nuptum de-
2 dit, [6] alteram, Areten, Dioni. Dion autem praeter nobilem propinquitatem, generoſamque majorum famam,

Tuſc. 5, 20. *Valerius Max.* 9, 13. & *Plutarchus in Dione.* quare lapſus eſt *Aelianus Var. Hiſt.* 13, 10. & 12, 74. priore loco *Ariſtaenetam*, poſteriore *Areten* appellans, Ariſtomachen autem Dionis uxorem faciens. niſi cum Cl. *Schéffero* noſtro ibi pro *Ariſtaeneta* Ἀριστομάχην; hic pro Ariſtomache Ἀρέτην, vel, quod malim Ἀρέτην, reponas. vide *notas* ejus ad utrumque *Aeliani* locum. Sed poſteriore loco vix eſt, ut ab errore eum liberemus. *Boſius.* Lapſum eſſe Aelianum agnoſcit etiam celeb. Perizonius ad l. l.

1 *Duos filios*] Ita & *Plutarchus*: ſed nomina non addit. *Boſius*

2 *Hipparinum*] Qui Olympiadis CVI. anno IV, pulſo Syracuſis Callippo, paternum dominatum recuperavit, & per biennium obtinuit, teſte *Diodoro* 16. Boſius.

3 *Nyſaeum*] *Suidas* in Δίων vocat Νισαῖον, & *Dionyſii filii fratrem*, atque eum *vicissim Dionem ejeciſſe*: quod vix alibi legas. *Diodorus* 16. Νυσαῖον vocat *Boſius*.

4 *Nomine Sophroſynen & Areten*] Inſerui vocem *nomine*, auctoritate MStorum Dan. & Boecl. Addidit autem *Nepos* ob eam, credo, cauſſam, quod aliis virtutum nomina eſſent ἀρετὴ & σωφροσύνη. Ceterum argute *Plut. orat.* 2. *de fortuna Alexandri* reprehendit Dionyſium, quod, cum civium CCIↃↃ amplius interfeciſſet, fratrem ob invidiam hoſtibus prodidiſſet, matrem vetulam, paucis poſt diebus morituram, ſuffocaſſet; atque in tragoedia ipſe ſcripſiſſet: ἡ γὰρ τυραννὶς ἀδικίας μήτηρ ἔφυ: tamen filiarum aliam Ἀρετὴν, aliam Σωφροσύνην, aliam Δικαιοσύνην appellaverit. *Boſ.* Voſſ. A. *Sophormem.* Pro *nuptum dedit* Leid. *nuptui dedit.*

5 *Dionyſio filio*] Qui ex Doride altera uxore natus erat, ut ait *Plutarchus* pag 959. idque & inſcriptio ejus de ſemet poſita docet apud eund. *Plut. loco paullo ante laudato.* Boſ.

6 *Alteram Areten, Dioni*] Pro uxore igitur habuit ſororis filiam. *Ernſtius* More Principum, filias ſororesve iis quos vel jungere ſibi arctius, vel decipere cupiunt, collocantium. quo de nonnulla habes apud *Forſtner.* & *Boecler.* ad *Taciti Ann.* 1, 10, 5. *Plutarchus* tradit, Areten nupſiſſe prius Thearidae Dionyſii fratri: eo vero mortuo, Dioni, cum eſſet ſororis filia. Vox *Areten* a quibuſdam editis abeſt: ſed eam habent & Excerpta P. Danieli. *Boſius.* Voſſ. A. & B. *Arethen.* Leid. *Arechen.* pro *famam* Voſſ. A. *fama.* pro *a natura* Leid. Voſſ. A. & B. *ab natura*

1 *Ingenium docile, come, aptum ad artes optimas*] Quod auctor noſter come ingenium tribuit Dioni, *Lambinus* ſatis conſentaneum eſſe negat aliorum ſcriptorum fidei: qui durum & auſterum ingenium Dioni fuiſſe aſſerunt. Hoc quam-

vis

Digitized by Google

nam, multa alia ab natura habuit bona. in his [1] ingenium docile, come, aptum ad artes optimas: magnam [2] corporis dignitatem, quae non minimum [3] commendatur: magnas praeterea divitias a patre relictas, quas ipſe tyranni muneribus auxerat. Erat 3
intimus Dionyſio priori, neque minus propter mores,

vs ita fuiſſe largiamur in ceteris; tamen come & facile fuit erga docentes ipſum, praeſertim erga Platonem, ad capienda ab eo virtutum & vitae praecepta, uti *Plato* ipſe *in epiſtola* 7. ad Dionyſii propinquos ſcribit; & infra 2, 1. Noſter confirmat. Ingenium autem veut fundamentum doctrinae ſupponendum eſt. Nihil enim praecepta atque artes valent, niſi adjuvante natura; velut cultus ſterili ſoli nihil prodeſt. De quo fuſius *Quintilianus in fine prooem. Inſtitut. Orator.* & *Caſelius Propolitic cap.* 20 21 & πολιτευομ. *cap.* 6. Loccenius. Quod *Plato epiſtola* 4. *ext.* & *Plutarchus in vita ejus, ac lib. de diſcrim. adulator. & amici pag.* 69. acerbitatem & contumaciam Dioni tribuunt, poſſis & de imperii tempore accipere; quo & Noſter *cap.* 6, 1. eum *invidiam acerbitate opprimere ſtuduiſſe*, ait. Heic autem de privato ſermo fuerit. Denique potuit, ut ſunt varia interdum humana ingenia, alibi comis, alibi arrogans eſſe. quomodo *Tacito Hiſt.* 1, 10, 2. Mucianus *luxuria, induſtria, comitate, arrogantia mixtus* dicitur. *Boſius.*

2 *Corporis dignitatem, quae non minimum commendatur*] Corporis dignitatem in regentibus commendari a populo tralatitium eſt. Tacitus 2. A. 43. 2. *Cum hic nobilitatem ducis, decorem alius, plurimi patientiam, comitatem, per ſeria per jocos eundem animum, laudibus ferrent.* Vide *ibid. c.* 73, 2. Eamdem inter adjuvamenta eſſe ſummae rei adipiſcendae, aſſerit idem 11, 28, 2. De Silio: *Nunc juvenem nobilem, dignitate formae, juventa, ac propinquo conſulatu ad ſpem accingi.* Et inter caetera, quae Galbam deſtruxerant, erat deformitas. Tacitus 1. H. 7, 5. *Ipſa aetas Galbae & irriſui & faſtidio erat, aſſuetis juventae Neronis, & Imperatores forma ac decore corporis (ut eſt mos vulgi) comparantibus.* Juſtin. 13, 1, 10. *Sed nec amici Alexandri fruſtra regnum ſpectabant: nam ejus virtutis ac venerationis erant, ut ſingulos Reges putares. Quippe ea formae pulchritudo & proceritas corporis in omnibus fuit, ut qui eos ignoraret, non ex una gente, ſed ex toto terrarum orbe electos judicaret.* Gebhardus.

3 *Commendatur*] Sic Mſſ. & edd. vett. *Lambinus* tamen repoſuit *commendat*; alterutrumque illud natum putat ex ignoratione verbi. *Commendat* enim, inquit, h. l. valet, ornat, facit amabilem, benevolentiam atque amorem conciliat: & ſubintelligendum eſt *homines*, ſeu *viros*. idque firmat quattuor locis *Ciceronis*; uno e lib. 1. *de Oratore*, ubi *vox maxime eloquentiam commendare*; altero ex 2. *Officiorum*, ubi *P. Rutilii adoleſcentiam domus P. Mucii commendaſſe* dicitur; tertio ex *oratione poſt reditum in ſenatum*, quarto

 itidem

res, quam affinitatem. [1] Namque etſi Dionyſii crudelitas ei diſplicebat, tamen ſalvum [[2] eſſe] propter neceſſitudinem; magis etiam [3] ſuorum cauſſa, ſtudebat. Aderat in magnis rebus: ejusque conſilio multum movebatur tyrannus, niſi qua in re major ipſius cu-
4 piditas interceſſerat. [4] Legationes vero, quae eſſent illuſtriores, per Dionem adminiſtrabantur: quas quidem ille diligenter obeundo, fideliter adminiſtrando, crudeliſſimum nomen *tyranni* ſua humanitate [5] tege-
5 bat. Hunc a Dionyſio miſſum, Karthaginenſes

[1] ſuſpe

itidem e *libris de oratore*; ac praeterea uno *Horatii*. 1. *epiſt*. 15. Elegantior eſt, fateor, haec lectio; & praeferam ipſe, ſi MSti codices addixerint. Poteſt tamen & altera ferri. *Boſius*. Leid. Voſſ. A. B. *commendatur*.

1 *Namque etſi Dionyſii crudelitas ei diſplicebat*] Hinc poſtquam in Sicilia annis 38. tyrannidem tenuerat, Dion Syracuſas occupavit, illumque e regno ejecit. Vid. A. G Lib. XVII. Noct. Att. & de miris ejus moribus Cicer. Orat. pro C. Rabir. Diogenem Laert. L. 3. Plutarch. Dione. Cic. Lib. 5. Tuſcul. Quaeſt. 11. Offic. Amm. Marcell. Lib. 16. Et Val. Maxim. Lib. IX. cap. XIV. *Ernſtius*.

2 *Eſſe*] Aberat Mſ. Dan. & Boecl *Boſius*. Pro *ipſi* Leid. *ei*. mox *illum* abeſt a Leid. & Voſſ. A. neque *eſſe* in Leid. reperitur. *Neceſſitudinem* vero notare ſaepius ſanguinis vel affinitatis vinculum jam docuere, ante alios P. Manutius ad Ciceron. L. 2. ad Fam. Ep. 19. & Berneggerus ad Suetonii Caeſarem cap. 27

3 *Suorum*] Sororis & liberorum ejus. *Boſius*. Sic *ſui* ſaepius de Liberis & ſanguine conjunctis. Livius Lib. 1. cap. 53. *Congnerens, jam ab alienis in ſuos vertiſſe ſuperbiam*. Juſtinus L. 1. cap 9. *Erat enim difficile, ut parceret* ſuis. & ita alibi. Iu verbo *intercedere*, quod mox ſequitur, conſule Manutium ad Cict. L. 1. ad Fam. Ep 2. pag. 29.

4 *Legationes vero*] Alii; *Legationes vero omnes*. Boſius.

5 *Tegebat*] Ita Mſſ. Savar. e, teſte *Picarto Pericul. Critic. cap.* 0, Bavaricorum unus: itemque 4. Longol. & Ultraject. Exſtantque hujus lectionis veſtigia & in aliis codicibus, in quibus vel *regebat* ut, ut in Bavarico 2; vel *tenebat*, uti Gif. Dan. Sch. & edd. Ald. ac Flor. quod utrumque e *tegebat* corruptum, quis dubitet? Eſt autem, ut recte *Gebhardus* annotavit, ſensus expeditiſſimus ac germanus. Nam Dion, inquit, humanitate ac morum tranquillitate tegebat atque abſcondebat decantatam ubique Dionyſii crudelitatem; qui mitiſſimos Dionis mores intuebantur, perſuadere ſibi non poterant, tam immanem eſſe Dionyſium, quam vulgo jactaretur. Et eum in modum loquitur Tacitus 12, 10, 3. *diverſo-cors domi, bellis infauſtus, ignaviam ſaevitia tegat*. Haec *Gebhardus* Similiter idem Tacitus An. 2, 10, 3.

a ſe-

1 ſuſpexerunt, ut neminem unquam Graeca lingua loquentem magis ſint admirati.

CAP. II.

Neque vero haec Dionyſium 2 fugiebant. Nam quanto eſſet ſibi ornamento, ſentiebat. quo fiebat, 1
ut uni huic 3 maxime indulgeret, neque eum ſecus diligeret ac filium. qui quidem, quum 4 Platonem 2
Tarentum veniſſe fama in Siciliam eſſet perlata, adoleſcenti negare non potuit, quin eum arceſſeret, quum Dion ejus audiendi cupiditate flagraret. Dedit ergo huic

a Sentio privatum odium falſis criminibus tegente. *Et* 6, 20, 1. de Caligula: *immanem animum ſubdola modeſtia* tegens. C. 50. 1, de Tiberio: *quaeſita interdum comitate quamvis manifeſtam defectionem* tegebat. denique 4. 44. 4. *ſpecie ſtudiorum nomen exſilii* tegeretur. Unde ſatis apparet, *humanitate & crudelitatem*, & *nomen crudelitatis tegi* apte dici. quod negabat *Lambinus*; eoque, conjectura ductus, correxit *leniebat*, quod recte ſpreverunt *Savaro* ac *Schottus*. Boſius. Leid. *tenebat*. Voſſ. A. *leniebat*. B. *tegebat*. & ita legitur in Codice Schefferi quam lectionem probat vir cl. ad Phaedrum L. 2. fab. 2. vſ. 8. *Tegere* pro *occultare*, *velare* ſaepius ponitur. *Sermo verbis tectus* dixit Cicero L. 9. ad Fam. Ep. 22. Sic *tegere furorem*, *iram* &c. Veteres dixere. v. cl. Drakenburg. ad Silium Italic. L. 2. vſ. 382.

1 *Suſpexerunt*] Sic e Mſſ. ſuis correxit *Savaro*, habuitque & Cod. Dan. Vulgo erat *ſuſceperunt*. Boſius. Leid. & Voſſ. A. *ſuſceperunt*. B. *ſuſpexerunt*. nec aliter legi poteſt, ut cenſet etiam cl. Dukerus ad Florum L. 4. cap. 12. n. 30.

2 *Fugiebant*] *Fugebant* Voſſ. B. Fugere vero pro latere, neſcire Ciceroniana eſt locutio L. 4. ad Fam. Ep. 1. *Neque doctiſſimorum, quos ſemper coluiſti, praecepta te* fugiunt. Caelius ad Ciceron. Ep. 14. *Illud te non arbitror* fugere. iterum 10. ad Fam. Ep. 3. *Nihil enim te* fugere *poteſt*. Phaedrus L. 4. fab. 4. vſ. 48. *Quod multorum* fugit *imprudentiam*. & ita optimus quiſque.

3 *Maxime indulgeret*] Leid. *magis indulgeret*. item Leid. A.

4 *Platonem Tarentum veniſſe*] Plato ipſe *epiſtola ad Dionis propinquos*, *Diogenes Laertius in Platone*, *Cicero Catone maj.* & *Plutarchus Dione*. Cauſſam profectionis *Appulejus lib. de dogmate Platonis* fuiſſe ait, *ut naturam Aetnae*, & *incendia concavi montis intelligeret*. quod etiam *Laertius* tradit; Ipſe fortaſſe κατὰ τύχην Syracuſas ſe veniſſe, ait: Plutarchus θείᾳ τινὶ τύχῃ, & a daemone quodam libertati Syracuſanorum favente. Mox in Mſ. Boecl. erat *negare non potuerit*. Boſius. Sic & Voſſ. B.

huic veniam, [1] magnaque eum ambitione Syracuſas
3 perduxit. Quem Dion adeo admiratus eſt, atque
adamavit, [2] ut ſe totum ei traderet. [3] Neque vero
minus [4] Plato delectatus eſt Dione. Itaque [5] quum a
Dionyſio tyranno crudeliter violatus eſſet, quippe
quem [6] venundari juſſiſſet, tamen [7] eodem rediit,
4 ejuſdem Dionis precibus adductus. Interim [8] in morbum

1 *Magnaque eum ambitione Syracuſas perduxit*] Exquiſito apparatu & ambitioſo comitatu. Solin. cap. 7. *Dionyſius tyrannus vittatam navem Platoni obviam miſit. Ipſe cum albis quadrigis egredientem in littore occurrens honoratus eſt.* Gebhardus. Nihil de ambitioſa hac deductione *Plato*, *Laertius*, ac *Plutarchus*; ſed nec quiſquam alius, quod ſciam: ſed tantum accitum a Dionyſio, inſtinctu Dionis, cum Syracuſas veniſſet, & cum eo collocutum, ſcribunt. A juniore autem Dionyſio, jam mortuo patre, primo eodem Dione perſuadente, dein ſponte, omni ſtudio, crebriſque & ipſius & aliorum epiſtolis, ac precibus, etiam triremibus miſſis, advocatum Platonem, & mirabili comitate ac honore, Dionyſio ipſo in curru eum imponente, aurigamque agente, exceptum, ac magno in pretio habitum, ex ejuſdem *Platonis epiſtol.* 3. & 7. *Plutarcho pag.* 963. & 965. ac *Aeliano Var. Hiſt.* 4. 18. cognoſcimus. Atque ad hunc referendum puto, quod *vittatam navem Platoni obviam miſiſſe Dionyſium tyrannum, ipſumque quadrigis albis, egredientem e littore excepiſſe*, ſcribit *Plinius N. H.* 7. 3. ex eoque *Solinus cap.* 7. 'Itaque pene adducor', ut cum *Buchnero* τῷ μακαρίτῃ putem confundi heic Dionyſios, & filio tribui, quae patri debebant. *Boſius.* Idem quod Graecis μετὰ πολλῆς φαντασίας v. cl. Burm. ad Petron. Sat. cap. 38. pag 168. Voſſ. B. pro *magnaque*, *magnoſque*.

2 *Ut ſe totum ei traderet*] Quare Dion communi nomine a ſcriptoribus vocatur *Dion amicus Platonis.* Similia exempla legas apud Cael. Rhodigin. L. 23. Lect. Antiq. c. 4. *Ernſtius.* Voſſ. B. *ut ſe ei totum traderet.*

3 *Neque vero minus Plato delectatus eſt Dione*] Socia tradentis accipientiſque concordia & mutuus amor multum confert ſtudio: quod pluribus docet *Quintilianus Or. Inſt.* 2, 2. & 9. Loccenius.

4 *Plato delectatus eſt Dione*] Ejus namque captus erat amore, ut ex *Ariſtippi lib.* 4. *de antiquis deliciis*, refert *Diog. Laertius in Platonis vita.* Inter amatorios Platonis verſus apud hunc & *Appulejum apologiae Orat.* 1. leguntur etiam verſus in Dionem, qui dilectum a Platone Dionem, atque ardenter amatum, ſatis arguunt. *Magius.*

5 *Cum a Dionyſio crudeliter violatus eſſet; quippe, quem venundari juſſiſſet*] Add. *Plutarch. princ. Dionis*, qui tamen haec paullo aliter narrat. *Lucianus Paraſito* Platonem rejectum ait, quod paraſiticae imperitus eſſet. *Boſ.* *Tyranno* abeſt a Leid.

6 *Ve-*

bum incidit Dionyſius. quo quum [1] gravi conflictaretur, quaeſivit a medicis Dion, *quemadmodum ſe haberet?* ſimulque [2] ab his petiit, *ſi forte majori eſſet periculo, ut ſibi faterentur. Nam* [3] *velle ſe cum eo colloqui de partiendo regno: quod* [4] *ſororis ſuae filios ex illo natos partem regni putabat debere habere.* [5] Id medici 5
non tacuerunt, & [6] ad Dionyſium filium [7] ſermonem

nem

6 *Venundari juſſiſſet*] Diodorus Sicul. 15. & prolixe *Diog. Laertius lib.* 3. ac *Plutarchus Dione.* Pro *juſſiſſet* q edd. *juſſit.* Boſius.

7 *Eodem rediit*] Defuncto ſeniore Dionyſio. *Plato ep.* 7. *Plutarchus l. c.* & noſter mox 3. 1. *Boſius.* Pro *Dionis precibus* Voſſ. B. *Dionyſii precibus.*

8 *In morbum incidit*] Morbi cauſſam fuiſſe immoderatas epulas, compotationes & ebrietatem, tradit *Diodorus Sic.* 14. Lambinus.

1 *Gravi*] Ita membranae Schotti, &; referente *Piccarto Peric. Crit. cap* 10. duo Mſſ. Bavarici; itemque ed Ultraject. &, e ſuis, ut opinor, libris, *Savaro.* non incommode, ut recte judicabat *Piccartus,* nec minus latine, quam, quod vulgo legitur, *graviter. Schottus* tentabat *gravius*: ſine cauſa. *Boſius.* *Gravi* etiam Leid. & Oxon.

2 *Ab his petiit*] Q. edd. *de iis petit.* Boſius

3 *Velle ſe cum eo colloqui*] Ita & *Plutarchus pag.* 960. Boſius.

4 *Sororis ſuae filios*] Hipparinum & Niſaeum. *Ernſtius.* V. ſupra cap. 1, 1. *Boſius.*

5 *Id medici non tacuerunt*] Futuro Principi, ut *Plutarchus* ait, gratificantes: more in aulis recepto. *Boſius.*

5 *Medici non tacuerunt*] Hem ſcelus medicorum in aula! nam captandae ſucceſſoris gratiae deſperatam dominantis valetudinem aut contra fidem vulgant, aut ſuo miniſterio opprimunt exſtinguuntque. Tacitus 6, 50, 5. de Charicle: *labi ſpiritum, nec ultra biduum duraturum* (Tiberium) *Macroni firmavit.* Liv. 40, 56 *Medicus Calligenes, qui curationi praeerat, non exſpectata morte regis, a primis deſperationis notis nuntios praediſpoſitos, ita ut convenerat, miſit ad Perſeum.* Et neces pleraeque occultae regum, annon medicorum ſcelere ac perfidia acceleratae? Bagoas certe ὁ χιλίαρχος ἀνεῖλε φαρμάκῳ τὸν Ὦχον διά τινος ἰατροῦ, ut refert *Diodorus* 17. De Eudemo, *Tacitus* 4. *A.* 3, 6. De Xenophonte, qui pinna rapido veneno illita, quaſi niſus evomentis adjuturus, Claudium precibus Agrippinae evitavit, vide 12, 67, 2. & 3. *Gebhardus.* Supra in vita Cononis cap. ult. dicit. *Id quum minus diligenter eſſet celatum.* Ernſtius. Plura in hanc rem *Meibomius commentar. in jusjurand. Hippocratis cap.* 14 § 16. *& ſeqq.* Boſius.

6 *Ad Dionyſium filium*] Leid. *ad Dionyſium ſuum filium.*

7 *Sermonem*] Quibusdam videtur, detracta voce *ſermonem*, legendum: *& ad Dionyſium retulerunt.* Quo enim pertinet vox *ſermonem*? inquiunt illi: aut quorſum ponitur?

Nam

nem retulerunt. quo ille [1] commotus, [2] ne agendi cum eo eſſet Dioni poteſtas, patri [3] ſoporem medicos dare coegit. Hoc [4] aeger ſumpto, [5] ut ſomno ſopitus [6] diem obiit ſupremum.

CAP.

Nam ſatis diſerte dixit Cornelius *id medici non tacuerunt. &c.* Id autem, nempe quod cum ipſis Dio locutus erat, vel, Dionem ſecum locutum eſſe de talibus rebus. Sequitur jam: *& ad Dionyſium retulerunt*; nempe illud idem, ut repetatur τὸ καὶ id. Ego tamen nihil mutare auſus ſum, quod lectio vulgata ferre poſſit. Sequitur enim, *quo ille commotus. &c. quo*. videlicet ſermone. *Lambinus. Schottus ad Dionyſium ſeniorem* conjectabat; perperam: nam Cornelius potius extuliſſet, *filium majorem natu* Gebhardus. Et quomodo *ſeniorem* dixiſſet filium, patre cognomine ſuperſtite? *Boſius.*

1 *Commotus*] Graviſſime irritatus. Curt. L. 4. cap. 23. *At ille ſuorum tam indigna nece* commotus *urbem obſidere ſtatuit.* Tacit. 6. Ann. cap. 13. *Quis* commotus *incuſavit Magiſtratus Patresque.* Nepos Timol. *Quibus verbis adeo ille eſt* commotus, *ut nonnunquam vitae finem facere voluerit.* Gebhardus.

2 *Ne agendi cum eo eſſet Dioni poteſtas*] Mſ. Boecl. *ut Dioni agendi eſſet poteſtas.* corrupte. *Boſius. Cum eo* abeſt a Leid. & Voſſ. A.

3 *Soporem*] Medicamentum ſoporiferum φάρμακον ὑπνωτικὸν Front. L. 2. cap. 5. Ex. 12. *Mandragorae inter venenum & ſoporem media vis eſt.* Gebhardus. Φάρμακον ὑπνωτικὸν vocat e Timaeo *Plutarchus.* Schottus. Significant potionem frigidiſſimam, quae, ut ex Medicorum ſcriptis didicimus, nigri papaveris ſucco, aut cicutae parari ſolet. Sic ne Athenienſes capitali judicio damnatos cicutae ſucco necare ſolebant. Quamobrem *Juvenalis* Sat.

—— Hunc imperio vidiſtis, Athenae
Nil praeter gelidas auſae conferre cicutas.

Et Perſius (Sat. 4. 1.)

—— Barbatum hoc crede magiſtrum
Dicere, ſorbitio tollit quem dira cicutae.

Magius. adde Plinium Nat. Hiſt. 25, 13. & quae ad hunc Perſii locum notavit *Caſaubonus.* Boſius. *Sopor* idem ac ſomnus, ut docet *Servius* ad Virgil. 1. Aen. vſ. 684. hic vero ponitur pro medicamento ſomnum mortiferum faciente. vide Elegant. Broukhuiſ. ad Tibull. L. 4. El. 4. vſ. 9. & ad Propert. L. 3. El. 9. vſ. 54. Phraſin *ſomno ſopitus* illuſtravit cl. Schefferus ad Phaedrum L. 5. fab. 10. vſ. 34.

3 *Soporem medicos dare coegit*] Quia ipſi fortaſſe propter Hippocratis jusjurandum, facinus horrebant. *Magius.* Eo enim jurare ſolebant, *ſe neque precibus adductos cuiquam pharmacum mortiferum daturos, neque ejus rei auctores futuros.* de quo plura *Meibomius loco paulo ante laudato.* Boſius.

4 *Aeger*] Mſ. Boecl. & q. edd. *ergo.* Boſius. *Ergo* etiam Leid. & Voſſ. A.

5 *Ut ſomno ſopitus*] Addidi particulam motus auctoritate Mſſ.

Dan.

Cap. III.

1 Tale initium fuit Dionis & Dionyſii ſimultatis, 1
2 eaque multis rebus aucta eſt: ſed tamen primis temporibus aliquandiu ſimulata inter eos amicitia manſit. 3 Quumque Dion non deſiſteret obſecrare Dionyſium, *ut Platonem Athenis arceſſeret*, & 4 *ejus conſiliis uteretur*, ille, qui in aliqua re vellet patrem imi-

Dan. Leid. & Boecl. nam vulgo aberat. Senſus eſt, tanquam dormientem obiiſſe. Apud *Plutarchum* eſt: ἀφείλοντο τὴν αἴσθησιν αὐτοῦ, θανάτῳ συνάψαντες τὸν ὕπνον. *Boſius.* Particulam etiam agnoſcit Voſſ. A.

6 *Diem obiit ſupremum*] De Dionyſio hoc majore videndi Auctor intr. de Regib. cap. 2. Juſtin. 20. Diodor. Sicul. 15, 73. De timore animi tortore Cic. 5, Tuſc. & 2. de Offic. Val. Max. 9. c. 13. *Ernſt.*

1 *Tale initium fuit ſimultatis*] Nihil hac de re *Plutarchus* & *Diodorus*: ſed ille propenſa in Dionem voluntate fuiſſe Dionyſium: hic propter nobilitatem & magnitudinem animi ſuſpectaſſe eum, ſcribit. *Boſ.*

2 *Eaque multis rebus aucta*] *Plutarchus* apertiſſimas & maximas odii, & ſimultatis, & invidiae in Dionem cauſſas fuiſſe ſcribit, vitae degendae diſſimilitudinem, & victus conſuetudinem a ſocietate & communicatione alienam; easque creviſſe crebris comitum & intimorum Dionyſii vocibus, quibus illius animum in Dionem exulcerabant, ſuſpicionemque regni a Dione appetiti illi injiciebant. *Lambinus* Vide *Plutarch Dione pag.* 963, & *de diſcrim. adulator. amici pag.* 53. adde *Platonem epiſt.* 3. Boſius.

3 *Quumque Dion*] Mſ. Boecl. *cum D. deſiſt. obſ.* Boſius. Leid. *Quum Dion non deſiſteret*, ut & Voſſ. A. ſed B. *Quumque Dion deſiſteret* In Quibuſdam Edd. *deſineret.* In Ageſilao cap. 7. *Ageſilaus non deſtitit, quibuscumque rebus poſſet, patriam juvare.* in Cat. cap. 2. *ſuſcipere inimicitias non* deſtitit. Quod loquendi genus familiare eſt tum Curtio, ut docet Cellarius ad Curt. L. 10. cap. 2. n. 21. ubi etiam cum *deſinere* in Mſſ. confunditur. tum ipſi Ciceroni: ut L. 1. ad Fam. Ep. 1. *Pompejum & hortari, & orare, & jam liberius accuſare, & monere, ut magnam infamiam fugiat, non* deſiſtimus. L. 7. Epiſt. 7. *Ego te commendare non* deſiſto. De hoc verbo conſulendus eſt Elegantiſſ. Broukhuſius ad Tibull. L. 1. El. 9. vſ. 71. ubi plura Ciceronis, huic verbo Infinitivum addentis, loca, item alia de ejuſdem ſignificatione videbis adnotata. Itaque procul omni dubio in textum recipiendum. Mox pro *vellet* Leid. *velit.* Pro *patrem imitari* Voſſ. B. *imitari patrem.*

4 *Ejus conſiliis uteretur*] Saepius hac phraſi utitur Noſter, ut in Themiſtocle cap. 10. in Timotheo cap. 3. & alibi. Ciceronianam eſſe locutionem docet Celeb. Burmannus ad Quinctilian. ad Tryphon. Bibliop. pag. 2.

2 imitari, [1] morem ei geſſit. eodemque tempore [2] Philiſtum hiſtoricum Syracuſas reduxit, hominem [3] amicum non magis tyranno [4] quam tyrannis. Sed de hoc [5] in eo meo libro plura ſunt expoſita, qui [6] de hiſtoricis conſcriptus eſt. [7] Plato autem tantum apud Dio-
3 nyſium auctoritate potuit, valuitque eloquentia, [8] ut ei perſuaſerit, tyrannidis facere finem, libertatemque redde-

1 *Morem ei geſſit*] Ad Platonem ſcripſit, ut teſtatur *Plato*; exſtatque ejus epiſtolae ſumma in *epiſtolis Platonis*. Lambinus. Pro *morem ei geſſit* Leid. & Voſſ. A. *morem geſſit ei*. Sed τὸ *ei* abeſt a Voſſ. B.

2 *Philiſtum Syracuſas reduxit, amicum non magis tyranno quam tyrannis*] Quum inicio Dionyſio ſeniore uxorem Leptinae fratris ejus duxiſſet Philiſtus, ab illo proſcriptus, nec niſi a Dionyſio ſucceſſore patris reſtitutus eſt in patriam illorum conſilio, qui Dioni adverſabantur. Sed ne Plato eloquentia ſua Dionyſii animum mutaret, metuentes, hunc oppoſuere Platoni & ejus philoſophiae. Non ſolum enim Philiſtus vir eruditus erat, ſed & Dionyſii aliorumque tyrannidi favebat, eorum vitia honeſti praetextu tegere conatus: ut ſolent adulatores, quibus omnia Principum honeſta atque inhoneſta laudare mos eſt. De hoc Philiſto plura *Voſſius de Hiſtor. Graec.* 1, 6. Loccenius. Exſulabat autem Philiſtus circum Adriam a Dionyſio majore pulſus, ut tradit *Plutarchus*: ut *Diodorus Sic.* lib. 15. Thuriis. Lambinus. Voſſ. A. *Phyliſtum*. B. *duxit*.

3 *Amicum non magis tyranno &c.*] Aldus *inimicum* legit: ſed corrupte, praeterque antiquorum codicum fidem. Quod autem tyrannidis tyrannique fuerit amicus, non autem inimicus, fidem facit *Plutarchus*. Magius. Is enim pag. 961. φιλοτυραννότατον ἀνθρώπων. Et p. 962. primo ſurgenti tyrannidi promtiſſimum ſe praebuiſſe. pag. vero *ſeq.* firmiorem tyrannidi creditum, eamque foviſſe ait. Adde mox. c. 3, 3. *Boſius*. *Non* abeſt a Voſſ. A.

4 *Quam tyrannis*] Sic Mſſ. Dan. & Boecl. ac fortaſſis & alii. quod Cl. *Loccenius* exponit non magis Dionyſio tyranno, quam aliis ſimilibus ejus amicum. Alii, *tyrannidi*; cui lectioni favent loca *Plutarchi* modo adducta. *Boſius*. *Tyrannis* exhibent etiam meus Leid. item Voſſ. A. B.

5 *In eo meo libro*] *Non* aberat Dan. & Leid. *Boſius*. Agnoſcunt tamen Leid. meus item Voſſ. A. B.

6 *De hiſtoricis*] *Graecis* addebat codex Schotti, & quos *Savaro* inſpexit, ut in *praefatione notarum ſuarum* teſtatur: itemque, *Magio* laudante, exemplar Venetum. quam vocem *Lambinus*, ſi *Schotto* credimus, (nam in commentariis ejus nihil hujusmodi reperio) cum *Longolio* expungit, quod de utriſque ſcripſiſſe. *Graecis Latinisque* veriſimile ſit, perperam. potuit enim de utriſque ſeparatim ſcribere. Sane de *Latinis* ſeorſim egiſſe, inde apparet, quod in antiquiſſimo codice Giſanii

Digitized by Google

reddere Syracuſanis. [1] a qua voluntate Philiſti conſilio deterritus, aliquanto crudelior eſſe coepit.

CAP. IV.

Qui quidem quum a Dione ſe ſuperari videret ingenio, auctoritate, amore populi, verens, ne 1
ſi eum ſecum haberet, aliquam occaſionem ſui daret opprimendi, [2] navem ei triremem dedit, qua [3] Corinthum deveheretur: [4] oſtendens, ſe id utriuſque facere

Giſanii ante vitam Attici haec verba reperta ſunt; *Ex libro Cornelii Nepotis de Latinis hiſtoricis.* niſi tamen legendum eſt *hiſtoriis.* nam & in vetuſto codice Cardinalis Mendozae *Schottus* hanc inſcriptionem repperit: *Hiſtoriarum Latinarum Cornelii Nepotis vita Attici.* Utcunque fuerit, τὸ *Graecis* heic genuinum eſſe vix dubito. *Boſius.* Addunt tamen Leid. m. Voſſ. A. & B.

7 *Plato autem*] De hoc ejus ingenio, induſtria ac moribus videndus Val. Max. 8. cap. 7. *Ernſtius.*

8 *Ut ei perſuaſerit tyrannidis facere finem*] Idem *Plato* in *epiſtola* 3. *ad Dionyſium circa init.* fatetur. (adde *Plutarch. Dione pag.* 962. *& ſeq.*) Sed ut Dionyſius erat *veterator magnus* (veluti *Tullius* 2. *epiſt.* 12. *ad Q. Fr.* eum appellat) hoc poſtea invertit, & Platonem calumniatus eſt, quaſi ille huic ejus conatui obloquutus eſſet; quum contra Plato ſedulo ſuaderet, ſed tyrannus recuſaret. Et hoc eſt tyrannorum, omnia ab aliis recte dicta aut facta in pravum detorquere. *Loccenius. Ei* adeſt Leidenſi meo & Voſſ. A. B.

1 *A qua voluntate Philiſti conſilio deterritus*] Dionem apud tyrannum criminando, & multas graveſque ſuſpiciones in illum commovendo, acceſſit & Dionis epiſtola ad Carthaginienſium magiſtratus & procuratores data, intercepta, & ad Dionyſium allata. *Lambinus.* Adi *Plutarch. l. c.* Boſius. *Deterrere* notat dehortari, diſſuadere, rationibus adducere, ne quis hoc vel illud faciat. Cicero Lib. 1. ad Fam. Ep. 7. *Sed ego te ut ad certam laudem adhortor, ſic a dimicatione deterreo.* de quo verbo eleganter diſputavit celeb. Broukhuſius ad Tibull. L. 1. El. 3. vſ. 13.

2 *Navem ei trirem.*] *Plato epiſt.* 7. parvo navigio impoſitum, & ejectum dicit: *Plutarchus* ἀκατίῳ. *Acatium* vero idem quod Scapha. v. Cl. *Schefferum de militia navali* 2, 2. *pag.* 70. Boſius.

3 *Corinthum*] Plutarchus: *in Italiam*: *Diodorus* propius accedens, *in Peloponneſum.* Corinthus enim eſt in Peloponneſo. *Lambinus.*

4 *Oſtendens ſe id utriusque facere cauſſa*] Nihil hac de re alii; ſed *Plato epiſt.* 7. accuſatum ait, quod tyrannidi inſidiaretur: *Plutarchus*, conſpirationis cum Poenis inſimulatum. *Diodorus* 15. animadverſo tyrannum necem ſibi intentare, primum apud amicos delituiſſe, dein cum

Digitized by Google

cere cauſſa, ne, quum inter ſe timerent, alteruter alterum
2 praeoccuparet. Id quum factum multi indignarentur, magnaeque eſſet invidiae tyranno, Dionyſius omnia, [1] quae moveri poterant Dionis, [2] in naves impoſuit, ad eumque miſit. Sic enim exiſtimari volebat, id ſe [3] non odio hominis, ſed ſuae ſalutis feciſſe
3 cauſſa. Poſtea vero quam audivit eum in Peloponneſo manum comparare, ſibique bellum facere conari; [4] Areten Dionis uxorem, alii nuptum dedit, [5] filiumque ejus ſic educari juſſit, ut indulgendo turpiſ-
4 ſimis imbueretur cupiditatibus. Nam puero, prius-quam

eum Megacle & Heraclide in Peloponneſum fugiſſe. *Boſius.*

1 *Quae moveri poterant*] Sup. ad 2, 2, 8. Ingentes autem fuiſſe ejus facultates, & fere tyrannicam ſupellectilem, ait *Plutarchus*. Boſius.

2 *In naves*] Sic & mſc. Dan. & Venetus, *Plutarchus* quoque *duas* permiſſas ait. Alii *in navi*; vel *in navim*. Boſius. *In navis* Leid. meus, & Voſſ. A. B. Pro *impoſuit*, Voſſ. B. *imponit*. Pro *ad eumque* Leid. *ad eum quia*.

3 *Non odio hominis, ſed ſuae ſalutis cauſſa*] *Plutarchus* ait, cum amicos & uxorem monuiſſe, *non in exilium, ſed peregre miſſum Dionem, ne in praeſentis arrogantiam gravius ex ira conſulere cogeretur*. Boſius. Pro *volebat* Voſſ. B. *volebant*. mox pro *Peloponneſo* Voſſ. A. B. *Peloponneſſo*.

4 *Areten Dionis ux. alii nuptum dedit.*] Nempe Timocrati familiari ſuo; ſed invitam: ut *Plutarchus* ſcribit. *Longolius*. Adde *Aelian. var. hiſt.* 12, 47. Boſius. Voſſ. A. *Arethen*.

5 *Filiumque ejus*] Aretaeum, ut vult *Timaeus*, a matre ſic appellatum: Hipparinum, ut tradit *Timonides*, Dionis familiaris; cui potius credendum eſſe cenſet *Plutarchus*. Lambinus. *Polyaenus* lib. 5. in Dionyſio, ſect. 8. *Hipparionem* vocat. quem perperam, ut opinor, ab Aretaeo diverſum, natuque majorem facit *Gebhardus*. nam unum eundemque fuiſſe, de cujus nomine diſſidebant Timaeus & Timonides, e *Plutarcho* manifeſtum eſt. quanquam interim alium praeter hunc filium Dioni fuiſſe, inde colligo, quod apud *Platonem epiſt.* 8. eum a Syracuſanis regem eligi ſuaſit. Tertium, ſed ipſo defuncto, peperit Ariſtomache in carcere; ut *Plutarchus extr. Dione* ſcribit. *Boſius.*

1 *Vino epulisque obruebatur.*] Hanc phraſin illuſtravit cl. Burmannus ad Petron. Satyric. cap. 5. p. 21.

2 *Poſtquam in patriam red. pater, &c.*] Ita & Mſ. Dan. hunc verſiculum ordinat: aliter *Longolius* & alii. *Boſius.*

3 *Namque appoſiti erant cuſtodes*] Venere Romana dictum. namque reperies apud Ciceronem, *Verres calumniatores* apponebat. & de Offic. *Non licitatorem venditor, nec qui contra*

quam pubes eſſet, ſcorta adducebantur: [1] vino epulisque obruebatur, neque ullum tempus ſobrio relinquebatur. Is uſque eo vitae ſtatum commutatum ferre non potuit, [2] poſtquam in patriam rediit pater, ([3] namque appoſiti erant cuſtodes, qui eum a priſtino victu deducerent) ut ſe [4] de ſuperiore parte aedium dejecerit, [5] atque ita interierit. Sed illuc revertor.

CAP. V.

Poſtquam Corinthum pervenit Dion, & eodem 1
perfugit [6] Heraclides, [7] ab eodem expulſus Diony-

tra ſe liceatur, *emptor* apponet. In Verrem. *Accuſator* apponitur *civis Romanus*. Propius ad Nepot. Lucil. Lib. 15. *Indicem* appoſuit. Attius Ione *Cuſtodem aſſiduum* appoſuit *virgini* Tacit. 4. Annal. cap. 6. *ſed interdum voces procedebant contumaces & inconſultae, quas appoſiti cuſtodes exceptas auctasque cum deferrent*. Caeſar. L. 1. de B. Gall. cap. 20. Dumnorigi cuſtodes ponit, *ut quae agit, quibuſcum loquatur, ſcire poſſet*. Tacitus Lib. 2. Annal. cap. 68. *Remmius evocatus priori cuſtodiae* appoſitus. Suetonius Claudio cap. 35. *Salutatoribus ſcrutatores ſemper* appoſuit, *& quidem omnibus & acerbiſſimos*. Alia elegantia idem Tacit. Lib. 6. cap. 19. *Circumjecti cuſtodes & in maerorem cujuſque intenti*. Gebh. Vide cl. Burm. ad Ovid. L. 3. Amor. El. 4 vſ. 1. & cl. Oudendorp. ad Lucan. l. 1. vſ. 464. Paullo ante n. 2. hujus capitis monere oblitus fui, *imponere* & *impenere in naves* locutionem rei nauticae propriam eſſe, quod me docuit cl. Burm. ad Ovid. lib. 2. Art. Amat. vſ. 410.

4 *De ſuper. parte aedium*] Sic repoſui e Cod. Dan. Dictum ut *dejicere de gradu, honore, poſſeſſione, &c.* apud *Ciceronem* & alios. Ceterum *Plutarchus Dione* tecto ſe praecipitem egiſſe, ſcribit: idque ex dolore quodam & ira, e parva & puerili occaſione orta. Idem *in Conſolat. ad Appollon.* de tecto lapſum, eaque re audita patrem cum amicis conſultantem nihil conſternatum, corpuſculo mulieribus tradito, deliberationem inſtitutam proſecutum. add. *Aelian.* 3, 4. Boſius. Leid. *de ſuperiore parte aedium dejecerit*. Voſſ A. & B *ſuperiore parte aedium dejecerit*. Hyginus fab. 109. *Filium de muro dejecerunt*.

5 *Atque ita interierit*] Duos habuit filios Dion Hipparionem & Aretaeum: major vero natu Hipparion de ſuperiore parte aedium ſe dejecit. Voco autem eum Hipparionem, non Hipparinum, auctoritate Polyaeni, qui Lib. 5. in Dionyſio Comm. 8. *μιᾶς δ' ἑσπέρας*, inquit, *ἔξωθεν ἐγέγραπτο σὺν Ἱππαρίωνος. τοῦτο δ' ἦν ὄνομα τοῦ Δίωνος υἱοῦ* quamvis aliter in Dione Plutarchus. *Gebh.* Mox pro *illuc revertor* Voſſ. B. *illud revertor*.

6 *Heraclides*] De quo plura *Plutarchus Dione*: qui hominem turbulentum, ſeditioſum, mobilem, infidum,

nyſio, qui [1] praefectus fuerat equitum: omni ratio-
2 ne [2] bellum comparare cœperunt. Sed non multum proficiebant, quod [3] multorum annorum [4] tyrannis magnarum opum putabatur. Quam ob cauſſam [5] pauci
3 ad ſocietatem periculi perducebantur. Sed [6] Dion fretus [7] non tam ſuis copiis, [8] quam odio tyranni, [1] maxi-

ſidum, & rei militaris peritum (στρατηγικὸν) fuiſſe, docet. Meminit ejus & *Diodorus* 16. *Boſius.*

7 *Ab eodem expulſus Dionyſio*) *Plato epiſt.* 3. ad Dionis propinquos clam fugam arripuiſſe ſcribit, ſuſpectum velut auctorem tumultus militum ob imminuta ſtipendia, quae crebra turbarum caſtrenſium materia eſſe ſolet. *Loccenius.*

1 *Praefectus fuer. equitum*) ἱππαρχίαν ſub tyrannis habuiſſe, ait *Plutarchus.* Boſius.

2 *Bellum compar. coeperunt*] V. *Diodor.* 16, & prolixe *Plutarch. p.* 962 *& ſeqq.* Boſius.

3 *Multorum ann. tyrannis*] Sic legendum, non, ut vulgo, *multor. ann. tyrannus.* Non enim *tyrannus*, ſed *tyrannis erat multorum annorum.* Atque hanc lectionem confirmant, quae mox dicemus, & quae ipſe ait infra *v. ſeq.* Lambinus. Leid. m: *Tyrannisq.* ſed *Tyrannis multorum annorum* eſt, quae multos per annos duravit, exſtitit. Livius lib. 3. cap. 24. *Multorumque tabe menſium mortuum.* Salluſt. Jugurtha cap. 11. n. 5. *Oportere quinquennii conſulta omnia & decreta reſcindi.* Ubi Cortium conſule.

4 *Tyrannis magnarum opum*] Itaque Dionyſius major dicebat, ſe relinquere filio tyrannidem adamante, ſeu vinculis adamantinis, vinctam. *Plutarchus Dione*, *Diodorus Sic.* 15. *Aelianus*, 6, 12. Lambinus. Voſſ. A. *Magnorum putabatur.*

5 *Pauci ad ſociet. periculi perducebantur.*] E mille proſcriptis tantum XXV. nomina ſua dediſſe, *Plutarchus*; ſolos XXX. e Syracuſiis in Peloponneſo exſulantibus periculi participes eſſe voluiſſe, *Diodorus* 16. ſcribit. De his igitur capio verba *Nepotis.* quod autem idem Diodorus paullo ante ſcribit, cumprimum bellum compararet *Dio*, celeriter multos ei obſecutos; id vel ad mercenarios milites pertinet, quorum ipſe mille, *Plutarchus* pauciores octingentis fuiſſe tradit: vel ad Peloponneſios, qui conata ejus promoverunt. nam & *Plutarchus* ait, milites occulte conſcribentem multos τῶν πολιτικῶν & Philoſophorum juviſſe: quorum aliquos nominat. *Boſ.*

6 *Dion fretus*] Probe indagat cauſſas everſionis Dionyſiacae, quas, ſed eaſdem, quoque explicat *Diodorus lib.* 16. Gebhardus.

7 *Non tam ſuis copiis*] Quas admodum exiguas adduxit: ſed, poſteaquam in Siciliam appuliſſet, Agrigentinorum, Gelonorum, aliorumque Siculorum acceſſione quinque amplius millia, ut *Plutarchus* ait; ut vero *Diodorus*, ſupra XX. millia ſub vexillis habuit. quibus dein multi Graecorum Meſſeniorumque ex Italia, magnaque multitudo ex oppido & agro Syracuſarum acceſſit, adeo, ut urbem ingredienti, circiter L. millia militaverint. *Boſ.*

8 *Quam odio tyranni*] Non ſolum odio

[1] maximo animo, [2] duabus onerariis navibus, [3] quinquaginta annorum [4] imperium, munitum quingentis longis navibus, decem equitum, centum peditum millibus, profectus oppugnatum: quod omnibus gentibus admirabile eſt [5] viſum, [6] adeo facile perculit, ut poſt diem tertium, quam Siciliam attigerat, Syracuſas introierit. Ex quo intelligi poteſt, [7] nullum eſſe im-

odio Dionyſii, ſed & *contemtu* fretus Dio fuit; ut apparet ex *Ariſtotele* 5. *Politic.* 10. Boſius.

1 *Maximo animo*] Ita ſe animatum dictitans, ut quocunque poſſet progredi, ſatis illi futurum ſit; & ſi vel vix in terram egreſſus, mortem oppeteret, haud gravem ſibi futuram, ut *Ibidem Ariſtoteles* ſcribit. *Boſius.*

2 *Duabus onerar. navibus*] Totidem & *Diodorus* ac *Plutarchus* numerant: ſed hic addit, eas comitatum navigium non magnum & duas τριακοντόρους: ille, Chariclem triremes quaſdam & alias onerarias a tergo Syracuſa ducere juſſum. *Boſ.*

3 *Quinquaginta annorum*] XLVIII. numerat *Plutarchus p.* 970. ſed cum noſtro facit *Diodorus p.* 516. Boſius.

4 *Imperium*] *Maximum totius Europae dominatum* vocat *Diodorus*: qui in ſequentibus plane cum noſtro convenit, niſi quod naves longas tantum CCCC numerat. *Boſ.* Pro *centum peditum* Leid. *centumque peditum.*

5 *Viſum*] Mſc. Leid. *auſum.* fortaſſe non omnino male. Virg. Aen. 6, 624 *auſoque potiti.* Idem *fortia auſa* dixit Aen. 9, 282. Ovidius: *magnis tamen excidit auſis.* Nil tamen mutare audeo. *Boſius.* *Viſum* exhibent Leid. meus & Voſſ. A. B. Pro *perculit* Leid *pertulit.* pro *Siciliam* Voſſ. B. *in Siciliam.* pro *Attigerat* Leid. & Voſſ. A. *attigerit.*

6 *Adeo facile perculit*] Evertit. Utitur hoc verbo Pelopida, Datame. *Tali conſilio uno tempore & proditores perculit, & hoſtes profligavit.* Tacit. 2. Annal. cap. 39 *diſcordiis armiſque civilibus Remp* perculiſſet. Varro Parmenione *Alius teneram abietem* percellit. Cicero pro Domo. *Iisdem machinis ſperant, me reſtitutum poſſe labefactari, quibus antea ſtantem* perculerunt. *Gebh.*

7 *Nullum eſſe imperium tutum, niſi benevolentia munitum*] Ad verbum *Diodorus procemio l.* 14. Αἱ γὰρ ἡγεμόνων ὑπεροχαὶ τηροῦνται μὲν εὐνοίᾳ ϗ δικαιοσύνῃ, καταλύονται δ' ἀδικήμασι, ϗ μίσει τῶν ὑποτεταγμένων. Eſt apud eundem praeclarus locus *l.* 15. ubi aſſerit, nullum fortius munimentum circumjeciſſe Athenienſes imperio ſuo, quam benevolentiam ſociorum: cum contra avaritia, ſuperbia ac crudelitate Lacedaemonii omnes a ſe Graecos alienaſſent, διὰ δὲ ταύτης, inquit, τῆς φιλανθρωπίας ἀνακτησάμενοι τὴν παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἰσχυροτέραν ἐποίησαν τὴν ἡγεμονίαν. Exemplum luculentum proponit *Tacitus* in Bardane Rege Parthorum, de quo 11. A. 10, 6: *Parthi dolo ante compoſito, incautum, venationique intentum interfecere, primam intra juventam, ſed claritudine paucos inter ſenum regum, ſi perinde amorem inter populares, quam metum apud hoſtes, quaeſiviſſet.* Gebhardus.

4 imperium tutum, niſi benevolentia munitum. Eo tempore [1] aberat Dionyſius, & in Italia [2] claſſem opperiebatur, adverſariorum ratus neminem ſine magnis copiis ad ſe venturum. quae res eum fefellit. Nam
5 Dion iis ipſis, qui ſub adverſarii fuerant poteſtate, [3] regios ſpiritus repreſſit, totiusque [4] ejus partis Siciliae potitus eſt, quae ſub poteſtate Dionyſii fuerat: parique modo urbis Syracuſarum, praeter arcem, &
6 [5] inſulam adjunctam oppido; eoque rem perduxit, ut [6] talibus pactionibus [7] pacem tyrannus facere vellet: *Siciliam Dion obtineret, Italiam Dionyſius, Syracuſas* [1] *Apol-*

Conſule Celeb. J. Perizonium ad Aelian. V. H. L. 4. cap. 8. n. 8.

1 *Aberat Dionyſius*] Canloniae in Italia, arcis cuſtodia Timocrati, ſororis marito, commiſſa: in quam ipſe ſeptimo poſt die, quam Dio urbem ingreſſus erat, rediit: ut tradunt *Diodorus* ac *Plutarchus*. Boſius.

2 *Claſſem operiebatur*] Cui praeerat Philiſtus: qui cum veniſſet tandem cum multis triremibus, ſed ſero; navi, qua vehebatur, capta, manus ſibi attulit: vel ut alii tradunt, in poteſtatem adverſariorum venit, ab iisque foede & contumelioſe trucidatus eſt. *Plutarchus* & *Diodorus Sic.* 16. Lambinus.

3 *Regios ſpiritus*]. Ferociam tyranni opinione potentiae conceptam contudit. *Spiritus* hic notat ὑπερφρόνημα. Caeſar. l. 1. Comm. de Bell. Gall. cap 33. f. *Ipſe autem Arioviſtus tantos ſibi* ſpiritus, *tantam arrogantiam ſumpſerat, ut ferendus non videretur.* Id. lib. 11. Comm. cap. 4 *Qua ex re fieri, uti earum rerum memoria magnam ſibi auctoritatem magnoſque* ſpiritus *in re militari ſumerent*. Cicero pro Sulla: *Res geſtae credo meae me nimis extulerunt, & mihi neſcio quos* ſpiritus *attulerunt*. *Spiritus* vero *reprimere* eſt ταπεινοῦν τὰ φρονήματα vel etiam συςέλλειν. Diodor. lib. XVI. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἰδίως ὁρῶν τὴν ταπείνωσιν αὐτῶν κ̀ κυλιόμενος τὰ λυπηρὰ φρονήματα συςεῖλαι τῆς βασιλείας. Cicero pro Sextio: *Qui furorem exſultantem repreſſit*. Gebh. Adde cl. Dukerum ad Florum L. 2. cap. 2. n. 27. Pro *his ipſis* Voſſ. A. *iis ipſis*. pro *fuerant poteſtate* Leid. *fuerant poteſtati*.

4 *Ejus partis*] Sic Mſſ. meliores. Aliis τὸ *ejus* abeſt. mox Dan: *quae ſub Dionyſii fuerat poteſtate*. Boſius.

5 *Inſulam*] Inſula pars erat urbis Syracuſarum, & inſtar urbis, ut ait M. Tullius in Verr. Syracuſae enim conſtabant ex quatuor urbibus. *Lambinus*. Vid. *Cluverium Siciliae antiq.* 1, 12. Boſius.

6 *Talibus pactionibus*] Paullo aliter has *Plutarchus* p. 974. *Diodorus* rem pene eodem modo recenſet: niſi quos Apollocratis nullam mentionem facit. *Boſius.*

7 *Pacem facere velle*] Notanter dixit *vellet*, nec enim acceperant conditiones Syracuſani, ſed Dionyſium

Digitized by Google

[1] *Apollocrates* [2] cui maximam fidem uni habebat Dion.

CAP. VI.

Has tam proſperas, tamque inopinatas res conſecuta eſt ſubita commutatio, [3] quod fortuna ſua mobilitate, [4] quem paullo ante extulerat, demergere eſt adorta. Primum [5] in filium, de quo commemoravi ſupra, ſaevitiam ſuam exercuit. Nam quum [6] uxorem reduxiſſet, quae alii fuerat tradita, filiumque vellet revocare ad virtutem a perdita luxuria, [1] acce-

ſium vivum capturos ſe ſperabant, ut referunt *Plutarchus* & *Diodorus*. Boſius.

1 *Apollocrates*] Dionyſii major natu filius, cui is, in Italiam aufugiens, arcem cuſtodiendam tradidit; ſed paulo poſt Dioni deditam. Teſtis *Plutarchus p.* 974. & 980. Boſius. Voſſ. A. *Apollocbrates*. B. *Hypollocrates*. de Apollocrate diſputavit Celeb. J. Perizonius ad Aelianum L. 2. V. H. cap. 41. n 2.

2 *Cui max. fidem uni habebat Dion.*] Sic libri meliores. *Lambinus* edidit *Dionyſius*. non male, ut videtur. neque enim Apollocrati arcem Dionyſius commiſſurus erat, ni maximam ei fidem habuiſſet. Altera lectio forſan ex abbreviatione nata. ſicuti viciſſim pro *Dione Dionyſius* in pleriſque *Hieronymi* codicibus irrepſit in *Chronico Euſebiano num.* 1662. de quo vid. *animadverſiones Scaligeri*. Boſius. *Dion* etiam Voſſ. A.

3 *Quod fortuna*] Abeſt *quod* a Leid. m.

4 *Quem paullo*] Mſc. Boecl. *quae paullo*. Boſius.

5 *In filium*] Exc. Dan & *Lambinus* aliique, *in filio*. & mox: *ſuam vim exercuit*. utrumque non male, ac fortaſſe legendum, *in filio ſuam vim exſeruit*. *Lambinus* tamen has tres voces ut ſubdititias Cornelio detrahit: ſed quo jure (inquit *Gebhardus*) quave injuria? *Boſius*. *In filio vim ſuam exercuit* legitur etiam in Voſſ. A. & Leid. m. praeter B. qui *in filium* exhibet. Vide ad Lyſandrum cap 1. Livius L. 6. c. 22. *foedeque in captis exercuere victoriam*, pro quo Salluſtius *exercere victoriam in plebem* dixit. ut ibi J. Fr. Gronovius monet.

6 *Uxorem reduxiſſet*] Divortio violento alteri traditam de novo aſſumſiſſet. Sueton. Domit. cap. 8. m. *Equitem Romanum ob reductam in matrimonium uxorem, cui dimiſſae adulterii crimen intenderat, eraſit judicum albo*. Tacit. 12. Annal. cap. 2. *Calliſtus improbatam longo diſſidio, ac ſi rurſus aſſumeretur, eo ipſo ſuperbam longeque rectius* induci. dixit etiam Tacitus Lib. 14. cap. 61. *revocare uxorem*. ibid. & *repetitum* revocationem ſive reductionem repudiatae uxoris. *Gebhardus*. Sororis Ariſtomachae precibus. V. *Plutarch.*

3 [1] accepit graviſſimum parens vulnus morte filii: deinde orta [2] diſſenſio eſt [3] inter eum & Heraclidem: qui quidem [4] principatum [5] non concedens, [6] factionem comparavit. Neque is minus valebat apud optimates; [7] quorum conſenſu praeerat claſſi, quum [8] Dion
4 exercitum pedeſtrem teneret. Non tulit hoc animo aequo Dion, & [9] verſum illum Homeri retulit ex ſecun-

pag. 980. & *Aelian.* 12, 47. cum *notis Cl. Schefferi*. Boſius.

1 *Accepit graviſſimum parens vulnus*] Dolorem ac luctum, quem parentes liberique invicem ex calamitatibus ac mortibus liberorum, parentum ac proximorum percipiunt, obſervo frequentiſſime *Vulneribus* comparari atque *vulnera* nominari. Infra Datame; *Filium Aridaeum eo cum exercitum mittit, cadit in praelio adoleſcens, proficiſcitur eo pater non ita cum magna manu, celans, quantum* vulnus *accepiſſet*. Tacit. vita Agricolae cap. 28. f. *Initio aeſtatis Agricola domeſtico* vulnere *ictus, anno ante natum filium amiſit*. Valer. Flaccus. lib. 1. Arg v. 723.

Dixit & exemplo Furiis iraque minaci
Terribilis, ſunt hic etiam tua vulnera *praedo*
Sunt lacrymae carusque parens.

Tacit. Agricolae cap. 7. *Sequens annus gravi* vulnere *animum domumque ejus afflixit* De matre in praediis a claſſiariis Othonis interfecta. Valerius Maximus lib. v. cap. x. Ext. de Pericle: *Ille caput quoque ſolito more coronatum gerere ſuſtinuit, ut nihil ex vetere ritu propter domeſticum* vulnus *detraheret*. Gebhardus. Leid. m. *grati ſſimum.* Vide de voce *vulnus* Manutium ad Ciceron. L. 5. ad Fam. Ep. 15.

2 *Diſſenſio eſt*] Sic etiam Mſc. Leid. Alii *diſſenſione*, (quod fuit conjecturae *Lambini*) & mox: *qui Dioni princ. n. c.* Boſius. Sic & Leid. m. & Voſſ. A. B.

3 *Inter eum & Heraclidem*] Cujus varias contra Dionem machinationes paſſim refert *Plutarchus*. vide eum pag. 972. 974. 975. 978. 979. 981. *Diodorus* 16. ſcribit, mox a fuga Dionyſii Syracuſanos in partes diſceſſiſſe, aliosque militare imperium ſummamque poteſtatem Heraclidae, quod nunquam is tyrannidem affectaturus videretur, demandandam cenſuiſſe; alios Dionem rerum ſummae praeficiendum contendiſſe. *Boſius.*

4 *Principatum*] [illegible], ut *Diodorus* loquitur. *Boſius.*

5 *Non concedens*] Dioni ſcilicet: quem tyrannidem affectare ajebat; cum potius Laconicam quandam & Creticam reipub. formam meditaretur, ex regno & democratia mixtam, in qua & optimatibus ſuum jus eſſet. vid. *Plutarchus* pag. 979. & 981. Ipſe vero Heraclides populare imperium & agrorum aedificiorumque diviſionem, ac civium aequalitatem inducere conabatur, ut ex eod. *Plutarcho* pag. 974. 978. 981. colligere eſt. *Boſius. Qui quod principatum non concedebat.* Voſſ. A. *Quique principatum non concedebat.* B. *Quae quidem principatum non concedebat.*

6 Fa-

ſecunda rhapſodia, in quo haec ſententia eſt: [1] *Non poſſe bene geri rempubl. multorum imperiis.* Quod dictum magna invidia conſecuta eſt. Namque aperuiſſe videbatur, [2] ſe omnia in ſua poteſtate eſſe velle. Hanc ille non lenire obſequio, ſed [3] acerbitate op- 5
primere ſtuduit, Heraclidemque, quum Syracuſas veniſſet, [4] interficiendum curavit.

CAP.

6 *Factionem comparavit*] *Inſidias eum nexuiſſe* cum Calippo Dioni, etiam *Valerius Max.* refert 3, 8. *ext.* 5. ſed Dionem, qui fidei eorum plurimum credebat, monitum, ut adverſus eos cautior eſſet, reſpondiſſe, *ſe vita malle excedere, quam metu violentae mortis amicos inimicosque juxta ponere.* Boſius.

7 *Quoniam conſenſu praeerat claſſi*] Ipſo Dione ſemel atque iterum concedente: cum ipſe terra marique imperator cum libera poteſtate a populo creatus eſſet: v. *Plutarchus* pag. 972 & 979. *Boſius.*

8 *Dion*] Aberat Mſ. Boecl. *Boſius.* Abeſt etiam Voſſ. B.

9 *Verſum ex ſec. rhapſodia*] *Secundum rhapſodiam*, nulla de operis titulo mentione facta, citavit, quia, Iliadem Odyſſeae praeferri nemini fuit unquam obſcurum. *Magius.* Homeri verſus hic eſt *Iliad.* 2, 205.

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω.

Qui non ſemel a tyrannis uſurpatus eſt. Vide *Suetonium Caligula* 22. & *Domitiano* 12. Simile illud *Senecae Agamemn.* 257. *Nec regna ſocium ferre, nec taedae ſciunt.* & alia paſſim obvia. *Boſius.* Graeco iterum vocabulo utitur Auctor & quidem ſenſu ſatis uſitato Graecis, qui ſingulas partes, ſeu libros Iliados ita ſolebant vocare, ut docet Celeb. J. Perizonius ad Aelian. L. 13. V. H. cap. 38. n. 1. De vocis Etymologia praeter Euſtathium in Homerum pag. 6. diſputavit Scholiaſtes Pindari O. Nem. 2. vſ. 1. & poſt eos inprimis Meurſius in Homeri Hiſt. Critica Sect 5. citatus jam a Perizon. ad Ael. 8, 2, 3.

1 *Non poſſe bene remp. geri multor. imperiis*] In Mſ. Schotti fuit *regi remp.* ipſius judicio non male, ſed non dubito erratum eſſe librarii, elegantiſſimum loquendi modum ignorantis. *Boſius.* *Geri* agnoſcunt omnes, quos vidi codices, ſaepius tamen haec duo in Mſſ. conjunguntur, ut multis docuit cl. Oudendorp. ad Lucanum L. 4. vſ. 662.

2 *Se omnia in ſ. pot. eſſe velle*] Longolius: *omnia videbatur in ſua poteſtate eſſe velle.* Tò *ſe* etiam Mſſ. Dan. & Boecl aberat *Boſius.* Neque in Leid. meo, nec in Voſſ. A. B. reperitur.

3 *Acerbitate opprim. ſtud.*] Supra 3, 2, 4. *acerbitatem imperii* dixit. eſtque haec illa αὐθάδεια, quam in eo reprehendit *Plutarchus in vita pag.* 972, 981, 994 Boſius.

4 *Interfic. curavit*] Cum eum videret inſanabilem; cum aliquoties jam cum eo in gratiam rediiſſet; cum denique, antea militibus eum interficere volentibus, & ſeditioſum, & factioſum, & popularem, & turbulentum, & invidum, & malevolum, & bonis conſiliis ac

CAP. VII.

1 Quod factum omnibus maximum timorem injecit.
[1] nemo enim illo interfecto ſe tutum putabat.
Ille autem, adverſario remoto, [2] licentius eorum
bona, quos ſciebat adverſus ſe ſenſiſſe, militibus diſ-
2 pertivit. Quibus diviſis, [3] quum quotidiani maximi
fierent ſumtus, celeriter pecunia deeſſe coepit: [4] ne-
que quo manus porrigeret, ſuppetebat, [5] niſi [6] ami-
corum poſſeſſiones. Id hujusmodi erat, ut, quum mi-
lites

rationibus obſtantem, longa oratione habita eripuiſſet ac ſervaſſet. *Lambinus*. Vid. *Plutarchus* praeſertim *pag.* 978 *&* 981. Boſius. Voſſ. A. *interficiendum.*

1 *Nemo enim illo interfecto, ſe tutum putabat*] Intellexiſſe tamen, concione a Dione poſt exſequias Heraclidae habita, Syracuſanos, motus civiles, Heraclide & Dione una rempub. gerentibus, nullo modo ſedari potuiſſe tradit *Plutarchus pag.* 981. Boſius.

2 *Licentius eorum bona, quos ſciebat adverſus ſe ſenſiſſe, militibus diſtribuit*] Munificum quidem erga ſocios belli, civesque familiares & externos milites, fuiſſe, *Plutarchus* ait: ſed de bonis adverſariorum diſtributis nihil apud eum reperio: ſicuti nec apud *Diodorum*; qui contra ſcribit, captivos omnes, qui multi fuerint, nullo redemtionis precio accepto dimiſſos. *Boſius.*

3 *Quum quotidiani maximi fierent ſumtus*] In milites nempe & amicos; quos liberalius, quam facultates ejus ferre poſſent, donabat. Ipſe enim tenuiter & vulgari modo vivebat: tam moderatum ſe veſtitu, & famulitio, & menſa praebens, ut ſi cum Platone in Academia viveret. vid. *Plutarchus p.* 580. *& ſeqq.* Boſius.

4 *Neque quo manus porrigeret*] Ita meliores libri; in his Dan. ac Leid. & e Bavaricis, ut opinor, *Piccartus Pericul. Critic* cap. 10. Nec aliter *Lambinus*, *Savaro*, aliique poſt illos ediderunt. Boeclerianus quoque & q. editi: *quo minus porrigeret*: corrupta voce *manus*, ignoratione elegantiſſimae locutionis. Atque ſic & *Curtius*. 7, 8, 19. hunc noſtri locum, ut *Gebhardus* exiſtimabat, imitatus: *Jam etiam ad pecora, avaras & inſtabiles manus porrigis.* Et mox v. 25. ſed alio ſenſu, de Fortuna, *quum manus porrigit, pennas quoque comprehendere non ſinit.* *Tendere* manum eodem ſenſu dixit *Seneca epiſt.* 119. *Fames me appellat; ad proxima quaeque* tendatur *manus*. Nihili igitur eſt, quod in Longolii aliisque editionibus legitur, *neque amplius quod porrigeret*: etiam *Lambino* probatum, ſi *Gebhardo* credimus. nam mihi quidem *Lambinus*, cum *hanc lectionem retinere ſe illique anteponere* ait, eam, quam in tex-

lites reconciliaſſet, [1] amitteret optimates. Quarum 3
rerum cura frangebatur, & inſuetus male audiendi non aequo animo ferebat, [2] de ſe ab iis male exiſtimari, quorum paullo ante in coelum fuerat elatus laudibus. Vulgus autem, offenſa in eum militum voluntate, liberius loquebatur, & *tyrannum non ferendum* dictitabat.

CAP. VIII.

Haec ille [3] intuens, quum, quemadmodum ſedaret, neſciret, & quorſum [4] evaderent, timeret; [1] Calli- 1

tu exhibuit, indicare videtur, non, quam *nonnulla exempla habere* dicit. *Boſius*. *Manus* Leid. & Voſſ. A. B.

5 *Niſi amicorum poſſeſſiones*] Non memini me hoc de Dione legere apud *Plutarchum* aut *Diodorum*, aut omninò apud quemquam; eum, ſuis bonis conſumtis, alienis manus afferre neceſſe habuiſſe, aut etiam, quod gravius eſt, amicos ſuos ſpoliaſſe. *Lambinus*.

6 *Amicorum poſſeſſiones*] Mſ. Dan. & Lambinus, *in amicorum poſſeſſiones*. non male. *Boſ.* Sic in Leid. meo & Voſſ. A. ſed B. rejicit *in*. Pro *Suppetebat*. Voſſ. B. *ſupputebat*. & pro *poſſeſſiones*, *poſſetiones*. Mox pro *ejuſmodi*, *hujuſmodi*.

1 *Amitteret optimates*] Quibus comprobantibus aliquando, frementibus nautis & opificibus, terra marique imperator conſtitutus erat. *Plutarchus pag.* 979. Boſius.

2 *De ſe male exiſtimari*] *Exiſtimare* paſſim pro judicare, cenſere, loqui. Vide Caſaubon. ad Sueton. Auguſt. cap. 51. cl. Burmann. ad Quinctil. L. 5. Inſtitut. Orat. cap. 10. & Tennul. ad Frontinum L. 1. cap. 1. Strateg. Ex. 10. nec non Gronov. ad Livium L. 4. cap. 41. Adde & Interpretes ad Juſtinum. Lib. 12. cap. 5. n. 8.

3 *Intuens*] Conſiderans ut: 12, 1, 2, & 12, 2, 3. Sed in Mſſ. Gif. Boecl. & ed. Longol. erat *metuens* (ut 7, 4, 1. ubi tamen alii pariter *intuens* habent:) haud dubie corrupte; nam mox ſequitur demum: *& quorſum evaderent, timeret*. Boſius.

4 *Evaderent*] Sic *Lambinus Cl. Puteanum* ſecutus, probante *Gebhardo*. Et ita diſerte mſc. Dan. Similiter Cicero ad Atticum: *quoad audiamus, quae commota ſunt, quorſum* evadant. Terentius Andria 1, 2, 4. *Heri ſemper lenitas, verebar, quorſum* evaderet. Idem Phormione 1, 2, 61. *quo* evadat *vide*. Alii *evaderet* quomodo pariter Terentius Andr. 1, 1. 100. *Quam timeo quorſum* evadat! Et Phorm. 4, 3, 20. *Quid hic coeptat, aut quo* evadet *hodie*? Boſius. *Evaderent*. Leid. & Voſſ. B. ſed A, *evaderet*,

[1] Callicrates quidam, [2] civis Athenienſis, qui ſimul cum eo ex Peloponneſo in Siciliam venerat, homo & callidus & ad fraudem acutus, ſine ulla religione ac fide;
2 adit ad Dionem; & ait: [3] eum [in] magno periculo eſſe propter offenſionem populi, & odium militum: quod nullo modo evitare poſſet, niſi alicui ſuorum negotium daret, qui ſe ſimularet [4] illi inimicum: [5] quem ſi inveniſſet idoneum, [6] facile omnium animos cogniturum, adver-

1 *Callicrates*] *Callippum* nominant *Plutarchus*, *Diodorus*, *Athenaeus*, *Suidas*, & *Plato*. Schottus. Ridiculus eſt *Lambinus*, cui credibile eſt, hunc Callicratem Callippi fratrem fuiſſe, & Nepotem pro Callippo fratrem Callippi ſumſiſſe: quemadmodum Poetae interdum *Pollucem* pro *Caſtore* appellant. Nam hujus ſive Callicratis ſive Callippi fratrem *Philoſtratum*, vel, ut vulgo legitur, *Philocratem* noſter vocat, infra cap. 9, 1. *Boſius*. Leid. *Chalycrates*. Voſſ. A. *Chalicrates*.

2 *Civis Athenienſis, qui ſimul cum eo ex Peloponneſo venerat*] Sic & *Plutarchus pag.* 981. & *Plato epiſt.* 7. etſi nomen ejus fratriſque reticet. *Boſ.*

3 *Eum in mag. periculo eſſe*] Mſ. noſter cum Schoppii codice legit *eum magno periculo eſſe*. *Ernſtius*. Mſſ. Bavar. Boecl. & Ernſt. aberat praepoſitio, quomodo & ſupra cap. 2, 4. ac alibi locutus. v. Ind. voce *eſſe*. mox Boecl. *& odio militum*. Ab ed. Longol. Τὸ *&* aberat. *Boſius*. *In* abeſt etiam a Voſſ. B. & mox pro *odium*, *odio*.

4 *Illi inimicum*] *Illi* aberat Leid. ſed vix poteſt abeſſe. *Boſius*. Agnoſcit *illi* Leid. m. item Voſſ. A. B.

5 *Quem ſi inveniſſet idoneum, facile &c.*] Q. Edd. *qui ſe ſim. illi inimicum, quem inveniſſet idoneum, facile omn. animos cogniturum, &c.* Unde *Lambinus* cum Puteano malebat, *niſi alicui ſuorum negotium daret, quem inveniſſ. idoneum: qui ſe ſimul. illi inimicum: ſic omn. an. fac. cogniturum*, Turbas has dedit omiſſa in quibuſdam libris particula *ſi*: quae ſi retineatur, omnia plana ſunt. *Boſius*.

6 *Facile omnium animos cogniturum*] Non admodum diſſimili arte uſus Auguſtus apud *Suetonium cap.* 15. & Latinus Latiaris apud *Tacitum* 4. *A.* 68. & 69. Eadem fraude periit Datames, infra 14, 10. & 11. *Boſius*.

7 *Diſſidenti*] Dan. *diſſidentis*. An fuit, *quo inimici ejus diſſidentes ſuos ſenſus apert. forent*. Boſius. Pro *quod* Leid. *qui*. pro *diſſidenti* Leid. & Voſſ. B. *diſſidentis*.

8 *Excipit has partes Callicrates*] Hunc actum veluti Perſona egregie ſuſtinere gnara in ſe transfert. Elegans tralatio non *ab iis qui pilam aut aliquid ſimile traditum excipiunt*; pro ut docet Lambinus; ſed a ſcena ſive hiſtrionibus, quorum hae vel illae ſunt partes: & hic vel ille hujus vel iſtius [illegible] partes excipit atque agit. Valer. Max. v. c. III. 4. *Impetratis deteſtabilis miniſterii partibus*. Conjungit crebro Cicero *Perſonam & Partes*, ut pro Archia: *Niſi hanc perſonam & has partes*

adverſariosque ſublaturum, quod inimici ejus[7] diſſidenti ſuos ſenſus aperturi forent. Tali conſilio probato[8] excipit has partes ipſe Callicrates, & ſe armat imprudentia Dionis: ad eum interficiendum ſocios conquirit. adverſarios ejus convenit, [1] conjurationem confirmat. [2] Res multis conſciis quae gereretur, [3] elata 3
refertur ad Ariſtomachen ſororem Dionis, uxoremque 4
Areten. Illae timore perterritae [4] conveniunt, cujus

tes poſſem ſuſtinere. Et ut heic Nepos excipere partes; ita ille ſuſcipere dicit. Epiſtolis ad Familiares: *De me autem ſuſcipe, paulisper partes meas, & eum te eſſe finge qui ego ſum.* Et in Verrem: *Cum tuas partes ſuſcipio, cur tuum onus ſuſtineo?* Gebh. Leid. m. *excepit*, item Voſſ. A. B. Eandem temporis enallagen invenimus in Mſſ. Leid. & Voſſ. A. C. Miltiad. cap. 8. n. 3. *Non erat enim vi conſecutus ſed ſuorum voluntate, eamque poteſtatem bonitate retinebat.* Sic cap. 9. n. 4. hujus vitae *elegit* quidem retineri poteſt, aſſentiente etiam Cod. meo Leidenſi, licet ſtatim ſequatur *hisque dat negotium.* in Timotheo cap. 3. e Cod. P. Dan. & Voſſ. A. *ſe recipit, literaſque Athenas publice miſit.* De hac elegantia latiſſime egerunt cl. Cortius ad Salluſt. Catil. c. 12. n. 1. & Tib. Wopkens Lib. 3. Lect. Tullian. cap. 7. pag. 279.

1 *Conjurationem*] Exc. Dan. & aliquot edd. *conjuratione*: quod *Lambinus* exponebat *συνωμοσίᾳ*, jurejurando communi. Eſt ſane eum in modum loquutus alibi Noſter, cum *confirmare exercitum* dixit 17, 2, 5. *confirmare inſulas*, 5, 2, 4. *confirmare fide* 6, 1, 5. Nihilo tamen ſecius alterum praefero. Dictum vero, ut *confirmare amicitiam, pacem*, & apud Noſtrum 23, 1, 3. *confirmare odium.* Boſius. Leid. m. *conjuratione.*

2 *Res multis conſciis*] *Plutarchus:* ἔτυχε δὲ πλειόνων ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῆς πράξεως. *Boſius.*

3 *Elata*] Caeſ. l. 1. de B. G. c. 46. *Poſteaquam in vulgus militum elatum eſt, qua arrogantia in colloquio Arioviſtus uſus.* Gebh. Supra ad 1, 3, 6. *Boſius.* Pro *refertur* Leid. & Voſſ. A. B. *defertur. Deferre* & *referre* ſaepius in Mſſ. confunduntur, ut in Timotheo etiam videbimus cap. 1. n. 3. & in Salluſtio Jugurth. cap. 12. in fine. Quid? ſi hic legamus *defertur.* Sic Livius L. 2. cap. 4. *Poſtquam delatas ſenſit, rem ad conſules detulit.* Juſtinus Lib. 43. cap. 4. *Ille rem ſtatim ad magiſtratus defert.* Adde notas clariſſimi Burmanni ad Ovidium L. 3. Art. Amat. vſ. 700.

4 *Conveniunt*] Subaudi *eum.* Similis ellipſis mox c. 9, 5. *miſeranda vita*, ſub. *eorum.* adde Ind. v. *Ellipſis.* Hujus rei ignoratione factum credo, ut pro *cujus*, quod in melioribus libris legitur, alii reponerent, *quod ejus.* Boſius. Hujusmodi ellipticae locutiones Noſtro ſunt propriae. Sic in Themiſtocle cap. 9. *Quod aetate proximus erat, qui illorum temporum hiſtoriam reliquerunt.* Vide & ad c. 9. n. 5. hujus vitae. Sed ne plura addam, conſule, Lector J. Fr. Gronovium

jus de periculo timebant. At ille [1] negat a Callicrate fieri ſibi inſidias, ſed illa, quae [2] agerentur, fieri
5 praecepto ſuo. Mulieres nihilo ſecius Callicratem in aedem Proſerpinae deducunt, ac [3] jurare cogunt, [4] *nihil ab illo periculi fore Dioni.* Ille hac religione non modo [[5] ab incepto] non deterritus, ſed ad maturandum concitatus eſt, verens, ne prius conſilium ſuum aperiretur, quam conata perfeciſſet.

CAP.

novium ad Livium. Lib. 6. cap. 4. cl. Burmannum ad Phaedrum Lib. 3. fab. 2. vſ. 17. Cortium ad Salluſtium Catilin. c. 13. n. 2. & Tib. Wopkens L. 2. Lect. Tullian. c. 10. pag. 181. De ſimilibus ad Alcibiad. cap. 9. egimus.

1 *Negat a Callicr. fieri ſibi inſidias*] Aliter *Plutarchus in Apophthegmatis*: eum noluiſſe inquirere, quod diceret, moriendum potius eſſe, quam vivendum; ubi non ab hoſtibus modo, ſed etiam ab amicis eſſet cavendum. Id quod etiam in *vita Dionis* innuit, cauſſamque fuiſſe conjicit, quod necem Heraclidis, ut aliquam vitae ſuae adſperſam labem, moleſte ferret. adde *Valerium Max.* 3, 8. *ext.* 5. Boſius.

2 *Agerentur*] Mſ. Boecl. *gererentur*. bene. ſic paullo ante. *res multis conſciis, quae gereretur.* Occaſionem corruptelae praebere potuit, quod errore librarii in aliquo codice ſcriptum eſſet *gerentur*. Unde alii fecerunt *agerentur*. Boſius. Leid. m. *agerentur*. item. Voſſ. A. ſed B. *gererentur*.

3 *Jurare cogunt*] Magno, ut vocabatur, jurejurando praeſtito: quod quo ritu fieret, docet *Plutarchus pag.* 982. qui addit Callippum adiiſſe ipſas, & rem inficiantem obtuliſſe fidem, quam ipſi vellent. *Boſ.*

4 *Nihil ab illo periculi fore Dioni*] Mſc. *numquid a. i. p. fore. D.* Fortaſſe leg. *foret.* Boeclerus. *Boſius.*

5 *Ab incepto*] Aberat Mſ. Leid. & Boecl. *Boſius.* Agnoſcit tamen Leid. meus, ſed abeſt Voſſianis A B. pro *non deterritus* idem B. *non eſt deterritus.*

1 *Die feſto*] Ἐν τοῖς Κορείοις, feſto Proſerpinae, (de quo *Meurſius Graeciae feriatae lib.* 4.) ejus ſcilicet deae, per quam juraverat. quem diem caedi ſingulari conſilio deſtinarat, fortaſſis, ut appareret, quanti religionem faceret Auctor *Plutarchus pag.* 982. Apti autem caedibus Principum dies feſti. Sic ipſo feſto Nativitatis Domini Leo Armenius a conjuratis interfectus eſt, ut narrant *Zonaras*, *Cedrenus*, & prolixe *Geneſius*, Graecus ſcriptor hucusque ineditus, a nobis aliquando, ſi DEUS vitam ac ſubſidia neceſſaria conceſſerit, publicandus, *extremo libro* 1. βασιλειῶν. *Boſius.*

2 *In conclavi edito*] *Alto, ſublimi.* Tacit. 5. Annal. cap. 21. *Quoties ſuper negotio conſultaret, edita domus parte ac liberti unius conſcientia utebatur.* Gebh. Solebant veteres, cum vacare precibus, aut ſine arbitris agere vellent, in editum locum aſcendere, vel etiam huic rei peculiare conclave in ſuperiori parte de-

Digitized by Google

Cap. IX.

Hac mente proximo [1] die feſto, cum a conventu remotum ſe Dion domi teneret, atque [2] in conclavi edito recubuiſſet, [3] conſciis loca munitiora oppidi [4] tradit, domum cuſtodibus ſepit, [5] a foribus qui 1

domus habere. De Juditha lugente, hiſtoria ejus, cap. VIII, 5. *In ſuperioribus domus ſuae fecit ſibi ſecretum cubiculum.* Actor. x, 9. *Aſcendit Petrus in ſuperiora domus, ut oraret.* De Auguſto Suetonius c. 72. *Si quando quid ſecreto aut ſine interpellatione agere propoſuiſſet, erat illi locus in edito ſingularis.* De Tiberio Tacitus 6. A. 21, 1. *Quoties ſuper negotio conſultaret, edita domus parte utebatur.* Ceterum *Plutarchus* ait, Dionem ἐν οἰκήματι κλίνας τινὰς ἔχοντι cum amicis conſediſſe. *Boſius.*

3 *Conſciis loca munitiora oppidi tradit, &c.*] Vulgo ſic editur hic locus: *conſciis loca munitiora oppidi tradidit, domum cuſtodibus ſepſit, a foribus qui non diſcederent, certos praefecit; navem triremem armatis ornat, Philocratique fratri ſuo tradit.* Sed *Lambino* videbatur hoc potius ordine legendus: *domum cuſtodibus ſepſiſſet, certos praefeciſſet, a foribus qui non diſcederent: conſciis loca munitiora oppidi tradit, navem triremem armatis ornat, &c.* Namque & *Plutarchi*, inquit, verba hoc ſignificant, Dionem cuſtodibus domum ſepſiſſe, certos praefeciſſe, qui a foribus & feneſtris non diſcederent: & ipſius Cornelii infra v: 6. *Namque illi ipſi cuſtodes ſi propitia fuiſſent voluntate, &c. Tradit* autem, nempe Callicrates. Atque hoc ait & *Cl. Puteano* veniſſe in mentem. Miror profecto utriuſque ἀβλεψίαν. Quid enim clarius, quam *Plutarchum* tradere, eos, qui domum cinxere, foribuſque & feneſtris adſtitere, e conjuratis fuiſſe, nec a Dione praefectos, ſed de Callippi ſententia eo ſe contuliſſe? Ὄντων δὲ, inquit, πλειόνων ἐν τῷ κατανίῳ τοῦ περιστύλου, οἱ μὲν ἔξω τὴν οἰκίαν περιέστησαν, οἱ δὲ πρὸς ταῖς θύραις τοῦ οἴκου καὶ ταῖς θυρίσιν ἦσαν. Praeterea quis non videt, haec omnia, ut vulgo leguntur, de Philoſtrato accipi poſſe, immo debere? Nihil igitur in ordine verborum, nec in verbis ipſis prioribus quicquam eo, quo *Lambinus* vult, modo mutandum eſt. Alia tamen ratione corrigenda fuere, ut ſibi invicem reſponderent, id quod ſcriptorum codicum auctoritate feci: ut e ſequentibus apparebit. *Boſius.*

3 *Conſciis*] Boecl. & Leid. addunt *facinoris.* ſed vereor ne gloſſema ſit. Supra c. 8, 4. *Res multis conſciis quae gereretur.* Boſius. Leid. meus *cum ſociis* Voſſ. A. *conſociis* B. *conſciis.*

4 *Tradit*] Sic Dan. & Boecl. & mox *ſepit* Dan. & Leid. *Boſius. Tradit* etiam Leid. m. pro *cuſtodibus* Voſſ. B. *cuſtodiis.*

5 *A foribus qui non diſcedant*] Ita recte Dan. & Boecl. pro eo quod vulgo eſt *diſcederent*, vel *diſcedebant.* In cod. Boecl. etiam diſerte fuit *praefecit.* Boſius. *Diſcedant* etiam Leid.

qui non diſcedant, certos praeficit: [1] navem trire-
2 mem armatis ornat, [2] Philoſtratoque fratri ſuo tradit: eamque in portu agitari jubet, ut ſi exercere remiges vellet: cogitans, ſi forte conſiliis obſtitiſſet for-

Leid. m. & Voſſ. A. B. Pro *certos* Voſſ. II *ceteros*. & pro *praeficit*, *praefecit*.

1 *Navem triremem armatis ornat*] Mſ. Boecl. una voce auctius: *navem armatam triremes armatis ornat*. Quae vox ſi recipienda, navem *armatam* vocat, inſtrumentis & apparatu nautico inſtructam, ac navigationi paratam. Caeſar B. G. 3, 13. *Ipſorum* (Venetorum) *naves ad hunc modum factae*, armataeque erant. *Carinae aliquanto planiores, &c. anchorae, pro funibus, ferreis catenis revinctae; pelles pro velis, &c.* nam *arma* dicta inſtrumenta nautica, quae & *armamenta*, ac Graecis ὅπλα. Unde easdem naves Caeſar cap. 14. *omni genere* armorum *ornatiſſimas*; & Lucretius 2, 24. *claſſem ornatam armis* dixit. Vide eruditiſſ. *Schefferum* noſtrum *de Militia navali veter.* 1, 4. & *in Addendis ad* 2, 5. *pag.* 333. Boſius. Voſſian. B. *Navem armatam triremes armatis ornat.* *Arma* pro inſtrumentis nauticis ſaepiſſime poſuere. Vide Servium ad Virgil. 1. Aen. vſ. 187. unde *armare claſſem* Eidem l. 4. Aen. vſ. 299. Adde Cl. Burm. ad Ovidium l. 2. Art. Amat. vſ. 50. ἐσοπλίζεσθαι de navis armatura, ſive pro conſtituere, praeparare neceſſaria navi, dixit Apoll. Rhod. l. 1. Argon. vſ. 332. pro quo ἐγκατέθεντο τὰ τεύχεα νηὶ μελαίνῃ dixerat Homerus Odyſſ. O. vſ. 218. ubi vide Scholia: ita ὅπλα νηὸς vocantur navis armamenta, unde & pro ipſa navi. Vide Schol. Pindari O. Nem. 4. vſ. 15. & ὁπλίζειν pro inſtruere, armare navim. Apollon. Rhod. 1. Argon. vſ. 235. quomodo & ἡ σκευὴ de navis armamentis dicitur. Vide Elſner. ad Acta Apoſt. cap. 27. vſ. 19. unde & ipſe Thucydides ἐπισκευάζειν pro naves neceſſariis armis ſive armamentis inſtruere adhibuit L. 1. cap. 29. l. 14. ibi enim Graecus interpres recte a Grammio refutatur. quo ſenſu Lucianus Lib. 2. V. H. p. m. 745. τὴν ναῦν ἘΠΕΣΚΕΥΑΖΟΜΕΝ ὕδωρ τε εἰς ὅτι πλεῖστον ἐμβαλλόμενοι, καὶ τἄλλα ἐπιτήδεια. quae omnia e re militari ſunt deſumpta. Pro *ornat* Poeclerus conjicit legendum *onerat*. *ornare* ſaepius cum *onerare*, *armare* confunditur. vide Nob. Heins & cl. Burm. ad Ovid. Ep. 9. Heroid. vſ. 103. Attamen nondum adduci poſſum, ut vulgatam lectionem rejiciam plurimorum Mſſ. codicum auctoritate firmatam. ut hic *armatis ornat*, ita *armatis invaderet* dixit Juſtinus L. 43. cap. 4. niſi quis ibi malit cum Oxon. *armis invaderet*. Si *armatis* retinendum, ſubintelligenda praepoſitio *cum*, ſaepius in talibus omitti ſolita. Vide J. Perizon. ad Sanctii Minerv. Lib. 4. cap. 6. n. 18. & Graevium ad Ciceron. L. 4. ad Attic. Ep. 3. p. 367.

2 *Philoſtratoque*] Ita hoc nomen ſcriptum fuit in Mſſ. Dan. Boecl. & quos *Schottus* inſpexit. Et fuit ſane Athenis, unde hi duo fratres orti, frequens. Tres enim hoc nomine Sophiſtas Athenienſes *Suidas* me-

fortuna, ut haberet, [1] qua fugeret ad ſalutem. Suorum autem e numero [2] Zacynthios adoleſcentes quoſdam [3] eligit, cum audaciſſimos, tum viribus maximis: hisque dat negotium, ad Dionem eant inermes, ſic uti conveniendi ejus gratia viderentur venire. hi propter notitiam ſunt intromiſſi. At illi, 3
ut limen ejus [4] intrarunt, [5] foribus obſeratis in lecto cu- 4

memorat. vulgo erat *Philocrati* vel *Philocrato*. mox Boecl. *tradidit*. facili errore ex ſoni affinitate. *Boſius*. Leid. m. item Voſſ. A. *Philoſtratoque*. Voſſ. B. *Philoſtratosque*. Pro *ſi forte conſiliis obſt.* Leid. *ſi a conſiliis obſt.*

1 *Qua fugeret*] Ita Cod. Dan. Subaudiendum eſt *navi*, vel aliquid ſimile. vulgati: *quo*. quod non bene congruit illis *ad ſalutem*. Boſius. Mei tamen codices *quo*.

2 *Zacynthios adoleſcentes*) Ζακυνθίους etiam *Plutarchus*. Ζακυνθίους μισθοφόρους *Dio* vocat. Eosque hauddubie Dion e Zacyntho adduxerat. In ea enim Inſula, ut iidem ſcriptores tradunt, milites congregavit, ac inde in Siciliam trajecit. Fruſtra igitur ſunt, qui *Saguntinos* reponi volunt. nam, quod in quibusd. Mſſ. inventum eſt *Saguntinos*, a librariis eſt, quibus ex hiſtoria Romana notiores *Saguntini*, quam *Zacynthii*: *Zaguntios* autem, quod in Dan. fuit, a vera lectione parum diſtat. *Boſius*. Leid. m. *Zaguntinos*. & Voſſ. A. ſed B. *Zachyntinos*. Oxon. *Saguntinos*.

3 *Eligit*] Sic reſcripſi e Mſ. Boecl. Et ſequitur ſtatim: *hisque dat negotium*. *ut* aberat eodem Boecl. & Leid. E quo poſteriore & *ſic uti*, repoſui. Cum vulgo legatur *ſic ut*, *Lambinus* mallet *ut ſi*: nil tamen mutat. neque opus eſt. *Boſius*. Voſſ. A. B. *eligit*. ſed Leid. *elegit*. vide ad c. 8. n 2. *ut* abeſt & a Leid. m. item Voſſ. A. B. Sed pro *eant* B. *erant*. Jam ſaepius vidimus *ut* in Mſſ. deſiderari, cujus Ellipſios elegantiam ſatis ad Miltiad. monſtravimus. Denique pro *conveniendi gratia* Leid. *conveniendi ejus gratia*.

4 *Intrarunt*] Dan. *intrarant*. Boſius. Leid. & Voſſ. B. *intrarunt*. A. *intraverunt*, ſed ſupra notatum erat *intrarunt*.

5 *Foribus obſeratis*] Eos, qui foris erant, attraxiſſe & continuiſſe fores, ait *Plutarchus*: οἱ μὲν ἔξω ἐπισπασάμενοι τὰς θύρας κατεῖχον. *Boſius*.

1 *Colligant*] *Plutarchus*: κατεῖχον ἐνεπεσόντο καὶ συνέπνιγον (ſeu ut non male *Lambinus*, συνέθλιβον) αὐτόν. *Boſ.*

2 *Sicut ante*] *Saepe* addunt q. edd. *Boſius*. Abeſt *ſaepe* a Voſſ B.

3 *Singularis potentia*] Etiam ex hoc loco licet intelligere, hujus libri auctorem non vixiſſe aetate Theodoſii, neque omnino ullius ſuperiorum Imperatorum, ſed in libertate fuiſſe educatum, & tyrannidi ac regiae poteſtati fuiſſe inimicum acerrimum. *Lambinus*.

4 *Miſeranda vita, qui ſe metui quam amari malunt*] Pertinet huc illud dirum & abominandum: *Oderint, dum metuant*, Sullano ſeculo ſcriptum, ut Seneca Lib. 1. de ira cap. 16. ait. ubi vide Interpretes, &

cubantem invadunt: [1] colligant, fit ſtrepitus, adeo
5 ut exaudiri poſſet foris. Hic, [2] ſicut ante dictum eſt, quam inviſa ſit [3] ſingularis potentia, & [4] miſeranda vita, qui ſe metui, quam amari malunt, [5] cui-
6 vis facile intellectu fuit. Namque illi ipſi cuſtodes, ſi [6] propitia fuiſſent voluntate, foribus effractis ſervare eum potuiſſent, quod illi inermes telum foris flagitantes vivum tenebant. cui quum ſuccurreret nemo, [7] Lyco quidam Syracuſanus per feneſtras gladium dedit, quo Dion interfectus eſt.

CAP.

& quae ego ibidem notavi *Ernſtius*.

4 *Miſeranda vita, qui ſe*] Ellipſis, ut ſupra c. 8, 4. *Boſius*. Voſſ. B. pro *qui ſe*, *quae*.

5 *Cuivis fact. int. f*] Sic Mſſ. meliores, corrupte Longolius: *cujus fac. intellectu fuit*. Boſius.

6 *Propitia*] Alii libri *propria*. Ut propria voluntas ſit dedita & non alienata. Quidam *provitia pronaque* Gebhardus. Pro *fuiſſent* Voſſ. A. *fuiſſet*.

7 *Lyco*] *Λύκων Plutarcho*. Itaque mera librarii aberratio eſt, quod in Dan. fuit *Lygo*. Boſius. Voſſ. A. & Leid. *Lygo*, ſed B. *Ligo*.

8 *Dilato*] Flacc. L. 1 Argon. vſ. 753.

— *Regemque fragor per moenia differt.*
Mille ciere viros. & jam dare juſſa vocatis.

Apul. L. 5. Metam. *ſat eſt, quod ipſae videmus, quae vidiſſe poenitus, nedum ut genitoribus & omnibus populis tam beatum ejus differamus praeconium.* Gebh. Diſſipato: ſic a. legendum, non *delato*. Lambinus. v. Ind. *Boſius*. Pro *introiiſſet* Voſſ. A. B. *introiſſet*. pro *dilato* Leid. Voſſ. A. & B. *delato*. *De* & *di* centies in compoſitis confunduntur a librariis, ut in *demittere dimittere*, *dejicere disjicere*, *deripere*. *diripere* & ſimilibus, vide, praeter plures alios, etiam cl. Muncker. ad Hyginum fab. 59. itaque ſolenni variatione *deferre* hic confunditur cum *differre*. at hic *dilato* retinendum. *Differre* enim notat ſpargere. diſſipare per omnes vicos. Vide Schopp. ad Phaedr. L. 2. fab. 5. v. 11. Interpretes ad Juſtinum L. 6. cap. 11. Paſſerat. ad Propert. 1. 4. 21. & Cl. Burm. ad Valer. Flaccum L. 1. Argon. vs. 753. *Deferre* vero notat rem vel clanculum auditam vel jam diſſipatam alteri, & praeſertim iis, quorum ſcire intereſt, indicare. Livius Lib. 2. cap. 37 *Conſules quum ad Patres rem dubiam ſub auctore certo* detuliſſent. L. 3. c. 4. *Nec dum matura re, quam defectionem parari* delatum *ad ſenatum eſſet*. Noſter in Themiſt. cap. 9. *Apud eos contendit falſa his eſſe* delata. Vide ad cap. 8. n. 4. hujus vitae.

9 *Irrumpentes*] Alii addunt *inermes*. Sed illud nullus Mſſ. agnoſcit, ait *Schottus*. nec fuit in Dan. Leid. Boecl. De re ipſa nihil *Plutarchus*. Boſius. Ejiciendum putat quoque Gebhardus. Voſſ. A. *irruentes*.

10 *Mirabiliter*] Eſt vocabulum aevi

CAP. X.

Confecta caede quum multitudo viſendi gratia intro- 1
iſſet, nonnulli ab inſciis pro noxiis conciduntur. nam celeri rumore [8] dilato, Dioni vim allatam, multi concurrerant, quibus tale facinus diſplicebat. Hi falſa ſuſpicione ducti, [9] immerentes ut ſceleratos occidunt. Hujus de morte ut palam factum eſt, [10] mi- 2
rabiliter vulgi [1] mutata eſt voluntas. [2] Nam qui vivum eum *tyrannum* vocitarant, eundem *liberatorem patriae tyrannique expulſorem* praedicabant. Sic ſubito miſericordia odio ſucceſſerat, ut eum ſuo ſanguine, [3] ſi poſſent, ab [4] Acheronte cuperent redimere. Ita- 3
que

aevi Ciceroniani proprium. *Ernſtius.*

1 *Mutata*] Sic libri meliores. Lambinus edidit: *immutata*. Boſius. Leid. Voſſ. A. B *mutata*.

2 *Nam qui vivum tyrannum vocitarant, eund. liberatorem patriae, &c.*] Neque de hoc quicquam *Plutarchus* & *Diodorus*, ſed hic principatum excepiſſe Callippum ac per XIII. menſes tenuiſſe, ille initio quidem, cum Dionem interfeciſſet, inclytum, & rerum ſumma Syracuſis potitum, ait; ſed paullo poſt poenas dediſſe, eodemque, quo Dion, gladio interfectum. *Boſius*. Voſſ. B. pro *eundem*, *iisdem*.

3 *Si poſſent ab Acheronte redimere*] Tranſpoſitio non eſt in elegans animadverſa P. Danieli; *Ut eum ſuo ſanguine ab Acheru nte, ſi poſſent, cuperent redimere.* [quomodo & *Giſanius*. e ſuo cod. laudat, *Ind. Lucret.* v. *Acheruns*.] Verum iſta poenitentia ſera plerumque magnos viros comitatur incaſſum, nonnunquam autem illorum poſteritati & cognationi expedit. Infra 13, 4, 1. *Hujus poſt mortem cum populum judicii ſui poeniteret, &c.* Polyaenus l. 5. in Geſcone: τούτων προαχθέντων οἱ Καρχηδόνιοι πολλάκις ἡττώμενοι, καὶ κακωθέντες μετέγνωσαν ἐπὶ τῇ τοῦ Γέσκωνος φυγῇ, καὶ τῇ ἀναιρέσει τοῦ Ἀμίλκου. Ἀλλὰ τὸν μὲν Ἀμίλκαν τεθνεῶτα οὐχ οἷόν τε ἦν ἀνακαλέσασθαι. Ubi ἀνακαλέσασθαι eſt revocare ab inferis. Vulcarius Gallicanus Avidio Caſſio c. 12. *Utinam poſſem multos etiam ab inferis excitare.* Ex Cicerone pro M. Marcello: *Non dubito, quin multos, ſi fieri poſſet, & Caeſar ab inferis excitaret.* At qui reducuntur, dicuntur ἀναδραμεῖν ἐξ ἅδου. *Gebhard.* Tranſpoſitionem hanc confirmat Voſſ. A.

4 *Acheronte*] MS. Gif. *Acherunte*, ut apud *Lucretium* & *Plautum*. Boſ.

5 *In urbe celeberrimo loco elatus*] Obſerva conſuetudinem ſepeliendi cadavera intra urbes. Timoleontis quoque corpus in Syracuſarum foro ſepultum fuit, ut *Plutarchus in Timoleontis vita* teſtatur. Legimus ta-

T

que [5] in urbe [6] celeberrimo loco [7] elatus, publice [8] ſepul-

tamen apud *Ciceronem in Tuſcul. quaeſt.* Archimedis ſepulchrum fuiſſe ad Agragianas portas inter vepres, quod ille ſe inveniſſe gloriatur. Themiſtocles in foro Magneſiae ſepultus fuit, ut *Plutarchus* ſcriptum reliquit. *Idem in Catone Uticenſi*, Caepionem, Catonis fratrem, in foro Aeni Thraciae urbis ſepultum ait. Sic & Publicolam Romae juxta Veliam (vide *in Publicolae vita*.) Syllam, & Juliam Pompeji uxorem, in Campo Martio. Lege eundem *in Sylla*: & *Pompejo. Virgilius libro* 11. *Aeneidos*, ſepeliendorum intra urbes cadaverum antiquam fuiſſe conſuetudinem innuit his verſibus:

Innumeras ſtruxere pyras, & corpora partim
Multa virum terrae infodiunt, avectaque partim
Finitimos tollunt in agros, urbique remittunt.

In quem locum *Servius* ſic ait: URBIQUE REMITTUNT. *Deeſt*, UNICUIQUE: *& meminit antiquae conſuetudinis: nam ante etiam homines in civitate ſepeliebantur: quod poſtea Duellio Conſule Senatus prohibuit, & ſanxit, ne quis in urbe ſepeliretur. Unde Imperatores, & virgines Veſtae, quia legibus non tenerentur, in civitate habent ſepulchra. Denique etiam nocentes virgines Veſtae, licet vivae, tamen intra urbem in campo ſcelerato obruebantur.* Haec *Servius*. Sed ſuſpectus mihi eſt hic Servii locus, & errore non videtur vacare: nam quantum attinet ad Senatus conſultum, quo cautum dicit, *ne quis in urbe ſepeliretur*: hoc non *Duellio conſule* ſed multo ante factum video. Nam *Duillius*, ſive *Caeſo Duillius*, una cum L. Papyrio Craſſo poſt defoſſam Veſtalem conſulatum obtinuit, ut *Livius lib.* 8. teſtatur, eo loci, ubi Auſonum bellum deſcribit. Prohibitum vero fuerat, in urbe ſepelire, multo tempore ante, jure Decemvirali. Cicero lib. 2. de Legibus: HOMINEM MORTUUM, *inquit Lex in duodecim tabulis*, IN URBE NE SEPELITO, NEVE URITO. *Credo, vel propter ignis periculum. Quod autem addit*, NEVE URITO; *indicat, non qui uratur ſepeliri, ſed qui humetur.* Hactenus *Cicero*. Quod jus XII. tabularum, ſive Decemvirale, multis ante annis (ut apud eundem *Livium libro* 3. legere licet) Romae extabat. Retulit *Gellius* 20, 1. anno poſt Romam conditam CCCXII. tabulas compoſitas ſcriptasque fuiſſe. Etſi alii CCCII. ſcribant. Invenio tamen alium quendam Caeſonem Duillium, a *Livio citato lib.* 3. inter Decemviros, qui duas tabulas, decem priorum Decemvirorum tabulis addiderunt, connumerari; quem fortaſſe ſignificare voluit *Servius*, cujus contextus corruptus ſit. Superius *libro* 2. *Livius* meminit M. Duellii Tribuni. Campum ſceleratum quem *Servius* intra urbem locat, *Livius* extra poſuiſſe videtur, ſic inquiens de Veſtali: *Facto judicio, viva ſub terram ad portam Collinam dextra via ſtrata defoſſa Scelerato campo.* &c. Alii tamen *ſceleratum campum*, intra portam Collinam (haec autem poſtea *Salaria* dicta eſt) agnoſcunt, quibus *Andreas Fulvius lib.* I. *Antiq. urbis Rom.* aſtipulatur. Permiſſum fuiſſe quibusdam

Ro-

pulchri monumento donatus eſt. Diem obiit circiter an-

Romae ſepeliri, & quam ob cauſam id liceret, dicit *Cicero loco citato*, & *Plutarchus in Publicola*, & *Problemate* 78. Quibus in locis *Plutarchus* id minime fuiſſe ſua aetate ſervatum, dicit. Quare autem in urbibus antiqui cadavera ſepeliri non permitterent, docemur in *Juſtiniani Imperatoris Codice*, ſub titulo. *De relig. & ſumpt. fun. Mortuorum* Scilicet, ne ſanctum municipiorum jus pollueretur, vel ne funeſtarentur ſacra civitatis, ut inquit *Julius Paulus ſententiarum lib. primo*, ſub titulo *De ſepulchris & lugendis*. Quamobrem Divus Hadrianus, reſcripto poenam ſtatuit aureorum quadraginta fiſco inferendam, qua mulctari voluit tam eos, qui in urbe ſepeliiſſent, quam in magiſtratus, qui id fieri paterentur: locumque publicari & corpus exhumari transferrique juſſit: ut *Ulpianus* auctor eſt *l. 3. ff. de ſepulchro violato*. Quod autem mortuorum corpora, & reliquiae, ſepulchraque polluere crederentur, haec ſunt argumento. Ut retulit *Gellius* 10, 15 Flamen Dialis locum, in quo buſtum eſſet, nunquam ingrediebatur, mortuumque nunquam attingebat. Reliqui quoque homines, funus exſecuti non ſacrificabant. auctor *Servius ad eum locum Virgilii Aeneid.* 11.

Aeneas quamquam ſociis dare tempus humandis, &c.

Unde expiationis gratia (quod *Feſtus* ſcriptum reliquit) ignem ſupergrediebantur, aqua aſperſi. Portae civitatis ab aliquibus ſanctae habitae non ſunt ea de cauſſa, quod per eas mortuorum cadavera efferrentur. *Plutarchus Problemate* 25 Mortuos mortuorumque oſſa, atque adeo ſepulchra polluere, & Hebraei multo antiquiores cenſuerunt, ut *Numer.* 19. & *Haggei* 2. cernere eſt. *Heſiodus* quoque ex eadem ratione ſepulchrum infame nuncupavit: ſic enim inquit *in operâ & die:*

Μὴ δ' ἀπὸ δυσφήμοιο τάφου ἀπονοστήσαντα
Σπερμαίνειν γενεὴν, ἀλλ' ἀθανάτων ἀπὸ δαιτός.

Redeo ad ſuperiora. *Strabo lib.* 10. intra Delon mortuos aut ſepelire aut cremare, fas non fuiſſe literis prodidit. *Plutarchus in Arato Sicyonio* ait, intra Sicyonis moenia, veteri lege, cui & ſuperſtitio acceſſiſſet, neminem humari licuiſſe, humatum vero fuiſſe intra urbem Arati cadaver Apollinis reſponſo. *Servius Sulpitius* ad *Ciceronem* ſcribens *libro 4. epiſtolarum Ciceronis*, quae *familiares* inſcribuntur, loquens de M. Marcello a P. Magio Chilone interfecto; Athenis quoque neminem humari potuiſſe demonſtrat. Scribunt nonnulli ideo extra moenia mortuos ſepeliri, conſtruique ſepulchra conſueviſſe, ut cives, ſi quando hoſtes adventaſſent, ſepulchrorum cura & amore impulſi, prae timore, ne illa diruerentur, cadaveraque eruerentur ad vim non ſolum a muris, ſed etiam ſuburbiis, atque adeo agris ipſis propulſandam, alacriores, ardentioresque redderentur. Sed quanquam apud Athenienſes, aliosque nonnullos Graecos hac fortaſſe ratione ſepulchra in ſuburbiis agrisque conſtructa ſunt: non ideo praedictae rationi locus negatur. Sane apud Lacedaemonios, religionis pollutionisque cauſa, intra urbem ante Ly-

annos quinquaginta quinque natus; quartum poſt annum, quam ex Peloponneſo in Siciliam redierat.

curgi leges, cadavera non fuiſſe ſepulta, *Plutarchus in Lycurgo* demonſtrat. Quam ſuperſtitionem ab eo ſublatam *eodem loco* & *in Inſtitutis Laconicis* teſtatur. *Magius.* Plura de hac re *Kirchmannus lib.* 2. *de funerib. Rom. capp.* 20, 21, 25, 26. Boſius.

6 *Celeberrimo loco*] In foro, ut ſuſpicatur *Kirchmannus* 2. *de Fun. Rom.* 26. Nam & iſtic Graeci claros viros ſepelire ſoliti ſunt. *Loccenius. Lambinus* malebat, *in urbis celeberrimo loco.* ſine cauſſa. *Boſius.* idem jam monuit Gebhard.

7 *Elatus publice, ſep. mon. don.*] Sic *Lambinus* diſtinxit hunc locum. Malim tamen, ut eſt in vett. editionibus: *celeberr. loco elatus, publice ſepulchri monum. don. eſt. Publice.* i. e. publico ſumtu. Confer. 3, 3, 3. & 20, 5, 4. Boſ. Quam diſtinctionem etiam praefero: Dioni enim publicis ſumptibus ſepulchri monimentum exſtructum eſt, quaſi, dum pro patria pugnaretur, in bello caeſus eſſet. Quem morem Athenis uſitatum docet Scholiaſtes Ariſtophanis in Ranis vſ. 426.

8 *Sepulchri monumento*] *Lambinus* vocem *ſepulchri* ſuppoſitam, delendamque putat. Atqui ſic & *Cicero* loquitur Tuſcul. 1, 14. *Quid ipſa ſepulchrorum monumenta, quid elogia ſignificant, niſi nos futura etiam cogitare?* Boſius. Pro *quam ex Peloponneſo* Leid. *Qui ex Peloponneſo,* Voſſ. A. B. *Peloponneſſo.*

XI. IPHICRATES.

CAP. I.

1 [1] IPHICRATES ATHENIENSIS [2] non tam magnitudine rerum geſtarum, [3] quam diſciplina mili-

Initium hujus ita ſcribendum eſt. *Iphicrates Athenienſis.* Gebhard. Unde dicatur docet Cael. Rhodigin. lib. 5. Lect. Antiq. cap. 5. *Ernſt.*

DE IPHICRATE vide *Ariſtotelem Rhetoricis, Diodorum Siculum* 13. 14, 15, 16. *Plutarchum* paſſim. *Xenophontem Hiſtor Graec. Aeſchinem de falſa legatione* & *in Cteſiphontem, Polyaenum* 3. *Athenaeum* 4. & 12. *Suidam. Frontinum* paſſim, *Juſtinum* 6, 5. Boecler. adde *Demoſthenem Exord.* 50. *Orat. contra Midiam.* & *Orat. contra Ariſtocratem.* Boſius.

1 *Iphicrates*] Timothei filium facere videtur *Pauſanias Boeoticis:* Ἰφικράτης ὁ Τιμοθέου πελταστὰς καὶ ἄλλην Ἀθηναίων ἔχων δύναμιν, ἐπιχειρεῖ τοῖς Θηβαίοις nisi tamen aliquid excidit, quo collegam vel ſucceſſorem (nam utrum-

Digitized by Google

militari nobilitatus eſt. Fuit enim talis dux, 4 ut non ſolum aetatis ſuae cum primis compararetur, ſed ne

utrumque verum) Timothei fuiſſe Iphicratem ſignificetur. *Boſ.* Leid. *Hiphicrates.*

2 *Non tam magnitudine rerum geſt. quam diſc. mil.*] Conſenſu Codicum Mſſ. quorum nullus τὸ *genere* agnoſcit excogitatum a Longolio; a Lambino vero avide arreptum, & uberiore corruptionis indole propagatum. Nam quod Iphicratem putant fuiſſe ſutoris filium, errant; quoniam naſum Atticum non intellexerunt. Quod aptos admodum calceos militi invenerit, inde forſan eo cavillo eſt aſperſus. Diodorus. lib. 15. Τάς τε ὑποδέσεις τοῖς στρατιώταις εὐλύτους καὶ κούφας ἐποίησε, τὰς μέχρι νῦν Ἰφικρατίδας ἀπ' ἐκείνου καλουμένας. *Gebhardus.* Mſ. noſter Codex me legere jubet *non tam genere quam magnitudine rerum geſtarum, diſciplinaque militari nobilitatus eſt.* Quae Schoppii conjecturam lib. 4. Veriſ. cap. 18. confirmant. *Emſtius.* Sic Mſſ. Dan. Leid. Bavarici, & quos *Magius, Savaro, Schottus* inſpexere: itemque nonnullae edd. vett. & ultima Boecleri. In aliis legitur: *non tam genere aut magnitud. rerum geſt. quam diſc. mil.* Vel, ut *Longolius* edidit, *non tam genere, quam magn. rerum geſtarum, quam diſciplina militari. Schoppius Veriſimil.* 4, 18. legebat: *non tam genere, quam magn. rerum geſt. & diſc. mil.* Ampliſſ. vero *Ernſtius* e ſuo codice: *non tam genere, quam magn. rerum geſt. diſciplinaque mil.* Sed τὸ *genere* jam *Magius* ac *Schottus* invitis libris nuper intruſum; *Gebhardus* a *Longolio* excogitatum, a *Lambino* avide arreptum, & uberiore corruptionis indole propagatum, cenſuerunt. neſcio, quam bene. Certe in Ernſtiano codice fuiſſe videtur. Et vix dubito, ſcriptam lectionem ſequutos, qui olim ſic ediderunt. Praeterea ſubinde Noſter *genus* eorum, quorum vitas tradit, memorat. vide 1, 1, 1. 2, 1, 2. 7, 1, 2. 8, 1, 3. 10, 1, 1. 15, 2, 1. 18, 1, 2. 25, 1, 1. Denique non admodum claro fuiſſe genere Iphicratem, vel inde colligas, quod *Plutarchus in Apophthegmatis* eum contemtum fuiſſe ait, quod cerdonis (σκυτοτόμου) filius haberetur; cumque Harmodius, unus de priſci illius Harmodii poſteris, ei generis ignobilitatem exprobraret, reſpondiſſe: Τὸ μὲν ἐμὸν ἀπ' ἐμοῦ γένος ἄρχεται, τὸ δὲ σὸν ἐν σοὶ παύεται. Quare nolim pro certo affirmare, τὸ *genere* ſuppoſitum eſſe. Fortaſſis autem Nepos ſcripſit: *non tam genere, quam virtute, non tam magnitudine rerum geſtarum, quam diſc. mil. nobilitatus eſt*; illaque repetitio vocum *non tam* occaſionem praebuit, ut in aliis codicibus totum membrum prius, in aliis pars ejus a deſcriptoribus omitteretur. Sane *virtutem admirabilem* in eo fuiſſe, *Juſtinus* ait 6, 9, 3. Non pugnabo tamen, ſi quis plerorumque librorum ſcripturam praeferat. *Boſius*

3 *Quam diſciplina militari*] *Juſtinus* 6, 5. *in Iphicrate* non ſolum *Imperatorias*, ſed & *Oratorias artes fuiſſe* dicit: *viginti* vero *annos natum*, Imperatorem factum. *Plutarchus in Politicis* de Iphicrate, quod ad Oratoriam facultatem ſpectat, ſic loquitur; *Iphicrates vero meditando declamandoque domi, pleriſque audien-*

ne de majoribus natu quidem quiſquam anteponeretur. Multum vero in bello [1] verſatus, ſaepe exercitibus praefuit; [2] nuſquam [3] culpa [ſua] male rem geſſit, [4] ſemper conſilio vicit; [5] tantumque eo valuit, [6] ut multa in re militari partim nova attulerit, partim

tibus, deriſui habitus eſt. Nam etſi eloquens erat, beneque & apte orare ſciebat, debuit tamen gloriam eam quaerere, quae republica pace & bello adminiſtranda comparari & gigni ſolet: caeterum ejuſcemodi ſcholas & ſtudia Rhetoribus & Sophiſtis concedere. Haec *Plutarchus.* Hujus ſtrategemata legas apud *Frontinum* 1, 4, 7. 1, 5, 24. 1, 6, 3. 2, 1, 5. & 6. 2, 5. 42 2. 12, 4 *Magius.* Adde 3, 12, 2. & 4. 7, 23. *Boſius.*

4 *Ut non ſolum aetatis ſuae cum primis compararetur, &c.*] Juſtinus 6, 5, 3 & 4. *Hujus adoleſcentis ſupra aetatem virtus admirabilis fuit: nec unquam ante eum Athenienſes inter tot tantosque duces aut ſpei majoris, aut indolis maturioris imperatorem habuerunt.* Boſius. Pro *majoribus natu quidem* Voſſ. A. *majoribus quidem natu.*

1 *Verſatus*] Sic Edd. ult. Boecl. Aliae pleraeque: *eſt verſatus.* Et ſic ſolet Nepos *Boſius.*

2 *Nuſquam culpa male rem geſſit*] Recte addidit *culpa.* quippe omnino nuſquam male rem geſſiſſe, affirmare non poterat. nam aliquando victum, ἡττηθέντα, in locum aſperum. & plenum arboribus fugiſſe, e *Polyaeno lib.* 3 *comm.* 6 cognoſcimus. In Aegypto quoque, ſed Pharnabazi culpa, cum male rem geſſiſſe, *Diodorus* 15. docet Denique quo tempore Lacedaemoniis ſubſidio adverſus Thebanos miſſus eſt, ab eo omnia partim temere, partim nullo cum fructu geſta eſſe refert, exemplisque declarat *Xenophon hiſt. Graec.* 6. *extr.* Boſius.

3 *Culpa ſua*] *Sua* addunt Mſſ. Gif. Dan. & Ed. Longolii, ſed ab aliis abeſt. *Boſius.*

4 *Semper conſilio vicit*] Diodorus Lib. 13. Οὗτος γὰρ παραδέδοται στρατηγικήν τε ἀγχίνοιαν ἐσχηκέναι. *Gebhardus.* Hanc phraſin illuſtravit. J. Fr. Gronovius ad Juſtinum L. 2. c. 13.

5 *Tantum eo valuit*] Idem. πρὸς πᾶσαν ἐπίνοιαν ἀγαθὴν φύσει κεχρῆσθαι διαφόρῳ. *Gebhard.* Leid. *Tantum convaluit.*

6 *Ut multa in re militari &c.*] Conſentanea his tradit *Diodorus* 15, 44 ex iiſdem hiſtoricis deſcripta, unde Noſter expreſſit. *Lamb.* Mſ. Boecl. aberat *multa*; & poteſt abeſſe. *Boſius.*

7 *Brevibus*] Sic Dan. & ed. ult. Boecl. Alii, *brevibusque.* Boſ. Mox Leid. *minutis gladiisque.*

8 *E contrario*] *Lambinus* edidit *contrario*: ut 18, 1, 5. Sed tamen ita & 22, 1, 2. locutus. Nec aliter Mſſ. Bavarici. *Boſius.*

9 *Poſtea peltaſtae*] Cum antea, *Diodoro* teſte, a clypeis ὁπλῖται vocarentur. adde Ind. *Boſius.* De Peltis & Peltaſtis multi multa Pedites a Thracibus fuere dicti *Peltaſtae.* Thucyd. L. 2. cap. 29. L. 78. ubi Scholiaſtes dicit πέλτη, ἀσπὶς τετράγωνος. Sed Peltas Amazonum fuiſſe lunatas docebunt Cerda ad Virgil. 1. Aen. vſ. 494 qui oſtendit plures alias gentes Peltis fuiſſe uſas: & cel. Drakenburgius ad Silium Italicum L. 2. vſ. 80.

1 *Haſtae*

tim meliora fecerit. Namque ille pedeſtria arma mutavit, quum ante illum imperatorem maximis clypeis, 3
[7] brevibus haſtis, minutis gladiis uterentur. Ille [8] e contrario peltam pro parma fecit, a quo [9] poſtea *peltaſtae* pedites appellantur; ut ad motus concurſusque eſſent leviores. [1] Haſtae modum duplicavit: gladios longiores fecit. [2] idem genus loricarum mutavit, & pro [3] ſertis atque aeneis [4] linteas dedit. Quo facto 4
expe-



1 [*Haſtae modum duplicavit, gladios longiores fecit*] Macedones tamen ante eum longis ejuſmodi haſtis uſi ſunt, ut Dio nos docet in Caracalla. Germanos quoque ſimiles habuiſſe haſtas Tacitus ſcribit Lib. De morib. Germanor. De aliis hujus ducis inventis vide Plutarchum & Suidam. *Ernſt.* Immo, ſi *Diodoro* credimus, haſtas ſeſquipla magnitudine auxit, gladios autem fere duplices fecit: ηὔξησε τὰ μὲν δόρατα ἡμιολίῳ μεγέθει, τὰ δὲ ξίφη σχεδὸν διπλάσια κατεσκεύασε. *Boſius.*

2 *Idem loricar. genus mutavit*] Nihil de loricis *Diodorus*: ſed calceamenta militibus feciſſe ait Iphicratem, quae ſolutu facilia ac levia eſſent: atque ad ſua uſque tempora *Iphicratides* vocata ſint. Mſ. Boecl. aberat *mutavit*. Boſius. Leid. *Idemque lor. g. Mutavit*, abeſt a Voſſ. A. B. & Leidenſi.

3 *Sertis*] Mſ. & Editio Veneta Savaroni inſpecta *pro ſertis atque aeneis*, ut ſint *ſertae loricae* conſertae hamis & laminis. *Gebhardus.* Sic diſerte Mſſ. Bavarici. Dan. Boecl. Schotti, & quos Savaro inſpexit, cum editione Veneta. *Sertas* autem loricas *Savaro* exponit, conſertas hamis & laminis, quarum mentio apud *Virgilium Aen.* 3, 447. *&* 5, 259. Graeci θώρακας ἁλυσιδωτοὺς vocant. de iis *Lud. de la Cerda in Comment. ad Virgilii* 5. *Aeneides*. & *Lipſium de Militia Rom.* 3, 6. adde Ind. Vulgati *ferreis* habent: pro qua voce quis credat librarios *ſertis* ſuppoſuiſſe? aut *conſertas loricas* Graecis Romanisque uſitatas noſtrum heic omiſiſſe? Erant enim hae ditiorum:

T 4 [illegible] ſicut

expeditiores milites reddidit. nam [1] pondere detracto, [2] quod aeque corpus tegeret & leve eſſet, curavit.

CAP. II.

1 [3] Bellum cum Thracibus geſſit: [4] Seuthen ſocium Athenienſium in regnum reſtituit. [5] Apud Corin-

ſicut aeneae ferreaeque viliorum. v. *Lipſ. l. c.* Boſius. *Sertis* Leid. &. Voſſ. B

4 *Linteas*] Sic Mſſ. Alii *lineas*, quod perinde eſt. De lineis loricis ac thoracibus, & a quibus uſurpatae ſint, vide *Lazium de Rep Rom.* 8, 16. *Torrentium ad Suetonii Galb.* 19. *Lipſ de Mil. Rom.* 3. 6. *Dausqueium ad lib.* 3. *Silii pag.* 120. & ibi laudatos. Quomodo confectae fuerint, diſquirunt praeter *Lipſium l. c. Villiomarus adverſus Titium* 2, 19. *Caſaubonus ad Sueton. l. c. & Octav. Ferrarius de re veſtiaria parte* 2. *lib.* 4. 11. Boſ. *Linteas* Voſſ. B. *lintheas.* A. & Oxon. *linteas.* Pro *dedit* Leid. *deſedit.* Pro *expeditiores* Voſſ. B. *expeditores.*

1 *Pondere detr.*] Bavar. 1. *pondere tantum detr.* Boſius.

2 *Quod aeque c. t.*] Sic Mſſ. & Edd. Vett. niſi quod nonnullae & Bavar. 2. *quodque c. t. Lambinus* tamen, invitis libris, & nulla neceſſitate edidit, *ut aeque c. tegerent, & leves eſſent.* nam *ſic*, inquit, *legendum eſſe. & Diodori verba & ſcripturae varietas, & ſententia, declarant. Hoc enim ſignificat, loricas ab Iphicrate repertas, pondere detracto, nihilominus corpus texiſſe, quam antiquas, & fuiſſe praeterea leviores.* Atqui non ſola loricarum mutatione id effectum Nepos ſignificat; ſed univerſe illa mutatione armorum pedeſtrium. *Diodorus* autem tantummodo de ſcutis ait, Iphicratem duo praecipue hac innovatione ſpectaſſe, ut & corpus ſatis tegeretur, & peltis utentes propter levitatem plane motu faciles eſſent: τοῦτο σκέπειν ἱκανῶς τὰ σώματα, καὶ τὸ δύνασθαι τοὺς χρωμένους ταῖς πέλταις διὰ τὴν κουφότητα παντελῶς εὐκινήτους ὑπάρχειν. Loricarum ne meminit quidem. *Boſius.*

3 *Bellum cum Thracibus*] Vel ex *Frontino* 1, 6, 3. Iphicratem bellum adverſus Thracas geſſiſſe intelligere licet. Exſtat & aliud ejuſdem ſtrategema in eoſdem apud eundem 2, 12, 4. (& rurſus aliud 1, 5, 24.) Praeterea *Aeſchines in orat.* περὶ παραπρ. non longe a principio ait, Iphicratem Imperatorem ab Athenienſibus ſuffragio eſſe creatum adverſus Amphipolin, quae eſt urbs Thraciae. *Xenophon hiſt. Gr.* 4. *extr.* tradit, Iphicratem occiſo Thraſybulo, in Thraciam ab Athenienſibus miſſum eſſe, ibique cum Lacedaemoniis, duce Anaxibio, commiſſo praelio, ſuperiorem diſceſſiſſe: Anaxibiumque occubuiſſe cum cc. Lacedaemoniis, & X. harmoſtis: quo facto, Iphicratem in Cherſoneſum reverſiſſe, quod & *Frontinus* 2, 5, 42. retulit. Poſtremo *Polyaenus* 3. profert aliquot ſtrategemata, quibus in Thracia uſus ſit. *Lambinus.*

4 *Seuthen*] Sic legendum, non *Seuthin*, quomodo habent exempla Veneta & Florentina. Seuthen autem

rinthum [1] tanta ſeveritate exercitui praefuit, [2] ut
nullae unquam in Graecia neque exercitatiores co-
piae, neque magis dicto audientes fuerint duci: in
eamque conſuetudinem [3] adduxit, ut, quum proelii 2
ſignum ab imperatore eſſet datum, [4] ſine ducis ope-
ra ſic ordinatae conſiſterent, ut ſinguli ab peritiſſi-
mo imperatore diſpoſiti viderentur. Hoc exercitu 3
[5] moram [6] Lacedaemoniorum [7] intercepit: [8] quod ma-
xime

tem & Medocum, Thraciae reges, commemorat *Diodorus Sic.* 14. & Thraſybulum cum eis ſocietatem feciſſe tradit. Sed *Polyaenus* 7. hunc Seuthen Cherſoblepris praefectum tantum, non etiam regem fuiſſe ſignificat. *Lambinus. Seuthem* Voſſ. A. item Leid.

5 *Apud Corinthum*] Meminit *Diodorus* 14. & *Polyaen.* 3, *commate* 28. Boſ.

1 *Tanta ſeveritate exercitui praefuit*] Vel unum ſeveritatis exemplum pro multis ſit. Quum praeſidio Corinthum teneret, & ſub adventum hoſtium ipſe vigilias circumiret, vigilem quem dormientem videret, transfixit cuſpide. quod factum quibusdam tanquam ſaevum increpantibus: *Qualem inveni*, inquit, *talem reliqui.* Frontinus Strateg. 3, 1, 2. *Loccenius.*

2 *Ut nullae unquam in Graecia exercitatiores copiae eſſent*] Nec mirum, quum nunquam pateretur eos otiari, ſed etiam extra bellum caſtra movere, arbores caedere, foſſas ducere, vaſa colligere & transferre curaret: ne per otium rebus novis aut luxui ſtuderent. In caſtris vero quieſcentes varie exercuit, dum quaſi hoſtiles inſidias, transfugia, irruptiones, terrores finxit: ut ſi tale quid ſerio & in bello accideret, praeparati eſſent, nec ut re ſubita percellerentur. *Polyaenus* 3. *comm.* 32. & 35. Loccenius. Quae de duplici negatione apud Latinos Graecorum more fortius negante diſputavit Hoogſtratanus ad h. l. latius illuſtrarunt, quos laudat Cort. ad Salluſt. Jugurth. c. 13. n. 5.

3 *Adduxit*] Mſc. Leid. *induxit.* mox mſſ. Dan. & Boecl. *ſic ordinate.* Boſius.

4 *Sine ducis opera ſic ordinatae conſiſterent, ut ſinguli ab peritiſſimo imperatore diſpoſiti viderentur*] Manuſcr. Lib. *ſic ordinate conſiſterent.* Curtius. l. 3. cap. 6. *Obſiſtere, circuire, diſcurrere in cornu, mutare pugnam non duces magis quam milites callent.* Gebhardus. Ut miles abſque ducis opera ordinatus conſiſtat, ſingulari induſtria & exercitatione opus eſt. quales etiam Macedonicos & Hannibalis milites fuiſſe, ſcriptores teſtantur, *Curtius* 3, 2, 13, 14. *Livius.* 27. Locc. *Boſ. Ab* Leid. & Voſſ. A. B.

5 *Moram Laced.*] Morae quoque non ſemel meminit Diodor. L. 13. & Lib. 15. Conſule v. cl. J. Meurſium Lib. 1. Attic. Lect. cap. 15. *Gebhardus.* Sic vocabantur cohortes Lacedaemoniorum. v. Ind. *Boſius.*

6 *Lacedaemoniorum*] Ita & alii, mox nominandi, praeter unum *Pauſaniam*, qui moram Amyclaeorum a Lacedaemoniis domum dimiſſo-

xime tota celebratum eſt Graecia. [1] Iterum eodem bello omnes copias eorum fugavit. quo facto magnam
4 adeptus eſt gloriam. [2] Quum Artaxerxes Aegyptio regi bellum inferre [3] voluit, Iphicratem ab Athenienſibus [4] petivit ducem, quem praeficeret exercitui [1] con-

rum, cujus & *Xenophon* meminit, trucidatam ſcribit.

7 *Interfecit*] Pro *intercepit*. Alii libri *interfecit*, quod ſupra Ariſtide probavi & explicavi. *Gebhard.* Sic Mſſ. Dan. Put. Schottti, Leid. itemque Ed. Ven. ac ultima Boecl. & e veſtigiis Bavarici 1. qui *interfuit* exhibebat. *Schoppius veriſimil* 4, 18. Videnturque favere *Pauſanias Laconicis*, *Aeſchines adverſus Cteſiphontem*, *Plutarchus libro*, *bellone an pace clariores fuerint Athenienſes*; ac prolixe *Xenophon hiſt. Gr.* 4. qui omnes cohortem eam, aut magnam ejus partem, occiſam, ajunt. Praeterea ſimiliter 3, 2, 1. *barbarorum exercitus interfectus* dicitur. Nondum tamen a me imperrare poſſum, ut plane rejiciendum, ac a librariis profectum putem τὸ *intercepit*, quod in optimo libro *Savaronis*, Bavarico 2. ac plerisque edd. vett. repertum eſt. Neque enim tam vulgo notus fuit elegantiſſimus vocis hujus uſus, ut credibile ſit, eam ab imperitis librariis pro notiſſima ſuppoſitam. Et *intercipi* quoque dicuntur copiae, quas ex improviſo deprehenſas hoſtis, antequam deſtinata perficiant, opprimit, deletque: quod huic morae accidiſſe, *Xenophon* & *Pauſanias* docent. Tacitus Agric. 5, 4. *trucidati veterani*, *incenſae coloniae*, intercepti *exercitus*. Neque enim adſentire poſſum viro optimo, *interſepti* legenti. Reſpicit *Tacitus* id quod Ann. 14, 32, 7. narraverat, *victorem Britannum Petilio Ceriali, legato legionis nonae, in ſubſidium* veteranis coloniam Camalodunenſem incolentibus *adventanti*, *obvium*, *fudiſſe legionem*, *&*, *quod peditum*, *interfeciſſe*. Idem c. 28. 4. de cohorte Uſypiorum patriam repetente: *pro praedonibus habiti*, *primum a Suevis*, *mox a Friſiis* intercepti *ſunt*. Florus 3, 4, 4. de Scordiſcis: *Non fuſus ab his*, *aut fugatus*, *ſed omnino totus* interceptus *exercitus*, *quem duxerat Cato*. De navibus hoc ſenſu Juſtinus 4, 1, 16. *a coeuntibus in ſe promontoriis* Italiae Siciliaeque, *ſolida* intercipi *abſumique navigia*. De uno homine Suetonius Julio c. 20: intercepiſſe *veneno indicem creditur*. Et Tacitus de Agricola, cap. 43, 3. *Augebat miſerationem conſtans rumor*, *veneno* interceptum. E quibus locis manifeſtum eſt, eleganter & more veterum ſcriptorum *interceptam* dici *moram*, quae in via praeter opinionem oppreſſa & magnam partem caeſa fuit. Non contendam tamen cum quoquam, cui potior videbitur lectio altera. *Boſ.* *Intercepit* Leid. & Voſſ. A. & ita legendum eſſe docet cl. Dukerus ad Florum lib. 3. cap. 4. §. 4.

8 *Quod maxime*] Sic Mſſ. Dan. & alii. *Longolius* una voce auctius: *quod ipſum maxime*. Boſius.

1 *Iterum eodem bello*] Nec ubi, nec quando hoc praelium commiſſum, uſquam reperire ſe, ait *Lambinus*, niſi forte id ſignificet, quod narrat

¹ conductitio, cujus numerus ² duodecim millium fuit. ³ quem quidem ſic omni diſciplina militari erudivit, ut, quemadmodum quondam *Fabiani* milites Romani appellati ſunt, ſic *Iphicratenſes* apud Graecos in ſumma laude fuerint. ⁴ Idem ſubſidio Lacedaemoniis pro-

narrat *Xenophon 6. de reb. Graec.* non longe admodum a principio, Iphicratem decem triremibus, quae a Dionyſio Lacedaemoniis Anippo duce ſubſidio mittebantur, non longe a Cephalenia una cum viris omnibus interceptis, & navibus xc. ex Corcyra adſumtis, in Cephaleniam navigaſſe, & ab illius inſulae civitatibus pecunias partim libentibus obtinuiſſe, partim invitis extorſiſſe, iisque rebus geſtis agros Lacedaemoniorum populatum eſſe ac vaſtaſſe, urbesque adverſariorum Athenienſibus voluntarias adjunxiſſe: quae noluerint ſe dedere, iis bellum intuliſſe. Sed dubito, an hoc ſit *omnes Lacedaemoniorum copias fugare*: quibus verbis haud dubie praelium aliquod indicatur. *Boſius.* Pro *Adeptus eſt gloriam* Voſſ. A. *Adeptus gloriam.*

2 *Cum Artaxerxes Aegyptio regi*] Acori, qui bellum adverſus Perſas comparabat. v. *Diodor* 15. Meminit expeditionis hujus *&* *Polyaenus* 3. *in Iphicrate, comm.* 38. Boſius.

3 *Voluit*] Q. edd. *voluiſſet.* Boſius. Voſſ. A. *noluit* Pro *petivit ducem* Voſſ. A. *ducem petivit.* B. *ducem petit.*

4 *Petivit ducem*] Diodorus l. 15. ὃς ἀνὴρ ὢν μετάπεμπτος ἐπὶ τὴν στρατηγίαν ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐπεδέχθη διὰ τὴν ἐν τῷ στρατηγεῖν ἀρετήν. Gebhardus.

1 *Conductitio*] Mercede collecto, non domeſtico. Curt. L. 3. princip. *Ad conducendum ex Peloponneſo militem Cleandro cum pecunia miſſo.* Ibid. cap. 6. *Argentum iſtud atque aurum, ad* conducendum *militem mitte. Conducere* ergo eſt Graecorum ξενολογεῖν vel ξένους μισθοῦσθαι. Infra Datame, *ex Graecia* conductorum *tria millia.* Gebhardus. Mſſ. Magio, Savaroni, Danieli, aliisque viſi; & Bavar. 1. ſuffragantibus plerisque editoribus nuperis *conductitio.* Sic *conductitias catervas* dixit 11, 1. 2. vulgo & in Bavar. 2. erat *conducto.* Graecos intelligi, inde apparet, quod Diodorus eos *barbaricis*, quibus Pharnabazus praeerat, opponit. *Boſius.* Voſſ. A. *conducto.* item Leid.

2 *Duodecim millium*] Imo 20000. ſi *Diodoro* credimus *Boſius.*

3 *Quem quidem*] Voſſ. B. *quosque.* pro *omni diſciplina* Idem *omnium diſciplina*, ſed in marg. notatum erat; *al. omni diſciplina.* Pro *fuerint* Leid. & Voſſ. A. B *fuerunt. In ſumma laude eſſe* proba eſt locutio pro ſummis efferri laudibus, tota Graecia fama celebrari maxime. vide cl. Cort. ad Ciceron. Lib 2. ad Fam. Ep. 3. n. 5. Quanto opere vero Romanis Atticorum dictiones placuerint, vel ex hac ipſa patet phraſiologia. Sic enim Herodotus L. 3. cap 74. ἐόντα ἐν αἴνῃ μεγίστῃ τῇ Περσέων ἐν Πέρσῃσι. Et ita paſſim ἐν τιμῇ εἶναι, γινέσθαι pro *honorari.* Vide cl. Perizon. ad Aelian. L 2 V. H. cap. 32. n. 7.

4 *Idem ſubſidio Laced. prof.*] Poſt cladem Leuctricam, victoribus

The-

profectus, Epaminondae retardavit [1] inceptus: nam niſi ejus adventus appropinquaſſet, non prius Thebani Sparta abſceſſiſſent, quam captam incendio deleſſent.

CAP. III.

1 Fuit autem [2] & animo magno, & corpore, imperatoriaque forma, ut ipſe aſpectu cuivis injiceret ad-

Thebanis, quorum dux erat Epaminondas: qua accepta Lacedaemoniorum opes afflictae ſunt. *Lambinus.* Admiranda heic cum fortunae viciſſitudo, dum Spartani auxlium ab Athenienſibus petunt, quorum paullo ante muros diruerant, totamque urbem exſcindere voluerant: tum magnitudo animi Athenienſium, qui priſtinarum injuriarum immemores, nec potentia Thebanorum deterriti, auxilium non denegant. quod, hac re commemorata, obſervavit *Diodorus Siculus* 15. Boſius.

1 *Inceptus*] Vulgo editur *impetus.* Sed in Mſſ. Schotti diſerte fuit *incoeptus*: quomodo & e ſuis codd. legunt *Savaro*, & *Giſanius in Obſervation. Ling. Lat. pag.* 114. Etiam Exc Dan. *interceptus* habent, quod ſine dubio ex altero corruptum. Itaque non dubitavi ſcriptam lectionem reponere. Dictum vero, ut *amiſſus*, & ſimilia, de quibus diximus ad 7. 6. 2. Alibi *incepta* dixit. v. Ind. *Boſius.* Leid. *inceptus.* Voſſ. A. *incoeptus.* Vide & Boſium ad Ciceronem L. 4. ad Atticum Ep. 2. *Si neque populi juſſu, neque plebis ſcitu* pro *ſcito.* Sic *auſus* pro *auſum.* v. cl. Burm. ad Ovid. xi. Meram 242. & conſule, quos laudat cl. Oudendorpius ad Front. L. 2. Strateg. cap. 5. n. 113.

2 *Et animo magno & corpore, imperatoriaque forma, ut ipſo adſpectu cuivis injicer. admirat. ſui*] Corporis dignitas duci admirationem tam apud ſuos, quam apud hoſtes conciliat. Tacitus 13, 8, 4. *Ne ſi ad accipiendas copias Syriam intravisſet Corbulo, omnium ora in ſe converteret, corpore ingens, verbis magnificus, & ſuper experientiam ſapientiamque etiam ſpecie inanium validus.* De Caecina idem 2. H. 30, 3. Claudianus 1. de laudibus Stiliconis:

Jam tunc conſpectus, jam tunc venerabilis ibas,
Spondebatque ducem celſi nitor igneus orbis,
Membrorumque modus, qualem nec carmina fingunt
Semideis quacunque alte graderere per urbes.
Cedentes ſpatiis aſſurgentesque videbas.

Julius Capitolinus de Pertinace c. 12. *Fuit autem ſenex venerabilis, immiſſa barba, reflexo capillo, habitudine corporis pinguiore, ventre prominulo, ſtatura imperatoria.* Juſtin. L. 13. cap. 1. de Amicis Alexandri. Gebhard Livius 28. de Maſiniſſa: *Ceperat jam ante Numidam ex fama* [illegible] *rerum*

admirationem ſui. [1] Sed in labore [2] remiſſus nimis, 2
parumque patiens, ut *Theopompus* memoriae prodidit: bonus vero civis, fideque magna. quod cum in aliis rebus declaravit, tum maxime in Amyntae Macedonis liberis tuendis. Namque [3] Eurydice mater Perdiccae

rerum geſtarum admiratio viri (P. Scipionis) *ſubſtitueratque animo ſpeciem quoque corporis amplam ac magnificam.* Ita eſt, ut *Tacitus* ait, Hiſt. 1, 7, 5. *Imperatores forma ac decore corporis mos eſt vulgi comparare.* Sed maxime commendatur forma ex dignitate conſtanti, de qua *Vellejus* 2, 29, 4. & in eum Boeclerus *Loccenius.* Quae his Trebellii Pollion. verbis recte explicantur. *ea corporis magnitudine, ut dignus videretur imperio.* Loquitur de Celſo. Spartianus de Aelio Vero ſcribit, *eum fuiſſe pulchritudinis regiae.* & in Pertinace pro *imperatoria forma* dicit, *ſtatura imperatoria.* Ernſtius

1 *Sed in labore remiſſus nimis, parumque patiens*] Inſignem heic contradictionem deprehendiſſe ſibi viſus eſt Nobiliſſ. *Barthius in comm. ad Statii Thebaid.* 5, 145. Neque enim hoc convenire ait cum iis, quae *initio vitae hujus* ſcribuntur: ac minime *remiſſi & laboris impatientis* hominis eſſe ita inſtruere, docere, conſtituere militem. Praeterea ab ſtrenuiſſimo & exercitatiſſimo duce Iphicrate hanc notam amoliri ipſius ſermonem, quo pigritiae in agendo, celeritatis in loquendo arguit Pharnabazum, apud *Diodorum Sicul.* 15. dicens *ſe mirari, quomodo in ſermonibus quidem celer, in operibus autem tardus eſſet.* Quomodo enim, quo ore, qua fronte tanto barbaro ſuum vitium exprobrare auſum, niſi ipſemet laboris & ſtrenuitatis ſibi conſcius fuiſſet? Mentitum itaque malignum ſcriptorem *Theopompum*, &, qui malignantem ſequatur, auctorem noſtrum. De *Theopompo* non pugnabo: potuit is heic quoque *maledicus* eſſe, at non ideo mentitus fuerit & Noſter, qui haec fide illius refert, neutiquam ſuum judicium interponens: ſatisque cavit ſibi, cum addidit, *Theopompum ita memoriae prodidiſſe*; quam *maledicentiae* jam ſupra 7, 11, 1. arguerat. Forraſſe tamen nec *Theopompus* mentitus eſt. Neque enim ex iis, quae *ſub initium vitae hujus* narrantur, efficitur, ut Iphicrates laborum valde patiens fuerit. Potuit *diſciplina militari nobilitari*; potuit *ſaepe exercitibus praeeſſe, conſilio valere, copias exercitatas habere, omnique diſciplina militari erudire*; & tamen *in labore remiſſus nimis parumque patiens eſſe.* Nec enim haec inter ſe pugnant. Pharnabazo autem non *impatientiam laboris*, ſed *tarditatem* exprobravit: quae duo diverſa vitia eſſe, nemo negaverit. *Boſ.*

2 *Remiſſus nimis*] Exc. Dan. transponunt, *nimis remiſſus.* moxq. edd. *declaraverit*; ſed libri meliores *declaravit.* Boſius. Leid. & Voſſ. P. *declaravit.* Pro *Amyntae* Voſſ. A. & B. *Amynthae.* Pro *Eurydice.* Leid. *Erudice* Voſſ. A. *Euridice.* Pro *Perdiccae* Voſſ. A. *Predicae.* Pro *liberis* Leid. & Voſſ. A B. *pueris.* & pro *Iphicratem* Voſſ. B. *Iphicratem.*

3 *Eurydice*] Explicatius haec *Aeſchines*

by Google

cae & Philippi, [1] cum his duobus pueris, Amyntà mortuo, ad Iphicratem confugit, ejusque opibus defenſa eſt. [2] Vixit ad ſenectutem, placatis in ſe ſuorum ci-
3 vium animis. [3] Cauſſam capitis ſemel dixit, [4] bello ſociali, ſimul cum Timotheo, eoque judicio eſt [5] abſolutus.

ſchines Orat. de falſa legat. haud longe a principio. Boſius.

1 *Cum his duobus pueris*] Habuit tamen ex Amynta tres filios, Alexandrum, Perdiccam & Philippum, Alexandri magni Macedonis patrem, & filiam Euryonem. Juſtin. Lib. 7. cap. 4. *Ernſt.*

2 *Vixit ad ſenectutem, placatis in ſe ſuor. civ. animus*] Cauſſam habes apud *Cl. Boecl. Comment.* p. 67. Boſ.

3 *Cauſſam capitis ſemel dixit, bello ſociali*] Accuſatus proditionis, quod Chareti collegae, ſocios rebelles adorturo, obſequi noluiſſet, *infra* 13, 3, 4. *Diodorus* 16. Meminere accuſationis hujus a Charete & Ariſtophonte inſtitutae, & *Ariſtoteles Rhetor* 2, 23. *Quinctilianus inſtit. orat.* 5, 12. *Plutarchus in Apophthegm. regum & ducum* pag. 187. *Polyaenus* 3. *comm* 29. ac fortaſſis & *comm.* 15. & 16. Εἰσαγγελίας reum fuiſſe, rationemque imperii militaris reddere juſſum, ait *Dionyſius Halicarnaſſeus libro de antiquis Oratoribus Atticis*, in Lyſia: ἐν τῷ συμμαχικῷ πολέμῳ τὴν εἰσαγγελίαν Ἰφικράτης ἠγώνισαι, καὶ τὰς εὐθύνας ὑπέσχηκε τῆς στρατηγίας, ὡς ἐξ αὐτοῦ γίνεται τοῦ λόγου καταφανές. E quo loco ſimul apparet, apologiam ejus *Dionyſii* aetate ſuperfuiſſe. Qualis autem fuerit εἰσαγγελίας δίκη, ex *Harpocratione*, *Polluce* 8, 6. *Demoſthene orat. contra Timocratem*, & *orat. in Euergum & Mneſibulum* docet *Petitus Commentar. in Leges Attic* 7, 13. Nuperus annotator ait, *Pauſaniam Boeoticis hanc cauſſae hujus dictae cauſſam allegare, quod ſucceſſori exercitum non tradidiſſet.* Nollem factum. De Epaminonda enim, non de Iphicrate, *Pauſanias* refert, eum cauſſam capitis dixiſſe, διότι ἐβοιωτάρχησεν ἐξήκοντος ἤδη τοῦ χρόνου. quod etiam Noſter 15, 8. narrat. Et quomodo βοιωταρχεῖν, ultra permiſſum tempus Iphicrates potuit, qui nunquam Boeotorum; ſed ſemel Perſarum, plerumque Athenienſium, & quidem contra Boeotos ipſos ſive Thebanos, (ut vel e *cap.* 2, 5. cognoſcere eſt) aliquando dux fuit? ſcio, quid viro docto erroris hujus occaſionem praebuerit: ſed eum facile praecavere poterat, ſi Graecum textum inſpexiſſet. quamquam & Latina verſio ſatis plana eſt. *Boſius.*

3 *Cauſſam capitis ſemel dixit*] Non pugnant haec cum iis, quae tradit *Diodorus* 15. Iphicratem accuſatum eſſe a Pharnabazo; quod ejus culpa Aegyptum capere non potuerit. Non enim dicit *Diodorus*, Iphicratem reum fuiſſe, & cauſſam dixiſſe apud cives ſuos, accuſante Pharnabazo: ſed primum, miſſos eſſe legatos a Pharnabazo, qui Iphicratem accuſarent; deinde, Athenienſes Perſis reſpondiſſe, ſe de Iphicrate ſupplicium ſumturos, ſi eum peccaſſe comperiſſent; poſtremo, ipſos Iphicratem brevi poſt tempore claſſi praefeciſſe. *Lambinus.*

3 *Cauſſam dixit*] De Iphicratis elo-

lutus. Meneſthea filium reliquit, [1] ex Threſſa natum, [2] Coti regis filia. Is quum interrogaretur, utrum [3] pluris patrem matremne faceret; matrem, inquit. [4] Id quum omnibus mirum videretur: at ille, merito, inquit, facio. Nam [5] pater, quantum in ſe 4

eloquentia plura e *Dionyſio Halicarnaſſeo* atque *Ariſtide* περὶ τοῦ παραφθέγματος colligit *Muretus 7. Var. lect.* 32. Schottus.

4 *Bello ſociali*] In quod inciderunt Athenienſes, cum Chii, Rhodii, Coi & Byzantini ab iis deſciviſſent, ut *Diodorus* tradit. Ejus mentio & *in Chabria c.* 4, 1. Buchnerus.

5 *Abſolutus*] Cauſſam apud cives ſuos ſimul cum Timotheo dixiſſe Iphicratem, & multatos eſſe, tradit *Diodorus lib.* 26. *Polyaenus* cum Noſtro congruens, Iphicratem & accuſatum eſſe ſignificat, & abſolutum. *Lambinus*. Quo ſtrategemate judicum ſit ſententia abſolutus, refert *Polyaenus lib.* 3. *Strateg.* ac de Latinis *Seneca rhetor lib* 7. *Excerpt. declamat.* 5. Schottus.

1 *Ex Threſſa natum*] Expellatur illud *natum*: ignotum libris antiquis, ſcribendum quoque *Coti*, quod Nepos Graecolatina terminatione formet. Sic in Timotheo libri Mſ. *Adverſum Cotum bella geſſit*. Gebhard. Alii codd. (ut Bavarici) *Tharſa*: nonnulli vero *Thraſa* habent. *Magius*. *Longolius* ipſum quoque Iphicratem Threſſa matre natum vult, ſeductus corrupta lectione loci *Senecae lib. de conſtantia ſapientis c.* 18. ubi vulgo legitur, *At Iphicrates, cui mater barbara & Threſſa objiciebatur*. ſed e Mſſ. melioribus & Laertio legendum, *Antiſtheni mater barbar. &c.* jam *Lipſius* monuit. Turpius adhuc lapſus eſt *Schottus*, qui hunc *Senecae* locum ad filium Iphicratis retulit. Ceterum τὸ *natum* aberat ab ed. Ultraject. judicio *Schotti* & *Gebhardi* recte. ſed ita plane & alibi loquitur. 15, 10, 2. *qui talem ex te natum relicturus ſis*. Boſius. Pro *Meneſthea* Leid. Voſſ. A. & B. *Meneſta*. Pro *Threſſa* Voſſ. A. *Tharſa*. Leid. & B. *Tarſa*.

2 *Coti regis filia*] Cujus, generi ſui, imperium quomodo adverſus ipſos Athenienſes defenderit, quamque nullam ab eo gratiam retulerit, narrat *Demoſthenes orat. adverſ. Ariſtocratem, pag.* 447. Convivium nuptiale ex *Anaxandride* deſcribit *Athenaeus* 4, 3. Recte a. Mſſ. *Coti*. v. ad 2, 1, 1. *Boſius*. Leid. & Voſſ. A. *Cothi*.

3 *Pluris*] Dan. & Bavar. 1. *plus*. mox *Longolius an matrem*: ed. ult. Boecl. *matremve*. Sed *matremne* Dan. & *Lambin*. Voſſ. B. *utrum plus patrem matremve faceret*. Pro *matrem, inquit*. Leid. *patrem, inquit*.

4 *Id quum omnibus mirum videretur: at ille, merito, inquit*] Aberant haec a Mſ. Bavar. 1. credo, ob repetitionem τοῦ *inquit*. Boſius.

5 *Pater quant. in ſe fuit Thracem me gen.*] Senſus iſte: pater quantum in ſe fuit, Thracem potius quam Athenienſem ideo genuit, quia e barbaris uxorem duxit: mater autem non ex ſuo ſanguine Thracem, ſed ex Athenienſis viri complexu Athenienſem gignere ſtuduit.

ſe fuit, Thracem [1] me genuit: [2] contra ea mater Athenienſem.

duit. Perſtringit patris cum barbara matrimonium: cujus ſolius ſit ea culpa, non matris; ſi quid hic indignum moribus Graecorum aut opprobrio: obnoxium objiciebatur enim Iphicrati, quod matrem haberet *Threſſam.* Boeclerus Simile reſponſum Timothei apud *Athenaeum* 13, 5. qui cum aliquando irrideretur, quod matre Threſſa & meretrice genitus eſſet: reſpondit: ϗ χάριν γε αὐλῇ οἶδα, ὅτι δὲ αὐτὴν Κόνων☉ εἰμὶ υἱός. *Boſius.* Locum Athenaei adduxerat jam Gebhardus. Pro *pater* Leid. *mater.*

1 *Me genuit*] Mſ. Bavaricus vetuſtior: *me genuit, creavit.* An igitur *τὸ genuit* gloſſema eſt, auctor autem ſcripſit *me creavit*, eodem ſenſu? quomodo hac voce ſubinde veteres uſi. Livius 1, 3. *Silvius Aeneam filium creat; is deinde Latinum Silvium.* Phaedrus 1, 7, 9. *Quidnam futurum eſt, ſi crearit liberos?* Idem 3, 16, 11. *quum crearet maſculus, Beneficium magnum ſane natali dedit.* Virgilius Aen. 10, 705. *Et face praegnans Ciſſeis regina Parim* creat. Ibid. v. 543. *Vulcani ſtirpe* creatus. v. 517. *Sulmone* creatos *quattuor hic juvenes &c.* Florus 1, 6, 1. *Nec obſcuritas inhibuit, quamvis matre ſerva* creatum. Boſius. Leid. & Voſſ. A. *genuit vel creavit.* Verbum vero *creare*, ſi ita legendum ſtatuas, & de patre & de matre adhibet Noſter, & certe de utroque dicitur. Vide cl. Burmann. ad Phaedrum Lib. 1. fab. 6. & ad L. 3. f. 15. v. 14.

2 *Contra ea*] Sic Dan. Alii, *contra.* Boſius. Voſſ. A. *contra ea.* Pro *mater* Leid. *pater.*

XII.

XII. CHABRIAS.

Cap. I.

[1] CHABRIAS ATHENIENSIS. Hic quoque in ſummis habitus eſt ducibus: resque multas memoria dignas geſſit. Sed ex his elucet maxime inventum ejus [2] in praelio, quod apud Thebas fecit, quum [3] Boetiis ſubſidio veniſſet. Namque [4] in eo victoria fidente ſummo duce Ageſilao, fugatis jam ab eo conductitiis catervis, reliquam phalangem [5] loco vetuit 1 2

1 CHABRIAM amplius narraverunt *Diodorus Siculus* 15. & 16. *Xenophon hiſt. Graec.* 5. *Plutarchus in Phocione. Demoſth. contra Leptin. Polyaen.* 2. *Athenaeus* 12. *Frontin.* 1, 4, 14. & 2, 12, 12. Boecl.

2 *In praelio, quod ap. Thebas*] De quo *Diodorus libro* 15, 32. *Polyaenus* 2. *in Ageſilao num.* 2. Boſius.

3 *Boeotiis*] Leid. & Voſſ. A. B. *Boetiis.*

4 *In eo victoriae fidente ſummo duce Ageſilao*] Sic *Lambinus* edidit, cum in omnibus vulgatis legeretur, *in ea victoria fidentem ſummum ducem Ageſilaum.* Et vix aliter legi poteſt. nam τῷ *ea* nullus heic locus: cum nihil de victoria Ageſilai praeceſſerit Immo nondum is vicerat. Legendum igitur, *in eo; praelio* ſcilicet, quae vox praeceſſerat. *Victoria fidere* eſt, ut recte *Lambinus* interpretatur, victoriam ſibi promittere, certam de victoria fiduciam concipere. v. Ind. Boecleri codex habet: *in ea auctoritate fidentem ſummum ducem Ageſilaum.* An legendum: *in eo auctoritate fidente &c.* Sed magis placet emendatio *Lambini*, tot codicum conſenſu nixa. *Boſius.* Leid. & Voſſ. A. *In ea victoria fidentem ſummum ducem Ageſilaum* B. *in ea auctoritate fidentem ſummum ducem.* Pro *phalangem* Voſſ. B. *phalangen.*

5 *Loco vetuit cedere*] *Polyaenus* μὴ προδραμεῖν, ἀλλὰ μένειν ἡσυχῇ. *Boſ.*

6 *Obnixoque genu ſcuto*] I. e. obfirmato genu ad ſcutum. Videtur a Probo dictum eſſe obſcurius, quod expreſſit *Diodorus* 13. καὶ τὰς ἀσπίδας πρὸς τὸ γόνυ κλίναντας; & *clypeis ad genu acclinatis.* Et *Polyaenus* [ex emendatione *Caſauboni*] τὰς ἀσπίδας πρὸς γόνυ προσερεισαμένους, *clypeis ad genu firmiter acclinatis.* Planius explicatiusque dixiſſet, *obnixo genu in ſcutum.* Lambinus. *Polyaenus* 2. *Strateg* 2. στάσιμον σχῆμα τῆς μάχης, *ſtatariae* vel *ſtabilis pugnae figuram* appellat. Hinc putat *Lambinus* fluxiſſe inſtitutum militum Romanorum, ut triarii genibus flexis intra ſcuta ſubſiderent. Ad teſtimonium citat illud *Vegetii L. de re milit.* 20. *Triarii genibus flexis intra ſcuta ſolebant ſubſidere.* Scopum & fructum hujus rei addit Vegetius: *ne ſtantes vulnerarentur,*

vetuit cedere, [6] obnixoque genu ſcuto, [1] projecta-
[que] haſta impetum excipere hoſtium docuit. [2] Id
novum Ageſilaus contuens, [3] progredi non eſt auſus,
3 ſuosque jam incurrentes [4] tuba revocavit. Hoc uſ-
que eo [5] tota Graecia fama celebratum eſt, ut illo
ſtatu

venientibus telis, & ut, cum neceſſitas poſtulaſſet, tanquam recreati a labore, vehementius hoſtes invaderent. Vel, ut 2, 16 ſcribit, *ſi prima acies eſſet victa, ab his quaſi de integro repararetur pugna.* Sed alia & diverſa heic ratio triariorum Romanorum, alia Graecorum militum ex inſtituto Chabriae erat. quod etiam *Stewechius* in *comment. ſuo ad dictum lib.* 2, *cap.* 16. *Vegetii* vidit; unde ait: *Sed ſtrategema illud* (Chabriae) *triariis Romanis quidam vir doctus* (per hunc *Lambinum* ſignare videtur) *accommodare voluit.* Sed errare ipſum ex hoc loco facile intelligere eſt. Quod quum *Stewechius* fuſius non oſtendat, ego explicatius dabo. Milites Chabriae obnixo genu ſcuto protenſa haſta ſtabant, ut eo commodius hoſtilis phalangis impetum exciperent & ſuſtinerent: quod etiam *Polyaenus* dicto loco confirmat. Triarii vero Romani genu dextro innixi, ſiniſtro crure porrecto, ſcuta innixa humeris, haſtas ſub erecta cuſpide in terra fixas tenentes, ſub vexillis conſidebant: dum vel haſtati, qui primi pugnam inibant, vel principes, qui robuſtioris aetatis, & a principio gladiis pugnabant, cum hoſte dimicabant: quorum ſubſidio, tertio ordine diſpoſiti erant, & in eorum vicem locumque parati. Si apud haſtatos ac principes parum proſpere pugnatum eſſet, tunc demum triarii ad nutum ducis conſurgebant ad pugnandum. Triarii enim erant veterani ſpectatae virtutis, ad quos rebus ferme deſperatis velut ad extremum ſubſidium refugiebant, ut obſervat *Dionyſius Halicarn.* 5. *Antiq. Rom.* 15. & 8: 98. Inde *rem ad Triarios rediiſſe*, cum laboratur, proverbio increbuit, ut praeter *Lipſium Valtrinus* 5. *de milit. R.* 3. docet. Haec ergo tam diſtincta & diverſa confundi non debent, nec alterum ab altero deduci. *Loccenius.*

1 *Projectaque haſta*] Si locus emendatus eſt (ut mihi quidem videtur) *projecta* poſitum pro *porrecta*, ſeu *ante erecta*, προβεβλημμένης ἀσπίδος. Sic *Siſenna lib.* 2. apud *Macrob.* 6, 4. *ſcutis projectis.* Idem: *projectis ramis. M. Tullius* de ſignis: *ſed quod erat ejusmodi loco, & ita* projecta *in altum. Idem* in orat. ad Q. fratrem lib. 3. *brachium procerius* projectum, *quaſi quoddam telum orationis.* Quidam legi volunt *porrecta.* Ego nihil muto. *Lambinus. Polyaenus* dixit τὰ δόρατα ὀρθὰ προτεινομένους: *Diodorus* ἐν ὀρθῷ τῷ δόρατι μένειν. Mſſ. Dan. & Boecl. *projecta haſta*, abſque copula. Et poteſt abeſſe. *Barthius* conjiciebat leg. *ſcutoque projecto, haſta imp. exc.* Sed repugnant *Diodorus* & *Polyaenus*, qui clypeos ad genu acclinatos dicunt. *Boſius.* Leid. Voſſ. A. & B. *Projecta haſta. Projicere haſtam* i. e. protendere. Graecis προβάλλεσθαι vid. Celeb. Perizon. ad Aelian. L. 2. V. H. cap. 44. hinc *projectus* pro *extento*,

ſtatu Chabrias ſibi ſtatuam fieri voluerit, quae publice ei ab Athenienſibus [1] in foro conſtituta eſt. Ex quo factum eſt, ut poſtea athletae, [2] ceterique artifices [3] his ſtatibus in ſtatuis ponendis uterentur, [4] in quibus victoriam eſſent adepti.

tento, antejacto, prono. Vide Celeb. Burmann. ad Valer. Flaccum L. 4. Argon. vſ. 268.

2 *Id novum Ageſilaus contuens*] Sic reſcripſi auctoritate codicum Dan. Leid. & Boecler. Etſi poſtremus aliquot vocibus auctior, habet: *Id novum cernens, Ageſilaus, contuens id. pregr. n. e. a.* Adſcripſerat aliquis in ora *cernens*, explicaturus τὸ *contuens*. Id poſtea textui, & alieno quidem loco, intruſum eſt. Eſt autem *contuens* idem ac contemplatus, ſpeculatus, accurate & veluti fixo oculo inſpiciens. Sic *contueri ſolem immobilibus oculis*, *Plinius* dixit *N. H.* 7, 2. Boſius. Voſſ. B. *Id novum cernens Ageſilaus contuens.*

3 *Progredi non eſt auſus*] Non ex ignavo timore, ſed quod militaris artis eſſet, hoſtium robur cavere; ut *Polyaenus dicto loco* refert. Equidem non minor eſt prudentia cedendi tempus noſſe, ſi non tantis viribus valeas; aut, ſi ſubita quaedam ac nova militi objiciantur, quibus inſuetus facile turbari poſſit; quam pugnandi tempus perſpicere, ſi vires & caetera recte reſpondeant. *Polybius lib.* 1. legendus. *Loccen.*

4 *Tuba revocavit.* σάλπιγγι ἀνεκαλέσατο. Gebh.

5 *Tota Graecia*] Libri P. Danieli inſpecti *Eo tota Graecia fama celebratum eſt.* Gebh. Sic Mſſ. Et ſimiliter locutus *praef.* 5. & 11, 2, 3. Alii, *in Graecia*, quod etiam nuperrima editio Belgica retinuit. *Boſius.* Leid. Voſſ. A. & B. *Tota Graecia fama celebratum eſt.* mox *ſibi* abeſt a Leid. & Voſſ. A.

1 *In foro*] Veteri ſcilicet, ubi & aliae illuſtrium virorum ſtatuae & *omnia rerum praeclararum* (ut *Aeſchines* ait *adv. Cteſiph*) *monumenta collocata.* vide *Meurſii Ceramicum geminum cap.* 16. Boſius.

2 *Ceterique artifices*] Scenicos & muſicos ſive Dionyſiacos atque pantomimos intelligi, ait *Pet. Faber lib.* 2. *Agoniſtic. fine capitis* 20 Boſ.

3 *His ſtatibus in ſtat. pon. ut*] Mire vetus meus liber confirmat Claudii Puteani emendationem, quam Lambinus acceptat, una tamen voce mutata ita legit; *iiſdem ſtatibus in ſtatuis ponendis uterentur, in quibus victoriam eſſent adepti.* Non quod omnes victores obnixo genu ſcuto projectaque haſta fingi voluerint, ſed unusquisque eo in ſtatu, in quo fuerat, cum victoriam obtinuerit. *Ernſtius.* Mſ. Ernſtii: *iisdem ſtatibus in ſtatuis pon. ut.* Bavar. vetuſtior: *his ſtatuis pon. ut.* Pleríque alii: *his ſtantibus ſtatuis.* Boſius. Leid. Voſſ. A. & B. *ſtantibus.*

4 *In quibus victoriam eſſent adepti*] Sic recte emendavit *Claud. Puteanus*, probantibus *Lambino* & *Pet. Fabro l. c.* Confirmatque hanc correctionem & e ſuo codice *Ernſtius*, in quo diſerte ſcriptum, *in quibus.* Vulgati, etiam optimi coeteroqui, codices habent: *cum victor. eſſ. ad.* quod plane ineptum eſt. Quis enim credat, omnium artificum ſtatuas eo ſtatu effictas, qui non niſi militi

CAP. II.

1 Chabrias autem multa in Europa bella adminiſtravit, quum dux Athenienſium eſſet: [1] in Aegypto ſua ſponte geſſit. nam [2] Nectanebum adjutum profectus, regnum ei conſtituit. [3] Fecit idem Cypri,
2 [4] ſed publice ab Athenienſibus Euagorae adjutor datus: neque prius inde diſceſſit, quam totam inſulam bello

militi aut gladiatori vel pugili conveniebat? aut omnes etiam gladiatores talibus ſtatuis fictos, quali Chabrias? Id tantum imitati ſunt, ut quo quiſque ſtatu viciſſet, eo ſibi vellet fieri ſtatuas. Eruditiſſimus, nobisque amiciſſimus vir, *Jo. Schefferus* idcirco putabat pro *cum* ſcribendum *quomodo*; ſuſpicatus initio fuiſſe *quom.* cum adjecto puncto. Quid ſi a *Nepote* ſcriptum ſit, *in quibus fuiſſent, cum victor. eſſ. ad*? ut a librariis alibi illa *in quibus*, alibi τὸ *cum*, ubique verbum *fuiſſent*, aut ſimile aliud, omiſſum fuerit? *Boſius.* Leid. pro *in quibus*, *cum.* Voſſ. A. *quum* B. *cum.*

1 *In Aegypto ſua ſponte geſſit*] Ediderat Longolius *ſua ſp. quaedam geſſ.* Inde confeſtim *Lambinus*, homo ad mutandum εὐμεταφορώτατος, *multa* intruſit. Neutrum vero neque *multa*, neque *quaedam* agnoſcunt libri calamo picti. illud *multa* ex praecedenti intelligitur. *Gebh.* Mſ. Vet. in contraria heic currit omnia, dum legit. *nulla in Aegypto ſua ſp. geſſ.* verum contra fidem hiſtoricam. Credo igitur Nepotem ſcripſiſſe: *nonnulla in Aegypto ſua ſponte geſſit.* Quae Lambinus mutavit in *multa.* Non enim addit, unde hanc vocem ſumſerit. *Ernſt.* Aberat utrumque editionibus Aldi ac Jenſonis, itemque Mſſ. Magii, Danielis, Leid. Boecl. Bavarico utroque & Ernſtiano. Itaque non dubitavi expungere. Ernſtianus tamen praefixum habebat *nulla.* Unde ille *nonnulla* faciebat. Bavaricus antiquior: *in Aeg. bellum ſua ſp. g* Utrobique ſcilicet librarius, qui non vidit, aut τὸ *multa* e praecedentibus repetendum, aut *bellum* ſubaudiendum eſſe, de ſuo ſupplere voluit, quod deeſſe opinabatur. *Boſius. Multa* abeſt a Voſſ. A. B. & Leid.

2 *Nectanebum*] *Plutarchus in Ageſilao* Νεκτάναβιν perpetuo vocat. *Polyaenus lib* 2. *in Ageſilao* vocat Νεκτενάβιν. Idem L. 3. perhibet Chabriam Thamo adfuiſſe, & Thamus erit, quem Plutarchus aliique Tachum vocant. *Gebhardus.* Exc. Dan. *Nectebenin* habent. Quidam, *Magio* teſte, *Nectenabum.* Bavar. 1. *Nectebenni*: alter, *Neptenabum. Diodoro* eſt Νεκτενεβώς, aut Νεκτανεβώς. Ceterum alii Tacho, ſeu, ut Polyaenus vocat, Thamo, non Nectanebo, Chabriam adfuiſſe ſcribunt. V. *Diod.* 15. & *Polyaen.* 3. Fuit autem Nectanebus Tachi regis Aegyptii, vel, ut alii volunt, fratris ſororisve ejus, filius, & Tachum regno expulerat. *Boſius.* Leid. *Hecteben.* Voſſ. A. & B. *Nectebenum.* De errore, quem hic commiſit Nepos, egit Celeb. J. Perizonius ad Aeli-

Digitized by Google

bello devinceret. qua ex re Athenienſes magnam gloriam ſunt adepti. Interim [1] bellum inter Aegyptios 3
& Perſas conflatum eſt. [2] Athenienſes [3] cum Artaxerxe ſocietatem habebant; Lacedaemonii cum Aegyptiis, [4] a quibus magnas praedas Ageſilaus rex eorum faciebat. Id intuens Chabrias, quum in re nulla

Aelianum L. 5. V. H. cap. 1. ubi citat *Neſtanebin*. Mox *ei* abeſt a Voſſ. B

3 *Fecit idem Cypri*] Negat hac de re quidquam ſe repperiſſe *Lambinus*, praeter id, quod eſt apud *Diodorum* 16. Sed quoniam is Phocionem, non Chabriam cum Euagora Cyprum expugnaſſe ſcribit: credibile cenſet, *Diodorum* vel *Phocionem* pro *Chabria* poſuiſſe, forte comite illius; vel alium hiſtoricum, quam noſter, ſecutum. Atque is alius Euagoras fuit, poſtquam fruſtra paternum regnum recuperare conatus eſſet, in Cypro, quo ex Aſia confugerat, capitali ſupplicio adfectus: ut ex eodem *Diodoro* cognoſcere eſt *ad annum* 3. *Olympiadis* 107. Noſter autem hauddubie de eo Euagora loquitur, qui reſtitutus in regnum ſuum Olympiade xcvii, univerſam Inſulam in ditionem ſuam vindicare inſtituit, & paullo poſt ab Artaxerxe bello vexatus fuit. Huic in auxilium ab Athenienſibus miſſum Chabriam, diſerte ſcribit *Xenophon*. 3. *hiſt. Gr. haud longe ab initio*: *μετὰ ταῦτα χαβρίας ἐξέπλει εἰς Κύπρον βοηθῶν Εὐαγόρᾳ*. Meminit ſubſidii ab Athenienſibus Euagorae miſſi & *Lyſias orat. pro Ariſtophanis bonis cap.* 6. Boſius.

4 *Sed publice*] Publico nomine, auſpiciis. Opponitur hoc illi, quod ſupra dixit *ſua ſponte*. Poſſis & pro *nam* interpretari, ſed ſi poſt τὸ *Cypri* legas punctum. *Buchnerus*.

1 *Bellum inter Aegypt. & Perſas conflatum eſt*] Sic loquitur Hirtius lib. 8. cap. 6. *ſub tempus aeſtivorum nullum ſummum bellum poſſe* conflari. Et initio de Bello Alexandrino. Eumene, *Interim* conflata *ſunt illa bella*. Loquitur ita quoque Patercul. L. 2. Cicero vero de Aruſpicum reſponſis; *Clodius nefarias cum multis ſcelerum pactiones ſocietatesque* conflavit. & in Antonium: *Ille quum exercitum nullum haberet, magnum repente* conflavit. *Gebhard.* De quo *Diodorus* 15. *Plutarchus Ageſilao*. Boſius.

2 *Athenienſes*] Copula, quae in editis habetur, aberat Mſſ. Dan. & Boecl. Bene. ſic enim ſolet Nepos. mox Mſc. Boecl. *Id metuens*. Boſius. Voſſ. A. B. *conflatum eſt. Athenienſes*; copula etiam omiſſa. *id metuens* pro *id intuens* exhibet etiam Voſſ B.

3 *Cum Artaxerxe*] I. e. Artaxerxe Mnemone, de quo Tennul. ad Frontinum L. 2. Srateg. cap. 3. n. 49.

4 *A quibus magnas praed. Ageſ. rex. eor. fac.*] Redigebat atque agebat. *Facere praedas* non eſt obvium in Latinis ſcriptoribus. Invenio tamen apud Tullium in Verrem. *Maximos quaeſtus praedaſque feciſſe*. *Gebh.* An ab Aegyptiis? Ita videtur, ſi vera lectio eſt. Atqui Ageſilaus *pedeſtribus* eorum *copiis praefuit*, ut mox additur. Quomodo ergo praedas ab iis egit? Clariſſ.

Digitized by Google

la Ageſilao cederet [1] ſua ſponte eos adjutum profe-ctus Aegyptiae claſſi praefuit : [2] pedeſtribus copiis Ageſilaus.

CAP. III.

1 Tum praefecti [3] regis Perſiae legatos miſerunt Athenas queſtum, quod Chabrias adverſum regem bellum gereret cum Aegyptiis. Athenienſes [4] diem certam Chabriae praeſtituerunt, quam ante domum niſi

Schefferus idcirco non *a quibus*, ſed *quibus*, omisſa praepoſitione, legendum cenſebat. *Boſius.* Vide Indicem.

1 *Sua ſponte*] Injuſſo populi, vid. ad verſ. 1. Non itaque adverſatur *Diodoro* (ut *Lambino* viſum) qui ab Acoride arceſſitum ait. *Boſ.*

2 *Pedeſtribus copiis*] Quorum? an Aegyptiorum, ſicut Chabrias claſſi Aegyptiae? videtur vis oppoſitionis exigere. *Scheffer.*

3 *Regis Perſiae*] Bavar. uterque *Perſae.* Boecler. quoque *Perſe.* quomodo & alibi legitur apud noſtrum. *Boſius.* Leid. *Regii Perſes.* Voſſ. A. B. *regis Perſae.*

4 *Diem praeſtituerunt*] Diem praefiniverunt, elegantia Romana. Curt. Lib. 3. pr. *Poſtquam nihil inde praeſidii mittebatur, ad* praeſtitutam *diem permiſere Regi.* Cicer. Tuſcul. Quaeſt. *Natura dedit uſuram vitae, tanquam pecuniae, nulla* praeſtituta *die.* Idem in Verrem. *Diem* praeſtituit *operi faciendo Cal. Decembr.* Dies autem praeſtituta eſt ἡ προθεσμία. *Gebhard.* V. Ind. Cod. Dan. *praeſtiterunt.* Boſius. Leid. & Voſſ. A. *Praeſtiterunt.* Vide cl. Oudend. ad Frontinum. L. 1. cap. 2. Strateg. E. 6. n. 25.

5 *Denuntiarunt*] Id eſt, minati ſunt. Hanc enim vim habet hic praepoſitio *de*, ut notet minis additis indicere, Livius Lib. 3. cap. 46. Denuntiare *ſe Icilio ſimilibusque Icilii.* Florus Lib. 1. cap. 17. n. 3. *Ut ſenatus Conſuli* denuntiaret, *ne tantum periculi ingredi auderet.* Juſtinus Lib. 6. cap. 2. *Quibus futurus imperii finis* denuntiabatur. Plura adderem, quae jam occupavit. cl. Torrenius ad Valerium Maximum L 1. cap. 7. n. 37. ideoque ad ejus V ri notas Lectorem relego.

6 *Non enim*] Totus hic loc ut jam *Longolio* aliisque obſervat e *Theopompo* deſumtus videtur, jus verba exſtant apud *Athena* 12, 8. Mox Cod. Dan. *ſuorum vitam*, [illegible], ut videtur *ſius.*

7 *Et indulgebat ſibi liberalius, ut invidiam vulgi poſſet effugere*] ximo [illegible] doque duces ha refor [illegible] licias exempl jus [illegible] probat Lud Rh [illegible] Lect. Anti x [illegible] Alii conciſ [illegible] hoc commu [illegible] it. Veruntar

nisi rediſſet, capitis ſe illum [illegible] ... ilis qui-
runt. Hoc ille nuntio Athenas rediit, [illegible] ... men A-
tius eſt moratus, quam fuit nece[illegible] ...
libenter erat ante oculos civium [illegible] ...
vivebat laute, 7 & indulgebat [illegible] ...
ut invidiam vulgi poſſet effugere. [illegible] ...
commune vitium in magnis [illegible] ... modo. 1
ut invidia gloriae comes ſit, 2 & [illegible] ... in claſſe
trahant, 3 quos eminere viderant [illegible] ... Cha-

[illegible] lectionem ac ſcenam ad- [illegible] ... Iphicrates in
[illegible] Tacit. Ann. 1, 1 [illegible] ... Chares Si-
[illegible] ... te Giſanius
[illegible] ... nd. Lucret.
[illegible] ... Voſſ. A &
[illegible] ... men abſu-
[illegible] ... cap. 4 Leid.
[illegible] Ann. 3, 10, 4. [illegible] ... les Sigaeo.
[illegible] De populo A- [illegible] ... hares] De
thenienſi ſeorſim Livius 45. [illegible] ... Theopompo
[illegible] Athenienſis [illegible] ... ſidum & ſe-
[illegible] ... voluptarium.
opes ſuas [illegible]. Ea invidia [illegible] ... es in orationi-
ſimilitudine morum ac formae [illegible] ... m aut nomi-
[illegible]itur. Lectem. [illegible] ... s, aut tacito

1 Ut invidia gloriae comes ſit [illegible] ... significant
[illegible] Catil. [illegible] ... fuiſſe impe-
invidiam ſequi. [illegible] ... n cladem ad
habent. ut invidia gloriae [illegible] ... Philippo, fu-
Boſius. Leid. [illegible] ... Siculus 15.
[illegible] ſit. Voſſ. A. Ut [illegible] ... ignavum &
[illegible] ſit. ſed ſupra [illegible] ... injuſtum in ſo-
vidia. B ut invidiae [illegible] ... re ait, Cha-

2 Et [illegible] ... libet alio for-
Quidam [illegible] ... m nec in re
[illegible] ... nſilio capien-
[illegible] ... nemorat eum
[illegible] ... de reb. Graec.
[illegible] ... h. apophthegm.
[illegible] ... Pro eorum fa-
[illegible] ... , vel : horum
[illegible] ... B. eorum.
[illegible] ... ad 11, 3, 3.

mo aequo pauperes alienam [1] opulentium [2] intuuntur fortunam. Itaque Chabrias, quoad ei licebat, [3] plurimum aberat.
4 Neque vero ſolus ille aberat Athenis libenter, [4] ſed omnes fere principes fecerunt idem: [5] quod tantum ſe ab invidia putabant [6] futuros, quantum a conſpectu ſuorum receſſiſſent. Itaque Conon plurimum Cypri vixit, Iphicrates in Thracia, Timo-

tem odere, nova exoptant. Conſ. *Boecl. in Herod. pag.* 451. Boſius.

1 *Opulentium*] Ita reſcribendum eſſe dudum & niſi fallor, princeps e Giſanii libro indicavit Schoppius Lib. 2. Veriſim. cap. 3. adſtruit Savaro, approbat P. Daniel, obſignat denique Schottus. *Opulens* pro *opulentus* ex Auſonio notant; neſcio an & hoc Eidyllio 2. *Non* opulens *nec egens parcus ſine ſordibus egi.* Addo, me quoque obſervaſſe ex Livio, ſic lib. 43. *Eadem aeſtate, qua in Theſſaliam equeſtri pugna vicere Romani, legatus in Illyricum a conſule miſſus*, opulentia *duo opida vi atque armis coegit in deditionem.* Gebhard. Ita dudum e libris ſuis emendarunt Giſanius *Ind. Lucret. v. ſuaviloquens*, Schoppius *veriſim.* 2, 3. *Pet. Daniel*, Savaro, Schottus. Lambinus habet *opulentum. Opulens* pro *opulentus* etiam *Livius*, aliique veterum dixere. v. Ind. *Boſius.*

2 *Intuuntur*] Fidenter ita reſcripſi auctoritate codicum, quibus Giſanius, P. Daniel, Lambinus, Schoppius ac Schottus uſi. Plane ſic *Terentius* Heaut. 2, 2, 23. *qui* intuitur *nos.* Et Plautus Moſtell. 3, 2, 150. *nullam equidem illic cornicem* intuor. Apud eundem legimus *obtuor*, *contuor*, & ſimplex *tuor* apud *Lucretium* ſaepiſſime. Statim Mſc. Boecl. *quoad licebat*, omiſſo provocabulo. *Boſius.* Leid. & Voſſ. B. *intuuntur.* Pro *quoad.* Leid. *quo* & ita Voſſ. A. B quid ſi inde conficiamus *quod ei licebat* pro quando, quamdiu ei licebat. Vide cl. Graevium ad Ciceron. L. 4. ad Atticum Epiſt. 10. ſed hanc conjecturam nemini obtrudam. Idem tamen conjiciunt Boſius in Themiſt. cap. 9. n. 3. e Mſ. Boecleri *quod mihi neceſſe fuit.* & Gronovius ad Epaminond. cap. 2. n. 5 *Quod ſtans* pro *quoad ſtans.* quam conjecturam ibi firmat Codex meus Voſſianus B.

3 *Plurimum aberat*] I. e. plerumque, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον. *Lamb.* Cauſſam continuo ſubjungit *Nepos* ipſe: at mihi in mentem venit quoque alia, nim. magnos viros vitato aſſiduitatis faſtidio auctoritatem & deſiderium in animis civium quaeſiviſſe abſentia. Livius 35, 10. *Accedebat, quod alter decimum jam prope annum aſſiduus in oculis hominum fuerat: quae res minus verendos magnos homines ipſa ſatietate facit.* Gebhardus.

4 *Sed omnes f. pr. fecerunt idem*] Haec duo poſtrema inculcata eſſe quis non videat? & a noſtris aberant membranis: tametſi inficias ire non poſſum, luxuriantem eſſe hujus dictionem, a qua multa, ni fides religioque tractandorum ſcriptorum vetet, reſecare poſſis. *Schottus.*

motheus Lesbi, Chares in Sigaeo. [1] Diſſimilis quidem Chares eorum factis & moribus, ſed tamen Athenis & honoratus & potens.

CAP. IV.

Chabrias autem periit [2] bello ſociali tali modo. 1
Oppugnabant Athenienſes Chium. erat in claſſe Cha-

tus. Reciderem libenter poſtremas duas voculas, quandoquidem in libro Schotti nuſquam comperent, ſunt enim & ſupervacaneae & venuſtatem dictionis collimunt. *Gebhard.* Quamquam libenter reſecaret *Gebhardus*, tanquam ſupervacanea, & venuſtatem dictionis collinentia, & mihi quoque valde ſuſpecta ſint, non tamen auſus ſum expungere, cum in optimis codicibus legantur. *Boſius.*

5 *Quod tantum ſe ab invidia*] Probe notetur, quod remedium fecerint invidiae effugiendae magni ac prudentes viri: nempe ſubductionem ſui ab oculis vulgi lividi, & omnibus obtrectantis. Suetonius de Jul. Caeſare c. 4. *Caeterum compoſita ſeditione civili Cornelium Dolabellam, conſularem & triumfalem virum repetundarum poſtulavit: abſolutoque Rhodum ſecedere ſtatuit, & ad declinandam invidiam &c.* Gebhard. Similis locus *Livii lib.* 3. *Tantum ſe ab injuria abeſſe rati, quantum a coetu congreſſuque impotentiorum dominorum ſe amoviſſent.* Loccenius.

6 *Futuros*] Sic edd. vett. & noviſſima Boecleri. alii *abfuturos*. *Lambinus* tuetur *afuturos*, quomodo *Cicero* Tuſcul. 5. *a gloria ſe afuiſſe*; Et *Horatius* Sat. I. 4. *quod vitium procul afore chartis.* mox in Mſc. Dan. fuit *receſſerint.* Et ſtatim: *Iphicrates in Thracia, Timotheus Lesbo, Chares Sigaeo.* quomodo jam ante *Griſanius* e cod. ſuo legerat in Ind. Lucret. v. *Thrace*. Boſius. Leid. Voſſ. A. & B. *futuros.* praeferrem tamen *abfuturos*. Vide ad Miltiad. cap. 4 Leid. & Voſſ. B. *Lesbo, Chares Sigaeo.*

1 *Diſſimilis quidem Chares*] De Charete ex *Ephoro* & *Theopompo* quaedam *Athenaeus*, tardum & ſegnem fuiſſe dicens, & voluptarium. *Demoſthenes* & *Aeſchines* in orationibus ſuis ſaepe Charetem aut nominatim commemorantes, aut tacito nomine deſcribentes, ſignificant eum parum ſtrenuum fuiſſe imperatorem, ejusque culpa cladem ad Chaeroneam, victore Philippo, fuiſſe acceptam. *Diodorus Siculus* 15. *extr.* dicit, eum fuiſſe ignavum & timidum in hoſtes, injuſtum in ſocios. *Idem lib.* 16. diſerte ait, Charetem non fuiſſe quolibet alio forte oblato imperatorem nec in re gerenda, neque in conſilio capiendo meliorem. Commemorat eum *Xenophon* aliquoties 7. *de reb. Graec.* Lambinus. add. *Plutarch. apophthegm. reg.* & infra 13, 3, 1. Pro *eorum factis*, alii: *horum factis*, vel: *horum & factis*. Boſius. Voſſ. B. *eorum*.

2 *Bello ſociali*] Sup. ad 11, 3, 3. *Boſius.*

Charias [1] privatus, ſed omnes, [2] qui in magiſtatu erant, auctoritate anteibat; eumque magis milites,
2 [3] quam qui praeerant, aſpiciebant. Quae res ei maturavit mortem. [4] Nam dum primus [5] ſtudet portum intrare, & gubernatorem jubet eo dirigere navem, ipſe ſibi perniciei fuit. [6] Quum enim eo penetraſſet, ceterae non ſunt ſecutae. Quo facto circumfuſus hoſtium

1 *Privatus*] Epaminonda. *erat enim ibi* privatus *numero militum. Gebhard.* Aliter *Diodorus* 16, 7. qui claſſi eum praefuiſſe, Charetem vero terreſtrem exercitum rexiſſe tradit. *Boſius.*

2 *Qui in magiſtratu erant*] Optima eſt locutio, cui *privatum eſſe* opponitur Livius Lib. 6. cap 6. *Senatus Diis agere gratias, quod Camillus* in magiſtratu *eſſet. Dictatorem quippe dicendum eum fuiſſe, ſi privatus eſſet.* Adde cl. Oudendorp. ad Frontin. L. 4. Strateg. cap. 5. n. 62.

3 *Quam qui praeerant, aſpiciebant*] Quod Catullo, ni fallor, eſt *reſpectabant* id eſt, obſervabant. *Ernſt.* Subintellige *eos*, ut 10, 9, 5. &c. *Aſpiciebant* autem, eſt, verebantur, honorabant. Tacitus *aſpectare* dixit. Ann. 1, 4, 1. *omnes exuta aequalitate juſſa principis* aſpectare. Sic *intueri* apud Livium 37, 54. *Pro dignitate & gloria apud omne genus humanum, quod veſtrum nomen imperiumque juxta ac Deos immortales jam pridem* intuetur, *pugnaſtis.* Boſ. Sic Graecis βλέπειν εἰς θεὸν pro *deos venerari.* Sophocl. Antig. vſ. 935. vid. Cuperum L. 2. Obſ. cap. 1. alia exempla huc ſpectantia daturum. mox *ei* abeſt a Leid. & pro *maturavit mortem* Voſſ. B. *mortem maturavit.*

4 *Nam dum primus*] Fuit enim in periculis adeundis calidior quam cautior; in aliis ſegnis & tardus. v. *Plutarch. Phocione pag.* 744. Boſius.

5 *Studet*] Σπεύδει, feſtinat. Datame. *Hac delatus in Ciliciam, egreſſus inde, dies noctesque iter faciens Taurum tranſiit, eoque, quo* ſtuduerat, *venit.* Pelopida, *qui, cum tempore ipſo, quo* ſtuduerant, *perveniſſent.* hinc *ſtudium*, σπουδὴ, feſtinatio. Caeſar. lib. 7. Comment. cap. 41. f. *ſummo* ſtudio *militum ante ortum ſolis in caſtra pervenit.* Lib. 3. Civil. cap. 24. *Illi* ſtudio *incitati incautius ſequebantur.* Val. Lib. 3. cap. 2, 23. *Cum Pompeji praefectus juſſu ejus, ſummo* ſtudio *& magno militum numero ad id capiendum mitteretur.* Gebhard. Copula *&* abeſt a Leid. & Voſſ. B.

6 *Quum enim eo penetraſſet*] Eo ſignificatu multoties verbo *penetrare* utitur Curt. pro penitius aut interius ſubire, lib. 4. cap. 12. *Ille intentum animis, dum ſpe calerent, rectus ad Peluſii oſtium* penetrat. Lib. 5. cap. 17. *In rupium cacuminibus extra teli jactum Barbari ſtabant de induſtria quieti, & paventibus ſimiles, donec in artiſſimas fauces* penetrat *agmen.* Lib. 6. cap. 22. *Torrentesque & eluvies iter morabantur, nullo tamen hoſte obvio* penetravit. Cicero pro Archia. *Cupere debemus, quo minus*

ſtium concurſu, quum fortiſſime pugnaret, [1] navis
roſtro percuſſa, coepit [2] ſidere. [3] Hinc refugere quum 3
poſſet, ſi ſe in mare dejeciſſet, quod ſuberat claſſis
Athenienſium, quae exciperet [4] natantis: perire ma-
luit, quam [5] armis abjectis navem relinquere, [6] in
qua fuerat vectus. Id ceteri facere noluerunt, qui
nando,

manuum noſtrarum telà pervenerint, eodem gloriam famamque penetrare. *Gebhardus.*

1 *Navis roſtro percuſſa*] Navis Chabriae roſtro adverſariae navis icta. *Lambinus.*

2 *Sidere*] Pro ſubſidere ac demergi. Non diſſimulabo, meo in cod. ſcriptum fuiſſe *ſidere:* ut *ſindere* reperiſſe librarius videatur. Retineo tamen *ſidere.* Pedo Albinovanus apud *Senecam Rhet. Suaſor.* 1. *Jam ſidere limo Navigia, & rapido deſertam flumine claſſem.* Schott. *Fidere* etiam Voſſ. A.

3 *Hinc refugere quum poſſet*] Correctio Lambini nihili, menti adverſa Cornelii. Vult enim Nepos effugere exitium Chabriam potuiſſe: nempe ſi armis exſutis atque abjectis in mare ſe immiſiſſet, & natando parumper ad haud procul ſtantem Athenienſium claſſem ſucceſſiſſet. *Hinc cum refugere poſſet, ſi ſe in mare abjeciſſet.* Gebhardus. Plane non opus eſt Magii emendatione, qua *non* expungit, ſi cum Lambino & aliis legimus, *niſi ſe in mare dejeciſſet.* Ernſt. Sic diſerte codex Giſanii. Codices quoque Dan. & (teſte *Piccarto Pericul. Critic. cap.* 10) Bavarici: *Hinc cum refugere poſſet*; *Piccarto & Gebhardo* probantibus. Itaque non dubitavi negandi particulam expungere: praeſertim cum ſenſus id requireret. *Lambinus* corrigebat: *hinc cum ref. non p. niſi ſe in mare dejec.* quod recte *Gebhardus*, ut Cornelii menti adverſum, rejicit. Vult enim, inquit, Nepos, effugere exitium Chabriam potuiſſe: nempe ſi armis exutis atque abjectis in mare ſe immiſiſſet, & natando parumper ad haud procul ſtantem Athenienſium claſſem ſucceſſiſſet. *Boſius.* Voſſ. B. *Hinc refugere cum non poſſet.* pro *in mare* Voſſ. B. *in mari.*

4 *Natantis*] Sic quoque e ſuis codd. *Giſanius* ac *Pet. Daniel* emendarunt. Vulgo eſt *natantem.* Eſt autem accuſativus antiquus. *Boſius.* Leid. *natantis.* Pro *exciperet* Voſſ. A. *acciperet.* Sed *exciperet* retinendum. Livius Lib. 4. cap. 19. *Quem quum ictum equo dejeciſſet; confeſtim & ipſe haſta innixus ſe in pedes* excepit. Vid. Servium ad Virgil. 3. Aen. v. 317.

5 *Armis abjectis*] Quod eſt flagitium militare & capitis poena expiandum. Nam ſtrenui laudis ac decoris ſtudioſi milites, aeque ut membrorum, imo pene ut animae ſuae curam gerunt. Diodorus 14. *Τῶν δὲ φυγόντων ἐπὶ τὸν ποταμὸν οἱ μὲν ἀνδρειότατοι μετὰ τῶν ὅπλων διενήχοντο, τὴν πανοπλίαν ἐν ἴσῳ καὶ τὴν ψυχὴν περιλαμβάνοντες.* Seneca (epiſt. 120.) de Horatio Coclite: *Non minus ſollicitus ut armatus, quam ut ſalvus exiret.* de Hiſpanis Juſtinus 44. 2, 5. *Plurimis militares equi & arma ſanguine cariora.* de Catonis filio vide Juſtin. 33. 2, 3. & 4. Valer. Maxim.

3. 2.

nando in tutum pervenerunt. At [1] ille praeſtare honeſtam mortem exiſtimans turpi vitae, comminus pugnans telis hoſtium interfectus eſt.

3, 2, 16. *Gebbardus.* Adde *Stewech. not. in Veget.* 2, 14. *Bernegg. quaeſt. miſcell.* 29. ac *not. ad Juſtin.* 33, 2, 3. & *Petiti comment. ad Leges Attic. pag.* 517. Boſius.

6 *In qua fuerat vectus*] Haec gloſſema eſſe cenſet Oudendorpius.

1 *Ille praeſtare honeſtam mortem exiſtimans turpi vitae*] Pene ad verbum *Antigono Polyaenus lib.* 4. *Comm.* 5. τοῦ ζῆν αἰσχρῶς τὸ θνήσκειν ἀνδρείως αἱρετώτερον ἡγούμενος. Tacitus Agric. 33, 11. *Proinde & honeſta mors turpi vita potior, & incolumitas ac decus eodem loco ſita ſunt.* P. Syrus: *Vita hominis brevis; ideo honeſta mors eſt immortalitas.* Salluſtius Jug. 106. Sulla a Mauro rogatus, *uti noctu clam profugeret: incertae ac forſitan poſt paulo morbo interiturae vitae parcere turpi fuga* recuſat. Tali animo fuerunt quidam apud *Caeſarem* centuriones, 6. *Comm.* 40. *Centuriones,* inquit, *quorum nonnulli ex inferioribus ordinibus reliquarum legionum, cauſſa virtutis in ſuperiores erant ordines hujus legionis traducti, ne ante partam rei militaris laudem amitterent, fortiſſime pugnantes conciderunt.* Plane ex mente Chabriae Iſocrates Panegyrico 2. τῶν ἀνδρῶν τοῖς καλοῖς καὶ ἀγαθοῖς αἱρετώτερόν ἐστι καλῶς ἀποθανεῖν, ἢ ζῆν αἰσχρῶς. Argute & maſcule *Valer.* 3, 2, 14. *Cato,* inquit, *conſtantiſſime in gladium incumbendo, magnum hominibus documentum dediſti, quanto potior eſſe debeat probis dignitas ſine vita, quam vita ſine dignitate. At ignavi pluris qualemcumque vitam honeſta morte aeſtimant,* ut loquitur Darius apud *Curtium* 5, 8, 6. *Gebb.* Pylades in *Euripidis Oreſte actu* 4.

Καλῶς θανόντες, ἢ κακῶς σεσωσμένοι.
Potius honeſte morientes, quam turpiter vitae ſuperſtites. Polybius lib. 11. *Qui in rebus gerendis verſantur, non praelii aleam temere ſubeuntes, eorum, qui ſalutem ſuam fidei ipſorum commiſerunt, ſpem fallent, nec cupidi vitae praeterquam decet* (φιλοζωοῦντες παρὰ τὸ δέον) *turpitudinis ac ignominiae notam ſibi inurent. Plutarchus* tamen *in vita Phocionis* refert, Chabriam imperatorii muneris oblitum, ſe temere periculis objectaſſe. Cum enim in pugna navali pro exponendo in terram milite audacius in hoſtes occurrentes ſe effudiſſet, pugnantem confoſſum eſſe. *Loccen.* Ceterum Chabrias periit archonte Cephiſidoro Olympiadis cv. anno tertio. *Gebbard.* Sepulcrum ejus exſtabat Athenis extra oppidum in Ceramico, teſte *Pauſania,* de quo lapides filius Cteſippus vendebat, ut haberet, quod voluptatibus inſumeret. Teſtis *Athenaeus* 4. vide *Meurſii Ceramicum cap.* 21. Boſius. Leid. & Voſſ. B. *p. h. m. exiſtimans turpi vitae.*

XIII.

XIII. TIMOTHEUS.

CAP. I.

[1] TIMOTHEUS, [2] CONONIS F. ATHENIENSIS. Hic a patre acceptam gloriam multis auxit virtutibus. fuit enim [3] diſertus, impiger, laborioſus, rei militaris peritus, neque minus civitatis regendae. [4] Multa hujus ſunt praeclare facta, 2
ſed haec maxime illuſtria. [5] Olynthios & Byzantios bello ſubegit. [6] Samum cepit, in qua oppugnanda ſupe-

1 DE TIMOTHEO *vide Diodorum Sic.* 15. & 16. *Xenoph.* 5. & 6. *Athenaeum* 13. *Suidam. Plutarchum in Syll. Aelian. var. hiſt.* 2, 10. *Cicer.* ſaepius. *Frontin.* 1, 2, 11, & 2, 5. 47. *Polyaen.* 3. *Demoſth. orat. περὶ τῶν ἐν χερρονήσῳ. Boeclerus.*

2 *Cononis F.*] Ex Threſſa, ſcorto quidem publico; ſed quae poſtea exemplar clariſſimum modeſtiae evaſit. Timotheus autem cum matris conditio ſibi objiceretur; *Atqui,* inquit, *per eam ſum Cononis filius.* auctor Athenaeus 13, 13. *Longolius.*

3 *Diſertus*] *Demoſthenes orat.* 8. & *Cicero* 3. *de Oratore*, Iſocratis fuiſſe auditorem, teſtantur. *Magius.*

4 *Multa hujus ſunt praeclare facta*] Sic loquitur Livius L. 3. cap. 47. *Nec alium virum eſſe, cujus ſtrenue ac ferociter* facta *in bello plura memorari poſſent.* Sic *bene facta* veteres dixere. Vide Broukhuiſ. ad Prop. L. 2. El. 1. vſ. 24.

5 *Olynthios & Byzant.*] De Olynthiis quia *Diodorus* non meminit, animi pendet *Lambinus.* ſed meminit *Ariſtoteles*, ſeu quisquis eſt auctor, 2. *Oeconom.* 23. ut & de Samo & Corcyra. Item *Demoſthenes Olynth.* 2. ibidemque *Ulpianus.* Vide vitas comparatas noſtras Olymp. CIV. anno 1. extr. *Schottus.* Forſan huc quoque pertinet, quod de Olynthiorum equitatu narrat *Polyaenus* 3. *in Timotheo commate* 7. Boſius.

6 *Samum cepit*] Meminit *Polyaenus l. c. comm.* 9. & 10. Mox Exc. Dan. & membranae Schotti: *in quo oppugnando.* quod ille dictum vult pro *quo bello*, inepte. Si recipi debet, poterit commode ad *Samum* referri, quae vox terminatione maſculina videtur eſſe; ut *Seſtus*, *Pontus*, & quorundam ſententia *Lesbus*, *Abydus*, *Corinthus*. de quibus *Voſſium* vide 1. *de analogia* 12. Nil tamen mutare audeo. *Boſius.* Leid. etiam *in quo oppugnando.* Sic Cod. Leid. Voſſ. A. C. & P. Dan. in Milt. cap. 2. *Cherſoneſo tali modo conſtituto.* pro *conſtituta.* Leid. Cod. in Pauſania cap. 3. n. 2. pro *veſte Medica* exhibet *veſte Medico* Unde patet variare genera Mſſ. Codices. Sed Viro docto ad Milt. I. I. hanc Codicum ſcripturam probanti Syntheſis quaedam ineſſe videtur in h.

l. &c

Digitized by Google

CAP. II.

1 Chabrias autem multa in Europa bella adminiſtra-
vit, quum dux Athenienſium eſſet: ¹ in Aegypto
ſua ſponte geſſit. nam ² Nectanebum adjutum profe-
ctus, regnum ei conſtituit. ³ Fecit idem Cypri,
2 ⁴ ſed publice ab Athenienſibus Euagorae adjutor da-
tus: neque prius inde diſceſſit, quam totam inſulam
bello

militi aut gladiatori vel pugili conveniebat? aut omnes etiam gladiatores talibus ſtatuis fictos, quali Chabrias? Id tantum imitati ſunt, ut quo quiſque ſtatu viciſſet, eo ſibi vellet fieri ſtatuas. Eruditiſſimus, nobisque amiciſſimus vir, *Jo. Schefferus* idcirco putabat pro *cum* ſcribendum *quomodo*; ſuſpicatus initio fuiſſe *quom.* cum adjecto puncto. Quid ſi a *Nepote* ſcriptum ſit, *in quibus fuiſſent, cum victor. eſſ. ad?* ut a librariis alibi illa *in quibus*, alibi τὸ *cum*, ubique verbum *fuiſſent*, aut ſimile aliud, omiſſum fuerit? *Boſius.* Leid. pro *in quibus*, *cum.* Voſſ. A. *quum* B. *cum.*

1 *In Aegypto ſua ſponte geſſit*] Ediderat Longolius *ſua ſp. quaedam geſſ.* Inde confeſtim *Lambinus*, homo ad mutandum εὐπερίστατος, *multa* intruſit. Neutrum vero neque *multa*, neque *quaedam* agnoſcunt libri calamo picti. illud *multa* ex praecedenti intelligitur. *Gebh.* Mſ. Vet. in contraria heic currit omnia, dum legit. *nulla in Aegypto ſua ſp. geſſ.* verum contra fidem hiſtoricam. Credo igitur Nepotem ſcripſiſſe: *nonnulla in Aegypto ſua ſponte geſſit.* Quae Lambinus mutavit in *multa.* Non enim addit, unde hanc vocem ſumſerit. *Ernſt.* Aberat utrumque editionibus Aldi ac Jenſonis, itemque Mſſ. Magii, Danielis, Leid. Boecl. Bavarico utroque & Ernſtiano. Itaque non dubitavi expungere. Ernſtianus tamen praefixum habebat *nulla.* Unde ille *nonnulla* faciebat. Bavaricus antiquior: *in Aeg. bellum ſua ſp. g.* Utrobique ſcilicet librarius, qui non vidit, aut τὸ *multa* e praecedentibus repetendum, aut *bellum* ſubaudiendum eſſe, de ſuo ſupplere voluit, quod deëſſe opinabatur. *Boſius. Multa* abeſt a Voſſ. A. B. & Leid.

2 *Nectanebum*] *Plutarchus in Ageſilao* Νεκτάναβιν perpetuo vocat. *Polyaenus lib* 2. *in Ageſilao* vocat Νεκτεναβὸν. Idem L. 3. perhibet Chabriam Thamo adfuiſſe, & Thamus erit, quem Plutarchus aliique Tachum vocant. *Gebhardus.* Exc. Dan. *Nectebenin* habent. Quidam, *Magio* teſte, *Nectenabum.* Bavar. 1. *Nectebenni*: alter, *Neptenabum. Diodoro* eſt Νεκτεναβὼς, aut Νεκτανεβώς. Ceterum alii Tacho, ſeu, ut Polyaenus vocat, Thamo, non Nectanebo, Chabriam adfuiſſe ſcribunt. V. *Diod.* 15. & *Polyaen.* 3. Fuit autem Nectanebus Tachi regis Aegyptii, vel, ut alii volunt, fratris ſororisve ejus, filius, & Tachum regno expulerat. *Boſius.* Leid. *Hectebem.* Voſſ. A. & B. *Nectebenum.* De errore, quem hic commiſit Nepos, egit Celeb. J. Perizonius ad Aeli-

bello devinceret. qua ex re Athenienſes magnam glo-
riam ſunt adepti. Interim [1] bellum inter Aegyptios 3
& Perſas conflatum eſt. [2] Athenienſes [3] cum Arta-
xerxe ſocietatem habebant; Lacedaemonii cum Ae-
gyptiis, [4] a quibus magnas praedas Ageſilaus rex eo-
rum faciebat. Id intuens Chabrias, quum in re nul-
la

Aelianum L. 5. V. H. cap. 1. ubi citat *Nectanebin*. Mox *ei* abeſt a Voſſ. B.

3 *Fecit idem Cypri*] Negat hac de re quidquam ſe repperiſſe *Lambinus*, praeter id, quod eſt apud *Diodorum* 16. Sed quoniam is Phocionem, non Chabriam cum Euagora Cyprum expugnaſſe ſcribit: credibile cenſet, *Diodorum* vel *Phocionem* pro *Chabria* poſuiſſe, forte comite illius; vel alium hiſtoricum, quam noſter, ſecutum. Atque is alius Euagoras fuit, poſtquam fruſtra paternum regnum recuperare conatus eſſet, in Cypro, quo ex Aſia confugerat, capitali ſupplicio adfectus: ut ex eodem *Diodoro* cognoſcere eſt *ad annum* 3. *Olympiadis* 107. Noſter autem hauddubie de eo Euagora loquitur, qui reſtitutus in regnum ſuum Olympiade XCVII, univerſam Inſulam in ditionem ſuam vindicare inſtituit, & paullo poſt ab Artaxerxe bello vexatus fuit. Huic in auxilium ab Athenienſibus miſſum Chabriam, diſerte ſcribit *Xenophon*. 3. *hiſt. Gr. haud longe ab initio*: *μετὰ ταῦτα χαβρίας ἐξέπλει εἰς Κύπρον βοηθῶν Εὐαγόρᾳ*. Meminit ſubſidii ab Athenienſibus Euagorae miſſi & *Lyſias orat. pro Ariſtophanis bonis cap.* 6. Boſius.

4 *Sed publice*] Publico nomine, auſpiciis. Opponitur hoc illi, quod ſupra dixit *ſua ſponte*. Poſſis & pro *nam* interpretari, ſed ſi poſt τὸ *Cypri* legas punctum. *Buchnerus*.

1 *Bellum inter Aegypt. & Perſas conflatum eſt*] Sic loquitur Hirtius lib. 8. cap. 6. *ſub tempus aeſtivorum nullum ſummum bellum poſſe* conflari. Et initio de Bello Alexandrino. Eumene, *Interim* conflata *ſunt illa bella*. Loquitur ita quoque Patercul. L. 2. Cicero vero de Aruſpicum reſponſis; *Clodius nefarias cum multis ſcelerum pactiones ſocietatesque* conflavit. & in Antonium: *Ille quum exercitum nullum haberet, magnum repente* conflavit. *Gebhard.* De quo *Diodorus* 15. *Plutarchus Ageſilao*. Boſius.

2 *Athenienſes*] Copula, quae in editis habetur, aberat Mſſ. Dan. & Boecl. Bene. ſic enim ſolet Nepos. mox Mſc. Boecl. *Id metuens*. Boſius. Voſſ. A. B. *conflatum eſt. Athenienſes*; copula etiam omiſſa. *id metuens* pro *id intuens* exhibet etiam Voſſ B.

3 *Cum Artaxerxe*] I. e. Artaxerxe Mnemone, de quo Tennul. ad Frontinum L. 2. Srateg. cap. 3. n. 49.

4 *A quibus magnas praed. Ageſ. rex eor. fac.*] Redigebat atque agebat. *Facere praedas* non eſt obvium in Latinis ſcriptoribus. Invenio tamen apud Tullium in Verrem. *Maximos quaeſtus praedaſque feciſſe.* *Gebh.* An ab Aegyptiis? Ita videtur, ſi vera lectio eſt. Atqui Ageſilaus *pedeſtribus* eorum *copiis praefuit*, ut mox additur. Quomodo ergo praedas ab iis egit? Clariſſ.

 Schef.

Digitized by Google

la Ageſilao cederet [1] ſua ſponte eos adjutum profectus Aegyptiae claſſi praefuit: [2] pedeſtribus copiis Ageſilaus.

CAP. III.

1 Tum praefecti [3] regis Perſiae legatos miſerunt Athenas queſtum, quod Chabrias adverſum regem bellum gereret cum Aegyptiis. Athenienſes [4] diem certam Chabriae praeſtituerunt, quam ante domum niſi

Schefferus idcirco non *a quibus*, ſed *quibus*, omiſſa praepoſitione, legendum cenſebat. *Boſius*. Vide Indicem.

1 *Sua ſponte*] Injuſſo populi, vid. ad verſ. 1. Non itaque adverſatur *Diodoro* (ut *Lambino* viſum) qui ab Acoride arceſſitum ait. *Boſ.*

2 *Pedeſtribus copiis*] Quorum? an Aegyptiorum, ſicut Chabrias claſſi Aegyptiae? videtur vis oppoſitionis exigere. *Scheffer.*

3 *Regis Perſiae*] Bavar. uterque *Perſae.* Boecler. quoque *Perſe.* quomodo & alibi legitur apud noſtrum. *Boſius.* Leid. *Regii Perſes.* Voſſ. A. B. *regis Perſae.*

4 *Diem praeſtituerunt*] Diem praefiniverunt, elegantia Romana. Curt. Lib. 3. pr. *Poſtquam nihil inde praeſidii mittebatur, ad* praeſtitutam *diem permiſere Regi.* Cicer. Tuſcul. Quaeſt. *Natura dedit uſuram vitae, tanquam pecuniae, nulla* praeſtituta *die.* Idem in Verrem. *Diem* praeſtituit *operi faciendo Cal. Decembr.* Dies autem praeſtituta eſt ἡ προθεσμία. *Gebhard* V. Ind. Cod. Dan. *praeſtiterunt*. Boſius. Leid. & Voſſ. A. *Praeſtiterunt.* Vide cl. Oudend ad Frontinum. L. 1. cap 2. Strateg. E. 6. n. 25.

5 *Denuntiarunt*] Id eſt, minati ſunt. Hanc enim vim habet hic praepoſitio *de*, ut notet minis additis indicere, Livius Lib. 3. cap. 46. Denuntiare *ſe Icilio ſimilibusque Icilii.* Florus Lib. 1. cap. 17. n. 3. *Ut ſenatus Conſuli* denuntiaret, *ne tantum periculi ingredi auderet.* Juſtinus Lib. 6. cap. 2. *Quibus futurus imperii finis* denuntiabatur. Plura adderem, quae jam occupavit. cl. Torrenius ad Valerium Maximum L. 1. cap. 7. n. 37. ideoque ad ejus Viri notas Lectorem relego.

6 *Non enim*] Totus hic locus, ut jam *Longolio* aliisque obſervatum, e *Theopompo* deſumtus videtur, cujus verba exſtant apud *Athenaeum* 12, 8. Mox Cod. Dan. *ſuorum civium*, ἱμερτικωτέρως, ut videtur. *Boſius.*

7 *Et indulgebat ſibi liberalius, quam ut invidiam vulgi poſſet effugere*] Maximos quandoque duces haut ita reformidaſſe delicias exemplo hujus aliorumque probat Lud. Cael. Rhodigin Lib. 9. Lect. Antiq. Cap. XI. *Ernſt.*

8 *Eſt enim*] Alii conciſius ediderunt. *Eſt enim hoc commune in magnis liberisque civit.* Veruntamen vulgatam

niſi rediſſet, capitis ſe illum damnaturos [5] denuntiarunt. Hoc ille nuntio Athenas rediit, neque ibi diutius eſt moratus, quam fuit neceſſe. [6] Non enim 2
libenter erat ante oculos civium ſuorum: quod & vivebat laute, [7] & indulgebat ſibi liberalius, quàm ut invidiam vulgi poſſet effugere. [8] Eſt enim hoc 3
commune vitium in magnis liberiſque civitatibus, [1] ut invidia gloriae comes ſit, [2] & libenter de his detrahant, [3] quos eminere videant altius: [4] neque animo

gatam lectionem ac ſententiam adſtruit *Tacit. Agr.* 1, 1. *Quotiens magna aliqua ac nobilis virtus vicit ac ſupergreſſa eſt vitium parvis magniſque civitatibus commune, ignorantiam recti & invidiam.* Gebhardus. *Idem* Ann. 3, 10, 4. *odium & invidiam apud multos valere.* De populo Athenienſi ſeorſim Livius 45. *Populus Athenienſis lacerare invidia principes ſuos ſuetus.* Ea invidia ex diſſimilitudine morum ac fortunae oritur. *Loccen.*

1 *Ut invidia gloriae comes ſit*] *Salluſtius* Catil. *Meminiſſe poſt gloriam invidiam ſequi.* Schottus. Exc. Dan. habent. *ut invidiae gloria comes ſit.* Boſius. Leid. *Et invidia gloriae comes ſit.* Voſſ. A. *Ut invidiae gloriae comes ſit.* ſed ſupra notatum erat *invidia.* B *ut invidiae gloria comes ſit.*

2 *Et libenter de his detrahunt*] Quidam libri, *libenter iis detrahunt* Sed interpolatum ignoratione elegantiſſimi modi loquendi. Cicero enim pro Rabirio, detrahere *de aliquo & eum in invidiam vocare* dixit, & Quintus frater, *ſermo eorum, qui de ſe detrahere volunt.* Infra Timoleonte, *cum quidam Lameſtii ſimilis, nomine Demaenetus in concione populi de rebus geſtis ejus* detrahere *cepiſſet* Ammian. Marcell. Lib. 30. cap. 29. *de fortibus* detrahebat, *ut ſolus videretur bonis artibus eminere.* dein quidam *detrahant*, ut nectatur τῷ *ſit*. Gebhardus. Vide Ind. *detrahere.* Membranae Bavar. Schoppio veriſim. 2, 3. teſte: *de iis detrahant.* Boſius.

3 *Quos eminere videant altius*] Omnium librorum conſenſus praefert *eminere*, ἔξοχον ἔμμεναι. Aurel. Victor. cap. 39. In Diocletiano, *Quo mihi mirum videtur nobilitati pleroſque ſuperbiam dare: quae gentis patriciae memor, moleſtiarum, queis agitatur, remedio* eminere *paululum pluris habet.* V. Tacit. Lib. 2. Hiſtoriar. cap. 20. ad quem Lipſius, Nepotis locum commendit. *Gebhardus.* Sic Mſſ. meliores, *Schoppio, Gebhardo* aliisque probantibus. *Aurel. Victor.* in Diocletiano: *Nobilitas gentis patriciae memor, moleſtiarum, queis agitatur, remedio* eminere *pluris habet.* Vulgo erat, *quos emergere vident altius.* De re, ſimilis exſtat locus apud *Tacitum hiſt.* 2, 20, 4. ubi *Lipſium* vide. *Boſius.* Leid. & Voſſ. A. *emergere.*

4 *Neque animo aequo pauperes*] Vulgi hic ingenium expreſſit quoque Salluſtius Catil. bell. 27. *Semper in civitate, quibus opes nullae ſunt, bonis invident, malos extollunt: vetera*

mo aequo pauperes alienam [1] opulentium [2] intuuntur
fortunam. Itaque Chabrias, quoad ei licebat, [3] plu-
4 rimum aberat. Neque vero ſolus ille aberat Athenis
libenter, [4] ſed omnes fere principes fecerunt idem:
[5] quod tantum ſe ab invidia putabant [6] futuros, quan-
tum a conſpectu ſuorum receſſiſſent. Itaque Conon
plurimum Cypri vixit, Iphicrates in Thracia, Ti-
mo

tem odere, nova exoptant. Conſ. *Boecl. in Herod. pag.* 451. Boſius.

1 *Opulentium*] Ita reſcribendum eſſe dudum & niſi fallor, princeps e Giſanii libro indicavit Schoppius Lib. 2. Veriſim. cap. 3. adſtruit Savaro, approbat P. Daniel, obſignat denique Schottus. *Opulens* pro *opulentus* ex Auſonio notant; neſcio an & hoc Eidyllio 2. *Non* opulens *nec egens parcus ſine ſordibus egi.* Addo, me quoque obſervaſſe ex Livio, ſic lib. 43. *Eadem aeſtate, qua in Theſſaliam equeſtri pugna vicere Romani, legatus in Illyricum a conſule miſſus*, opulentia *duo opida vi atque armis coegit in deditionem.* Gebhard. Ita dudum e libris ſuis emendarunt Giſanius *Ind. Lucret. v. ſuaviloquens*, Schoppius *veriſim.* 2, 3. *Pet.Daniel*, Savaro, Schottus. Lambinus habet *opulentum. Opulens* pro *opulentus* etiam *Livius*, aliique veterum dixere. v. Ind. *Boſius.*

2 *Intuuntur*] Fidenter ita reſcripſi auctoritate codicum, quibus Giſanius, P. Daniel, Lambinus, Schoppius ac Schottus uſi. Plane ſic *Terentius* Heaut. 2, 1, 23. *qui* intuitur *nos.* Et Plautus Moſtell. 3, 2, 150. *nullam equidem illic cornicem* intuor. Apud eundem legimus *obtuor*, *contuor*, & ſimplex *tuor* apud *Lucretium* ſaepiſſime. Statim Mſc. Boecl. *quoad licebat*, omiſſo pro vocabulo. *Boſius.* Leid. & Voſſ. B. *intuuntur.* Pro *quoad*: Leid. *quo* & ita Voſſ. A. B quid ſi inde conficiamus *quod ei licebat* pro quando, quamdiu ei licebat. Vide cl. Graevium ad Ciceron. L. 4. ad Atticum Epiſt. 10. ſed hanc conjecturam nemini obtrudam. Idem tamen conjiciunt Boſius in Themiſt. cap. 9. n. 3. e Mſ. Boecleri *quod mihi neceſſe fuit.* & Gronovius ad Epaminond. cap. 2. n. 5 *Quod ſtans* pro *quoad ſtans.* quam conjecturam ibi firmat Codex meus Voſſianus B.

3 *Plurimum aberat*] I. e. plerumque, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον. *Lamb.* Cauſſam continuo ſubjungit *Nepos* ipſe: at mihi in mentem venit quoque alia, nim. magnos viros vitato aſſiduitatis faſtidio auctoritatem & deſiderium in animis civium quaeſiviſſe abſentia. Livius 35, 10. *Accedebat, quod alter decimum jam prope annum aſſiduus in oculis hominum fuerat: quae res minus verendos magnos homines ipſa ſatietate facit.* Gebhardus.

4 *Sed omnes f. pr. fecerunt idem*] Haec duo poſtrema inculcata eſſe quis non videat? & a noſtris aberant membranis: tametſi infitias ire non poſſum, luxuriantem eſſe hujus dictionem, a qua multa, ni fides religioque tractandorum ſcriptorum vetet, reſecare poſſis. *Schottus.*

Timotheus Lesbi, Chares in Sigaeo. [1] Diſſimilis quidem Chares eorum factis & moribus, ſed tamen Athenis & honoratus & potens.

CAP. IV.

Chabrias autem periit [2] bello ſociali tali modo. 1
Oppugnabant Athenienſes Chium. erat in claſſe Cha-

tus. Reciderem libenter poſtremas duas voculas, quandoquidem in libro Schotti nuſquam comparent, ſunt enim & ſupervacaneae & venuſtatem dictionis colliniunt. *Gebhard.* Quamquam libenter reſecaret *Gebhardus*, tanquam ſupervacanea, & venuſtatem dictionis collinentia, & mihi quoque valde ſuſpecta ſint, non tamen auſus ſum expungere, cum in optimis codicibus legantur. *Boſius.*

5 *Quod tantum ſe ab invidia*] Probe notetur, quod remedium fecerint invidiae effugiendae magni ac prudentes viri: nempe ſubductionem ſui ab oculis vulgi lividi, & omnibus obtrectantis. Suetonius de Jul. Caeſare c. 4. *Caeterum compoſita ſeditione civili Cornelium Dolabellam, conſularem & triumfalem virum repetundarum poſtulavit: abſolutoque Rhodum ſecedere ſtatuit, & ad declinandam invidiam &c.* Gebhard. Similis locus *Livii lib.* 3. *Tantum ſe ab injuria abeſſe rati, quantum a coetu congreſſuque impotentiorum dominorum ſe amoviſſent.* Loccenius.

6 *Futuros*] Sic edd. vett. & noviſſima Boecleri. alii *abſuturos. Lambinus* tuetur *afuturos*, quomodo Cicero Tuſcul. 5. *a gloria ſe afuiſſe*; Et *Horatius* Sat. I. 4. *quod vitium procul afore chartis.* mox in Mſc. Dan. fuit *receſſerint.* Et ſtatim: *Iphicrates in Thracia, Timotheus Lesbo, Chares Sigaeo.* quomodo jam ante *Griſanius* e cod. ſuo legerat in Ind. Lucret. v. *Thrace*. Boſius. Leid. Voſſ. A. & B. *futuros.* praeferrem tamen *abſuturos.* Vide ad Miltiad. cap. 4 Leid. & Voſſ. B. *Lesbo, Chares Sigaeo.*

1 *Diſſimilis quidem Chares*] De Charete ex *Ephoro* & *Theopompo* quaedam *Athenaeus*, tardum & ſegnem fuiſſe dicens, & voluptarium. *Demoſthenes* & *Aeſchines* in orationibus ſuis ſaepe Charetem aut nominatim commemorantes, aut tacito nomine deſcribentes, ſignificant eum parum ſtrenuum fuiſſe imperatorem, ejusque culpa cladem ad Chaeroneam, victore Philippo, fuiſſe acceptam. *Diodorus Siculus* 15. *extr.* dicit, eum fuiſſe ignavum & timidum in hoſtes, injuſtum in ſocios. *Idem lib.* 16. diſerte ait, Charetem non fuiſſe quolibet alio forte oblato imperatorem nec in re gerenda, neque in conſilio capiendo meliorem. Commemorat eum *Xenophon* aliquoties 7. *de reb. Graec.* Lambinus. add. *Plutarch. apophthegm. reg.* & infra 13, 3, 1. Pro *eorum factis*, alii: *horum factis*, vel: *horum & factis.* Boſius. Voſſ. B. *eorum.*

2 *Bello ſociali*] Sup. ad 11, 3, 3. *Boſius.*

Charias [1] privatus, ſed omnes, [2] qui in magiſtatu erant, auctoritate anteibat; eumque magis milites,
2 [3] quam qui praeerant, aſpiciebant. Quae res ei maturavit mortem. [4] Nam dum primus [5] ſtudet portum intrare, & gubernatorem jubet eo dirigere navem, ipſe ſibi perniciei fuit. [6] Quum enim eo penetraſſet, ceterae non ſunt ſecutae. Quo facto circumfuſus hoſtium

1 *Privatus*] Epaminonda. *erat enim ibi* privatus *numero militum. Gebhard.* Aliter *Diodorus* 16, 7. qui claſſi eum praefuiſſe, Charetem vero terreſtrem exercitum rexiſſe tradit. *Boſius.*

2 *Qui in magiſtratu erant*] Optima eſt locutio, cui *privatum eſſe* opponitur Livius Lib. 6. cap 6. *Senatus Diis agere gratias, quod Camillus* in magiſtratu *eſſet. Dictatorem quippe dicendum eum fuiſſe, ſi privatus eſſet.* Adde cl. Oudendorp. ad Frontin. L 4. Strateg. cap. 5. n. 62.

3 *Quam qui praeerant, aſpiciebant*] Quod Catullo, ni fallor, eſt *reſpectabant* id eſt, obſervabant. *Ernſt.* Subintellige *eos*, ut 10, 9, 5. &c. *Aſpiciebant* autem, eſt, reverebantur, honorabant. Tacitus *aſpectare* dixit. Ann. 1, 4, 1. *omnes exuta aequalitate juſſa principis* aſpectare. Sic *intueri* apud Livium 37, 54. *Pro dignitate & gloria apud omne genus humanum, quod veſtrum nomen imperiumque juxta ac Deos immortales jam pridem* intuetur, *pugnaſtis.* Boſ. Sic Graecis βλέπειν εἰς θεὸν pro *deos venerari.* Sophocl. Antig. vſ. 935. vid. Cuperum L. 2. Obſ. cap. 1. alia exempla huc ſpectantia daturum. mox *ei* abeſt a Leid. & pro *maturavit mortem* Voſſ. B. *mortem maturavit.*

4 *Nam dum primus*] Fuit enim in periculis adeundis calidior quam cautior; in aliis ſegnis & tardus, v. *Plutarch. Phocione pag.* 744. Boſius.

5 *Studet*] Σπεύδει, feſtinat. Datame. *Hac delatus in Ciliciam, egreſſus inde, dies noctesque iter faciens Taurum tranſiit, eoque, quo* ſtuduerat, *venit.* Pelopida, *qui, cum tempore ipſo, quo* ſtuduerant, *perveniſſent.* hinc *ſtudium*, σπουδή, feſtinatio. Caeſar. lib. 7. Comment. cap. 41. f. *ſummo* ſtudio *militum ante ortum ſolis in caſtra pervenit.* Lib. 3. Civil. cap. 24. *Illi* ſtudio *incitati incautius ſequebantur.* Val. Lib. 3. cap. 2, 23. *Cum Pompeji praefectus juſſu ejus, ſummo* ſtudio *& magno militum numero ad id capiendum mitteretur.* Gebhard. Copula *&* abeſt a Leid. & Voſſ. B.

6 *Quum enim eo penetraſſet*] Eo ſignificatu multoties verbo *penetrare* utitur Curt. pro penitius aut interius ſubire, lib. 4. cap. 12. *Ille intentum animis, dum ſpe calerent, ratus ad Peluſii oſtium* penetrat. Lib. 5. cap. 17. *In rupium cacuminibus extra teli jactum Barbari ſtabant de induſtria quieti, & paventibus ſimiles, donec in artiſſimas fauces* penetrat *agmen.* Lib. 6. cap. 22. *Torrentesque & eluvies iter morabantur, nullo tamen hoſte obvio* penetravit. Cicero pro Archia. *Cupere debemus, quo minus*

manuum

ſtium concurſu, quum fortiſſime pugnaret, [1] navis
roſtro percuſſa, coepit [2] ſidere. [3] Hinc refugere quum 3
poſſet, ſi ſe in mare dejeciſſet, quod ſuberat claſſis
Athenienſium, quae exciperet [4] natantis: perire maluit,
quam [5] armis abjectis navem relinquere, [6] in
qua fuerat vectus. Id ceteri facere noluerunt, qui
nando,

manuum noſtrarum tela pervenerint, eodem gloriam famamque penetrare. *Gebhardus.*

1 *Navis roſtro percuſſa*] Navis Chabriae roſtro adverſariae navis icta. *Lambinus.*

2 *Sidere*] Pro ſubſidere ac demergi. Non diſſimulabo, meo in cod. ſcriptum fuiſſe *fidere*: ut *findere* reperiſſe librarius videatur. Retineo tamen *ſidere*. Pedo Albinovanus apud *Senecam Rhet. Suaſor.* 1. *Jam ſidere limo Navigia, & rapido deſertam flumine claſſem.* Schott. *Fidere* etiam Voſſ. A.

3 *Hinc refugere quum poſſet*] Correctio Lambini nihili, menti adverſa Cornelii. Vult enim Nepos effugere exitium Chabriam potuiſſe: nempe ſi armis exſutis atque abjectis in mare ſe immiſiſſet, & natando parumper ad haud procul ſtantem Athenienſium claſſem ſucceſſiſſet. *Hinc cum refugere poſſet, ſi ſe in mare abjeciſſet.* Gebhardus. Plane non opus eſt Magii emendatione, qua *non* expungit, ſi cum Lambino & aliis legimus, *niſi ſe in mare dejeciſſet.* Ernſt. Sic diſerte codex Giſanii. Codices quoque Dan. & (teſte *Piccarto Pericul. Critic. cap.* 10) Bavarici: *Hinc cum refugere poſſet*; *Piccarto & Gebhardo* probantibus. Itaque non dubitavi negandi particulam expungere: praeſertim cum ſenſus id requireret. *Lambinus* corrigebat: *hinc cum ref. non p. niſi ſe in mare dejec.* quod recte *Gebhardus*, ut Cornelii menti adverſum, rejicit. Vult enim, inquit, Nepos, effugere exitium Chabriam potuiſſe: nempe ſi armis exutis atque abjectis in mare ſe immiſiſſet, & natando parumper ad haud procul ſtantem Athenienſium claſſem ſucceſſiſſet. *Boſius.* Voſſ. B. *Hinc refugere cum non poſſet.* pro *in mare* Voſſ. B. *in mari.*

4 *Natantis*] Sic quoque e ſuis codd. *Giſanius* ac *Pet. Daniel* emendarunt. Vulgo eſt *natantem.* Eſt autem accuſativus antiquus. *Boſius.* Leid. *natantis. Pro exciperet* Voſſ. A. *acciperet.* Sed *exciperet* retinendum. Livius Lib. 4. cap. 19. *Quem quum ictum equo dejeciſſet; confeſtim & ipſe haſta innixus ſe in pedes* excepit. Vid. Servium ad Virgil. 3. Aen. v. 317.

5 *Armis abjectis*] Quod eſt flagitium militare & capitis poena expiandum. Nam ſtrenui laudis ac decoris ſtudioſi milites, aeque ut membrorum, imo pene ut animae ſuae curam gerunt. Diodorus 14. Τῶν δὲ φυγόντων ἐπὶ τὸν ποταμὸν οἱ μὲν ἀνδρειότατοι μετὰ τῶν ὅπλων διενήχοντο, τὴν πανοπλίαν ἐν ἴσῳ καὶ τὴν ψυχὴν [illegible] λιμόντες. Seneca (epiſt. 120.) de Horatio Coclite: *Non minus ſolicitus ut armatus, quam ut ſalvus exiret.* de Hiſpanis Juſtinus 44. 2, 5. *Plurimis militares equi & arma ſanguine cariora.* de Catonis filio vide Juſtin. 33, 2, 3. & 4. Valer. Maxim.

3. 2.

nando in tutum pervenerunt. At [1] ille praeſtare honeſtam mortem exiſtimans turpi vitae, comminus pugnans telis hoſtium interfectus eſt.

3, 2, 16. *Gebhardus.* Adde *Stewech. not. in Veget.* 2, 14. *Bernegg. quaeſt. miſcell.* 29. ac *not. ad Juſtin.* 33, 2, 3. & *Petiti comment. ad Leges Attic. pag.* 517. Boſius.

6 *In qua fuerat vectus*] Haec gloſſema eſſe cenſet Oudendorpius.

1 *Ille praeſtare honeſtam mortem exiſtimans turpi vitae*] Pene ad verbum *Antigono Polyaenus lib.* 4. *Comm.* 5. τοῦ ζῆν αἰσχρῶς τὸ θνήσκειν ἀνδρείως αἱρετώτερον ἡγεῖτο. Tacitus Agric. 33, 11. *Proinde & honeſta mors turpi vita potior, & incolumitas ac decus eodem loco ſita ſunt.* P. Syrus: *Vita hominis brevis; ideo honeſta mors eſt immortalitas.* Salluſtius Jug. 106. Sulla a Mauro rogatus, *uti noctu clam profugeret: incertae ac forſitan poſt paulo morbo interiturae vitae parcere turpi fuga* recuſat. Tali animo fuerunt quidam apud *Caeſarem* centuriones, 6. *Comm.* 40. *Centuriones,* inquit, *quorum nonnulli ex inferioribus ordinibus reliquarum legionum, cauſſa virtutis in ſuperiores erant ordines hujus legionis traducti, ne ante partam rei militaris laudem amitterent, fortiſſime pugnantes conciderunt.* Plane ex mente Chabriae Iſocrates Panegyrico: τῶν ἀνδρῶν τοῖς καλοῖς κἀγαθοῖς αἱρετώτερόν ἐστι καλῶς ἀποθανεῖν, ἢ ζῆν αἰσχρῶς. Argute & maſcule *Valer.* 3, 2, 14. *Cato,* inquit, *conſtantiſſime in gladium incumbendo, magnum hominibus documentum dediſti, quanto potior eſſe debeat probis dignitas ſine vita, quam vita ſine dignitate.* At *ignavi pluris qualemcumque vitam honeſta morte aeſtimant,* ut loquitur Darius apud *Curtium* 5, 8, 6. *Gebb.* Pylades in *Euripidis Oreſte actu* 4.

Καλῶς θανόντες, ἢ κακῶς σεσωσμένοι. *Potius honeſte morientes, quam turpiter vitae ſuperſtites.* Polybius lib. 11. *Qui in rebus gerendis verſantur, non praelii aleam temere ſubeuntes, eorum, qui ſalutem ſuam fidei ipſorum commiſerunt, ſpem fallent, nec cupidi vitae praeterquam decet* (φιλοζωοῦντες παρὰ τὸ δέον) *turpitudinis ac ignominiae notam ſibi inurent. Plutarchus* tamen *in vita Phocionis* refert, Chabriam imperatorii muneris oblitum, ſe temere periculis objectaſſe. Cum enim in pugna navali pro exponendo in terram milite audacius in hoſtes occurrentes ſe effudiſſet, pugnantem confoſſum eſſe. *Loccen.* Ceterum Chabrias periit archonte Cephiſidoro Olympiadis cv. anno tertio. *Gebhard.* Sepulcrum ejus exſtabat Athenis extra oppidum in Ceramico, teſte *Pauſania:* de quo lapides filius Cteſippus vendebat, ut haberet, quod voluptatibus inſumeret. Teſtis *Athenaeus* 4. vide *Meurſii Ceramicum cap.* 21. Boſius. Leid. & Voſſ. B. *p. h. m. exiſtimans turpi vitae.*

XIII.

XIII. TIMOTHEUS.

CAP. I.

[1] TIMOTHEUS, [2] CONONIS F. ATHENI- 1
ENSIS. Hic a patre acceptam gloriam mul-
tis auxit virtutibus. fuit enim [3] diſertus, impiger,
laborioſus, rei militaris peritus, neque minus civi-
tatis regendae. [4] Multa hujus ſunt praeclare facta, 2
ſed haec maxime illuſtria. [5] Olynthios & Byzantios
bello ſubegit. [6] Samum cepit, in qua oppugnanda
ſupe-

1 DE TIMOTHEO *vide Diodorum Sic.* 15. *&* 16. *Xenoph.* 5. *&* 6. *Athenaeum* 13. *Suidam. Plutarchum in Syll. Aelian. var. hiſt.* 2, 10. *Cicer.* ſaepius. *Frontin.* 1, 2, 11, *&* 2, 5. 47. *Polyaen.* 3. *Demoſth. orat.* περὶ τῶν ἐν χεῤῥονήσῳ. *Boeclerus.*

2 *Cononis F.*] Ex Threſſa, ſcorto quidem publico; ſed quae poſtea exemplar clariſſimum modeſtiae evaſit. Timotheus autem cum matris conditio ſibi objiceretur; *Atqui,* inquit, *per eam ſum Cononis filius.* auctor Athenaeus 13, 13. *Longolius.*

3 *Diſertus*] *Demoſthenes orat.* 8. & *Cicero* 3. *de Oratore*, Iſocratis fuiſſe auditorem, teſtantur. *Magius.*

4 *Multa hujus ſunt praeclare facta*] Sic loquitur Livius L. 3. cap. 47. *Nec alium virum eſſe, cujus ſtrenue ac ferociter* facta *in bello plura memorari poſſent.* Sic *bene facta* veteres dixere. Vide Broukhuiſ. ad Prop. L. 2. El. 1. vſ. 24.

5 *Olynthios & Byzant.*] De Olynthiis quia *Diodorus* non meminit, animi pendet *Lambinus.* ſed meminit *Ariſtoteles*, ſeu quisquis eſt auctor, 2. *Oeconom.* 23. ut & de Samo & Corcyra. Item *Demoſthenes Olynth.* 2. ibidemque *Ulpianus.* Vide vitas comparatas noſtras Olymp. CIV. anno 1. extr. *Schottus.* Forſan huc quoque pertinet, quod de Olynthiorum equitatu narrat *Polyaenus* 3. *in Timotheo commate* 7. Boſius.

6 *Samum cepit*] Meminit *Polyaenus l. c. comm.* 9. *&* 10. Mox Exc. Dan. & membranae Schotti: *in quo oppugnando.* quod ille dictum vult pro *quo bello*, inepte. Si recipi debet, poterit commode ad *Samum* referri, quae vox terminatione maſculina videtur eſſe; ut *Seſtus*, *Pontus*, & quorundam ſententia *Lesbus*, *Abydus*, *Corinthus.* de quibus *Voſſium* vide 1. *de analogia* 12. Nil tamen mutare audeo. *Boſius.* Leid. etiam *in quo oppugnando.* Sic Cod. Leid. Voſſ. A. C. & P. Dan. in Milt. cap. 2. *Cherſoneſo tali modo conſtituto.* pro *conſtituta.* Leid. Cod. in Pauſania cap. 3. n. 2. pro *veſte Medica* exhibet *veſte Medico* Unde patet variare genera Mſſ. Codices. Sed Viro docto ad Milt. l. l. hanc Codicum ſcripturam probanti Syntheſis quaedam ineſſe videtur in h.

l. &

Digitized by Google

ſuperiore bello Athenienſes mille & ducenta talenta conſumſerant. id ille ſine ulla publica impenſa populo reſtituit. Adverſum [1] Cotym bella geſſit, [2] ab eoque mille & ducenta talenta praedae in publicum
3 detulit. [3] Cyzicum obſidione liberavit, [4] Ariobarzani ſimul cum Ageſilao auxilio profectus eſt: a quo quum Laco pecuniam numeratam accepiſſet, ille cives ſuos agro

l. & Miltiadis, ſed Boſii ſententiam amplector.

1 *Cotym*] Exc. Dan. *Cottum*; ut ſupra *Coti* 11, 3, 4 Boſius. Pro *hanc ille* Leid. & Voſſ. B. *id ille*. pro *adverſum* Voſſ. A. *adverſus*. pro *Cotym*, *Cholum*.

2 *Ab eo mille & ducenta tal. praedae in publ. detulit*] Secus hodie noſtris moribus; quibus praeda cedit ignaviſſimo cuique tribunorum aut centurionum: viliſſima quaeque, & iſtis Thraſonibus faſtidita, militari turbae relinquuntur. Cum bella non privata auctoritate, non privato ſumtu gerantur, cur belli fructum ad ſe privato ſumtu gerantur, cur belli fructum ad ſe privati rapiant? Sancta ergo & merito ſuſpicienda antiquitas, quae *honeſtius bella geſſit, quam nunc amicitiae coluntur*. Juſtinus 15, 2, 9. Praedam autem ac manubias ad publicum uſum, ornatum atque ſplendorem civitatum converterunt priſci, atque inde ſacra atque profana monumenta extruxerunt. Diodorus 11 Μετὰ δὲ τούτων γενόμενος ὁ Γέλων ἐκ μὲν τῶν λαφύρων κατεσκεύασε ναοὺς ἀξιολόγους Δήμητρος καὶ Κόρης. Frontinus de Aquaeductibus, *Poſt annos XL. quam Appia perducta eſt, anno ab urbe condita* CCCCLXXXIX. *M. Curius Dentatus Anienus, qui nunc dicitur Vetus, aquam perducendam in Urbem ex manubiis de Pyrrho captis curavit, Sp. Carbilio, L. Papirio iterum coſſ.* Cicero contra Rullum, *Si eſt aequum praedas ac manubias ſuas Imperatores non in monumenta deorum immortalium, neque in Urbis ornamenta conferre; ſed ad Decemviros, tanquam dominos reportare*. Gebhardus. Vide de tota hac re *Grotium de J. B. & P.* 3, 6, 14. *ſeqq.* Pro *detulit* alii habent *retulit*. Boſius. *Detulit*, ut Leid. & Voſſ. A. (praeter B. qui *retulit* profert) in textum recepi fretus auctoritate cl. Graevii hoc verbum egregie illuſtrantis ad Ciceron. L. 2. de Offic. cap. 22. Sic *detuliſſe* pro *retuliſſe*, conſentientibus Mſſ. quatuor, legendum eſt in Valerio Maximo L. 5 cap. 6. Exempl. 8. ubi vide cl. Torrenii notas.

3 *Cyzicum*] *Diodorus Sic.* 15. Boſius. Voſſ. A. *Cyxicum*.

4 *Ariobarzani*] Regis Perſ. Satrapae in Lydia: qui Mithridate mortuo, regnum Ponti obtinuerat: de quo & Probus in Datame. Nulla autem de hoc bello, neque apud *Plutarchum* mentio fit, quod ſciam. *Lambin.*

5 *Ferre poſſet*] In Mſ. Cod. reperio hoc una litera auctius. *Cujus partem domum ſuam ferre poſſent*. In alio libro ad oram ſcriptum eſt. *quisque ferre poſſet*. Utraque lectio haec ad cives refert. *Ernſt.* Omnino le-

Digitized by Google

agro atque urbibus augeri maluit, quam id ſumere, cujus partem domum ſuam [1] ferre poſſet. Itaque accepit [1] Crithoten & Seſtum.

CAP. II.

Idem [2] claſſi praefectus [3] circumvehens Peloponneſum, Laconicam populatus, claſſem eorum fugavit. 1

legendum cenſeo *poſſent*, ut erat in Codice Ernſtiano: vel, ut erat in ora alterius ſcriptum, *quisque ferre poſſet*. Non id vult *Nepos*, Chabriam ſibi nil ſumere voluiſſe: (quod nec Ageſilao imputat:) ſed maluiſſe, ut Athenienſes agro & urbibus, quas tota civitas poſſideret, quam pecunia (ut per Ageſilaum Lacedaemonii) qua inter cives diſtributa, ſuam quisque partem domum aſportare queat, ditarentur. *Boſ.* Leid. etiam *poſſent*.

1 *Crithotem & Seſtum*] Abrahamus Ortelius locum ſe ignorare fatetur, conjicitque Abydi Synonymum. Lambino & Schotto heic aqua haeret, quorum heic penitus ſilentio deſperationis indice medicinam admovere inſuper habet: ille vero audacior *Erythines* excogitat Paphlagoniae urbem, vel *Cteſiphontem*. Laudo voluntatem, de ſucceſſu penes peritiores judicium eſto. P. Danielis excerpta habent *Erithonem*, & *Sextum*: mutata modo litterula Giſanii codex *Crithonem*. Unde lego: *Itaque accepit Crithotem & Seſtum*: Eſt vero *Crithote* urbs Helleſponti in Cherſoneſo Thraciae, quam & ante hac Athenienſes, Miltiadis comites, teſte Suida, incoluerunt. *Gebhard.* Vulgo legitur: *Erichthonem & Seſtum*. De Seſto res clara. Eſt enim urbs ad Helleſpontum Abydo objecta, Leandri & Herus amoribus nobilis. Sed *Erichthonem* ignorare fatetur *Ortelius*, conjicitque Abydi Synonymum. Nec ullibi, quod ſciam, id nomen urbis occurrit. *Lambino* quoque & *Schotto* aqua haeret: niſi quod ille *Erythinos* Paphlagoniae urbem, vel *Cteſiphontem*, excogitabat. Exc. Dan. *Erithonem*: Mſſ. Gif. Sch. Leid. *Crithonem*, Unde *Gebhardus* emendabat *Crithotem*, quod reponere non ſum veritus. Eſt autem *Crithote* urbs Helleſponti in Cherſoneſo Thracica, *Scylaci* (ſive quicunque illius *peripli* auctor eſt) itemque *Straboni lib.* 10. *Martiano Heracleotae*, ſeu potius *Scymno Chio*, in *periegeſi*, *Plinio nat. hiſt.* 4. 11. *Stephano de urbibus*, & *Suidae* memorata: qui poſtremus ab Athenienſibus cum Miltiade profectis inhabitatam ait. *Boſ.* Pro *Erichthonem* Leid. *Chrythonem*. Voſſ. A. *Critonem*. Voſſ. B. *Erichthonem*. pro *Seſtum* Voſſ. A. B. *Sextum*.

2 *Claſſi praef.*) Mſ. Boecl. *claſſis praef.* Boſius. Omnes mei codices *claſſi praefectus*.

3 *Circumvehens*] *Lambinus* mallet *circumiens*. Sed alterum tuetur *Salmaſius in prolegomenis ad Solinum pag.* 15. Boſius. Nulla hic eſt Mſſ. Codicum varietas, & cur dubitaverit Lambinus, neſcio. Sueton. in J. Caeſare cap 37. *Gallici triumphi die*

vit. [1] Corcyram ſub imperium Athenienſium redegit: ſociosque idem adjunxit Epirotas, [2] Athamanas, Chaonas, omnesque eas gentes, quae mare illud

die Velabrum praetervehens A. Gellius Lib. 2. N. A. cap. 2. *In equo vehens venit.* ubi vide Gronovii notas. Quoties vero Latini Graecos imitati Activis pro Paſſivis fuerint uſi, inter omnes ſatis conſtat ex J. Fr. Gronovio ad Livium Lib. 2. cap. 19. qui plura exempla Noſtrum auctorem illuſtrantia dedit. ex Ampliſſimo Cupero L. 2. obſ. cap. 20. & cl. Oudendorpio ad Lucanum L. 1. vſ. 102 item aliis, quos enumerando lectorem defatigare nolumus. De Graecis etiam res nota, qui centies verba Activa pro Paſſivis, & Mediis ſubintellecto *ἑαυτὸν*, adhibuere. Adi lector Ill. Spanh. ad Callim. H. Jov. vſ. 55. Pro Mediis Activa ſubintellecto Pronomine reciproco poſuiſſe Atticos patet ex notiſſimo illo verbo *καθίζειν* collocare in ſella, pro *ſedere* uſurpato. De quo egerunt Kuſterus de verbis Mediis p. 103. Graevius ad Juliani Soloeciſt. cap. 63. & J. Alberti ad Epiſt. Pauli ad Hebraeos cap. 11 comm. 3. & infinitis aliis. Ut autem *vehere* ſive *vehi* de equo, curru, & de *navi*; ſic *ὀχεῖν* & *ὀχεῖσθαι* apud Graecos de curru & navi dicitur. Vide Schol. Ariſtoph. Plut. vſ. 1014. Ubi de iis, qui curru vel navi vehuntur, ponitur. Contra Homerus Odyſſ. ultima vſ. 731. *νηυσὶν ὀχεῖσθαι* dixit. & ut *ὄχος* pro curru, v. Schol. Eur. Medea vſ. 1123. ita *ὄχημα* & *ὄχος* pro ipſa navi. v. Stanlei ad Aeſchylum. Prom. v. 467. unde ad omnem forſan difficultatem tollendam ſaepius, *ὄχοι ἁρμάτων* dixere, ut docet Ampl. Cuperus L. 2. Obſ. c. 10. (qui tamen & aliam hujus locutionis putat eſſe cauſſam) & *ὄχημα ἱππικὸν* pro *curru* Sophocles in Electra vſ. 742. qui contra *ὄχημα νεὸς* pro *navi* dixit in Trachin. vſ. 668. Praeterea hic juvenis parum Latinè doctus forſan mirabitur, quod *eorum* reſpondeat nomini generis faeminini; ſed haec elegantiſſima eſt ſyntheſis Graecis, ac Latinis uſitata. in Alcibiade cap. 11. *Poſtquam inde expulſus Thebas venerit adeo ſtudiis eorum inſerviiſſe.* Plura hujus elegantiae exempla dabunt Cortius ad Ciceron. L. 1. ad Fam. Ep. 9. n. 34. & ad Salluſt. Catilin. cap. 5. n. 8. Euſtathius ad Dionyſium Perieg. vſ. 350. Munkerus ad Antoninum Liberalem fab. 37. J. Perizonius ad Aelianum L. 14. V. H. cap. 15. & Dukerus ad Thucydidem L. 1. c. 3. L. 53. Pro *Laconicam* Leid. *Laconitem.* pro *ſociosque idem* Leid. *ſocioſque eidem.*

1 *Corcyram ſub imperium*] Sic quoque *Xenophon* 5. *Hiſt. Gr.* & *Aeſchines orat. adv. Cteſiph.* Boſius.

2 *Athamanas*] Longolius, ejusque ſublector Lambinus. *Acarnanas* contra Mſſ. *Gebhard* Sic diſerte Mſſ. & edd. vett. Etiam Exc. Dan. *Athamattas* habent. Quare nolui diutius hoc nomen exſulare, immerito ejectum a *Longolio* ac *Lambino*, quod *Diodorus* ait, Timotheum etiam civitatibus Acarnaniae perſuaſiſſe, ut ſeſe ad Athenienſes applicarent. Neque enim,

ſi

lud- [1] adjacent. Quo facto Lacedaemonii de diutina 2
contentione deſtiterunt, & ſua ſponte Athenienſibus imperii maritimi principatum conceſſerunt; [1] pa-

ſi Acarnanas Athenienſibus adjunxit, idcirco non adjunxit vicinos illis Athamanas. Fuere enim Athamanes Acarnaniae & Epiro vicini. *Plinius Nat. hiſt.* 4. poſtquam *c.* 1. de Epiro & Acarnania egerat: *caput* 2. ſic inchoat: *Aetolorum populi Athamanes, Tymphaei, &c.* Athamanum regem Amynandrum ab Aetolis *ex finitimis* pacificatorem adhibitum, *Livius* ait 27, 30. *Idem* 38, 1. *Ne in Aetolia quidem res quietae fuerant, principio a gente Athamanum orto.* Et paſſim Athamanes Aetolis jungit, tanquam vicinos. *Strabo* 7. *p.* 222. inter *gentes Epiroticas ſupra Acarnaniam & Aetoliam* ſitas recenſet. adde eundem *p.* 225. & *lib.* 9. *p* 287 *&* 295. *Periegeſis* ſub *Marciani* nomine edita Theſſaliae vicinam facit Athamaniam:

Τῇ Θετταλίῃ δ' ἐπ' ὅμορος ἡ Ἀθαμανία.

Livius 32, 14. *anguſtis faucibus a Theſſalia dirimi* ſcribit: *Ptolemaeus* 3, 14. ait, *Amphilochis*, qui inter Theſſaliam & Acarnaniam ſiti, *orientaliores eſſe Athamanas* Haud procul igitur fuere Cephalenia inſula ſupra Acarnaniam. Quod ſi in quibusdam Mſſ. codd. τὸ *Acarnanas* inveniretur, non abnuerim, ſi quis utrumque retinendum putet. *Boſius.* Voſſ. A. *Athamantias.*

[1] *Adjacent*] Quae juxta mare illud ſitae ſunt. *Gebhard.* Mſ. Dan *adjacunt*, corrupte, ut ille cenſebat. Poſſis tamen tueri, ſi dixeris, veteres verbo *jacere* etiam in tertia conjugatione uſos, ut *ſtridere, fervere, conivere*, & ſimilibus, de quibus *Voſſius de analogia* 3, 35. Boſius. Omnes mei Codices *adjacent*. recte vero haec verba explicuit Gebhardus. *Jacere* eſt verbum Geographicum pro *ſitum eſſe*. Vide Servium ad Virgil. 3. Aen. vſ. 692.

Sicanio praetenta ſinu jacet *inſula contra*
Plemmyrium undoſum.

Et Paſſeratium ad Propertium L. 1. El. 11. vſ. 2.

Qua jacet *Herculeis ſemita littoribus.*

Nepos in Datame cap. 4. *Quae gens* jacet *ſupra Ciliciam.* P. Mela L. 1. cap. 19. *Deinde propiores terrae iterum* jacent, *exiturique* i. e. terrae ab utraque parte maris jacent ſibi iterum propiores: Legente ita & explicante Cel. J. Perizonio in Epiſt. 5. ad N Heinſium. L. 1. cap. 7. *Hinc ad ſyrtim adjacent.* & ita ſaepius alibi. ſic κεῖσθαι apud Graecos Herodotus L. 1. cap. 178. de Babylone κέεται ἐν πεδίῳ μεγάλῳ Aelianus Lib. 3. V. H. cap. 1. ἔστι δὴ χῶρος μεταξὺ κείμενος τοῦ τε Ὀλύμπου καὶ τῆς Ὄσσης. & hinc κεῖσθαι pro *habitare* Schol. Soph. Oed. Col. vſ. 352. quomodo & hic *jacere* exponi poteſt. *Adjacent illud mare* praeterea pro jacent ad illud mare. Solebant Veteres praepoſitionem nomini detractam verbo adſcribere. Vide Servium ad Virgilium L. 1. Aen. vſ. 151. & 392. & ad 4. Aen. vſ. 493.

— *Magicas invitam accingier artis.*

De hoc loquendi modo multi multa Conſule Lambinum ad Horat. 2, 7, 24. Heinſium ad Ovidium L. 3. Metam. vſ. 598. Schefferum ad Petron. Satyric. cap. 51. Broukhuiſium

Digitized by Google

[1] pacemque his legibus conſtituerunt, ut Athenienſes mari duces eſſent. Quae victoria tantae fuit Atticis laetitiae, [2] ut tum primum arae PACI publice
3 ſint factae, eique deae pulvinar ſit inſtitutum. Cujus laudis ut memoria maneret, Timotheo publice ſtatuam [3] in foro poſuerunt: qui honos huic uni
4 ante hoc tempus contigit: ut, quum patri populus ſta-

ſium ad Propertium, 1, 3, 12. Davies ad Caeſarem L. 1. B G. cap. 12. & J. Perizon. ad Sanctii Minervam L. 3. cap. 3. n. 6. & ad Eund. Libr. cap. 5. n. 2. hinc poſſumus probare ſcripturam Codd. Voſſ. A. & B. in Dione cap. 4. *Ut ſe ſuperiore parte aedium dejecerit.* Quamvis Lectio cod. Leidenſis ſe ſatis defendat aliis multis noſtri Auctoris locis. Huc etiam ſpectat *adpellere naves terram* pro *ad terram.* vid. Cl. Oudendorp. ad Frontinum Lib. 3. c. 9. n. 27. Has locutiones apud Graecos ſaepius invenire licet. Conſule Criticos ad Sophocl. Ajac. vſ. 42. & 225. Eurip. Phoeniſſ. vſ. 367.—— σὺ πίστις, ἥμ' εἰσήγαγε Τείχη πατρῷα, *Tua fides, quae me duxit intra moenia paterna.* In Hecuba vſ. 339. πρόσπιτνε γόνυ *procide ad genu.* in Oreſte vſ. 1077. μὴ σύνθνησκέ μοι. *ne morere mecum,* Homer. Iliad. υ. vſ. 129. θεῶν ἐκπεύσονται ὀμφῆς. pro ἀκούσονται ἐκ τῆς θείας φωνῆς. ut Schol. adde Ill. Spanhem. ad Callim. H. Del. vſ. 248. Aelian. L. 1. V. H. cap. 15. ἀπολαύων αὐτῶν τὸ φθόνον. pro ἀπολαύων ἀπ' αὐτῶν, ut monet ibi Cel. Perizonius. *Adjacere mari* defendit tamen Cl. Oudendorpius ad Frontinum L. 3. ſtrateg cap. 9. n. 31. Hic vero praeter Leid. etiam Voſſ. A. B. exhibent *mare adjacent.* Eodem modo diſſentiunt viri docti, rectiusne dicatur *imponere arce colle,* an vero *colli, arci.* Vide Cl. Torrenium ad Valerium Maximum Lib. 5. cap. 3. n. 86. ſed hic ſequor codd. Mſſ. fidem.

1 *Pacemque*] De qua *Demoſth. Or. de Corona.* Boſius.

2 *Ut tum primum arae Paci publice ſ. f.*] Atqui *Plut. in Cimone* tradit, aras pacis eſſe poſitas poſt victoriam illam Cimonis ad Eurymedontem partam contra Perſas: quam pax illa omnium ſermone celebrata conſecuta eſt. *Lambinus.* Quidam ediderunt *publicae.* De *pulvinari* vid. Ind. *Boſius.* Graecos Diis ſuis Lectulos in templis ſternere fuiſſe ſolitos Eruditi ad h. l. adnotant. Adde quod legitur apud Herodotum Lib. 1. cap. 181. & 182. Chaldaeos & Aegyptios Jovi in templo juxta menſam auream ſimiles lectulos etiam ſtraviſſe. Caetera de lectiſterniis ſunt nota. Pro *arae paci publice factae* Leid. *arae pacis publicae factae.* quomodo Latini ac Graeci etiam fuerunt locuti. conſule cl. Munckerum ad Hyginum fab. 40. & ad Antoninum Liberalem fab. 6. Jam citatum a cl. Oudendorpio ad J. Obſequentem de Prodigiis cap. 108. *Cupreſſea ſimulacra Junonis Reginae poſita.* Quamquam vulgatam lectionem nequaquam damnem, uſus enim iſte Dativi omnibus ſatis notus eſt. Pro *pulvinar* idem Cod. *pulvina.*

3 In

Digitized by Google

ſtatuam poſuiſſet, filio quoque daret. Sic juxta poſita recens filii, veterem patris renovavit memoriam.

CAP. III.

Hic quum eſſet magno natu, & magiſtratus [1] gere- 1
re deſiſſet, bello Athenienſes undique premi ſunt
coepti. Defecerat Samus: deſcierat Helleſpontus:
Philippus jam tum valens [[2] Macedo] multa moliebatur:
cui oppoſitus Chares quum eſſet, [3] non ſatis in
eo praeſidii putabatur. Fit Meneſtheus praetor, fi- 2
lius Iphicratis, gener Timothei, [4] & ut ad bellum
proficiſcatur, decernitur. [5] Huic [6] in conſilium dantur

3 *In foro*] Veteri ſcilicet. vide *Meurſii Ceramicum cap.* 16. & ſupra ad 12, 1, 3. *Pauſanias in Atticis* prope porticum (quae *regia* dicta, & ingredienti Ceramicum prima occurrebat ad dextram) ſtetiſſe Cononem & Timotheum ejus filium, tradit. Idem & in arce Cecropia, utramque poſitam, ſcribit. denuo *Meurſium* vide *cap.* 3. & in *Cecropia cap.* 13. Boſius.

4 *Ante hoc tempus*] Cod. Boecl. *ante id tempus*. Boſius. Leid. meus, & Voſſ. B. etiam *ante id tempus*. mox pro *quoque daret* Voſſ. A. *quodque daret*.

1 *Gerere deſiſſet*] Voſſ. B. *Gerere id ſciſſet*. mox pro *deſcierat*, *deſierat*.

2 *Macedo*] Hanc vocem nobiliſſ. *Barthius*. adfectatione alliterationis trajectam, cenſebat. Mihi non una cauſſa ſuſpecta eſt. Cotym, Ageſilaum, Jaſonem hac ipſa vita, & alibi alios, ſimpliciter nominat, non addito gentis nomine. Pleriſque autem illis notior apud Romanos Philippus erat. Quoniam tamen in omnib. codd. legitur, ſatis habui, ſi uncis includerem. mox cod. Dan. *molibatur*: ἀρχαϊκῶς. Boſ.

3 *Non ſatis in eo*] Erat enim imprudens, ſtolidus, ſuperbus; contumax, imperitus, & nihil prae milite quovis egregium habens. vide *Diodorum* 16, 86. & ſup. ad 12, 3, 4. *Boſius.*

4 *Et ut ad bellum*] Elegantius Mſ. Boecler. & quidam *Lambino* laudati: *& ad bell.* Sic ſolet Nepos. *Boſius*. Agnoſcunt tamen hic *ut* Leid. & Voſſ. A. B. paullo ante pro *Meneſtheus* Voſſ. A. *Meneſteus*. pro *Iphicratis*, *Hippocratis*. ſed in marg. *al. Hyphicratis.*

5 *Huic in conſilium dantur duo uſu & ſapientia praeſtantes*] Nullo ſeculo a praefecturis bellicis atque ducatibus adoleſcentes excluſos eſſe video; ſed crebro potius junioribus rei militaris ſummam fuiſſe commiſſam; quandoquidem non tam ductu, quam auſpicio, res magnae geruntur: additis prudentia atque experientia gravibus legatis ſeu rectoribus, reperio. Juſtinus 29, 1, 8. *His regibus pueris etſi nulli ſenioris ae-*

tur duo uſu ſapientiaque praeſtantes [[1] quorum conſilio uteretur] pater & ſocer: quod in his [2] tanta erat auctoritas, ut magna ſpes eſſet, per eos [3] amiſſa poſſe
3 recuperari. [4] Hi quum Samum profecti eſſent, & eodem Chares, adventu eorum cognito, cum ſuis copiis

tatis rectores erant. de Fabio Rulliano, qui legatus ire Fabio ad bellum difficile & periculoſum conficiendum gravatus eſt, *pene ipſo duntaxat animo ſine corpore militaturus.* Valerius 5, 7, 1. Caeſar 7, 76. *Comio Atrebati Viridemaro & Eporedorigi Aeduis, Vergeſillauno Arverno conſobrino Vercingetorigis, ſumma imperii traditur: iis delecti ex civitatibus attribuuntur, quorum conſilio bellum adminiſtraretur.* De Aelio Sejano Praetorii praefecto, Druſo filio rectore a Tiberio dato, Tacit. 1. A. 24, 3. Diodorus 16. Καταλιπὼν τῶν φωκέων στρατηγὸν Φάλαικον τ᾽ Ὀνομάρχου υἱὸν τοῦ τ᾽ ἱερὸν πόλεμον ἐκκαύσαντος, ἀντίπαιδα τὴν ἡλικίαν ὄντα· παρακατέστησε δ' αὐτῷ ἐπίτροπον ἅμα καὶ στρατηγὸν Μνασέαν, ἕνα τῶν ἑαυτοῦ φίλων. Tales autem, qui imperitioribus & junioribus adiunguntur, Marius apud Salluſtium *Monitores* appellat. *Scilicet*, inquit, *ut in tanta re ignarus omnium trepidet, feſtinet, ſumat aliquem ex populo ſui officii monitorem.* Item *Cuſtodes* Cicero: *Ad militiam euntibus dari ſolebant cuſtodes, quibus primo anno regerentur.* Gebhard.

6 *In conſilium dant.*] Mſc. Boecl. *in conſilio d.* mox alii, *uſu & ſapientia.* Ut nos edidimus, erat in Mſſ. Dan. & Boecl. *Boſius. In conſilio* etiam Voſſ. B.

1 *Quorum conſilio uter.*] Quid ſi legeremus? *quorum auxilio uteretur* quod Mſ. liber fere jubet. Auxilium enim interdum ſignificat *conſenſum* ac ſuffragium. Quod Jctorum filii non ignorant. *Ernſtius. Lambinus* faſſus ταυτολογίαν videri, vult eſſe ἐξήγησιν ſeu ἑρμηνείαν. At *Schoppius paradox. litterar. epiſtola* 5. miratur, eum gloſſema tam putidum ejicere non auſum. Nolo negare, ut alios illius aevi, ſic & *Nepotem* ea quandoque ſcripſiſſe, quae tautologiae ſpeciem prae ſe ferunt (vide not. ad 2, 7, 2.) ſed ut haec ab illius manu profecta credam, nondum a me impetrare poſſum; etiamſi cum codice Ernſtiano legas, *quorum auxilio uterentur.* Boſius.

2 *Tanta erat*] Mſ. Boecl. *tanta eſſet.* Boſius.

3 *Amiſſa poſſe recuperari*] In Attico. *Ut eodem nuncio Sauſejus fieret certior ſe patrimonium amiſiſſe & recuperaſſe.* Caeſar. L. 7. Comm. cap. 15. *Quod ſe prope explorata victoria, celeriter amiſſa* recuperaturos *confidebant.* Curt. L. 4. cap. 13. *Perpulit, ne dubitarent ex urbe erumpere, & res amiſſas* recuperare. Juſtin. Lib. 25. *Tantus terror Gallici nominis, ſive invicta armorum felicitas erat, ut aliter neque majeſtatem ſuam tutam, neque amiſſam* recuperare *ſe poſſe ſine Gallica virtute arbitrarentur.* Gebhardus.

4 *Hi quum Samum*] *Diodorus Sic.* 15. non Meneſtheum cum Iphicrate & Timotheo claſſi praefuiſſe; ſed Iphicratem & Charetem: neque illos Samum, ſed Byzantium op-

copiis proficiſceretur, [1] ne quid abſente ſe geſtum videretur: accidit, quum ad inſulam appropinquarent, ut [2] magna tempeſtas oriretur: quam evitare duo veteres imperatores utile arbitrati, ſuam claſſem [3] ſuppreſſerunt. [4] At ille [5] temeraria uſus ratione 4
non ceſſit majorum natu auctoritati: & [6] ut in ſua navi

oppugnaſſe tradit. niſi forte quae ibi narrat *Diodorus*, alio tempore geſta ſunt. *Lamb.* Mox Exc. Dan. *illorum adventu cognito.* Boſius. *Illorum* etiam Leid. meus.

1 *Ne quid abſente ſe geſtum videretur*] Ingenium ambitioſi ducis nobis delineat Nepos, qui ſpretis publicis privatam auctoritatem ac gloriam ſaltem ſpectant, ad eamque conſequendam ruunt praecipites per damna & calamitates patriae. Talem quoque in Pharnabazo exhibet *Diodorus* 15. Τοῦ δ' Ἰφικράτους ἀξιοῦντος αὐτῷ δοθῆναι τοὺς παρόντας μισθοφόρους, καὶ μετ' ἐκείνων ἐπαγγελλομένου κρατήσειν τῆς πόλεως, τό, τε θράσος αὐτοῦ καὶ τὴν ἀρετὴν ὑποπτεύσας, μὴ καθ' ἰδίαν κατάσχῃ τὴν Αἴγυπτον. De Fabio Valente vid. *Tacit.* 2. *H.* 24, 2. Gebhardus.

2 *Magna tempeſtas*] Diodor. Lib 15. τῶν περὶ τὸν Ἰφικράτην καὶ Τιμόθεον ἐναντιουμένων διὰ τὸ μέγεθος τοῦ κλύδωνος. *Gebb.*

3 *Suppreſſerunt*] A curſu ac progreſſu continuerunt. Cod. Burgenſis, teſte Magio, *repreſſerunt.* Et ita loquitur M. Tullius Attico: *Dubitavit noſtrum nemo, quin Caeſar itinera ſuppreſſiſſet, volare dicitur.* Gebh. Hinc Florus Lib. 1. cap. 13. n. 1. Metaphorice. *Hic ſive invidia Deûm, ſive fato, rapidiſſimus imperii curſus parumper Gallorum Senonum incurſione ſupprimitur.*

4 *At ille*] Meneſtheus ſcilicet. At *Diodorus* 16. haec omnia a Charete facta ſcribit. *Boſius.*

5 *Temeraria uſus ratione*] Quomodo ratio *temeraria* eſſe poteſt? Nam *temeritas* eſt fortunae, *ratio* conſilii & mentis. *Ratio* heic ponitur non pro poteſtate illa animi, qua differimus a mutis animantibus: ſed pro modo & via agendi. Vel dicamus, ita dixiſſe *rationem temerariam*, quaſi dixiſſet λόγον ἄλογον. i. e. *rationem nec rationem.* Lambinus. Temerarie egit. Diodor. Lib. 16. τοῦ δὲ Χάρητος παρὰ φύσιν βιαζομένου ναυμαχεῖν. *Gebhard.*

6 *Ut in ſua nav.*] Sic membranae Schotti ac Bavaricae, & Edd. Ultraj. Lugdun. ac Germanicae vett. Eoque Schottus refert Caeſaris illius ad nautam: *Caeſarem fers & fortunam ejus*; quodque in proris navium Fortuna collocata: tum quod *Ulpianus in Olynth.* 2. *Demoſthenis* ait, Timotheum usque eo fortunatum fuiſſe, ut dormiens pingeretur reti urbes captans, addita muliere FORTUNAE titulo. Quae omnia ait vulgatam magis lectionem tueri. *Piccartus* quoque *Pericul. Critic. c.* 10. cenſet ita ſuadere antecedentia & ſequentia, idque locum inſpecturo evidenter apparitorum. At *Gebbardus* negat, quae *Schottus* attulit, ſcrupulum ſibi eximere, quod videat ea omnia non magis referri poſſe ad Timotheum, quam ad Iphicratem aut Mneſthea.

navi eſſet fortuna, quo contenderat, pervenit: eodemque ut ſequerentur, ad Timotheum & [1] Iphicratem nuntium miſit. Hinc male re geſta, [2] compluribus amiſſis navibus, [3] eodem, unde erat profectus, ſe recepit, [4] literasque Athenas publice miſit, [5] ſibi proclive fuiſſe Samum capere, niſi a Timotheo
5 & Iphicrate deſertus eſſet. [6] Ob eam rem in crimen vocabantur. Populus acer, ſuſpicax, mobilis, adverſarius, invidus etiam potentiae, domum revocat: ac-

Si habuit, inquit, *fortunam in navis prora, cur opinaretur ſe habere? Siquidem opinio rebus certis & in ſenſus incurrentibus non bene applicatur: ſed notitia, ſed ſcientia. Deinde quare impingatur Timotheo, quod temerarie Chares deliquit? Ille ut vetus & talium caſuum providus cum Iphicrate claſſem cohibuit, ne fieret obnoxia tempeſtati ac diſcrimini maris: At hic temeraria ratione progreſſus eſt, quaſi eventum ac ſucceſſum haberet in poteſtate; quaſi fortunae imperare poſſet, ut pro arbitrio ipſius conata ſecundaret.* Haec ille. Mſſ. Dan. & alii, ac Edd. Ven. & Florent. habebant, *ut in ſua manu* Unde *Lambinus* & alii; *ut in ſua manu:* cujus ſenſum vide in Ind. v. *fortuna.* Eruditiſſ. *Schefferus* mallet: *& ut ſi ſuae navi:* perinde ac ſi ſua navis haberet fortunam. Quodcunque eligas, ſenſus commodus erit: ſed magis placet τὸ *navi.* Quae *Gebhardus* objicit, tanti non ſunt, ut ab ea ſententia me demovere queant. *Boſius.* Quomodo Timotheum depinxerint veteres, docet nos Aelianus Lib. 13. V. H. cap. 43. ad quem Locum Celeb. J. Perizonius oſtendit Pictores deceptos eſſe falſo rumore ab ejus inimicis dilato, ipſumque Timotheum hanc fabulam aegre tuliſſe; vide ibi plura. *In ſua manu* Voſſ. A. & Leid. ſed Voſſ. B. *in ſua navi.* Quid ſi *ut ſi in ſua n.* ut in Datame cap. 3. *Ut ſi feram beſtiam captam duceret.*

1 *Iphicratem*] Voſſ. A. *Hippocratem*, ſupra notatum erat *Hiphicratem.* & paullo poſt pro *Iphicrate*, *Hippocrate*, iterumque *Hiphicrate* ſupra adſcriptum.

2 *Complurib amiſſis navib.*] Quum ingenti orta procella & invita natura mari pugnare conatus eſſet, plures naves amiſit; uti refert *Diodorus lib.* 16. *Polybius lib.* 1. *Hiſt. p. m.* 38, 39. Loccenius.

3 *Eodem unde*] Mſ. Boecl. *eo unde.* mox Dan *ſe recipit.* Boſius. *Recipit* etiam Voſſ. A.

4 *Litterasque miſit*] Vide Ind. v. *mittere.* Boſius.

5 *Sibi proclive fuiſſe Samum capere, niſi a Timotheo & Iphicrate deſertus eſſet*] Ingenium talium non melius novi depingere quam verbis Curtii 4, 3, 7. *Tantae molis vix ulla veſtigia invenit ab Arabia rediens Alexander. Hic (quod in adverſis rebus ſolet fieri) alius in alium culpam referebant, quum omnes verius de ſaevitia maris queri poſſent.* Diodorus l. 16. Ὁ μὲν Χάρης ἀπομαρτυρόμενος τοῖς στρατιώταις διέβαλε τοὺς συνάρχοντας ὡς προδότας, καὶ πρὸς τὸν δῆμον ἐγράψα-

τας

accuſantur proditionis. [1] Hoc judicio damnatur Timotheus, liſque ejus [2] aeſtimatur centum talentis. Ille odio ingratae civitatis coactus, Chalcidem ſe contulit.

CAP. IV.

Hujus poſt mortem [3] quum populum judicii ſui poeniteret, multae novem partes detraxit, & decem talenta Cononem filium ejus ad muri quandam 1

περὶ αὐτοῦ, ὡς ἐγκαταλελοιπότων τὴν ναυμαχίαν. *Gebhardus.*

6 *Ob eam rem &c.*] Ita editio Baſil. & cum *Lambino* recentiores plerique ediderunt. *Longolius* paullo aliter: *ob eam rem in cr. voc Nam pop ac. ſuſp. mob. adv. inv. etiam pot. confeſtim eos domum revocat.* Mſſ. Burgenſis, Dan. Leid. Boecl. & edd. aliquot vett. hunc locum ita exhibent: *Populus acer, ſuſpicax, ob eamque rem mobilis, adverſ. inv. et. p t. in crimen vocabantur,* (editi *vocabatur*) *domum rev. acc. pr.* corrupte, judice nobiliſſ. Boeclero, ſed unde fors non incommoda lectio prodire poſſit. Magius tentabat: *populus &c. ad crimen vocabatur*, h. e. ad obtrectationem vel accuſationem, invitabatur ac excitabatur *Crimen* pro criminatione, ut apud *Ciceronem* pro Coelio: *quod omnium accuſatorum non criminibus, ſed vocibus maledictisque celebratum.* adde 15, 7, 3. In Burgenſi tamen codice ait fuiſſe *in crimen vocabant*. Schottus & Savaro, quod miror, heic plane ſilent. Lambinus cum Cl. Puteano retento ordine Mſſ codicum, unaque vocula addita, legit: *adverſarius, invidus etiam potentiae, quae in crimen vocabatur, dom. rev.* Cl. Schefferus ſcribendum cenſet: *Pop. ac. ſuſp. ob eamque rem mobilis, adverſarius etiam potentiae. In crimen vocabantur, domum revocati accuſantur proditionis.* ſenſu, ut ait, aperto. Olim tentabam: *invidus (etiam potentia in crimen vocabatur) domum rev.* Sed. ut ingenue fatear, mihi, veteri formula, Non liquet. *Boſius.* Verba *ob eam rem in crimen vocabantur* abſunt a Voſſ. B. ſed Voſſ. A. & Leid. meus conſentiunt Mſſ. a Boſio citatis.

1 *Hoc judicio damnatur Timotheus.*] Qui ante ob felicitatem ſuperbiens, arroganterque loquens dixit, *felices rerum ſucceſſus ſuos potius, quam fortunae eſſe.* Vide Suidam & Leid Cael. Rhodigin. L. 9. lect. antiq. cap. 18. *Ernſtius.*

2 *Aeſtimatur*] Voſſ. B. *exiſtimatur.* & paullo ante pro *proditionis*. *prodictionis.* pro *Chalcidem* Voſſ. A. *Chachidem.*

3 *Quum populum judicii ſui poeniteret*] Concitior eſſet lectio: *Hujus poſt mortem quum populum judicii ſui poeniteret.* Quandoquidem Codex Burgenſis, & Vet. P. Daniel. *populum* ingerunt. ita eſt: ingratum lapſae mentis errorem poenitentia ſequitur, ut loquitur Valer. Maximus. *Gebh.* Sic Mſſ. Burgenſis, Dan.

dam partem reficiendam juſſit dare. in quo [1] fortunae varietas eſt animadverſa. Nam quos avus Conon muros ex hoſtium praeda patriae reſtituerat, eoſdem nepos, cum ſumma ignominia familiae, ex ſua re
2 familiari reficere coactus eſt. Timothei autem moderatae ſapientisque vitae [2] quum pleraque poſſimus proferre teſtimonia, uno erimus contenti; quod ex eo facile conjici poterit, quam charus ſuis fuerit. Quum Athenis adoleſcentulus cauſſam diceret, non ſolum amici privatique hoſpites ad eum defendendum convenerunt, ſed etiam in eis [3] Jaſon tyrannus, qui illo

& Leid. niſi quod hic poſtremus *poenitebat* praefert. Lamb. & alii: *Huj. poſt mort. populus cum jud. ſ. poeniteret.* Boſius.

1 *Fortunae varietas*] Vita Attici c. 10, 2 *tanta varietas in his temporib. fuit fortunae.* Nam libenter comparo has cum illa vita, ut appareat cuivis, eandem dictionis eſſe indolem, ac proinde unum eundemque & harum & illius Vitarum ſcriptorem. Curt. L. 4. cap. 41. *Urbs & vetuſtate originis & crebra fortunae* varietate *ad memoriam poſteritatis inſignis.* Cicero de divinat. varietas *eſt propria fortunae.* Idem ad Lucceium, *Nihil aptius eſt ad delectationem lectoris, quam temporum* varietates *fortunaeque viciſſitudines.* Val. Max. 6. cap. 9. 8. *Portas ipſos, ſi quis modo mutis rebus ineſt ſenſus, tantam in eodem homine* varietatem *ſtatus admiratos arbitror.* Gebhardus.

2 *Quum pleraque poſſimus*] Non video cur mutari debeat vox *pleraque*; quae non modo in vett. codd. ſed etiam in Excerptis Dan. legitur. quanquam nec alteram lectionem improbo, *complura poſſumus*, vel, ut alii, *cum plura poſſimus.* Mox Mſ. Boecl. *qui ex eo.* Unde is conjicit legendum, *quia ex eo.* Boſius. Voſſ. A. *quum pleraque* B. *complura.* pro *poſſimus* B. *poſſumus.*

3 *Jaſon tyrannus*] Infulciunt alii *Theſſalorum*, alii *Theſſaliae.* Gebhard. Mſſ. Dan. & Leid. addunt *Theſſaliae*; alii *Theſſalorum.* Fuit autem Pherarum in Theſſalia tyrannus, memoratus *Diodoro* 15. & 16. *Iſocrati or. ad Philippum, Polyaeno* 6. *Valerio Max.* 1, 8. 6. & 9, 10 *ext.* 2. *Plutarcho in apophth.* & *praecept. pol. Aeliano in Tacticis*, inprimis *Xenophonti h. Gr.* 6. Boſius.

4 *Sine ullo praeſidio*] Quod tueretur contra obviam vim. Datame. *ad quem cum veniſſet ſine* praeſidio. Attico. praeſidium *ei miſit.* Tacit. de Morib. Germ. cap. 13. *in pace decus, in bello* praeſidium. Germani peregrino vocabulo convoy appellamus. Graeci παραπομπήν Curt. L. 3. cap. 2. praeſidio *ſagittariorum proſequente.* Tacit. 1. Annal. cap. 39. *Legatos* praeſidio *auxiliarium Equitum dimittit.* Salluſt. Jugurth. *ſe a patre Boccho obviam illis ſimul &* praeſidio *miſſum.* Gebh. *Venit* abeſt a Voſſ. B.

1 *Quam*

Digitized by Google

illo tempore fuit omnium potentiſſimus. Hic quum 3
in patria ſine ſatellitibus ſe tutum non arbitraretur,
Athenas [4] ſine ullo praeſidio venit: tantique hoſpitem fecit, ut mallet ſe capitis periculum adire, [1] quam Timotheo de fama dimicanti deeſſe. Hunc adverſus tamen Timotheus poſtea populi juſſu bellum geſſit: [2] patriaeque ſanctiora jura, quam hoſpitii, eſſe duxit. [3] Haec extrema fuit aetas imperatorum Atheni- 4
enſium, Iphicratis, Chabriae, Timothei: neque poſt illorum obitum quiſquam dux in illa urbe fuit dignus memoria.

1 *Quam Timotheo de fama dimicanti deeſſe*] Locutio e foro deſumpta. hinc Florus L. 3. cap. 11. n. 6. *Itaque dii foederum ultores, nec inſidiis, nec virtuti hoſtium* defuerunt. L. 4. cap. 9. n. 2. *Nec ille* defuit *vitiis, quibus periret*. Id eſt, ut cl Dukerus recte explicat, ille vitiis ſuis adjuvit interitum ſuum. Juſtinus L. 1. cap. 9. *Quibus ne ipſis quidem animus, in auxilium* defuit. Cicero 4. ad Fam. Ep. 7. *ſed tamen conſilio, ſtudio, Marcello non* deſumus. pro quo *abeſſe* veteres etiam dixere. Vide Cortium ad Salluſt. Cat. cap. 20. n 16. & Tib. Wopkens L. 1. Lect. Tull. cap. 6. Et his contrarium eſt *adeſſe*, ut notum eſt. Plura *Cicero in Laelio*, aliique. *Loccenius*. Sic *Demoſthenes*, (ut & ait *Aeſchines or. περὶ παραπρεσβείας*. hoc ei maledicti loco objiciens) dixit ſe anteponere ſalutem civitatis hoſpitali menſae. *Lambinus*. Alii habent, *Patriae enim*. A. cod. Dan. utraque particula aberat. *Boſius*. *Que* abeſt a Leid.

2 *Patriaeque ſanctiora jura quam hoſpitii*] Illa enim his nos arctius obligant; illa publico, & communi, haec privato & inter paucos vinculo. C. Mattius apud *Tullium ep. fam* 10, 28. *Ajunt patriam amicitiae praeferendam eſſe.* Scipio Afric. apud *Juſtinum* 31, 7, 5. *Privata beneficia a rebus publicis ſecreta eſſe.*

3 *Haec extrema fuit aetas*] Qua Philippus Macedonibus, & Dionyſius Syracuſanis imperitabat: quaque Athenienſes cum ſociis Chiis. Rhodiis, Cois, & Byzantinis, qui ab eis defecerant, bellum, ducibus Chabria, Charete, Iphicrate & Timotheo, gerebant, quod *ſociale* appellatur & anno quarto, metu potentiae regis Perſarum, quem Chares, injuria affectum contra Athenienſes provocaverat, aequis conditionibus compoſitum eſt. *Id* quod ſcribunt Diod. Sicul. L. 16. & Corn. Noſter in vit. imperatorum jam dictorum. *Ernſtius* Sic fere *Diodorus* quoque 15, 7, 8. & *Juſtinus* 6, 9. Boſius.

XIV. [1] DATAMES.

CAP. I.

1 [2] Venio nunc ad fortiſſimum virum, maximique conſilii, omnium barbarorum: exceptis duo-
2 bus Karthaginienſibus, Hamilcare, & Hannibale, [3] de

DE DATAMIS rebus quaedam vide apud *Diodor. Sicul.* 15. *Polyaen.* 7. *Frontin.* 2, 7, 9. Boeclerus. Meminit ejus & *Aeneas in commentar. poliorcetico cap.* 40. Boſius.

1 *Datames*] C. Barthius adverſ. Lib. 52. cap. 14. *Caeterum & in Datamis & in aliis omnibus vitis duo diverſi ſcriptores maxime apparent, quod non poterit non videre, qui phraſin exactius conſiderabit. Itaque nos epitomen Nepotis clare agnoſcimus.* Aſt ego Barthium non primum exſtitiſſe arbitror, qui exacte phraſes hujus ſcriptoris examinarit. Fecerunt id tum multi praeſtantes doctrina ac judicio viri, tum inprimis Giſanius ac Schoppius, qui ſi tantam inaequalitatem deprehendiſſent, certe judicium ſuum non ſuppreſſiſſent. Ego, qui data opera loquendi modos ac genera in vicem comparata, fortaſſis etiam ad nauſeam Lectori ingeſſi, comperi non ovum ovo eſſe ſimilius, quam omnes viginti quatuor inter ſe ſibi Vitas. Pro materia quidem interdum aliter loquitur, ſed tamen ut eamdem loquendi ſcaturiginem agnoſcas: & prout res geſtae hujus vel illius Excellentis viri ſunt amplae ac notae; ita diligentiam intendit. Cur autem Datamis vitam curatius elaborarit, praecepi in veſtibulo dicere. *Gebhardus.* Vir infinitae lectionis *C. Barthius Adverſ.* 52, 14. hanc unam ex omnibus excellentium impp. vitis a manu *Nepotis*, ceteras ab alio in epitomen contractas, idque ex ſtyli diverſitate manifeſtum eſſe, cenſet. Sed hoc *Gebhardus* & alii ſtrenue negant. Vide *teſtimonia & judicia* huic editioni praemiſſa. *Boſius.*

2 *Venio nunc*] Hanc totam transitionem vett. membranae Timotheo annectunt, omnesque adeo edd. extra Lambinianam; idque, ſi *Schottum* ſequimur, rectius, Tranquilli more aliorumque, & ipſius adeo Nepotis, qui a patria parentibusque vitam cujusque auſpicatur. *Gebhardus* inde incipit: *De quo hoc plura referemus.* Ceteri vero hinc: *Datames patre Camiſſare &c.* quod nobis rectius videtur. Locus 21, 3, 5. plane diſſimilis eſt, neque cum praeſenti comparandus. Eſt autem in hac vita textus paſſim e Mſc. codice Cl. *Boecleri* emendatus: quod ſemel monuiſſe ſuffecerit. *Boſius.* Conſentiunt Leid. & Voſſ. A. B. Pro *Carthaginienſibus* Leid. & Voſſ. B. *Carthaginenſibus*. pro *Hamilcare* & *Hannibale* Leid. & Voſſ. A. *Amilcare* & *Anybale*.

3 *De quo hoc plura referemus*] In Mſ. Dan. fuit: *De hoc plura feremus.*

Bo-

[5] de quo hoc plura referemus: quod & [1] obſcuriora ſunt ejus geſta pleraque, & ea, quae [2] proſpere ei ceſſerunt, non magnitudine copiarum, ſed conſilii, [3] quo tantum non omnes ſuperabat, acciderunt, quorum niſi [4] ratio explicata fuerit, res apparere non pote-

Boſius. Voſſ. A. *De quo hoc plura feremus.* B. *De quo haec plura feremus.* mox pro *pleraque* Voſſ. B. *pluraque.*

1 *Obſcuriora ſunt ejus geſta pleraque*] Rationem addit Lambinus hanc; quia pauca tantum de Heroe hoc leguntur apud Diodorum Siculum, Polyaenum & Frontinum. Quibus Barthius 52. Adverſ. 14 annumerat Aeneam Tacticum, a Caſaubono editum. Longolius putavit praeter Frontinum neminem Datamis facere mentionem. Magius & Savaron addunt Polyaenum. Beyerlingio vero quid venerit in mentem, quando in *Perfidia* citat Plutarchum in *Datami*, ego profecto neſcio. *Ernſtius.* A paucis leviter ſolum delibata, non expoſita plenius. Quod niſi noſter auctor inter Latinos feciſſet, idem tumulus, qui corpus Datamis contexit, etiam nomen ejus & memoriam obruiſſet. Quanti ergo literarum & ſcriptorum monumenta facienda ſint, quibus illuſtrium virorum res geſtae conſervantur, vel hinc liquet. Confer *Horatium lib.* 4. *od.* 8. *&* 9. *Val. Max.* 8, 14. Loccen.

2 *Proſpere ei ceſſerunt.*] Hanc locutionem illuſtratam videbis a Cl Dukero ad Florum L. 2. c. 17 n. 12. itaque bene ſe habet locus Salluſtii in Catilinam cap 26. n. 5. *Neque inſidiae, quas Conſulibus in campo fecerat, proſpere ceſſere.*

3 *Quo tum omnes*] Correctio cl. Tevenini, cui plauſum utraque manu dat Lambin. *Quo tantum non omnes ſuperabat.* alias editum fuerat, *quo tamen omnes ſuperabat.* ſed Cl. Barthius Adv. Lib. 52. cap. 14. ſuſpicatur legendum *quo tandem omnes ſuperarit.* Gebh. Ita Locum corruptum emendaſſe Clementem Teveninum teſtatur Lambinus. Qui, uti & recentiores, quos ego quidem viderim, omnes conſtanter ita legunt: unum ſi excipiam C. Barthium, immenſae lectionis virum. Is enim loco citato, pro *tantum non* mavult ſcribi *tandem*, ſuasque, quas habet rationes, ibidem adducit. Pro quo in poſtrema editione Boecleri eſt: *quo tum omnes.* Ernſtius. Sic cod. Boecl. Ceteri Mſſ. & editi, *quo tamen o. ſ.* Unde *Clem. Teveninus* fecit, *quo tantum non omnes ſ.* quem reliqui fere ſecuti ſunt: niſi quod Barthius l. c. mallet, *quo tandem o. ſ.* reprehenſus idcirco a *Reineſio τῷ πάνυ epiſtola* 67. *ad Rupertum.* Vidi, qui *tantum* legeret, atque exponeret *maximo ere, adeo, in tantum.* Sed praeſtat lectionem codicis Boecl. retinere. Ut *tum* ſit, ea aetate id cum ita exaratum eſſet *tū*, librarii mutarunt in *tñ*, atque hinc vulgatum *tamen* natum eſt. *Boſius.* Leid. meus *tamen.* Voſſ. A. & B. *tum.* Sed *tantum non* retinendum eſt. Indicat enim Auctor Datamem conſilii magnitudine propemodum omnes ſuperaſſe. Adi J. F. Gronovium ad Livium L. 4. cap. 2.

4 *Ra-*

3 poterunt. DATAMES patre [1] Camiſſare, natione Care, matre Scythiſſa natus, primum militum numero fuit apud Artaxerxem, eorum, qui regiam [2] tuebantur. Pater ejus Camiſſares quod & manu fortis & bello ſtrenuus, & regi multis locis fidelis erat repertus, [3] habuit provinciam partem Ciliciae juxta
4 Cappadociam, quam incolunt Leucoſyri. Datames militare munus fungens primum, qualis eſſet, [4] aperuit in bello, [5] quod rex adverſus Caduſios geſſit. Namque hic [6] multis millibus regiorum interfectis, ma-

4 *Ratio*] V. Ind. *ratio geſtorum*. Boſius.

1 *Camiſſare*] Mſc. Dan. ubique *Camiſarem*. ſcribit. *Boſius*. Pro *Datames* Leid. *Dathames*. pro *Camiſſare*, *Chamiſſare*. Voſſ. A. *Camiſare*. B. *Chamiſare*. pro *Care* Leid. & Voſſ. A. B. *Chare*. pro *natione* Voſſ. B. *nactione*. pro *Scythiſſa* Voſſ. A. *Scytiſſa*.

2 *Tuebantur*] Voſſ. A. *turbantur*. mox pro *quod*, *quia*.

3 *Hab. provinciam partem Ciliciae*] Potius dixiſſet *Provinciam* Nepos. Et ſi Ciliciam habuit provinciam, cur ſitum addit & nomen Populi, quem regere juſſus Camiſſares? quare leg. *habuit provinciam partem Ciliciae*. Gebh. Sic Mſſ. Dan. ac Schotti, probantibus recentioribus plerisque: cum vox *partem* alias abſit. Et ſane ſi totam Ciliciam rexit, neque opus erat ſitum ac nomen populi addere; & Nepos dixiſſet potius *hab. provinciam Ciliciam*. *Diodorus* tamen *lib.* 15. totam Cappadociam ei videtur tribuere. Nam ejus praefectum Datamen facit: is vero *paternam provinciam*, ut noſter mox ait, accepit. Niſi forte Cappadociae praefectura poſtea Datami addita eſt. *Boſius*. *Partem* agnoſcunt Leid. & Voſſ. A. & B.

4 *Aperuit*] Praefero *aperuit*, clare demonſtravit ac patefecit. *Gebh*. Sic reſcripſi, ſequutus codices Dan. ac Sch. & editionem Ultraj. ac judicium *Schotti*, *Gebhardi* & *Buchneri*. Eſt autem idem ac clare demonſtravit, patefecit. v. Ind. Vulgo erat *apparuit*. Boſius. Pro *bello* Leid. meus & Voſſ. A. B. *in bello*. pro *aperuit* Voſſ. B *apparuit*.

5 *Quod rex adv. Caduſios*] Vid. *Plutarchus Artaxerxe*. Boſius. Pro *Caduſios* Voſſ. A. *Gaduſios* B. *Canduſios*.

6 *Multis millib. regior. interfectis*] Neſcio, unde prorepſerit haec lectio. Longolianae monetae illa eſt. *Namque, hic multis millibus hoſtium, regiorum quoque non paucis interfectis*. quam ferme ſequitur Lambinus. At ſi non pauci regiorum militum caeſi ſunt, Cadmaea ſtetit victoria, & varia Datami opera jactatur. Quocirca invehenda Lectio V. Cod. *Multis millibus interfectis magni fuit ejus opera*. Magnam Caduſii ſtragem Datamis opera acceperunt; exinde magnam gratiam atque auctoritatem ſibi comparavit. *Gebhard*. Ita quoque in Schoppii duobus libris veteribus fuit. quod in aliis Codd. Lambinus etiam obſervavit. Prior

Digitized by Google

magni fuit ejus opera. quo factum eſt, ut, quum in eo bello cecidiſſet Camiſſares, [1] paterna ei traderetur provincia.

Cap. II.

Pari ſe virtute poſtea praebuit, quum [2] Autophradates juſſu regis bello perſequeretur [3] eos, qui de- 1
ſe-

Prior Boecleri editio & aliorum plenius legunt: *Namque hic multis millibus hoſtium & regiorum interfectis.* Ubi notandum eſt, exempla, quae legunt, *multis millibus hoſtium & regiorum*, ſemper addere: *quoque non paucis interfectis*: quae autem *hoſtium* tollunt, tollere etiam: *quoque non paucis.* Colonienſem editionem ego praefero caeteris: quae ita habet, *Namque hic multis millibus hoſtium, regiorum quoque non paucis interfectis.* Atque ſic Nepos inter gregarios & ſelectos, ſive regios diſtinguit. *Ernſtius. Longolius* multa heic addidit. Edidit enim: *multis mill. hoſtium, regiorum quoque non paucis, interfectis.* quod etiam *Ernſtio* placebat. *Lambinus* autem, *mult. mill. hoſtium & regiorum.* Ut nos edidimus, legitur in Mſſ. Boecl. Leid. & duobus Bavaricis, *Schoppio Veriſimil.* 3, 12. laudatis. A Mſ. Dan. etiam τὸ *regiorum* aberat, idque probat Gebh. Nam ſi non pauci regiorum militum, inquit, caeſi ſunt, Cadmaea fuit victoria, & vane Datami opera jactatur. Sed potuit etiam in pugna minus proſpera, vim hoſtium diutius ſuſtinendo, aut in ulciſcenda ſuorum caede, magni ejus opera eſſe. *Boſius.* Leid. meus. *Multis militibus regiorum interfectis* Voſſ. A. *multis militibus interfectis.* B. *multis milibus regiorum interfectis.* mox *ut* abeſt a meo Leidenſi.

1 *Paterna ei traderetur provincia*] Majorum ac parentum memoria gratiaque multi ea conſequuntur, ad quae caeteroqui per indignitatem ſuam adſpirare non auderent. Tacitus 3. Hiſt. 86, 1. de Vitellio: *Conſulatum, ſacerdotia, nomen locumque inter primores, nulla ſua induſtria, ſed cuncta Patris claritudine adeptus.* Factum hoc omni aevo & in omni gente. De Germanis Tacitus cap. 13, 4. *Inſignis nobilitas, aut magna Patrum merita, Principis dignationem etiam adoleſcentulis aſſignant.* Datames autem non ſolum paternis incubuit meritis; ſed ſuam induſtriam atque virtutem adjunxerat. *Gebhardus.*

2 *Autophradates*] Lydiae ſatrapes, ſeu praefectus, de quo *Diodorus lib.* 15. hanc ipſam hiſtoriam narrans, ſed paullo aliter, ut mox referemus. *Lambin.* Leid. meus *Antiophyodates.* Vide Cl. Oudendorp. ad Frontin. L. 1. Strateg. cap. 4. Ex. 5.

3 *Eos qui defecerant*] Lycios, Piſidas, Pamphylios, Cilices, *Syros*, Phoenices, & propemodum omnes maritimos populos, inquit *Diodorus* 15. Sed quod dicit Probus, Autophradatem juſſum eſſe a rege eos bello proſequi, qui ab ipſo defecerant,

Digitized by Google

fecerant. Namque [1] ejus opera hoſtes, quum caſtra jam intraſſent, profligati ſunt, exercitusque reliquus [2] conſervatus regis eſt. qua ex re majoribus re-
2 bus praeeſſe coepit. Erat eo tempore [3] Thyus dynaſtes Paphlagoniae, antiquo genere natus a Pylaemene illo, quem Homerus Troico bello [4] a Patroclo in-
3 terfectum ait. Is [5] regi dicto audiens non erat. quam ob cauſſam bello eum perſequi conſtituit, eique rei prae-

cerant, *Diodorus* tradit, Autophradatem unum fuiſſe ex iis, qui a rege Perſarum defecerant. *Lambin.*

1 *Ejus opera*] Propius ad genium Nepotis Mſ. Dan. *cujus opera*; ſc. Datamis. *Boſius.*

2 *Conſervatus regis eſt*] V Cod. *conſervatus regis eſt.* forte. *Exercitusque reliquus conſervatus regi eſt.* Gebh. Sic quoque Exc. Dan. Similiter Mſ. Leid. *conſ. eſt regis.* Unde *Gebhardus* conjiciebat leg. *conſ. regi eſt.* Mihi τὸ *regis* gloſſema videtur. Mox alii, *praeeſſe coeperat.* Boſius.

3 *Thyus dynaſtes Paphlagoniae*] In caſcis libris *Thuys* appellari notat P. Dan. Lambin. mallet *Thys* vel *Thus.* Gebh. In Mſ. Dan. ubique *Thuys* ſcribitur. *Lambinus* mallet *Thys* vel *Thus.* Θῦς enim a Graecis dicitur. Meminit ejus *Athenaeus* 4, 10. & 10, 3. De *dynaſtae* vocabulo v. Ind. Mox in Mſ. Gif. & Exc. Dan. erat *antiquo genere ortus.* non male. *Boſius.* Leid. meus & Voſſ. B. *Thyus* Voſſ. A. *Thyius.* Qui & pro *dynaſtes*, male *dinaſtes*; Graece enim δυνάστης. *Dynaſtae* olim reges vocabantur, ut recte ad h. l. ex Strabone Lib. 9. pag. 636. adnotat Magius; ita Jupiter, qui inprimis βασιλεὺς fuit appellatus, ut docet ill. Spanhemius ad Ariſtophanis Plutum vs. 1096, & ἄναξ βασιλεὺς, διοπότης ἄναξ. & inprimis αἰὲν ἄναξ. vide Eund. ad Callim. H. Jov. vſ. 2. alio nomine δυνάστης vocatur a Sophocle in Antigone vſ. 617.

— ἀγήρως δὲ χρόνῳ ΔΥΝΑΣΤΑΣ
Κατέχεις Ὀλύμπου
Μαρμαρόεσσαν αἴγλαν.

Deinde *Dynaſtas* & *Reges* ſaepius Graeci ac Latini conjungere fuere ſoliti, ita tamen, ut aliquid diſcriminis intereſſe videatur. Conſulat Lector Cl. Dukerum ad Florum L. 4. cap. 2. n. 44. Antiquo itaque more Noſter *Dynaſten* vocavit *archontem, regem.* Omnes enim, qui ab antiquis jam temporibus imperium in Paphlagonas tenuere, *reges Paphlagonum* fuere dicti, vel *archontes.* Apollon. Rhod. 2. Argon. vſ. 358.

Παφλαγόνων, τοῖσίν τ' ἐνταῦθα ΕΜΒΑΣΙΛΕΥΣΕ
Πρῶτα Πέλοψ.

Juſtinus Lib. 37. cap. ult. *Atque ita filium ſuum mutato nomine Pylaemenem Paphlagonum regum nomine appellat.* Pylaemenem Paphlagonum ἀρχὸν vocavit Homerus Iliad. 5. vſ. 577.

4 *A Patroclo interfectum*] Errat, aut contextus librariorum inſcitia fuit depravatus; ſiquidem nuſquam apud *Homerum* legitur, Patroclum

Py-

Digitized by Google

praefecit Datamem propinquum Paphlagonis. namque ex fratre & ſorore erant nati. quam ob cauſſam Datames [1] omnia primum experiri voluit, ut ſine armis propinquum ad officium reduceret. Ad quem quum veniſſet ſine praeſidio, quod ab amico nullas vereretur inſidias, paene interiit. nam Thyus eum clam interficere voluit. Erat mater cum Datame, 4
amita Paphlagonis. ea, quid ageretur, reſciit, [2] filiumque monuit. Ille fuga periculum evitavit, [3] bel- 5
lum-

Pylaemenem interfeciſſe; ſed bene *Iliad.* π. *Pyraechmenem*, non Paphlagonum, ſed Paeonum ducem. *Pylaemenem* vero *Homerus Iliad.* ε. vſ. 576. & ſeq. non a Patroclo, ſed a Menelao occiſum dicit. Verum dixerit aliquis, Probum heic de *Pyraechmene* loquutum, ideoque legendum *a Pyraechmene.* Reſpondeo, Probum loqui de Paphlagone, non autem Paeone. Thyum enim dynaſten Paphlagoniae, quae regio eſt minoris Aſiae, ab hoc originem duxiſſe ait. Paeonia vero, unde Pyraechmen advenerat, regio Macedoniae, longe nimium diſtat, eſtque in Europa. *Magius.* Erroris nequaquam abſolvunt Noſtrum Lambinus & Cellarius ad h. l. Bongarſius ad Juſtinum 37, 4. 8. & cl. Burmannus ad Ovidium Ep. 1. Heroid. vſ. 15.

5 *Regi*] Sic diſerte Mſ. Dan. & ed. Ultraj. Eodem modo & alibi noſter locutus. vid. Ind. Alii *regis.* Boſius. Voſſ. tamen A. & B. *regis*

1 *Omnia primum experiri vol.*] Confugiendum eſt ad diſceptationem, antequam armis utamur, & ultimo abrupto. *Tullius* 1. *offic. Vegetius de art. milit.* 3, 9. Loccenius. Adde 27, 2. & ibi notas, ac Ind. *experiri.* A. Mſſ. Boecl. & Leid. *omnia* aberat. Fortaſſe non male. *Boſius.* *Omnia* etiam abeſt a Voſſ. A. B. *Omnia primum experiri* proverbialis eſt locutio Terent. Andr. II, 1, 11. *Omnia experiri certum eſt prius, quam pereo.* vide ibi Donati notas. Alterum Terentii locum jam adduxit Lambinus. eodem modo *extrema omnia experiri*, *ultima experiri* dixere Veteres. Vide Cort. ad Salluſt. Catil. cap. 26. n. 5. & de ipſa hac phraſi egit Caſaubonus ad Ciceronem L. 1. ad Atticum Ep. 3. Si quis tamen deleri vult *omnia*, per me licet. *Quam ob cauſſam* abeſt a Leidenſi meo. mox pro *vereretur* Voſſ. B. *revereretur.*

2 *Filiumque*] Longolius addit, *ut ſibi a Thyo caveret.* quod gloſſema cenſeo. *Boſius.*

3 *Bellumque indixit Thyo*] Conſobrino ſuo. Lambinus Thyum hunc & Datamen vocat *patrueles*, cum amitini ſint. L. 1. D. de Gradib. affin. *Ernſtius.* In Mſ. Dan. fuit *Thuyni.* Mox Mſ. Schotti aberat *ab.* Unde is ſuſpicabatur Graeco more dixiſſe: *cum Ariobarzani praef. Lyd. deſertus eſſet.* Mihi durius videtur. *Boſius.* Voſſ. A. pro *Thyo*, *Thumi*; ſed in marg. al. *Thio.* B. *Thiu.* mox pro *cum ab Ariobarzane* Leid. *cum Ario-*

Digitized by Google

lumque indixit Thyo. in quo quum ab Ariobarzane praefecto Lydiae & Ioniae totiuſque Phrygiae deſertus eſſet, [1] nihilo ſegnius perſeveravit, vivumque Thyum cepit cum uxore & liberis.

CAP. III.

1 Cujus facti [2] ne prius fama ad regem, quam ipſe, perveniret, dedit operam. Itaque omnibus inſciis, eo, ubi erat rex, venit: poſteroque die Thyum, hominem maximi corporis, terribilique facie, quod & niger, & capillo longo, [3] barbaque erat promiſſa,

Ariobarzane. & pro *Totiuſque Phrygiae deſertus eſſet* Voſſ. B. *Totiuſque Phrygiae dejectus eſſet deſertus.*

1 *Nihilo ſegnius perſeveravit*] Schottus *ſequius*, vel *ſecius.* Non audeo nudam conjecturam ſine codicum aſſenſu amplecti. Vult dicere: auxiliorum fruſtratio non ſegniorem reddidit Datamem, quin ſolus ſuis viribus Thyn perſequi, & ad officium reducere perſeveraret. Curtius 4, 6, 25. *Betim egregia edita pugna, multiſque vulneribus confectum deſeruerant ſui, nec tamen ſegnius praelium capeſſebat.* Salluſtius Jugurtha: *Magna atque inſolita re perculſi, nihilo* ſegnius *bellum parare.* 3, 6, 1. *Nec hac re* ſegniores *Poenicis exercitibus intulit manus.* Gebhardus. *Secius* tamen cum heic, tum apud *Ovidium Metam.* 2, 809. *Virgil. Aen.* 7. *Silium* 7. & 10. *Columellam* 3, 4. ubi pariter *ſegnius* legitur, ſcribendum eſſe, etiam nobiliſſ. *Heinſius* cenſet in *notis ad* Ovidii *locum jam laudatum.* Boſius. *Segnius* Leid. & Voſſ. A. B. Itaque contra Mſſ. Codicum auctoritatem heic *ſecius* non intrudam. Conſule cl. Cortium ad Salluſt. Jugurth. cap. 75. n. 10. aliud quid eſt in Miltiade cap. 2. n. 3. ubi *eo ſecius* defendi. Vitioſe in Edit. Hack. *dictum* pro *vivum.*

2 *Ne prius fama*] Voluit ergo & *auctor & nuncius venire.* vide *Curtium* 3, 7, 7. Gebhardus.

3 *Barbaque promiſſa*] Adprobant libri & cenſores *promiſſa.* Juſtinus 4, 4, 1. *capillo barbaque* promiſſis Tacitus 2. A. 39, 3. *donec crinem barbamque* promitteret. Varro, *Quod tum erant in Graecia coma* promiſſa, *raſa barba, pallia trahentes.* Vide Nonium, qui *promittere* exponit *ad magnitudinem nutrire.* Gebhardus. Etiam Feſtus: Promiſſus *capillus dicitur longus. item barba* promiſſa, *velut porro miſſa* Caeſar B. Gall. 5, 14. de Britannis: *capilloque ſunt* promiſſo. Non repugnabo tamen, ſi quis malit cum *Giſanio Ind. Lucret. v. prolixus*, & pleriſque ſcriptis ac editis libris τὸ *prolixa* retinere: cum & *Virgilius* ita locutus fuerit. *Boſius.* Leid. & Voſſ. A. *prolixa.* B. *proliſa.* *promiſſa* praefert Cellarius, & tuentur Tennulius ad Frontin. L. 4. Strateg. cap. 5. n. 19. & Heinſius ad Ovid.

Digitized by Google

miſſa, optima veſte [1] texit, quam ſatrapae regii ge-
rere conſueverant: [2] ornavitque etiam torque, &
armillis aureis, ceteroque regio cultu: ipſe [3] agre- 2
ſti duplici amiculo circumdatus, hirtaque tunica,
gerens in capite galeam venatoriam, dextra manu
clavam; [4] ſiniſtra copulam, qua [5] vinctum ante ſe
Thyum agebat; ut ſi [6] feram beſtiam captam duce-
ret.

Ovid. L. 4. Triſt. El. 2. vſ. 34. Praeterea notandum juvenibus eſt, quod Nepos hic jungat diverſos caſus, *hominem magni corporis terribilique facie*, ſed ſciendum, id non inſolitum eſſe optimis ſcriptoribus. Conſulant Cortium ad Salluſt. Catil. cap. 25. n. 2.

1 *Texit*] Sic & Gif. cod. Alii *contexit*. Mſ. Dan. utrumque aberat. In eodem mox erat *conſueraint*. Boſius. Voſſ. A. *contexit*. Sed Leid. & Voſſ. B. *texit*. Pro *ornavit* Voſſ. B. *ornavitque*, ut hic a Boſio Editum eſt. pro *armillis* Voſſ. A. *armilis*. pro *caeteroque* Voſſ. B. *caeteraque*.

2 *Ornavitque etiam torque*] Nempe aureo, qui inſigne regium erat apud Perſas. Qui deinde tranſiit ad Principes Conſtantinopolitanos; luxu & mollitia omnibus Aſiae regibus non inferiores. Vide Barthium Lib. 8. Adverſ. cap. 15. De *armillis*, cum erudite de iis ſcripſerit Cl. D. Thomas Bartholinus amicus ob raram doctrinam & probitatem mihi cariſſimus, nihil heic addo, ſed antiquitatum ſtudioſos ad ejus ſchedion relego. *Ernſtius.*

3 *Agreſti duplici amiculo*] v. Ind. v. *amiculum*. *Boſius*. Boſius recte edidit, ſicuti legitur in Voſſiano Codice B. ſed in Leid meo & Voſſ. A. *agreſti duplicique amiculo*. Saepius duo epitheta uni ſubſtantivo jungi ſolent. vide Celeb. Broukhuiſ. ad Tibull. L. 3. El. 5. v. 22. & Cort. ad Salluſt. Catil. cap. 19. n. 5. De loco Virgilii, quem e L. 3. Aen. vſ. 70. adduxit Broukhuiſius, conſulendi ſunt Eruditi in Obſ. Miſcell. pro Julio & Auguſto A. 1732. p. 10, 11, & 12.

4 *Siniſtra copulam*] Vinculum, ἱμάντα Ovid.

Copula detrahitur canibus.

Apul. lib. 9. Metam. *Pectora copulae ſparteae tritura continua exulcerati.* Polyaen. Lib. 3. in Iphicrate Comm. 62. Ὁ δὲ τοῖς ἀποστάταις ἑκάστοις αἰχμάλωτον γυμνὸν παρέστησεν ὁ ἐξ ἱμάντος ὀπίσω τὼ χεῖρε δεδεμένον. Accius in Phoeniſſis: *Abtorque proram, ac ſipa tortas copulas*. Gebh. Copulam eſſe vinculum illud, quo canes venatici nectantur, ut imperio contineantur, non obſcure docent Ovidiana haec 7. Metam.

—— *Copula detrahitur canibus.*

Unde Germanicum die Koppel, *Ernſtius*

5 *Vinctum*] Schotti Liber ac Longolii, item Voſſianus B. *Victum*. Sed nihil mutandum. Quoties vero hae duae voces in Mſſ. permutentur, docebunt eximii Interpretes ad Ovidium L. xi. Metam. vſ. 238. & Drakenburg. ad Silium Italicum L. 6. vſ. 348.

6 *Feram beſtiam*] Hygin. fab. 50. *Qui feras beſtias ad currum junxiſſet*. unde patet, ſub fera abſolute poſita

3 ret. Quem quum omnes [1] proſpicerent propter novi-
tatem ornatus, ignotamque formam, ob eamque rem
magnus eſſet concurſus, [2] fuit non nemo, qui agno-
ſceret Thyum, regique nuntiaret. Primo [3] non ac-
4 credidit. Itaque Pharnabazum miſit exploratum: a
quo ut rem geſtam comperit, ſtatim admitti juſſit,
magnopere delectatus cum facto, tum ornatu: inpri-
mis quod [4] nobilis rex in poteſtatem inopinanti ve-
5 nerat. Itaque magnifice Datamem donatum ad exer-
citum

ſita ſubintelligendam *beſtiam* eſſe, vide Sanctium in Minerva L. 4. c. 4. pag. 558. & ſub *fero*, ſi de beſtiis agitur, cervum, leonem vel equum. v. Interpr. ad Phaedr. L. 1. fab. 12.

1 *Proſpicerent*] Mſſ. Dan. Boecl. & q. ed. *aſpicerent*. Dan. *conſpicerent*: haud dubie ignoratione elegantiſſimi loquendi modi. *Proſpicere aliquem*, vel *aliquid*, eſt deſuper, vel e longinquo, vel cum cura inſpicere. Petronius: *ſummo de vertice montis Heſperiae campos late proſpexit.* Parili modo *proſpicere fluctus* Lucanus dixit: *vela*, *mare*, *freta*. Ovidius: ut obſervatum nobiliſſimo *Heinſio* ad illud *Claudiani lib. 2. in pr. Conſul. Stilic. v.* 253.

ne littore toto
Proſpicerem *dubiis venturum Saxona ventis.*

Idem Claudianus de VI. Conſ. Honorii v. 179. *Hoc Deus effulgens habitu* proſpexit (*Heinſius* mallet *proſpectat*) *euntes Dejecta cervice Getas.* Eodem modo *Cicero Verr.* 2. dixit *aliquem producere in conſpectum populi.* Boſius. In Hannibale cap. 12. *Puer ab janua* proſpiciens *Hannibali dixit plures praeter conſuetudinem armatos apparere.* Vide Cl. Burmannum ad Phaedrum L. 2. fab. 5. vſ. 10. & Scheſſerum ad L. 1. fab. 17. vſ. 9.

2 *Fuit nonnemo qui agnoſc. Thyum, regique nunt.*] Schoppius veram lectionem autumat, *qui agnoſceret Thyn regique nunciaret.* quam Savaro illico intulit vindicavitque contextui Nepotis. Mihi probatur Longolii & Mendoziani codicis ſcriptura, *Fuit nemo non, qui agnoſceret Thyn, regique nunciaret.* quam & praecedentia & conſequentia confirmant: Concurſus (quaſi dicat) factus eſt magnus ob inſolitam ſpeciem adducti, & cum propius inſpexiſſent, plurimi agnoverunt, remque regi nunciarunt, quam ille primo non credidit. *Gebh.* Sic jam olim e membranis Bavaricis emendavit *Schoppius 5. Veriſim.* 12. firmantque Mſſ. Dan. Boecler. & Ed. Ultrajectina. *Gebhardo* probatur *Longolii* & *Mendoziana* codicis ſcriptura: *Fuit nemo non qui agn. Thyn, regique nunt.* quam, inquit, & praecedentia & conſequentia confirmant. Q. d. Concurſus factus eſt magnus ob inſolitam ſpeciem adducti, & cum propius inſpexiſſent, plurimi agnoverunt, &c. *Lambinus* & alii legunt: *Fu. nemo qui agn. Th. qui non regi nunt.* Sed noſtra lectio commodiſſima omnium eſt. *Boſius. Nemo non* Leid. & Voſſ. A. ſed B. *nonnemo.*

3 *Non accredidit*] Petulantia iſta cor-

Digitized by Google

citum miſit, [1] qui tum contrahebatur duce Pharnabazo & Tithrauſte ad bellum Aegyptium, parique eum, atque illos, imperio eſſe juſſit. Poſtea vero, quam Pharnabazum rex revocavit, illi [2] ſumma imperii tradita eſt.

CAP. IV.

[3] Hic quum maximo ſtudio compararet exercitum, 1
Aegyptumque proficiſci pararet: ſubito a rege litterae ſunt ei miſſae, [4] ut Aſpim aggrederetur, qui Cataoniam tenebat. quae gens jacet ſupra Ciliciam, con-

correctorum, qui perperam diſtraxerunt, quod auctor conjunxit. *primo non accredidit*. Gebh. Quomodo Lucretius Lib. 3, 870. (ubi vide Giphanei collectan.) loquitur & Plautus, ut nihil dicam de Columella. Mſ. meus Cod. cum duobus Schoppii & Savaronis libris habet: *ac primo non accredidit*. In priore Boecleri edit. legitur: *Ac primo non credidit*. Ernſtius. Sic itidem e Mſſ. Bavar. emendavit *Schoppius l. c.* & e ſuis *P. Daniel*, *Savaro*, *Schottus*, *Boeclerus*, adſentiente & *Gebhardo*. Vulgo erat: *Ac primo non credidit*. Mſ. Ernſtii: *Ac primo non accredidit*. Uſi autem & alii hoc verbo. v. Ind. *Boſius*. *Accredidit* Leid. & Voſſ. A. B. Mox pro *miſit exploratum* Voſſ. B. *exploratum miſit*. pro *delectatus* Idem *delectatus eſt*.

4 *Nobilis*] Sic legendum potius, quam quomodo habent alii libri, *non vilis rex*. Erat enim a Pylaemene illo Homerico progenitus. *Lambinus*. *Non vilis* Leid. meus. Pro *inopinanti* Voſſ. B. *inopinati*. De hac voce diſputantem audi cl. Oudendorpium ad Frontinum L. 3. Strateg. cap 1. Ex. 2.

1 *Qui tum contrahebatur*] Sive in Phrygia, cui Pharnabazus praeerat: ſive in Syria, ad quam uſque praefectura Phrygiae pertinebat: & unde brevior erat trajectio in Aegyptum. Vide *Lambinum n. 42. & 44. Boſius*. Leid. pro *Tithrauſte*, *Tyſſiaſte*. Voſſ. A. & B. *Tithraſte*.

2 *Summa imperii tradita eſt*] Mſ. Boecl. *ſumma imperia tradita* Dan. *ſumma imp. tradita ſunt*. Rectum puto *ſumma imperii tradita*. Sic alibi locutus. v. Ind. *Boſius*. Leid. meus & Voſſ. A. *ſumma imperii tradita eſt*. ſed B. *ſumma imperia tradita*.

3 *Hic quum maximo ſtudio*] Id eſt, ut Cicero eam vocem interpretatur, cum aſſidua & vehementi ad iſtud bellum magna cum voluptate applicata occupatione 1. de Invent. Graeci dicunt *κατὰ σπουδὴν* & *μετὰ σπουδῆς*. *Ernſtius*.

4 *Ut Aſpim*] Leid. meus *aut Aſpim*. pro *Cataoniam*; *Cathoniam*. Voſſ. A. *Caloniam*. pro *confinis*. Voſſ. A. *confinus*.

confinis Cappadociae. Namque [1] Aſpis ſaltuoſam regionem, caſtellisque munitam incolens, non ſolum
2 imperio regis non parebat; ſed etiam finitimas regiones [2] vexabat, & [3] quae regi portarentur, abripiebat. Datames, etſi longe aberat ab his regionibus, & a majore re abſtrahebatur; tamen regis voluntati morem gerendum putavit. Itaque cum paucis, ſed

1 *Aſpis*] Aberat Mſ. Leidenſi. *Boſius.*

2 *Vexabat*] Devaſtabat atque infenſabat incurſionibus ac direptionibus. Eodem modo loquitur paullo inferius hac vita & Timoleont. *Siciliam multos annos bello* vexatam. Curt. L. 3. cap. 29 *Tantae enim multitudini, utique, cum jam hiems inſtaret, in regione vaſta, & invicem a ſuis atque hoſte* vexata *non ſuffectura alimenta* Caeſar Lib. 1. de Bell. Gall. cap. 14. *Quod Aeduos, quod Ambarros, quod Allobroges* vexaſſent. Ibidem Lib. 2. cap. 4. *Qui patrum noſtrorum memoria omnia Gallia* vexata *Teutonos Cimbrosque intra fines ſuos ingredi prohibuerint.* Lib 4. cap. 15. *Illi ſupplicia cruciatusque Gallorum veriti, quorum agros* vexaverant. Lib. 6. cap. 43. *Caeſar ad* vexandos *rurſus hoſtes profectus.* Ubi Graecus interpres verbum vexare reddidit per *δεινῶς κακοῦν*, modo per *ἄγειν*, modo per *αἰκίζεσθαι*. Cicero in Catilinam, *Cum bello vaſtabitur Italia,* vexabuntur *urbes, tecta ardebunt.* Et in Verrem, *Agros vectigales* vexatos *atque exinanitos a Verre; populatam* vexatamque *provinciam.* Gebhard. Virg. 4. Aen. vſ. 615.

At bello audacis populi vexatus *&*
armis.

Ad quem locum Servius. *Vexatus, hoc loco, graviter vaſtatus.* Cicero L. 2. ad Fam. Ep 10. *Interea cum meis copiis omnibus* vexavi *Amanienſes, hoſtes ſempiternos.* & Cicero paſſim *vexare*, cum *vaſtare, diripere* & *ſpoliare* ſolet jungere. Vide modo Actionem tertiam in Verrem cap. 8. in fine. cap. 10. & 12. & A Gell. L. 2. cap. 6. p. 136. hinc *Vexari* dicuntur, qui dira patiuntur aut fatigantur, Livius l. 5. cap. 2. dixit de Romanis militibus hyeme continuare militiam coactis, *Vexari praeterea & ſubigi multo acrius, quam Vejentes* Ovid. l. 2. Triſt. El. Ult. vſ. 318.

Cur non, Argolicis potius quae concidit armis,
Vexata *eſt iterum carmine Troja meo?*

Ubi *Vexari* de materia, quae ob Auctoribus ad ſatietatem tractata ſaepius lectores fatigavit, ſumi docet Cl. Burmannus, & in genere *vexari* pro fatigari, unde *vexatio* pro nimio labore, & inde orta fatigatione, poni, late oſtendit Cl. Oudendorpius ad Frontinum l. 1. cap. 4. Ex. 5. Et per eandem metaphoram a belli moribus deſumptam *vexare pecuniam* pro lacerare dixit Salluſtius Catil. cap. 20. 12. ubi vide Cl. Cortii notas. Ex hoc vero verbo iterum videmus, Auctores fere ſemper de belli & maris tempeſtatibus co-

Digitized by Google

ſed viris fortibus, navem conſcendit: [1] exiſtimans, id quod accidit, facilius [2] ſe imprudentem parva manu oppreſſurum, [3] quam paratum, quamvis magno exercitu. Hac delatus [4] in Ciliciam, egreſſus inde, [5] dies 4
noctesque iter faciens, Taurum tranſiit, eoque, quo ſtuduerat, venit: quaerit, quibus locis ſit Aſpis: cognoſcit, haud longe abeſſe, profectumque eum venatum.

eodem modo loqui ſolere, nam proprie etiam de navi, quae ſaevis procellis jactatur, uſurpaſſe veteres patet ex multis auctorum locis. Conſule Cl. Burmannum ad Phaedrum Lib. 4. fab. 16. vſ. 3.

3 *Quae regi portarentur, abripiebat*] Portoria ac reditus regis intercipiebat. Et hanc interpretationem adjuvat *Polyaenus l. 7. in Mithridate*: *κώμας κατέσκαψε, κατέπρησε, φόρους ἥρπασε, λείαν ἤλασεν.* Vel quae ad regios uſus mittebantur, involabat: *τοὺς κομίσαντας τὰ χρήματα συνέλαβε.* Cicero in Verrem: *Frumentum aversum a Rep. abreptum ab aratoribus.* Gebhardus. In Mſ. Boecl. fuit *arripiebat.* quomodo & *Longolius* edidit. *Boſius.* Leid. meus & Voſſ. A. B. *arripiebat.*

1 *Exiſtimans, id quod accidit*] Leid. & Voſſ. B. *Exiſtimans, quod accidit* ſed Voſſ. A. *exiſtimans, id quod accidit.* Vide quae dixi ad praefat. p. 7. ubi pro *At id quidem, id quod* facile ſubſtitui poſſet, quamvis vulgata lectio probae ſit notae, Livius L. 7. cap. 2. *Idem ſcilicet, id quod omnes tum erant, ſuorum carminum actor.*

2 *Se imprudentem*] Quae vulgo adduntur, *& imparatum*, aberant a Mſſ. Bavaricis, Savar. & Boecl. Utrumque tamen conjungitur infra 17, 2, 2. qui locus, opinor, gloſſemati h. l. occaſionem dedit. nam ne genuina eſſe credam, facit etiam *τὸ paratum*, quod ſtatim ſequitur. Paullo ante *id* aberat cod. Boecl. in illis, *id quod accid.* Boſius. *Et imparatum* abeſt etiam a Leid. meo & Voſſ. A. B.

3 *Quam paratum*] Alii, *Et imparatum.* Abeſſe autem haec duo vocabula a Mſſ. libris refert Schoppius 3. Veriſim. 12. *Ernſtius.*

4 *In Ciliciam egreſſus*] Leid. meus *Ciliciam.* Sic in Cimone cap. 3. n. ult. Leid. meus & omnes Voſſiani *Cyprum* pro *in Cyprum* exhibent. & in Epaminonda cap. 3. Mſ Boecl. & Voſſ. B. legunt *Cum Peloponneſum exercitum duxiſſet.* Vide Perizon. ad Val. Maxim. 2, 4, 4. & Cort. ad Salluſt. Jugurth. cap. 7. n 2. More Graecorum Eurip. Hecub. 1260. *Ναυστολήσῃ γῆς ὅρους Ἑλληνίδος.* Pind. O. Pyth. 4. v. 90. *τᾷδε σὺν τιμᾷ θεῶν Νᾶσον ἐλθόντες.* 568. *Ἦλθες ἤδη Λιβύας πεδίον.* Vide Lamb. Boſ. de Ell. L. Gr. p. 267. Contra urbium nominibus ſaepe addi praepoſitiones, docent Cl. Oudendorpius ad Frontinum L. 1. ſtrateg. cap. 3. n. 19. & Cortius ad Salluſt. Catilin. cap. 40. n. 5.

5 *Dies noctesque*] Mſ. B. *dies noctes.* Statim Exc. Dan. *quae dum ſpeculatur*; &, *cum eis.* Boſius. Voſſ. B. etiam *dies noctes.*

tum.· quem dum ſpeculatur, adventus ejus cauſſa cognoſcitur. [1] Piſidas, cum iis, quos ſecum habebat, ad reſiſtendum Aſpis comparat. Id Datames ubi audivit, [2] arma ſumit, ſuosque ſequi jubet: ipſe equo concitato ad hoſtem vehitur. quem procul Aſpis conſpiciens [3] ad ſe ferentem, pertimeſcit, [4] atque a conatu reſiſtendi deterritus, ſeſe dedit. Hunc Datames vinctum ad regem ducendum tradit Mithridati.

CAP.

1 *Piſidas*] Leid. *Piſcidas.* & pro *iis*, *eis.*

2 *Arma ſumit, ſuoſque ſ. j.*] Sic Mſſ. G.f. Leid. Boecl. In vulgatis erat: *arma capit, ſuos ſ. j.* Boſius. Leid. meus & Voſſ. A. *arma capit.* B. *ſummit* pro *ſumit.* & Cod. P. Dan. *ſumit. Sumere arma*, quod in pleriſque Codicibus Mſſ. reperitur, non eſt, quod rejiciamus, cum ſit phraſis latiniſſima. Juſtinus Lib. 2. cap. 4. *Horum uxores, cum viderent, exſilio additam orbitatem, arma ſumunt.* Val Flaccus L. 5. Argonaut. vſ. 638.

— *Et ſumtis decernimus armis.*

Livius Lib. 2. cap. 43. *Ab Aequis arma* ſumta. Lib. 3. c. 17. *Juberent Tribuni, quoniam in Ap. Herdonium vetarent, in P. Valerium conſulem* ſumi *arma.* Cap. 19 *Tuſculi antequam Romae* ſumta *ſunt arma.* vide Waſſe in Indice Salluſtiano: cui contrarium eſt *Ponere arma*: Livius Lib. 3. cap. 17. *Poſtquam arma* poni, *& diſcedere homines ab ſtationibus nuntiatum eſt.* Lib. 8. cap. 4 *Reſpondeamuſque Romanis, nos, ubi ſiverint*, poſituros *arma.* Cic. 10. ad Fam. Ep. 6. *Qui aut* poſitis *armis pacem petere debent.* Eodem modo, quo *ſumere bellum* & *ponere* opponi ſolent. Livius Lib. 8. cap. 4. *Bellis propriis* ponendis ſumendiſque. Conſule Broukhuiſium ad Propertium L. 2. El. 1. vſ. 36. Quid vero ſit *ſumere bellum*, docet cl. Dukerus ad Florum L. 4. cap. 12. n. 24. Attamen *capere arma*, ut in Vulgg. Edd. legitur, & auctoritate Codd. Leid & Voſſ. A. firmatur, ſatis defendi poteſt, ex iiſdem Livii, & aliorum auctorum locis infinitis.

3 *Ad ſe ferentem*] V. Ind. *ferre.* Mox Mſſ. Gif. Schott. Dan. Boecl. *ſeſe dedidit.* Boſius Leid. meus, *in ſe ferentem.* ſed Voſſ. A.B. caeterique *Ad ſe ferentem. Ferri in aliquem* pro *ruere* latine ſcientibus nota phraſis eſt. Virg. 3. Georg. vſ. 236.

Signa movet, praecepſque oblitum
fertur *in hoſtem.*

Verum praepoſitio *Ad* pro *in* poni ſolet Virgil. L. 4. Aen. vſ 425.

Non ego cum Danais Trojanam exſcindere gentem
Aulide Juravi, claſſemque ad *Pergama miſi.*

Ubi vide notas Servii. Sic *venire, ire ad aliquem* pro *in aliquem*, animo ſcilicet irato & hoſtili impetu. Adiſis Virum Celeberrimum P. Burmannum ad Phaedrum Lib. 1 Fab. 21. vſ. 5. & ad L. 4. Fab. 3. vſ. 5.

4 *Atque a conatu reſiſtendi det.*] Mſ. meus Leidenſis legit *Atque a conato reſiſtendi det.* Sic Voſſianus C. in Miltiade cap. 4. *Hoc* tumulto

Athe-

Digitized by Google

CAP. V.

Haec dum geruntur, Artaxerxes reminiſcens, a 1
quanto bello, ad quam parvam rem principem ducum miſiſſet,[1] ſe ipſe reprehendit, & nuntium ad exercitum[2] Acen miſit, quod nondum Datamem profectum putabat,[3] qui diceret, ne ab exercitu diſcederet.[4] Hic priuſquam perveniret, quo erat profectus, in itinere convenit, qui Aſpim ducebant.
Qua celeritate quum magnam benevolentiam regis Da- 2
tames conſecutus eſſet,[5] non minorem invidiam aulicorum

Athenienſes tam propinquo, tamque magno permoti, pro *tumultu*, quam ſcripturam eſſe archaicam docuerunt eruditi. conſule cl. Munckerum ad Hyginum Fab. 40 Vulgatam tamen lectionem praeferrem.

1 *Se ipſum reprehendit*] Leid. meus & Voſſ. B. *ſe ipſe reprehendit*. eleganter ut ſolet Noſter. vide, quae congeſſi ad Pauſaniae vitam cap. 4. n. 3. Cicero L. 2. de Divinatione cap. 55. *Atque a* ſe ipſe *diſceſſit*. Utrumque tamen dicitur, ut recte docent viri, a me ad Pauſ. l. l. producti.

2 *Acen*] Legendum eſſe *Acen* docti viri dudum pervicerunt. *Gebh.* Sic dudum viri docti & heic & *comm.* 5. legendum cenſuerunt. In pleriſque Mſſ. *acrem* fuit. Unde *Lambinus* primum *Acaeum* vel *Acenſem*; poſtremo *Carem* fecit. Eſt autem *Ace* Phoeniciae civitas, poſtea *Ptolemais* dicta, ut e *Scylace*, *Strabone*, *Plinio*, *Stephano*, *Harpocratione*, *Suida* aliisque cognoſcimus: in ſacris literis *Accho*, *Joſepho Antiq. Jud.* 5, 1. & 8, 2. tam in editis quam Mſſ. codd. Ἄρκη, hodie *Acre*. De quo vid. Doctiſſ. *Bocharti Canaan lib.* 1, 17. Sed apud *Joſephum*, ſi quidem de eadem urbe loquitur, videtur legendum Ἄκη. Sane poſteriore loco in optimo codice Caeſareo pro τὴν περὶ ἄρκην παράλιον legitur τὴν περὶ ἄκην παράλ. ut primitus videatur ſcriptum fuiſſe τὴν περὶ ἄκην *Boſius*. Leid. meus *Achrem*. Voſſ. A & B. *Acrem*. Pro *nondum* Voſſ. A. *non*.

3 *Qui diceret*] Alii, *qui ei dic.* Unde *Lambinus* conjiciebat leg. *ediceret*. Boſius. *Ei* abeſt a Leid. meo, & Voſſ. A.

4 *Hic priuſquam*] Editio Oxon. *His, priuſquam.* Pro *erat profectus* Leid. meus *erat profecturus*. pro *benevolentiam* Voſſ. B. *benivolentiam*. pro *quod illum unum pluris* Leid. meus *quod illum pluris*. Voſſ. B. *qui illum unum pluris*. pro *Pandates* Leid. & Voſſ. A. *Pandantes*.

5 *Non minorem invidiam aulicorum excepit*] Fuit, cum legendum putarem, *non minor eum invidia aulic. exc.* Sic enim ſolent Latini ſcriptores. Nunc nihil muto. *Excipere* eſt ſuſcipere. Plane ſic Curtius 6, 10, 18. *Quid inimicitiarum credis me exccpturum* (me) *fuiſſe, ſi inſontes laeſiſſem?* Boſius.

Digitized by Google

corum excepit, qui illum unum pluris, quam ſe o-
mnes, fieri videbant. Quo facto cuncti ad eum op-
3 primendum conſenſerunt. Haec Pandates, gazae
cuſtos regiae, amicus Datami, [1] perſcripta ei mittit.
in quibus docet, [2] *eum magno fore periculo, ſi quid*
4 *illo imperante in Aegypto adverſi accidiſſet. Namque*
eam eſſe [3] *conſuetudinem regiam, ut caſus adverſos ho-*
mi-

1 *Perſcripta*] Sive legas *perſcripta* unica voce, ſive *per ſcripta* diviſim, non multum intereſt. *Gebhard.*

2 *Eum magno fore periculo*] Particulam *in*, quae in aliis editionibus legitur, non reperio in Mſ. Cod. eamque a vetuſtioribus membranis abfuiſſe, & abeſſe debere ſcribit Schoppius L. 4. Veriſim. cap. 14. *Ernſtius.* Sic meliores libri, omiſſo τῷ *in*, quod vulgo additur. v. Ind. v. *eſſe* Boſius. Praepoſitionem *in* tamen addunt Leid. meus & Voſſ. B. ſed eodem redit. Vide J. Fr. Gronovium ad Livium 2, 23. ſi praepoſitionem deleas.

3 *Conſuetud. regiam*] Expreſſi lectionem optimorum Mſſ. Dan. & Boecl. quae vix a librariis fuerit. Vulgo eſt *conſuet. regum.* Boſ. Leid. meus & Voſſ. A. *regum* B. *regiam.* Jam vidimus hoc adjectivum a Mſſ. Codicum deſcriptoribus in genitivum *regis*, ut hic in *regum* mutari ad Miltiad. cap. 7. n. 3. & in Lyſandro cap. 4. n. 1. pro *ſatrapis regii* Voſſ. C. *ſatrapis regis.* in Conon. cap. 4. n. 3. pro *regiis opibus* Cod. Dan. & Voſſ. A. *regis opibus.*

4 *Fortunae ſuae*] V. Ind. *in fortuna regum.* Boſius.

5 *Quo fieri, ut facile imp.*] Sic Mſſ. Dan. & Leid. Vulgo eſt, *qua facile fieri, ut impell* Boſius.

6 *Quorum ducta res male geſtae nuncientur*] Apud Carthaginienſes erat capitale ſi, quamvis proſpere, tamen malo conſilio rem duces geſſiſſent. Manlius apud Livium 38, 48. *Apud Carthaginienſes in crucem tolli imperatores dicuntur, ſi proſpero eventu, pravo conſilio rem geſſerunt.* Non vero apud Romanos. Fabius apud Livium 8, 33. *Populi, penes quem poteſtas omnium rerum eſſet, ne iram quidem unquam atrociorem fuiſſe in eos, qui temeritate atque inſcitia exercitus amiſiſſent, quam ut pecunia eos mulctaret. capite anquiſitum ob rem bello male geſtam, de imperatore nullum ad eam diem eſſe.* Loccenius.

7 *Quibus rex maxime obediat*] Non cepit hunc locum *Lambinus*; utpote qui in monumentis veterum attendebat potius verba, quam rerum majeſtatem. Exponit enim *obedire* hoc loco videri idem valere, quod πείθεσθαι, credere & fidem habere, ſequi alicujus conſilium & fidem. Nugae. Ingenium & conditionem regum ὀκκαλόπληκτοι, inque ſcenam producit Pandates, qui inane tantum nomen poſſident. reipſa autem ſunt ſubjecti atque obediunt vel uxoribus, vel ſpadonibus, vel alii cuidam nebuloni: qui Principem ceu αὐτόματον, quo volunt, impellunt. De eadem re in eundem modum loquitur *Diodorus* 17. Λ'ηλε δὲ
Βα-

minibus tribuant, ſecundos [4] *fortunae ſuae:* [5] *quo fieri, ut facile impellantur ad eorum perniciem,* [6] *quorum ductu res male geſtae nuntientur. Illum hoc majore fore in diſcrimine, quod* [7] *quibus rex maxime obediat, eos habeat inimiciſſimos.* Talibus ille [8] litteris cognitis, quum jam ad exercitum [9] Acen veniſſet, quod non ignorabat ea vere ſcripta, deſciſcere a rege

Βαγώας καὶ τοὺς ἀδελφοὺς (Arſis) ὄντας νέους παντελῶς, ὅπως μονωθεὶς ὁ νεανίσκος μᾶλλον ὑπήκοος αὐτῷ γένηται. De ejuſdem Bagoae Eunuchi potentia idem *l.* 16. Ὁ δὲ Βαγώας ἐν ταῖς ἄνω σατραπείαις ἅπαντα τῷ βασιλεῖ διοικῶν, τοσοῦτον ἴσχυσε διὰ τὴν πρὸς τὸν Μέντορα κοινωνίαν τῶν πράξεων, ὥστε τῆς βασιλείας κύριον εἶναι. καὶ μηδὲν πράττειν τὸν Ἀρταξέρξην ἄνευ τῆς ἐκείνου γνώμης, καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν τοὺς διαδόχους ἀεὶ βασιλείας οὗτος ἀπεδείκνυε, καὶ πάντα βασιλέως εἶχε πλὴν τῆς προσηγορίας. Quid autem eſt aliud μηδὲν πράττειν ἄνευ γνώμης hujus vel illius, quam *obedire*? quam eſſe mancipium viliſſimi tenebrionis, quem rex ipſe ex infimis ſordibus produxit? aut, ut Juſtinus loquitur 13, 2. 12. *ſub perſona regis indignorum ſubjici imperio?* Apud *Tacitum* Claudius obtemperabat Agrippinae 12. *A.* 59. 1. Item libertis. *Juvenalis Sat.* 14.

Indulſit Caeſar cui Claudius omnia, cujus
Paruit imperiis, uxorem occidere juſſus.

Nero eidem Agrippinae 13. *A.* 7, 4 apud *Nepotem* Philippus Aridaeus Polyperchonti, 19. 3, 3. vide Juſtin. 13, 2, 11. Apud *Tacitum* iterum aula Parthica & novo rege potiebatur Abdageſes 6. *A.* 43, 2. Galba obnoxius erat T. Vinnio, Laconi & Icelo, 1. *H.* 12, 1. quos ideo nunquam non adhaerentes *paedagogos* vulgo appellabant *Suetonius* *c.* 14. Ptolomaeus Jubae filius libertis, 4. *A.* 23, 2. Apud *Zonaram* *tomo* 3. Nicephoro Botoniatae Imperatori imperant, pro libidine miſcentes omnia, Borilus & Germanus ſervi. Audiamus *Plinium*, qui huic loco luculentam accendit facem *Panegyr.* *c.* 88. *Plerique Principes cum eſſent civium domini, libertorum erant ſervi: horum conſiliis, horum nutu regebantur; per hos audiebant; per hos loquebantur; per hos praeturae etiam & ſacerdotia & conſulatus, imo & ab ipſis, petebantur.* Dein Tacitum 12. A. 3, 4. *Sed nihil arduum videbatur in animo principis, cui non judicium, non odium erat, niſi indita & juſſa.* Gebhardus. Adde alia apud *Ill. Forſtnerum not. ad* 4. *Ann. Taciti pag.* 313. *Piccartum Obſerv.* 15, 9. *Lipſium* 3 *polit.* 8, 8. & 9. Pro *obediat* & *habeat*, in Mſ. Boecl. eſt *obediebat*, & *habebat*. Boſius.

8 *Literis cognitis*] Voſſ. B. *cognotis.*

9 *Acen*] Vide ſupra ad vſ. 1. In Mſſ. Burgenſi, Dan. Boecl. erat *Ageen.* In q. edd. *Agneae.* Boſius. Leid. m. *Agron.* Voſſ. A. *Agcen* B. *Ageen.*

ge conſtituit. neque tamen quicquam fecit, quod
6 fide ſua eſſet indignum. Nam [1] Mandroclem Magnetem exercitui praefecit: ipſe cum ſuis in Cappadociam diſcedit; conjunctamque huic Paphlagoniam occupat; celans, qua voluntate eſſet in regem: clam cum Ariobarzane facit amicitiam, manum comparat, urbes munitas [2] ſuis tuendas tradit.

CAP. VI.

1 Sed haec propter hiemale tempus minus [3] proſpere [4] procedebant. Audit, [5] Piſidas quaſdam copias adverſus ſe parare. filium eo [6] Arſideum cum exercitu mit-

1 *Mandroclem*] Sic, *Magio* teſte, codd. Burgenſis & Venetus, itemque Mſ. Dan. At vett. edd. *Androclem*, *Androdem* vel *Mandrodem*. Lambinus *Androdem* tuetur: quem ceteri fere ſequuti ſunt. *Boſius*. Leid. m. *Mandrodem* Voſſ. A. *Mandroden*, *Magneten*.

2 *Suis tuendas tradit*] Leid. m. *tradit ſuis tuendas*.

3 *Proſpere*] Vide, utrum legi debeat *propere*. Schefferus.

4 *Procedebant*] Placet lectio a Schotto producta *procedebant*, quamvis ſonus aſperior nonnihil offendere videatur, a quo tamen hiſtorici non ſemper abhorrent; & quem Poetae vitare non poſſunt: ſic quoque loquitur Cato lib. 5. Origin. apud Gellium lib. 7. cap. 3. *Quia haec res tam ſecunde proceſſerit*, quamquam ibi aliter legendum cenſeat doctiſſimus P. Scriverius. *Gebh.* Sic Mſſ. Dan. Schott. Boecl. Similiter Cato apud Gellium 7, 3. *quia haec res tam ſecunde proceſſit*. Tacitus 15. 60, 3. *ut ferro graſſaretur, quando venenum non proceſſerat*. *Longolius*, *Lambinus*, & alii *ſuccedebant*. Boſ. Cl. Waſſe ad Salluſt. Catilin. cap. 33. cenſet, ſi *procedebant* retineas *τὸ proſpere* delendum, ſi vero *proſpere* retineas, *cedebant* legendum. Leid. m. & Voſſ. A. B. *procedebant*. quam lectionem videtur tueri Cortius ad Eund. cap. 1. n. 5. Livius L. 1. cap. 57, *ubi id parum proceſſit*. Waſſii conjecturam confirmant, quos laudat cl. Dukerus ad Florum L. 2. cap. 17. n. 13. ſed licet *proſpere cedere* dicatur, cur tamen *proſpere procedere* uti non liceat, cauſſam video nullam.

5 *Piſidas*] Aliter *Diodorus* 15. Perſas Artabazo duce in Cappadociam irrupiſſe, adverſus eos Datamem exercitum eduxiſſe. *Boſius*. Leid. m. *Phyſidas*.

6 *Arſidaeum*] Vitioſe *Aridaeum*. reponendum *Arſidaeum*, quod veriſimilius eſt, & fultum auctoritate librorum Mendozae Savaronis & Longolii. *Gebb.* Ita Mſſ. Dan. Savar. Schott. Boecl. ac Ed. Ultraj. Pro quo vulgati libri *Aridaeum*. quod nomen Perſis uſitatum fuiſſe,

ce-

Digitized by Google

mittit. Cadit in praelio adoleſcens; proficiſcitur eo pater, non ita cum magna manu, celans quantum vulnus accepiſſet; quod prius ad hoſtem pervenire cupiebat, quam de re male geſta fama ad ſuos perveniret: ne cognita filii morte animi debilitarentur militum. Quo contenderat, pervenit, [1] hisque locis 2
caſtra ponit, [2] ut neque [3] circuiri multitudine adverſariorum poſſet, neque impediri, quo minus ad dimicandum manum haberet expeditam. Erat cum eo [4] Mithrobarzanes ſocer ejus, praefectus equitum. 3
Is deſperatis generi rebus ad hoſtes transfugit. Id Datames ut audivit, ſenſit, [5] ſi in turbam exiiſſet, [6] ab homine tam neceſſario ſe relictum, futurum, ut ce-

cognoſcimus ex *Eſtherae* 9, 9 Boſ. Leid. m. & Voſſ. A. B. *Arvidaeum.* pro *proficiſcitur.* Voſſ. A. *proficitur.*

1 *Hiſque locis*] Scribendum *hiſque*, i. e. *iiſque.* Schefferus.

2 *Ut neque circuiri*] Non exigua pars artis militaris eſt, idonea caſtris loca eligere, quae ſalubria ſint; adverſus hoſtium inſultum & alias difficultates ligni, pabuli, aquae tuta, & ad excurſum noſtrorum militum promta. De quibus *Onoſandrum Strategici cap.* 8, 9, 10 *Vegetium* 1, 21, 22, 23, 24, 25. & *Scip. Amiratum diſſ. pol. ad Tacitum* 19, 9. conſulere operae erit. *Loccenius.*

3 *Circuiri multitudine*] Sic libri omnes, eodemque modo *Cicero Phil.* 13. *Lambinus* tamen edidit *circ. a multitudine.* Idem paullo poſt, *quo minus ipſe ad dimic.* Boſius. *Circumiri* Leid. & Voſſ. A. ſed B. *circuiri.* quam lectionem citat & probat Celeb. J. Broukhuſius ad Propertium Lib 2. El 4. vſ. 26.

Cujus non hederae circuiere *caput.*
Sed utrumque recte ſcribi docent, quos laudavi ad Themiſtocl. cap. 3. ubi ſi mavis etiam *circuiretur*, per me licet. Interea obſerva Lector, Codicem Chartaceum Voſſii litera B. diſtinctum ſemper proferre *circuire*, ut & in hac vita cap. 7. n. 3. pro *circumiretur*, iterum *circuiretur* exhibet.

4 *Mithrobarzanes*] Voſſ. A. *Methrobarzanes*, ut & paullo poſt *Methrobarzanem.*

5 *Si in turbam exiiſſet*] Si pervulgatum eſſet. Sueton. Galba cap. 20. *Quod ante paucos dies* exierat *in vulgus.* Sic in Nerone cap. 53. Exiit *opinio.* pro pervulgata eſt. *Gebhard.* Vide Boſii indicem.

6 *Ab hom. tam neceſſ. ſe relictum, futurum ut cet.*] Expunge ſubſtantivum *eſſe*, invectum a male feriatis correctoribus. Caeterum verbum *relinquere* heic uſurpat pro *deſerere.* ita Tacit. Lib. 14. Annal. cap. 56. *Non tua moderatio, ſi reddideris pecuniam; nec quies, ſi* reliqueris *Principem: ſed mea avaritia, meae crudelitatis metus in ore omnium verſabitur.* Idem lib. 4. Hiſtor. cap. 77. *Ita nunciate Veſpaſiano, vel quod propius* eſt

4 ceteri conſilium ſequerentur. [1] in vulgus edit: ſuo juſſu Mithrobarzanem profectum [2] pro perſuga, quo facilius receptus interficeret hoſtes. quare relinqui eum non par eſſe, [3] ſed omnes confeſtim ſequi. quod ſi animo ſtrenuo feciſſent, futurum, ut adverſarii non poſſent reſiſtere, quum & intra vallum & fo-
5 ris caederentur. Hac re probata, exercitum educit, Mithrobarzanem perſequitur. [4] qui tantum quod ad hoſtes pervenerat, Datames ſigna inferri jubet. Pi-

eſt Civili & Claſſico, relictum *a vobis in aciem ducem*. Frontin. lib. 2. cap. 7. *Annibalem venientem in Italiam tria millia Carpetanorum* reliquerunt. Juſtin. lib. 22. cap. 8. m. *Bis ſe a rege ſuo in mediis hoſtibus* relictos *proclamantes*. Paterculus lib. 2. cap. 84. *Multa, inquit Coponius, me hercules fecit Antonius pridie quam tu illum* relinqueres. Curtius lib. 7. *Poſtquam adventare Alexandrum compertum eſt, in ſuos quiſque vicos dilapſi Beſſum* reliquerunt. Reſpondet Graecorum ΚΑΤΑΛΕΙΠΕΙΝ Polyaen. lib 1. Polydor. *αὐτόμολον ἔπεμψεν ἀγγέλλοντα, ὅτι στασιάζουσι δὲ καὶ καταλείψουσιν ἐλθόντα*. Verum & antiquiſſimi ita loquebantur. Ennius Creſiphonte

—— *ſi eſt probus.*
Cur talem invitum invitam cogis
relinquere.

Gebh. Longolius edidit *ſe iri relictum*: Lambinus *ſe relictum eſſe*. Sed a Mſſ. Dan. Schotti & uno Schoppii, utrumque aberat, quomodo nos edidimus. *Schoppius* mallet *ſeſe rel.* Boſ. Abeſt & a Leid. meo, & Voſſ. A. B. Caeterum recte explicuit Gebhardus *relictum* per *deſertum*. Virgil. lib. 2. Aen. vſ. 357.

—— *Catulique* relicti
Faucibus exſpectant ſiccis.

Relinquere & *deſerere* jungit Cicero lib. 2. Tuſculan. Quaeſt. cap. 14. *Haec enim te, niſi ita facies, cuſtos dignitatis*, relinquet *& deſeret*. Latius hoc verbum illuſtravit Celeberrimus P. Burmannus ad Petronium Satyric. cap. 91. p. 441. *Signa relinquere* pro *deſerere* veteres dixiſſe docet Cortius ad Salluſt. Catil. cap. 9. n. 4.

1 *In vulgus edit*] Datamen non mentitum fuiſſe exiſtimo propter §. 60. cap 16. Introductionis ad veram vitam. *Ernſtius.*

2 *Pro perſuga*] Voſſ. B. *profuga*. forſan pro *pro profuga*. *profuga* & *perſuga* in Mſſ. ſaepius confunduntur. Vide Cl. Oudendorp. ad Frontin. lib. 1. Strat. cap. 6. n. 4.

3 *Sed omnes conf. ſequi*] Cod. Boecl. & quidam editi: *& omnes*. Boſius. Leid. m. & Voſſ. B. *& omnes*. Mox pro *quum & intra vallum* Leid. & Voſſ. B. *Cum & intra vallum*. Voſſ. A. *cum & inter vallum*.

4 *Qui tantum quod ad hoſtes perven.*] P. Daniel probat hanc lectionem, *Qui vix dum ad hoſtes pervenerat*. cum tamen vocula *vix* veteribus libris abſit. Schottus quoque temeritatem Lambinianam flagellat praeclaro ex libris ſcriptis: *Qui dum ad hoſtes pervenerat*. Gebh. Lambinus legit: *qui tantum quod ad hoſteis per-*

Digitized by

Piſidae nova re commoti, in opinionem adducuntur,
perfugas mala fide [1] compoſitoque feciſſe, ut rece-
pti, eſſent majori calamitati. Primum eos adoriun-
tur. Illi quum, quid ageretur, aut quare fieret, igno-
rarent, coacti ſunt cum eis pugnare, ad quos trans-
ierant; ab hisque ſtare, quos [2] reliquerant. quibus
quum neutri parcerent, celeriter ſunt conciſi. Reli- 7
quos Piſidas reſiſtentes Datames invadit: primo im-
petu pellit, fugientes perſequitur, multos interficit,
caſtra hoſtium capit. [3] Tali conſilio uno tempore 8
&

pervenerat. quod etiam in Mſ. lib. reperio. Confer id cum Schottiana lectione & judica; adde tamen prius rationes a Lambino allatas. *Ernſtius.* Sic Lambinus emendavit, praeeuntibus, ut arbitror, libris. Ernſtius certe in ſuo diſerte ſic ſcriptum repperit. Tueturque hanc lectionem & princeps Criticorum *Gronovius ad Livii* 33, 4. Veſtigia illius etiam deprehendas in ed. Ultraject. & Mſ. Leidenſi. Nam illa: *qui tantum non ad h. p.* Hic, *perſequitur tantum. Qui cum ad h. p.* In quibusdam fuit: *qui tantum dum ad h. p.* At Mſſ. Dan. & Sch. diſerte; *qui dum ad h. p.* Unde Magius cudit *qui tum*; alii *qui vixdum.* A cod. Boecl. etiam pronomen aberat hoc modo: *dum ad hoſtes perv.* quae ipſa varietas indicium eſt corruptelæ. Adde Ind. v. *tantum.* Boſius. Leid. m. *qui dum* Voſſ. A. *tantum qui dum* B. *tantum dum. Tantum quod* legit etiam Cellarius ad h. l. quem conſule, ut & Manutium ad Ciceronem. 7. ad Fam. Ep. 23. & cl. Graevium ad Luciani ſoloeciſtam cap. 1. Mox pro *Datames* Voſſ. B. *Datame.*

1 *Compoſitoque feciſſe*] Compoſita & comparata prius inter ſe fraude, ſic *componere* Tacit. 3. Annal. cap. 40. *Ii ſecretis colloquiis, feroc ſſimoque adſumpto, aut quibus ob egeſtatem ac metum ex flagitiis maxima peccandi neceſſitudo, componunt. Florus Belgas, Sacrovir propiores Gallias concire.* Vide noſtra ad Tacitum. Accius Agamemnone:

Sic quorum animus atroci junctus malitia eſt,
Compoſita *dicta e pectore evolvunt ſuo;*
Quae cum componas, dicta factis diſcrepant. Gebhardus.

Hinc *componere inſidias* pro ſtruere, moliri, machinari. ut docet Elegantiſſimus Broukhuiſius ad Tibull. L. 1. El. 7. vſ. 3.

2 *Reliquerant*] Voſſ. B. *reliquerat. Transierant* h. l. ponitur pro transfugerant ut docet Cl. Oudendorpius ad Frontin. L. 3. ſtrateg. cap. 16. n. 22. Mox *cogitatum* pro *expogitatum* poſuit Noſter, vide Cl. Scheff. ad Phaedr. L. 3. in prol. n. 42. *ſuam* ante *perniciem* abeſt Voſſiano B.

3 *Tali conſilio*] Referunt hoc & *Frontinus Strateg.* 2, 7, 9. & *Polyaenus* 7. *Diodorus Sic.* 15. Sed & hi tres a Probo, & ipſi inter ſe diſſident, ac diſcrepant tum nominibus,

& proditores perculit, & hoſtes profligavit: & quod ad perniciem fuerat cogitatum, id ad ſalutem convertit. Quo neque acutius ullius imperatoris cogitatum, neque celerius factum uſquam legimus.

CAP. VII.

Ab hoc tamen viro [1] Sciſmas [2] maximo natu filius deſciit, ad regemque tranſiit, & de defectione patris detulit. quo nuntio Artaxerxes commotus, quod intelligebat ſibi cum viro [3] forti ac ſtrenuo negotium eſſe, qui, quum cogitaſſet, facere auderet, & prius cogitare, quam conari, conſueſſet; [4] Autophra-

bus, tum etiam totius rei geſtae narratione. *Lambinus.*

1 *Sciſmas*] Credo potius membranis nominantibus *Syſinas*, nam Perſicis nominibus hoc propius eſt. Dein ſtatim lege *adque regem* Gebh. Mſc. Dan. *Syſinas.* quod, ut recte *Gebhardus* cenſet, Perſicis nominibus propius. Eſt enim idem quod *Siſinnes* apud Lucianum de amicitia, *Siſines* apud Joſephum 11, 4. & *Siſenes* Curtio 3, 7, 11. & 15. *Aſiſines* Arriano 1, 8. *Boſius.*

2 *Maximo natu*] Sic Mſſ. Vulgo: *maximus natu*: quomodo inf. 17, 1, 3. loquutus eſt. Statim *Gebhardus* e Mſc. Dan. legit, *adque regem.* Boſius. Vide quae dixi ad Pauſan. cap. 5. n. 3. & Cell. ad h. l. Mox pro *de defectione patris detulit* Leid. m. *defectionem patris detulit.*

3 *Forti ac ſtrenuo*] Conjungit quoque Epaminonda; *Pelopidas vir fortis ac ſtrenuus.* Gebh.

4 *Autophradatem*] Leid. m. *Androphadatem*, & mox *Antrophrates.*

5 *Locum delegit talem, ut neque circuiretur, &c.*] Conſilium in loco compenſat multitudinem copiarum; & quod deeſt naturae, ſubminiſtrat ratio. Clarioribus & aptioribus verbis nemo protulerit, quam Curtius, hujus in acie ordinanda praecepti cauſſas: *Parmenio*, inquit 3, 7, 8. *non alium locum praelio aptiorem eſſe cenſebat, quippe illic utriusque regis copias numero futuras pares; cum anguſtiae multitudinem non caperent.* Polyaenus l. 1. Λεωνίδης ἐν Θερμοπύλαις παρεξετάξατο τῷ στενότατι τῷ χωρίῳ ἐποίησε τὸ πλῆθος τῶν βαρβάρων. Quae verba ferme repetuntur *lib. 2. in Cleandrida com. 2.* Utilitas ergo prima eſt anguſtiarum, quod hoſtilem multitudinem reddant inutilem: *Nepos* infra *Eumene.* Curtius 6, 1, 10. *Caeterum anguſtiae loci, in quo haeſerat pugna, non patiebatur totis congredi viribus: Spectabant ergo plures, quam inierunt praelium.* Vide *Frontinum* 2, 2, 13. Altera, quod paucitatem tueantur, & propemodum indemnem praeſtent. *Polyaenus l. 1. in Braſida:* ἡ γὰρ στενοχωρία ἐλάττονας ὄντας ἐπ' ἴσα φέρειν. Itaque ſi meliores locorum anguſtiis adjuti, quamvis pluribus opponantur, caedes ibi exſiſtit, non pugna. Cla-

rum

tophradatem in Cappadociam mittit. Hic ne intra- 1
re poſſet ſaltum, in quo Ciliciae portae ſunt ſitae,
Datames praeoccupare ſtuduit. Sed tam ſubito co- 3
pias contrahere non potuit: a qua re depulſus, cum
ea manu, quam contraxerat, [5] locum delegit talem,
ut neque circuiretur ab hoſtibus, neque praeteriret
adverſarius, quin [1] ancipitibus locis premeretur: &
ſi dimicare cum eo vellet, non multum obeſſe mul-
titudo hoſtium ſuae paucitati poſſet.

Cap. VIII.

Haec etſi Autophradates videbat, [2] tamen ſtatuit 1
con-

rum hoc fit exemplis Clearchi & Ageſilai apud eundem. Curtius 3, 3, 38. *Darius tantae multitudinis rex, loci, in quo pugnavit, anguſtiis redactus eſt ad paucitatem, quam in hoſte contemſerat.* Vide *Frontin.* 2, 2, 13. Annibal cum patentibus campis invictus perſtaret, anguſtiis locorum ſe poſſe vinci docuit. *Auctor de viris Illuſtribus*, c. 45. Neque aliter equitatus Mithridatis copioſiſſimus & robuſtiſſimus ſuperari potuit, quam a Flavio Fimbria in anguſtias redigerentur, in quibus, teſte *Frontino.* 3, 17, 5. caeſus eſt. *Gebhardus.* Adde *not. ad* 1, 5, 3. & 4. Boſius. Pro *delegit* Cod. P. Dan. *deligit.* mox pro *circumiretur* Voſſ. B. *circuiretur.*

1 *Ancipitib. locis*] Supra Themiſtocle *ancipiti premerentur periculo.* Caeſar. Lib. 7. Comm. 80. *Noſtros premi multitudine viderent* Gebh. V. *not. ad* 2, 3, 3. Mox in omnibus fere libris legitur *ſi dimicare eo vellet*: quod *Lambinus* exponit, ob eam cauſſam. ridicule. *Boſius.* *Dimicare eo* Etiam Leid. m. & Voſſ. A. Pro *obeſſe* Voſſ. B. *deeſſe.*

2 *Tamen ſtatuit congredi, quam &c.*] Lambinus *ſatius* de ſuo rurſum addidiſſe ait. factum nollem. redundat enim *ſatius.* neque enim ignorare potuit Graecarum litterarum peritiſſimus, Graecos μᾶλλον, eorumque exemplo Latinos hiſtoricos τὸ *potius* vel *magis* exaudire. Ut hoc loco membranae fidem faciunt noſtrae ac Giſanii, editionesque extra Lambinianam omnes, Longolii, Magii, Ultraject. & Savaronis. Obſervarat id elegantiſſimus *Muretus ad Terentiani Eunuchi prologum e Nonio Marcello*, exemplisque illuſtrarat Comici illud:

Si quisquam eſt qui placere ſe ſtudeat bonis,
Quam plurimis. ——

boni enim pauci improbis, qui plures, objiciuntur. Plautus in Rudente: *Tacita bona'ſt mulier ſemper, quam loquens.* Polybius: Αἰακίδαι πολέμῳ κεχαρηότες, ἠΰτε δαιτί. *Aeacidae bello magis gaudebant, quam convivio.* Plura congeſſit V. Cl. *Ant. Auguſtinus lib.* 6. *emendation. c.* 8. Schottus. adde *Voſſium de conſtructione cap.* 61. Boſius. *Satius* abeſt & a Leid meo C. P.

congredi, quam cum tantis copiis refugere, [1] aut
2 tam diu uno loco ſedere. Habebat barbarorum equi-
tum viginti, peditum centum millia, quos illi [2] Car-
dacas appellant. ejuſdemque generis III. funditorum.
Praeterea Cappadocum octo, Armeniorum decem,
Paphlagonum quinque, Phrygum decem, Lydorum
quinque, [3] Aſpendiorum & Piſidarum circiter tria,
Cilicum duo, [4] * Captianorum totidem, ex Graecia
[1] con-

C. P. Dan. & Voſſ. A. quam lectionem tacite probat Celeb. J. Perizonius ad Sanctii Minervam Lib. 4 cap. 7. n. 4. hunc locum ad uſum hujus Ellipſis monſtrandum adferens. De hac Ellipſi Graecis Latiniſque uſitatiſſima conſulendi ſunt Lamb. Boſ. de Ell. L. Gr. p. 327, 328. & 329. & Cortius ad Salluſt. B. Catil. cap. 8. n. 1. cap. 9. n. 5. & in fine, & ad cap. 20. n. 17.

1 *Aut tam diu uno loco ſedere*] Quia inopia commeatuum, & morbis exercitus diminueretur. Eandem rationem regerit Darius Graecis apud Curtium l. c. *Trahendi vero*, inquit, *belli vix ullam eſſe rationem. Tantae enim multitudini, utique cum jam hyems inſtaret, in regione vaſta & invicem a ſuis atque hoſte vexata, non ſuffectura alimenta.* Porro eleganter adhibet verbum *ſedere* ut puriores ſcriptores ſolent, pro otioſum & ſine fructu quietum aliquo loco ſubſiſtere. Curt. Lib. 4 cap. 99. *Maraens ſegnis in eo, quem occupaverat, tumulo ſedit aut motus non laceſſi.* Liv. Lib. 21. *Stultitia eſt ſedendo, aut votis debellari credere poſſe.* Cicero Epiſt. *ſi venti eſſent, nos hic Corcyrae non* ſederemus. Gebhard. Adde Vorſtium ad Val. Maximum L. 7 cap. 4. Ex. 5. n. 42. & Graevium in Lection. Heſiodaeis cap. 12.

2 *Cardacas*] Primus, niſi fallor, *Barn. Briſſonius* pro *Gardatas*, quod in plerisque libris legitur, *Cardacas* reponendum eſſe monuit *lib. 3. de regno Perſ.* quam emendationem *Schottus* Giſaniani codicis, in quo *Gardacas* legitur; & veterum Graecorum auctoritate confirmat. Erant autem *Κάρδακες* genus militum apud Perſas, ut e *Strabone* 1. *Euſtathio ad Iliad.* 2, 869. & *Ammonio de differ. diction. Graec.* cognoſcimus. Meminere & *Plutarchus* lib. *ὅτι ἐν ἐστιν ἡδέως ζῆν κατ' Ἐπίκουρον*, *Polybius* 5, *Arrianus* 2. *de geſtis Alex.* ac *Pauſanias*: e junioribus *Caelius Rhodig.* 18. 1. *Strabo* a *κάρδα* dictos ait, quod *τὸ ἀνδρῶδες καὶ πολεμικὸν* deſignet: *Heſychius* a gente vel loco. *Boſius.* Leid. m. *Cardagtas.* Voſſ. A. *Gardatas.* B *Gardetas.*

3 *Aſpendiorum*] Pamphiliae populi *Aſpendii* ab Aſpendo ejus provinciae oppido, ad fluvium Eurymedonta ſito. *Gebhard.*

4 *Captianorum*] Schottus divinat *Caſpianorum.* ſed non hoc probat *Ortelius*, hanc ob cauſſam, quod caeteri populi, quos Nepos illo loco recenſet, omnes in Aſia minore ſint. *Gebhardus.* Ignotus Geographis populus. Quare *Schottus* verebatur, ne trajecta eſſet littera, reponendumque fortaſſe *Caſpianorum*; de qui-

Digitized by Google

[1] conductorum tria [millia]: levis armaturae maximum numerum. Has adverſus copias ſpes omnis conſiſtebat Datami in ſe locique natura. namque hujus 3
partem non habebat viceſimam militum. Quibus fretus conflixit, adverſariorumque multa millia concidit; [2] quum de ipſius exercitu non amplius hominum mille cecidiſſet. Quam ob cauſſam poſtero die tre-

quibus *Strabo* 11. ἔστι δὲ τῆς Ἀλβανῶν χώρας καὶ ἡ Κασπιανή, τοῦ Κασπίου ἔθνους ὁμώνυμος: *Stephanus in* Κασπία: γίγνεται δὲ Κασπιανὸς ἐκ τοῦ Κασπία, ὡς Καρδιανός. Ac meminit *Caſpiae gentis* & *Plinius* 6, 15. aitque *portis & mari nomen dediſſe.* ſicuti *Caſpiorum*, occidentalia Mediae ad Armeniam tenentium, *Ptolemaeus* 6, 2. Negat tamen *Ortelius in Theſauro Geographico*, *Caſpianorum* heic legendum eſſe; quod ceteri populi, quos *Nepos* hoc loco recenſet, omnes in Aſia minore ſint, Caſpiani vero ad mare Caſpium. Verum demus id Ortelio; an idcirco nulli ex Aſia majore adeſſe potuere? Ciliciae vicina eſt Armenia; Armeniae Caſpii. Non igitur nimium a Cilicia diſtabant. Multo minus certe, quam *Capſiani*, a Capſa urbe Africae dicti, quos alii reponi volunt. Et quis credat, ex una Africae urbe, aut unius urbis territorio, duo millia militum in Aſiam conceſſiſſe? *Boſius.*

1 *Conductorum tria millia*] A Mſ. Dan. *millia* aberat. Et poteſt abeſſe. *Boſius.* Nec reperitur in Voſſ. B. Leid. m. ita exhibet. *Tria millia funditorum. Praeterea Cappadocum octo millia. Armeniorum decem, Paphlagonum quinque, Phrygum decem millia; Lydorum quinque millia, Aſpendiorum & Piſidarum circiter tria millia.* Pro *praeter Cappadocum*, ut Mattaire edidit, Leid. m. & Voſſ. A. B. *praeterea Cappadocum*, ſed Voſſ. A. *Capadocum*. Pro *Aſpendiorum* Voſſ. B. *Aſpendorum*. Mox pro *vigeſimam* Voſſ. A. *viceſimam*, ſed Leid & Voſſ. B. *vigeſimam*. Neſcio an alibi monuerim, Codicem Membranaceum Voſſii litera A diſtinctum ſemper *milia*, ut & h. l. & *mile*, pro *mille* & *millia* exhibere, quod tandem hic non praetermittendum duxi, ne in poſterum obliviſcar. Sic quoque in aliorum auctorum Codicibus Mſſ. exarari, idque ex antiquiſſimo veterum uſu, docet nos celeb. Broukhuiſius ad Propertium Lib. 1. El. 5 vſ 10.

2 *Quum de ipſius exercitu non amplius hom. mille cecid.*] Aberant haec Mſ. Leidenſi. Q edd. *cecidiſſent.* *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. A. & C. P Dan. *cecidiſſet.* ſed B. *cecidiſſent.* Si *cecidiſſent* legas, ſubintelligi *homines* cenſet Celeb. J. Perizonius ad Sanctii Minervam L. 4. c. 4. pag. 612. Attamen cum Boſio praeferrem *cecidiſſet* adductus optimorum codicum auctoritate: vide quae Clar. Periz. de voce *mille* diſputat uſque ad pag. 616. Praeterea *Non amplius hominum mille*, Juvenes ſcire *oportet* poni pro *non amplius quam hominum mille*, vel *hominum mille*, ſed *non amplius.* Sic Florus II. 2, 19. *Et haec & trecenta amplius caſtella vaſtata ſunt.* III. 9, 6. *Sexaginta amplius*

tropaeum poſuit, quo loco pridie [1] pugnatum erat.
4 Hinc quum caſtra moviſſet, [2] ſemperque inferior co-
piis, ſuperior omnibus praeliis diſcederet: quod nun-
quam manum confereret, [3] niſi quum adverſarios lo-
corum anguſtiis clauſiſſet; quod [4] perito regionum
5 [5] callideque cogitanti ſaepe accidebat: Authophrada-
tes, quum bellum duci majore regis calamitate, quam
adverſariorum, videret, [6] ad pacem amicitiamque
6 hortatus eſt, ut cum rege in gratiam rediret. Quam
ille etſi fidam non fore putabat, tamen conditionem
accepit, ſeque ad Artaxerxem legatos miſſurum di-
xit. Sic bellum, quod rex adverſus Datamem ſuſce-
perat,

plius millium fecit exercitum. & cap. 20. n. 3. *Quum ſtatim decem amplius millia coiſſent hominum.* IV. 2, 44. *Trecenta amplius millia.* & ita alii paſſim. Adeant Clar. Cortium ad Salluſt. Catil. cap. 59. n. 6. *amplius* idem quod *plus* eſſe docet Doctiſſ. Snakenburg ad Curtium Lib. VIII. cap. 10 n. 36. Inſpiciant etiam, quae diſſeruit de *non amplius*, *non minus* Perizonius ad Sanctii Minervam Lib. 4. cap. 2. pag. 530.

1 *Pugnatum erat*] Ita quoque Dan. Alii *eſt*. *Longolius* & *Lambinus* verbum plane omittunt. *Boſius*. Graecos eo loco, quo pugnaverant, tropaea ponere fuiſſe ſolitos praeter Noſtrum teſtantur etiam alii. Vide Stewechium ad Vegetium L. 2. de Re Milit. cap. 7. p. 147. & Perizonium in Animadverſ. Hiſtor. cap. 7 p. 239. De ipſa voce adeundus eſt Scholiaſtes Ariſtophanis in Pluto vſ. 453. qui tamen, quam Diodorus Siculus, temporum diſtinctionem non facit. Pro *pugnatum eſt* Voſſ. A. *pugnatum erat*. Cod. m. Leid. omittit verbum ſubſtantivum.

2 *Semperque inf. copiis, ſuper. omn. prael. diſcederet*] Ita Mſſ. bene. *Editio* etiam *Brixiae per Jacob. Britannicum anno MCCCC IID.* impreſſa omittit quidem *ſemperque*, ſed cetera eodem modo exprimit. *Boeclerus*. Vulgati: *ut inferior copiis, ita ſuperior omn. prael. diſcedebat* Boſius. Leid. m. *Hinc quum caſtra moviſſet, erat inferior copiis, ſuperior omnibus praeliis, ſemperque diſcederet, quod nunquam manum conſereret, niſi cum adverſarios l. a. c.* Voſſ. A. *Hinc quum caſtra moviſſet, ſemperque inferior copiis, ſuperior omnibus praeliis diſcederet, q. n. m. c. niſi cum adv. l. a. c.*

3 *Niſi cum adverſ.*] Inſerunt τὸ *cum* Mſſ. Dan. & Boecl. nam vulgo deeſt. *Boſius*.

4 *Perito regionum*] Peritia locorum duci & militibus magno ad res proſperas gerendas adjumento eſt: contra ignorata locorum natura & diſcrimina magno incommodo. quod argumentum accurate tractant *Strabo lib. 1. Geographiae pag. 9. ed. Caſaub. Aeneas commentar. Tact. p. 131. Vegetius de re mil.* 3, 6. Loccenius,

Digitized by Google

perat, [1] ſedatum. Autophradates in Phrygiam ſe recepit.

CAP. IX.

[2] At rex, quod implacabile odium in Datamem 1
ſuſceperat, poſtquam bello eum opprimi non
poſſe animadvertit, inſidiis interficere ſtuduit. quas
ille pleraſque vitavit. Sicut [3] quum nunciatum eſſet, 2
quoſdam ſibi inſidiari, qui in amicorum erant numero:
de quibus, quod inimici detulerant, neque credendum,
neque negligendum putavit. experiri voluit
[4] verum falſumne eſſet relatum. Itaque eo profectus 3
eſt,

cenius. *Longolius* edidit: *quod quidem perito.* Boſius.

5 *Callideque cogitanti*] v. comm. Boecleri p. 37. ſeqq. *Boſius.*

6 *Ad pacem amicitiamque hortatus eſt, ut cum rege in gratiam rediret.*] Tautologiae haec ſpeciem habent. Et a cod. Dan. τὸ *ad* aberat. Leidenſis: *ut cum rege in amicitiam rediret.* Quae faciunt, ut gloſſema ſubeſſe putem, Nepotemque ſcripſiſſe, *hortatus eſt, ut cum rege in gratiam rediret.* Addidit aliquis interpretamentum: *pacem, amicitiam,* quae poſtea in textum recepta. *Boſius.* Leid. m. *Pacem amicitiamque hortatus eſt.* & ita quoque Voſſ. A. & B. *Hortari pacem & amicitiam* pro ad pacem & amicitiam ſatis defendi poteſt, conſule Celeb. Burmannum ad Ovid. Epiſt. 19. Heroid. vſ. 187. quare ſi quis quatuor dictos codices ſecutus hic *ad* deleret, me haberet conſentientem. Sequentia verba mihi quidem ſuſpecta ſunt. Omnes tamen, quos vidi, codices exhibent, uti hodie editur. Similis tautologia in Miltiade cap. 1. n. 2. *Ex his delecti Delphos deliberatum miſſi ſunt, qui conſulerent Apollinem.* Interpretes vexavit.

1 *Sedatum*] *Eſt*, addit Dan. *Boſius.* *Eſt* abeſt & a Leid. meo Voſſ. A. & B. Vide notata ad Ariſtid. cap. 3. n. 3. *Sedatum bellum* proba locutio, & Ciceroniana, quam reſtituere Ovidio lib. 3. Triſt. El. 12. vſ. 17. conatur Cl. Burmannus hoc modo

Otia ſunt illic: junctique ex ordine ludi
Sedant *verboſi garrula bella fori.*

Pro *Autophradates* Leid. m. *Autophradates.* pro *Phrygiam* Voſſ. A. *Frigiam.*

2 *At rex*] Voſſ. B. *Atque rex.*

3 *Quum nunciatum eſſ.*] Dan. *cum ei nunc. eſſet.* Rem ipſam narrat & *Polyaenus* 7, 4. Boſius. *Ei* exhibent Leid. & Voſſ. A. Mox pro *detulerant* Leid. m. *detulerunt.* ut & Voſſiani A: B.

4 *Verum falſumne*] *Lambinus* conjicit leg. *verumne an falſum*: invitis libris. Dictum, ut apud Ciceronem: *aequum ſit an iniquum*: & ſimilia.

eſt, [1] quo itinere futuras inſidias dixerant. Sed [2] ele-
git [3] corpore & ſtatura ſimillimum ſui, [4] eique ve-
ſtitum ſuum dedit, atque [5] eo loco ire, quo ipſe
conſueverat, juſſit. Ipſe autem [6] ornatu [veſtitu-
que] militari inter corporis cuſtodes iter facere coe-
4 pit. At inſidiatores, poſtquam in eum locum agmen
pervenit, decepti ordine atque veſtitu, [7] in eum fa-
ciunt impetum, qui [8] ſuppoſitus erat. Praedixerat
autem

milia. *Boſius.* Omnes, quos vidi, codices vulgatam tuentur lectionem. Ovidius Epiſt. XII. Heroid. vſ. 149.

Cum minor e pueris, juſſus ſtudione *videndi*,
Conſtitit ad geminae limina prima foris.

Ubi conſule Celeberrimi P. Burmanni notas, & Cortii ad Salluſt. Catilin cap. 52. n. 10.

1 *Quo itin. futuras inſidias*] P. Daniel teſtatur libris veteribus abeſſe verbum *evenire* poſt inſidias. At Schottus membranis ſuis agnoſci profitetur. Utrumque & *futuras* & *evenire* ſuppoſititium cenſeo. Nam cum exſcriptorum quidam aliquid abeſſe ſuſpicarentur; hi *futuras*; illi *evenire*; iſti utrumque vocabulum intruſerunt. *Gebhardus.* Lambinus: *in quo itin.* Mſſ. Schotti & Boecl. itemque *Longolius* & *Magius* addunt *evenire.* *Gebhardus* utrumque, *& futuras & evenire*, ſuppoſititium cenſet: nam cum exſcriptorum quidam aliquid abeſſe ſuſpicarentur: hos *futuras*; illos *evenire*; iſtos utrumque vocabulum intruſiſſe. ſed vix ita loquutus fuerit *Nepos.* Boſius. Pro *illi* Leid. m. *evenire.* ut & Voſſ. A. B. pro *quo itinere* Leid. & Voſſ. A. *in quo itinere.* pro *dixerant* Voſſ. B. *dixerat.* pro *conſueverat* Leid. *conſuerat.* Voſſ. A. *conſuerat.*

2 *Elegit corpore & ſtatura ſimill. ſui, eique veſtitum ſuum dedit*] Utraque apta ad fallendum, praeſertim quibus & ſtatura & veſtitus non erant incognita. Curtius 8, 13, 21. *Attalum & aequalem ſibi & haud diſparem habitu oris & corporis, utique cum procul viſeretur, veſte regia exornat, praebiturum ſpeciem ipſum regem illi ripae praeſidere, nec agitare de tranſitu.* Gebhardus.

3 *Corpore & ſtatura ſim. ſui*] Ita & Mſſ. Bavar. ac Leid. Alii *corpus* vel *corporis ſtatura ſ. ſ.* Boſius.

4 *Eique veſtitum ſuum dedit*] Simile exemplum legimus 1. Regum cap. 22, 30. de Achabo, qui Joſaphatum rogabat, ut habitum mutaret, ipſiusque Achabi regis Iſraëlis veſtitum indueret. *Ernſtius.* Principes & Duces nonnunquam perſonam ſuam alieno veſtitu diſſimulare vel in bello conſuerunt, ne facile pateant hoſtilibus inſidiis: vel in pace, ut ad afflictorum ſubſidium, vel ſui emendandi cauſſa, ignorati famam de ſe conſulant. quod tamen non ſemper aeque tutum eſt. Annibal mutando nunc veſtem, nunc tegumenta capitis, ab inſidiis Gallorum ſe munivit. *Livius* 22. Sed Achabo infeliciter eve-

Digitized by Google

autem his Datames, cum quibus iter faciebat, ut [1] parati eſſent facere, quod ipſum vidiſſent. Ipſe, 5 ut concurrentes inſidiatores animadvertit, tela in eos conjecit. Hoc idem quum univerſi feciſſent, priusquam pervenirent ad eum, quem aggredi volebant, [2] confixi ceciderunt.

Cap. X.

1 Hic tamen tam callidus vir extremo tempore [3] captus

evenit, 1. *Reg. ult. verſ.* 30. *& ſeqq.* Loccenius. Alia exempla collegit. *Freinshemius ad Curtii* 8, 13, 21. Boſ.

5 *Eo loco*] Ea parte agminis, qua ipſe ut dux ſolebat conſpici: ut patet ex eo, quod mox ſequitur, *decepti ordine.* Quare male Lambinus *eo loci* legit, atque exponit *in eum locum.* Boſius.

6 *Ornatu veſtituque milit.*] Magna hoc loco varietas in libris ſcriptis. Mihi non abſurda videtur, quam ſcripturam excerpta P. Danieli atteſtantur, *ipſe autem ornatu veſtituque militari.* Nam neque inſignibus, neque veſtitu Imperatorio uſus eſt Datames. Diverſitatem Lectionum require apud Schottum. *Gebhardus.* Lectio optimorum libb. Giſan. & Dan. non abſurda viſa *Gebhardo.* Nam neque inſignibus, inquit, neque veſtitu imperatorio uſus eſt Datames. Pleraeque edd. *ornatus veſtitu milit.* Mſ. Schotti; *ornatu veſtitu mil.* Mihi rectum videtur, quod in Ed. Ultraj. legitur, *ornatu militari.* Ut τὸ *veſtitu*, gloſſema ſit, e praecedd. & conſeqq. introſum: quod poſtea tot varietates peperit. Favet huic lectioni *Polyaenus* 7, 4. qui tantum *armaturae* meminit: ἄλλον δ᾽ ἀντισκευάσας τῇ αὐτοῦ πανοπλίᾳ. ἐν ἄλλῃ δὲ αὐτὸς ἐκινδύνευσεν. *Boſius.* Vide ad Hann. cap. 4. n. 1.

7 *In eum faciunt impetum*] Voſſ. B. *Faciunt impetum in eum.*

8 *Suppoſitus*] Fruſtra tentat Schottus *ſuppoſititius* ſupponere, ac diſcrimen inter utrumque conſtituere. M. Tullius in Verrem: *Ut ille ſuppoſitus facile & libenter ſe illum, qui non erat, eſſe ſimularet.* Gebhardus. Mox ab aliis edd. *his* abeſt in illis, *praedix. autem his Dat.* Boſius.

1 *Parati eſſent facere*] Leid. m. *paccati.* *Parati facere* pro ad faciendum. Virgil. 5. Aen. vſ. 108. —— *Pars & certare parati.* Ubi Servius. *Hoc eſt parati ad certandum.* Lucan. l. 1. vſ. 351.

Detrahimus dominos urbi ſervire paratae.

Phaedrus l. 2. fab. 4. vſ. 15. *Aquila eſt parata rapere porcellos tibi.* Plura exempla dabit Cl. Cortius ad Salluſt. B. Jugurth. cap. 46. n. 5.

2 *Confixi cecid.*] Malo hoc, quam Schotti *conciderunt*, ut vitetur alliteratio. *Gebhardus.* Voſſ. A. *conciderunt.*

3 *Captus eſt Mithridatis dolo*] Rem, ſed paullo aliter, narrat *Polyaenus* quoque *lib.* 7. *in Mithridate*, *comm.* 1. Boſius.

Digitized by Google

ptus eſt Mithridatis, Ariobarzanis filii, dolo. Namque is pollicitus eſt regi, ſe eum interfecturum, [1] ſi ei rex permitteret, ut, quodcunque vellet, liceret impune facere: [2] fidemque de ea re, more Perſarum, de-
2 xtra dediſſet. [3] Hanc ut accepit a rege miſſam, copias parat, & abſens amicitiam cum Datame facit; [1] regis

1 *Si ei rex permitteret*] Sic malo cum Exc. Dan. quam, ut vulgo legitur, *promitteret*. quod haud dubie e mentione *fidei* & *dextrae datae* natum eſt. *Polyaenus* hac de re nihil: tantum ait juſſum a rege Mithridatem aut occidere Datamem, aut adducere. mox Mſ. Boecler. abeſt *facere*: poteſtque abeſſe. *Boſius*. Leid. m. Voſſ. A. & B. *promitteret*. *Facere* abeſt a Voſſiano B. pro *quodcumque vellet* Leid. m. *Quodcumque vi vellet*.

2 *Fidemque de ea re more Perſarum dextra dediſſet*] In toto paene orbe ἔθος ἐπὶ πίστει καὶ συνθήκαις βεβαίαις τὰς δεξιὰς διδόναι ἀλλήλοις, inquit auctor *Scholiorum in Ariſtophanis Nubes*. At apud Perſas fides dextra data omni juramento ſanctior ducebatur atque conſervabatur. *Diodorus* 16, 34. Ἐπόντος δὲ τοῦ Θετταλίωνος ὡς καὶ δεξιὰν λαβεῖν ὁ Μέντωρ ἠξίωσεν, ἐπὶ τούτοις ὁ μὲν βασιλεὺς ὀργισθεὶς ὡς οὐ πιστευόμενος παρέδωκε τὸν Θετταλίωνα τοῖς ὑπηρέταις, καὶ προσέταξεν ἀνελεῖν τὴν κεφαλήν. Ἐπεὶ δὲ ἀπαγόμενος ὁ Θετταλίων ἐπὶ τὴν τιμωρίαν τοσοῦτον εἶπεν, ὅτι σὺ μὲν, ὦ βασιλεῦ, πράξεις ὃ θέλεις· ὁ μέντοι Μέντωρ δυνάμενος ἅπαντα καταπρᾶξαι διὰ τὸ μὴ δοῦναι τὴν πίστιν, οὐδὲν μὴ συντελέσει τῶν ἐπηγγελμένων. Πάλιν ἀκούσας τούτων μετενόησε, καὶ μετακαλεσάμενος τοὺς ὑπηρέτας, ἀφεῖναι προσέταξε, καὶ τὴν δεξιὰν ἔδωκε τῷ Θετταλίωνι. Ἔστι δ' ἡ πίστις αὕτη βεβαιοτάτη παρὰ τοῖς Πέρσαις. Curtius 6, 4, 14. *Nec dubitabat Alexander fidem, quo Perſae modo accipiebant, dare: inviolatum, ſi veniſſet, fore.* Illud autem non ſatis aſſequor, an Reges praeſentibus, quibus fidem ſuam obſtrictum ibant, dextram dextrae jungerent, an verius dextrae ſimulacrum donarent, ſic in eum uſum more gentis fabre factum. Junxiſſe dextras dextris praeſentibus colligo ex loco *Joſephi* [*antiquit. Jud.* 18, 12.] Ὁ δὲ inquit, [Ἀρτάβανος] τοὺς πατρῴους θεοὺς ἐπόμνυτο, μηδὲν κακὸν δράσειν αὐτοὺς, καὶ τὴν δεξιὰν ἐδίδου, ὅπερ μέγιστον παρὰ πᾶσι τοῖς ἐκεῖ βαρβάροις παράδειγμα τοῦ θαρσεῖν γίνεται τοῖς ὁμιλοῦσι. Quomodo vero abſentibus fidem dextra dabant? Num per eos, qui ad eam accipiendam miſſi? Stabilire haec videtur *Xenophon 6. Cyropaediae*: μόνον καὶ σὺ ἡμῖν θεῶν τὰ πιστὰ ποίησον, δεξιάν τε δὸς, ἵνα φέρωμεν καὶ τοῖς ἄλλοις ταῦτα, ἅπερ ἂν αὐτοὶ λάβωμεν παρὰ σοῦ. *Polyaenus* 7. Δεξιὰν αὐτοῖς ἔπεμψε Περσικήν. Clarius *Juſtinus* 11, 15, 13. *In quam rem unicum pignus fidei regiae dextram ſe ferendam Alexandro dare.* Gebhardus. Vide & Freinshem. ad Curtii l. l. Locus Scholiaſtae Ariſtophan. Nub. vſ. 81. etiam citatur a Salvagnio ad Ovidii Ibin. vſ. 528. Hinc δεξιαὶ a Graecis pro foederibus ponuntur. ut docet Clar. Potterus ad Lycophron. vſ. 51.

3 *Hanc*

[1] regis provincias vexat, caſtella expugnat, magnas [2] praedas capit: quarum partem ſuis diſpertit, partem ad Datamem mittit. pari modo complura caſtella ei tradit. Haec diu faciendo, perſuaſit homini, ſe 3
[3] infinitum adverſus regem [4] ſuſcepiſſe bellum; quum nihilo magis, ne quam ſuſpicionem illi praeberet inſidia-

3 *Hanc ut accepit a rege miſſam, copias parat*] Malim legere caeteris jugulatis. *Hanc ut accepit, copias parat, & abſens amicitiam cum Datame facit.* ſed Cl. Barthius Adverſ. lib. 52. cap. 14. Aldi lectionem probat. *Hanc ut recepit a rege miſſam.* Gebhardus. Eadem fere Ernſtius heic adnotavit. *Longolius* edidit: *Hanc ut recepit a rege, inimicitiam adverſus regem ſimulat, copias parat.* Lambinus: *hanc ut accepit, ſimulat ſe ſuſcepiſſe cum rege inimicitias, cop. parat.* quam lectionem fere nuperi editores retinuerunt. Sed quae de ſimulata inimicitia dicuntur, abſunt libris: deſumta, ut arbitror, e *Polyaeno*, qui ait, Mithridatem etiam ipſum ſimulaſſe, ſe defecturum a rege. ὑποκρίνεται καὶ αὐτὸς ἀποστῆναι βασιλέως. Ut nos edidimus, legitur in Mſſ. Schoppio laudatis, & Boecleriano. Nec valde diſcrepat editio Aldina, *Barthio adverſ. 52, 14.* probata: *hanc ut recepit a rege miſſam.* A Mſſ. Gif. Savar. (in quibus & *recepit* erat) itemque Schotti, etiam *miſſam* aberat, *Schotti* judicio recte. *Gebhardus* adhuc plura jugulanda cenſet, legitque, *Hanc ut accepit, copias parat.* Sed illud *a rege* conſenſus librorum facile tuetur, τὸ *miſſam* quoque veriſimilius eſt ignoratione Perſici ritus (de quo *Gebhardus nota praeced.*) omiſſum, quam inſertum a librariis eſſe. Quae vero praeterea *Longolius* & *Lambinus* intruſerunt, hoc ipſo νοθείαν ſuam produnt, quod a Mſſ. omnibus & vett. edd. abſunt. *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. A. *Hanc ut recepit a rege, copias parat.* B. *Hanc ut accepit, a rege miſſas copias parat.*

1 *Regis provincias vexat*] Sic Dan. & Leid. melius quam alii *provinciam.* Quae enim unica illa regis provincia? *Boſius.* Voſſ. B. etiam *provincias.* quam lectionem probat Cl. Oudendorpius ad Frontinum lib. 4. Strateg. cap. 3. n. 34.

2 *Praedas capit*] Audaciae Lambinianae propages eſt, *Magnas praedas agit.* Genuinum eſt *capit.* Gebhardus. ſic Mſſ. & edd. vett. tuenturque Schottus ac Gebhardus. Quod in aliis legitur, *agit*, Lambinianae audaciae propago eſt. Statim pro *partem* Mſſ. Leid. & Boecl. utrobique *partim.* quod etiam priore loco Exc. Dan. habent. nam poſteriore corrupte *pariter* legunt. Eſt autem accuſandi caſus antique elatus. De quo *Schoppius in Grammat. Inſtitut. pag. 47.* & *Voſſius de conſtruct. c. 65.* Adde *Gellium* 10, 13. & celeberr. *Gronovium Obſervat.* 3, 2. Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. B. *capit.* itaque retinendam hanc duco lectionem, licet *praedas agere* Latiniſſima ſit phraſis, ut jam docuit ſummus Gronovius ad Juſtinum lib. 22. cap. 6. n. 8. Pro *partem* Voſſ. B. in utroque loco *partim.*

3 *Infinitum bellum*] Irreconcilia-

 bile,

Digitized by Google

ſidiarum, neque colloquium ejus petivit, neque in conſpectum venire ſtuduit. Sic abſens amicitiam gerebat, ut non beneficiis mutuis, ſed odio communi, quod erga regem ſuſceperant, [1] contineri viderentur.

CAP. XI.

1 Id quum ſatis ſe confirmaſſe arbitratus eſt, certiorem facit Datamem, [2] tempus eſſe majores exercitus parari, [3] bellum cum ipſo rege ſuſcipi: de qua re, ſi ei videretur, quo loco vellet, in colloquium veniret. Probata re, colloquendi tempus ſumitur, locuſque quo

bile, & alterutrius exitio terminandum, ἀδιάλυτον, vel δῆριν ἀπειρεσίην Homero. *Gebhardus.* Voſſ. A. *in infinitum.*

4 *Suſcepiſſe bellum*] Atqui nondum bellum ſuſceperat; inquit *Lambinus*, quia cap. 11, 1. *certiorem facit Datamen, tempus eſſe, bellum cum ipſo rege ſuſcipi.* Quare corrigit, *ſuſcepiſſe odium.* Verum vox *ipſo* ſatis indicat, ibi de nova ratione belli ſuſcipiendi ſermonem eſſe. Nempe hactenus provincias vexaverat, caſtella expugnaverat, praedas ceperat: nunc ipſum Regem adgrediendum eſſe monet. *Boſius.* Voſſ. B. *ſuſcepit.* paullo poſt pro *petivit* Leid. m. *penituit.*

1 *Contineri*] Arctiſſime cohaerere. ſupra Lyſandro; *niſi qui aut ejus hoſpitio contineretur.* Gebhardus. v. ad Lyſ. cap. 1. n. 5.

2 *Tempus eſſe exercitus parari*] Virgil. 5. Aen. vſ. 638. *Jam tempus agi res.* Terentius Andria 4. 1, 7. *Ubi tempus eſt promiſſa perfici.* Vide J. Fr. Gronov. ad Livium lib. 6. c. 18

3 *Bellum cum ipſo rege*] Vulgo abeſt *ipſo*, e Mſſ. Dan & Boecl. reſtitutum. Habent etiam vulgati, *& bellum* mox *Schotto* rectius videtur, quod in ſcriptis repperit, *deque ea re.* quomodo & Boecl. habet. Statim τὸ *loco* a vulgatis abeſt: ſed erat in Mſſ. Dan. Sch. Leid. Boecl. *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. A. etiam *Deque ea re*, probante Cl. Waſſe ad Salluſt. Catilin. cap. 49. p. 146, qui Noſtrum auctorem, ſi ſcripſerit *qua de re* haud Latine locutum fuiſſe contendit, quum *deque ea re* vetus ſit formula. Concedo veterem hanc eſſe formulam, & a Waſſio videtur ſtare ipſe Nepos in Phocione cap. 3. *Deque ea re legatos ad Polyperchontem miſit.* attamen vulgata lectio ſatis defendi poteſt, ſi explicemus *de qua re &c. in colloquium veniret*, pro *deque ea re ſe in colloquium venturum eſſe.* Quomodo Cicero ſaepius locutus eſt. Vide Tib. Wopkens lib. 2. Lection. Tullian. cap. 14 pag. 208. & ſeqq. Caeterum voce *res* loco pronominis utitur Noſter, ut & mox *re probata.* Vide Cort. ad Ciceron. 1. ad Fam. Ep 8. n. 2. pro *quocunque vellet* Leid. m. *quocunque loco vellet.*

Digitized by Google

quo conveniretur. Huc Mithridates [1] cùm uno, cui 2
[2] maximam habebat fidem, ante aliquot dies venit, compluribusque locis ſeparatim gladios obruit, eaque loca diligenter notat. Ipſo autem [3] colloquendi die, utrique, locum qui explorarent, [4] atque ipſos ſcrutarentur, mittunt. Deinde [5] ipſi ſunt congreſſi. 3
Hic quum aliquandiu in colloquio fuiſſent, & diverſi diſceſſiſſent, jamque procul Datames abeſſet: Mithridates priusquam ad ſuos perveniret, ne quam [6] ſuſpicionem pareret, in eundem locum revertitur, atque

1 *Cum uno*] Abeſt a Leid. m. & *maximam* a Voſſ. B.

2 *Maximam*] Aberat Mſc. Boecl. Alii *maxime*. Sed ita quoque ſupra locutus *Nepos* 10, 5, 6. Statim in Mſſ. Gif. & aliis: *ipſo autem colloquii die*. Boſius.

3 *Colloquendi die*] *Colloquii* Giſanii codex & alii. *Gebhardus*.

4 *Atque ipſos ſcrutarentur*] Nullum colloquium unquam commiſſum ſine excuſſione ſeu ſcrutatione, antiquitus fuit, ne quis ſicam aliudve telum occulto abditum loco ſtringeret. Quod Latini *ſcrutari*, *praetentare atque excutere*, Graeci *ἐξερευνᾶν, ὑπερείδειν & ἐκτινάσσειν* appellant. vide *Sueton. Claudio c.* 35. Scrutatio autem iſta fiebat per delectos invicem utriusque partis. verbi gratia: Datami delectus excutiebat Mithridatem; & contra hujus explorator Datamen. Iſti officio deſtinatos *Polyaenus* vocat *αἰγίδας*, qui non ſolum veſtes pertrectabant, ſed penitus detrahebant. Docet me hoc *Polyaenus* 3. *in Iphicrate*, *Comm.* 40. *Ἰφικράτης ἐν Θρᾴκῃ καὶ Σεύθης ὁ τύραννος πλησίον ποταμοῦ συνελθεῖν βουλόμενοι, δι' αἰγίδων ἠρεύνησαν ἀλλήλους, καὶ τὰ σώματα ἐγύμνωσαν.* Et *l.* 7. *in Mithridate comm.* 1. *Ἄμφω δὲ τότε συνελθόντων χωρὶς διαλεξαμένων περὶ ὧν χρή.* Juſtinus 38, 1, 9. *Solicitato juvene ad colloquium, cum ferrum occultatum inter faſcias gereret, ſcrutatori ab Ariarathe regio more miſſo, curioſius imum ventrem pertractanti ait, caveret, ne aliud telum inveniret, quam quaereret.* Sic paedagogus Sarpedon Catonem ad Sullam ſemper excuſſum adduxit. *Val. Max.* 3, 1, 2. Imo ex perpetuo metu Alexander Phereus non prius ſe lecto uxoris Thebes committebat, quam a ſtipatoribus diligenter eſſet ſcrutatus. Item Dionyſius ſuperior neutrius unquam ſive Ariſtomaches Suracuſanae ſive Chloridis Locrenſis, niſi excuſſae, complexum petiit, ut refert *idem* 9, 13, *ext.* 5. Gebh. Adde Ind. v. *ſcrutari*. Boſ.

5 *Ipſi ſunt congreſſi*] Sic & Dan. Vulgo *τὸ ipſi* abeſt. mox. Dan. Boecl. *diverſe*. Boſius. Voſſ. B. etiam *diverſe*; ſed *diverſi* retinendum eſt: quem loquendi modum illuſtravit Cl. Cortius ad Salluſtium B. Catilin. cap. 2. n. 1.

6 *Suſpicionem pareret*] In Editione Lugdunenſi editum eſt *pararet*, qua auctoritate neſcio, omnes enim, vel a me, vel ab aliis collati *pareret* exhibent.

que ibi, [1] ubi telum erat impoſitum, reſedit, ut ſi a laſſitudine cuperet acquieſcere: Datamemque revocavit, ſimulans, ſe quiddam in colloquio eſſe oblitum.
4 Interim telum, quod latebat, protulit, nudatumque vagina veſte texit, ac Datami venienti ait, [2] digredientem ſe animadvertiſſe, locum quendam, qui erat

1 *Ubi telum erat impoſitum*] *Telum* eſt omne, quo quis cominus eminusve ſe defendere poteſt, & *telum* pro gladio videtur uſurpaſſe Ovidius Epiſtola Phillidis.

Heu patior telis vulnera facta meis.

Quod proverbium alibi ita variavit:

Heu gladium ad miſerae vulnera noſtra dedi.

Gebhardus. Lambinum, qui negat gladium recte dici *telum*, Cl. Boeclerus recte reprehendit, Cujus argumento ego Virgilii Auctoritatem addo, qui 9. Aeneid. ita canit:

At non hoc telum, mea quod vi dextera verſat,
Effugies.

Ad quem verſum Servius haec notat: *Telum pro gladio poſuiſſe illud ſignificat, quod infert paullo poſt* conſurgit in enſem. Vide l. ſi. calvitur. 233. §. *telum* 2. D. De Verb. ſignif. & ibid. Interpretes. *Ernſtius.* Libri alii *impoſtum.* Gebhardus. Quod *Lambinus* heic *Nepotem* male vocabulo *teli* uſum arguit, non intelligo, quid velit. Ait: *Gladii non ſunt tela: neque gladiorum appellatione tela continentur.* Certe gladios eſſe, i. e. contineri ſub *telorum* vocabulo, notius, quam ut heic oſtendi debeat. quidni igitur gladius *telum* appellaretur? cum & pugio, & quod genus armorum non? ſub *telis* comprehendatur. *Boeclerus.* adde *not. Ernſtii adverſ. ſeq.* Pro *impoſitum* Dan. *impoſtum*; vulgati *poſitum.* Statim Mſc. Boecl. *ut ſi laſſit. cup. acq. Datamem revocavit.* deinde: *ſe quiddam in coll. obl.* Pro *quiddam* alii *quoddam.* Longol. *cujuſdam.* Ed. Veneta *quaedam.* Boſius. Leid. m. & Voſſ. B. *impoſitum.* Pro *a Laſſitudine* Leid. m. & Voſſ. A. B. *laſſitudine* Praepoſitionem tamen defendunt Cellarius ad h. l. & Cortius ad Salluſtium B. Catilin. cap. 4. n. 1. Pro *quiddam* Leid. & Voſſ. A. *quaedam* B. *quoddam.*

2 *Digredientem ſe animadv.*] Pro quo Meus Cod. legit. *Digredientem animadvertiſſe.* Ernſtius. Ita reſcribendum, *Schoppius* monuit *Veriſimil.* 3, 12. cum vulgo legeretur, *digrediendum, ſe animadv.* Jam enim ante, inquit, digreſſi erant, & iterum nunc coibant. Firmat correctionem Mſ. Ernſtianus; in quo fuit; *digredientem animadvertiſſe.* Mox Mſ. Boecl. *quem cum digito demonſtraret.* Boſius. Pro *eſſe idoneum* Voſſ. B. *idoneum.* pro *monſtraret* Leid. m. & Voſſ. A. *demonſtraret.* pro *ille conſp.* Voſſ. B. *illi conſp.* pro *averſum*, *adverſum*, quae duae voces ſaepius in Mſſ. confunduntur. v. Cl. Oudendorp. ad Lucan. lib. 1. vſ. 54. & ad lib. 8. vſ. 337. & alibi, & ad Frontinum lib. 2. Strat. cap. 2. n. 33. Broukh. ad Tibull. lib. 3. El. 5. vſ.

Digitized by Google

erat in conſpectu, ad caſtra ponenda eſſe idoneum. Quem quum digito monſtraret, & ille conſpiceret, averſum ferro transfixit: priusque, quam quisquam poſſet ſuccurrere, interfecit. Ita vir, qui multos conſilio, neminem perfidia ceperat, ſimulata captus eſt amicitia.

5. vſ. 14. *Impia in adverſos ſolvimus ora deos.* Ubi Elegantiſſ. Broukh. recte jubet ſcribendum *averſos*, id eſt iratos. Conſule Cl. Duk. ad Florum lib. 2. cap. 6. n. 20. Vide & Cl. Graevium ad Caput 12. ejuſdem libri n. 5. Ubi tamen pro *acerbos* vel *aſperos* vel *averſos*, *aerios*, id eſt, ſublimes, altos ſubſtituit Cl. Withoſius in ſpecim. Gunther. cap. 3. pag. 79. Hic vero *averſum* nequaquam in *adverſum* mutandum; *averſum* enim hic notat a tergo, id eſt, vultum retro flexum habentem, ſive corpore a Mithridate averſo. Cui contrarium eſt *adverſus*. Unde *adverſa vulnera*, quæ in pectore, vel, anteriore corporis parte accipiuntur. *averſa* in tergo, de quibus late egere Cl. Cortius ad Salluſtium B. Catil. cap. 61. n. 3. & ad Jugurth. cap. 85. n. 29. & Cellarius ad Curtium lib. 3. cap. 11. §. 9. quibus adde J. Arntzenium ad S. A. Victorem de Viris Illuſtr. c. 24. n. 2. Vocem *averſus* recte explicuit Oudendorpius ad Lucanum lib. 9. vſ. 682. Quod attinet lectionem *digito demonſtraret*, ea facile admitti poteſt. Sueton. Auguſt. cap. 45. *Quod ſpectatorem, a quo exſibilabatur, demonſtraſſet digito, conſpicuumque feciſſet.* Cicero cap. 8. in ſomnium Scipionis; *Non ea figura, quae digito demonſtrari poteſt.* Ubi tamen Aldus Manutius docet, in duobus Mſſ. *monſtrari* ſcriptum exſtare.

XV. EPA-

Digitized by Google

XV. EPAMINONDAS.

CAP. I.

I [1] EPAMINONDAS [2] POLYMNI F. THEBANUS. De hoc priuſquam ſcribamus, haec [3] praecipienda videntur lectoribus, [4] ne alienos mores ad ſuos referant; neve ea, quae ipſis leviora ſunt, pari

1 EPAMINONDAM memorant *Plutarchus in Pelopida* & paſſim, *Diodorus Siculus* 15. *Xenophon* 6. & 7. *Hiſt. Graecae*, *Pauſanias in Arcadicis*, *Aelianus var. hiſt.* & *Cicero* ſaepius, *Polyaenus* 2. *Frontinus* ſaepe, *Juſtinus* 6, 4. item 6, 7. & 8. *Valerius Max.* 3, 2. *ext.* 5, 3, 7. *ext.* 5. Boeclerus. Illis ſcriptoribus, qui res geſtas Epaminondae narrant, & a Dn. Boeclero citantur, adde Suidam in voce Ἐπαμινώνδας & ibid. Notas Aemilii Porti. *Ernſtius*. Adde *Polybium* 9. (qui cum Hannibale comparat *pag* 346.) *Diodorum Sicul. lib.* 6. in *Excerptis Peireſcianis*, *pag.* 247. (ubi elogium ejus habes) *Nonnum in collectione hiſtoriarum ad ςηλιτευτικὴν Gregorii Nazianzeni*, *pag.* 133. *edit. Anglic.* & *Suidam*. Nummus penes me eſt elegantiſſimus, ſed recentior ut arbitror, in cujus antica parte caput Epaminondae cum literis: ΕΠΑΜΙΝΟΝΔΑΣ ΘΗΒΑΙΟΣ. In poſtica, figura militaris ad arma ſedens, ac ſiniſtra lauream tenens: ante eam columna, cui galea impoſita, & ſerpens circumvolvitur, cum armis: ſubtus, ΚΑΤΑ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝ *Boſ.*

2 *Polymni*] Dixi aliquid ad Aeliani V. H. L. 2. cap. 43. ſi recte memini. Nam ibidem ejus pater vocabatur Πολύμαντις. Lib. vero 11. cap. 9. Πολύμνις. Adeo ut mihi ſuboleſcat Nepotem Latina terminatione formaſſe Graecum; ſicut ſupra in Neoclus pro Neocles, & infra Proclus pro Proclis, item Periclus pro Periclis. *Gebhard.* Dictum ut *Neocli*, *Procli*; *Pericli*, &c. de quibus ad 2, 1, 1. & 7, 3, 2. Nam Graece eſt πολύμνιδος apud *Aelianum hiſt. var. lib.* 3, 17. *lib.* 11, 9. & ex emendatione Cl. *Schefferi*, *lib.* 2, 43, a πολύμνις, quod patri ejus nomen fuit. Mox Mſc. Boecl. *De quo priusq. ſcr.* Boſius. Leid. m. *Polympni*. Voſſ. B. *Polumni*. pro *Epaminondas* Voſſ. A. & B. *Epaminundas* pro *de hoc* Voſſ. B. *de quo*.

3 *Praecipienda videntur lectoribus*] Arguit μνημονικοῦ ἁμαρτήματος Nepotem *H. Magius*; quoniam eadem in praefatione ſcripta reliquerit. At in mentem ipſi venire debuerat, praefationem demum Nepoti abſolutis omnibus Illuſtrium virorum vitis fuiſſe elaboratam. *Gebhardus*.

4 *Ne alienos mores ad ſuos referant*] Ne mores alienos ſive alienae gentis metiantur atque aeſtiment ex ſuae civitatis aut gentis moribus. *Gebb.* v. ſup. ad praef. 2, 3. *Boſius*.

Digitized by Google

pari modo apud ceteros fuiſſe arbitrentur. Scimus enim [1] muſicen noſtris moribus abeſſe a principis perſona, [2] ſaltare vero etiam in vitiis poni. [3] quae omnia apud Graecos & grata, & laude digna ducuntur. Quum

1 *Muſicen noſtris moribus*] Haec ad vetus aevum ſpectant. nam poſtea mutatum fuit. In his artibus omnibus eruditus fuit Antoninus Philoſophus, & Alexander Severus. *Buchnerus*. Romanorum moribus, olim cantare etiam ingenuis, licet privatis hominibus, indignum viſum eſt, teſte *Macrobio Saturnal.* 2, 10. quidni Principibus? De Principe Nerone Tacitus Annal. 4, 14, 1. *Nec minus foedum* (illi) *ſtudium, cithara ludicrum in modum canere, cum coenaret*. Non ab omnibus tamen Romanis inter turpia habitum fuiſſe, *Macrobius dicto loco* in aliquot exemplis oſtendit. Equidem ſi rem recte aeſtimemus, decantare Dei laudes & heroum res geſtas, animumque liberali muſica vel per ſe, vel alios cantantes audiendo, ſuo tempore reficere, non magis ingenuis, & ipſis Principibus, quam cuicumque hominum generi, indecorum eſt. Dei enim honori & honeſtae hominum recreationi, mentisque agitationi haec ars reperta eſt, & ſic Principes omni aevo eam uſurparunt. Sed *Tacitus* in Nerone *foedum ſtudium* damnabat, quod ut artifices *citharoedico habitu*, uti *Lipſius* ex veteribus Neronis nummis ad iſtum locum obſervat, citharam percuteret, & quod *in albo profitentium citharaedorum nomen ſuum adſcribi juberet*, ut *Suetonius in Nerone cap.* 21. refert; atque ſic foedum in modum ſe proſtitueret, & ut mollem artificem ſe oſtentaret. Confer *Lipſium in Notis ad polit.* 1, 10, 17. Loccenius. Pro *a principis perſona* Voſſ. B. *ab principis perſona*.

2 *Saltare etiam in vitiis poni*] Apud priſcos Romanos, praeſertim viros principes & magnates, de quibus hic inprimis ſermo eſt, olim in vitiis ponebatur. Auctores habemus *Macrobium dicto loco*, & *Joannem Sarisberienſem de nugis Curialium* 8, 12. idem adſerentes. Non tamen ubique & apud omnes vitio ducebatur. Quin inter conſpicuas & probas perſonas aliqua ejus cura fuit, ſed non curioſa, usque ad artis perfectionem. Unde illud eſt *Salluſtii* de Sempronia: *Pſallere & ſaltare elegantius quam neceſſe eſt probae*. Vide etiam *Horat.* 3. *od.* 6. Loccenius. Adde Cl. Cortium ad Sall. Catil. cap. 25. n. 2. Pro *etiam* Voſſ. B. *vero etiam*.

3 *Quae omnia apud Gr.*] Apud Graecos muſicam & ſaltationem in honore & pretio fuiſſe, vel ex *Platone* intelligere licet, qui multis locis eas commemorat & commendat, Socratemque utramque didiciſſe atque uſurpaſſe ſcribit. Sed de muſica, conſtat, eam nobilium virorum filios aeque ut grammaticam, diſcere conſueviſſe. *Ariſtoteles* quidem docet multis verbis *lib.* 8. *polit.* [*capp* 2, 5, 6, 7.] muſicam artem ad liberorum hominum vitae degendae rationem & conſuetudinem eſſe utilem: immo non eſſe neceſſariam neque utilem, ſed liberalem atque honeſtam; *utilitatem etiam*

Digitized by Google

3 Quum autem exprimere imaginem conſuetudinis atque vitae velimus Epaminondae, nihil videmur debere

enim & fructum, inquit ille, *ubique conſectari, non convenit viris magnanimis & liberalibus.* Itaque accepimus, Herculem & Achillem muſica eſſe uſos, quorum magiſter fuit Chiron, centaurorum ſapientiſſimus, ac juſtiſſimus, cum eſſet muſicae ſimul, & medicinae, & juſtitiae doctor inſignis & praeclarus. Quamvis autem muſicae cognitio apud Graecos laudi duceretur, ut contra ignoratio probro vertebatur; ex quo Themiſtocles, quod lyram in convivio recuſaſſet, habitus eſt indoctior: non tamen omnibus organis in muſica diſcenda & tractanda uti honeſtum erat. verbi gratia, tibiarum uſus illiberalis habebatur: & tibias rejicit & improbat *Ariſtoteles eodem libro* [*cap. 6.*] Itaque accepimus, Alcibiadem cum primum ad diſciplinas ſe contulit, caetera muſicae genera didiciſſe, caeteraque organa recepiſſe, atque approbaſſe: tibias vero aſpernatum eſſe, quod lyra quidem & plectra nullam neque figurae, neque formae, quae liberum deceat, partem corrumpant, aut deforment: tibiae vero hominis, eas ore inflantis, ſpeciem ita diducant atque immutent, ut ne familiariſſimi quidem interdum agnoſcant. Praeterea lyra quidem cum eo, qui ea utitur, conſonat, concinit, &, paene dicam, colloquitur: tibia vero homini tibia canenti os obturat, vocem intercludit, ſermonem adimit. Quare, inquit Alcibiades, *tibia canunt Thebanorum filii: non enim loqui ſciunt. nos autem Athenienſes, quibus, ut a patribus accepimus, Minerva eſt princeps, atque antiſtes Apollo deus patrius, quorum alter Marſyam tibicinem pelle exuit, altera tibias abjecit, lyra ac ceteris libero dignis organis utamur.* Sed *Athenaeus lib. 4. extr.* ait ſcriptum eſſe a *Chamaeleonte* quidem *Heracleota*, Lacedaemonios tibia diſcere ſolitos, & Heracleotas, qui Pontum incolunt, & viros Athenienſium clariſſimos, Calliam Hipponici fil. & Critiam Callaeſchri; a *Duride* vero, etiam Alcibiadem tibia canendi ſcientiam a Pronomo didiciſſe; ab *Ariſtoxeno*, Epaminondam Thebanum apud Olympiodorum, & Orthagoram, huic ſcientiae operam dediſſe, multosque Pythagoricos, & Archytam ipſum, eandem artem didiciſſe atque exercuiſſe. *M. Tullius* vero *lib. 1. Tuſc.* Epaminondam non tibia, ſed fidibus praeclare ceciniſſe dicit. Quod autem ad ſaltationem attinet, iidem erant olim ſaltatores & philoſophi. Itaque refert *Athenaeus libro 1.* philoſophum Pythagoreum quendam, Memphim cognomine, diſciplinam Pythagoream, quae ſilentio continetur, ſaltando planius demonſtraſſe, quam qui artem dicendi profitentur, verbis explicare poſſent: & Teleſtem Aeſchili ſaltatorem, tantum fuiſſe ſaltandi artificem, ut tragoediam quandam totam ſaltando exprimeret, doceret, ac declararet. Proteum non aliam ob cauſam rerum variarum ſpeciem, formamque induiſſe ferunt, quam quod ſaltando omnium rerum, omniumque animantium formas referret, ita ut & aquae humorem, & leonis iracundiam, & pardali feri-

bere praetermittere, quod pertineat ad eam declarandam. Quare dicemus primum de genere ejus: de- 4
inde

feritatem, & ignis celeritatem, & arboris agitationem, motionis pernicitate imitaretur. Empuſa, quam putant vulgo ſpectrum fuiſſe, mulier ſaltatrix fuit, quae celerrimo pedum, totiusque corporis motu, varias rerum formas ſpectantium oculis objiceret. Corybantes, quos fabulantur poëtae vagitum Jovis naſcentis ab auribus Saturni avertiſſe; Caſtor & Pollux, quorum alterum equitem, alterum pugilem fuiſſe memoriae proditum eſt; Orpheus, Muſaeus, Bacchus ipſe, praeſtantes ſaltatores fuerunt. Plura autem de muſica, & ſaltatione qui cognoſcere volet, legat *Plutarchi librum de muſica*, & *Luciani de ſaltatione*, & *Athenaei lib.* 14. Laudat & *Polybius* multis verbis muſicam *libro* 4. *Ephor.* refellens, qui ſcripſit muſicam initio eſſe comparatam ac repertam ad homines capiendos & fallendos: & *Plato libro* 4. *de republica* & *Ariſtoteles lib.* 8. *polit. a capite* 3. *uſque ad extrem.* Lambinus. adde de muſica *Voſſium lib. de quattuor artib. popular. cap.* 4. *n.* 22. *& deinc.* de ſaltatione *Meurſium lib. de orcheſtra Graecorum.* Boſ. Muſice a Graecis tanti fuit aeſtimata, ut inter artes liberales fere prima habita fuerit, unde ſaepius cum *litteris* non ſolum jungi, verum etiam pro artibus liberalibus poni ſolet. Conſule Celeb. J. Perizonium. ad Aelian. lib. 7. V. H. cap. 15. & ad lib. 12. cap. 50. hinc Cimoni a Steſimbroto ſuo aequali fuit convicium factum, quod conſtaret, αὐτὸν ἔτι ΜΟΥΣΙΚΗΝ, οὔτ' ἄλλό τι μάθημα τῶν ἐλευθερίων καὶ τοῖς Ἕλλησιν ἐπιχωριαζόντων ἐκδιδαχθῆναι, ut adnotat Plutarchus in Cimone pag. m. 480. E. & verbum ἐκδιδαχθῆναι vertendum ibi eſt per *probe inſtructum eſſe*, propter praepoſitionem ἐκ vim in compoſitis augentem, quomodo ἐξιάσασθαι apud Herodotum lib. 3. cap. 132. pro *ita ſanare, ut nihil morbi ſit reſiduum.* ἐξισχύειν pro *majorem in modum valere.* v. Perizon. ad Aelian. lib. 6. V. H. cap. 13. n. 3. ἐξυφαίνειν pro *pertexere*. ad lib. 12. cap. 57. n. 7. ἐκτικᾶν pro τικτίαν ἱππικὴν Schol. Thucyd. lib. 1 cap. 3. n. 56. Itaque ſi liberaliter educti vellent cenſeri, non leviter hac ſcientia imbuti, ſed probe eruditi eſſe debebant Graeci. Et hi ſummis in Rep. honoribus ducebantur digni, quoniam iidem habebantur & viri juſti & honeſti & perquam probi, quo egregius Ariſtophanis facit locus in Ranis vſ. 739. & ſeqq. & Pindarus O. Pyth. 10. vſ. 57. & ſeqq. Hyperboreos dicit muſicam ſimul & juſtitiam exercuiſſe. Lege de artis hujus praeſtantia Quinctilian. lib. 1. Inſtit. Orator. cap. 10. nec mirari debemus, Graecos in tantis deliciis Muſicen habuiſſe, quoniam pars erat ſacrorum: Hymni enim, quos in laudem Deorum ſuorum compoſuerant, ad Citharam & Chordarum ſonum cantabantur. Itaque Epaminondas noſter forſan Alexandri Macedonis inſtar, inprimis citharizando & chordarum ad ſonum cantando dedit operam, ut deos ſuos hymnis ad Citharam cantatis celebraret. Vide Illuſtr. Spanhem. ad Callim. H. Del. vſ. 302. Eadem de ſaltatione dici poſſunt, praeterea enim ſty-

inde [1] quibus diſciplinis & a quibus ſit eruditus: tum de moribus, ingeniique facultatibus; & ſi qua alia [2] digna memoria erunt: poſtremo de rebus geſtis, quae [3] a plurimis omnium anteponuntur virtutibus.

CAP.

hymnos canentes ſaltabant tam viri quam foeminae in Deorum ſuorum honorem, & quidem optimi habebantur hymni, qui cum ſaltatione erant conjuncti. Vide Eundem Virum incomparabilem l. c. vſ. 306. 311. & 312. & alibi, ut & ad Apoll. vſ. 8. unde iſti χόροι κύκλιοι, de quibus egit Cel. J. Perizonius ad Aelian. lib. 10. V. H. cap. 6. n. 3. Magiſtro Graecis opus fuiſſe, ad hanc artem rite percipiendam, facile conjici poteſt, quia in iſtis choreis ſaltatio fiebat concinno pedum motu vel greſſu, ad rythmum diſpoſito, qui Graecis vocabatur βάσις. Vide Spanh. ad Callim. H. Apoll. vſ. 12. & ad Ariſtoph. Nub. vſ. 638. unde ἐμβαίνειν pro χορεύειν. v. Schol. Ariſtoph. Ran. vſ. 379. Praeterea major brachiorum quam pedum movendorum habebatur ratio. V. Cl. Graev. in Lect. Heſiod. c. 21. & forſan hic Calliphro fuit chori dux, vel magiſter, qui hunc brachiorum pedumque motum Epaminondam noſtrum docuit. nam διδασκαλεῖα ad id erant inſtituta. V. Ill. Spanh. ad Call. H. Dian. vſ. 266. Haec adduxi, ut originem muſices ſaltationisque apud Graecos oſtenderem, de aliis ſaltationum generibus, quae ex iſto ritu ſacro promanarunt, abunde alii egerunt, quae quidem etiam alias ob cauſſas addidiciſſe Epaminondam negare non auſim, quum Nepos noſter in Praefatione in genere dixerit eum *ſaltaſſe commode*, i. e. ad omnes modos & numeros apte concinneque, ut Buchnerus explicat. Meam tamen conjecturam confirmat ſolum ejus natale Baccho ſacrum (vide Schol. Pind. O. Pyth. 2. vſ. 6. Triclin. ad Sophocl. Antigon. vſ. 1134. Horatium lib. 1. O. 7. vſ. 3. aliosque) qui Choreis maxime fuit cultus, unde φιλόχορον vocatur ab Ariſtoph. Ran. vſ. 411. Pro *gratia* Leid. m. & Voſſ. A. B. *grata*. pro *videmur debere* Voſſ. B. *videmur vel'e*.

4 *Quare dicemus*] Vide quam accurate de Epaminonda dicturum ſe promittat: quod in aliis non fecit. Sed majore diligentia opus erat, quod major eſſet, qui deſcribebatur. Sane *Cicero* Epaminondam *principem Graeciae* appellat *Tuſcul.* 1, 2. & *ſummum omnis Graeciae virum* de orat. 3, 34. *Buchn.* Pro *primum* Voſſ. B. *primus*.

1 *Quibus diſcipl.*] Mſ. Boecl. *de diſciplinis*. Boſius.

2 *Digna memoria*] Inter quae referenda ſunt dicta ejus illuſtria, non infimos certe animi atque ingenii ipſius teſtes, quae refert Plutarch. *Apophth. p.* 70. *Ernſtius*. V. *not. Boecleri ad praef.* 1. Boſius. Voſſ. B. *memoria digna*.

3 *A plurimis*] Immittenda praepoſitio *a*, ut ſententiae ambiguitas evitetur. Notarunt quoque P. Daniel, Savaro, & Schottus. Diodor. Lib. 15. Ἐκκλῖναι καὶ πράξεις ἐπιφανεστάτας συντελέσαι. Gebh. Praepoſitionem habent optimi libri, Giſ. Sav.

Cap. II.

Natus igitur [1] patre, quo diximus, honeſto genere, pauper jam a majoribus relictus. [2] Eruditus autem ſic, ut nemo Thebanus magis. nam & citharizare, & cantare ad chordarum ſonum doctus eſt [3] a Dionyſio: qui non minore fuit in muſicis gloria, [4] quam Damon, aut Lamprus; quorum pervulgata ſunt 1

Sav. Dan. Leid. Vulgo abeſt. Cod. Boecl. una voce auctius : *quae a plurimis pluribus omn.* non male. *Boſius*. Praepoſitio abeſt a meo Leidenſi. Voſſ. B. *quae a plurimis pluribus omn. Anteponuntur* exhibent omnes mei Codices; in Edd. tamen Londin. & Oxon. editum eſt *anteponentur*. De re conſule P. Manutium ad Ciceron. Lib. 5. ad Famil. Ep. 12 p. 235. & J. Perizonium ad Aelianum lib. 7. V. H. cap. 14. n. 17.

1 *Patre honeſto genere*] Mediocri & humili. Nam Latini, quorum parentes obſcuros dicere nolunt ac viles, vocant *honeſtos*, gratia quadam ſermonis. *Aelianus* Polymnim ſcribit exſtitiſſe ἀφανῆ, *lib.* 12. *Var.* 43 καὶ Ἐπαμινώνδας δὲ πατρὸς ἦν ἀφανοῦς. Cicero Tuſc. quaeſt. *Qui quum eſſet bonis parentibus, atque honeſto loco natus*. Gebhardus.

2 *Eruditus autem ſic*] Diod. l. 15. μετέσχε γὰρ ἐπὶ πολὺ πάσης παιδείας. Juſtinus 6, 8, 9. *Jam literarum ſtudium, jam philoſophiae doctrina tanta, ut mirabile videretur, unde tam inſignis militiae ſcientia homini inter literas nato* Quod probe notetur contra Cyclopes aevi noſtri, qui virtutem militarem literarum ſtudiis vociferantur remitti ac langueſcere. Contra ſenſit prudentiſſimus ſcriptor *Diodorus Siculus*, qui doctrinae beneficio Epaminondam tantum bellatorem tamque prudentem imperatorem evaſiſſe aſſeverat. Τηλικαῦτα, inquit, παραδόξως ἐπράξατο διὰ τὴν ἀγχίνοιαν, καὶ τὴν ἐκ παιδείας συγγεγυμνασμένην ἀρετήν. *Gebb.* Si quis autem videre cupit, quantum conferat philoſophia ad rem militarem, legat *Chionis Platonici ad Matridem epiſtolam.* Lambinus. Exſtat ea inter epiſtolas Graecorum ab *Aldo* editas. Quaenam autem diſciplinae duci neceſſariae, quaenam inutiles ac noxiae ſint, de eo exſtat prolixa diſputatio *Naudaei lib.* 2. *de ſtudio militari ſect.* 2. & 3. Boſius. Inter philoſophos, qui militarunt, & Remp. ſimul geſſerunt, Epaminondam recenſet Aelianus 7. V. H. 14. Lib. 3. c. 17.

3 *A Dionyſio*] Fuit hic Lyriſtes Thebanus excellens. Auctor *Plutarchus in lib. qui inſcribitur Muſica.* Magius.

4 *Quam Damon aut Lamprus*] Damon hic fuit Athenienſis, qui teſte *Plutarcho l. c.* Lydiam harmoniam remiſſam excogitaſſe fertur. Ejusdem Damonis meminerunt *Plato dialogo de Repub.* 4. [& in *Lachete ac Alcibiade*] & *Athenaeus* 14. 11. *Lamprus* a *Plutarcho ead. loco* inter eos, qui lyricorum pulſaminum praeſtantes habiti ſunt, refertur. *Plato* tamen hunc imperitum fuiſſe mu-

Digitized by Google

ſunt nomina: [1] [carmina] cantare tibiis [2] ab Olym-
2 piodoro, ſaltare a Calliphrone. At Philoſophiae
3 praeceptorem habuit Lyſim Tarentinum, Pythagoreum: cui quidem ſic fuit deditus, ut adoleſcens [4] triſtem & ſeverum ſenem omnibus aequalibus ſuis in familiaritate antepoſuerit: neque prius eum a ſe dimiſerit,

muſicum demonſtrat in *Menexeno.* *Lampri* item meminit *Athenaeus* 1, 16. *&* 2, 2. Magius. Voſſ. B. *Damo.* Pro *Lamprus* Leid. *Lampus.* pro *pervulgata* Voſſ. A. *pervigilata.*

1 *Carmina*] Aberat Mſſ. Dan. & Leid. & ſuſpectabat etiam *Gebhardus.* Vix dubito quin gloſſema ſit. *Boſius.* *Carmina* abeſt etiam a Leid. m. Pro *Calliphrone* Voſſ. A. *Caliphrone.*

2 *Ab Olympiodoro*] Et ab Orthagora, vide ſupra ad 15, 1, 3. *Boſ.*

3 *Praecept. hab. Lyſim Tarent.*] Ita *Cicero* 3. *de Orat.* 34 *&* 1. *Offi.* 44. *Diodorus Sic. l. 6. in Exc. Peireſc. pag.* 147. *Pauſanias Boeoticis*, *Aelianus var.* 3. 17. *Malchus* ſive *Porphyrius extrema vita Pythagorae*, *Jamblichus in ejusd. argumenti opere c.* 35. &c. Qui omnes *Lyſidem* ſive *Lyſim*, quomodo & in Mſ. Dan. correctum erat; non, ut in plerisque Mſſ. & vett. edd. Nepotis legitur, *Lyſiam*, vocant. Ejus *epiſtola ad Hipparchum* quendam legitur inter *epiſtolas Graecorum* ab *Aldo* editas, itemque inter *fragmenta Pythagoricorum*, cum Laërtio *Caſauboni* edita: & paullo aliter apud *Jamblichum l. c. cap.* 17. ubi vide *notas Jo. Arcerii Theodoreti p.* 80. Alia de Lyſide habes apud eundem *Jamblichum d. cap.* 35. & *c.* 30. *p.* 162. & *Porphyrium l. c. p.* 36. *ed. Rittershuſii*, cujus ibi *notas* vide. Ceterum *Nonnus* in *collectione & expoſitione hiſtoriarum, quarum Gregorius Nazianzenus orat.* 1. *in Julianum meminit*, *cap.* 19. Epaminondam Philolai Pythagorici diſcipulum facit. ὁ Ἐπαμινώνδας τὸ γένος ὢν Θηβαῖος, ὁ ἀριστεύσας ἐν τῷ Λευκτρικῷ πολέμῳ, μαθητὴς γενόμενος Φιλολάου τοῦ Πυθαγορείου. *Boſ.* Leid. & Voſſ. A. B. *Lyſiam.*

4 *Triſtem & ſeverum ſenem*] Ex tota phraſi indies magis ac magis deprehendo, *Ciceroni* aetate proximum hunc auctorem extitiſſe, eumque ipſum eſſe *Cornelium Nepotem.* Nam & ille *triſtis* eodem ſignificatu frequentat & *ſeverus* adjungit. De Claris Oratoribus: *Triſte & ſeverum dicendi genus.* De Oratore: *Severus ac triſtis vultus.* De Aruſpicum Reſponſis: *Triſtitia autem & in omni re ſeveritas abſit.* De Claris Oratoribus: *Homo ipſa triſtitia & ſeveritate popularis.* Tacitus 16, 22. *Et habet ſectatores, vel potius ſatellites qui nondum contumaciam ſententiarum, ſed habitum vultumque ejus ſectantur rigidi & triſtes, qui tibi laſciviam exprobrent.* Capitolinus Antonino Pio: *Aurelius Fulvus, qui & ipſe fuit conſul, homo triſtis & integer.* Vulgo talem *melancholicum* appellitamus: Graeci σκυθρωπόν. Diogenes Laërtius: Σεμνὸς δὲ τἆλλα Ξενοκράτης καὶ σκυθρωπὸς ἀεί, ὥστε αὐτῷ συνεχὲς λέγειν τὸν Πλάτωνα, Ξενόκρατες, θῦε χάρισι. Gebhardus. Vocem *triſtis* illuſtravit Celeb. J. Perizonius in Epiſt. 3. ad N. Heinſium. *Senem* Noſter vocat Lyſim,

non

rit, [1] quam in doctrinis tanto anteceſſerit condiſcipu-
los, ut facile intelligi poſſet, pari modo ſuperaturum 3
omnes in ceteris artibus. Atque haec ad noſtram con-
ſuetudinem ſunt levia, & potius contemnenda: [2] at
in Graecia utique olim magnae laudi erant. [3] Poſt- 4
quam ephebus factus eſt, & [4] palaeſtrae dare operam
coepit: [5] non tam magnitudini virium ſervivit, quam
ve-

non propter aetatem, ſed quia philoſophus fuit: omnes enim olim philoſophi hoc titulo ſueri inſigniti. Propertius lib. 2. El. 25. vſ. 30.

Quid tua Socraticis tibi nunc ſapientia Libris
Proderit? aut rerum dicere poſſe vias?
Aut quid Lucreti tibi proſunt carmina lecta?
Nil juvat in magno veſter amore ſenex.

Ubi vide Paſſeratii notas. Phaedrus lib. 2. in Prol. vſ. 8. de Aeſopo. *Equidem omni cura morem ſervabo* ſenis ubi Cl. Schefferus conſulendus. Pro *antepoſuerit* Leid. m. *compoſuerit*.

1 *Quam in doctr. tanto anteceſſerit*] Sic Mſ. Boecl. & ed. Pariſ. Vulgo eſt, *quam doctr. anteceſſit*. mox Dan. *poſſit*. Boſius. Praepoſitio *in* abeſt a m. o Leidenſi, quam tamen Voſſiani A. & B. agnoſcunt. & pro *anteceſſit* Voſſ. B. *anteceſſerit*. *Antecedere* vero pro *antecellere* optimos ſcriptores poſuiſſe ex hoc ipſo etiam Auctoris loco docet Cl. Davieſius ad Ciceron. Lib. 1. Academic. cap. 1. Pro *diſcipulos* Voſſ. A. *diſcipulis*, ſed ſupra notatum erat *diſcipulos*.

2 *In Graecia magnae laudi er.*] Non eſt diſſimulandum, membranis Schotti *laudi* h. l. abfuiſſe, & diphthongo *ae*. ſupraſcriptum *i*. Ut Noſter ſcripſiſſe videatur, *in Graecia magni erant*: quomodo 9. 1, 1. & 14. 1, 4. locutus eſt. *Boſius*.

3 *Poſtquam eph. f. e.*] Mſc. Boecl. corrupte. *Poſt ephebus eſt factus*. Boſius. ſic etiam Voſſ. B.

4 *Palaeſtrae*] Nam inter quatuor artes, quibus apud Graecos pueri atque adoleſcentes exercebantur, etiam gymmaſtice erat: de qua poſt *Hier. Mercurialem*, *Pet. Fabrum* aliosque accurate *Voſſius lib. de quatuor artib. popular. cap.* 3. Boſius.

5 *Non tam magnitudini virium*] Quae Imperatori non tantopere ſunt neceſſariae, neque in ipſo requirendae. Nam *Ducis in conſilio poſita eſt virtus militum*, teſte P. *Syro* Mimo. Auctor de viris ill. c. 35. *Scipio Aſiaticus frater Africani infirmo corpore, tamen in Africa virtutis nomine a fratre laudatus.* Aliter tamen cenſet *Onoſander*, laudatque robur Trajani *Plinius junior panegyrico*. Gebhardus.

6 *Illam enim ad Athletarum uſum, hanc ad belli exiſtimabat utilitatem pertinere.*] Voſſ. B. non invenuſte, *Illam enim Athletarum uſum, hanc ad belli exiſtimabat utilitatem pertinere.* Saepe Latini praepoſitiones in priori membro omittere ſolent. Vid. Cel. Burm. ad Ovidium 1. Art. Amat. vſ. 333. & Bentleum ad Horatium lib. 3. Carm. Ode 25. vſ. 2.

Digitized by Google

velocitati. [6] illam enim ad athletarum uſum ; hanc ad belli exiſtimabat utilitatem pertinere. Itaque ex-
5 ercebatur plurimum currendo & luctando, ad eum finem, [1] quoad ſtans complecti poſſet, atque contendere. [2] In armis plurimum ſtudii conſumebat.

CAP.

Graecorum imitatione. Pindarus Olymp. 2. vſ. 109. Ἶσον δὲ νύκτεσσιν αἰεὶ Ἶσα δ' ἘΝ ἁμέραις ἅλιον ἔχοντες, ita & O. Pyth. 4. vſ. 232. nec non O. Pyth. 5. vſ. 93. Καὶ Λακεδαίμονι, ἘΝ τ' Ἀργεῖ, καὶ ζαθέᾳ Πύλῳ.

1 *Quoad ſtans compl. poſſ.*] Clar. Dn. Boeclerus ad hunc locum notat, Cl. Freinshemium legendum exiſtimare: *quo adſtans.* Verum ita ante multos annos emendavit Schoppius lib. 3. Veriſim. cap. 4. & ego in Mſ. meo libro reperio, qui cum Schoppii veteribus codicibus in plerisque conſentit. *Ernſt. Schoppius veriſimil.* 3, 4. cum libris Bavaricis & quibuſdam edd. vett. mallet *quo adſtans*, quomodo & *Freinshemius* legendum exiſtimabat, ſed ſenſu diverſo. Nam τὸ *adſtans* exponebat *coram factus, prope hoſtem poſitus*; ut ſenſus ſit, non modo currere didiciſſe Epaminondam; ſed etiam luctari, quo adſtans & prope hoſtem poſitus cum complecti atque cum eo contendere poſſet. Schoppii vero ſententia *adſtans* idem fuerit quod *ſtans*, ut in Priapaeis: *Auctumnus ſterilis duobus adſtans.* & apud Plautum Aulul. 1, 1, 17. *Iſtic adſtato.* Jacentes enim, inquit; & ſtantes luctari ſolebant. de quo *P. Faber Agoniſt.* 1, 10. & *Mercurialis de Arte Gymnaſt.* 1, 8. In Mſ. Boecleri fuit: *currendo* (omiſſa voce *luctando*) *ad eum finem, quod ſtans compl. p. a. c.* Vir celeberrimus, & de literis humanioribus, ſi quis alius, nuper & de me ſeorſim praeclare meritus, *Jo. Fr. Gronovius*, nil mutandum exiſtimabat. Apponam verba ejus ex epiſtola ante complures annos ad celeberr. *Boeclerum* ſcripta: Memini, inquit, olim tecum egiſſe me de verbis in *Epaminonda cap.* 2. *Itaque exercebatur plurimum &c.* Ubi nihil placebat mutari: Duplex erat lucta; *erecta* quae peragebatur a ſtantibus, & *volutatoria* jacentium. Quin etiam vulgo acrius & vehementius agentes videntur non cum caſu feciſſe finem repugnandi, ſed tum quoque laboraſſe, ut ſecum detractum adverſarium, ſi forte, ſuccumbere cogerent. Quo alludens Juſtinus lib. 31. *Cum Romano, ſeu occupaveris prior aliqua, ſeu viceris, tum etiam cum victo & jacente luctandum eſſe.* Ab illo igitur ſive altero genere, ſive nimio conatu luctandi abſtinuiſſe Epaminondam, uſumque lucta hactenus, ſeu certamen eousque produxiſſe, quousque ſtans & erectus, nondum jacens aut genibus nixus, adverſarium complecti & nodis ſtringere & parem illi praeſtare poſſet. Jacentis enim illam contentionem ad ſtudium & ſpectaculum pertinere judicavit, & illorum eſſe, qui in luctando nihil praeter praeſentem victoriam & athletae nomen ſpectarent: ipſe autem palaeſtra ſe caſtigabat, non propter campum, nec ut ſecum comparatum omnino vinceret; ſed

ut

Cap. III.

1 Ad hanc corporis firmitatem [2] plurima etiam animi bona acceſſerant. Erat enim [3] modeſtus prudens, I

ut exerceretur in praeſens, in poſterum melior agiliorque miles eſſet. De compacto igitur cum luctatore ſeu palaeſtrita egit, ut, ſi alteruter ſupplantatus collaberetur, ambo certaminis deſinerent. *Uſque ad eum finem*, non eſt *ea de cauſa*, ſed *hucuſque*: ut *Ciceroni* act. 1. in Verrem: *Manſit in conditione & pacto uſque ad eum finem, dum judices rejecti eſſent.* Quae verba perperam ſollicitantur a viris doctis. Lib. 1. de nat. deorum: *Quid dicam, quantus amor beſtiarum ſit in educandis cuſtodiendiſque iis, quae procreaverint, uſque ad eum finem, dum poſſint ſe ipſa defendere.* Quod ſi plures Mſſ. adfirmarent *quod ſtans*, forſan rejiciendum non eſſet. Scis enim *Terentio* & *Ciceroni* & ſimilibus ſaepe poni τὸ *quod* pro *quoad* vel *quantum ad*. Haec *Gronovius*. Quod *Nepos* heic dixit *uſque in eum finem*, pro eo cap. 9. 3. *uſque eo* poſuit: *uſque eo retinuit, quoad renunciatum eſt viciſſe Boeotios.* Qui locus receptam lectionem, meo quidem judicio, mire confirmat. Cicero alibi dixit *ad eum finem*. v. Ind. A Leid. tamen aberant illa *ad eum finem*. Boſ. Leid. m. *quo aſtans*. Voſſ. A. *quo adſtans*. B. *quod ſtans*. cui lectioni & ego faveo, licet nil mutem; vide ad Chab. 3, 3. *Stare* vero proprie ad Luctam illam erectam reſpiciens hic utitur Noſter. Hinc etiam Luctatores *ſtare* dicuntur, qui eum, quem cepere locum, obtinent. Vide Elegantiſſ. Broukhuſium ad Tibullum lib. 3. El. 6. vſ. 4. & Manutium ad Ciceronem lib. 1. ad Fam. Ep 4.

2 *In armis*] Mſ. Dan. addit *vero*, non male. *Boſius*. *Vero* etiam Leid. m. Voſſ. A. & B. qui pro *conſumebat*, *conſumabat*.

1 *Ad hanc corp. firm.*] Voſſ. A. *At hanc corp. firm.*

1 2 *Plurima animi bona.*] φυσικοῖς προτερήμασι κεχορηγημένος. Diodor. lib. 15. *Gebhardus*.

3 *Modeſtus*] Epaminondas modeſtus fuit in muniis citra ambitum & faſtum ſuſceptis geſtisque, in cultu corporis, & ſenſu de ſe moderato. Munia humiliora non ſprevit, donec ad majora ſe praepararet & adſcenderet. Eadem ita geſſit, ut ornamentum non accipere, ſed dare ipſi dignitati videretur. *Juſtinus* 6, 8, 8. *Valer. Max.* 3, 7. ext. 5. Simplici veſte & victu utebatur, *Aelian. Var. hiſtor.* 5, 5. *Plutarch. in Lycurg.* Arma magis ad uſum, quam ornamentum habebat. Attico adoleſcente enſis Epaminondae capulam irridente, velut ex viliſſimo ligno rudem & inelaboratum; *atqui*, inquit Epaminondas, *dum pugnabimus, capuli quidem periculum non facies; ferrum autem non poenitendum tibi videbitur. Syneſ. in orat. de regno.* Poſtridie pugnae Leuctricae, cum ante ſerena & exporrecta fronte ſolitus eſſet in publicum prodire, ſubtriſtis & humilis proceſſit. Interrogantibus amicis, *numquid ipſi adverſum accidiſſet*,

Digitized by Google

dens, gravis, [1] temporibus ſapienter utens, peritus belli, fortis manu, animo maximo: adeo [2] veritatis diligens, ut ne joco quidem mentiretur. Idem continens, clemens, patiensque admirandum in modum: [3] non ſolum populi, ſed etiam amicorum ferens injurias: inprimisque commiſſa celans; quod interdum non minus prodeſt, quam diſerte dicere. [4] Studioſus audiendi. ex hoc enim facillime diſci arbitrabatur. Itaque quum in circulum veniſſet, in quo aut de republica diſputaretur, aut de philoſophia ſermo habo-

diſſet. Ille, *Nihil,* inquit, *ſed heri me ſenſi animo fuiſſe, quam par ſit, ſolutiore & laetiore: quocirca heſterni gaudii intemperantiam hodierna caſtigo triſtitia.* Plut. Apophth. Haec de modeſtiae ejus exemplis. *Loccenius.* adde *not.* ad 1, 1, 1. *Boſius.* Pro *item continens* quod in Hackiana Editione conſpicitur, omnes Codices *idem continens.* pro *admirandum in modum* Voſſ. B *admirum in modum.* pro *inprimiſque comm.* Leid. m. *inprimis comm.*

1 *Temporibus ſapienter utens*] Verſum heic imprudenti excidiſſe *Nepoti* adnotavit *Lambinus.* Boſius.

2 *Veritatis diligens*] De Ariſtide ſimile quid refert *Plutarchus.* Boſ.

3 *Non ſolum populi, ſed etiam amicorum ferens injurias*] Leves injurias ſilentio & contemtu, graves non acerbe ultus eſt, ſed jure depulit. Quod ex Pythagorae diſciplina habuiſſe videtur, cujus hoc eſt ſcitum apud *Stobaeum: Magna eſt peritia aliorum ferre imperitiam.* Quale tamen non cuivis ingenium eſt. *Loccenius.*

4 *Studioſus audiendi*] Ex conſuetudine enim fortaſſe, licet jam eruditus, morem tacendi in diſciplina Pythagorica receptum libenter ſervabat; & ſilentio facile diſci arbitrabatur: nam ſilentio parari ſapientiam Pythagorici cenſuerunt; ideoque non minus, quam biennium, diſcentes audiendo tacebant. Lege *A. Gellium* 1. 9. Magius. Immo plerique quinquennium integrum ſilebant. De quo ſilentio poſt alios accurate egit celeberr. *Schefferus* noſter *lib. de natura & conſtitut. philoſophiae Pythagor. cap.* 12. *Plutarchus in Socr. Genio* ait, Epaminondam fuiſſe ἄπληστον τοῦ μανθάνειν καὶ ἀκροᾶσθαι. *Boſius.*

5 *Ad finem ſermo eſſet adductus*] Lambinus *perductus* repoſiturus a Schotto rejicitur. Libri ſcripti *adductus.* Plutarch. ibid. ait fuiſſe Epaminondam ἄπληστον τοῦ μανθάνειν καὶ ἀκροᾶσθαι *Gebhardus.* Lambinus putat rectius legi: *perductus:* nulla neceſſitate, cum etiam Cicero *adducere* dixerit pro *perducere.* lib. de ſenect. Simili virtute praeditus fuit Diogenes, de quo Laertius ſcribit, quod, cum Antiſthenes eum ab auditorio arcere vellet, baculumque jam intendiſſet, dixerit: *Caede, non enim ita durum baculum reperies, qui me abs te, quam diu ſermonem habueris, abigere poſſit.* in Vita Diog.

Ern-

beretur, nunquam inde prius diſceſſit, quam [1] ad finem ſermo eſſet adductus. [1] Paupertatem adeo [2] facile perpeſſus eſt, ut de republ. nihil praeter gloriam ceperit. [3] Amicorum in ſe tuendo caruit facultatibus. [4] fide ad alios ſublevandos ſaepe ſic uſus eſt, ut poſſit judicari, omnia ei cum amicis fuiſſe communia. 4
Nam quum aut civium ſuorum aliquis ab hoſtibus eſſet captus, aut virgo amici nubilis [5] propter 5
pau-

Ernſtius. Lambinus mallet *perductus.* Sed ita Mſſ. plerique, ut Dan. Leid. & *Schotto* viſi. *Longolius* edidit *deductus. v. not. Ernſtii.* Boſius. Leid. m. *eductus.* Voſſ. A. *deductus* B. *aductus* pro *adductus.*

1 *Paupertatem*] *Juſtinus* 6, 8, 6. *Pecuniae adeo parcus* (i. e. non cupidus) *fuit, ut ſumtus funeri deeſſet. Gloriae quoque non cupidior, quam pecuniae.* Frontinus 4, 3, 6. *Tantae abſtinentiae fuit, ut in ſuppellectili ejus praeter ahenum & veru unicum nihil inveniretur. Aelianus* 5, 5. unam habuiſſe veſtem ſcribit, eamque ſordidam, adde eundem 2, 43. & 9, 11. *Appulejus in apologia, ſtrenuam* ei *paupertatem* tribuit.

2 *Facile perpeſſus*] Facilem eam, levem ac tolerabilem philoſophando faciens, ut ait *Plutarchus Pelopida*, ubi plura in hanc rem. Inter eos qui tenuiſſime parciſſimeque vixerunt, recenſetur ab *Athenaeo* 10, 3. Ceterum etiam haec patientia magnam gloriam parit. Tacitus 4, 44, 1. *Lentulo ſuper conſulatum & triumphalia de Getulis gloriae fuerat bene tolerata paupertas.* Unde Ariſtides dixit, *plus gloriandum ſibi egeſtatis cauſſa, quam Calliae pecuniae: quippe paupertatem qui aegre ferret, ejus rarum eſſe exemplum.* Refert ex *Aeſchine Socratico Plutarchus Ariſtide,* *prope finem*, & hinc docet, Ariſtidem *gloriam ex paupertate non minus, quam e tropaeis amaſſe, & cupiviſſe.* Boſius. *Adeo facile* meo Leidenſi abſunt.

3 *Amicorum in ſe tuendo caruit facult.*] Alii libri *caruerit.* q. d. licet abſtinuerit & uti noluerit facultatibus. *Gebhardus.* Pelopidae inprimis, ſuas prolixe offerentis. vid. *Plutarch. Pelopida pag.* 279. Pro *caruit* Mſſ. Gif. Sch. ac, ut videtur, & Dan. *caruerit.* Sed repugnant quae proxime ſequuntur. *Boſius.* Leid. m. *caruerit.* Pro *poſſit judicari* Leid. m. *judicari poſſit.*

4 *Fide ad alios ſublev.*] Ut qui ſitienti viam ad fontem monſtrat, humanus quoque & beneficus eſt: ita quum Epaminondas ipſe non haberet in bonis, unde benefacere poſſet egentibus, tamen eos ditioribus commendabat, & ſic illorum ope eos ſublevabat. Hoc eſt quod Perſa apud *Xenoph. l.* 5. *de inſtit. Cyri* dicit: ὅτι ἐλευθεριότης εἶναι καὶ ἄνευ χρυσίου ἐστί. *liberalitatem etiam ſine auro poſſe exerceri*; nempe conſilio & opera, qua de re videndus *Tullius l.* 2. *offic.* Loccenius. Videndus omnino *Ambroſius lib.* 2. *de Officiis cap.* 15. Quaſi enim ex praeceptis exit Epaminondas. *Buchnerus.*

5 *Pr. paupert. collocari n. p.*] Sic

 Mſſ.

paupertatem collocari non poſſet, amicorum concilium habebat, & quantum quiſque daret, pro cujuſ-
6 que facultatibus imperabat. eamque ſummam [1] quum faceret, priuſquam acciperet pecuniam, adducebat eum, qui quaerebat, ad eos, qui conferebant: eique ut ipſi numerarent, faciebat; ut ille, ad quem ea res perveniebat, [2] ſciret, quantum cuique deberet.

CAP. IV.

1 [3] Tentata autem ejus eſt abſtinentia [4] a Diomedonte Cyziceno. Namque is [5] rogatu Artaxerxis Epaminondam pecunia corrumpendum ſuſceperat. Hic

Mſc. Dan. & alii. Mſc. Boecl. *quae pr. p. c. n. p.* alii Cod. *Magio* teſte, *quam pr. paup. collocare non poſſet.* Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. *Quam propter paupertatem collocare non poſſet.* Voſſ. B. *quae propter paupertatem collocari non poſſet.*

1 *Quum faceret*] Mſc. Dan. *cum fecerat.* bene. mox *Lambinus* & alii: *ſciret quib. & quantum c. d.* Sed illa *quib. &* abſunt meliorib. libris. *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. A. etiam *fecerat.* paullo ante pro *concilium habebat* Voſſ. A. & B. *conſilium habebat.* ſed vulgatam lectionem utriusque hujus Codicis ſcripturae praefero. Vide Indicem Boſii & Cl. Oudendorp. ad Frontinum lib. 3. Strateg. cap. 2. n. 17.

2 *Sciret quibus & quantum cuique deberet*] Scribendum Ver. libb. auctoritate. *ſciret quantum cuique deberet.* Lectio vulgata eſt tradux Lambinianae. *Gebh.*

3 *Tentata autem ejus eſt abſtinentia*] Voſſ. A. *temptata. Eſt* non reperitur in Voſſ. B eleganter. Cicero 1. ad Fam. Ep. 9. n. 33. *Recreati enim boni viri conſulatu tuo, & conſtantiſſimis atque optimis actionibus tuis excitati, Cn. Pompejo praeſertim ad cauſſam adjuncto*: ſubintellecto verbo ſubſtantivo, ita enim ibi ex Mſſ. legitur. Vide, quae congeſſi ad Ariſtidem cap. 3. n. 3. mox pro *& Micythum* Leid. m. *Admibitte* Voſſ. A. *Michitum* B. *Michithum.* Verbum *perducere* proprium in hac re. Hyginus fab. 47. *Phaedra Minois filia, Theſei uxor, Hippolytum privignum ſuum adamavit. Quem cum non potuiſſet ad ſuam perducere voluntatem.*

4 *A Diomedonte*] Idem teſtantur *Plutarchus apophth. reg.* & *Aelianus Var. H.* 5, 5. A Jaſone quoque Theſſalorum tyranno tentatum, narrant *Plutarchus l. c.* & *Aelianus* 12, 9. ubi & de Pelopida, Phocione & Ephialte ſimilia refert. *Boſius.*

5 *Rogatu Artaxerx. Ep. pecunia corrump.*] Mſc. Boecl. *rog. Artaxerxis regis Ea. corrump.*] omiſſa voce *pecunia.* mox Mſc. Dan. *Michutum*: & ſtatim *Michytus* ac *Diomedonti* & v. 2. *ſi rex ea vult.* Boſius.

1 *Epa-*

Hic magno cum pondere auri Thebas venit; & Micythum adoleſcentulum quinque talentis ad ſuam perduxit voluntatem: quem tum [1] Epaminondas plurimum diligebat. Micythus Epaminondam convenit,
& [2] cauſſam adventus Diomedontis oſtendit. At ille 2
Diomedonte coram, *nihil*, inquit, *opus pecunia eſt. nam ſi ea rex vult, quae Tbebanis ſint utilia, gratis facere ſum paratus: ſin autem contraria, non habet auri atque argenti ſatis.* [3] *Namque orbis terrarum divitias accipere nolo,* [4] *pro patriae caritate.* [5] *Te, qui me incognitum* 3
ten-

1 *Epamin. plurimum diligebat*] Videtur hic adoleſcentulus ab Epaminonda fuiſſe adamatus. Sed *Athenaeus* 13, 38. ex *Theopompo* Aſopicum ab Epaminonda amatum fuiſſe refert. Conſuevere namque Thebani pueros amare: unde cohors illa ex amatoribus & amatis, de qua *Plutarchus in Pelopida*. Hi tamen obſcoeni erant amatores. *Xenophon in ſympoſio, & lib. de rep. Lacedaem.* Sed Epaminondas neutiquam paedico videtur fuiſſe, cum *Plutarchus in Pelopida* & *Probus* in praeſenti vita continentem eum fuiſſe dicant. *Magius.*

2 *Cauſſam adventus Diomedontis oſtendit*] *Oſtendere* hic notat dicere, declarare, *docere*. Vide viros Eximios Graevium in Lect. Heſiod. cap. 12. & in Addendis pag. 115. Cortium ad Cic. lib. 2. Fam. Ep. 3. n. 4. & P. Burm. ad Phaedr. l. 5. Prol. vſ. 12.

3 *Namque orbis terr. divit. accipere nolo pro pat. carit.*] Abſtinentiae Epaminondae & hoc eſto teſtimonium: quum intellexiſſet ſcutiferum pecuniae plus aequo ab homine captivo exegiſſe; *Redde*, inquit, *mihi ſcutum, tibi vero ipſi patrique cauponam redime.* Credebat hominem quaeſtui deditum, ad cauponandum quam belligerandum aptiorem fore. De menſa ſua frugali ſolitus eſt dicere: *Tale prandium non capit proditionem.* Plutarchus in Lycurgo. *Loccenius.* Ceterum haec verba abſunt Ed. Ultraj. Sed libri agnoſcunt. *Lambino* e Graecis expreſſa videntur, legendumque cum *Cl. Puteano* putat *prae patr. car.* quod etiam *Schotto* & *Buchnero* placebat. Sed nulla neceſſitate. v. Ind. *pro*. Boſius.

4 *Pro caritate patriae*] Alii legunt *prae*. ſed *pro* non videtur mutandum, expreſſum ex ἀντὶ. ſic, ἀντὶ χρυσείων χάλκεια pro *aureis aenea* Xenophon Ageſilao μάλα ἔκδηλον ποιῶν, ὡς ὅτι πᾶσαν τὴν γῆν δέξαιτο ἀντὶ πατρίδος. Curtius lib. 5. cap. 58. *Quaſque ſedes elegeris, pro patria & domeſticis rebus petituri.* Gebh.

5 *Te qui*] Haec pars orationis Diomedontem reſpicit · illa quae ſequitur, *Tu argentum h. r.* ad Micythum pertinet. *Boeclerus.* Ceterum pro *Te qui*, Mſ. Sch. *tuque*: Dan. *tu quod* non male. cod. Boecl. & Longol. *tu qui*. ſtatim vulgo erat, *tibi ignoſco*. mox alii: *Et tu Micythe.* Statim Mſc. Boecl. *ego tra-*

dam

Digitized by Google

tentaſti, tuique ſimilem exiſtimaſti, non miror: tibique ignoſco. ſed egredere propere, ne alios corrumpas, quum me non potueris. [1] *Tu Micythe, argentum huic redde:* [2] *niſi id confeſtim facis, ego te tradam magiſtratui.* Hunc
4 Diomedon quum rogaret, *ut tuto exire, ſuaque, quae* [3] *attuliſſet, liceret efferre: iſtud,* inquit, *faciam: neque tua cauſſa, ſed mea: ne, ſi tibi ſit pecunia ademta, aliquis dicat,* [4] *id ad me ereptum perveniſſe, quod*

dam magiſtr. poſſis de argento capere. *Boſius.* Leid. m. *tu qui.* Quae Lectio non tam barbara eſt, quam videtur. Eſt genus dicendi, ut ajunt abſolutum, quod Grammatici per ſyllepſin explicant, optimis utriuſque linguae Auctoribus familiare. Conſule Cl. Burmannum ad Petronium Satyric. cap. 60. pag. 303. & Cortium ad Ciceron. lib. 1. ad Fam. Ep. 8. n. 13. Voſſ. A. pro *tentaſti, temptaſti.* pro *ne corrumpas* Leid. & Voſſ. A. *neque alios corrumpas.*

1 *Tu argumentem huic redde*] Vulgati libri *I tu Mithyte,* quod correctores extuderunt ex ſcriptura Membranarum *Et tu Michyte.* Gebh.

2 *Aut niſi id confeſtim facis, ego te tradam magiſtratui*] Videtur belgiciſmus, ſed revera eſt elegans loquendi modus Latinis uſitatus, qui per verbum *facere* praecedentia ſignificare ſolent. vide Cl. Burm. ad Ovidium Ep. 1. Heroid. vſ. 103. & Tib. Wopkens lib. 1. Lect. Tull. cap. 3. Caeterum *Aut* abeſt Voſſiano B. qui & pro *ego te tradam,* exhibet *ego tradam.* pro *magiſtratui* Leid. m. *magiſtratu.* Dativus antiquus, de quo latiſſime egere Tennulius & Oudendorpius ad Frontinum Lib. 2. Strateg. cap. 4. n. 52. niſi praeferas *magiſtratibus.* Vide quae dicemus ad Pelopid. cap. 2. *Tradere* etiam proprium in hac re eſt verbum. Hyginus fab. 27. *Petitque, ut interficiendus ſibi* traderetur, *aeſtimans Hippoten eſſe.* In Phocione cap. 4. *Inde judicio, legitimis quibusdam confectis, damnatus* traditus *eſt undecim viris,* quod ſtatim ipſe explicat, *quibus* ad ſupplicium, *more Athenienſium, publice damnati* tradi *ſolent. In cuſtodiam tradere* Veteres etiam dixere. vide Cl. Cortium ad Salluſtium Catil. cap. 50. n. 3. Eodem modo Graeci verbum παραδίδωμι adhibuere. Vide Raphelium ad Euang. Joannis cap. 19. comm. 16. Elſnerum ad Euang. Lucae cap. 21. comm. 12. & Alberti ad Acta Apoſtol. cap. 8. comm. 3. Pro *exire* Leid. m. *exiet* Voſſ. A. & B. *exiret.*

3 *Attuliſſet*] Exc. Dan. *attulerat.* Boſius. Voſſ. B. *attuliſſe.*

4 *Id ad me erep.*] Sic diſerte Dan. habet. Boecl. *id a me er.* Longol. *id me er.* Ceteris fere abeſt τὸ *id.* Boſius. Leid. m. *id me ereptum.* Voſſ. A. *ad id me ereptum.* B. *id a me ereptum.* pro *quaeſiſſet* Leid. & Voſſ. A. B *quaeſiſſet.*

1 *Quo ſe deduci*] Ita reſcripſi auctoritate codd. Dan. & Boecl. Antea editi habent, *duci.* vide Ind. mox Dan. & Gebhardi V. L. pro *adſcend.* habebant *eſcenderet,* de qua voce diximus

quod delatum accipere noluiſſem. A quo quum quaeſiſſet, 5
1 *quo ſe deduci vellet*; & ille, *Athenas*, dixiſſet: praeſi-
dium dedit, ut eo tuto perveniret. Neque vero id ſatis
habuit, ſed etiam ut inviolatus in navem aſcenderet,
per Chabriam Athenienſem, de quo ſupra mentio-
nem fecimus, effecit. 2 Abſtinentiae erit hoc ſatis 6
teſtimonium. Plurima quidem 3 proferre poſſemus,
ſed

ximus ad 2, 8, 6. Pro *effecit*, quod in Mſſ. Gif. & Schotti legitur, vulgatae edd. *curavit* ponunt, idque ante illa, *de quo ſup. m. f.* Longolius *procuravit*. Boſius. Leid & Voſſ. A. *deduci*. B. *duci*. Legendum *deduci*, *deducere* enim eſt de loco in alium locum ducere. ſaepius vero haec duo verba confunduntur. Vide Cort. ad Salluſt. Catilin. cap. 55. n. 2. Mox pro *diceret*. Leid m. & Voſſ. A. B. *dixiſſet*. pro *eo tuto* Leid *ex tuto*. Caeterum Leid m & Voſſ. A. B. hic legunt *aſcenderet*. Recte. De Mſſ. haec verba ſaepius confundentibus latiſſime jam egiſſe video Cl. Arntzenium ad Victorem de Viris Illuſtr. cap. 58. n. 3.

2 *Abſtinentiae*] De hac abſtinentia ſua ipſe Epaminondas praeclare diſputat apud *Plutarchum de genio Socratis pag.* 583. *& ſeqq.* Imitatus eum Philopoemen eſt, ſicut in aliis etiam hunc virum exemplum ſibi propoſuit vitae. *Plutarch. Philopoem. pag.* 357. *B.* 364. 365. Fuit ei & fortuna ſimilis, & morte, vid. *Plutarch. pag.* 363. F. & cum caſum ejus refert. *Buchnerus.*

2 *Abſtinentiae erit hoc ſatis teſtimonium*] Miſerum *Lambinum!* qui ſtatim, quae ipſius captio non eſt, aut delet aut ſupplet peſſimo Latinae Linguae. Exiſtimabat heic aliquid deſiderari: quare liberaliter ſuppeditat lectionem: *abſtinentiae erit hoc ſatis magnum teſtimonium.* Vel ordinat: *Hoc teſtimonium abſtinentiae, quod expoſuimus, ſatis erit.* Denique dictat corrigendum eſſe: *abſtinentiae erit hoc ſatis teſtimonii.* Nugae. Solemne antiquioribus ſcriptoribus apponere nomen eo caſu, quem vocabulum *ſatis* exigebat. cum regulariter dicendum fuiſſet *ſatis teſtimonii*, probe extulit Nepos: *abſtinentiae erit hoc ſatis teſtimonium.* Ovidius?

Fortunamque dies habuit ſatis.

Quod ex vetuſtis codicibus recte, nequicquam relatrantibus indoctis, reſtituit *Raphael Regius.* Cicer. l. 12. ad Atticum: *Si ſatis conſilium qua de re haberem.* Cajus l. 19. ff. de Oper. Libert: *Satis tempus ad quaeſtum faciendum, unde ali poſſit. habebat.* Tacitus 12. 56. 2. *Sat tamen ſpatium amplexus ad vim remigii.* Ut ibi reſtitui. *Gebhardus.* Adde *Gruterum ad Plaut. Menaechm. prol.* 16. *Schoppium Grammat. philoſ. pag.* 112. *Phil. Pareum Lexico critico pag.* 116. & quae nos in *Indice.* In *obſervationibus Giſanii in Linguam Lat. pag.* 220. locus hic ita laudatur: *Abſtinentis erat hoc ſatis teſtatum.* Quod fateor me non capere. Nec additur, an in vet. lib. ſic legerit. *Boſius.* Adde Cl. Cortium ad Salluſt. Catil. cap. 58. n. 9. Eodem modo Graeci ἅλις. vide Homerum Odyſſ. E. vſ. 38. & Odyſſ. N. vſ. 136. A-

pol-

ſed modus adhibendus eſt: quoniam uno hoc volumine vitas excellentium virorum concludere conſtituimus: quorum ſeparatim [1] multis millibus verſuum complures ſcriptores ante nos explicarunt.

CAP. V.

1 [2] Fuit & diſertus, ut nemo Thebanus ei par eſſet eloquentia: neque minus [3] concinnus in brevitate reſpondendi, quam in perpetua oratione ornatus.
2 [4] Habuit obtrectatorem Meneclidem quendam indidem

pollon. Rhod. 1. Argonaut. vſ. 1261. Eurip. in Phoeniſſ. 1241. & Ill. Spanh. ad Callim H. in Jovem. vſ. 84.

3 *Proferre*] Aberat Mſc. Boecl. non male. mox Dan. & alii codd. *vitam*: quod *Magio* emendatius videbatur. Et ſane ſingulari numero etiam in *praefat. extr.* uſus eſt Noſter; vide quae ibi adnotavimus. mox alii *quas*, vel *quam ſeparatim*: ſed τὸ *quorum* etiam in Exc. Dan. & Ed. Aldina legitur. Poſt *excellentium virorum*, vulgati addunt *complurium*: quod Mſc. Boecl. abeſt. Idem Mſc. pro *concludere* legit *conducere*. Boſius. *Proferre* etiam abeſt Voſſiano B. pro *vitas* Leid. m. & Voſſ. A. *vitam*. pro *complurium* Voſſ. A. *complurimum*, ſed abeſt Voſſiano B. qui pro *concludere* exhibet *conducere*. Pro *conſtituimus* Leid. *conſtituemus*.

1 *Multis millib. verſuum*] Sic ſolebant veteres ex verſuum numero libri magnitudinem ſignificare ac notare: fortaſſe ne quid alienum inculcaretur, ac ſupponeretur, vel ne quid detraheretur. V. Ind. *verſus*. Ceterum hunc locum imitatus videtur auctor *epitomes ecdiceſeos Hygini contra haereſiarchas*, ante hos annos XXIV. primum a *Sirmondo* editae, in prooemio: *Sancti quique orthodoxi viri, ſuo quisque tempore uniuscujusque haereſis ortum, & certamen, & exitum, per plurimos libros, & multa millia verſuum conſcripſerunt. quae nos epitomantes juvante Domino, hoc uno libello concluſimus.* Boſius.

2 *Fuit & diſertus, ut nemo Theb. ei p. e. el.*] Idem *Plutarchus in praeceptis Politic.* teſtatur: *Quod ſi forte cauſſam dicturus, vel legationem obiturus, tu teipſum ad dicendum intelligas parum idoneum, virum dicendi peritum adjutorem tibi ſociumque muneris adſciſcas, ut Pelopidas Epaminondam.* Eloquentiam Principis, ingens ſibi & aliis in publico munere adjumentum eſſe, liquet. *Loccenius.* Caeterum Mſ. Boecl. habet, *ut nemo ex. Thebanis p. eſſ. el.* Exc. Dan. *ut n. ei Thebanus.* Boſius. Leid. m. *ne nemo.* ſed Voſſ. A. B. *ut nemo.* Pro *fuit & diſertus* Voſſ. B. *fuit etiam diſertus*, cui & τὸ *ei* abeſt

3 *Concinnus*] Cujus brevis reſponſio aptiſſime congrueret. M. Tullius de Finibus. *Ariſto concinnus & elegans.* & de Oratore, *Concinna, diſtincta, ornata, feſtiva Oratio.* Gebh.

4 *Habuit obtrectatorem Meneclidem quendam &c.*] De Meneclide vid. *Plutarchus Pelopida*, & *in praeceptis politicis.* Boſius.

Digitized by Google

dem Thebis, [1] & adverſarium in adminiſtranda re-
publ. ſatis exercitatum in dicendo, ut Thebanum
ſcilicet. namque [2] illi genti plus ineſt virium, quam
ingenii. Is, quod in re militari florere Epaminon- 3
dam videbat, hortari ſolebat Thebanos, ut pacem
bello anteferrent, ne illius imperatoris opera deſide-
raretur. Huic ille; *fallis*, inquit, *verbo cives tuos,
quod hos a bello* [3] *avocas.* [4] *otii enim nomine ſervitutem
con-*

1 *Et adverſarium*] Ita recte meliores libri, puta Dan. Leid. Boecl. Vulgo copula deeſt. *Boſius*. Pro *indidem* Voſſ. B. *indedem*. pro *adverſarium in adminiſtranda* Leid. m. & *adverſarium adminiſtranda*. pro *exercitatum* Voſſ. B. *exercitus*. forſan *pro exercitum*, ſed *exercitatum* praeferendum. Vide Cl. Oudendorp. ad Frontinum lib. 2. Strateg. cap. 1. n. 30.

2 *Illi genti plus ineſt virium*] Ob craſſum, ut volunt, aërem. Quod notus *Horatii* verſus docet. [*epiſt.* 2, 1, 244.]

Boeotum in craſſo jurares aere natum.

Et illud *Tullii in lib. de Fato cap.* 4. *Athenis tenue coelum, ex quo etiam acutiores putantur Attici: craſſum Thebis; itaque pingues Thebani & valentes.* Tertullianus de anima cap. 20. *Thebis hebetes & brutos naſci relatum eſt. Pindarus* apud *Strabonem l.* 7. *p. m.* 321. olim *porcos* inde dictos notat. Attamen Epaminondas. Pelopidas, Iſmenias, Cebes, Pindarus, omnes Thebani, ſatis ingenioſi fuerunt. Unde liquet, praeter coelum & patriae indolem, ſingulis naturam adhuc proprium aliquod ſuumque ingenium & affectus dare: ita ut ſint craſſae aliquae in tenui coelo mentes, & tenues in opaco: quod docte exquirunt *Barclajus Icon. anim. c.* 10. *Salmaſ. de annis Climact. p.* 722. Sed & educatio multum hic poteſt. *Loccenius*. Adde *Beſold. de natura populorum cap.* 3. *& deinc. Torrent. commentar. ad Horat. p* 738. De Boeotiorum ingenio etiam *Lambinus ad Horat. l. c.* & *Eraſmus in adagiis* videri poſſunt. ἀναισθήτους putatos Thebanos, e *Demoſthenis orat. pro pace* cognoſcimus. *Boſius*. Adde Euſtat. ad Dionyſium Perieget. vſ. 426. Scholl. Apoll. Rhod. lib. 3. Argonaut. vſ. 1241. Tzetz. ad Lycophron. vſ. 433. Interpretes ad Aelian. l. 13. V. H. cap. 25. & Gebhardum ad Alcibiad. cap. 11. §. 3.

3 *Avocas*] Mſſ. Boecl. & *Schotto* inſpecti ac ed. Pariſ. *evocas*. quod tamen *Schottus* non ſequitur. *Boſius*. Voſſ. A. & B. *evocas*. Haec verba ſaepius in Mſſ. confunduntur. Vide Cl. Graevium ad Ciceronem 8. ad Famil. Ep. 11. & Cl. Oudendorp. ad Frontin. lib. 1. Strateg. cap 4. n. 65.

4 *Otii nomine ſervit. concilias*] Pacis falſo nomine cives tuos alieno jugo ac dominationi ſubjicis. Cicero in Antonium: *cum his facta pax, non erit pax, ſed pactio ſervitutis.* Infra *Timoleonte. Maximo bello tantum otii toti inſulae conciliavit.* Hamilcare: *Tota Africa tantum otium red-*

Digitized by Google

conciliat. Nam paritur pax bello. Itaque qui ea diutina volunt frui, bello exercitati eſſe debent. Quare ſi principes Graeciae eſſe vultis, [1] *caſtris eſt vobis utendum, non palaeſtra.* Idem ille Meneclides quum huic objiceret, [2] *quod liberos non haberet, neque uxorem duxiſſet; maximeque* [3] *inſolentiam, quod ſibi Agamemnonis* [4] *belli gloriam videretur conſecutus*: at ille, *deſine*, inquit, *Meneclida de uxore mihi exprobrare. nam nullius in*

reddidit. Caeſar lib. 1. de B. Civil. cap. 5. *Si qua hominum aequitate res ad otium deduci poſſet.* Lib. 2. Civil. cap. 36. p. *Erat in oppido multitudo inſolens belli diuturnitate otii.* Valer. Maxim. lib. 7. cap. 7. Tacit lib. 15. Annal. cap. 6. Juſtin. lib. 6. cap. 9 Cicero Bruto: *Eloquentia pacis eſt comes, otiique ſocia.* Gebhardus. Sic M. Lepidus ad populum R. in *fragm. Hiſt. Salluſtii* [*c.* 23.]: *Ne nomina rerum ad ignaviam mutantes, otium pro ſervitio appellent.* Petronius Turpilianus ad Tacit. A. 14, 39, 5. *honeſtum pacis nomen ſegni otio impoſuit.* Civilis apud eundem H. 4, 17, 3. *Simul ſecretis ſermonibus admonebat malorum, quae tot annis perpeſſi, miſeram ſervitutem falſo pacem vocari.* Loccen. *Otium* centies, uti & hic, pro pace uſurpatur. Livius lib. 1. cap. 22. *Seneſcere igitur civitatem otio ratus, undique materiam excitandi belli quaerebat.* & ita lib 3. cap. 30, 31, 65, & 68. lib. 4. cap. 28. *In* otio *tumultuoſi, in bello ſegnes.* Juſtinus lib. 3. cap. 7. *His malis fracti Lacedaemonii in annos triginta pepigerunt pacem, ſed tam longum* otium *inimicitiae non tulerunt.* Adi Manutium & Cortium ad Ciceron. lib. 2. ad Fam. Ep. 17. n. 8.

1 *Caſtris eſt vobis utendum*] Voſſ. A. *caſtris eſt nobis utendum.* pro *Meneclides* Voſſ. B. *Menaclides.* & mox pro *Meneclide*, & *Meneclides* Voſſ. A. & B item Leid. m. *Meneclida* & *Meneclidas. quam tuo* abſunt Voſſianis A. & B.

2 *Quod liberos non haberet, neque uxorem duxiſſet*] Vid. inf. ad cap. 10, 1. *Boſius.*

3 *Inſolentiam*] Suppoſitum *Lambino* videtur; nec tamen delere audet. *Boſius.*

4 *Belli*] Sic Mſſ. Dan. ac Schotto viſi, & Ed. Ultraj. Vulgati, *bello.* ſtatim vulgo erat: *deſine, inquit, Meneclide.* Nos auctoritatem codicum Dan. & Boecl. ſequuti ſumus. *Meneclida*, ut *Atrida*, *Anchiſa*, *Aeacida*, de quibus *Voſſius* & *de analogia* 2, 2. *ac* 3. Illa *quam tuo*, quae vulgo voci *minus* ſubjunguntur, etiam Mſſ. Dan. Schott. Leid. & Ed. Ultraj. aberant. *Schottus* tamen perſpicuitatis cauſſà retinebat. *Boſius.* *Bello* etiam Leid. m. ſed Voſſiani A. & B. *belli.* quod praeferendum eſt. Paſſim apud Optimos Auctores duos vel plures Genitivos uni ſubſtantivo junctos reperies. In Pelopida cap. 2. ex Mſſ. ita legendum eſt *Quorum imperii majeſtas neque ita multo poſt Leuctrica pugna ab hoc initio perculſa cecidit.* Vide Cel. Jac. Perizonium ad Sanctii Minervam lib. 2. cap. 3. n. 15. Cortium ad Salluſtium B. Catil. cap. 23. n. 4. ad

in iſta re minus uti conſilio volo. [1] Habebat enim Me-
neclides ſuſpicionem adulterii. *Quod autem me Aga-* 6
memnonem aemulari putas, [2] *falleris*, *namque ille cum univerſa Graecia vix decem annis* [3] *unam cepit urbem:* [4] *ego contra ex una urbe noſtra*, [5] *dieque uno*, *totam Graeciam*, *Lacedaemoniis fugatis*, [6] *liberavi.*

Cap. VI.

Idem quum [7] in conventum veniſſet Arcadum, pe- 1
tens, ut ſocietatem cum Thebanis & Argivis facerent: contraque [8] Calliſtratus Athenienſium legatus, qui

ad Jug. 30, 3. & ad Cic. 2. Fam. Ep. 13. n. 5. & Tib. Wopkens lib. 1. Lect. Tull. cap. 16. imitatione Graecorum. Vide Triclin. ad Sophocl. Antigon. vſ. 1198.

1 *Habebat enim Menecl. ſuſpicionem adult.*] Erat apud cives ſuos ſuſpectus adulterii: adulterii ſuſpicione in civitate laborabat. Et eſt reſponſio acutiſſima, contra quam putat *Monſtrolienſis.* Nam qui conſilio adulterorum in ducenda uxore utuntur, iis metuendum eſſe videtur, ne illos etiam ad thorum ſuum violandum alliciant: ſive ne ipſis talis iſtorum opera concilietur, cujus illicita conſuetudine ante uſi ſint; aut adhuc uſuros eſſe ſe ſperent. *Gebhardus.* add. Ind. v. *habere.* Boſius. Hunc loquendi modum illuſtravit Celeb. P. Burmannus ad Petronium Satyric. cap. 15.

2 *Falleris*] Membranae Schotti *fallis*, ut *verſu* 3. Boſius.

3 *Unam cepit urbem*] Trojam. Res nota ex *Homero* aliisque. *Boſius.*

4 *Ego contra ex una urbe &c.*] Id accidit in pugna Leuctrica. Quod ideo hic repetit Epaminondas, non ut Agamemnoni ſe arroganter praeferat, ſed ut a ſe fortiter facta a calumniis & mendaciis vindicet, & obtrectatori os obſtruat. quo fine recte facta modeſte praedicare licet. de quo plura *Plutarchus* in *lib. quomodo quis ſeipſum citra invidiam laudare poſſit.* Loccenius. Porro in Mſſ. Sch. & Gif. fuit: *contra ea una u. n.* An leg. *contra ea, ex una u. n.*? quomodo loquutus eſt *praef.* 9. *infra c.* 10, 4. *&c.* Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. *Contra ea una urbe noſtra.* de *contra ea* ad praef. egi.

5 *Dieque uno*] Quo Lacedaemonios vicit Epaminondas in Leuctris. *Lambin.*

6 *Liberavi*] Superba Lacedaemoniorum dominatione. *Lamb.*

7 *In conventum Arcadum*] Εἰς τοὺς μυρίους. ſic enim dicebatur Arcadum conventus. Harpocratio: Μυρίοι ἐν μεγάλῃ πόλει. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. συνέδριόν ἐστι κοινὸν Ἀρκάδων ἁπάντων, οὗ πολλάκις μνημονεύουσιν οἱ ἱστορικοί. *Lambinus.* Pro *Arcadum* Voſſ. A. *Archadum.*

8 *Calliſtratus*] De quo *Xenophon.* 6. *de reb. Gr.* cujuſque extat oratio apud *Lacedaemonios* habita *eod. libro.* Commemorat eum & *Aeſchines orat.* περὶ

qui eloquentia omnes eo praeſtabat tempore, poſtularet, ut potius amicitiam ſequerentur Atticorum; & in oratione ſua [1] multa invectus eſſet in Thebanos
2 & Argivos, in eisque hoc poſuiſſet; *animadvertere debere Arcades, quales utraque civitas cives procreaſſet, ex quibus de ceteris poſſent judicare. Argivos enim fuiſſe* [2] *Oreſtem & Alcmaeonem, matricidas: Thebis Oedipum na-*

περὶ παραπρεσβ. non admodum longe ab extr. *Lamb.* mox Mſc. Boecl. *Athenienſ. ductor legatus.* quod ſpernere non auſim. Fortaſſis autem principem legationis, ut hodie loquimur, fuiſſe innuit. Florus *ducem legationis* vocat 2, 6, 7. *Boſius.* Voſſ. B. quem jam ſaepius vidimus Boecleri libro conſentire, legit. *Athenienſium ductor legatus.* mox pro *amicitiam* Leid. m. & Voſſ. A. *amicitias.* B. *amicitia.*

1 *Multa invectus*] Loquitur infra pari modo, *nonnulla inveheretur in Timoleonta*, qua propter ἀναιθολογεῖ Lambinus. *Gebhardus.* V. Ind. *invehi*, & ſupra *ad praef.* 8. Mſc. Boecl. *multa* aberat. De re vide *Plutarch. apophth. reg. & praecept. polit.* Boſius. Eodem modo *multa querens*, *gemens* &c. dixere. vide Davies ad Ciceron. l. 1. de Divinat. cap. 20. Manut. ad 3. ad Fam. Ep. 3. & Cort. ad Salluſt. Catilin. cap. 27. n. 3. *Multa* tamen abeſt Voſſiano B. Pro *in eisque p.* idem *in eusque p.* Pro *animadvertere* Voſſ. A. *animum advertere.* quomodo veteres locuti ſunt. Cicero lib. 12. ad Fam. Ep. 18. *Animum adverti enim hoc vos magnos oratores facere nonnunquam.* etiam *advertere animos* dixit Livius lib. 4. cap. 45. Virgilius ſimpliciter *advertere* dixit. l. 4. Aen. vſ. 116.

—— *Nunc qua ratione, quod inſtat,*
Confieri poſſit, paucis (adverte) *docebo.*

Ubi Servius *Adverte* id eſt *animum adverte: parte pro toto uſus eſt.* Cui conſentit Donatus ad Terentium in Andriae prologo vſ. 8. *Quaeſo animum* advertite. *Legitur & attendite, unde manifeſtum eſt, & advertite, & attendite, non eſſe plenum, niſi addideris* animum. Vide Cl. Cortium ad Salluſt. Jugurth. cap. 69. n. 1. Ubi in duobus Mſſ. *animo advertere* legi docet, quae lectio firmari poſſet loco Virgilii lib. 2. Aen. vſ. 712.

Vos famuli, quae dicam, animis advertite *veſtris*

Sed alteram lectionem, cave, rejicias. Ut autem *animum advertere*, eodem modo *aures advertere* dixere. Propertius lib. 1. El. 1. vſ. 37.

Quod ſi quis monitis tardas adverterit *aures,*
Heu referet quanto verba dolore mea.

Adde Cl. Burm. ad Ovid. lib. 1. Faſt. vſ. 179. E quibus patet, quoties *animadvertere* legas, contracte pro *animum advertere* eſſe poſitum, ſi vero ſimplex *advertere*, neceſſario *animum* ſubaudiri, eodem modo, quo Graeci ἐπέχειν & προσέχειν ſubintellecto νοῦν adhibuere. vide Raphelium ad Acta Apoſtol. cap. 8. com. 6. & 16, 14. & Elſner. ad cap. 3. comm. 5. pro *Arcades* Leid. m. *Arcadas.* Voſſ. A. *Archadas.*

2 *Ore*

natum, qui quam patrem ſuum interfeciſſet, ex matre liberos [1] *procreaſſe.* [2] Hic in reſpondendo Epaminondas 3
quum de ceteris peroraſſet, poſtquam ad illa duo opprobria pervenit: *admirari ſe* dixit *ſtultitiam rhetoris Attici, qui non animadverterit innocentes illos natos;* [3] *domi ſcelere admiſſo,* [4] *quum patria eſſent expulſi,* [5] *receptos eſſe ab Athenienſibus.* Sed maxime ejus eloquen- 4
tia eluxit Spartae, [[6] legati ante pugnam Leuctricam] quo

2 *Oreſtem & Alcmaeonem, matricidas &c.*] De Oreſte & Clytemneſtra ejus matre, Oedipo & Lajo ejus patre; notae fabulae: & quibus ignotae ſunt, legendus *Sophoclis Oedipus tyrannus, & Euripidis Oreſtes* Lambin. Leid. & Voſſ. A. B. *Horeſtem.* Pro *Alcmaeonem* Leid. m. *Alcynconem.* pro *Oedipum* Leid. Voſſ. A. & B. *Oedippum.*

1 *Procreaſſe*] Sic & Mſſ. ſed vir ſummus & de Nepote noſtro in primis praeclare meritus, *Auguſt. Buchnerus*, aut hic legendum *procreaſſet* (quomodo *Longolius* pridem, nuper & Cl. *Keuchenius* edidit) aut ſupra *quem* pro *qui* reponendum, cenſebat. *Boſius.* Mei tamen codices *procreaſſet.*

2 *Hic*] Mſ. *huic*: Non dubito a prima manu fuiſſe, *heic.* Schefferus. Leid. m. & Voſſ. B. *hic.* Voſſ. A. *hinc.*

3 *Domi ſcelere admiſſo*] Voſſ. B. *Domi ſcelere amiſſo.* Sed hae praepoſitiones de ſaepius compoſitis confunduntur ut in *averſari* & *adverſari*, aliisque, viri docti adnotarunt. *Admittere ſcelus*, latiniſſime dicitur pro perpetrare. Terent. Heaut. 5, 2, 3. *Quodnam ob facinus? Quid ego tantum ſceleris* admiſi *miſer.* Cicero 3. ad Fam. Epiſt. 10 *Si quid a me praetermiſſum erit, commiſſum facinus, &* admiſſum *dedecus confitebor.* A. Gellius lib. 1. Noct. Attic. cap. ult. *Obloquebatur non meruiſſe; ut vapulet, nihil mali, nihil ſceleris* admiſiſſe. Salluſt. Jugurth. cap. 53. *Paene imprudentia* admiſſum *facinus miſerabile.* Unde etiam videmus, quoties *admittere*, pro peccare, & *admiſſum*, pro peccato ponuntur, ut docent Cl. V. V. J. Broukhuſ. ad Tibull. lib. 1. El. 7. vſ. 62. & P. Burmannus ad Ovidium lib. 1. Metam. vſ. 209. vocem *ſcelus* ſubintelligi.

4 *Quum patria eſſent expulſi*] Sic reſcripſi e Mſſ. Dan. & Boecl cum antea legeretur *pulſi.* Uſus & alibi hoc verbo *Nepos. Plutarchus* hac ipſa in re: ἡμεῖς μὲν ἐξεβάλομεν, &c. *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. A. tamen *pulſi.* ſed B. *expulſi.* utrumque recte, ut oſtendi pag. 113.

5 *Receptos eſſe ab Athenienſibus*] Inſigne retorſionis extemplum in adverſarium: de qua & aliis hujuſmodi plura *Voſſius lib. 5. Inſt Orat. cap.* 12. §. 5. Salſe vero dicta ſi in eum, qui jecit, ſine motu animi retorqueantur, lenitatem cum lepore conjunctam declarare, & adverſarium prope mutum reddere ſolent; ut notat *Plutarchus in praecept. Politic.* Loccenius.

6 *Legati ante pugnam Leuctricam*]

quo quum omnium ſociorum conveniſſent legati, coram frequentiſſimo legationum conventu, ſic Lacedaemoniorum tyrannidem coarguit, [1] ut non minus illa oratione opes eorum concuſſerit, quam [2] Leuctrica pugna. Tum enim perfecit, quod poſt apparuit, ut auxilio [3] ſociorum Lacedaemonii privarentur.

CAP. VII.

1 [4] Fuiſſe patientem, ſuorumque injurias ferentem civium,

Haec omittunt *Longol. Mag.* & *Lambinus*: *Schottus* quoque ex ora intruſa putabat: quod mox *Leuctricae pugnae* fiat mentio, addatque Nepos, *quod mox apparuit*. Et profecto nullo ſententiae detrimento omitti poſſunt. Erant tamen in pleriſque melioris notae libris, ut Dan. Gif. Schott. Leid. Boecler. Quare ſatis habui, ſi uncis, ut ſuſpecta, includerem. Mox *Longol.* & e Mſ. ſuo *Schottus*: *legionum conventu*: perperam. *Legationes* ſunt legati ipſi, ut alibi paſſim. v. Ind. *Boſius*. Agnoſcunt haec verba tres mei codices. Pro *legationum*, Leid. m. & Voſſ. A. *legionum*. ſed *legationum* cum Boſio praeferrem, qui recte per *legatos* explicat. Eſt abſtractum pro concreto. Quod loquendi genus utriusque linguae ſcriptoribus uſitatiſſimum eſt. Vide Schol. Ariſtophan. Nub. 259. Doctiſſ. Alberti ad Euang. Matthaei cap. 24. comm. 45. Stolbergium ad Sophocl. Ajac. pag. 158. Graevium ad Juſtinum lib. 42. cap. 2. n. 5. Cortium ad Salluſt. Catilin. cap. 14. n. 1. & Eruditiſſ. J. Arntzenium ad Victorem in Epitome cap. 41. n. 14. Huc referri poteſt, quod Pallas vocatur *βία* pro *δυνατὰ*. vide Tzetz. ad Lycophron vſ. 520. quia nihil ſine Pallade, id eſt, ſapientia perfici poteſt: eodem modo, quo in Euang. Lucae cap. 7. vſ. 35. Servator noſter *Σοφία* vocatur, quia in ſe omnem ſapientiam continet, ac poſſidet, & *τὸ ληστικὸν* ſc. *χρῆμα* vel *σύστημα* pro *οἱ λησταὶ* Schol. Thucyd. lib. 1. cap. 4.

1 *Ut non minus illa oratione opes eorum concuſſerit, quam Leuctrica pugna*] *Concutere* notat labefactare. De quo verbo late diſputarunt N. Heinſius ad Vellejum Patercul. cap. 2. §. 3. & Dukerus ad Florum lib. 2. cap. 15. §. 12. Paullo ante pro *ſic Lacedaem.* Voſſ. A. *ſi Lacedaem.*

2 *Leuctrica pugna*] De qua *Diodorus* 15. *Xenoph.* 6. *h. Gr. Plutarchus Pelopida*, *Pauſanias Boeoticis*. *Polyaenus lib.* 2. *Strategem.* aliquot Epaminondae in hoc praelio refert ſtrategemata. *Lambinus*. Iconiſmum ejus habes apud *Sixtum Arcerium* poſt *notas ad Aeliani Tactica pag.* 173. Tempus inveſtigant *Scaliger* 5. *de emendat. tempor. Petavius de doctr. temp.* 10, 31. & *Seldenus in canone chronico ad veteres Graecorum epochas pag.* 117. Boſius. Voſſ. B. *Leutrica pugna.*

3 *Sociorum Lacedaemonii*] Transponit haec Dan. Quod facit ut ſuſpicer, *τὸ Lacedaemonii* gloſſema eſſe. *Boſius*.

4 *Fu-*

Digitized by Google

vium, quod ſe patriae [1] iraſci nefas eſſe duceret, haec ſunt teſtimonia. Quum eum propter invidiam cives praeficere exercitui noluiſſent, [2] duxque eſſet delectus belli imperitus, cujus errore eo eſſet deducta [3] illa multitudo militum, ut omnes de ſalute pertimeſcerent. quod locorum anguſtiis clauſi ab hoſtibus obſidebantur: deſiderari coepta eſt Epaminondae diligen-

4 *Fuiſſe pat.*] Longol. *Fuiſſe autem pat.* mox Lambinus conjicit *teſtimonio* : nil tamen mutat. neque opus mutatione. ſic enim & ſupra c. 4, 6, loquutus *Nepos*. Boſius. *Autem* agnoſcit Leid. m. ſolus.

1 *Iraſci nefas eſſe*] Ejuſdem oris locutio eſt *Attico*; ut qui ſemel curſim hujus, & caeterorum *Excellentium Imperatorum Vitas* legerit, diverſosque & hujus & illarum auctores ſtatuat, cum nihil in Lingua Latina, & uſu puriorum Scriptorum ſapere judicem. *Huic*, inquit, *ea fuiſſe in ſuos indulgentia, ut quos amare deberet; iraſci eis nefas duceret.* [25, 17, 2.] Gebhardus.

2 *Duxque belli imperitus*] Cleomenes, teſte *Pauſania Boeoticis*; Falſum itaque, quod *Lambinus* adnotat, *neque a Diodoro, neque ab aliis nominari*. Boſius.

3 *Illa multitudo militum*] Conſiderandum, quod e vetuſto Exemplo excerpſit P. Daniel: *eſſet deducta illa multitudo militum.* Nam ut peccatum Ducis protrahat Nepos, immenſam illam multitudinem ait conjectam in anguſtias, in quibus paucitas res gerere poſſet: multitudo vero nihil, niſi ſe impedire & hoſtis ferrum hebetare. *Gebh.* Mſ. *res illa militum.* Neque aliter editiones veteres. ut neſciam an pro *res*, *multitudo* debuerit retineri, cum opinione mea hoc gloſſa ſit. Videl. non intellexerunt ſatis *rem militum*. *Res militum* ſunt ipſi milites, Graeca conſuetudine, quomodo χρῆμα θηλειῶν apud *Euripidem* ſunt foeminae. Conſule *Fabium ad Phaedri lib. 5. cap. 7.* Poſſet quis & ſic diſtinguere: *cujus err. eo eſſ. ded. res illa, militum ut omnes.* Verum magis placet alterum. Haec Cl. *Schefferus*. Ut nos edidimus, legitur in optimis libris Gif. & Dan. nec diſplicet *Gebhardo*. *Nam ut peccatum ducis*, inquit, *protrahat Nepos, immenſam illam multitudinem ait conjectam in anguſtias, in quibus Paucitas res gerere poſſet: multitudo vero nil niſi ſe impedire & hoſtis ferrum hebetare.* Recepit etiam in poſteriores editiones ſuas ampliſſ. *Boecler.* In Leid. erat, *ded. illa multitudinem militum.* Unde olim conjiciebam legendum: *cujus errore eſſet ded. res, illa multitudinem militum, ut &c.* h. e. in tanta militum multitudine. nam mox ait, *locorum anguſtiis clauſos atque ab hoſtibus obſeſſos fuiſſe.* Hoc igitur videbatur innuere, in his anguſtiis multitudinem ſibi ipſi fuiſſe impedimento, ne tota hoſti reſiſtere, aut etiam commode recedere poſſet. Quod ſi Gifaniani codicis ſcripturam retinere malis, dixeris, ob ſimilitudinem omiſſa a librariis voce *multitudo*, ab alio τὸ *res* ſubſtitutum, quod aliquid deeſſe animadverteret. Magis tamen placet

ligentia. [1] erat enim ibi privatus numero militis. [2] a
2 quo quum peterent opem, nullam adhibuit memoriam
contumeliae, & exercitum obſidione liberatum, do-
3 mum reduxit incolumem. [3] Neque vero hoc ſemel
fecit, ſed ſaepius: maxime autem fuit illuſtre, quum
[4] in Peloponneſum exercitum duxiſſet adverſus Lace-
daemonios, haberetque [5] collegas duos, quorum al-
ter erat Pelopidas, vir fortis ac ſtrenuus. [6] Hic quum
criminibus adverſariorum omnes in invidiam veniſſent,
ob

prior conjectura noſtra. Rem ipſam narrant *Diodorus* 15. *&* *Pauſanias Boeoticis*. Boſius. Leid. meus & Voſſ. A. *Cujus errore eo deducta eſſet res illa militum.* h. e. *eo deducta eſſet res militum. Deduci* dicitur de iis, qui in malum quoddam incidunt. V. Interpr. ad Phaedr. lib. 2. Fab. 1. vſ. 7.

1 *Erat enim privatus*] Nam, ut *Diodorus* refert, populus proditionis accuſato magiſtratum (*βοιωταρχίας*) abrogaverat, privatumque fecerat *Boſius.* Pro *numero militum*, quod in Vulgatis plerisque legitur, recte Boſius edidit *numero militis*, ſic enim exhibent Leid. m. Voſſ. A. & B. quam lectionem probat Clar. Burmannus ad Phaedr. lib. 4. Fab. 24. vſ. 16.

2 *A quo quum peterent opem, nullam adhibuit memoriam contumeliae*] Quamvis poſtpoſiti contumelia ſoleant accendi; tamen fecit Epaminondas, quod amantes patriae ſolent, contumeliae memoriam depoſuit, & in rebus arctis patriae ſuccurrit. Ita *Livius* 5. de Camillo: *Maluit hic tantus vir patriae, quam injuriae ſuae, memor eſſe.* Tullius de ſe lib. 1. epiſt. *Craſſi omnes graviſſimas injurias, communis concordiae cauſa, voluntaria quadam oblivione contriveram.* Loccenius.

3 *Neque vero*] Leid. m. & Voſſ. A. *nec vero.*

4 *In Peloponneſum*] Mſc. omittit praepoſitionem non hic tantum, ſed ſaepe alibi in ejuſmodi locutionibus. *Boeclerus.* Neque Voſſ. B. agnoſcit praepoſitionem.

5 *Collegas duos*] Sic legendum eſſe, declarat id quod ſequitur, *quorum alter erat &c.* Neque obſtat, quod dicunt alii, ſex fuiſſe. Nam non ſemper inter ſe congruunt hiſtorici, ut apparet. *Lambinus.* Alterum collegam fuiſſe Gorgiam, e *Diodoro* colligitur. *Boſius.*

6 *Hic quum criminibus*] Mſ. *hi cum.* Lege, *hi*, h. e. *hii* vel *ii.* Ex *hi* factum *hic* adnexo *c* ex ſequenti vocabulo. *Schefferus.* Confirmant hanc emendationem in Exc. Dan. quibus diſerte ſcriptum *hii cum* Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. *Hi. Criminibus* hic poſuit Noſter pro *criminationibus*, accuſationibus. Livius lib. 4. cap. 21. *Falſis* criminibus *a Minucio circumventum Moelium arguens.* qui ita ſaepius. Salluſt. Catilin. cap. 34. n. 2. *Se falſis* criminibus *circumventum.* ubi videndae Clar. Cortii notae.

7 *Imperium bis eſſet abrogatum*] *Plutarchus in Pelopida* hoc non ſcribit,

Digitized by Google

ob eamque rem [7] imperium his eſſet abrogatum, atque in eorum locum alii praetores ſucceſſiſſent; Epaminondas [1] populiſcito non paruit, idemque ut facerent, perſuaſit collegis, & bellum, quod ſuſceperat, geſſit. namque animadvertebat, [2] niſi id feciſſet, totum exercitum propter praetorum imprudentiam inſcientiamque belli periturum. [3] Lex erat Thebis, 4
quae [4] *morte multabat, ſi quis imperium diutius retinuiſſet, quam lege praefinitum foret.* [5] hanc Epaminondas 5

bit, ſed ſolum elapſum fuiſſe dicit tempus imperii a lege praefinitum. *Magius. Diodorus* 15. nullum de aliis ſucceſſoribus in eorum locum ſubrogandis, neque de lege verbum facit. *Lambinus.*

1 *Populi ſcito*] Sic diſerte Giſan. Dan. & ed. Ultraj. Itaque non dubitavi reponere. vide quae dixi *ad* 3, 1, 5. Vulgo erat *plebiſcito.* Boſ. Voſſ. B. *plebeſcito.*

2 *Niſi id feciſſet*] Etiam hoc loco pro *ubi* repoſui *niſi*, auctoritate Mſſ. codicum Dan. Leid. Boecler. probante id quoque nobiliſſ. *Boeclero.* Hoc vult, niſi effeciſſet, ut collegae *legi non obedirent*; c. 8, 1. Boſ.

3 *Lex erat Thebis*] V. *Cic.* 1. *de invent. Plutarch. apophth. reg.* & *Aelian. Var.* 13. Boſius. Vide Cel. J. Perizonium ad Aelian. lib. 7. V. H. cap. 14. n. 4.

4 *Morte multabat*] Ex hoc loco recte docemur, hoc verbum de omni poena adhiberi. Livius lib. 4. cap. 15. *Decemviros bonis, exſilio, capite multatos ob ſuperbiam regiam:* Vide Cl. Burman. ad Phaedrum 1, 26, 2. & J. Arntzenium ad S. A. Victorem de Viris Ill. cap. 51. n. 2. Sic Graeci ζημιοῦν φυγῇ. Eurip. Oreſte. 901. & ζημιωθῆναι θανάτῳ Herodot. lib. 3. cap. 27. adde Ill. Spanhem. ad Ariſtophanis Plutum vſ. 1125.

5 *Hanc Epaminondas quum reipub. conſervandae cauſſa latam videret, ad perniciem civitatis conferre noluit*] Eſt pulcherrimum exemplum, nos docens, ſaepe ejuſmodi occurrere tempora, in iisque ea ſubnaſci negotia, in quibus recte, atque pie a legibus latis diſcedamus. Alia exempla vide apud Livium lib. 10. cap. 13. lib. 26. cap. 18. Verum haec cum grano ſalis, quod dicitur, accipienda ſunt. *Ernſtius.* Hic ſalus publica, ſuprema illa lex, erat directrix inferioris Thebanorum legis: cujus mentem ad illam prudenter inflexit Epaminondas. *Plutarchus* in *Pelopida*: ὁ πρῶτος ϗ κυριώτατος νόμος, τοῖς σώζεσθαι δεομένοις ἢ σώζειν δυναμένοις ἄρχοντα κατὰ φύσιν ἀποδίδωσι. Legum ita habenda eſt ratio nobis, ut praevaleat ſuprema illa lex, Patriae ſalus, cum haec periclitatur ob privata aliqua ſcita ſive leges, non ſolum flectendae iſtae, ſed frangendae: & improbus quiſquis aliter ſentit. *Lipſius cent.* 2. *Miſcell. Ep.* 49. Vide quoque, ſi tanti, meas *Exercit. jur.* 2, 10. inprimis *Aerodium lib.* 5. *rer. jud. tit.* 18 Loccenius. adde *Plut. Pelop pag.* 290. *C. Ciceron Phil. XI.* inprimis *Baudium* in diſſertiuncula ſuper In-

das quum reipubl. conſervandae cauſſa latam videret, ad perniciem civitatis conferre noluit; & quatuor menſibus diutius, quam populus juſſerat, geſſit imperium.

Cap. VIII.

1 Poſtquam domum reditum eſt, [1] collegae ejus hoc crimine accuſabantur. quibus ille permiſit, ut [2] omnem

duciis, (quam *libro* 2. *de induc. belli Belg.* inſeruit) *pag.* 39. *& deinc.* An autem liceat nonnunquam contra quam mandatum eſt, facere, ſi ſperes ei, qui mandavit, utilius fore: *Gellius* 1, 13. diſputat: ad quem locum videnda diſſertatio *ampliſſ. Boecleri*, quam *de Religione Mandati* inſcripſit. Adde ſupra ad 14, 4, 3. adnotata. *Boſius.*

1 *Collegae ejus*] Sic & *Aelianus* ac *Plutarchus in apophth. reg.* etſi hic in *Pelopida* tantum Epaminondae & Pelopidae hac in re meminit. *Boſ.*

2 *Omnem cauſſam in ſe transferr.*] Ad verbum Plutarchus *εἰς ἑαυτὸν ἀναφέρειν τὴν αἰτίαν.* Simili propemodum pacto evaſit ſive M. Naevii, ſive Petiliorum judicium P. Scipio apud *Valer. Maxim.* 3, 7, 1. Gebh.

3 *Contenderent*] *Contendere* dicitur is, qui in eo, quod cupit, intendit omnes nervos, unde omnis vehemens actio *contentio* vocatur, ut docet P. Manutius ad Ciceron. lib. 1. ad Fam. Epiſt. 1. pag. 16. hinc pro crebro & conſtanter adfirmare uti h. l. vide Cl. Scheff. ad Phaedr. lib. 1 Fab. 17. vſ. 3.

4 *Quod quid dic.*] Mſ. Boecl. *qui quid dic.* Forſan fuit, *qui quod diceret.* Boſius. Voſſ. B *qui quod dic.*

5 *Neque recuſavit*] Sperni non debet, quod eſt in cod. Boecl. *neque renuntiavit.* Habet enim hoc verbi aliquando vim negandi, abnuendi, recuſandi. *Sabinus Aſidius* apud *Senecam ſuaſoria* 2. de Leonida Spartano: *Ego illi ad prandium promiſiſſem: ad coenam renuntiaſſem.* Cogitent amplius, qui cuncta veterum ſcriptorum in numerato habent. *Boſius.* Omnes mei *neque recuſavit*, de quo verbo conſulendus Schefferus ad Phaedr. lib. 3. Fab. 2. vſ. 16. Mox pro *ab iis.* Leid. & Voſſ. B. *ab his.*

6 *In periculo*] Tuentur hanc lectionem Cujacius Obſervat. 5. cap. 25. & Schoppius lib. 4. Veriſimil. cap. 18. niſi quod hic etiam corrigat *inſcriberent.* Videtur autem hoc mihi ſentire Nepos, Epaminondam ſe quidem obtuliſſe poenae; ſed petiiſſe, ut in actis illis, in quibus ſuum periculum, uſitato omnibus civitatibus more, ad memoriam notaretur, talia inſcriberent; quae ſubjungit. Habent quippe civitates bene conſtitutae tabulas publicas, in quas relata nomina & cauſſae ſupplicio affectorum. Hinc intelligendus Val. Max. lib. 9. cap. 11. de L. Sulla: *Quatuor millia & ſeptingentos dirae proſcriptionis edicto jugulatos in tabulas publicas retulit, videlicet, ne memoria tam praeclarae rei dilueretur.* Lambinus conjectabat in

cippa

Digitized by Google

mnem cauſſam in ſe transferrent, ſuaque opera factum [3] contenderent, ut legi non obedirent. qua defenſione illis periculo liberatis, nemo Epaminondam reſponſurum putabat, [4] quod quid diceret, non haberet. At ille in judicium venit, nihil eorum negavit, 2
quae adverſarii crimini dabant, omniaque, quae collegae dixerunt, confeſſus eſt, [5] neque recuſavit, quo minus

cippo ſeu *cippulo ſuo*: Memmius *in ſcapulo ſuo*: Magius *breviculo*: Longolius *Periſtylio*: Aldus *ſepulcro*. Gebh. Schoppius putat in vetere libro rectius legi; *ut in periculo ſuo inſcriberent*. *Periculum* heic quid ſignificet, anxie tum hic lib 4. Veriſim. cap. 18. tum alii viri doctiſſimi, quorum nomina vide a Lambino laudata, inquirunt. *Periculum* hoc loco dici pro *tabella damnatoria*, unde reos maximum manet periculum, praecipue in capitis judicio, quale hoc fuit nullum eſt dubium. Verba enim, quae ſequuntur, id ſatis aperte indicant. Atque haec magni Cujacii ſententia eſt: quam Joh. Savaro egregio loco Ciceronis confirmat. Verum non eſt, quod Gebhardus ad locum hunc notat, Magium videlicet conjectare pro *in periculo*, legendum eſſe *breviculo*. Ipſe enim Doctiſſimus Magius, id quod ſibi juveni in mentum venerat, revocat *Ernſt*. Cum viri docti non ſatis congruere huic rei vocem *periculum* cenſerent, certatim eam emendare conati ſunt. Aldus *in ſepulchro* edidit; quam lectionem *Hotomannus* 3. *obſ*. 20. tuetur, probatque & *Jac. Gothofredus in commentario ad. l.* 2. *Cod. Theodoſ. de ſentent. ex periculo recit. pag* 393. Longolius conjecit leg. *in periſtylio*: Memmius, *in ſcapulo*: Lambinus *in cippo*, vel *in cippulo*. Buchnerus, *in titulo*; i. e. αἰτίας ἐπιγραφῇ, quod etiam Clar. *Kirchmaiero* placere video, ſed ita, ut videatur, adactus teſtimoniis *Plutarchi* & *Aeliani*, & antiqua conſuetudine, id potius de columna ſepulcrali ſive inſcriptione monumenti Epaminondae, cauſſam mortis ejus indicatura, accipi velle. Sed omnes iſtae emendationes nimium a ſcriptura librorum abeunt, qui conſtanter *in periculo* legunt. Propius accedit ad eam lectionem conjectura doctiſſimi viri, *J. Sirmondi*, qui legi vult *pariculo*, quem ſequuntur *H. Grotius ſparſione florum ad Jus Juſtinianeum*, *p.* 370. & *Deſ. Heraldus in obſervationibus cap.* 50. ac in *animadverſionib. in Salmaſii obſervat. ad jus Att. & Rom. lib.* 2. *cap.* 7. Niſi quod *Heraldus* tandem admittit τὸ *periculum* retineri poſſe, ſed ut idem ſit ac *pariculum*. qua voce ſignificari volunt τὸ ἴσον, ἰσότυπον, ἀντίγραφον, exemplum ex archetypo deſcriptum: dicique, ut *pariculae chartae* apud *Marculphum*. Sed recte docuere *Salmaſius in obſerv. ad jus Att. & Rom. cap.* 7. & *lib. de modo uſurarum* cap 15. ac *Jac.* item *Gothofredus* loco paullo ante laudato, vocem *pariculum* infimae latinitatis eſſe, nec inſtituto Epaminondae aut ſententia *legis* 2. *C. Th. de ſent. ex peric. recit.* convenire: cum utrobique non ἀντίγραφα ſive exempla, ſed prototypa & ipſiſſima

minus legis poenam ſubiret; ſed unum ab iis petivit, ut

ἀντίγραφα deſignentur. nec abſolute dici *pariculum*; ſed *pariculum inſtrumentum*, *pariculas chartas*, *epiſtolas*, *&c.* Ipſe *Salmaſius* cum eruditorum aliis *periculum* exponit, titulum ſepulcralem, ſive ἐπιγραφὴν monumenti: in cujus vicem ſententiam, qua condemnandus erat, Epaminondas in cippo ſuo conſcribi voluerit. Non quod id unquam factum fuerit; ſed ut Athenienſes in invidiam his verbis vocaret. Sed eo ſenſu hanc vocem vix alibi reperias. Neque credibile eſt, damnato & capitali ſupplicio adfecto Thebanos fuiſſe ſplendidum monumentum aut titulum poſituros. Nam veriſimile eſt Thebis non minus, quam Spartae & Athenis, damnatorum cadavera non in ſepulchro paterno, ſed peculiari loco ſepulta. Denique verba, quae Epaminondas in periculo ſcribi voluit, potius ſententiam judicum aut tabulas publicas, quam elogium ſepulchrale, referunt. Quanquam huic interpretationi favere videntur *Plutarchus in apophthb.* & *Aelianus* 13, 42. apud quos Epaminondas jubet haec ἐπιγράψαι τῇ στήλῃ. Στήλην autem viri docti exponunt columellam ſepulcris imponi ſolitam. Malim interpretari columnam, cui inſcribebantur, quibus ignominia irrogabatur. Sic Athenienſes Arthmium quendam, Pliſtonactis F. Zelitem, cum urbe ejeciſſent, quod Graecos pecunia corrupiſſet, ut Perſae obſequerentur; condemnationem ejus pilae aereae inſcripſerunt, poteſtate facta volenti eum occidendi, eique ac toti generi ipſius ignominia irrogata; adſcripta etiam cauſſa condemnationis; quod aurum e Media in Peloponneſum invexiſſet. Rem narrant *Demoſthenes Philippica* 3. *pag. mihi* 49. *& de falſa legat pag.* 235. *Aeſchines orat. contra Cteſiph. pag.* 310. *Dinarchus orat. contra Ariſtogitonem pag.* 77. *& Nonnus ſub initium collect. hiſtoriar. ad Stelitent.* 1. *Nazianzeni.* qui addit: στήλη μέν ἐστιν ἢ λίθος ἢ χαλκὸς ἐν ἐπιμήκει τετραγώνῳ σχήματι, ἐν ᾗ ἐγγέγραπται ἡ τοῦ στηλιτευομένου ὕβρις. videri & *Meurſius* poteſt in *Cecropia cap.* 29. Pari modo devotionis Alcibiadis exemplum in pila lapidea inciſum & in publico poſitum eſt. de quo noſter 7, 4, 5. ubi vide *Gebhardi* adnotata. Atque hunc morem reſpexiſſe *Plutarchum* ac *Aelianum*, haud negaverim. Sed ut de eo verba Nepotis, & *periculi* vocem accipi debere putem, nondum adduci poſſum. Nusquam enim alibi, quod ſciam, hoc ſignificatu occurrit. Ac fieri potuit, ut hi mentem auctorum, unde narrationem ſuam hauſerunt, non ſatis perceperint, aut in alios auctores, quam *Nepos*, inciderint. Quare malim de libello, ſive ſcripto judicis, verba auctoris noſtri accipere, atque illud *ſuo* non ad Epaminondam, ut cum aliis *Salmaſius* facit, ſed ad Thebanos referre, quo etiam *Schoppius* refert. Nam *periculum* indicem ſive libellum Graecorum imitatione dici, *Salmaſius* ipſe *locis alleg.* ac in *not. ad hiſt. Aug. pag* 84. adnotavit. Idque clare docent tituli utriusque Codicis *de ſententiis ex periculo recitandis*. Nam quod in epigraphe, & textu l. 2. C. Theodoſ. *ex periculo recitari*, ac *proni*, id in textu l. 3. Cod.

ut [6] *in periculo ſuo* [7] *inſcriberent:* EPAMINONDAS A THE- 3
BANIS

Cod. Juſtin. *de ſcriptis* & in l. 1. C. Theod. *de ſcripti recitatione proferri*; l. 2. C. Juſtin. l. 4. Cod. Theod. & l. omnem 40. C. Theod. de appellat. *de vel ex libello dari* dicitur. Etiam in notis Juris Magnonis legitur: *D. P. de periculo. D. L. de libello.* Et in collatione Carthagin. 2. cap. 68. dicuntur *Exceptores, immemores periculi & profeſſionis ſuae, conſtituto die geſta edere feſtinaſſe, ita ut Notarii partis utriuſque in dictando non deſint.* Neque enim poſſum adſentiri *Jac. Gothofredo*, ibi *periculi* vocem proprio ſignificatu efferri cenſenti. *Exceptores* ſunt ſcribae, librarii, ταχυγράφοι, qui acta ſeu geſta publici officii excipiebant, ſervabant, recitabant, & de jure petentibus edebant. Eorum ſaepe mentio fit in illis *collationibus*; itemque in *Notitia Imperii*, & alibi: ut docet *Gothofredus in comment ad l.* 2. *C. Th. de numerariis &c.* Vetus inſcriptio Rom. apud *Gruter.* 11. *pag.* 1164. *Hinc pater exceptor, lector, levita ſacerdos, &c.* Geſta purgationis Caeciliani & Felicis cum *Optato* edita, *pag.* 761. *edit. Albaſpinaei*: *Novit eos officium publicum, id eſt, Aedeſius & Junius Exceptores.* Quae repetuntur *pag. proxima. L. Aurelius Marcianus Aug. L. Exceptor* eſt in Inſcr. 4 p. 372. & in aliis *Exceptor* & *Exceptores Praeſidis.* Fit & in libris juris aliquoties mentio *Exceptorum*, ponunturque in ſcriniorum officiis. Loca, praeter *Gothofredum l. c.* & in *paratitlis ejus tituli*, indicant *Briſſon. Lex. Juris*, & *Guther. de offic. domus Aug* 2, 14. & 3, 7. Graecis ſunt ἐκσκίπτορες. *Suidas*: ἐκσκίπτωρ. ἐκσκίπτωρος. Male interpres: *Exſpeculator. Explorator. Contemplator.* Neque liquebat editori noviſſimo, *Aem. Porto.* Fortaſſis nec doctiſſ. *Meurſius* intellexit, vix alias omiſſurus in *Lexico Graecobarbaro.* In Exceptores igitur optime congruit, ut *periculi* i. e. protocolli ut hodie loquimur, & *profeſſionis ſuae memores, geſta edant.* Non item, ut periculi ſibi imminentis recordantes id faciant. Quodnam enim periculum illud, & quomodo cum *profeſſione* Exceptorum conjungitur? Apud Capitolinum quoque *in Marco Antonino cap.* 11. *periculum praefectorum, quo* (ſive, ut *Caſaubonus* legit, *ex quo*) is *ſemper jura dictaſſe* dicitur, ſi *Caſaubono* & *Gothofredo* credimus, idem eſt ac libellus ſive formula praefectis praeſcripta, etſi aliud *Salmaſio* viſum. vid. *Gothofred. l. c. pag.* 393. Ac ne quis ſequiori demum aevo hunc vocis uſum introductum exiſtimet, *Cicero* quoque *tabulas publicas* & *pericula magiſtratuum* conjunxit in *orat. frumentaria* ſive *lib.* 3. *in Verrem, cap.* 79. *Ordo eſt honeſtus*, inquit, *quis negat?* (de ſcribis loquitur) *eſt vero honeſtus, quod eorum hominum fidei tabulae publicae, periculaque magiſtratuum committuntur.* Scio, aliter haec verba interpretari non ſolum *Hotomannum l. c.* ſed etiam *Gothofredum.* Vult enim tabulas publicas vocari *pericula magiſtratuum*, quod magiſtratuum adminiſtrationis tabulae a ſcribis diligenter conficerentur, ex quibus poſtea ratio adminiſtrationis Senatui reddi poſſet: & ſic ſi repetundarum arguerentur, accuſatoribus ſatisfieret: ideo aptiſſime quibus illarum tabularum cuſtodia con-

BANIS MORTE MULTATUS EST, QUOD EOS COEGIT APUD LEUCTRA SUPERARE LACEDAEMONIOS; QUOS ANTE SE IMPERATOREM NEMO [8] BOEOTIORUM [9] AUSUS
4 FUIT ADSPICERE IN ACIE: [10] QUODQUE UNO PRAELIO

committitur, *periculum magiſtratuum* committi dici; eodem ſenſu, quo ipſe Cicero *ſuum ſcelus & periculum committere* dixit, *pro Cluentio, paucis a fine pagellis*. Sed quis non videt haec coacta nimis eſſe, & *pericula magiſtratuum*, illic tanquam monumenta publica, *ſcribis committi* dici? *Sirmondus* quidem etiam apud *Ciceronem* & in *utroque Codice*, ac in *notis Magnunis* volebat *pariculi* vocem reponi, ſuffragante *Grotio*; ſed perperam, ut *Salmaſius* oſtendit. Cujus rationes fruſtra convellere conatur *Heraldus*. Ait, *quae ejuſmodi monumentis* (columnis puta aut pilis) *inſcribebantur auctoritate publica, αὐτόγραφα non fuiſſe, ſed ἀντίγραφα, verum ἰσότυπα, & ejuſdem roboris ac ipſum αὐτόγραφον: ſententiarum autem plura fuiſſe exemplaria; totidem* ſcilicet, *quot dabantur exſequutioni mandandae*. Fateor, me non capere, quonam haec pertineant. neque nunc diſputabo, quam vera ſint. Illud quaero, cur Epaminondas non in αὐτογράφῳ, ſed in *pariculo*, h. e. ut illi interpretantur, in ἀντιγράφῳ verba iſthaec inſcribi petierit: cur item Imperatores non ex libello ſive ſcripto prototypo, ſed ex *pariculo*, ſive exemplo, ſententias recitari juſſerint Hoc docere *Heraldus* debebat. Quid vero faciet *periculis magiſtratuum* apud *Ciceronem*? An & illic ἀντίγραφα deſignari dicet? Atqui non opus erat ἀντιγράφων actorum, cum prototypa ſufficeret adſervari. Porro apud Nepotem *periculi* vocem *Cujacius comment. d. tit. ad Cod. Juſtin. & obſerv.* 5, 255. *Langlaeus Semeſtr.* 5, 5. & ibi *Bernh. Autumnus in notis pag.* 239. *J. Raevardus lib. pro tribunalium cap.* 21. *P. Faber Semeſtr.* 2, 24. *Oſw. Hilliger ad Donellum* 28, 3. *lit. H.* & ex interpretibus *Lambinus, Savaro, Ernſtius*, de libello ſive tabella, in qua ſententia de Epaminonda morte mulctando perſcribenda erat, accipiunt. Videri tamen poſſit de tabulis publicis potius, ſeu archivo Reip. accipienda; quomodo & *Schoppius Veriſim.* 4, 18. ac *Gebhardius* videntur accepiſſe, niſi quod hic *periculi* vocem vulgato ſignificatu exponit; vultque Epaminondam petiiſſe, *ut in actis illis, in quibus ſuum periculum ad memoriam notetur, talia inſcriberent*. Ut *periculum* idem ſit, quod adnotatio ſive commemoratio periculi illius in tabulis publicis. qui loquendi modus exemplo, puto, caret. Melius *Schoppius*, qui libellum ſive annalem publicum interpretatur. Ut ita ſentiam, facit quod in ſententia inſcribenda non *multandus* vel *damnatus*, ſed *multatus* legantur. Quod magis archivo, quam ſententiae judicium, congruit. Et de hujuſmodi monumentis *Cicero* quoque & *Collatio Carthaginienſis* videntur loqui. Sed de eo diſpiciant amplius, qui me perſpicaciores ſunt. neque enim quicquam temere adfirmare auſim. *Boſius*. Conſule Celeberr. Perizonium ad Aelianum lib. 13. V. H.

LIO NON SOLUM THEBAS AB INTERITU [11] RETRAXIT, SED ETIAM [12] UNIVERSAM GRAECIAM IN LIBERTATEM VINDICAVIT, EOQUE RES UTRORUMQUE PERDUXIT, UT THEBANI SPARTAM OPPUGNARENT, LACE-

V. H. cap. 42. n. 4.

7 *Inſcriberent*] Sic repoſui e Mſſ. Sav. Leid. Boecl. praeeunte etiam *Scioppio*. Proprium huic rei verbum. *Boſius.* Ita etiam Leid. m. & Voſſ. B.

8 *Boeotiorum*] Dan. *Boeotorum*: non male. *Stephanus*: τὸ ἐθνικὸν Βοιωτός. Apud eundem *Ephorus*: Βοιωτοὶ περὶ τὴν τῆς γυμνασίας ἐπιμέλειαν ἠσχόληνται. Boſius. Pro *Leuctra* Leid. m. & Voſſ. B. *Leuctram.* Voſſ. A. *Leuctricam.* pro *Boeotiorum* Leid. m. *Boetiorum* Voſſ. A. *Boetorum* B. *Boeticorum.* Supra in Alcibiade cap. 11. § 3. vidimus, & cap. 9. hujus vitae videbimus, *Boetii* pro *Boeotii* ſcriptum eſſe in tribus a me collatis codd. ſi vero hic cum cod. P. Dan. *Boeotorum* praeferas, per me licet, nam hujus regionis incolae tam *Boeoti*, quam Boeotii dicebantur. Dionyſ. Perieg. vſ. 426.

Τῷ δ' ἐπὶ ΒΟΙΩΤΩΝ τε πέδον καὶ Αἰ-
νεως ἄρουρα.

Horat. lib. 2. Epiſt. 1. vſ. 244.

BOEOTUM *in craſſo jurares aëre natum.*

9 *Auſus fuit aſpicere*] Ergo ſolo ante Imperatorem Epaminondam adſpectu Boeotios debellabant Lacedaemonii. Id terroris habebant & Romani. Tacitus 3. A. 45, 2. *Viderent modo adverſos, & adſpicerentur, id ſatis ad victoriam.* Iterum 3. H. 24, 2. *Fruſtra minis & verbis provocatos Vitellianos, ſi manus eorum oculosque non tollerent.* Caeſar 1. B. Gall. 39. *Saepenumero cum iis congreſſos, ne vultum quidem atque aciem oculorum ferre potuiſſe.* Livius 7, 35. *Samnites cum quaererentur, quaenam prima cauſa tam obſtinatos moviſſet in fugam? Oculis ſibi Romanorum ardere viſos ajebant, veſanos vultus, & furentia ora.* Polybius dixit: οὐδεὶς ὑπέμεινε βλέμμα καὶ πρόσωπον. Item lib 3. ὡς ἐπλησίαζον οὐδεὶς ἔτι τῶν ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ ῥᾳδίως πρὸς αὐτοὺς ἀντοφθαλμεῖν ἐτόλμα. *Diodorus* extulit, καὶ σῶμα παρατάξασθαι, *lib.* 15. Οἱ μὲν Θηβαῖοι, inquit: δυσχερῶς τινας ἐπέρας καταλαμβανόμενοι δυνάμενον μὲν τοὺς πολεμίους λαβεῖν τὴν χώραν, καὶ σῶμα πρὸς ἅπασαν τὴν δύναμιν ἐν τοῖς πεδίοις οὐκ ἐτόλμων παρατάξασθαι. Florus 1, 18, 5. *Mancinum aſſiduis caedibus ita ſubegerant, ut ne oculos quidem, aut vocem Numantini viri quiſquam ſuſtineret.* Gebh. De extremo hoc timoris gradu conſulendi ſunt interpretes, & in his Dukerus ad Florum lib. 2. cap. 18. § 5. pro *adſpicere* Voſſ. B. *inſpicere.*

10 *Quodque*] Sic Mſſ. Male Longol. & alii, *In acie quoque*, ut jam *Lambino* obſervatum. *Boſius.* Voſſ. A. *quoque.*

11 *Retraxit*] Al. *extraxit. Retraxit* tamen non damno. *Lambin.* V. Ind. *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. A. B. *retraxit.*

12 *Univerſam Graeciam*] Nam Lacedaemonii clade Leuctrica & Mantineenſi accepta, principatum Graeciae amiſerunt: quod & *Diodorus* teſtatur *l.* 15. *pag.* 474. Lambin.

CEDAEMONII [1] SATIS HABERENT, [2] SI SALVI ESSE POSSENT. NEQUE PRIUS BELLARE DESTITIT, QUAM [3] MESSENA CONSTITUTA URBEM EORUM OBSIDIONE CLAUSIT. Haec quum dixiſſet, riſus omnium cum hilaritate coortus eſt: neque quiſquam judex auſus eſt [4] de eo ferre ſuffragium. [5] Sic a judicio capitis maxima diſceſſit gloria.

CAP.

1 *Satis haberent*] Contenti eo ſolo erant, nihil amplius requirebant. Satis habere eſt Graecis ἀγαπᾷν. Aelian. lib. IV. Variae Hiſtor. Ἠγάπα γὰρ, εἰ δυνηθείη διασῶσαι αὐτὸν γυμνόν. lib. XV. Ἀγαπητὸν ὑπάρχειν ἐδόκει τοῖς πολλοῖς ὀλίγους νικῆσαι. Polyaen. lib. IV. in Philippo Com. 17. Ἀθηναῖοι δὲ ἠγάπησαν τὸ ἐλευθέραν ἀφεῖσθαι. Loqui ſimilem in modum amant optimi ſcriptores. Caeſar lib. III. Civil. cap. 46. *Noſtri vero, qui ſatis habebant ſine detrimento diſcedere.* Hirt. l. VIII. c. 6. *Caeſar tempore anni difficillimo tum* ſatis haberet *convenientes manus diſſipare.* Curt. l. IV. c. 81. *Rex monere, ut* ſatis haberent, *arma retinere, caetera ſe redditurum.* Tacit. lib. II. Annal. cap. 37. Satis habebam, *ſi tenues res meae nec mihi pudori, nec cuiquam oneri forent.* lib. IV. Annal. cap. 37. *Ego me, P. C. mortalem eſſe, & hominum officia fungi,* ſatisque habere, *ſi locum principem impleam.* lib. XV. cap. 25. f. *Regreſſum Poetum, cum graviora metueret, facetiis inſectari* ſatis habuit. Caeſar. Nepos Timoleonte: *Hoc ſuperato Timoleon maximas copias Carthaginienſium apud Crimeſſum fluvium fugavit, ac* ſatis habere *coegit, ſi liceret Africam obtinere.* Eumene: *a caeteris tantum* ſatis habeant *ſe defendere.* Annibale eadem ferme repetit. Juſtinus lib. XXII. c. 8. *Tunc reſpondit* ſatis habere *ſe, quod ſuperſtites eos eſſe Agathoclis liberis ſciat.* Salluſt. Jugurth. Satis habebatis *animum retinere. Gebhardus.*

2 *Si ſalvi eſſe poſſent*] Si Urbem defendere poſſent. *Lambin.* Rem pluribus narrat *Diodorus* 15. *p.* 491. Boſ.

3 *Meſſena conſtituta*] Quae multos annos deſerta fuerat, atque adeo diruta atque everſa jacuerat, ut narrat idem *Diod.* eod. loco. *Lamb.* adde *Pauſan. Boeoticis.* Mſſ. Gif. Dan. Leid. & Savaro: *reſtituta*, qua voce in re eadem uſus 16, 4, 3. Mſſ. Boecl. *deſtituta.* Vulgatam lect. firmat *Diodorus*: ἔκτισε τὴν Μεσσήνην, πολλοῖς χρόνοις αὐτῆς ἀναστάτου. Ignoratus librariis rarior vocis uſus (de quo vid. Ind.) corruptelae occaſionem praebuit. *Boſius.* Pro *deſtitit* Leid. m. *deſtitiſtis.* pro *Meſſena* Leid. Voſſ. A. & B. *Meſſene.* pro *conſtituta* Leid. & Voſſ. A. *reſtituta.* B. *conſtituta.*

4 *De eo*] Abſunt haec vulgo: reducta a me auctoritate optimorum codd. Dan. Leid. Boecl. *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. A. B. agnoſcunt *de eo.*

5 *Sic a judicio capitis*] Simile ferme exemplum exſtat de Scipione, apud *Liv. lib.* 38. & *Appian. in Syriac. Aelianus* 13. *Var.* 42. refert, cum Epaminondas domum curia regreſſus, & Melitenſis catellus ei

ob-

CAP. IX.

Hic extremo tempore imperator [1] apud Manti- 1
neam, quum acie inſtructa audacius [2] inſtaret hoſtes, cognitus a Lacedaemoniis, [3] quod in unius pernicie ejus, patriae ſitam putabant ſalutem, univerſi in unum impetum fecerunt, neque prius abſceſſerunt, quam [4] magna caede facta, multisque occiſis, fortiſſime ipſum Epaminondam pugnantem, [5] ſparo emi-

obvius cauda blanditus eſſet, dixiſſe ad praeſentes: *Hic mihi pro beneficio gratiam reponit, & Thebani, de quibus ſaepe praeclare ſum meritus, mihi capitis ſupplicium minabantur.* Loccenius.

1 *Apud Mantineam*] Prolixe de hoc praelio *Diod.* 15. *p.* 502, 503. *Strabo* 9. & *Xenoph. hiſt. Gr.* 7. *pr pe fin.* Iconiſmum habes apud *Arcerium ad Tactica Leonis pag.* 176. In Ceramico ab Euphranore pictas exſtitiſſe res ab Athenienſibus in eo geſtas, docet *Meurſ. in Ceram cap* 4. Boſius. Conſtanter omnes mei Codices habent *Mantineam*. *Mantiniam* tamen ſcribendum cenſet Cl. Oudendorpius ad Frontinum lib. 3. cap. 11. Ex. 5. Vide quae dixi ad Alcibiad. cap. 4. §. 7.

2 *Inſtaret hoſtes*] Fidenter in textum recepi hanc Mſti Dan. ſcripturam: cum vulgati omnes haberent *hoſtibus*. Nam, ut *Priſcianus* obſervat *lib.* 18. Romani veteres utrumque dicebant, *inſto ill*, *& illum*: ſicut Graeci ἐπιστατῶ ὑμῶν καὶ ὑμῖν. Plautus Poen. 4, 2, 96. *tantum enim inſtat exitii.* Vide *Voſſ de conſtruct. c.* 43. Eodem modo Noſter infra loquitur 18, 4, 2. Mox Mſc. Boecl. *cognitum a Lacedaem.* Boſius. Voſſ. B. *cognitum a Lacedaem.* ſed *inſtaret hoſtibus* ſcribunt Leid. m. & Voſſ. A. B.

3 *Quod in ejus pernicie patriae ſitam*] Infra Eumene (ne quis diverſos exiſtimet ſcriptores) *cujus in pernicie poſitam ſpem habuiſſent victoriae.* Gebhardus. Voſſ. A. *In unius pernicie ejus patriae ſitam putabant ſalutem.* B. *In unius pernicie patriae ſitam putabant ſalutem.* Vide Tib. Wopkens lib. 3. Lect. Tullian. cap. 2. p. 243. unde Lector docebitur, *ejus* facile hic poſſe omitti. paullo poſt pro *abſceſſerunt* Voſſ. B. *aſceſſerunt.*

4 *Magna caede facta*] Mſ. Boecl. & Ed. Brixienſis omittunt *facta*. mox *fortiſſime* etiam in Mſ. Leid. erat. a vulgatis abeſt. *Boſius.* *Facta* omittunt Leid. m. & Voſſ. B.

5 *Sparo em. percuſſum*] A Gryllo Xenophontis filio, ut apud Athenienſes & Thebanos fama erat. Mantineenſes & Lacedaemonii a Machaerione factum volebant. (vide *Pauſan. Arcad. & Boeotic.*) *Plutarchus Ageſilao* ab Anticrate quodam, Lacone. *Boſius.* Leid. m. *pharo.* *Sparus* erat telum miſſile, nulla politum arte, ut docet J. Lud. de la Cerda ad locum Virgilii a viris doctis jam ſaepius citatum ex lib. xi. Aen. vſ. 682. & ex vocis ſono

eminus percuſſum, concidere viderunt. [1] Hujus ca-
ſu aliquantum retardati ſunt Boeotii: neque tamen
prius pugna exceſſerunt, quam [2] repugnantes profli-
3 garunt. [3] At Epaminondas quum animadverteret,
[4] mortiferum ſe vulnus accepiſſe, ſimulque, ſi ferrum,
quod ex haſtili in corpore remanſerat, extraxiſſet,
animam [5] ſtatim emiſſurum: uſque eo retinuit,
4 quoad renunciatum eſt, [6] *viciſſe Boeotios.* Id poſt-
quam

ſono conjiciunt idem eſſe, quod hodie **een ſpeer** vocatur. vide Cel. Cortium ad Salluſt. Catilin. cap. 56. n. 3.

1 *Hujus caſu*] Sic legendum, non ut omnes habent, quos quidem viderim, libri vulgati, *hujus cauſa*. Lamb. Leid. m. & Voſſ. A. *cauſſa.* pro *Boeotii* Voſſ. A. & B. *Boetii*, & ita ſemper.

1 *Hujus caſu aliquantum retardati ſunt Boeotii*] Animos & ardorem pugnandi parumper remiſerunt. Tacitus 2. A. 21, 2. *Impromptо jam Arminio ob continua pericula; ſive illum recens acceptum vulnus tardaverat.* Gebhardus.

2 *Repugnantes*] Reſiſtentes, pugnam contra cientes. *Gebh.* Voſſ. A. *repugnantis.*

3 *At Epaminondas*] De vulnere & ex eo conſecuta Epaminondae morte paullo aliter narrat *Pauſanias in Arcadicis*; ſed cum noſtro convenit *Diodorus* 15. itemque *Cicero fam. epiſt.* 5, 12. Buchnerus. Videri & *Aelianus* poteſt 12, 3. ac *Valer. Max.* 3, 2. itemque *Plutarch. in Apophthegm:* & *Juſtin.* 6, 8. Boſius.

4 *Mortiferum vulnus*] Mortale, lethale, θανάσιμον. Sic *Mortiferum bellum* Ennio Telamone. *Scribam me in mortiferum bellum, non in epulas mittere.* M. Tullius pro Sextio: *Plaga inſanabilis & mortifera.* Pro Sulla. *Accepit P. Sulla vehemens & mortiferum vulnus.* Gebhardus.

5 *Statim emiſſurum*] Sic ex Mſſ. emendavi. Ita *efflare animam* dixit *in Pauſania* [c. 5, 4.] *emittere ſpiritum* Marcianus in *l.* 18. §. *in quibus. De reb. dubiis.* & non ſemel Damaſus de vita Pontificum. Jocoſe Plautus: *cave, ne quid emittat animae.* Savaro. Non probo factum Savaronis *emiſſurum* ſubſtituentis, ſic Cicero pro S. Roſcio: *Per ſummum dedecus vitam amittere.* Auctor ad Herennium. *Decius amiſit vitam, at non perdidit: recepit patriam, amiſit animam.* Gebhardus. Confirmat Savaronis lectionem & cod. Boecleri. Nobiliſſ. *Schefferus* cenſebat ideo retinendam, quia ſimul reſpiciatur ad ſanguinem & ejus fluxum, cum quo anima conjuncta. Vulgo erat *amiſſurum*. Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. B. item Mſ. Oxon. *emiſſurum.* *Emittere animam*, *ſpiritum*, *dimittere vitam*, & *deponere animam* idem notant. Vide Cl. Muncker. ad Hyginum fab. 59 *emittere* & *amittere* ſaepius confundi docemur ex notis Cl. Burmanni ad Phaedrum lib. 1. fab. 13.

6 *Viciſſe Boeotios*] Celeberrimum hoc praelium ad Mantineam (quo victores quidem extiterunt Theba-
ni;

Digitized by Google

quam audivit; [1] *ſatis*, inquit, *vixi: invictus enim morior.*

CAP. X.

Tum ferro extracto [2] confeſtim exanimatus eſt. 1
[3] Hic uxorem nunquam duxit. in quo quum [4] reprehen-

ni; verum una cum praeſtantiſſimo hoc, eorum duce, imperium ſuum amiſerunt) varia prodigia praeceſſerunt, quae Cicero lib. 1. De Divinat. exponit. Xenophon. in luctuoſa toti Graeciae hac victoria hiſtoriae ſuae finem facit. *Ernſtius.*

1 *Satis, inquit, vixi*] Vir fortis ac fidus patriae nunquam paratius & glorioſius occumbit, quam pro patriae ſalute. Tullius lib. 2. Tuſc. Qu. cap. 24. *Num tu ingemuiſſe Epaminondam putas, cum una cum ſanguine vitam effluere ſentiret? imperantem enim patriam Lacedaemoniis relinquebat, quam acceperat ſervientem.* Loccenius. Voſſ. A. *ſatis, inquit, nixi.* in Hackiana Edit. legitur *viri.*

2 *Confeſtim exanimatus eſt*] Τοῦ δὲ δόρατος ἐξαιρεθέντος ἅμα πνέων παραχρῆμα ἐξέπνευσεν. Valer. *E corpore deinde ſuo haſtam educi juſſit, eoque vulnere exſpiravit.* Gebh. Servius ad Virg. lib. 1. Aen. vſ. 488. Exanimus, *&* exanimis *dicimus, ſicut* unanimus, *&* unanimis, inermus, *&* inermis. *Ergo pro noſtro arbitrio, aut ſecundae declinationis erunt, aut tertiae, ſed tertiae, ablativum ſingularem in* i. *mittunt, quia communis ſunt generis.* Exanimis *autem eſt mortuus, ut hic indicat locus,* exanimatus *vero timens, ut:* Examinata *impingeret agmina muris.* Qui lib. 4. Aen. vſ. 672. ſibi obloquitur ad illa verba. *Audiit exanimus trepidoque exterrita curſu,* dicens. Audiit exanimis, *id eſt exterrita; nam ut diximus* Exanimatus, *mortuus eſt.* Pro *mortuo* uſi ſunt Suetonius in Caeſare cap. 39. *Ac ſaepe prae turba eliſi* exanimatique *ſunt plurimi. & in his duo ſenatores.* & A. Gellius lib. 3. N. A. cap. 15. *Anus repente, filio viſo, copia atque turba & quaſi ruina incidentis inopinati gaudii oppreſſa* exanimataque *eſt.*

3 *Hic uxorem nunquam duxit*] Tamen filium ejus Steſimbrotum memorat *Plutarchus in parallelis p.* 308. e *Cteſiphontis tertio Boeoticorum:* uxorem (γυναῖκα) a Phoebida amatam *Polyaenus* 2, 1. *Gebhardus* tamen negat Polyaeni verba fidem noſtro demere. Aliud enim, inquit, eſt, habere mulierem; aliud, γαμετήν. Uxorem quidem non duxiſſe, teſtantur omnes Epaminondam; at caput libenter cum ſcortis collimaſſe, apparet ex iſto *Plutarchi* loco in ὑπομνήμασι. Ἄριστα δ' ἀνθρώπων, inquit Philoſophus, ὁ Ἐπαμινώνδας, ἀριστάρχου δηλοῦντος τοῦ Πελοπίδα τὸ κάτωλον ἐκ τῆς εἰρκτῆς ἀπιέναι, καὶ μετ' ὀλίγον τῆς ἐρωμένης δεηθείσης ἀφιέναι ταύτας, ἴσθι, χάριτας, ὦ Πελοπίδα, λαμβάνειν ἑταιρίδιον, οὐ στρατηγοῖς, πρέπον ἐστίν. Haec *Gebhardus.* Boſius.

4 *Reprehenderetur, quod liber. non relinqueret*] Sic Mſ. Boecl. & ante *Lambinum* vulgati, a quibus nec Dan. & Sav. codices diſcrepabant. Leidenſis paullo aliter, *reprehend.* a

Pelo-

prehenderetur [quod liberos non relinqueret] [1] à Pe-
lopida, [2] qui filium habebat infamem: *maleque eum*
2 *in eo patriae conſulere* diceret: *vide*, inquit, *ne tu pe-*
jus conſulas, qui talem ex te natum relicturus ſis.
neque vero ſtirps mihi poteſt deeſſe. namque [3] *ex me na-*
tam relinquo pugnam Leuctricam, quae non modo mihi
3 *ſuperſtes, ſed etiam immortalis ſit neceſſe eſt.* Quo
tempore duce Pelopida, exules Thebas occuparunt,
& praeſidium Lacedaemoniorum ex arce expulerunt,
Epa-

Pelopida, quod f. n. rel. Primus *Lambinus* illa *quod lib. non rel.* in alium locum conjecit, & illis, *maleque in eo patr. conſ. diceret*, ſubjunxit. quem ceteri ſecure ſecuti ſunt. Mihi ſuſpecta ſunt, & e *cap.* 5, 5. ab aliquo in ora libri adſcripta videntur. *Boſius.* Sic etiam Leid. m. & Voſſ. B.

1 *A Pelopida, qui filium habebat infamem, maleque eum in eo patriae conſulere diceret*] Sc. Pelopidas, qui Nominativus ex praecedenti repetendus Ablativo *Pelopida.* De quo ellipſeos genere plurima congeſſere Cl. Oudendorp. ad Frontinum l. 4. Strateg. cap. 1. n. 136. & Tib Wopkens l. 2. Lection. Tullian. cap 12. Quae Elliptica locutio utriuſque linguae ſcriptoribus familiaris mire vexavit Virum Cel. J. Perizonium in Aeliano lib. 8. V. H. cap. 17. Ὅτι Σκύθης ὁ Ἰνύκινος, ὁ τῶν Ζαγκλαίων μονάρχης ἀνῆλθεν εἰς Ἀσίαν παρὰ βασιλέα ΔΑΡΕΙΟΝ, καὶ αὐτὸν ἘΝΟΜΙΣΕ (ſc. ΔΑΡΕΙΟΣ) πάντων δικαιότατον ἀνδρῶν εἶναι. Conſule ibi Abr. Gronovii notas.

2 *Qui filium habebat infamem*] Ex *Plutarcho* cognoſcere licet, filios aliquot Pelopidam ex uxore ſua habuiſſe: ſed neque quot fuerint, neque ullum ex iis infamem fuiſſe narrat. *Lambin.* Pro *maleque* Leid. m. *male.* Paullo poſt pro *occupaverunt* Leid. m. *occuparunt.*

3 *Ex me natam rel. pugnam Leuctr.*] Xenophon. lib. 7. dicit eum reliquiſſe duas filias, victoriam Leuctricam & Mantinenſem. *Ernſtius.* Alteram, Mantineenſem, addunt *Xenoph. h Gr.* 7. *Diodor.* 15. *& Val. Max.* 3, 2. Boſius.

4 *Domo ſe tenuit*] *Lambinus* edidit, *domi ſe retinuit*, Aldinam & Pariſ. edd. ſequutus. quanquam ipſe mallet *continuit*: quod *Gebhardus* recte rejecit. Qui vulgatam lectionem firmat illo Curtii 10, 5, 8. *Nec ſe ipſos intra veſtibulum regiae retinere potuerunt.* Et altero Varronis:

Si quis melodinus ſit ὄνος λύρας,
Praeſepibus ſe retineat *forenſibus.*

Ed. Col. *domo ſe retinuit.* Ven. *domum ſe retin.* Verum in optimis libris Dan. Sav. Leid. Boecl. erat, *domo ſe tenuit*: quomodo fere loquutus 18, 5. 7. 23, 12, 3. & 10, 9, 1. quare non dubitavi ſic & hoc loco, praeeunte *Savarone*, reſcribere. Boſ. Etiam Leid. m. Voſſ. A. & B. item Oxon. *domo ſe tenuit.* De *domo* pro *domi* conſule Cl. Munck. ad Hyginum fab. 247. Idem uſus obtinet in nominibus propriis. ita in Milt. cap. 8. n. 3. Leid. & Voſſ. A. C. *Cherſoneſſo* pro
Cher-

Digitized by Google

Epaminondas, quam diu facta eſt caedes civium, † domo ſe tenuit: [1] quod neque malos defendere volebat, neque impugnare, [2] ne manus ſuorum ſanguine cruentaret. namque omnem civilem victoriam funeſtam putabat. Idem, poſtquam apud [3] Cadmeam pugnari cum Lacedaemoniis coepit, [4] in primis ſtetit. Hujus de virtutibus, vitaque ſatis erit dictum; 4
ſi hoc unum adjunxero, quod nemo [5] eat inficias, The-

Cherſoneſi. In Chabria cap. 3. n. 4. Cod. P. Dan. Leid. & Voſſ. B *Timotheus Lesbo*, *Chares* Sigaeo. Vide & Cl. Oudendorp. ad Julium Obſequentem cap. 114. & Doct. J. Arntzenium ad Victorem de Viris Illuſtr. cap. 37. n. 2. Attamen iſtum caſum non temere ubique intrudendum cenſeo. Ita Viri docti diſſentiunt, utrum ſit melius, *humo jacere*, an vero *humi*, quam litem egregie diremit Cel. Burmannus, qui reſpondit, melius eſſe ac latinius *jacere humi*, ſi abſolute ponatur, *humo* vero, ſi adjectivum adjiciatur, addens in gignendi caſu ſaepius pro *in humum*, *in terram* adhiberi a probatis Auctoribus: Vide ejus Viri Commentarium ad Phaedrum lib. 1. fab. 18. vſ. 3. unde facile cum Cl. Graevio & codd. MſT. apud Florum 4, 12, 5. *Afflictos humi* pro *humo* legi poſſet, ſed vide ibi Cl. Dukeri notas: ita tamen & *depreſſius humi* veteres dixere, v. Cl. Cort. ad Salluſt. Catilin. cap. 55. n. 3. *Tenere ſe domo* eſt manere. Livius lib. 2. cap. 32. *Ibi ſine ullo vallo foſſaque communitis caſtris, quieti, rem nullam niſi neceſſariam ad victum ſumendo, per aliquot dies neque laceſſiti, neque laceſſentes ſeſe* tenuere. lib. 3. cap. 26. *Nulla magnopere clade accepta caſtris ſe pavidus* tenebat. lib. 4. cap. 21. *Qui ſe primo aut oppido, aut muntibus aut muro* tenuerant. Cic. 10. ad Fam. Ep. 18. *Niſi uno loco me* tenerem.

1 *Quod neque malos defend. &c.*] Mſc. Boecl. *quod n. m. d. volebat, neque impugnare, neque man. ſ. ſ. cruentare, namque o. c. vict. funeſtam.* Boſius. Conſentiunt Leid. & Voſſ. A. B. praeterquam, quod Leid. & Voſſ. B. agnoſcunt *τὸ putabat.*

2 *Ne manus ſuorum*] Civium, quos aeque ac patriam laedere nefas. Seneca de ira 2, 31. *Nefas eſt nocere patriae; ergo civi quoque: nam hic pars patriae eſt.* Buchnerus.

3 *Cadmeam*] Arcem Thebarum. Scripti plerique: *Academiam* vel *Achademiam.* Quare Cl. *Schefferus* legit *arcem Cadmiam*: putatque ſcriptum fuiſſe breviter, *ar. cadmiam.* Mox Mſ. Boecl. *poſtq. ap. achademiam cum Laced. pugnavit.* Dan. & Long. *pugnare cum Lac. coepit.* Boſius. Leid. m. *Mantineam* Voſſ. A. *Achademiam* B. *Achademi.* Pro *pugnari cum Lacedaemoniis* Leid. m. & Voſſ. A. *cum Lacedaemoniis pugnare*, ſed B. *pugnavit cum Lacedaemoniis*, omiſſo *coepit.*

4 *In primis ſtetit*] Ἐν προμάχοις, in iis qui, in primis ordinibus pugnabant. *Lambin.* vide Ind. *Boſius.*

5 *Eat inficias*] Mſc. Leid. *it inf.* non male. Eſt enim parentheſis. mox pro *contra ea*, alii *cum eo.* Sed alterum MſS. codicum auctoritate le-

Thebas & ante Epaminondam natum, & [1] poſt ejus interitum, perpetuo alieno paruiſſe imperio. contra ea, quam diu ille praefuerit Reipubl. caput fuiſſe totius Graeciae. ex quo intelligi poteſt, [2] unum hominem pluris, quam civitatem fuiſſe.


locisque Nepotis aliis ſtabilitur. denuo Ind. vide. *Boſius*. Leid. m. etiam *it inficias*.

5 *Poſt ejus interitum &c*] Similia *Diod.* habet 15 *pag* 498. *&* 504. *Boſ*

6 *Unum hominem pluris, quam civitatem fuiſſe.*] In uno viro praeſtanti & prudente plus eſt ad recte decernendum conſilii, & ad agendum dexteritatis, ſi ad clavum imperii ſedeat, quam in tota turba: quam ille ſua virtute & ingenio dirigit ac tuetur. Hinc Phaedrus lib. 4. fab. 43. recte dixit:

Plus eſt in uno ſaepe quam in turba boni.

Exemplo praeter Epaminondam ſint David, qui populo Iſraëlitico erat inſtar decem millium 2 *Sam.* 18. *v.* 3. Themiſtocles, de quo ſupra noſter: *Unius viri prudentia Graecia liberata eſt.* De Meſſio Livius lib. 4. *Uni viro Meſſio fortuna hoſtium imminitur*. Loccen. Salluſtius Catil. 53. *Mihi multa agitanti conſtat, paucorum civium egregiam virtutem cuncta patraſſe &c.* Vid. tot. loc. Praecipue autem videndus *Polyb. l.* 6. de Thebanorum rep. loquens, cujus proſperis non forma reipub. ipſa, ſed eorum virtus, qui tum rebus praeerant, cauſam praebuerit: καὶ γὰρ inquit, συνηυξήθη καὶ συνήκμασε, καὶ συγκατελύθη τὰ Θηβαίων ἔργα τῷ τε Ἐπαμινώνδα καὶ τῷ Πελοπίδου βίῳ φανερῶς. ἐξ ὧν οὐ τὴν πολιτείαν αἰτίαν, ἀλλὰ τοὺς ἄνδρας ἡγητέον τῆς τότε γενομένης περὶ τὴν Θηβαίων πόλιν ἐπιφανείας. vide reliqua. *Boecler.* Similiter. Livius 2, 10. *Pons ſublicius iter pene hoſtibus dedit. ni unus vir fuiſſet, Horatius Cocles: id munimen illo die fortuna urbis Romanae habuit.* Idem de Archimede 24, 34. *Habuiſſet tanto impetu coepta res fortunam, niſi unus homo Syracuſis ea tempeſtate fuiſſet*, Apud eundem Scipio 28, 43. *Nec felicius Xantippum Lacedaemonium Carthagini, quam me patriae meae ſinerem natum eſſe, creſceretque mihi ex eo ipſo fiducia, quod poſſit in hominis unius virtute tantum momenti eſſe.* Adde *Juſtin.* 5, 4, 12. Boſ.



XVI.

XVI. PELOPIDAS.

CAP. I.

[1] PELOPIDAS THEBANUS [2] magis hiſtoricis, quam vulgo, notus. Cujus de virtutibus dubito quemadmodum exponam, quod vereor, [3] ne, ſi res ex-

PELOPIDAM narravere *Plutarchus in vita.* *Xenophon. hiſt.* Gr. 5. *Diodorus* 15. *Polyaenus* 2. *Frontinus* 1, 5, 2. 2, 3, 8. 4, 7, 28. *Aelianus var. hiſt.* 11, 9, *Polybius* 6, & 8. *Pauſanias in Boeoticis.* Boeclerus.

1 *Pelopidas Thebanus*] Suidas plenius. πελοπίδης ὁ τῦ πέλοπος. *Ernſtius.* Hippocli filius, nobili Thebis genere: ut *Plutarchus* ait. Ad noſtrum igitur haud pertinet, quod vir doctus e *Suida* adducit. *Boſius.* Pelopidam tamen fuiſſe pauperrimum docet Aelianus lib. 2. V. H. cap. 43. ubi cauſſam ejus paupertatis nobis aperit Cel. J. Perizonius in notis.

2 *Magis hiſtoricis, quam vulgo notus*] Secus atque Epaminondas, qui in ore paene omnium. Pelopidas autem tantum Hiſtoricorum ſcriptis memoratus, in quae vulgus non ita penetrat. Caeterum ſive *hiſtoriis* ſive *hiſtoricis* legas, res eodem recidit. Jul. Capitolinus Vero; *Scio, pleroſque ita vitam Marci ac Veri literis atque hiſtoriae dedicaſſe.* Gebh. Non autem accipiendum hoc de vulgo Thebanorum, ac ſi ſuis ignotus fuerit; ſed de Romanis, aut etiam Graecorum aliis. Quare non eſt, cur quis exiſtimet, noſtrum ab initio ſcripſiſſe, *non magis hiſtoricis &c.* Ceterum in vulgatis libris legitur *hiſtoriis*: ſed noſtram lectionem firmant cum manuſcripti, Dan. Schotti, & Boecl. tum, ut jam *Lambino* & *Schotto* obſervatum, illa Ciceronis or. pro Mur. c. 7. *Tua vero nobilitas, Ser. Sulpici, tametſi ſumma eſt, tamen hominibus literatis & hiſtoricis notior eſt; populo vero & ſuffragatoribus obſcurior.* Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. B. *hiſtoricis.* Verbum *dubito* abeſt a meo Leidenſi.

3 *Ne, ſi res explicare*] *Lambinus* ait, quoſdam legendum putare, *ſi eas expl.* virtutes ſcilicet; idque probat: ita tamen, ut etiam hanc lectionem ferri putet poſſe, ut res geſtas Pelopidae ſignificarit, & *res ſummis rerum* opponi intelligamus. Verum nihil mutandum eſt. Neque tam *res* & *rerum ſummae* invicem ſibi opponuntur, quam *res explicare*, & *rerum ſummas attingere.* Illud pleniorem narrationem deſignat, idemque eſt ac *rationem geſtorum explicare*, 14, 1, 2. hoc brevem & compendioſam. Porro pleriſque edd. τὸ *ne* abeſt: *Lambiniana* tamen habet, neſcio unde deſumtum. neque enim in *commentario* quidquam de eo adnotat. Et certe vix poteſt abeſſe. Nemo namque veterum, quod ſciam, hanc particulam poſt Verbum *vereor*, in hoc ſtructurae ge-

explicare incipiam, non vitam ejus enarrare, [1] ſed hiſtoriam videar ſcribere: ſi tantummodo ſummas attigero, ne rudibus litterarum Graecarum minus
[2] lucide appareat, quantus fuerit ille vir. Itaque utrique rei occurram, quantum potero; & medebor
2 cum ſatietati tum ignorantiae lectorum. Phoebidas Lacedaemonius, quum exercitum [3] Olynthum duceret,

nere omiſit. Quocirca expungere eam nolui. Poſſet tamen etiam alio loco, poſt τὸ *incipiam*, inſeri, legique, *ne non vit. ejus*. Ut a librariis ob continens *non* omiſſa fuerit. ſed magis tamen placet mihi *Lambinianus* verborum ordo. Atque ſic & *Cicero* ſolet. Ut de orat. 3, 9, *ne ſi paullo obſoletior fuerit oratio, non digna exſpectatione fuiſſe videatur.* Boſius.

1 *Sed hiſtoriam*] Oportuiſſet enim ea etiam, quae ſuperius de Epaminonda dicta, aliaque non pauca ab eo geſta heic repetere, quae ut infra auctor memorat, communia cum eo habuit Pelopidas. *Ernſtius.* Vid. Ind. *hiſtoria.* Similiter & alii locuti. de quo vide *Savaron. ad Sid. n. 1. epiſt. 2. Boſius.* Pro *attigero* Voſſ. B. *attigerem.*

2 *Lucide*] Exc. Dan. *dilucide.* quomodo Terentius Phorm. 2, 3, 52. *Dilucide expedivi, quis me oportuit.* Sed ſimplici *lucide* etiam Cicero uſus, 2, de orat. cap. 25. *ut verbum illud, quod cauſſam facit, lucide breviterque definiatur.* Apud eundem lib. 3 ejusd. operis cap. 10. in quibusd. libb. *puri lucidique ſermonis* mentio. Mox Dan. & Boecl. *quantum potuero.* ille etiam, *tum ſatietati.* Boſius. Pro *potero* Voſſ. B. *potuero.* Verbum *occurram* eleganter mox ipſe explicat per medebor, poſitum quippe pro ſuccurram, opem feram, de qua verbi notione egere Celeberrimus Burmannus ad Epiſtolam Demophoontis Phyllidi, a Sabino verſibus conſcriptam vſ. 19. & Eruditiſſimus vir H. Snakenburg ad Curtium lib. 7. cap. 5. §. 10. Pro *cum ſatietati, tum ignorantiae* Voſſ. A. *tum ſatietati tum ignorantiae.* Haec ſaepe in iiſdem Codicibus mire confunduntur. ſic vidimus in praefatione §. 8. Codicem Voſſianum litera A. diſtinctum ſcribere, cum *magnitudo voluminis prohibet*, tum *feſtinatio*: ubi Vulgatae edd. & Voſſ. B. tum *magnitudo voluminis prohibet*, tum *feſtinatio* exhibent, & Leid. m. *Magnitudo vol. p.* tum *feſtinatio.* in Pauſania cap. 3. n. 3. Leid. & Voſſ. A. cum *patriae*, tum *ſibi inimica*, B. *tum patriae tum ſibi inimica.* in Cimone cap. 2. n. 1. Leid. m. tum *juris civilis* tum *rei militaris*; contra vero Voſſ. B. & C. cum *juris civilis*, cum *rei militaris.* Vide & eandem Mſſ. Codicum varietatem in Alcibiade cap. 7. n. 5. *Qua ex re creverat* cum *fama*, tum *opibus.* & alibi. Vide J. Arntzenium ad Victorem de Orig. G. R. cap. 11. n. 3.

3 *Olynthum duceret*] Auxilio Amyntae Macedonis, qui ſocietate cum Lacedaemoniis inita, Olynthum cunctis viribus meditabatur oppugnare. *Gebhardus.* Rem narrat *Diodorus* 15. *pag.* 467. & paullo aliter

ret, iterque per Thebas faceret, [1] arcem oppidi,
quae Cadmea nominatur, occupavit [2] impulſu per-
paucorum Thebanorum, qui [3] adverſariae factioni
[4] quo facilius reſiſterent, Laconum rebus ſtudebant: 3
[5] idque ſuo privato, non publico, fecit conſilio. Quo
facto eum Lacedaemonii [6] ab exercitu removerunt, [7] pe-
cuniaque multarunt: neque eo magis arcem Thebanis
reddiderunt, quod [8] ſuſceptis inimicitiis ſatius duce-
bant

liter *Xenoph. hiſt. Gr.* 5. Boſius

1 *Arcem oppidi occup.*] Prolixe de hoc *Xenophon l. c. Plutarchus Pelopida*; brevius *Diodorus* 15. *pag.* 498. aliique. *Boſius.*

2 *Impulſu perpaucorum*] Fuerunt hi Archias, Leontides, & Philippus, homines principatu quidem & divitiis clari, ſed nihil modeſtum ſentientes, ut inquit *Plutarchus.* Magius. Pro *perpaucorum* Leid. & Voſſ. A. *Paucorum.* pro *impulſu* Voſſ. B. *impulſum.* & paullo ante pro *Cadmea* Voſſ. A. *Cadmei.*

3 *Adverſariae factioni*] Viris adverſariae factionis, Iſmeniae, Pelopidae, Pherenico, Androclidae, Epaminondae: quanquam hic propter paupertatem & philoſophiam minus timebatur. *Lambinus.*

4 *Quo facilius reſiſterent, Lacon. reb. ſtud.*] Exemplum dicti Liviani, *Diſcordiam & ſeditionem omnia opportuna inſidiantibus facere: quum pars, quae domeſtico certamine inferior ſit, externo potius ſe applicet, quam civi cedat.* Loccenius. De Thebanis vide *Xenoph. l. c. pag.* 556. Boſ.

5 *Idque ſuo privato*] Et Ageſilai, ut *Plut. in Ageſil.* teſtatum reliquit. *Magius.* Imo & publico, ſed occultato, ut *Polyb.* 4. & *Diod Sic.* teſtantur. Sed ut privato auſu, non publica auctoritate feciſſe videretur, Spartani eum dicis cauſſa mulctarunt; re vero ipſa ejus factum tacite approbarunt. quod eventus oſtendit: dum arcem Thebanis non reddiderunt, quam contra foedus occuparat Phoebidas. Ageſilaus hoc ita excuſavit, quod rem patriae utilem feciſſet antiqua lege, quae intuitu utilitatis publicae aliquid raptim, & ex tempore agere permitteret. ἀρχαῖον εἶναι νόμιμον, ἐξεῖναι τὰ τοιαῦτα αὐτοσχεδιάζειν. Verum quis hoc a perfidiae crimine abſolvat, contra foedus hoſtilia moliri: quamvis utilitatis ſpecie excuſetur, & ad ὑπόθεσιν, ut *Ariſtot.* 2. *Polit.* 7. vel ut hodie loqui amant, *ad rationem ſtatus*, a Lacedaemoniis referatur. *Loccenius.* Pro *ſuo privato* Voſſ. B. *ſuae privatae.*

6 *Ab exercitu removerunt &c.*] Vid. *Plutarch. Pelop.* 280. *B. C. &c.* Simile quid habet, quod Caeſar Borgia in Remoro Orco fecit, apud Macchiavell. in Princ. pag. 44. *Buchnerus.*

7 *Pecuniaque multarunt*] Decem myriadibus drachmarum, ut *Plut. Pelopida* ait. Quod autem idem in *praeceptis ger. reip.* ab Ageſilao ſervatum ſcribit, id recte *Magius* de poena capitis interpretatur. *Boſius.*

8 *Suſceptis inimicitiis*] Quid ſit *ſuſcipere inimicitias* docuere Eruditi

bant eos obſideri, quam liberari. Nam poſt [1] Peloponneſium bellum, Athenasque devictas, cum Thebanis ſibi rem eſſe exiſtimabant: & eos eſſe ſolos,
4 [2] qui adverſus reſiſtere auderent. Hac mente [3] amicis ſuis ſummas poteſtates dederant, [4] alteriusque factionis principes partim interfecerant, alios in exilium ejecerant: in quibus Pelopidas hic, de quo ſcribere exorſi ſumus, pulſus patria carebat.

CAP.

Lipſienſes in Actis M. Aprilis. A. 1731. pag. 194. & Cl. Cortius ad Ciceron. lib. 2. ad Fam. Ep. 18. n. 2.

1 *Peloponneſium bellum*] Leid. & Voſſ. A. *Peloponnenſium bellum.*

2 *Qui adverſus reſiſtere*] Nihil mutandum: quod Lambinus imperite conatur. *Gebhardus.* Lambinus hoc genus loquendi miratur. Credam, Eruditiſſimum Virum, ut saepe accidere ſolet, alio contuliſſe animum, cum id ſcripſerit: cum mea quidem ſententia nihil dici poſſit planius, quam quod ſoli Thebani auderent adverſus reſiſtere, nempe Lacedaemoniis. Dixit Nepos *adverſus* ſive *adverſum reſiſtere*, ut eſt in Mſ. noſtro Cod. per ἀνάγκην. *Ernſtius.* Lambino mirum loquendi genus videtur, putatque legendum, *qui ſibi reſiſt. aud.* vel certe, *qui ſe adverſus*, ſeu *adverſus ſe.* quod poſtremum & *Barthio* placebat. Sed conſtantem omnium librorum lectionem facile tuetur locutio ſimilis 17, 4, 7. vide Ind. in *adverſus.* Boſius.

3 *Amicis ſuis*] Potentiae paucorum fautoribus, quales erant Thebis Archias, Leontidas, Philippus. *Lamb.* quorum impulſu & arcem ceperant. *Longol.*

3 *Amicis ſuis ſummas poteſtates dederant*] Supra Lyſandro. *Decem delegerat in quaque civitate, quibus ſummum imperium poteſtatem omnium rerum committeret.* Xenophon. lib. 5. Hellen. Τούτου γενομένου νόμιζε τὰς Θήβας παντάπασιν ὑπὸ τοῖς Λακεδαιμονίοις καὶ ὑμῖν τοῖς ὑμετέροις φίλοις ἔσεσθαι. *Gebhardus.*

4 *Alteriusque factionis principes &c.*] Iſmeniam capitis accuſatum damnarunt: Androclidas, Pelopidas, Pherenicus, & multi alii, plus cccc, Athenas profugerunt; ex quibus Androclidem Leontidas dolo interficiendum curavit; ut *Xenophon* & *Plutarchus* narrant. *Lambinus.* Copulam *que* reſtitui e libb. Dan. & Boecl. nam vulgatis abeſt, etiam optimis. *Boſius.* Pro *Summas poteſtates* Voſſ. B. *ſummam poteſtatem.* pro *alterius factionis* Leid. m. *alteriusque factionis.* Verbum *carebat* abeſt a Voſſiano A.

5 *Quo ſeq.*] Sic e membr. ſuis & Ultraj. ed. *Schottus*; itemque Exc. Dan. Alii, *ut ſeq.* Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. *ut ſeq.* & pro *contulerant* idem Voſſ. *contulerunt.* pro *fors* Voſſ. B. *forſ.* quas voces saepius permutari docet Doct. J. Arntzenius ad Victorem de V. Ill. cap. 13 n. 1. *obferre* proprie hic adhibetur ab Auctore noſtro, ut & a Livio lib. 2. cap. 23. *Pauci admodum Patrum,*

quos

CAP. II.

Hi omnes fere Athenas ſe contulerant, non [5] quo 1
ſequerentur otium, ſed, ut quemque ex proxi-
mo locum fors obtuliſſet, eo patriam recuperare ni-
terentur. Itaque quum tempus eſt viſum rei gerendae, 2
communiter cum his, qui Thebis idem ſentiebant,
diem delegerunt, ad inimicos opprimendos, civita-
temque liberandam, eum, [1] quo maximi magiſtra-
tus

quos caſus obtulerat, *contracti ad conſules*. Lib. 25. cap. 29. *Quoſque fors* obtulit. Hirtius Bello Alex. cap. 22. *Quandocumque fors* obtulerat. ex reſtitutione Clar. Artzenii. Pro *delegerunt* Voſſ. B. *elegerunt*. Saepe haec duo verba commutantur. Vide Cl. Oudendorp. ad Frontinum lib. 1. ſtrategemat. cap. 1. n. 48. quod verbum recte defendit Celeb. Burmannus ad Quintilian. Inſtit. Orat. lib. 1. cap 3. Graevius vero ad Juſtinum lib. 2. cap. 10. citat *Diem legerunt, quo Maximi Magiſtratus ſimul conſueverunt epulari*. pro *ab tam tenui* Voſſ. B. *ab tenui*.

1 *Quo maximi magiſtr.*] Haec lectio eſt editionum vett. plerarumque, & quarundam e recentioribus. quibus concinunt Mſſ. Dan. Sav. Schotti; quorum nemo adnotavit, *τὸ maximi* abeſſe. Etiam Boecler. & Leid. habent, etſi corrupti. nam ille: *cum quoque maximi magiſtr. ſimiliter conſ. ep.* hic: *cum quo maximus magiſtr. ſ. c. e.* Et res ipſa retineri jubet. Neque enim omnes Thebanorum magiſtratus una epulabantur, ſed Polemarchi tantum, Archias & Philippus, cum paucis aliis, ut *Xenophon* ac *Plutarchus*, qui prolixe rem narrant, tradunt. Hos *maximos magiſtratus* dixit. *Boſius*. Omnes mei *Maximi magiſtratus*. praeterquam quod Voſſ. B. exhibet, *cum quoque Maximi magiſtratus*. pro *conſueverant* Leid. m. *conſuerant*. Voſſ. A. *conſuerat*. Pro *ſaepe* Leid. m. *ſpe*. *Magiſtratus* h. l. in pl. N. more Latinis uſitato, de collegio adhibuit Noſter. quomodo Salluſtius in Catilina cap. 30. *Romae per totam urbem vigiliae haberentur, iiſque minores* magiſtratus *praeeſſent*. in Themiſtocle cap. 7. n. 4. *Hos poſtquam Athenas perveniſſe ratus eſt, ad* magiſtratus, *ſenatumque Lacedaemoniorum adiit*. ita ibi cum Cl. Oudendorpio legendum, quam lectionem ibi confirmatam vidimus loco Terentii in Phorm. 2, 3, 56. *At tu qui ſapiens es*, magiſtratus *adi*. qui locus nos monet, ut in Eunuchi Prologo, vſ. 22. Codicum quorumdam ſcripturam amplectamur, exhibentium, Magiſtratus *cum ibi adeſſent, occepta 'ſt agi*. In Lyſandro cap. 4. n. 3. quantum ex collatione Cl. Oudendorpii conjicere mihi licuit, in Cod. Leidenſi ſcriptum fuit. *Poſtquam de ſuis rebus geſtis apud* maximos magiſtratus, *quae voluerat, dixerat*. & in Epaminonda cap. 4. non refragarer, ſi quis *Ego te tradam magiſtratibus* legeret. Vide Cl. Graevium ad Juſtinum lib. 2. cap. 10. Quum vero indica-

3 tus [1] ſimul conſueverant epulari. Magnae ſaepe res non ita magnis copiis ſunt geſtae: ſed profecto nunquam ab tam tenui initio tantae opes ſunt profligatae. Nam [2] duodecim adolcſcentuli coierunt ex his, qui exſilio erant multati, quum omnino non eſſent amplius centum, [3] qui tanto ſe offerrent periculo. [4] qua paucitate [5] perculſa eſt Lacedaemoniorum potentia.
4 Hi enim non magis adverſariorum factioni, quam Spar-

tur quis munere quodam publico fungi, dicitur *in magiſtratu eſſe*, ut vidimus ad caput quartum Chabriae, vel etiam *magiſtratus* nuncupatur. Vellejus Paterculus lib. 2. cap. 42. *Longum eſt narrare, quid & quoties auſus ſit, quanto opere conata ejus, qui obtinebat Aſiam* magiſtratus P. R. *metu ſuo deſtituere.*

1 *Simul conſuev. epulari*] *Xenophon* ait, Aphrodiſia ſub finem magiſtratus in polemarcheo celebraſſe. Verum *Plutarchus* cum in *Pelopida*, tum in *lib. de genio Socratis*, a Phyllida eorum ſcriba convivio exceptos ſcribit. *Boſius.*

2 *Duodecim adoleſc.*] In his Melon, Damoclides & Theopompus, ſummo loco nati. *Plut.* Schottus. *Xenophon* tradit, ſex duntaxat exſules fuiſſe cum Melone, qui erat ſeptimus. *Plutarchus* cum Probo congruit. *Lambin.*

3 *Qui tanto ſe offerrent periculo*] Id eſt ſe exponerent, tantum adirent periculum. Cicero lib. 10. ad Fam. Ep. 18. *Non dubitandum putavi, quin ſuccurrerem, meque communi periculo* offerrem. Juſtinus lib. 9. cap. 8. *Pater de convivio in hoſtem procurrere, manum conſerere periculis ſe temere* offerre. & ita centies, ut & *offerre ſe pugnae, invidiae, & ſimilibus.*

4 *Qua paucit. perculſa*] Sic Dan. & q. edd. ut infra *verſu* 4. Reliqui *percuſſa*. Boſius. Omnes mei *percuſſa*.

5 *Perculſa eſt Laced. pot.*] Nam bellum, quod Spartae dignitatem ac majeſtatem fregit, quodque Lacedaemonios maris & terrae imperio ſpoliavit, ex illa nocte, qua hi XII. juvenes Thebani tyrannos oppreſſerunt, natum eſt. Sic *Plutarchus Pelopida* & *Diodorus* 15. Lamb. Pro *Spartanis* Voſſ. B. *ſpartani*.

6 *Imperii majeſtas*] Recte conſenſenſu quodam reſtituta vox *imperii*, & tam vulgatum *imperio* quam τὸ *imperioſa* Lambini rejectum eſt, praeeuntibus libris melioribus Dan. Sav. Schotti, Boecl. Leid. Ineptum & valde coactum eſt, *majeſtatem imperio*, dici pro *in imperio*, vel *imperii*. Longe aliud eſt *fulgor ab auro*. & ſimilia Vide Ind. v. *majeſtas*. Recte quoque *Lambinus*, *Leuctrica pugna*, ablativo caſu reſcribendum, &, ut nunc legitur, locum diſtinguendum cenſuit, concinentibus codd. Dan. & Boecl. Nam illa *neque ita multo, poſt*, ſeorſim accipi debent: quomodo 4, 3, 1. illa, *poſt non multo*. Vult ſcil. quinquennio poſt, quando Leuctrica pugna commiſſa eſt, id factum eſſe. Quod vulgo, & in Mſſ. Sav. Sch. aliisque

Spartanis, eo tempore bellum intulerunt: qui principes erant totius Graeciae. quorum [6] imperii majeſtas, neque ita multo poſt, Leuctrica pugna, ab hoc initio perculſa, concidit. Illi igitur duodecim, quorum erat dux Pelopidas, quum Athenis interdiu exiſſent, ut [1] veſperaſcente coelo Thebas poſſent pervenire, cum canibus venaticis exierunt, retia ferentes, veſtitu agreſti, quo minore ſuſpicione facerent iter.

que habetur, *neque ita multo poſt pugnam Leuctricam*; neſcio quomodo non ſatis congruens genio Nepotis mihi quidem videtur. Et, ſi de Mantineenſi praelio accipias (quo Lacedaemonios funditus corruiſſe & principatum Graeciae ἀνελπίστως amiſiſſe, *Diodorus* 16. p. 474. ſcribit) ne quidem verum fuerit. Nam id toto octennio Leuctrico poſterius fuit. Ne nunc dicam, res Thebanorum potius pugna ad Mantineam concidiſſe: ſic enim exſerte *Diodorus* 15. *p.* 498. Reſtabat, ut τὸ *concidit* fide codd. Dan. Sav. Sch. Boecl. reponeretur; quod ego ſine ulla haeſitatione feci, cum & alibi noſter hoc ſenſu id uſurparit. Confer 17, 5, 2. & 19, 2, 4. In Cod. Boecler. erat *percuſſa*, vitioſe, ut arbitror. *Boſius.* Voſſ. A. & B. etiam exhibent *imperii majeſtas*. Pro *poſt Leuctrica pugna* Leid. & Voſſ. A. *poſt Leuctricam pugnam.* pro *perculſa cecidit* ſolus Voſſ. B. *percuſſa cecidit*. Centies haec duo verba confundi in Mſſ a viris Doctis ſatis ſuperque monſtratum eſt. Vide Gebhardum ad Eumenis vitam cap. 5. Broukh ad Propert. l. 1. El. 1. vſ. 13, Cortium ad Salluſt. Catilin. cap. 43. n 2. Gebhardum ad Dionis vitam cap. 5. n. 3. ubi pro *perculit* male in meo Leidenſi *pertulit* legitur; & quos laudat Cl. Oudendorpius ad Lucanum lib. 1. vſ. 487. Codicum Mſſ. plurimorum auctoritatem hic ſequar, qui legunt *perculſa*; quoniam viri docti adnotarunt, verbum *percellere* notare evertere, pervertere, perturbare, ab omni conatu reſiſtendi, aut vindicandi dejicere, in terram dare, ſive proſternere, ubi in pugna res geritur.

1 *Veſperaſcente coelo*] Xenophon tradit, eos ea hora ad urbis portas veniſſe, qua ab opere ruſtico in urbem ii redeunt, qui poſtremi & maxime ſero redeunt. *Lambinus.* Diodorus *noctu* rediiſſe ait; Plutarchus ἔτι ἡμέρας οὔσης, & aëre ob ventum & nivem mutari incipiente, eoque pleriſque civium in aedes ſuas ob tempeſtatem reverſis. *Boſius.*

1 *Veſperaſcente coelo*] Crebro ad id exemplum loquitur Tacitus lib. 1. Annal. cap. 65. *Exiſaeque legiones* veſperaſcente *die in aperta & ſolida.* lib. 16. cap. 34. *Tum ad Thraſeam in hortis agentem Quaeſtor conſulis miſſus* veſperaſcente *jam die.* lib. 2. Hiſtor. cap. 49. Veſperaſcente *die ſitim hauſtu gelidae aquae ſedavit.* Forte ita corrigendus Salluſtius in Jugurthino. *Et jam dies veſperaverat.* vulgo editum. *Et jam die veſperaſcerat.* Gebh.

iter. qui quum tempore ipſo, [1] quo ſtuduerant, perveniſſent, [2] domum Charonis devenerunt, [3] a quo & tempus & dies erat datus.

CAP. III.

1 [4] Hoc loco libet interponere, etſi ſejunctum [5] ab re poſita eſt, nimia fiducia [6] quantae calamitati

1 *Quo ſtuduerant*] Subaudi *pervenire*. Sic & 14. 4. 4. Non igitur opus corrigere *ſtatuerant*. Boſius.

2 *Domum Charonis deveverunt*] Charon autem potens & dives fuit Thebis, qui domum conjuratis contulerat, & ad Plataeas feliciter pugnaverat. Ad quem etiam Leuctricae pugnae laudem Meneclides orator invidioſe transferebat. *Plutarchus* auctor. *Schottus*. *Lambini* judicio vera ſcriptura eſt *deverterunt*; quomodo Cicero pro Dejotaro: *cum domum regis devertiſſet*. Sed nulla mutatione opus. Uſus eodem verbo mox c. 3. 1. *Boſius*. Verbum *deverterunt*, quod in quib. editt. probante Lambino legitur, ſatis defendi, facileque admitti poſſet, vide de hoc verbo Cl. Burm. ad Ovidium lib. 2. Amor. El. 6. vſ. 9. ſed omnes, quos inſpexi Codices *devenerunt* exhibent. pro *Charonis* Voſſ. A. & B. *Caronis*.

3 *A quo & tempus*] Quid ſibi vult & *tempus* & *dies*? nonne idem ſunt *tempus* & *dies*? utrum tempus diei ſignificat, an anni? Ita *Lambinus*: plane ridicule. Tempus enim diei intelligi, poterat ex anteced. diſcere: *cum tempore ipſo, quo ſtuduerant, perveniſſent*. Senſus igitur eſt, & diem, & tempus diei Charonem ſignificaſſe. Nec male *tempus & dies* exponas tempus diei, per figuram quam Graeci ἓν διὰ δυοῖν vocant. *Tempus* opportunitatem interpretari, hoc quidem loco, opus non eſt. *Boſius*. Hunc loquendi modum contra Lambinum defendit Cl. Burmannus ad Quinctilian. lib. 3. Inſtitut. Orat. cap. 6. Hic etiam Juvenes monendi ſunt, ſaepe Adjectiva cum proximis ſubſtantivis convenire, vide Eruditos Lipſienſes in Actis ſuis M. Aprilis A. 1731. pag. 190. Cic. 10. ad Fam. Ep. 11. *Hoc tibi ſpondeo, mi Cicero, neque animum nec diligentiam defuturam*. Imo etiam ſi priora ſubſtantiva numeri ſint diverſi. Livius lib. 2. cap. 7. *Deſerta omnia ſine capite ſine viribus. Dii praeſides ac fortuna urbis tutata eſt*, ubi verbum etiam proximae reſpondet perſonae, quomodo apud Ovidium & in Codice Thyſiano legitur vſ. 99. *Non galeae, non enſis erat*. Vide Cl. Oudendorp. ad Lucanum lib. 1. vſ. 422. Praeterea ſaepe veteres, uti & ex h. l. patet, duobus Nominativis pluribusve junxiſſe verbum ſingularis numeri docuere Cl. Burmannus ad Phaedrum lib. 4. fab. 21. vſ. 10. & Cortius ad Salluſtium B. Catilin. cap. 12. n. 1.

4 *Hoc loco libet interp.*] De formulae hujus uſu vide Ind. *libet*. Boſ.

5 *Ab re poſita*] ὡς ἀνοίκειον τῶν πραγμάτων. *Gebh*. Sic Mſ. Boecler. Reliqui tam editi quam ſcripti, *a re*

poſita

tati ſoleat eſſe. Nam magiſtratuum Thebanorum ſtatim ad aures pervenit, exſules in urbem deveniſſe. Id illi, vino epuliſque dediti, uſque eo deſpexerunt, [1] ut ne quaerere quidem de tanta re laborarint. Ac- 2
ceſſit etiam, quod magis aperiret eorum dementiam. Adlata eſt enim epiſtola Athenis [2] ab * Archia hierophante,

poſita. Lambinus tamen, *a re propoſita.* quem alii poſtea ſequuti ſunt. Atque ſic & Dan. *ab re propoſita.* Mihi ſimplex rectum videtur, *Ponere* eſt referre, narrare, etiam optimis ſcriptoribus. Noſter 15, 6, 1. *in eisque hoc poſuiſſet, &c.* Celſus 7, 9. *quod de cancro ſupra poſui.* Adde Ind. *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. B. *Ab re poſita.* pro *deveniſſe* Voſſ. B. *veniſſe.*

6 *Quantae calamitati*] In Boecl. corrupte erat, *quanta calliditate ſol. eſſe*, & mox, *veniſſe* Boſius.

1 *Ut ne quaerere quidem*] Immo, ſi *Plutarcho* credimus, quaeſiere ex Charone ad ſe accito, ſed jam ebrii & negligenter. De epiſtola hac plane nihil *Xenophon.* Boſius. *Quaerere* hic notat inquirere. Cicero lib. 1. Academ. Quaeſt. cap 4. *Ut de virtutibus & vitiis, omninoque de bonis rebus & malis quaereret; Coeleſtia autem vel procul eſſe a noſtra cognitione cenſeret.* lib. 9. ad Fam. Ep. 2. *Navare Remp. & de moribus ac legibus* quaerere. Hyginus fab. 27. *Rex diligentius* quaerit, *& in cuſtodiam cum conjici juſſit.* & de amatoribus Ovidius Epiſt. 17. Heroid. vſ. 198.

Nec tamen ipſe negas: & nobis omnia de te
Quaerere, *ſi neſcis, maxima cura fuit.*

ubi Cl. Burmannus conſulendus. pro *de tanta re lab.* Voſſ. *de tanta lab.*

2 *Ab Archia hierophante, Archiae*] Sic omnes hodie legunt, & feliciter reſtitutum ab *Aldo*, ut creditur, locum hunc exiſtimant; quoniam apud *Plutarchum* legitur, *veniſſe quendam Athenis ab Archia hierophante ad Archiam cognominem, hoſpitem & amicum, litteras adferentem*, &c. Et tamen in Mſſ. & edd. vett. purioribus nullum vocis *hierophanta* veſtigium, quod ſciam, reperire eſt, nam in iis fere legitur, *ab Archino uno ex his Archiae:* vel; *ab Archia uno Tyſarchae*, vel *Tmarchiae.* quod poſtremum *Longolius* & *Magius* (non abſentiente *Lambino*) a negligentia *Nepotis* eſſe cenſent; qui cum in Graeco ſcriptore reperiſſet ἀπ᾽ Ἀρχίου τινὸς τῷ Ἀρχίᾳ, ita reddiderit, ac ſi Τιμαρχίᾳ uno vocabulo ſcriptum eſſet. Specioſe dictum, fateor; ſi meliores codd. ita legerent. Nunc quid prohibet, ne prima lectione, quae & optimorum codd. Dan. & Boecl. fuit, leviter immutata legamus: *ab Archia, uni ex his, Archiae?* *Ex his*; magiſtratibus ſcil. de quibus paullo ante. Pro *uni* librarius ſcripſit *uno*, quod ad Archiam Athenienſem id pertinere putabat. Quamquam & hoc ferri poſſet: cum Titinius dixerit *uni collegii*; Terentius, *nulli conſilii*; Plautus, *coloris ulli*: ut obſervatum *Priſciano.* Sic alii *iſto*, *toto*, *altero* dixere: de quo *Voſſius de analog.* 4, 6. Qui & illud *Appuleji* huc refert, 8. metam.

phante, Archiae, [1] qui tum maximum magiſtratum Thebis obtinebat: in qua omnia de profectione [2] exſulum perſcripta erant. quae quum jam accubanti in convivio eſſet data, [3] ſicut erat ſignata, [4] ſub pulvinum

tam. *uno potiundi ſtudio poſtponens omnia*. Sic Noſter alibi, *alterae aleae*, *totae inſulae*, pro *alteri*, *toti*. Fortaſſis & τὸ *Archino* retineri, vel in *Archinoo* mutari poteſt. nam utrumque nomen Athenis uſitatum fuit. Certe ſi mittenti & accipienti unum idemque nomen fuiſſet, vix dubito Nepotem addita voce aliqua fuiſſe eos diſtincturum. Nec *Plutarchi* loco moveor: nam is ſaepe aliter ac reliqui ſcriptores, nomina effert. *Boſius*. Leid. m. *ab Archino uno Thiſarchiae*. Voſſ. A. *ab Archino uno Hexhiſarchiae* B. *ab Archino hierophante uno ex his*. pro *allata* Voſſ. A. *adlata*.

1 *Qui tum max. magiſtratum obtinebat*] Polemarchi munere fungebatur. Vide dicta ad c. 2, 2 Mſ. Leidenſi *maximum* aberat. *Boſius*. Voſſ. B. *obtenebat*.

2 *Exulum*] Dan. *eorum*, & in gloſſa, *exulum*. Pari modo & alibi noſter pronomen relativum non ad propius, ſed remotius nomen refert. Ut 12, 2, 3. *Lacedaemonii cum Aegyptiis, a quibus magnas predas Ageſilaus rex eorum* (Lacedaemoniorum) *faciebat*. Niſi illa *rex eorum* gloſſema ſunt. Infra 17, 4, 8. *qui ſupplicibus eorum nocuiſſent*; deorum ſcil. quorum templa Ageſilaum ſancta habuiſſe, *verſ*. 7. dixerat. Tacitus Agric. 41, 3. *Comparantibus cunctis vigorem*, &c. *cum inertia & formidine eorum*; ducum ſcil. de quibus *verſ*. 2 Nulla neceſſitate *Grotius*, aliique corrigunt: *formidine ceterorum*: *Barthius* etiam inepte, *formido morum*. Quid enim *formido morum*? Paullo poſt Mſ. Dan. *cum jam accubanti*. Boecl. *jam* aberat. *Boſius*. Tres mei Codd. *exulum*. pro *perſcripta* Leid. m. *ſcripta*. ſed *perſcripta* retinendum, neque pro ſimplici *ſcripta* Auctor noſter poſuiſſe cenſendus. Quomodo eum hoc verbum uſurpaſſe in Datame cap. 5. putat Cl. Schefferus ad Juſtinum lib. 2. cap. 10. *Perſcribere* notat ita ſcribere, ut nihil ſcribendum reſtet, ordine & accurate ſcribere. Cic. 2. ad Fam. Ep. 7. *Ut, quoniam ſane feliciter, & ex mea ſententia remp. geſſimus, unis literis totius aeſtatis res geſtas ad ſenatum* perſcriberem. & Epiſt. 11. ejuſdem libri. *Tu, velim, ad me de omni reip. ſtatu quam diligentiſſime* perſcribas. Sueton. in Galba cap. 5. *Quia notata non* perſcripta *erat ſumma*. Eandem vim habet haec praepoſitio & in aliis compoſitis, quod, credo, jam ſupra oſtendi, ut *pertentare* pro penitus tentare. Serv. ad Virg. 3. Georg. vſ. 250. *Perrogare* pro omnes ordine rogare. Interpr. ad Juſtinum lib. 31. cap. 5. *Perſalutare* eſt ad unum omnes ſalutare. V. Cl. Burm. ad Phaedr. lib. 4. fab. 11. vſ. 4. *perluere* pro penitus madefacere. Idem Vir incomparabilis ad Petronii Satyric. cap. 120. *Perſolvere* pro ita ſolvere, ut nihil maneat reliquum, Broukh. ad Tibull. 1, 10, 13. *Perdolere* pro nimis dolere, perſentire dolorem. Donat. ad Terent. Eun. 1, 2, 74. & infinita talia produci poſſunt.

3 *Sicut*

num ſubjiciens; *in craſtinum*, inquit, [1] *differo res ſeveras.* At illi [2] omnes, [3] quum jam nox proceſſiſſet, vinolenti ab exſulibus duce Pelopida ſunt interfecti. [1] Qui-

3 *Sicut erat ſignata*] *Buchnerus* putabat leg. *ſicut erat*, *ſignatam ſ. p. ſ.* aeque ſic laudat etiam in *acceſſion. ad theſaur. Fabri*, *col.* 1270. & hoc dicere ait Nepotem, Archiam non reſignaſſe epiſtolam, ſed ſignatam, uti acceperat, ſubjeciſſe in pulvinum. Sane ſic ſolent optimi ſcriptores, quorum loca praeter *Buchnerum l. c.* adnotarunt *Gevartius Papinian. lection.* 2, 7. *Barthius ad Claudian. in tert. conſul. Honorii*, *vers* 163. Boſius. Paullo ante pro *quum jam acc.* Leid. m. *cuidam acc.* Voſſ. B. *cum acc.* *Signata* habent tres mei Codices. Sueton. Claudio cap. 43. *Induxit & unum ex nomenclatoribus ſuis*, ſicut erat *togatus*. Ubi Caſaubonus etiam legit, *ſicut erat*, *togatum*.

4 *Sub pulvinum ſubjiciens*] Curtius 3. 6, 7. *Diu animo in diverſa verſato, nulli quid ſcriptum ſit enunciat, epiſtolamque ſigillo annuli ſui impreſſam, pulvino, cui incumbebat, ſubjecit.* quidam libri habent *ſub pulvinum.* Porro vides, quae fato manent, vitari non poſſe. Caeſar apud Sueton. c. 81. *Libellum inſidiarum indicem ab obvio quodam porrectum, libellis ceteris, quos ſiniſtra manu tenebat, quaſi mox lecturus commiſcuit.* Vide *Paterculum* 2, 57, 2. Ubi pulcre concludit: *Sed profecto ineluctabilis fatorum vis, cujuscumque fortunam mutare conſtituit, conſilia corrumpit, &c.* Gebhardus. Longol. & alii, *in pulvinum*: Sed noſtra lectio firmatur codd. Dan. & Boecl. Plane ſic *Plutarchus*: ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον ὑπέθηκεν. *Boſius.* Voſſiani A. B. *ſub pulvinum* approbante Cl. Burmanno ad Petronium Satyric. cap. 74. & ad Ovid. lib. 5. Metam. vſ. 350. Vide quae congeſſi ad Themiſtoclem cap. 7. n 1.

1 *Differo res ſev.*] Dictum Archiae hujus in proverbium abiiſſe, quod ad ſuam uſque aetatem in uſu fuerit, teſtatur *Plutarchus in Pelopida.* Magius. Quo etiam adluſiſſe *Plautus in Poenulo* videtur, *a.* 1. *ſc.* 3. *Res ſerias omnes extollo ex hoc die in alium diem.* Loccen. Mavult Schottus *ſerias.* Quod vero *Lambinus* verbum *differo* ejiciendum cenſet, quia Plutarchus εἰς αὔριον τὰ σπουδαῖα, ſolemni ſuo facit. *Gebhardus.*

2 *Omnes vinolenti ſunt interfecti*] Mſ. Codex habet: *vino pleni.* Neutrum rejicio, unum enim idemque ſignificant. Nam *vinolentus* Latinis eſt ebrius. Exempla triſtis ejuſmodi crapulae plura nuper dedi, in Σαββατισμῷ Cap. 7. §. 6. *Ernſtius.* Non adverſatur, uti *Lambino* viſum, Nepoti *Plutarchus*, cum Leontidam ſobrium fuiſſe tradit. Nepos enim de magiſtratibus epulantibus ſolummodo hoc tradit. Ceterum *vino pleni*, quod *Ernſtius* in ſuo cod. repperit, gloſſema puto. *Boſius.* Hiſtoriam hanc latius extendit Cl. Perizonius ad Aelianum L. 4. V. H. cap. 8. n. 1.

3 *Quum jam nox proceſſiſſet*] Nullum hic *Probus* de exulibus veſtitu muliebri ornatis verbum facit, neque *Diodorus.* Ceteri, *Xenophon*, *Plutarchus*, *Polyaenus*, mulierum nobilium noctes promiſſas fuiſſe, & juvenes exſules muliebri ornatu intro-

[1] Quibus rebus confectis, [2] vulgo ad arma libertatemque vocato, non ſolum qui in urbe erant, ſed etiam undique ex agris concurrerunt, praeſidium Lacedaemoniorum ex arce pepulerunt, [3] patriam obſidione liberaverunt, auctores Cadmeae occupandae partim occiderunt, [4] partim in exſilium ejecerunt.

CAP.

tromiſſos eſſe in domos tyrannorum, Lacedaemoniorum rebus ſtudentium, congruentes inter ſe narrant. *Lambinus.* Τῆς νυκτὸς προϊούσης, Salluſtius Jugurtha. *Sed ubi plerumque noctis proceſſit.* Gebhard. Voſſ. B. *cum jam non proceſſiſſent.*

1 *Quibus reb. confectis*] Paullo aliter *Plut.* p. 284 Boſius.

2 *Vulgo ad arma libertatemque vocato*] Quod faciebant vel voce vel etiam propoſitis libellis, qui praeſentem ſtatum ibant imminutum. *Diodorus* 15. Ἔπειτα τοὺς πολίτας ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν παρακαλέσαντες, συνεργοὺς ἔσχον ἅπαντας τοὺς Θηβαίους. Tacitus 4. A. 27. 2. *T. Curtiſius poſitis propalam libellis ad libertatem vocabat agreſtia per longinquos ſaltus & ferocia ſervitia.* Pacuvius Duloreſte.

—— *Ex templo Aegiſthi fidem*
Nuncupantes conciebant populum.

Cicero pro Rabirio. *Cum ad arma conſules ex Scto vocaviſſent.* Gebhardus.

3 *Patriam obſid. liberav*] Non quod eam obſiderent, ſed quod arcem tenebant Lacedaemonii, quo fiebat, ut quaſi obſeſſa teneretur urbs Thebanorum & clauſa. Ita ſupra 7. 4, 7. & 16. 1, 3. *Buchnerus.* Leid. & Voſſ. A. *Liberarunt.*

4 *Partim in exilium ejec.*] Sic Auctor ſupra in hac ipſa Pelopidae vita Cap. 1. § 4. loquitur: *alios*, inquit, *in exilium ejecerant.* Magii liber hanc lectionem quidem probat; ſed non ſatis recte ſcribit: *alios in exilium.* Quare Budaeum hoc loco fruſtra refutare conatur. Prior Boecleri editio cum aliis legit. *Partim in exilium ejecerunt.* In Schoppii vet. Cod. fuit. *Partim, exilium ejecerunt.* Sed nihil mutandum eſt. *Ernſtius.* *Schoppius* ait in v. c. legi *partim exſilium ejec.* laudatque illud Catulli carm. 34. *Cur non exſilium malasque in oras Itis?* & hoc Accii in Phoeniſſis: *Juſſit proficiſci exſilium quovis gentium.* Sed apud Catullum nil prohibet τὸ *in* aeque ad *exſilium*, ac ad *oras*, referre. Accius ἀρχαΐζει, ac praeterea poëta eſt. Nec opus, ut cum *Voſſio* transponamus verba. etſi non inficior ſimiles ellipſes in ſcriptoribus priſcis reperiri: quod inter alios idem *Voſſius* obſervavit, *cap. 65. de conſtructione.* In Schoppiano codice τὸ *in* facile ultima proximae vocis abſorbere potuit. Et ipſum hanc lectionem poſtea improbaſſe, ex eo colligas, quod in *addition. ad Minervam Sanctii* p. 363. cum reliqua duo loco commemoraſſet, hunc omiſit. *Boſius.* Pro *ejecerunt* Leid. m. *venerunt.* Mox pro *diximus* Idem & Voſſ. A. *docuimus.* Quam veram eſſe lectionem puto: Verbum enim hoc ſaepius pro narrare, certiorem facere, indicare ponitur, ut ſupra in Miltiade c. 6. *Cujus victoriae non alienum videtur,*

quale

CAP. IV.

Hoc tam turbido tempore, ſicut ſupra docuimus, 1
[1] Epaminondas, [2] quoad cum civibus dimicatum
eſt, domi quietus fuit. Itaque haec [3] liberandarum
Thebarum [4] propria laus eſt Pelopidae: ceterae fere
omnes communes cum Epaminonda. Namque [5] in 2
Leuctrica pugna, imperatore Epaminonda, hic fuit
dux [6] delectae manus, quae prima phalangem pro-
ſtravit Laconum. Omnibus praeterea periculis adfuit.
Sicut Spartam quum oppugnavit, alterum tenuit cor- 3
nu:

quale praemium Miltiadi ſit tributum, docere. Florus lib. 3. cap. 5. n. 16. *Sed fiduciam oppidanis reſiſtendi nuntius fecit*, docens *adventare Lucullum.* Quomodo & Litterae aliquem *docere* dicuntur a Cicerone Lib. 3. ad Fam. Ep. 6. pag. 136. & *docere* pro per legatos vel literas aliquid alteri indicare poni J. Arntzenius docet ad Victorem de V. Illuſtr. cap. 30. n. 2. Virg. 4. Aen. vſ. 116. *Paucis adverte*, docebo. Juſtinus l. 1. cap. 10. n. 16. eo ſignificatu *edocere* poſuit, & ita paſſim.

1 *Epaminondas, quoad cum civib. dimic.*] Leid. m. *Epaminundas* & a Voſſ. A. abeſt praepoſitio *cum.* quomodo *certare alicui* Virg. Ecl. 5. vſ. 8. & 2. Georg. v. 138. ad quae loca Servius videndus, & *pugnare puellae* Propert. Lib. 1. El. 10. vſ. 21. Sed nihil hic mutandum duco.

2 *Quoad cum civib. dimic. eſt*] Vide *Plutarch. de genio Socr. p.* 567. *&* 594 Buchner. Adde ad 5. 10. 3. *Boſius*.

3 *Liberandarum Thebarum propria laus*] Hanc locutionem illuſtravit Cel. J. Perizonius ad Sanctii Minervam lib. 1. cap. 15. n. 8. pro *c. f. omnes communes.* Leid. m. *ceterae f. communes*. Pro *fere* Voſſ. B. *ferme*.

4 *Propria laus eſt Pelopidae*] Quam ei quoque adſcribit *Diod.* 15. Gebhardus.

5 *In Leuctr. pugna*] Quae commiſſa eſt Anno ante Chriſtum natum MCXXC. Vide ſupra 15, 6, 4. *Ernſtius*. Mſc. Boecl. deeſt praepoſitio. *Boſius*. Abeſt & a Leid. meo & Voſſianis A. B. Quae praepoſitio in talibus ſaepe omitti ſolet. Explicari etiam poteſt: *Quando Leuctrica pugna pugnabatur.* Vide Cl. Oudendorp. ad J. Obſequentem de Prodigiis cap. 61. & Cortium ad Cic. 10. Fam. Ep. 32. n. 7. qui tamen ad L. 1. ad Fam. Epiſt. 4. n. 6. J. Obſequenti praepoſitionem reſtitui mavult.

6 *Delectae manus*] Conſtantis trecentis amatoribus conjuratis aut vincere aut una perire. Haec cohors ſive manus inſtituta eſt a Gorgia, dictusque ἱερὸς λόχος. *Polyaen. lib.* 2. Sacrae huic manui haud diſſimiles fuiſſe reor Soldurios, de quibus *Caeſar* 3. *Comment.* 22. *de bell. Gall.* Gebhardus. De cohorte hac multa *Plutarchus Pelopida*. Boſius.

1 *Meſſe-*

nu: quoque [1] Meſſena celerius reſtitueretur, legatus in Perſas eſt profectus. Denique haec fuit [2] altera perſona Thebis, ſed tamen ſecunda, ita ut proxima eſſet Epaminondae.

CAP. V.

1 Conflictatus autem eſt cum adverſa fortuna. Nam & initio, ſicut oſtendimus, exſul patria caruit: & [3] quum Theſſaliam in poteſtatem Thebanorum cuperet redigere, [4] legationisque jure ſatis [5] tectum ſe arbitraretur, [6] quod apud omnes gentes ſanctum eſſe con-

1 *Meſſena celeriter reſtitueretur*] Diruta atque everſa inſtauraretur atque incolis frequentaretur. *Reſtituere* hic eſt ἀνοικίσαι. Superius Epaminonda; *Neque prius bellare deſtitit, quam Meſſana reſtituta urbem eorum obſidione clauſit.* Ut ibidem docti e Mſſ. libris corrigunt. Diodor. l. xv. Πρὸς ἢ τὸν Περσῶν βασιλέα πρεσβεύσας, ἐν ταῖς κοιναῖς ὁμολογίαις τὴν Μεσσήνην κατ' ἰδίαν παρέλαβεν, ἣν ἀνάστατον οὖσαν ἔτη τριάκοντα Θηβαῖοι πάλιν ἀποκατέστησαν. *Gebhard.* Pro *Meſſena* Leid. m. *eſſent*. Voſſ. A. *Eſſena.* B. *Meſena. Reſtituere urbem* dixit etiam Florus lib. 1. cap. 13. n. 19.

2 *Altera*] Vid. Ind. mox *Barthius* legebat: *ſed tamen ita ſecunda, ut pr. e. Ep.* Boſius.

3 *Quum Theſſaliam in poteſtatem redigeret*] Imperio Thebanorum adjiceret atque ſubjiceret. Curt. lib. IX. cap. 35. *Quas gentes redigit in poteſtatem.* Vellejus lib. II. cap. 37. *Et aliae reſtitutae populo Romano; aliae tum primum in ejus poteſtatem redactae ut Syria, quae tum primum facta eſt ſtipendiaria.* Idem cap. 94. *Cum legionibus ingreſſus Armeniam, redacta ea in poteſtatem populi Romani regnum ejus Artavaſdi tradidit.* Curt. lib. IV. cap. 4. *magnam partem Aſiae in ditionem redegi meam.* Gebh.

4 *Legationisque jure*] Nulla legationis fit mentio neque apud *Diodorum*, neque apud *Plutarchum. Diodorus* hoc tantum ſcribit, Pelopidam & Iſmeniam, cum Alexandro Pherarum tyranno obvii facti eſſent, temere & ſine ulla probabili ratione ab eo comprehenſos eſſe, & in cuſtodiam datos. *Lambinus.* Legationem tamen ad Alexandrum Pheraeum iterum obiiſſe Pelopidam, *Polybius* auctor eſt *lib.* 8. *Publica amicitia*, quâ fretum fuiſſe, *Pauſanias Boeoticis* ait, legationem non evincit. *Boſius.*

5 *Tectum*] Sic libri meliores. Alii, *tutum. Tectus* idem ac ſalvus, tutus, defenſus. vid. Ind. *Boſius.*

6 *Quod apud omnes gentes ſanctum e. c.*] Peccarunt igitur contra jus gentium Fidenates Romanorum hoſtes; quod, ut ſine ſpe veniae fortius dimicarent, legatos ad ſe miſſos interfecerint. Auctor de Viris illuſtribus, qui creditur eſſe Aurelius Victor, c. 25. Nam *legati nomen etiam inter hoſtium impune verſari*

conſueſſet, [1] a tyranno Alexandro Pheraeo ſimul cum [2] Iſmenia comprehenſus, in vincula conjectus eſt. [3] Hunc Epaminondas recuperavit, bello perſequens 2
Alexandrum. Poſt id factum, [4] nunquam is animo placari potuit in eum, a quo erat violatus. [5] Itaque perſuaſit Thebanis, ut ſubſidio Theſſaliae proficiſcerentur, tyrannosque ejus expellerent. Cujus belli 3
quum ei ſumma eſſet data, eoque cum exercitu profectus eſſet, non dubitavit, [6] ſimul ac conſpexit hoſtem, confligere. In quo praelio Alexandrum ut 4
animadvertit, [7] incenſus ira equum in eum concitavit, proculque [8] degreſſus a ſuis, conjectu telorum con-

ſari debet. Cicero 3. in Verr. vide Grotii lib. 2. de Jure Bell. ac Pacis cap. 18. *Ernſt.* In Mſc. Boecl. corrupte erat: *quod apud eos gentes factum eſſe conſueſcet.* Scriptum fuerat *apud oes.* Pro *ſanctum* etiam alii libri *factum* habent. quod recte *Schottus* improbat in *notis ad ſcript. de viris illuſtr. c* 25. Edita lectio firmatur mſc. Danielis, & ſimilibus aliorum ſcriptorum locis, quae congeſſit *Grotius in adnotat. ad* 2. *de J. B. & P. cap.* 18, 1. ubi & de re ipſa prolixe agit, mox mſc. Boecler. *ſimiliter cum hiſmenia.* An fuit *ἀρχαϊκῶς ſimulter*, quo *Plautum Pſeud* 1, 3, 148. pro *ſimul* uſum volunt? *Boſ.* Voſſ. B. *quod apud eos gentes factum e. c. Sanctum* eſt inviolatum, ſive inviolabile. Vide ad Ageſilaum cap. 4. & de ſancto legationis jure, quos laudat Erud. Arntzenius ad Victoris locum a Boſio citatum.

1 *A tyranno Alexandro*] A quo contra fas in vincula conjectus, magnitudinem animi ſatis declaravit: uti videre eſt apud Plut. in vita ejus, & *ἀποφθ'. βασιλ.* 71. cum ſeq. *Ernſt.*

2 *Iſmenia*] Leid. m. *ii ſine vit.* pro vincula. Voſſ. A. *vincla.*

3 *Hunc Epaminondas recuperavit*] Quo conſilio, qua arte, quaque moderatione uſus, narrat *Plut.* Lamb.

4 *Nunquam is*] Mſc. Boecl. *nunquam ſe.* Dan. *nunquam animo plac. pot.* Boſius. Voſſ. B. etiam *nunquam ſe.*

5 *Itaque perſuaſit Theb.*] Paullo aliter *Diodorus* & *Plutarchus.* Lamb.

6 *Simul ac conſpexit hoſtem*] Sic *Diodor.* & *Plutarchus.* Lambin. Pro *confligere* Leid. m. *comfingere.*

7 *Incenſus ira, equum in eum conc.*] *Plutarchus* ob id factum, Pelopidae temeritatis notam inurit. *Magius.*

8 *Degreſſus*] Leid. & q. edd. *digreſſus.* mox *concidit* eſt in Dan. Leid. Vulgati, *cecidit.* Boſ. Leid. m. & Voſſ. A. B. *digreſſius* Pro *conſeſſus* Voſſ. B. *confoſſus.* Pro *cecidit* Leid & Voſſ. A. B. item Cod. P. Dan. *concidit.* Eadem varietas in Eumene c. 11. *Cur non in praelio* occidiſti *potius.* Leid. m. ibi *cecidiſti.* Voſſ. B. *concidiſti.* Quid ſi utroque in loco *decidit* & *decidiſti* reponamus? de quo verbo eleganter diſputavit Cl. Burmannus ad Ovid. Ep. 4. Her. vſ. 94 & ad 10. Met. fab. 1. vſ. 10. ſed ſequi malo Mſtorum fidem.

 1 *Se-*

Digitized by Google

confoſſus concidit. Atque hoc [1] ſecunda victoria accidit. nam jam inclinatae erant tyrannorum copiae.
5 Quo facto, [2] omnes Theſſaliae civitates interfectum Pelopidam [3] coronis aureis & ſtatuis aeneis, liberosque ejus multo agro donarunt.

1 *Secunda victoria*] Scribendum *Victoria*: propitia Victoria, cum jam ſe inclinaſſet ad Theſſalos victoria. Robertus Titius lib. IV. Controv. locor. cap. 8. conjecerat *Secuta Victoria*. Curt. lib. IV. cap. 105. *Ariſtander in candida veſte praeibat preces regi Jovem, Minervam, Victoriamque propitianti.* Juſtinus lib. V. 4. *Hunc quaſi de coelo miſſum, & ut ipſam Victoriam contuentur.* Gebhard. Corruptus hic locus *Lambino* videtur: itaque ſatis audacter *ſecunda pugna* reſcribendum putat. Sed ſana omnia ſunt, & nihil mutandum. Meliore loco Thebanorum fuiſſe, quam Lacedaemoniorum res, ex eo conſtat, quod Noſter dicit, *eorum copias jam inclinatas fuiſſe*, molitasque fugam: quod victoriae initium fuit. Quamvis autem ducis intervenerit caſus, quod alias plurimum damni adferre ſolet, & impedire victoriae curſum; nihilominus tamen non deſeruiſſe fortunam Thebanos ſignificat, atque ſic victos profligatosque penitus tyrannos fuiſſe: quod *ſecundam victoriam*, quaſi *ſecundum ſolem* Nigidius [apud *Gellium* 2, 22.] dixit, quod ſequeretur Thebanos, & minime eos deterreret. Ita *ſecundum currum* Virgilius dixit, qui pergit decurrere, nec impeditur. Ita enim I. Æn. v. 156. *Flectit equos, curruque volans dat lora ſecundo. Secundum amnem* & *fluvium* idem dixit, qui prono alveo devehit, & ſequitur adeo vehentes. Quemadmodum & *ſecundum ventum* dicimus, qui ſequitur a tergo, & navem impellit, quem *ſecundantem* Tacit. 2. *Ann.* 24. Haec *Buchnerus* in *acceſſ. ad Theſ. Fabri col.* 1245. *&* 46. ubi & *Nigidii* locum explicat. *Lambini* audaciam caſtigavit etiam *Rob. Titius locor. cont.* 4, 8. Sed quod ipſe reponit *ſecuta victoria*; comparatque cum illo Velleji 1, 2, 3. *Athenienſes ſequuta victoria eſt*: eo opus haud eſſe, e dictis apparet. Sicut & illud, non eſſe cur *ſuis*, quod vir doctus volebat, ſubaudiamus. In Mſ. Boecl. eſt, *Atque haec ſecunda victoria accidit*. Dictum videri poſſit, ut illud 2, 5, 3. *Haec altera victoria &c.* ni repugnaret, quod ſequitur, *nam jam inclinatae &c.* Mutavit, opinor, librarius, quod τὸ *ſecunda* non intelligeret. *Boſius*. Voſſ. B. *Atque haec ſecunda victoria accidit.*

2 *Omnes Theſſ. civit.*] Pelopidam a Theſſalis, quibus opem tulerat, ſplendide fuiſſe ſepultum, inter eos, quos Dn. Boeclerus citat, potiſſimum referunt Plut. in ejus vita, & Diodorus 15. *Ernſtius*. De honoribus Pelopidae poſt mortem habitis prolixe *Plutarchus in vita, pag.* 296. Boſ. Pro *Theſſaliae*. Voſſ. B. *Theſaliae*, uti ſupra *Theſaliam* pro *Theſſaliam*.

3 *Coronis aureis*] Vid. Ind. Mox mſc. Boecl. *& ſtatuis. liberosque ejus agro donarunt*. Unde haud vane colligas, cetera, quae vulgo adjiciuntur, a gloſſa eſſe. *Boſius*. *Æneis* & *multo* abſunt a Voſſ. B. *Donarunt* pro *donaverunt* tres mei Codices.

XVII.

XVII. AGESILAUS.

Cap. I.

[1] AGESILAUS LACEDAEMONIUS, cum 1
a ceteris ſcriptoribus, tum eximie [2] a Xeno-
phonte Socratico collaudatus eſt. [3] Eo enim [4] uſus
eſt familiariſſime. Hinc primum de regno cum [5] Leo- 2
tychide, fratris filio, habuit contentionem. Mos
eſt enim a majoribus Lacedaemoniis traditus, ut duos
haberent ſemper reges, [6] nomine magis quam impe-
rio,

1 AGESILAUS memoratur *Herodoto lib. 7. Plutarcho in vita, & alibi: Xenophonti in Ageſilao & rebus Graecis: Polyaeno 2: Pauſaniae Laconicis: Diodoro 14. & 15. Polybio 3. Athenaeo 14. Æliano var. hiſt. 7. 13. 10, 20: 14, 27. Juſtino 6. Frontino ſaepius: Val. Max. 7, 2. ext. 12. Ciceroni ſaepius.* Boecler. Elogium ejus habes apud *Diodorum 15. pag.* 473. In Mſ. Dan. *Hageſilaus* ſcriptum erat & heic & ſupra. *Boſ.*

2 *A Xenophonte*] Cujus librum de hoc rege valde praedicat M. Tullius Epiſtola ad L. Lucceium lib. 5. ad Fam. Ep. 12. *Ernſtius.* Exſtat laudatio haec praeſtantiſſimi Philoſophi ac ducis, Socratis cum Platone auditoris Scripſit & *Plutarchus de vita Ageſilai*, itemque *apophthegmata*, praeter *Laconica.* Simultatem autem cum Platone exercuiſſe, multis colligit argumentis *Athenaeus* XI. & *Agellius* 14, 3. Hic tamen falſo efficere conatur, neutrum alterius odii cauſſa meminiſſe, cum *Xenophon* in *Ἀπομνημονευμάτων lib.* 3. ejus meminerit, ut ante *Muretum* 5, 14. *Var. lect.* notavit *Laertius in Platonis vita.* Schottus. De cognomine *Socratici* adi Ind. Pro *collaudatus* vitioſe q. edd. vett. *collatus.* Boſius. Pro *Socratico* Voſſ. A. & B. *Sacratico.*

3 *Eo enim*] Aliam reddit cauſam *Themiſtius Orat. ad Caeſarem*; idcirco Ageſilai vitam literis mandaſſe, quod ejus opera a Spartanis agro donatus eſſet. *Schottus.*

4 *Uſus eſt familiariſſime*] Quaerit *Lambinus*, Xenophonne Ageſilao, an hic illo; & illud potius cenſet. Ego poſterius. nam *uſus* eſt idem qui *collaudatus*. Xenophontem ſecum & in precio habuiſſe, etiam *Plutarchus* ait *in apophthegmatis Laconinis.* Boſius.

5 *Leotychide*] Leid. m. *Leontychide.*

6 *Nomine magis*] Quippe Spartanorum regum imperium Ephororum & Senatus auctoritate circumſcriptum erat. Quod pluribus exponunt *Ariſtoteles 2. polit. 4. 7. 10. & 4 Pol. 9. Xenophon, Cragius & Emmius de Rep Laced. Polybius lib.* 6 & alii. *Locc.* Adde *not. ad* 4, 3, 4. *Boſius.* Vult Nepos indicare, Lacedaemoniorum reges fere nihil niſi nomina eſſe; imperium vero penes alios, puta Ephoros & Senatum fuiſſe. In Regibus cap 1. n. 2. dixit

Age-

rio, [1] ex duabus familiis [2] Procli & Euryſthenis; qui [3] principes ex progenie Herculis Spartae reges fue-
4 runt. [4] Harum ex altera in alterius familiae locum fieri non licebat. [5] Itaque utraque ſuum retinebat ordinem. [6] Primum ratio habebatur, [7] qui maximus natu

Ageſilaum *nomine*, non *poteſtate* fuiſſe regem; quomodo in Conone c. 1. *Hunc adverſus Pharnabazus habitus eſt imperator, re quidem vera exercitui praefuit Conon.* Eodem modo hujuſmodi reges poſſes etiam vocare *nomina vana.* vide cl. Oudendorp. ad Lucanum lib. 1. vſ. 313. Nic. Heinſii & Graevii Epiſtolas mutuas n. 476. & 477. & cl. Burm. ad Ovid. lib. 1. Art. Amat. vſ. 739. Sic ὄνομα adhibuit Euripides in Phoeniſſis vſ. 555. *Τί δ' ἐστι τὸ πλέον;* ΟΝΟΜΑ *ἔχει μόνον.* *Traditus* quod praeceſſit, proprium *huic* rei verbum eſt. Tibull. 2, 1, 2. *Ritus ut a priſco* traditus *exſtat avo.*

1 *Ex duabus familiis*] Quarum genealogiam habes apud *Henning.* *tomo* 3. *theatri genealog. pag.* 465. *& deinceps*, aliosque. Ceterum *Plutarchus* Lyſandro & in apophthegm. Lacon. *Eurypontidas* & *Agidas* vocat, nam, ut diſerte *Pauſanias* teſtatur *in Laconicis*, qui antea *Proclidae*, poſt ab Euryponte, Procli ex Soo nepote; qui *Euryſthenidae*, ab Agi, Euryſthenis F. nomen acceperunt: ut jam a *Lambino* obſervatum eſt. Adde *Cragium* 2, 2. *Magius* adnotat, noſtrum *e duabus familiis* idcirco dicere, quia, cum praeter has plures eſſent Spartae Heraclidarum familiae, ex reliquis, ut *Plutarchus* ait, nullus per generis nobilitatem plus, quam alii, in rebus urbanis poterat. *Boſius.*

2 *Procli*] Sic Mſſ. meliores & edd. vet. Atque ſic & *Cicero* extulit *de divinat.* 2, 43. *Proclus & Euryſthenes, Laced. reges*: & mox: *anno enim Procli vita brevior fuit.* Quod mirum *Longolio* viſum, cum Graecis Προκλῆς vocetur. Atque ſic & alibi noſter: de quo ad 2, 1, 1. Sic item alii, *Perſi*, *Verri*, *Achilli*: ut adnotavit *Dan. Pareus ad Salluſtii Fragment. cap.* 30. Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. *Procli*. B. *Precli*. pro *Euryſthenis* Leid. m. *Eryſthenis*. Voſſ. A. *Eriſthenis*.

3 *Principes*] I. e. primi. nam ante eos Pelopidae, tertia regum Spartanorum familia, regnabant. vid. *Crag. l. c.* Pari ſenſu vox haec exſtat 8, 1, 5. & 22, 3, 3. *Boſius.*

4 *Harum*] Longol. & Mſ. Schotti, *Horum*: ut ad *reges* referatur. Sic ſubaudiendum eſſet *neutrum* vel *nullum.* Sed alterum magis congruum videtur. Ad *τὸ fieri* ſubaudi *regem.* Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. B. *horum.* Verbum vero *fieri* ſaepiſſime pro magiſtratum vel regem &c. creari poni ſolet. Coelius ad Ciceronem lib. 8. ad Fam. Ep. 3. *Nam mea, ſi fio,* (id eſt, ſi aedilis creor) *forſitan cum locupletiore referam.* Conſule Celeb. Burmann. ad Quinctilian. lib. 5. Inſtit. Orator. cap. 10. p. 425.

5 *Itaque utraque*] Sic diſerte Leid. Etiam optima ed. Ultraj. *Ita utraque.* melius multo, quam alii *uterque.* nam *ordinem*, ſucceſſionis ſcil. de quo mox ſequitur, non per-

Digitized by Google

natu eſſet ex liberis ejus, qui regnans deceſſiſſet. ſin is virilem ſexum non reliquiſſet, [1] tum deligebatur, qui proximus eſſet propinquitate. [2] Mortuus erat 4
Agis rex, frater Ageſilai. filium reliquerat Leotychidem, quem ille [3] natum [4] non agnorat: eundem mo-

perſonae, ſed familiae retinebant. De ordine illo plura *Cragius l. c.* Boſius. Pro *itaque* Voſſ. A. *ita.*

6 *Primum ratio habebatur*] Etiam haec lectio eſt meliorum libb. ut Dan. Leid. &c. At Longolius edidit; *primum ideo habebat*: Magius & Lambinus: *primus in eo habebatur.* quam ſcripturae varietatem *Schottus* e notarum compendiis ortam cenſet. Addere poterat, pro-vocabulum *ejus* omiſſum corruptelae occaſionem praebuiſſe. Omiſſum autem videtur, ne mox repeteretur. *Boſius.* Locutio deſumpta a candidatis Romanis. Romae enim dicebatur *illius haberi ratio*, qui in numerum candidatorum recipiebatur, cui licebat petere magiſtratum. Vide cl. Graevium ad Ciceronem l. 6. ad Fam. Ep. 6.

7 *Qui max. natu*] Idem teſtatur *Herodotus lib.* 6. Magius. Hujuſmodi non ſolum inſtitutum Romanorum erat, ſed etiam lex quaedam aut conſuetudo gentium eſt, ex ordine naſcendi ac natura orta. Vid. *Grot. de J. B. & P.* 2, 7. 13. Loccenius. adde plane eximiam commentationem *Ampliſſ. Boecleri ad Grotii* 2, 7, 18; *pag.* 307. *& deinc.* Boſius.

1 *Tunc deligeb.*] Praetulerim, quod eſt in ed. Longolii, *tum deligeb.* ſi ſcripti libri addicerent. Boſ. Leid. m. Voſſ. A. *deligebatur*. B, *diligebatur.*

2 *Mortuus erat Agis*] De morte Agidis & ſepultura lege *Xenophontem* 3. *de reb. Graec.* Lambinus. Mſ. Dan. *Hagis*; ut *Hageſilaus.* Boſius. Pro *Leotychidem.* Leid. m. & Voſſ. A. iterum *Leontychidem.*

3 *Natum*] Nempe pro filio Proprie enim filius, ſive filii nomen, ad eum tantum pertinet, qui ex legitima conjunctione & matrimonio natus eſt. L. Filium 6. D. De his, qui ſui vel alieni juris ſunt. L. Quia 5. D. de in jus voc. Recte igitur Pollux Onomaſt lib. 3. cap. 2. Sect. 3. inter γνήσιον & νόθον diſtinguit. Ille ex legitima conjuge procreatus eſt, hic vero ex pellice. Leotychidem quod attinet, ſi verum eſt, quod Plut. in Agide, & Athenaeus lib. 12. de eo referunt, patrem nimirum habuiſſe Alcibiadem, non quidem nothus, ſed ſpurius, & adulterinus filius ex adulterio conceptus eſt. Si vero Pauſaniae fides habenda eſt, legitimus fuit. Et recte ſibi & filio huic ſuo rex Agis conſuluit, qui improbam ſuſpicionem, quam de conjuge Timaea & filio ejus receperat, ante obitum depoſuerit: licet dimovere eam non potuerit ab aliorum animis. Secunda Boecleri editio legit, *quem ille vivus non agnorat.* Ernſt. Sic Long. & Mſſ. Dan. Leid. Boecl. Sed Magio inſpecti, & plerique editi *vivus* vel *vivens*: prius *Lambino*, poſterius *Gebhardo* placebat. Verum utrumque haud dubie a ſcioli cujusdam manu eſt, qui *morienti* putabat *vivum* opponendum eſſe: ut in Inſtit ut.

moriens [1] ſuum eſſe dixerat. Is de honore regni cum Ageſilao ſuo patruo contendit: neque id quod petivit,
5 vit, conſecutus eſt. Nam Lyſandro [2] ſuffragante, homine, ut oſtendimus ſupra, factioſo, & his temporibus potente, Ageſilaus antelatus eſt.

CAP.

ſtituit. Juſtiniani, tit. *de Lege Fuſia Canin toll. Natum*, i. e. cum natus eſſet. Tempus tempori opponit. Non igitur opus ſubaudire *ex ſe.* Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. B. exhibent *natum.*

4 *Non agnorat*] Quia Alcibiadis filius putabatur. Stupri enim commercium Alcibiades cum Timaea Agidis uxore habuit. Lege, quae de hoc adulterio retulit *Athenaeus* 12. 16; & ſcripta reliquit *Plutarchus in Alcibiade, Lyſandro, & Ageſilao.* Magius. *Pauſanias in Laconicis* ſcribit, Agidi mali genii impulſu hoc in mentem veniſſe, ut audientibus Ephoris diceret, ſe non putare Leotychidem filium ſuum eſſe. *Lambinus.* adde *Plutarchum de tranquillit. animi pag.* 467. *F.* Boſius.

1 *Suum eſſe dixerat.*] Quo pacto id conſecutus ſit lacrymis Leotychides, docet *Pauſanias.* Longol. adde *Plutarch. Ageſilao.* Mſ. Boecler. *duxerat.* corrupte. *Boſius.* Voſſ. B. etiam *duxerat.* Mox verbum ſubſtantivum *eſt* poſt *conſecutus* abeſt a Voſſ. A

2 *Suffragante*] Adnitente, commendante vid. Ind. De re *Xenoph.* 3. *h. Gr.* & inde *Plutarch. Ageſilao.* Boſius. Voſſ. B. *Lyſandro homine ſuffragante, homine, ut oſt.* &c. Pro *his* Voſſ. A. *iis.*

3 *Imperii*] Sic Mſcr. Dan. At Boecler. & quidam edd. *imperio.* Paullo ante Long. & alii, *ſimulac.* Boſius.

4 *Perſuaſit Laced.*] Ita fere & *Xenophon in Ageſilao.* Idem tamen *h. Gr* 3. & *Plut. in vita*, Lyſandri impulſu id factum ajunt in Aſiam reverti & ſuis illic amicis opitulari cupientis. *Boſius.*

5 *Ut exercitum emitt.*] Bellicoſa erat Lacedaemoniorum natio. Itaque ne artem dediſcerent, vel quaerebant bella. *Buchnerus.* Mſ. Boecl. *exercitus:* ſed unicum fuiſſe, ſex millibus militum conſtantem, e *Diodoro* 14. conſtat. *Xenophon h. Gr.* 3. bis mille: & *in Ageſilao* ter mille novos cives addit. *Boſius.* Voſſ. B. *exercitus.*

6 *In Aſiam*] Nempe in hoſticum, & ipſius hoſtis ſinum ac viſcera transferendum: non autem ad ſocios & confoederatas provincias. Infra 23, 8, 3. Antiocho ſuadet, ut *propius Tiberim, quam Thermopylas, de ſumma imperii dimicaret.* Ut caetera taceam; Res hoſtis, in cujus ſinum irruptio facta eſt, conſumentur, territorium detondebitur, atque ita miles noſter copiis hoſtis ſe alet & ſuſtentabit. Hanc mihi rationem approbavit *Xenophon Ageſilao:* καὶ τὰ κἀκείνων (Perſae) δαπανῶντα μᾶλλον ἢ τῶν ἑλλήνων βλάπτεσθαι. Hoc conſilium fuit Timoleontis apud *Diodorum* 16. Ἔδοξε δ' αὐτῷ τὸν πρὸς φοίνικας ἀγῶνα συστήσασθαι κατὰ τὴν τῶν Καρχηδονίων ἐπικράτειαν, ὅπως τὴν μὲν τῶν συμμάχων χώραν ἀσινῆ διαφυλάξῃ, τὴν δ' ὑπὸ τοῖς βαρβάροις οὖσαν καταφθείρῃ. Et Darii ibid. *l.* 17. quo

Cap. II.

Hic ſimulatque 3 imperii potitus eſt, 4 perſuaſit 1 Lacedaemoniis, 5 ut exercitum emitterent 6 in Aſiam, 7 bellumque 8 regi facerent: docens, 9 ſatius eſſe

quo poſt Philippi exceſſum contendebar, molem belli ex Aſia in Europam atque Macedoniam derivare. Juſtinus 13, 6, 11. *Quibusdam placebat bellum in Macedoniam transferri, ad ipſum fontem & caput regni.* Vide eundem 31, 5. verbis Annibalis *Gebhard.* Adde orationem Scipionis apud *Livium* 28, 43. & 44. Boſius

7 *Bellumque facerent*] Tacit. 3. Ann. 18. *Quando M. Antonii, qui bellum patriae feciſſet, nomen maneret.* Juſtin. l. 3. *Peleponenſes immiſerunt, qui bellum Athenienſibus facerent.* Gebh. Noſter in Dione cap. 4. *ſibique bellum facere conari.* Vide Cl. Cortium ad Salluſt. Catil. cap. 26. n. 5. qui probam eſſe locutionem monſtrabit. Cui adde Cl. Burmannum ad Ovidium l. 8. Metam. vſ. 58. & Torrenium ad Valerium Maximum l. 5. cap. 4. n. 18.

8 *Regi*] Abſolute poſitum, pro *regi Perſarum.* Adi Indicem. *Boſius.* *Rex Perſarum* per excell. *rex* & *magnus rex* vocabatur. Ariſtophanes Acharn. vſ. 647. Ὅτι καὶ ΒΑΣΙΛΕΥΣ Λακεδαιμονίων τὴν πρεσβείαν βασανίζων. ubi Schol. v. ΒΑΣΙΛΕΥΣ, ὁ μέγας Περσῶν, Euſtathius ad Dionyſium Periegeten vſ. 1056: Μόνοι οἱ Πέρσαι ἔθνος ἔχουσιν Ἀσίας ΒΑΣΙΛΕΥΤΑΤΟΝ. καὶ ΜΕΓΑΣ διὰ τοῦτο ἐλέγετο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ὁ τῶν Περσῶν, ὡς καὶ ὁ Κωμικὸς δηλοῖ. & apud Eundem Scholiaſtem vſ. 1069 exſtat Epigramma hoc de Cyro Perſarum rege

Ἔνθαδ' ἐγὼ κεῖμαι Κῦρος ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΗΩΝ.

Id eſt. Omnium regum maximus. ut Cicero lib. 9. ad Fam. Ep. 14. *Quod ipſi Agamemnoni regi regum fuit honeſtum habere aliquem in conſiliis capiundis Neſtorem.* Vide Doctiſſ. Alberti ad Apocalypſin Joannis cap. 19. comm. 16. Sic Florus lib. 2. cap. 6. n. 35. *Saevitum in urbes*, urbemque urbium *Carthaginem.* Ubi conſule Cl. Dukerum. κακὰ κακῶν pro malis graviſſimis Sophocl. Oed. Col. vſ. 1301. ἐχθροὶ ἐχθρῶν pro hoſtibus infeſtiſſimis Eurip. in Andromache vſ. 521. Vide & Suidam in voce ἔσχατα ἐχθρῶν. Sed ad rem redeamus. Perſarum reges per excell. non tantum *reges*, & *reges magnos*, ut praeter alios etiam oſtendit Cl. Weſſeling. lib. 2. Obſ. cap. 9. ſed quoque *regum reges* vocari docet Celeb. Burmannus ad Rutilium Iter. lib. 1. vſ. 85.

9 *Satius eſſe in Aſia, &c.*] Ut averteretur eo bellum, unde alias exſpectandum erat, cum minori patriae periculo, majori hoſtium damno. Guſtavi Magni dictum erat: *Satius eſſe equum hoſtium ſepibus, quam hoſtes noſtris alligare.* Plura de hoc argumento *Machiav. Diſcurſ. in Liv.* 2, 12. Loccenius. Non laudat tamen *Iſocrates* hunc Ageſilai conatum, in *oratione ad Philippum*, eo quod non prius Graecos inter ſe conciliarit, quam regi Perſarum bellum inferret. *Lambinus.* Iſocra-

eſſe in Aſia, quam in Europa [1] dimicari. Namque fama exierat, Artaxerxem comparare [2] claſſis, pedeſtrisque exercitus, quos in Graeciam mitteret. Data po-
2 teſtate, tanta celeritate uſus eſt, ut prius in Aſiam cum copiis [3] perveniret, quam regii ſatrapae eum ſcirent profectum. Quo factum eſt, [4] ut omnes impa-
3 ratos imprudentesque offenderet. Id ut cognovit Tiſſaphernes, qui ſummum imperium tum inter prae-
fectos

tes Orat ad Philipp. Ageſilai negligentiam reprehendit, cupiditatesque ejus inter ſe non conſentientes coarguit, & convincit pag 99. *Ernſtius.*

1 *Dimicari*] Ita Mſſ. Dan. & Boecler. Quod ſperni non debet. nam ſic & alibi loquitur. Vide 4, 5, 1. & 16, 1, 3. Vulgo editur, *dimicare.* quomodo 1, 5, 4. *dimicare utile arbitrabatur.* Mox pro *fama exierat*, vet. cod. Schotto laudatus & ed. Ultraj. *fama erat:* ſed vide Ind. in *exire.* quidam editi, *famam exire,* ut ſint verba Ageſilai; quod recte *Lambin.* rejicit. *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. A. B. *dimicari.*

2 *Claſſis pedeſtrisque exerc.*] Mſ. *Claſſes.* Ita, loquitur paullo poſt, & ſupra Miltiade. Graeci dicunt ἑτοιμάζειν vel κατασκευάζεσθαι. Caeſar lib. 7. de B. Gal. cap. 12. *Praeſidium Genabi tuendi cauſſa quod eo mitterent,* comparabant. *Gebhardus.* Sic Mſ. Boecl. probante *Scheffero.* ἀρχαϊκῶς, ut infra c. 3, 5. *Sardis,* & alibi ſimilia alia. *Claſſes,* plurium numero, etiam Dan. habuit. Nempe ſequitur & *exercitus* in plurali. *Boſius.* Leid. m. *claſſem pedeſtrisque exercitus.* Voſſ. A. *claſſis, pedeſtresque exercitus.*

3 *Perveniret*] Longol. *pervenerit,* Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. *pervenerit.* B. *perveniret.*

4 *Ut omnes imparatos*] Longol. & alii una voce auctius: *ut omnes imperatores imparatos.* Sed ea Mſſ. abeſt. *Boſius.*

5 *Indutias a Lacone petivit.*] Vide ſup. quae ad Alcibiad. cap. 10. §. 2. notavimus. *Ernſtius.* De induciis his *Xenophon Ageſilao,* & *l. Gr.* 3. *Plutarchus Ageſilao,* & *Polyaenus* 2, 8. Boſius.

6 *Ut Lacedaemoniis cum rege conveniret*] Ut Lacedaemonii, quae vellent, a rege impetrarent: id eſt, ut rex Perſarum ſineret civitates Graeciae, quae erant in Aſia, eſſe liberas & uti ſuis legibus. *Lambinus.* Id enim ut impetraret, veniſſe ſe, ſignificat Ageſilaus Tiſſapherni. Teſtis *Xenophon* 3. *de reb. Graec.* Boſ. Leid. m. & Voſſ. A. *ut Lacedaemonii cum rege convenirent.* Sed Vulgata Lectio eſt praeferenda. Juſtinus lib. 21. cap. 2. *Quibuscum ſibi de pace conveniret.* Florus l. 3. c. 22. n. 3. *Viro cum viris facile* convenit. Non vero recte dicuntur homines *cum alio convenire* pro paciſci, conſentire, ſed vel res dicitur vel de re *convenire* inter homines, vel ſaepe etiam Nominativus rei ſubintelligitur. P. Mela lib. 1. cap. 7. n. 40. *Poſteaquam in eo, quod* convenerat, *non manebatur.* Noſter in Pauſania cap. 4. *Quae inter regem Pauſaniamque* convenerant. Livius lib. 4. cap.
26.

Digitized by Google

ſectos habebat regios, [5] inducias a Lacone petivit ſi-
mulans, ſe dare operam, [6] ut Lacedaemoniis cum
rege conveniret: re autem vera, ad copias compa-
randas: easque impetravit [7] trimeſtres. Juravit au- 4
tem uterque, ſe ſine dolo inducias conſervaturum.
[8] in qua pactione ſumma fide manſit Ageſilaus: con-
tra ea Tiſſaphernes nihil aliud quam bellum compa-
ravit. Id etſi ſentiebat [9] Laco, tamen jusjurandum 5
ſer-

26. *Nam ne id quidem inter collegas* convenerat. Sic *Pax convenit* pro *de pace*, apud Livium alioſque. Conſule V. V. D. D. Verſtium & Torrenium ad Valerium Maximum lib. 2. cap. 8. n. 10. & Cortium ad Salluſtium Jugurtha cap. 38. n. 10 contra *de pace convenit* dixit Florus 2, 6, 59. A. Gellius lib 3. N. Att. c. 8. *Et, ſi de praemio* conveniret, *promiſit Regem venenis necare*. Livius lib. 3. cap. 31. *Quum de legibus* conveniret, *de latore tantum diſcreparet*. Florus lib. 4. cap. 2. n. 11. *De invadenda Rep. facile* convenit. Abſolute ibidem n. 80. *Subito ingens inter utrosque ſilentium, quaſi* conveniſſet. *hic omnium ſenſus erat*. Livius lib. 2. cap. 23. *Non modo inter Patres, ſed ne inter conſules quidem ipſos, ſatis* conveniebat.

7 *Trimeſtres*] Dan. *trimenſtris*. Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. *trimeſtris*, ſic cap. ſequenti idem Voſſ. A. pro *omnes ſ. copias*, *omnis ſuas copias*. & cap. 5. pro *peccantes*, *peccantis*. in Epaminonda cap. 6. n. 2. pro *quales* Voſſ. B *qualis*, & pro *cives* A. *civis*. quod ibi monere oblitus fui, & alibi ſaepius. de qua ſcriptura conſulendus Cl. Cortius ad Salluſtium Catil. cap. 44. n. 1.

8 *In qua pactione ſumma fide manſit Ageſ.*] Haec locutio puriſſimam reſpicit antiquitatem. Eumene: *Quam cum imperaſſet, in fide non manſit*. Caeſar lib. 1. Comm. de Bell. Gall: cap. 36. *Neque iis neque eorum ſociis injuria bellum illaturum, ſi in eo manerent, quod conveniſſet*. M. Tullius Attico. *Quod verita ſit, ne Latinae in officio manerent, & in montem Albanum beſtias non adducerent*. & Tuſcul. *Earum beſtiarum quaeque ſuum tenens munus manet in lege naturae. Manere in fide* eſt ἐμμεῖναι τοῖς ὅρκοις. *Gebhardus*. Livius lib. 4. cap. 7. *In foedere atque amicitia, reſtituto agro*, manſuros *appareret*. P. Mela l. 1. cap. 7. § 40. *Poſtquam in eo, quod convenerat, non* manebatur. Conſule Cl. Dukerum ad Florum lib. 4. cap. 2. n. 17. Eodem modo verbum ἐμμένειν adhibuere Graeci: ſic ἐμμένειν νόμῳ dixit Sophocles in Ajace Flagell. vſ. 350. Aelianus l. 10. V. H. cap. 15. Κἂν μετὰ ταῦτα ἐπέμειναν τῇ μανίᾳ. Eo ſenſu ſimpliciter verbo ἐμμένειν uſus eſt Euripides in Medea vſ. 753. Elegantiſſimum hunc loquendi modum invenimus etiam, apud Sacros Scriptores. Lucas in Actis Apoſtol. cap. 14. comm. 22. πίστει ἐμμένειν dixit. Conſule Raphelium ad Epiſt. Paulli ad Galatas cap. 3. comm. 10. plura ex Xenophonte & Polybio proferentem hujus elegantiae exempla.

9 *Laco*] Voſſ. B. *loco*.

ſervabat, multumque [1] in eo ſe conſequi dicebat, quod Tiſſaphernes perjurio ſuo & homines ſuis rebus abalienaret, & deos ſibi iratos redderet: ſe autem [2] ſervata religione confirmare exercitum, [3] quum animadverteret [4] deorum numen [5] facere ſecum, [6] hominesque ſibi [7] conciliari amiciores, quod his ſtudere conſueſſent, quos conſervare fidem viderent.

CAP.

1 *In eo ſe conſequi*] Sic Dan. Reliqui, *conſequi ſe*. *Buchnerus* ſuo codici adſcripſerat, *in* abundare, ut 2, 2, 3. & apud Virgil. Eclog. 7. *Referebat in ordine Thyrſis*. Sed ſecus eſt, vid. Ind. v. *in*. Boſius.

2 *Servata relig.*] Mſc. Dan. *conſervata*: quomodo ſtatim *conſervare fidem* dixit. *Boſius*. Voſſ. A. *confirmata religione*. ſed in Marg. *al. conſervata*. & mox pro *conſervare fidem* Voſſ. B. *confirmare fidem*.

3 *Cum animadverteret*] Scilicet exercitus. *Lambinus*. Abeſt hoc verbum a Voſſiano B.

4 *Deorum numen*] *Unius nomen* erat in Boecl. Unde Cl. *Schefferus* conjiciebat, *hujus nomen*, referebatque ad *religionem*: ut *religionis nomen* ſit fama ejus. quomodo & 1, 8, 4. *nobile nomen* pro fama clara. Fortaſſe tamen monachus aliquis, ſuperſtitionem Graecorum deteſtatus, ſcripſerat in ora, *unius*, ut unius ſolummodo DEI numen eſſe innueret; idque librarius pro plurali *deorum* ſuppoſuit. *Boſius*. Voſſ. B. etiam *unius nomen*.

5 *Facere ſecum*] *Facere cum aliquo* pro alicui adeſſe, favere, defendere quem, latiniſſima phraſis eſt. Vide Cel. Burm. ad Ovid. Remed. Amoris vſ. 759.

6 *Hominesque ſibi conciliari*] Nihil de hominibus *Plutarchus* & *Polyaenus*. *Xenophon* tamen *or. de Ageſilao* ait, cum hac re effeciſſe, ut omnes & Graeci & barbari ei, ſi voluiſſet, adhaeſuri fuerint.

7 *Conciliari amiciores*] Propria quaedam Nepoti in loquendo eſt indoles, quam qui non attendunt, eam eunt perverſum, quod creberrime facit Lambinus. Nam heic quoque delevit vocem *amiciores*, reſtitantem in omnibus tam ſcriptis quam editis. *Gebhardus*. Sic Lamb. & Mſ. Dan. At reliqui, etiam Boecler. & Leidenſis, *conciliare*: ut ſi dii conciliaſſe Laconibus homines dicantur, ſiquidem *deorum numen* retinemus. Sed alteram lectionem firmat quod ſequitur. *quod his ſtudere conſueſſent*, &c. Id enim ad homines pertinere, vix dubito. Proinde cauſſa favoris humani non a diis, ſed ab hominum ingenio petitur. Ceterum *Lambinus* aut delendum cenſet *amiciores*; ſcriptumque forte od oras interpretandi gratia, e regione verbi *conciliari*, *amiciores fieri*: aut legendum, *ſibi fieri amiciores*, vel, *hominum ſibi amiciam conciliari*. Nam omnino, inquit, Latine dici non poteſt, *conciliari amicum* ſeu *amiciorem*. dicunt enim Latini vel *aliquem conciliari*, ſimpliciter, vel *aliquem amicum fieri*, vel *amicitiam alicujus conciliari*.

Sed

Cap. III.

Poſtquam induciarum praeteriit dies. Barbarus non 1
dubitans, quod ipſius erant plurima domicilia in
Caria, & ea regio his temporibus multo putabatur
locupletiſſima, eo potiſſimum hoſtes impetum factu-
ros: omnes ſuas copias eo contraxerat. At Ageſilaus 2
[1] in Phrygiam ſe convertit, eamque prius depopula-
tus eſt, quam Tiſſaphernes uſquam ſe moveret. Ma-
gna praeda militibus locupletatis, Epheſum hiema-
tum [2] exercitum reduxit: atque [3] ibi officinis armo-
rum

Sed recte *Gebhardus* ad propriam Nepoti in loquendo indolem, conſenſumque librorum provocat. Adde Ind. *Boſius* Leid. m. *conciliari.* Voſſ. A. *conciliare.* ſed ſupra notatum erat *conciliari* B. *concilidre.* pro *iis ſtudere* Leid. m. & Voſſ A. B. *his ſtudere.* & cap. ſequ. pro *his temporibus* Voſſ. A. *iis temporibus.* pro *his locis*, *iis locis.*

1 *In Phrygiam*] Sic quoque *Xenophon*, etſi rem paullo aliter narrans, & *Plutarchus* in *Ageſilao.* Neque diſcrepant a noſtro, uti *Magio* ac *Lambino* viſum, *Polyaenus* 2, 8. & *Frontinus* 1, 8, 12. qui in Lydiam irrupiſſe ſcribunt. nam illi de altero ſtrategemate loquuntur, de quo noſter mox *verſu* 4. *&* 5. quod comparanti illorum verba cum iis, quae *Nepos*, *Xenophon*, & *Plutarchus* de ea re tradunt, tam manifeſtum eſt, ut mirari ſatis nequeam viros doctos id non animadvertiſſe: *Lambinum* praeſertim, qui horum loca ad alterum illum Noſtri adnotavit. *Boſius.*

2 *Exercitum reduxit*] Quod exta ſacrificanti parum laeta fuerant, quodque equitatu barbaris inferior eſſet. Ita *Xenophon* 3. *h. Gr.* & *in Ageſilao*; *Diodorus* 14. *Plutarchus in Ageſilao*; & *in apophth. Laconicis.* Boſius.

3 *Ibi officinis armorum inſtitutis*] In urbe nempe valida, atque opificibus abundante. Tacitus 2. H. 82, 1. *Deſtinantur validae civitates exercendis armorum officinis.* Caeſar 1. B. Civ. 35. *armorum officinas in urbe inſtituerant.* Hirtius de Bello Alexandrino c. 2. *Nec minus in urbe maximae armorum erant inſtitutae officinae.* Alioqui proportione quadam civitatibus arma imperata in magnis bellorum apparatibus. Caeſar. 7. B. G. 4. *Vercingetorix armorum quantum quaeque civitas domi, quodque ante tempus efficiat, conſtituit.* Gebhardus. Similiter de Scipione *Polybius lib.* 10. *p.* 594. *e. D.* Buchnerus. Inſtruxit autem has officinas tanta cura Ageſilaus, ut ipſa urbs *Xenophontis* judicio videretur ἐργαστήριον τοῦ πολέμου eſſe. *Boſius.* Leid. m. *efficinis.*

4 *Magna induſtria*] Equos cum ſeſſoribus eo bello extorſit ditioribus, qui vacationem militiae impetrabant miſſo vicario milite. auctor *Plutarchus in vita* & *apophthegm. Lacon.* Schottus. Itemque *Xenophon*

rum inſtitutis, [4] magna induſtria [5] bellum apparavit, & quo ſtudioſius armarentur, [1] inſigniusque ornarentur, [2] praemia propoſuit, quibus donarentur, quo-
3 rum egregia in ea re fuiſſet induſtria. [3] Fecit idem in

phon h. Gr. 3. & *in Ageſilao.* Boſ.

5 *Bellum apparavit*] Sic quoque Mſc. Schotti & *Savaro.* Alii *paravit.* Utroque modo *Nepos* alibi loquitur. *Boſius.* Omnes mei codices *apparavit.* quod probat monetae eſſe praeter loca a Savarone ad h. l. adducta oſtendunt illa Livii lib. 3. cap. 57. *Iisdem auctoribus cognitum eſt, Aequos Volcoſque ſumma vi bellum* apparare. lib. 4. cap. 1. *Bellum armaque vi ſumma* apparari *jubent.* cap. 12. *Quum, quietis finitimis, neque bello, neque belli* apparatu *opus eſſet.* cap. 23. *Bellumque tanto majore quam proximo conatu* apparatum *eſt.* cap. 26. *Neque aliud tota urbe agi, quam bellum* apparari. cap. 55. *Tum delectus haberi, bellumque omnium ordinum conſenſu* apparari *coeptum.* & ita amat Livius loqui. Flor. lib. 1. cap. 18. n. 6. *Ex hinc bellum, ſed* apparatus *horribilis.* Juſtinus lib. 2. cap. 10. *Interea & Darius cum bellum reſtauraret, in ipſo* apparatu *decedit.*

1 *Inſigniusque ornarentur*] Reprehendunt hoc alii belli periti, cum *victoria non armorum decore, ſed ferri virtute quaeratur*? Alexander M. apud *Juſtinum* 11, 13, 11. Neque hoc ſine morſu, quod Charidemus Athenienſis ad Darium de ipſius copiis: *Nitet,* inquit, *purpura auroque, fulget armis & opulentia. Curtius* 3, 2, 12. Et plerunque imbelles adornatis pictisque armis incluſi ſunt. Idem 3, 10, 9. *Illyrios vero & Thracas rapto vivere aſſuetos, aciem hoſtium auro purpuraque fulgentem intueri jubet, praedam non arma geſtantem: irent, & imbellibus feminis aurum viri eriperent.* Pharaſmanes apud Tacitum 6, 34, 6. *Simul horridam ſuorum aciem, picta auro Medorum agmina, hinc viros, inde praedam oſtendere.* Alexander apud Juſtinum 11, 13, 11. *Hortatur, ſpernant illam aciem auro & argento fulgentem, in qua plus praedae, quam periculi ſit.* Tacitus Agric. 32, 6. *Ne terreat vanus adſpectus & auri fulgor atque argenti, quod neque tegit neque vulnerat.* Livius 10, 39. *Non enim criſtas vulnera facere, & per picta atque aurata ſcuta tranſire Romana pila.* Sed frivolum eſt putare, auro atque argento adornata ab Ageſilao arma: ferro fulgor atque terror fuerunt addita, quibus mentes ſimul viſusque perſtringerentur hoſtium. Onoſander: ἐσμηγμέναι γὰρ αἰχμαὶ καὶ λαμπρὰ ξίφη, καὶ πρὸς ἄλληλα παραμαρμαίροντα πρὸς ἀνταύγειαν ἡλίου, δεινὴν ἀστραπὴν πολέμου ἀντιπέμπει. Praeter iſta, fulgentia atque nitida arma militi alacritatem addunt & fiduciam augent: Rubigine vero ac ſitu ſquallentia animos dejiciunt. Alexander apud Curtium 10, 2, 24. *Lignea enim vaſa deſiderant, & ex cratibus ſcuta rubiginemque gladiorum. Hoc cultu nitentes vos accepi.* Porro auri atque argenti in armis fulgorem non ſemper apud imbelles conſpici documento eſt Julius Caeſar, de quo Suetonius c. 67. *Jactare ſolitus, milites ſuos etiam unguentatos, bene*

Digitized by Google

in exercitationum generibus, ut, qui ceteris praeſtitiſſent, [4] eos magnis afficeret muneribus. His igitur rebus effecit, ut & ornatiſſimum & exercitatiſſimum
haberet exercitum. [5] Huic quum tempus eſſet viſum, 4
co-

bene pugnare poſſe. Habebatque tam cultos; ut argento & auro politis armis ornaret: ſimul & ad ſpeciem, & quo tenaciores eorum in praelio eſſent, metu damni. Nec non Samnites, quibus ignaviam mollitiemve ne ipſe Romanus objecerit, aureis atque argenteis armis ſe hoſti obtulerunt. Florus 1, 16, 7. *Pro hac urbe, regionibus Populus Romanus Samnites invaſit, gentem, ſi opulentiam quaeras, aureis & argenteis armis, diſcolori veſte, uſque ad ambitum armatam.* Concludendum igitur cum Floro: *Tales eſſe milites, qualis ſit imperator*; ſive pictis atque adornatis, ſive torvis ferro atque aere fulgentibus armis utantur, 2, 18, 11. *Gebh.* Vide ad utrumque Flori locum *notas Freinshemii.* De ſplendore armorum adde *Polybium* 11. *p.* 629. & *Plutarchum in Philopaemene p.* 360. *& ſeq.* Porro Boecl. aberat copula, & poteſt abeſſe. Dan. habebat *inſignibus*: culpa ſcioli cujusdam, opinor, cui *inſignia* militum in mentem erant. *Boſius.* Adde Cortium ad Salluſtii Catilinam cap 7. n. 4. Codex Voſſianus II conſentit iterum Boecleriano.

2 *Praemia propoſuit*] Vide *Xenophontem h. Gr.* 3. *pag.* 499. & *Ageſilao pag.* 655. Boſius. Locutionem illuſtravit Cel. Burmannus ad Phaedrum lib. 1. fab. 14. v. 9.

3 *Fecit idem in exercit. gen.*] Hoc pluribus verbis perſequitur *Xenophon in Ageſilao* & *lib.* 3. *de reb. Gr.* Lambinus. Claudianus de IV. Conſ. Honorii 320. ſeqq.

— ſi bella tonant, prius agmina duris
Exerce ſtudiis, & ſaevo praeſtrue Marti.
Non brumae requies, non hibernacula ſegnes
Enervent torpore manus. Buchnerus.

Ubi plura *Barthius in commentario p.* 656. 657. adde *Herm. Hugonem de militia equeſtri* 3, 1. Boſius.

4 *Eos magnis*] Mſ. *eos magis.* quod eſt longo melius, totique loco convenientius. Vult enim, pro cujusque virtute praebuiſſe munera, aliis minora, aliis majora. Ut ne quidem verum ſit illud *magnis.* Schefferus. Voſſ. B. etiam *eos magis*, & paullo ante pro *egregia*, *egrecia.* Videmus ex hoc loco Verbum *afficere* & in bonam & in malam partem a Noſtro ſumi, nam contra in malam partem adhibuit in Hannibale cap. 8. & in Regibus c. 3. dixit *pari letho* affectus *eſt Lyſimachus a Seleuco*, quem loquendi modum latiſſime illuſtravit cl. Burmannus ad Phaedrum 1, 5. 10. Eodem modo, quo Noſter, dixit Cicero 2. ad Fam. Ep 3. *Plurimis maximisque muneribus & nos amicos, & cives tuos univerſos, & remp.* afficies. & ſic alibi millies in bonam partem. Pro *exercitatiſſimum haberet exercitum* Leid. m. *haberet exercitum & exercitatiſſimum.*

5 *Huic cum tempus eſſet viſum*] Inſolita locutio viſa *Lambino.* Ita-
que

Digitized by Google

copias extrahere ex hibernaculis: vidit, ſi, quo eſſet iter facturus, palam pronuntiaſſet, hoſtes non credituros, aliasque regiones praeſidiis occupaturos, nec
5 dubitaturos aliud eſſe facturum, ac pronuntiaſſet. Itaque [1] quum ille Sardis iturum ſe dixiſſet, Tiſſaphernes [2] eandem Cariam defendendam putavit. [3] In quo quum eum opinio fefelliſſet, victumque ſe vidiſſet conſilio: [4] ſero ſuis praeſidio profectus eſt. nam quum illo veniſſet, jam Ageſilaus, multis locis expugnatis,
6 magna erat praeda potitus. Laco autem, quum videret

que *tempus* delendum putabat. Sic enim loqui Latinos, *viſum eſt mihi dicere, ſcribere, facere.* Non feciſſet, opinor, ſi recordatus eſſet, noſtrum 16, 2, 2. dixiſſe: *cum tempus eſt viſum rei gerendae*, & 14, 11, 1. *tempus eſſe majores exercitus parari.* denique 23, 13, 4. *tempus eſt facere finem.* Integrum eſt, *viſum eſt tempus faciendi*, vel *facere*: ellipticum, *viſum eſt facere. Tempus* autem *extrahere*, pro *extrahendi* vel *ad extrahendum*, Helleniſmus eſt. vide Ind. v. *tempus. Freinshemius* legebat: *Hinc cum t. e. v. Schefferus* autem, *Hic cum*, ut 15, 6, 3. Sed τὸ *huic* Nepotis congruentius. Paullo poſt vulgo *praeſidiis* abeſt, etiam ab optimis editionibus. Sed erat in Mſſ. Dan. & Leid. Itaque diutius exſulare non ſum paſſus. Vide Ind. *Boſius.* Saepius modus Infinitivus pro Gerundio in *di* poni ſolet. Noſter in Lyſandro cap 3. *Iniit conſilium reges Lacedaemoniorum* tollere, Virg. 3. Aen. 670

Verum ubi nulla datur dextram adfectare *poteſtas.*

& vſ. 60 ejuſdem libri

Omnibus idem animus ſcelerata excedere *terra.*

Coelius Epiſt. 16. ad Ciceronem. *Quod porro tuum conſilium ſit ad deſperatus accedere, non medius fidius reperio.* Vide Servium ad Virg. 4. Aen. vſ. 565. Vechneri Hellenolexiam pag. 168. aliosque.

1 *Cum ille Sardis iturum ſe*] Lambinus, qui omnia cum pulviſculo alioqui ſolet converrere, locum Polyaeni omiſit lib. 2. in Ageſilao com. 9. Ἀγησίλαος ἐπὶ Σάρδεις ἐλαύνων καθῆκε λογοποιοὺς, ὡς ἐξαπατῶν Τισαφέρνην, στέλλεται μὲν φανερῶς ἐπὶ Λυδίας, τρέψεται δὲ ἀφανῶς ἐπὶ Καρίας. Ὁ μὲν Πέρσης ὥρμησε Καρίαν φυλάττειν, ὁ δὲ Λάκων, κατέδραμε Λυδίαν, καὶ λείαν πολλὴν κατέσυρε. Cur autem potiſſimum ſeſe in Cariam irruptionem moliri ſparſiſſet, cauſſas addit Frontinus lib. 1. cap. 8. Ex. 12. *Ageſilaus Lacedaemonius, cum inferret bellum Tiſapherni, Cariam ſe petere ſimulavit: quaſi aptius locis montuoſis, adverſus hoſtem equitatu praevalentem pugnaturus. Per hanc conſilii oſtentationem, avocato in Cariam Tiſapherne, ipſe Lydiam, ubi caput hoſtium regni erat, irrupit, oppreſſisque, qui illic agebant, pecunia regia potitus eſt.* Gebh. Vide quae diximus paullo ante ad illa v. 2. *in Phrygiam.* Ceterum ſic Dan. elegantius quam alii, *ſe iturum.* Boſius. *Sardis* omnes co-

ret [1] hoſtes equitatu ſuperare, nunquam in campo ſui fecit poteſtatem, [2] & his locis manum conſeruit, quibus plus pedeſtres copiae valerent. Pepulit ergo, quotieſcunque congreſſus eſt, multo majores adverſariorum copias, & ſic in Aſia verſatus eſt, ut omnium opinione victor duceretur.

CAP. IV.

Hic [3] quum jam animo meditaretur proficiſci in Perſas, & ipſum regem adoriri, [4] nuntius ei domo

codices, & Voſſianus B. bis hoc capite *hoſtis*, pro *hoſtes*.

2 *Eandem Cariam*] Quam antea tutatus fuerat. *Lambinus*.

3 *In quo quum eum opinio feſell.*] Voſſ. A. *In eo quum eum opin. feſell.* Pro *magna erat praeda potitus* Voſſ. B. *magni erat praeda potitus*.

4 *Sero*] Quarto die poſtquam Ageſilaus jam Lydiam ingreſſus ac populatus erat, ut tradit *Xenophon*. Lambinus.

1 *Hoſtes equitatu ſuperare*] Superiores eſſe, praevalere, ut loquitur Frontinus. Infra Hannib. ſuperabatur *navium multitudine, dolo erat pugnandum*. Caeſar lib. 7. Com. cap. 65. *Caeſar, quod hoſtes equitatu ſuperiores eſſe intelligebat.* Graecis eſt ἱπποκρατεῖν. Diod. lib. 18. καὶ θεωρῶν τοὺς πολεμίους ἱπποκρατοῦντας. *Gebh.*

2 *Et his locis manum conſeruit, &c.*] Conflixit tamen ad Maeandrum Ageſilaus; quod videbat nondum peditatum hoſtium adeſſe; & cum hoſtes praemiſſi ab Ageſilao equitatus, interea dum pedeſtres copias inſtruit ac diſponit, impetum ſatis fortiter excepiſſent; reliquo jam exercitu producto illi ſtatim terga dederunt, &c. Ageſilaus autem caſtris hoſtium potitus eſt, & plus quam LXX. talenta praedae nactus eſt &c Sic *Xenophon lib. 3. de reb. Gr.* Addunt alii ſcriptores, hac victoria parta Ageſilaum facultatem adeptum eſſe Aſiae diripiendae &c. *Lambin.* Pro *quotieſcunque* Voſſ. A. & B. *quotienscunque*.

3 *Cum jam animo*] Sic Dan. Unde olim conjiciebam: *cum in animo meditaretur*, quomodo *Terentius Ad.* 1, 1. dixit, *in animo cogitare* & *inſtituere*. Nunc nihil muto. nam ſic & paullo poſt *v.* 5. *Cum jam haud ita longe abeſſet.* In reliquis libris τὸ *jam* ob ſimilitudinem particulae praecedentis videtur excidiſſe. *Boſius.*

4 *Nuncius ei domo venit*] Scytale ſcilicet. Plutarchus: ἅμα τοῦ τὴν σκυτάλην ἐλθεῖν. Xenophon: ἐπειδὴ ἦλθεν αὐτῷ ἀπὸ τῶν οἴκοι τελῶν, βοηθεῖν τῇ πατρίδι. *Leunclavius* ſupplet, ἀπὸ τῶν οἴκοι τελῶν ὁ ἐπιστέλλων, quoniam in loco parallelo *hiſt. Gr.* 4. mox adducendo τὸ ἐπιστέλλων legitur, vultque omiſſum illud ὁ ἐπιστέλλων propter ſimilitudinem cum vocabulis praecedentibus *Lambinus ad h. l.* laudat: ἐπειδὴ ἦλθεν αὐτῷ σκυτάλη

δηὶ

mo venit [1] ephorum miſſu, [2] bellum Athenienſes & Boeotios indixiſſe Lacedaemoniis: quare venire [3] non
2 dubitaret. [4] In hoc non minus [ejus] pietas ſuſpicienda eſt, quam virtus bellica: qui quum [5] victori praeeſſet

ἀπὸ τ. οἰκ. τιλ. Sed vereor, ne invitis libris. Fortaſſe nihil deeſt, ſed ἐλλειπτικῶς loquitur *Xenophon*; ut in re ſimili *hiſt. Gr.* 3. *pag.* 501. ἔρχεται ἀπὸ τῶν οἴκοι τελῶν, ἄρχειν καὶ τοῦ ναυτικοῦ. Quem locum pariter *Leunclavius*, ſed aeque fruſtra, ut arbitror, ſollicitat. Utrobique ſubaudiri poteſt ex *Plutarcho*, ἡ σκυτάλη ἡ κελεύουσα, vel aliquid ſimile. *Nuncius* ergo videtur idem eſſe ac ſcytale, epiſtola, ſive res per eam ſignificata: etiam ſi *miſſu* Ephororum veniſſe dicatur. nam & epiſtola mittitur; & *mittere* interdum nil aliud eſt, quam ſcribere, nunciare; ut apud Graecos ἐπιστέλλειν. de quo vid. Ind. Atque ſic & alibi *muncii* voce noſter uſus, ut itidem docebit Index. *Boſius.*

1 *Ephorum miſſu*] Quanquam libri omnes *juſſu*; tamen quoniam Mſ. Dan. & Ultraj. ad oram habuere *miſſu*, haud ſpernendum id, immo genuinum puto. nam librarii vix excogitaverint vocem rarioris uſus: ſed potius ut varia lectio adſcripta fuerit. *Miſſu Ephorum*, i. e. mittentibus Ephoris, nuncium ſcilicet, vel epiſtolam ſive ſcytalen per Epicydidam quendam. Xenophon 4. hiſt. Graecae: εὐθὺς δὲ ἐπὶ τὸν Ἀγησίλαον ΠΕΜΠΟΥΣΙΝ Ἐπικυδίδαν. ὁ δ' ἐπεὶ ἀφίκετο, τά τε ἄλλα διηγεῖτο ὡς ἔχοι, καὶ ὅτι ἡ πόλις ΕΠΙΣΤΕΛΛΟΙ αὐτῷ, βοηθεῖν ὡς τάχιστα τῇ πατρίδι. Haec aut ſimilia noſter exprimere voluit. Pro *miſſu*, quod meliores editiones habent, τὸ *juſſu* irrepſerat etiam apud *Ciceronem ad Attic.* 8, 9. & *Tacitum hiſtor.* 1, 43, 4. qui & alibi hac voce uſus, de quo Indicem adi. Id igitur & heic factum fuiſſe probabile eſt. Denique hanc lectionem plane confirmant illa 7. 4, 1. de re ſimili: *cum ei nuntius a magiſtratu in Siciliam miſſus eſſet, ut domum rediret.* Boſius. *Juſſu* Voſſ. A. B. ſed Leid. m. *pro ephororum juſſu.*

2 *Bellum indixiſſe Lacedaemoniis*] Diodorus lib. 14. pag. 489. & Xenophon lib. 4. de reb. Graec. ſcribunt, regem Perſicum pecunia praeſides urbium Graecarum corrupiſſe, ut Lacedaemoniis bellum inferrent. *Ernſtius.* Suaſu & auctoritate Cononis per oratores Graeciae, Perſico auro corruptos, ad id adductos. *Polyaen.* 1. *in Conone comm.* 3. Gebhardus. adde laudatos *Ernſtio ad h. l.* Boſius. Pro *Boeotios* Voſſ. A. *Boetos.* pro *Bellum Ath. & Boeot. ind. Lac.* Voſſ. B. *Et Boeotios bellum indixiſſe Lacedaemoniis.*

3 *Non dubit.*] *Lambinus* mallet, *ne dubitaret.* vid. Ind *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. A. *ne dubitaret.*

4 *In hoc non minus (ejus) pietas*] Mſcr. Boecler. omittit *ejus.* forſan haud male. Sic cap. 7. 2. *in hoc illud inprimis fuit admirabile* Et alibi ſaepius. *In hoc*, ſcil. Ageſilao. mox q. edd. *cum victor praeeſſet.* Sed alterum & congruentius eſt, & in melioribus libb. reperitur. *Boſius.*

5 *Victori praeeſſet exercitui*] Loquendi modus optimis ſcriptoribus familiaris, Livius lib. 2. cap. 31. *Omnium actionum in ſenatu primam habuit pro victore populo.* lib. 3. cap.

eſſet exercitui, maximamque haberet fiduciam [1] re-
gni Perſarum potiundi, [2] tanta modeſtia dicto audi-
ens fuit juſſis [3] abſentium magiſtratuum, ut ſi priva-
tus [4] in comitio eſſet Spartae. [5] cujus exemplum uti- 2
nam imperatores noſtri ſequi voluiſſent! ſed illuc re-
deamus. Ageſilaus opulentiſſimo regno praepoſuit
bonam exiſtimationem, multoque glorioſius duxit,
ſi

24. *Qui ubi triumphantes* victore *cum exercitu urbem inierunt.* & ita ſaepius alii. conſule Cl. Cortium ad Salluſtium Jugurth. cap. 58. n. 5. & ad cap. 64. n. 1. & Vechneri Hellenolexiam pag. 116. Huc referri poſſunt *Victrix libido* Livio l. 1. cap. 58. & *Victrix cauſſa* Lucano lib. 1. vſ. 128.

1 *Regni Perſarum potiundi*] Vide quae diximus ad 9, 2, 3. *Xenophon pag* 657. ait, agitaſſe animo & ſpe concepiſſe everſionem ejus imperii quod prius Graeciam armis invaſerat. *Boſius.*

2 *Tanta modeſtia*] Valde extollunt hoc factum laudantque *Xenophon l. c.* & *Plutarchus pag.* 604. adde *not. ad* 14, 4, 3. Boſius.

3 *Abſentium*] Mſc. Boecler. *hitium*, & in margine *beſentium*. in quibus haud dubie aliquid latet. cl. *Schefferus* ingenioſe ſuſpicabatur, *ſciſcentium*; primamque ſyllabam in voce *ſciſcentium* deletam eſſe ob poſtremam praecedentis vocis, ei non abſimilem. *Boſ.* Voſſ. B. conſentit iterum Codici Boecleriano: Phraſin *dicto audiens juſſis abſentium mag.* illuſtravi ad cap. 1. n. 2. Lyſandri; quibus adde Doctiſſ. J. Arntzenium ad A. Victorem de V. Illuſtr. cap. 7. n. 4.

4 *In comitio*] In loco, ubi comitia peragebantur. Liv. lib. 40. c. 29. *Id ſcriba non accepit, libri in comitio, igne a victimariis facto, in conſpectu populi cremati ſunt.* Tacit. 13. cap. 58. *Ruminalis arbor in comitio.* In vita Agricolae cap. 2. *Ut monumenta clariſſimorum ingeniorum in comitio ac foro urerentur.* Utitur aliquoties Cicero pro Sextio, In Verrem; Xenophon reddit ἐφορεῖον. *Gebbard.* Xenophon: ἰδὼν διαπορεύοντας ὃ εἰ ἐν τῷ ἐφορείῳ ἔτυχεν ἑστηκὼς μόνος παρὰ τὰς πέντε. *Ephoreum* autem curia Ephororum, uti e Pauſaniae Laconicis docent *Cragius* 2. 4. & *Emmius lib.* 3. *pag.* 125. vide Ind. v. *comitium.* Boſius.

5 *Cujus exemplum*] Vel hic unus locus argumento eſt firmiſſimo, hujus libri auctorem, ſive ſit *Cornelius Nepos*, ſive *Æmilius Probus*, ſive quis alius, vixiſſe iis temporibus, quibus reſp. Rom. penes populum & ſenatum erat: nondum ſc. populi potentia & libertate ab imperatoribus, i. e. a tyrannis, oppreſſa. Haec enim perſpicue in C. Julium Caeſarem dicuntur, qui invito ſenatu, & contra leges exercitum retinuit: unde natum eſt bellum civile inter eum & Pompejum. *Lambinus.* vid. *Sueton. in Caeſare cap.* 30. *Florum* 4. 3. Loccenius. *Praſchius* ad Phaedrum lib. 1. fab. 29. vſ. 6. adnotat, hic, *ſequi voluiſſent* poſitum eſſe pro *ſecuti fuiſſent*, cujus

elc-

ſi inſtitutis patriae paruiſſet, quam ſi bello ſuperaſſet Aſiam. Hac igitur mente Helleſpontum copias trajecit, tantaque uſus eſt celeritate, ut, quod iter Xerxes [1] anno vertente confecerat, hic tranſierit [2] triginta diebus. [3] Quum jam haud ita longe abeſſet a
4 Peloponneſo, obſiſtere ei conati ſunt Athenienſes & Boeotii, ceterique [4] eorum ſocii, apud Coroneam: quos

elegantiae plura ibi exempla Clariſſimus Burmannus profert.

1 *Anno vertente*] Vid. Ind. v. *annus*. Supra 2, 5, 3. *ſex menſibus* iter hoc confectum ait. Pro *tranſierit* Lambinus mallet *tranſegerit*. nulla neceſſitate. *Tranſire iter* dictum, ut *tranſire flumen*, *mare*, *ſaltum*, &c. & *tranſire vitam* apud Salluſtium Catil. cap. 1. ac Senecam de Prov. cap. 4. Poſſis & abſolute accipere, ut 2, 9, 1. 7, 9, 3. & alibi. *Boſius* Notandum eſt, Pronomen Relativum nomini, ad quod reſpicit, praecedere. Virg. 4. Aen. 653.

Vixi, & quem dederat curſum fortuna peregi.

V. cl. Cort. ad Salluſt. Catil. cap. 3. n. 2. & cl. Burm. ad Phaedrum lib. 4. fab. 6. vſ. 1. lib. 2. fab. 1. *Quae debetur pars, tolle*, pro tolle partem, quae debetur. Livius lib. 3. cap. 9. *Quod populus in ſe jus dederit, eo uſurum.* Sic apud Graecos Sophocles Ajace vſ. 272.

Αὐτὸς μὲν ἥδεθ' οἷσιν εἴχετ' ἐν κακοῖς.

In Trachin vſ. 94.

Ὃν αἰόλα νὺξ ἐναριζομένα
Τίκτει, κατευνάζει τε φλογιζόμενον
Ἅλιον ἅλιον αἰτῶ
Τοῦτο καρύξαι τὸν Ἀλκμήνας.

Caeterum *tranſire* cum quarto caſu ſaepius ponitur a probatis Auctoribus. A. Gellius in praefat. pag. 8. *In ſe quidem volvendis tranſeundiſque multis admodum voluminibus.* id eſt curſim perlegendis. vide ibi Salmaſii notas & Waſſe ac Cortium ad Salluſtii locum hic a Boſio citatum. & *tranſitus pons* dixit Livius lib. 2. cap. 10. ubi ſummum Gronovium conſule.

2 *Triginta diebus*] Mirum. nam obſiſtere ei conati ſunt Thraces, quos gravi proelio ſuperavit, ut teſtatur *Plutarchus in Ageſilao*: idemque conati ſunt & Theſſali, quorum dux erat Polycharmus Pharſalius: quos etiam in fugam vertit, alios interfecit, alios cepit, in eaque Theſſalorum fuga & clade Polycharmus ipſe occubuit, itaque tropaeum inter Prantem, & Narthecium conſtituit, ut tradit *Xenoph. in Ageſil.* & *lib. 4 de reb. Gr.* neque praetermiſit *Plutarchus*. Lambinus. Cum noſtro tamen facit *Xenophon Ageſilao*, cum ait minori quam menſis ſpacio hoc iter confeciſſe, μεῖον ἢ ἐν μηνί. Noſter *triginta dies* numerat, fortaſſis idcirco quod totidem Xerxem in hoc itinere conſumſiſſe dixerat 2, 5, 3. *Boſius*.

3 *Quum haud ita longe*] Sic Dan. Leid. Boecler. Aliis *ita* deeſt. *Boſ.* Voſſ. B *cum ita aut longe*. pro *Boeotii*. Voſſ. A. & B. iterum *Boetii*.

4 *Eorum ſocii*] Hos enumerat *Xenophon in Ageſilao* & 4. *de rebus Gr.*

Argi-

quos omnes gravi praelio vicit. Hujus victoriae vel 6
maxima fuit laus, quod quum plerique ex fuga ſe [1] in
templum Minervae conjeciſſent, quaereretur que ab
eo, quid his fieri vellet; [2] etſi aliquot vulnera acce-
perat eo praelio, & iratus videbatur omnibus, [3] qui
adverſus arma tulerant; tamen [4] antetulit irae reli-
gionem; & eos vetuit violari. [5] Neque vero hoc 7
ſolum

Argivos, Corinthios, Ænianas, Euboeenſes, Locros utrosque, & multis verbis praelium illud ejusque eventum narrat. *Diodorus*, ut fere in ceteris, ſummam brevitatem adhibuit. Multa autem profert *Polyaenus lib. 2.* ſtrategemata, quibus uſus ſit Ageſilaus adverſus Thebanos, ſibi obſiſtere conantes. *Lambinus.*

1 *In templum Minervae*] Quaſi in aſylum. Sic *Xenophon in Ageſilao. & lib. 4. de reb. Gr. Plutarchus in Ageſilao.* Templum autem Minervae intellige cognomento Itoniae, ut docet *Pauſanias Laconicis.* Ιτὼν autem urbs Theſſaliae eſt. *Lamb.*

2 *Etſi aliquot vulnera acceperat*] Praeclarior moderatio eſt in victos, quo victor gravioribus injuriis & damnis eſt affectus. Laudatur eo nomine a *Trogo* apud Juſtinum 7, 6, 14. Philippus. *Cum Methonam*, inquit, *urbem oppugnaret, in praetereuntem de muris ſagitta jacta dextrum oculum regis effodit: quo vulnere nec ſegnior in bellum, nec iracundior adverſus hoſtes factus eſt: adeo ut interjectis diebus pacem deprecantibus dederit; nec moderatus tantum, verum etiam mitis adverſus victos fuerit.* Alioqui victoria mitis vel cruenta eſt, prout minora vel atrociora in ea elaboranda pericula fuerunt ſubeunda. Juſtinus 1, 7, 6. *Sed quanto bellum minoris periculi, tanto & mitior victoria fuit.* Florus 2, 8, 18. *Victo & ſupplici pacem atque partem regni dari placuit, eo libentius, quod tam facile ceſſiſſet.* Curtius 4, 6, 24. *Ira quoque accenſus, quod duo in obſidione urbis ejus vulnera acceperat.* vide reliqua. Caeſar 2. B. Civ. 13. *Caeſar per literas Trebonio magnopere mandaverat, ne per vim oppidum expugnari pateretur; ne gravius permoti milites & defectionis odio, & contemptione ſui, & diutino labore omnes puberes interficerent.* Tacitus 4. A. 25, 4. *Infenſus miles memoria laborum, & adverſum eludentes optatae toties pugnae, ſe quisque ultione & ſanguine explebant.* Gebh. Pro *fieri vellet* Leid. m. *vellet fieri.*

3 *Qui adverſus arma tulerant*] Tib. Wopkens lib. 1. Lect. Tull. cap. 4. pag. 19. explicat *qui* per *quia.*

4 *Antetulit irae religionem*] Cum de omni humana ope deſperabatur, a victis confugiebatur ad Deorum templa atque aras, ut eorum veneratione ac majeſtate motus Victor impetum iracundiae frangeret, victique crudelitati ſubtraherentur. Et cum ſanctitas morum Deique timor inter mortales adhuc vigerent, quamvis vi urbem ingreſſus Victor repugnantes omnes juberet trucidari, tamen illis parci praecepit, qui ad Deorum templa confugiſſent. Curtius 4. 4, 13. *Alexander,*

ſolum in Graecia fecit, ut [1] templa deorum ſancta haberet: ſed etiam apud barbaros ſumma religione omnia ſimulacra, araſque conſervavit.
8 Itaque praedicabat, mirari ſe, non [2] ſacrilegorum numero haberi, qui [3] ſupplicibus eorum nocuiſſent: aut non gravioribus poenis affici, qui religionem minuerent, quam qui fana ſpoliarent.

CAP.

der, exceptis, qui in templa confugerant, omnes interfici, ignemque tectis injici jubet. Victis autem nulla alia de cauſſa, qui in Deorum templa confugerant, parcitum fuit, niſi reſpectu & reverentia erga Deos. Diodorus lib. 12. ὥστε τῷ λοιπῷ ἕνεκα τοῦ μηδὲν ἀσεβεῖν εἰς τὸ δαιμόνιον, διασώζοντες τοὺς εἰς τὰ ἱερὰ καταπεφευγότας. Tacitus 3. A. 61. 3. *Mox Liberum Patrem bello victorem ſupplicibus Amazonum, quae aram inſederant, ignoviſſe.* Gebhardus. Reverentia religionis aciem hoſtilis ferri & vindictae reprimit. Adi *Grotium de jur. B. & P.* 3, 12, 6. & ibi *in notis*. Loccenius. *Polyaenus lib. 2. Strateg.* aliam cauſſam adfert, quamobrem Ageſilaus iis, qui in templum illud confugerant, pepercerit: *quod eſſet periculoſum cum eis confligere, qui in rebus deſperatis praelium de integro inirent.* Lambinus.

5 *Neque vero*] Τὸ *vero* abeſt a quibuſdam Mſſ. & edd. & paullo poſt pro *conſervavit* alii *conſecravit*, non recte, ut *Schottus* recte judicat. *Boſius.* Agnoſcunt τὸ *vero* Leid. m. & Voſſ. A. B.

1 *Templa deorum ſancta h.*] Id eſt inviolabilia. Florus lib. 4. cap. 2. n. 21. *Aerarium quoque ſanctum, quia tardius aperiebant tribuni, juſſit effringi.* Tibull. lib. 1. El. 5. vſ. 40.

Num feror inceſtus ſedes adiiſſe deorum,

Sertave de ſanctis deripuiſſe focis?

Sic *muri ſancti* ſunt ex inſtituto Romuli. V. Cl. Dukerum ad Florum lib. 1. cap. 1. n. 8. & *ſancta* & *ſancire foedera*. Vide Jac. Gronovium ad Livium lib. 1. cap. 24. Sic in Pelopida cap. 4. n. 2. vidimus legendum *Quod apud omnes gentes ſanctum eſſe conſueſſet.* de inviolabili Legationis jure. quomodo *ſanctum numen* Virgilium dixiſſe notat Servius ad lib. 8. Aen. vſ. 382.

2 *Sacrilegorum numero haberi*] Hanc locutionem illuſtravit ſummus Gronovius lib. 1. Obſervat. cap. 6.

3 *Supplicibus eorum*] *Barbarorumne*, quos proxime; an *deorum*, quos paullo ante nominavit? Hoc malim. nam & *Xenophon Ageſilao* ſub finem, unde totus hic locus expreſſus *Lambino*, & recte quidem, videtur, *deorum*, & paullo poſt *ararum ſupplices* vocat: ἱκέτας δὲ θεῶν οὐδὲ ἐχθροὺς ἐβιάζετο, νομίζων ἄλογον εἶναι τοὺς μὲν ἐξ ἱερῶν κλέπτοντας, ἱεροσύλους καλεῖν· τοὺς δὲ βωμῶν ἱκέτας ἀποσπῶντας, εὐσεβεῖς ἡγεῖσθαι. Nec inſolitum Noſtro, provocabulum relativum ad remotius Nomen referre. vide notata ad 16, 3, 2. Proinde non eſt, cur cum *Magio* legamus *deorum*. Boſius. *Eorum* Leid. m. & Voſſ. A. B. pro *minuerent* Leid. m. *minuerint*.

1 *Ideo*

CAP. V.

Poſt hoc praelium, collatum eſt omne bellum circa Corinthum, [1] ideoque Corinthium eſt appel- 1
latum. Hic quum una pugna decem millia hoſtium 2
[2] Ageſilao duce cecidiſſent: eoque facto opes adverſariorum debilitatae viderentur: [3] tantum [4] abfuit ab in-

1 *Ideoque Corinthium eſt appellatum*] Diodorus 14. τῶν δὲ τῶν πολέμων δεινῶν χυθέντων περὶ τὴν Κόρινθον συμβάντων, ὁ πόλεμος οὗτος ἐκλήθη Κορινθιακός. *Lambinus.* Nugae ergo ſunt, non modo quod nonnulli legerunt, *Corinthus eſt appellata*, ſcil. ἀπὸ τοῦ κορύνειν; ſed etiam quod *Longolius*, qui illos ridet, legit, *Corinthum eſt appellatum*, & interpretatur, *denunciatum, ut Corinthum conveniret*: aeque riſu excipiendus. *Boſ.* Leid. m. & Voſſ. B. *Corinthum.*

2 *Ageſilao duce*] Quod *Xenophon Ageſilao* nuncium tantae cladis (ἀγγελίαν) ad Ageſilaum perveniſſe; *Plutarchus* autem cum *in Ageſilao*, tum *in apophthegm. reg. & duc.* audiſſe eundem magnum hoc praelium, & *in apophth. Lacon.* audiviſſe numerum hoſtium mortuorum (ter verbo πυθόμενος uſus) ſcribit; inde *Magius* & *Lambinus* colligunt, Ageſilaum neutiquam huic pugnae interfuiſſe. Addit tamen *Lambinus*, reſponderi poſſe, duces non ipſos cernere oculis mortuorum numerum, ſed certis hominibus ex ſuis negocium dare, ut hoc cognoſcant. Potius dixerim, duce aliquo fieri, etiam quae abſente eo, ſed auſpiciis ejus fiunt. *Boſius.* *Una* abeſt Voſſiano A. & pro *ceciderunt* Leid. m. *reciderunt.*

3 *Tantum abfuit*] Sic habent codd pleraeque, nec diſcrepant, quod ſciam, libri meliores. Longol. tamen, Lambin. & quaedam recentiores, *afuit*: quod ſolum Latinos uſurpaſſe contendit non modo heic, ſed etiam *ad* 9, 1, 2. & 20: 1, 3. ac *ad Horatii ſatyr.* 1. *pag.* 50. & prolixius in *notis Ciceronianis*, poſt *Muretum* & *Victorium*, *Lambinus.* Et certe veteres interdum ſic extuliſſe, atque ſic paſſim in Mſſ. codd. legi, negare nolim: nube teſtium id evicit *Phil. Pareus in Lexico Critico.* Ex eo tamen nondum conficitur, alterum, quod & ipſum in plurimis codd. reperitur, Latinum plane non eſſe. *Boſius.* Leid. m. & Voſſ A. B. *abfuit.*

4 *Abfuit ab inſolentia gloriae*] Minime inſolenter de tanta victoria gloriatus eſt: cum alioqui victoria inflet animum Ducis, ut ſupra in *Pauſania* & *Lyſandro* adnotabamus. Tacitus 4. H. 63, 1. *Civilis & Claſſicus rebus ſecundis ſublati.* Aurelius Victor Caeſar c. 39 *Quo proſperiora cedente metu ne hujuſmodi ingenium magis ac magis victoria inſoleſceret.* Ergo elationem animi comitatur quoque Gloriatio. Caeſar 1. B. Gall. 14. *Quod ſua victoria tam inſolenter gloriaretur.* Modeſtia in ſucceſſibus habet ſocios Ageſilaus & alios. De Philippo Juſtinus 9, 4, 1. *Hujus victoriae callide diſſimulata laetitia eſt. denique non ſolita ſacra Philippus illa die fecit, non in conviviis* riſit,

quieſcentibus, quo facto, [1] ſine negotio, quum voluerint, nos opprimente.

CAP. VI.

1 Interim accidit illa calamitas [2] apud Leuctra Lacedaemoniis: quo ne proficiſceretur, quum a plerisque [3] ad exeundum premeretur, [4] ut ſi de exitu divinaret, exire noluit. Idem quum Epaminondas Spartam oppugnaret, [5] eſſetque ſine muris oppidum, talem ſe imperatorem praebuit, ut eo tempore omnibus

nem triginta millia Daricorum per Timocratem quendam Athenienſibus, ac Thebanis Oratoribus dilargitus eſt. Dein commotis in arma Graecis alimenta ſubminiſtravit, ferendo parti infirmiori ſuppetias. *Polyaenus* lib. 5. Ἀρταξέρξης τὸν πόλεμον ἐγκαθιστὰς τοῖς Ἕλλησιν ἀεὶ προσετίθετο τοῖς ἡττωμένοις. ἀεὶ γὰρ ἐπανισῶν τὸν ἐλαττούμενον, εἶχεν ἐν ἴσῳ τὸ πολεμοῦντας καταλύειν. Hoc quoque intellexit *Xenophon.* καὶ ὁ τοῦ συμμαχοῦ μὲν τούτοις, μηδ᾽ ἑτέρους ἂν οὕτως μείζω βλάψειν. Gebhardus. Pro *expugnaverimus* Leid. m. *expugnamus.*

1 *Sine negotio*] Id eſt, ſine difficultate, ſine labore. *Negotium* ſaepe de re moleſta ac difficili ponitur. Cic. 2. ad Fam Ep. 10. *Tantis opibus, tantoque* negotio, *ut mihi ad ſummam gloriam nihil deſit, niſi nomen oppidi.* Vide P. Manutium ad lib. 3. ad Fam. Ep. 10. Suetonius in Caeſare cap. 19. *Ut Provinciae futuris Coſſ. minimi* negotii, *id eſt, ſilvae calleſque, decernerentur.*

2 *Apud Leuctra*] Leid. meus & Voſſ. A. B. *Leuctram.*

3 *Ad exeundum premeretur*] Urgeretur, *cogeretur.* Gebhardus.

4 *Ut ſi de exitu divinaret*] Mſc. Boecl. *ut ſi de exercitu divin.* Ed. Ultraj. *ut ſi de exitu dimicaret.* Sed editam lectı. tuentur verba *Diodori lib.* 15. ἔφησε δὲ διὰ τῶν ἀποτελουμένων ἰδεῖν οὐκ ἀνθρωπίνην ὑπάρχουσαν, ἀλλὰ θείαν τινὰ χρησμῶν εἰρηκέναι. De re, adi *Commentarium* ampliſſ. *Boecleri pag.* 22. *& ſeq.* Boſius.

5 *Eſſetque ſine muris oppidum*] Viri enim Lacedaemone fortitudine ſua pro moenibus erant. Seneca rhetor ſuaſor. 2. ut nos quidem emendabamus: *Non eſt Sparta lapidibus circumdata. Ubi viros habet, ibi muros non habet.* & mox: *Muri noſtri arma ſunt.* Schottus. Cur, quando & quamdiu Sparta ſine muris fuerit ac non fuerit, poſt *Lambinum & Magium ad h. l.* itemque *Cragium* 1, 2. ac *lib.* 3. *p.* 120. *& deinc. Emmium lib.* 3. *p.* 115. prolixe tradit *Meurſius Miſcellan. Lacon.* 4, 10. Boſius.

6 *Niſi ille fuiſſet,*] Sic ſupra locutus eſt 9, 2, 3. Sed quod ad rem attinet, eandem paullo aliter narrat *Diodorus lib.* 15. nempe ſic, ut videatur Spartae ſalutem adſcribere Agidis, non Ageſilai, providentiae. *Lambinus. Plutarchus* tamen

pag.

Digitized by Google

bus apparuerit, [6] niſi ille fuiſſet, [1] Spartam futuram non fuiſſe. In quo quidem diſcrimine [2] celeritas ejus conſilii ſaluti fuit univerſis. Nam quum quidam adoleſcentuli, [3] hoſtium adventu perterriti, ad Thebanos transfugere vellent, [4] & locum extra urbem editum cepiſſent, Ageſilaus, qui pernicioſiſſimum fore videret, ſi animadverſum eſſet, quenquam ad hoſtes transfugere conari, [5] cum ſuis eo venit, atque, ut ſi bono animo feciſſent, [6] laudavit conſilium eorum, quod

pag. 614. *D.* ſcribit, omnes fateri, Ageſilaum cauſſam fuiſſe. *Boſius.*

1 *Spartam futuram non fuiſſe*] In Mſ. libro eſt *non eſſe*. Eximio huic viro patria tam hanc quam multas inſignes alias victorias debebat, & ſalutem denique. Epaminondae enim nemo magis hoc uno ſe objiciebat, efficiebatque, ne Sparta in hoſtium poteſtatem veniret. Qua de re aliisque ejus virtutibus legendi, praeter Xenophontem & Diodorum Siculum in perpetua ipſorum hiſtoria, etiam alii, qui peculiaribus opuſculis eum ornandum ſibi ſumpſerunt. *Ernſtius.*

2 *Celeritas ejus conſilii*] Quamvis alias celeritas inimica ſit conſilio; tamen in rebus aſperis & ancipitibus, ubi ſpacium longiori deliberationi praecluſum eſt, in arena capere poſſe conſilium praeſenti neceſſitati accommodum, maxime expedit. Vide. *ſupra Not. ad* 8, 1, 4 & 14, 6, 8. Hoc autem Ageſilai promtum conſilium adjungi poteſt illis exemplis, quae *Frontinus Strategem.* 2, 7. *de diſſimulandis adverſis* collegit. *Loccenius.* Referunt autem id, praeter Noſtrum, etiam *Polyaenus* 2, 14. & *Plutarchus in vita pag.* 613. *& ſeqq.* ſed paullo aliter. *Boſ.*

3 *Hoſtium adventu perterriti*] Leid. m. *Hoſtium adventu perterriti.* Voſſ. A. & B. etiam *perterriti.*

4 *Et locum extra urbem editum*] Plutarchus Ἰσσώριον, vocat, *locum bene ſeptum & adſcenſu difficilem*, ubi Dianae templum: *Polyaenus* λόφον ἱερὸν Ἀρτέμιδος Ἰσσωρίας, *prope Pitanem*; uti quidem recte *Caſaubonus* illic & *Meurſius Miſcell. Lac.* 4, 14. legunt; Nam vulgo legitur Ἀρτέμιδος Ὀρθείας. Fortaſſis etiam legendum, λόφον τὸν ἱερὸν Ἀρτ. Meminere praeterea *Stephanus* & *Heſychius*; ſed hic Ἰσσωρίαν vocat. In Mſ. Boecler. erat, *& eum locum.* Fortaſſe ſub τῷ *eum* nomen loci latet, legendumque; *& Iſſorium, locum extra ur. editum.* Boſius. Voſſ. B. *& eum locum.*

5 *Cum ſuis eo venit*] Sic legendum, non ut habent mendoſi codices (*Magio* laudati,) *cum ſuis convenit.* Lambinus. *Plutarchus* ac *Polyaenus* tradunt, ſolum, aut cum unico ſervo, & inermem eo veniſſe, dixiſſeque *non illuc, nec unum in locum omnes, ſed alios huc,* alio loco demonſtrato, *alios illuc convenire juſſos*: ipſum vero Iſſorium, aliis continuo accitis, occupaſſe. *Boſius.*

6 *Laudavit conſilium*] Similis ars Marcelli relata *Plutarcho pag.* 303. Buchnerus.

copias extrahere ex hibernaculis: vidit, ſi, quo eſſet iter facturus, palam pronuntiaſſet, hoſtes non credituros, aliasque regiones praeſidiis occupaturos, nec
5 dubitaturos aliud eſſe facturum, ac pronuntiaſſet. Itaque [1] quum ille Sardis iturum ſe dixiſſet, Tiſſaphernes [2] eandem Cariam defendendam putavit. [3] In quo quum eum opinio fefelliſſet, victumque ſe vidiſſet conſilio: [4] ſero ſuis praeſidio profectus eſt. nam quum illo veniſſet, jam Ageſilaus, multis locis expugnatis,
6 magna erat praeda potitus. Laco autem, quum videret

que *tempus* delendum putabat. Sic enim loqui Latinos, *viſum eſt mihi dicere, ſcribere, facere.* Non feciſſet, opinor, ſi recordatus eſſet, noſtrum 16, 2, 2. dixiſſe: *cum tempus eſt viſum rei gerendae*, & 14, 11, 1. *tempus eſſe majores exercitus parari.* denique 23, 13, 4. *tempus eſt facere finem.* Integrum eſt, *viſum eſt tempus faciendi*, vel *facere*: ellipticum, *viſum eſt facere.* *Tempus* autem *extrahere*, pro *extrahendi* vel *ad extrahendum*, Helleniſmus eſt. vide Ind. v. *tempus*. *Freinshemius* legebat: *Hinc cum t. e. v.* *Schefferus* autem, *Heic cum*, ut 15, 6, 3. Sed τὸ *huic* Nepotis congruentius. Paullo poſt vulgo *praeſidiis* abeſt, etiam ab optimis editionibus. Sed erat in Mſſ. Dan. & Leid. Itaque diutius exſulare non ſum paſſus. Vide Ind. *Boſius*. Saepius modus Infinitivus pro Gerundio in *di* poni ſolet. Noſter in Lyſandro cap 3. *Iniit conſilium reges Lacedaemoniorum* tollere, Virg. 3. Aen. 670

Verum ubi nulla datur dextram adfectare *poteſtas.*

& vſ. 60 ejuſdem libri

Omnibus idem animus ſcelerata excedere *terra.*

Coelius Epiſt. 16. ad Ciceronem. *Quod porro tuum conſilium ſit ad deſperatos* accedere, *non medius fidius reperio.* Vide Servium ad Virg. 4. Aen. vſ. 565. Vechneri Hellenolexiam pag. 168. aliosque.

1 *Cum ille Sardis iturum ſe*] Lambinus, qui omnia cum pulviſculo alioqui ſolet converrere, locum Polyaeni omiſit lib. 2. in Ageſilao com. 9. Ἀγησίλαος ἐπὶ Σάρδεις ἐλαύνων καθῆκε λογοποιοὺς, ὡς ἐξαπατῶν Τισαφέρνην, στέλλεται μὲν φανερῶς ἐπὶ Λυδίας, τρέψεται δὲ ἀφανῶς ἐπὶ Καρίας. Ὁ μὲν Πέρσης ὡρμημένος Καρίαν φυλάττειν, ὁ δὲ Λάκων, κατέδραμε Λυδίαν, καὶ λείαν πολλὴν κατέσυρεν. Cur autem potiſſimum ſeſe in Cariam irruptionem moliri ſparſiſſet, cauſſas addit Frontinus lib. 1. cap. 8. Ex. 12. *Ageſilaus Lacedaemonius, cum inferret bellum Tiſapherni, Cariam ſe petere ſimulavit: quaſi aptius locis montuoſis, adverſus hoſtem equitatu praevalentem pugnaturus. Per hanc conſilii oſtentationem, avocato in Cariam Tiſapherne, ipſe Lydiam, ubi caput hoſtium regni erat, irrupit, oppreſſiſque, qui illic agebant, pecunia regia potitus eſt.* Gebh. Vide quae diximus paullo ante ad illa v. 2. *in Phrygiam.* Ceterum ſic Dan. elegantius quam alii, *ſe iturum.* Boſius. *Sardis* omnes co-

ret [1] hoſtes equitatu ſuperare, nunquam in campo ſui fecit poteſtatem, [2] & his locis manum conſeruit, quibus plus pedeſtres copiae valerent. Pepulit ergo, quotieſcunque congreſſus eſt, multo majores adverſariorum copias, & ſic in Aſia verſatus eſt, ut omnium opinione victor duceretur.

CAP. IV.

Hic [3] quum jam animo meditaretur proficiſci in Perſas, & ipſum regem adoriri, [4] nuntius ei domo

codices, & Voſſianus B. bis hoc capite *hoſtis*, pro *hoſtes*.

2 *Eandem Cariam*] Quam antea tutatus fuerat. *Lambinus.*

3 *In quo quum eum opinio fefell.*] Voſſ. A. *In eo quum eum opin. fefell.* Pro *magna erat praeda potitus* Voſſ. B. *magni erat praeda potitus.*

4 *Sero*] Quarto die poſtquam Ageſilaus jam Lydiam ingreſſus ac populatus erat, ut tradit *Xenophon.* Lambinus.

1 *Hoſtes equitatu ſuperare*] Superiores eſſe, praevalere, ut loquitur Frontinus. Infra Hannib. ſuperabatur *navium multitudine, dolo erat pugnandum.* Caeſar lib. 7. Com. cap. 65. *Caeſar, quod hoſtes equitatu ſuperiores eſſe intelligebat.* Graecis eſt *ἱπποκρατεῖν.* Diod. lib. 18. *καὶ θεωρῶν τοὺς πολεμίους ἱπποκρατοῦντας. Gebh.*

2 *Et his locis manum conſeruit, &c.*] Conflixit tamen ad Maeandrum Ageſilaus; quod videbat nondum peditatum hoſtium adeſſe; & cum hoſtes praemiſſi ab Ageſilao equitatus, interea dum pedeſtres copias inſtruit ac diſponit, impetum ſatis fortiter excepiſſent; reliquo jam exercitu producto illi ſtatim terga dederunt, &c. Ageſilaus autem caſtris hoſtium potitus eſt, & plus quam LXX. talenta praedae nactus eſt &c Sic *Xenophon lib. 3. de reb. Gr.* Addunt alii ſcriptores, hac victoria parta Ageſilaum facultatem adeptum eſſe Aſiae diripiendae &c. *Lambin.* Pro *quotieſcunque* Voſſ. A. & B. *quotienscunque.*

3 *Cum jam animo*] Sic Dan. Unde olim conjiciebam: *cum in animo meditaretur*, quomodo *Terentius Ad.* 1, 1. dixit, *in animo cogitare* & *inſtituere.* Nunc nihil muto. nam ſic & paullo poſt *v. 5. Cum jam haud ita longe abeſſet.* In reliquis libris τὸ *jam* ob ſimilitudinem particulae praecedentis videtur excidiſſe. *Boſius.*

4 *Nuntius ei domo venit*] Scytale ſcilicet. Plutarchus: *ἅμα τῷ τὴν σκυτάλην ἐλθεῖν.* Xenophon: *ἐπειδὴ ἦλθεν αὐτῷ ἀπὸ τῶν οἴκοι τελῶν, βοηθεῖν τῇ πατρίδι. Leunclavius* ſupplet, *ἀπὸ τῶν οἴκοι τελῶν ὁ ἐπιστέλλων*, quoniam in loco parallelo *hiſt. Gr. 4.* mox adducendo *τὸ ἐπιστέλλων* legitur, vultque omiſſum illud *ὁ ἐπιστέλλων* propter ſimilitudinem cum vocabulis praecedentibus *Lambinus ad h. l.* laudat: *ἐπειδὴ ἦλθεν αὐτῷ σκυτάλη*

ἀπὸ

mo venit [1] ephorum miſſu, [2] bellum Athenienſes & Boeotios indixiſſe Lacedaemoniis: quare venire [3] non
2 dubitaret. [4] In hoc non minus [ejus] pietas ſuſpicienda eſt, quam virtus bellica: qui quum [5] victori praeeſſet

ἀπὸ τ. οἰκ. τελ. Sed vereor, ne invitis libris. Fortaſſe nihil deeſt, ſed ἐλλειπτικῶς loquitur *Xenophon*; ut in re ſimili *hiſt. Gr.* 3. *pag.* 501. ἔρχεται ἀπὸ τῶν οἴκοι τελῶν, ἄρχειν καὶ τοῦ ναυτικοῦ. Quem locum pariter *Lenclavius*, ſed aeque fruſtra, ut arbitror, ſollicitat. Utrobique ſubaudiri poteſt ex *Plutarcho*, ἡ σκυτάλη ἡ κελεύουσα, vel aliquid ſimile. *Nuncius* ergo videtur idem eſſe ac ſcytale, epiſtola, ſive res per eam ſignificata: etiam ſi *miſſu* Ephororum veniſſe dicatur. nam & epiſtola mittitur; & *mittere* interdum nil aliud eſt, quam ſcribere, nunciare; ut apud Graecos ἐπιστέλλειν. de quo vid. Ind. Atque ſic & alibi *nuncii* voce noſter uſus, ut itidem docebit Index. *Boſius.*

1 *Ephorum miſſu*] Quanquam libri omnes *juſſu*; tamen quoniam Mſ. Dan. & Ultraj. ad oram habuere *miſſu*, haud ſpernendum id, immo genuinum puto. nam librarii vix excogitaverint vocem rarioris uſus: ſed potius ut varia lectio adſcripta fuerit. *Miſſu Ephorum*, i. e. mittentibus Ephoris, nuncium ſcilicet, vel epiſtolam ſive ſcytalen per Epicydidam quendam. Xenophon 4. hiſt. Graecae: εὐθὺς δὲ ἐπὶ τὸν Ἀγησίλαον ΠΕΜΠΟΥΣΙΝ Ἐπικυδίδαν. ὁ δ' ἐπεὶ ἀφίκετο, τά τε ἄλλα διηγεῖτο ὡς ἔχοι, καὶ ὅτι ἡ πόλις ΕΠΙΣΤΕΛΛΟΙ αὐτῷ, βοηθεῖν ὡς τῇ πατρίδι. Haec aut ſimilia noſter exprimere voluit. Pro *miſſu*, quod meliores editiones habent, τὸ *juſſu* irrepſerat etiam apud *Ciceronem ad Attic.* 8, 9. & *Tacitum hiſtor.* 1, 43, 4. qui & alibi hac voce uſus, de quo Indicem adi. Id igitur & heic factum fuiſſe probabile eſt. Denique hanc lectionem plane confirmant illa 7. 4, 3. de re ſimili: *cum ei nuntius a magiſtratu in Siciliam miſſus eſſet, ut domum rediret.* Boſius. *Juſſu* Voſſ. A. B. ſed Leid. m. *pro ephororum juſſu.*

2 *Bellum indixiſſe Lacedaemoniis*] Diodorus lib. 14. pag. 489. & Xenophon lib. 4. de reb. Graec. ſcribunt, regem Perſicum pecunia praeſides urbium Graecarum corrupiſſe, ut Lacedaemoniis bellum inferrent. *Ernſtius.* Suaſu & auctoritate Cononis per oratores Graeciae, Perſico auro corruptos, ad id adductos. *Polyaen.* 1. *in Conone comm.* 3. Gebhardus. adde laudatos *Ernſtio ad h. l.* Boſius. Pro *Boeotios* Voſſ. A. *Boetos.* pro *Bellum Ath. & Boeot. ind. Lac.* Voſſ. B. *Et Boeotios bellum indixiſſe Lacedaemoniis.*

3 *Non dubit.*] *Lambinus* mallet, *ne dubitaret.* vid. Ind *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. A. *ne dubitaret.*

4 *In hoc non minus* (*ejus*) *pietas*] Mſcr. Boecler. omittit *ejus.* forſan haud male. Sic cap. 7. 2. *in hoc illud inprimis fuit admirabile* Et alibi ſaepius. *In hoc*, ſcil. Ageſilao. mox q. edd. *cum victor praeeſſet.* Sed alterum & congruentius eſt, & in melioribus libb. reperitur. *Boſius.*

5 *Victori praeeſſet exercitui*] Loquendi modus optimis ſcriptoribus familiaris, Livius lib. 2. cap. 31. *Omnium actionum in ſenatu primam habuit pro victore populo*, lib. 3. cap.

24.

eſſet exercitui, maximamque haberet fiduciam [1] regni Perſarum potiundi, [2] tanta modeſtia dicto audiens fuit juſſis [3] abſentium magiſtratuum, ut ſi privatus [4] in comitio eſſet Spartae. [5] cujus exemplum utinam imperatores noſtri ſequi voluiſſent! ſed illuc redeamus. Ageſilaus opulentiſſimo regno praepoſuit bonam exiſtimationem, multoque glorioſius duxit, ſi

24. *Qui ubi triumphantes* victore *cum exercitu urbem inierunt.* & ita ſaepius alii. conſule Cl. Cortium ad Salluſtium Jugurth. cap. 58. n. 5. & ad cap. 64. n. 1. & Vechneri Hellenolexiam pag. 116. Huc referri poſſunt *Victrix libido* Livio l. 1. cap. 58. & *Victrix cauſſa* Lucano lib. 1. vſ. 128.

1 *Regni Perſarum potiundi*] Vide quae diximus ad 9, 2, 3. *Xenophon pag* 657. ait, agitaſſe animo & ſpe concepiſſe everſionem ejus imperii quod prius Graeciam armis invaſerat. *Boſius.*

2 *Tanta modeſtia*] Valde extollunt hoc factum laudantque *Xenophon l. c.* & *Plutarchus pag.* 604. adde *not. ad* 14, 4, 3. Boſius.

3 *Abſentium*] Mſc. Boecler. *biſtium*, & in margine *beſentium*. in quibus haud dubie aliquid latet. cl. *Scheſſerus* ingenioſe ſuſpicabatur, *ſciſcentium*; primamque ſyllabam in voce *ſciſcentium* deletam eſſe ob poſtremam praecedentis vocis, ei non abſimilem. *Boſ.* Voſſ. B. conſentit iterum Codici Boecleriano: Phraſin *dicto audiens juſſis abſentium mag.* illuſtravi ad cap. 1. n. 2. Lyſandri; quibus adde Doctiſſ. J. Arntzenium ad A. Victorem de V. Illuſtr. cap. 7. n. 4.

4 *In comitio*] In loco, ubi comitia peragebantur. Liv. lib. 40. c. 29. *Id ſcriba non accepit, libri in comitio, igne a victimariis facto, in conſpectu populi cremati ſunt.* Tacit. 13. cap. 58. *Ruminalis arbor in comitio.* In vita Agricolae cap. 2. *Ut monumenta clariſſimorum ingeniorum in comitio ac foro urerentur.* Utitur aliquoties Cicero pro Sextio, In Verrem; Xenophon reddit ἐφορεῖον. *Gebhard.* Xenophon: ὥδε διαφερόντως ἢ εἰ ἐν τῷ ἐφορείῳ ἔτυχεν ἑστηκὼς μόνος παρὰ τοὺς πέντε. *Ephoreum* autem curia Ephororum, uti e Pauſaniae Laconicis docent *Cragius* 2. 4. & *Emmius lib.* 3. *pag.* 125. vide Ind. v. *comitium.* Boſius.

5 *Cujus exemplum*] Vel hic unus locus argumento eſt firmiſſimo, hujus libri auctorem, ſive ſit *Cornelius Nepos*, ſive *Æmilius Probus*, ſive quis alius, vixiſſe iis temporibus, quibus reſp. Rom. penes populum & ſenatum erat: nondum ſc. populi potentia & libertate ab imperatoribus, i. e. a tyrannis, oppreſſa. Haec enim perſpicue in C. Julium Caeſarem dicuntur, qui invito ſenatu, & contra leges exercitum retinuit: unde natum eſt bellum civile inter eum & Pompejum. *Lambinus.* vid. *Sueton. in Caeſare cap.* 30. *Florum* 4, 3. Loccenius. Praſchius ad Phaedrum lib. 1. fab. 29. vſ. 6. adnotat, hic, *ſequi voluiſſent* poſitum eſſe pro *ſecuti fuiſſent*, cujus

ſi inſtitutis patriae paruiſſet, quam ſi bello ſuperaſſet
Aſiam. Hac igitur mente Helleſpontum copias trajecit,
tantaque uſus eſt celeritate, ut, quod iter Xer-
4 xes [1] anno vertente confecerat, hic tranſierit [2] tri-
ginta diebus. [3] Quum jam haud ita longe abeſſet a Peloponneſo,
obſiſtere ei conati ſunt Athenienſes & Boeotii, ceterique [4] eorum
ſocii, apud Coroneam: quos

elegantiae plura ibi exempla Clariſſimus Burmannus profert.

1 *Anno vertente*] Vid. Ind. v. *annus*. Supra 2, 5, 3. *ſex menſibus* iter hoc confectum ait. Pro *tranſierit* Lambinus mallet *tranſegerit*. nulla neceſſitate. *Tranſire iter* dictum, ut *tranſire flumen, mare, ſaltum*, &c. & *tranſire vitam* apud Salluſtium Catil. cap. 1. ac Senecam de Prov. cap. 4. Poſſis & abſolute accipere, ut 2, 9, 1. 7, 9, 3. & alibi. *Boſius*. Notandum eſt, Pronomen Relativum nomini, ad quod reſpicit, praecedere. Virg. 4. Aen. 653.

Vixi, & quem dederat curſum fortuna peregi.

V. cl. Cort. ad Salluſt. Catil. cap. 3. n. 2. & cl. Burm. ad Phaedrum lib. 4. fab. 6. vſ. 1. lib. 2. fab. 1. *Quae debetur pars, tolle*, pro tolle partem, quae debetur: Livius lib. 3. cap. 9. *Quod populus in ſe jus dederit, eo uſurum.* Sic apud Graecos Sophocles Ajace vſ. 272.

Αὐτὸς μὲν ἥδεθ᾽ οἷσιν εἶχετ᾽ ἐν κακοῖς.

In Trachin vſ. 94.

Ὃν αἰόλα νὺξ ἐναριζομένα
Τίκτει, κατευνάζει τε φλογιζόμενον
Ἅλιον ἅλιον αἰτῶ
Τοῦτο καρῦξαι ὁ Ἀλκμήνας.

Caeterum *tranſire* cum quarto caſu ſaepius ponitur a probatis Auctoribus. A. Gellius in praefat. pag. 8. *In ſe quidem volvendis tranſeundiſque multis admodum voluminibus.* id eſt curſim perlegendis. vide ibi Salmaſii notas, & Waſſe ac Cortium ad Salluſtii locum hic a Boſio citatum. & *tranſitus pons* dixit Livius lib. 2. cap. 10. ubi ſummum Gronovium conſule.

2 *Triginta diebus*] Mirum. nam obſiſtere ei conati ſunt Thraces, quos gravi proelio ſuperavit, ut teſtatur *Plutarchus in Ageſilao*: idemque conati ſunt & Theſſali, quorum dux erat Polycharmus Pharſalius: quos etiam in fugam vertit, alios interfecit, alios cepit, in eaque Theſſalorum fuga & clade Polycharmus ipſe occubuit, itaque tropaeum inter Prantem, & Narthecium conſtituit, ut tradit *Xenoph. in Ageſil.* & *lib. 4 de reb. Gr.* neque praetermiſit *Plutarchus*. Lambinus. Cum noſtro tamen facit *Xenophon Ageſilao*, cum ait minori quam menſis ſpacio hoc iter confeciſſe, μεῖον ἢ ἐν μηνί. Noſter *tringinta dies* numerat, fortaſſis idcirco quod totidem Xerxem in hoc itinere conſumſiſſe dixerat 2, 5, 3. *Boſius.*

3 *Quum haud ita longe*] Sic Dan. Leid. Boecler. Aliis *ita* deeſt. *Boſ.* Voſſ. B *cum ita aut longe.* pro *Boeotii.* Voſſ. A. & B. iterum *Baetii.*

4 *Eorum ſocii*] Hos enumerat *Xenophon in Ageſilao* & 4. *de rebus Gr.*

Argi-

quos omnes gravi praelio vicit. Hujus victoriae vel 6
maxima fuit laus, quod quum plerique ex fuga ſe [1] in templum Minervae conjeciſſent, quaereretурque ab eo, quid his fieri vellet; [2] etſi aliquot vulnera acceperat eo praelio, & iratus videbatur omnibus, [3] qui adverſus arma tulerant; tamen [4] antetulit irae religionem; & eos vetuit violari. [5] Neque vero hoc 7
ſolum

Argivos, Corinthios, Ænianas, Euboeenſes, Locros utroſque, & multis verbis praelium illud ejusque eventum narrat. *Diodorus*, ut fere in ceteris, ſummam brevitatem adhibuit. Multa autem profert *Polyaenus lib.* 2. ſtrategemata, quibus uſus ſit Ageſilaus adverſus Thebanos, ſibi obſiſtere conantes. *Lambinus.*

1 *In templum Minervae*] Quaſi in aſylum. Sic *Xenophon in Ageſilao*, *& lib. 4. de reb. Gr. Plutarchus in Ageſilao*. Templum autem Minervae intellige cognomento Itoniae, ut docet *Pauſanias Laconicis*. Ἴτων autem urbs Theſſaliae eſt. *Lamb.*

2 *Etſi aliquot vulnera acceperat*] Praeclarior moderatio eſt in victos, quo victor gravioribus injuriis & damnis eſt affectus. Laudatur eo nomine a *Trogo* apud Juſtinum 7, 6, 14. Philippus. *Cum Methonam*, inquit, *urbem oppugnaret, in praetereuntem de muris ſagitta jacta dextrum oculum regis effodit: quo vulnere nec ſegnior in bellum, nec iracundior adverſus hoſtes factus eſt: adeo ut interjectis diebus pacem deprecantibus dederit; nec moderatus tantum, verum etiam mitis adverſus victos fuerit.* Alioqui victoria mitis vel cruenta eſt, prout minora vel atrociora in ea elaboranda pericula fuerunt ſubeunda. Juſtinus 1, 7. 6. *Sed quanto bellum minoris periculi, tanto & mitior victoria fuit.* Florus 2, 8, 18. *Victo & ſupplici pacem atque partem regni dari placuit, eo libentius, quod tam facile ceſſiſſet.* Curtius 4, 6, 24. *Ira quoque accenſus, quod duo in obſidione urbis ejus vulnera acceperat.* vide reliqua. Caeſar 2. B. Civ. 13. *Caeſar per literas Trebonio magnopere mandaverat, ne per vim oppidum expugnari pateretur; ne gravius permoti milites & defectionis odio, & contemptione ſui, & diutino labore omnes puberes interficerent.* Tacitus 4. A. 25, 4. *Infenſus miles memoria laborum, & adverſum eludentes optatae toties pugnae, ſe quisque ultione & ſanguine explebant.* Gebh. Pro *fieri vellet* Leid. m. *vellet fieri.*

3 *Qui adverſus arma tulerant*] Tib. Wopkens lib. 1. Lect. Tull. cap. 4. pag. 19. explicat *qui* per *quia.*

4 *Antetulit irae religionem*] Cum de omni humana ope deſperabatur, a victis confugiebatur ad Deorum templa atque aras, ut eorum veneratione ac majeſtate motus Victor impetum iracundiae frangeret, victique crudelitati ſubtraherentur. Et cum ſanctitas morum Deique timor inter mortales adhuc vigerent, quamvis vi urbem ingreſſus Victor repugnantes omnes juberet trucidari, tamen illis parci praecepit, qui ad Deorum templa confugiſſent. Curtius 4, 4, 13. *Alexan-*

ſolum in Graecia fecit, ut [1] templa deorum ſancta haberet: ſed etiam apud barbaros ſumma religione o-
8 mnia ſimulacra, arasque conſervavit. Itaque praedicabat, mirari ſe, non [2] ſacrilegorum numero haberi, qui [3] ſupplicibus eorum nocuiſſent: aut non gravioribus poenis affici, qui religionem minuerent, quam qui fana ſpoliarent.

CAP.

der, exceptis, qui in templa confugerant, omnes interfici, ignemque tectis injici jubet. Victis autem nulla alia de cauſſa, qui in Deorum templa confugerant, parcitum fuit, niſi reſpectu & reverentia erga Deos. Diodorus lib. 12. ὥστε τῆς κοινῆς ἕνεκα τοῦ μηδὲν ἀσεβεῖν εἰς τὸ δαιμόνιον, διασώζοντας τοὺς εἰς τὰ ἱερὰ καταπεφευγότας. Tacitus 3. A. 61. 3. *Mox Liberum Patrem bello victorem ſupplicibus Amazonum, quae aram inſederant, ignoviſſe.* Gebhardus. Reverentia religionis aciem hoſtilis ferri & vindictae reprimit. Adi *Grotium de jur. B. & P.* 3, 12, 6. & ibi *in notis.* Loccenius. *Polyaenus lib.* 2. *Strateg.* aliam cauſſam adfert, quamobrem Ageſilaus iis, qui in templum illud confugerant, pepercerit: *quod eſſet periculoſum cum eis confligere, qui in rebus deſperatis praelium de integro inirent.* Lambinus.

5 *Neque vero*] Τὸ *vero* abeſt a quibuſdam Mſſ. & edd. & paullo poſt pro *conſervavit* alii *conſecravit*, non recte, ut *Schottus* recte judicat. *Boſius.* Agnoſcunt τὸ *vero* Leid. m. & Voſſ. A. B.

1 *Templa deorum ſancta h.*] Id eſt inviolabilia. Florus lib. 4. cap. 2. n. 21. *Aerarium quoque ſanctum, quia tardius aperiebant tribuni, juſſit effringi.* Tibull. lib. 1. El. 5. vſ. 40.

Num feror inceſtus ſedes adiiſſe deorum,
Sertaque de ſanctis deripuiſſe focis?

Sic *muri ſancti* ſunt ex inſtituto Romuli. V. Cl. Dukerum ad Florum lib. 1. cap. 1. n. 8. & *ſancta* & *ſancire foedera.* Vide Jac. Gronovium ad Livium lib. 1. cap. 24. Sic in Pelopida cap. 4. n. 2. vidimus legendum *Quod apud omnes gentes ſanctum eſſe conſueſſet.* de inviolabili Legationis jure. quomodo *ſanctum numen* Virgilium dixiſſe notat Servius ad lib. 8. Aen. vſ. 382.

2 *Sacrilegorum numero haberi*] Hanc locutionem illuſtravit ſummus Gronovius lib. 1. Obſervat. cap. 6.

3 *Supplicibus eorum*] *Barbarorum*ne, quos proxime; an *deorum*, quos paullo ante nominavit? Hoc malim. nam & *Xenophon Ageſilao* ſub finem, unde totus hic locus expreſſus *Lambino*, & recte quidem, videtur, *deorum*, & paullo poſt *ararum ſupplices* vocat: ἱκέτας δὲ θεῶν οὐδὲ ἐχθροὺς ἐβιάζετο νομίζων ἄλογον εἶναι τοὺς μὲν ἐξ ἱερῶν κλέπτοντας, ἱεροσύλους καλεῖν· τοὺς δὲ βωμῶν ἱκέτας ἀποσπῶντας, εὐσεβεῖς ἡγεῖσθαι. Nec inſolitum Noſtro, pro vocabulum relativum ad remotius Nomen referre. vide notata ad 16, 3, 2. Proinde non eſt, cur cum *Magio* legamus *deorum.* Boſius. *Eorum* Leid. m. & Voſſ. A. B. pro *minuerent* Leid. m. *minuerint.*

1 *Idem*

Cap. V.

Poſt hoc praelium, collatum eſt omne bellum cir- 1
ca Corinthum, [1] ideoque Corinthium eſt appel-
latum. Hic quum una pugna decem millia hoſtium 2
[2] Ageſilao duce cecidiſſent: eoque facto opes adver-
ſariorum debilitatae viderentur: [3] tantum [4] abſuit ab
in-

1 *Ideoque Corinthium eſt appellatum*] Diodorus 14. τῶν δὲ τῷ πολέμων δεινῶν χυθέντι περὶ τὴν Κόρινθον συμβάντων, ὁ πόλεμος οὗτος ἐκλήθη Κορινθιακός. *Lambinus* Nugae ergo ſunt, non modo quod nonnulli legerunt, *Corinthus eſt appellata*, ſcil. ἀπὸ τοῦ κορύνειν; ſed etiam quod *Longolius*, qui illos ridet, legit, *Corinthum eſt appellatum*, & interpretatur, *denunciatum, ut Corinthum conveniret*: aeque riſu excipiendus. *Boſ.* Leid. m. & Voſſ. B. *Corinthum.*

2 *Ageſilao duce*] Quod *Xenophon Ageſilao* nuncium tantae cladis (ἀγγελίαν) ad Ageſilaum perveniſſe; *Plutarchus* autem cum *in Ageſilao*, tum *in apophthegm. reg. & duc.* audiſſe eundem magnum hoc praelium, & *in apophth. Lacon.* audiviſſe numerum hoſtium mortuorum (ter verbo τεθνεὼς uſus) ſcribit; inde *Magius* & *Lambinus* colligunt, Ageſilaum neutiquam huic pugnae interfuiſſe. Addit tamen *Lambinus*, reſponderi poſſe, duces non ipſos cernere oculis mortuorum numerum, ſed certis hominibus ex ſuis negocium dare, ut hoc cognoſcant. Potius dixerim, duce aliquo fieri, etiam quae abſente eo, ſed auſpiciis ejus fiunt. *Boſius.* *Una* abeſt Voſſiano A. & pro *ceciderunt* Leid. m. *reciderunt.*

3 *Tantum abſuit*] Sic habent edd pleraeque, nec diſcrepant, quod ſciam, libri meliores. Longol. tamen, Lambin. & quaedam recentiores, *afuit:* quod ſolum Latinos uſurpaſſe contendit non modo heic, ſed etiam *ad* 9, 1, 2. & 20: 1, 3. ac *ad Horatii ſatyr.* 1. *pag.* 50. & prolixius in *notis Ciceronianis*, poſt *Muretum* & *Victorium*, *Lambinus.* Et certe veteres interdum ſic extuliſſe, atque ſic paſſim in Mſſ. codd. legi, negare nolim: nube teſtium id evicit *Phil. Pareus in Lexico Critico.* Ex eo tamen nondum conficitur, alterum, quod & ipſum in plurimis codd. reperitur, Latinum plane non eſſe. *Boſius.* Leid. m. & Voſſ A. B. *abfuit.*

4 *Abſuit ab inſolentia gloriae*] Minime inſolenter de tanta victoria gloriatus eſt: cum alioqui victoria inflet animum Ducis, ut ſupra in *Pauſania* & *Lyſandro* adnotabamus. Tacitus 4. H. 63, 1. *Civilis & Claſſicus rebus ſecundis ſublati.* Aurelius Victor Caeſar c. 39 *Quo proſperiora cedente metu ne hujuſmodi ingenium magis ac magis victoria inſoleſceret.* Ergo elationem animi comitatur quoque Gloriatio. Caeſar 1. B. Gall. 14. *Quod ſua victoria tam inſolenter gloriaretur.* Modeſtia in ſucceſſibus habet ſocios Ageſilaus & alios. De Philippo Juſtinus 9, 4, 1. *Hujus victoriae callide diſſimulata laetitia eſt. denique non ſolita ſacra Philippus illa die fecit, non in convivio riſit,*

inſolentia gloriae, ut commiſeratus ſit fortunam Graeciae, quod tam multi a ſe victi [1] vitio adverſariorum concidiſſent: namque [2] illa multitudine, [3] ſi ſana mens
3 eſſet, Graeciae ſupplicium Perſas dare [4] potuiſſe. Idem quum adverſarios intra moenia compuliſſet, & ut Corin-

riſit; non ludos inter epulas adhibuit; non coronas & unguenta ſumſit; & quantum in illo fuit, ita vicit, ut victorem nemo ſentiret. De Timoleonte Nepos 20, 4, 2. *Nihil unquam neque inſolens, neque glorioſum ex ore ejus exiit.* De Annibale Plutarchus in Marcello: οὔτε φωνὴν ἀφῆκεν ὑπερήφανον, οὔτ' αὖ ὅλως τὸ χαῖρον. Compoſitum mentis & vultus Ageſilai habitum ita deſcribit *Xenophon*: ὡς ἀληθῶς φανερὸς ἐγένετο. *Plutarchus*: οὐ δόξαν περιχαρὴς οὐδ' ἐπηρμένος. *Gloria* pro gloriatio; P. Syrus: *Cito ignominia fit ſuperbi gloria.* Tacitus 1. A. 8, 2. *Plerique inviſi ſibi, ſed jactantia gloriaque ad poſteros.* Haec prolixius deduxi, ut affligerem correctionem *Lambini*, *inſolenti gloria* ſuſpicantis legendum. *Gebh.* Hunc locum egregie illuſtravit Vir Clariſſimus P. Burmannus ad Phaedrum lib. 1. fab. 11. vſ. 1.

1 *Vitio adverſariorum*] Callida amolitio a ſe culpae & damni communi Patriae illati. Nam ſi *Diodoro* credimus, exſtitit Ageſilaus φύσει δραστικὸς καὶ φιλοπόλεμος. Quare ne videatur impie ac ſcelerate iiſdem ſacris, linguae commercio, cohaerentes bello obtriviſſe, illis verſute culpam imputat. Uſus eſt hoc colore quoque ſupra Alcibiades. *Gebhardus.*

2 *Illa multitud. Graecis ſupplicium Perſas dare pot.*] Hoc eſt, ut *Xenophon Ageſilao*, & *Plutarchus in ejuſdem vita*, ac *apophth. Lacon.* loquuntur, tot viros vivos potuiſſe barbaros univerſos ſuperare; aut, ut *in apophth. reg. & duc.* habetur, interficere. Similis querela Lucani princ. lib. 1.

Cumque ſuperba foret Babylon ſpolianda tropaeis
Auſoniis, umbraque erraret Craſſus inulta,
Bella geri placuit nullos habitura triumphos?
Heu quantum potuit terrae pelagique parari
Hoc, quem civiles hauſerunt, ſanguine dextrae! &c.

Quae ex hoc Ageſilai dicto ſumta eſſe, vir ſui nominis *H. Grotius in Notis ad eum locum* obſervat. De phraſi, *ſupplicium dare*, Indicem vide. *Boſius.*

3 *Si ſana mens eſſet*] Virg. *Si mens non laeva fuiſſet.* Gebhardus. Si ſana Graecorum mens fuiſſet. *Lambinus.* Eſt fere proverbialis locutio, ſignificans, *ſi Graeci conſilii non fuiſſent expertes, ſi mentis ſuae fuiſſent compotes. Mens ſana* alibi *mens bona* vocatur, cui obponitur *mens mala* & *laeva*. Conſule Gonſalium de Salas ad Petronium cap. 3. & Dukerum ad Florum lib. 2. cap. 6. n. 20. Hinc etiam manavit formula, qua jurabant ſe purgaturi, qui alium aut re aut verbo laeſerant, laeſum eſſe injuria hac indignum, & ſe fuiſſe *mente mala*: ut nos docet Elegantiſſimus Broukhuiſius ad Tibullum 2, 5, 104. Vocem vero *ſanam*

rinthum oppugnaret, multi hortarentur: [1] negavit id ſuae virtuti convenire. ſe enim [2] eum eſſe dixit, qui ad officium peccantes redire cogeret, non qui urbes nobiliſſimas expugnaret Graeciae. nam ſi, inquit, eos ex- 4
tinguere voluerimus, qui nobiſcum adverſus barbaros [3] ſteterunt, noſmet ipſi nos expugnaverimus, [4] illis qui-

mus ad animum transferri, & huic rei propriam eſſe, non eſt, quod multis oſtendamus, hinc enim *ſanitas* pro ratione, & bona mente ſumitur a Phaedro. lib. 4. fab. 25. vſ. ultimo, ubi vide Cl. Schefferi notas, quamvis ibi Nobil. Heinſius *ſana mens* legendum conjiciat. & ipſum verbum *ſanare* de animo aegrotantibus paſſim ſumi docet abunde Cel. Broukhuſius ad Propertium lib. 1, El. 10. vſ. 18. & ad Tibull. lib 2. El. 3. vſ. 13.

4 *Potuiſſe*] Sic meliores libri. Alii *potuiſſet*, ac ſi Nepotis judicium hoc eſſet. Sed Ageſilai eſſe e ſcriptoribus modo laudatis conſtat. *Boſius.*

1 *Negavit id ſuae v. c.*] Etiam hic locus videtur fere e *Xenophonte* expreſſus, aut certe imitatus. *Lambin.* Vide eum *pag.* 669. *A. B.* qui tamen rem paullo aliter narrat. *Boſius.*

2 *Eum eſſe*] I. e. talem, tantum. Vide Ind. v. *is.* Mſc. Boecl. vox *eſſe* aberat. *Boſius.* *Eſſe* abeſt etiam Voſſiano B. Cicero 5. ad Fam. Ep. 8. Is *enim tu vir es, & eum me eſſe cupio, ut, quoniam in eadem Reip. tempora incidimus, conjunctionem amicitiamque noſtram utrique noſtrum laudi ſperem fore.* Lib. 1. Ep. 8. *Me quidem etiam illa res conſolatur, quod ego is ſum, cui vel maxime concedant omnes, ut vel ea defendam, quae Pompejus velit &c.* Lib. 8. Ep. 6. *Cum praeſertim is ſit, qui, ſi perniciosum ſciret eſſe loqui de hac re, vix tamen ſe contineret.* ubi Cl. Cortium vide. Livius lib. 3. cap. 58. *Orabatque, ne Claudiae genti eam inuſtam maculam vellent, ut carcere & vinculis viderentur digni.* Juſtinus lib. 4. cap. 1. n. 18. Ea *eſt enim procul inſpicientibus natura loci, ut ſinum maris, non tranſitum putes.* Florus 1, 13, 3. Ea *certe fuit vis calamitatis, ut &c.* Conſule Cel. Burmannum ad Phaedrum lib. 4. fab. 1. vſ. 5.

3 *Steterunt*] Mſc. Boecl. *ſteterint.* bene. *Boſius.* Voſſianus B. iterum conſentit Boecleriano. Pro *exſtinguere* Leid. m. *eos extinguere.*

4 *Illis quieſcentibus*] Non ſe moventibus, donec partes colliſae inter ſe extreme defatigentur. Sed quamvis iſti, qui talia ſpectant, armis quieſcant: conſiliis tamen non ceſſant: qui magis ac magis gliſcentem diſcordiarum ignem fodiant. Artaxerxes videlicet, ut regno ſuo otium a Graecis conſtitueret, ipſos inter ſe colliſit hoc artificio. Primo Oratores pecunia corruptos induxit, ut perſuaderent populo hanc vel illam expeditionem ſuſcipere; auxilium huic vel illi urbi ferre; dominium hujus vel illius territorii acquirere. Hoc intelligit Xenophon; δωρεῖται δ' ἐκεί-νοις, ὡς ἂν νομίζῃ λαβόντας, [illegible] κατὰ τοὺς Ἕλληνας [illegible]. In eum ſi-

quieſcentibus, quo facto, [1] ſine negotio, quum voluerint, nos oppriment.

CAP. VI.

1 Interim accidit illa calamitas [2] apud Leuctra Lacedaemoniis: quo ne proficiſceretur, quum a plerisque [3] ad exeundum premeretur, [4] ut ſi de exitu divinaret, exire noluit. Idem quum Epaminondas Spartam oppugnaret, [5] eſſetque ſine muris oppidum, talem ſe imperatorem praebuit, ut eo tempore omnibus

nem triginta millia Daricorum per Timocratem quendam Athenienſibus, ac Thebanis Oratoribus dilargitus eſt. Dein commotis in arma Graecis alimenta ſubminiſtravit, ferendo parti infirmiori ſuppetias. *Polyaenus* lib. 5. Ἀρταξέρξης ὁ πόλεμον ἐγκαθίστη τοῖς Ἕλλησιν ἀεὶ προστιθέμενος τοῖς ἡττωμένοις. ἀεὶ γὰρ ἐπανισῶν τὸ ἐλαττούμενον, τὴν ἰσχὺν τοῦ νικῶντος κατέλυε. Hoc quoque intellexit *Xenophon*. καὶ ὁ νῦν συμμαχεῖ μὲν τούτοις, μεθ' ἑτέρων ἂν οὕτως μείζω βλάψαι. Gebhardus. Pro *expugnaverimus* Leid. m. *expugnamus*.

1 *Sine negotio*] Id eſt, ſine difficultate, ſine labore. *Negotium* ſaepe de re moleſta ac difficili ponitur. Cic. 2. ad Fam Ep. 10. *Tantis opibus, tantoque* negotio, *ut mihi ad ſummam gloriam nihil deſit, niſi nomen oppidi*. Vide P. Manutium ad lib. 3. ad Fam. Ep. 10. Suetonius in Caeſare cap. 19. *Ut Provinciae futuris Coſſ. minimi* negotii, *id eſt, ſilvae calleſque, decernerentur*.

2 *Apud Leuctra*] Leid. meus & Voſſ. A. B. *Leuctram*.

3 *Ad exeundum premeretur*] Urgeretur, *cogeretur*. Gebhardus.

4 *Ut ſi de exitu divinaret*] Mſc. Boecl. *ut ſi de exercitu divin.* Ed. Ultraj. *ut ſi de exitu dimicaret*. Sed editam lecti. tuentur verba *Diodori lib.* 15. ὤκνησε δὲ διὰ τῶν ἀποτελουμένων ἔδοξεν οὐκ ἀνθρωπίνην ἀπόφασιν, ἀλλὰ θεῖόν τινα χρησμὸν εἰρηκέναι. De re, adi *Commentarium* ampliſſ. *Boecleri pag.* 22. *& ſeq*. Boſius.

5 *Eſſetque ſine muris oppidum*] Viri enim Lacedaemone fortitudine ſua pro moenibus erant. Seneca rhetor ſuaſor. 2. ut nos quidem emendabamus: *Non eſt Sparta lapidibus circumdata. Ubi viros habet, ibi muros non habet.* & mox: *Muri noſtri arma ſunt*. Schottus. Cur, quando & quamdiu Sparta ſine muris fuerit ac non fuerit, poſt *Lambinum* & *Magium ad h. l.* itemque *Cragium* 1, 2. ac *lib.* 3. p. 120. *& deinc. Emmium lib.* 3 p. 115. prolixe tradit *Meurſius Miſcellan. Lacon.* 4, 10. Boſius.

6 *Niſi ille fuiſſet*,] Sic ſupra locutus eſt 9, 2, 3. Sed quod ad rem attinet, eandem paullo aliter narrat *Diodorus lib.* 15. nempe ſic, ut videatur Spartae ſalutem adſcribere Agidis, non Ageſilai, providentiae. *Lambinus*. *Plutarchus* tamen

pr.

bus apparuerit, [6] niſi ille fuiſſet, [1] Spartam futuram non fuiſſe. In quo quidem diſcrimine [2] celeritas ejus conſilii ſaluti fuit univerſis. Nam quum quidam adoleſcentuli, [3] hoſtium adventu perterriti, ad Thebanos transfugere vellent, [4] & locum extra urbem editum cepiſſent, Ageſilaus, qui pernicioſiſſimum fore videret, ſi animadverſum eſſet, quenquam ad hoſtes transfugere conari, [5] cum ſuis eo venit, atque, ut ſi bono animo feciſſent, [6] laudavit conſilium eorum, quod

pag. 614. *D.* ſcribit, omnes fateri, Ageſilaum cauſſam fuiſſe. *Boſius.*

1 *Spartam futuram non fuiſſe*] In Mſ. libro eſt *non eſſe.* Eximio huic viro patria tam hanc quam multas inſignes alias victorias debebat, & ſalutem denique. Epaminondae enim nemo magis hoc uno ſe objiciebat, efficiebatque, ne Sparta in hoſtium poteſtatem veniret. Qua de re aliisque ejus virtutibus legendi, praeter Xenophontem & Diodorum Siculum in perpetua ipſorum hiſtoria, etiam alii, qui peculiaribus opuſculis eum ornandum ſibi ſumpſerunt. *Ernſtius.*

2 *Celeritas ejus conſilii*] Quamvis alias celeritas inimica ſit conſilio; tamen in rebus aſperis & ancipitibus, ubi ſpacium longiori deliberationi praecluſum eſt, in arena capere poſſe conſilium praeſenti neceſſitati accommodum, maxime expedit. Vide. *ſupra Not. ad* 8, 1, 4 & 14, 6, 8. Hoc autem Ageſilai promtum conſilium adjungi poteſt illis exemplis, quae *Frontinus Strategem.* 2, 7. *de diſſimulandis adverſis* collegit. *Loccenius.* Referunt autem id, praeter Noſtrum, etiam *Polyaenus* 2, 1, 4. & *Plutarchus in vita pag.* 613. *& ſeqq.* ſed paullo aliter. *Boſ.*

3 *Hoſtium adventu perterriti*] Leid. m. *Hoſtium adventu perterriti.* Voſſ. A. & B. etiam *perterriti.*

4 *Et locum extra urbem editum*] Plutarchus Ἰσσώριον, vocat, *locum bene ſeptum & adſcenſu difficilem,* ubi Dianae templum: *Polyaenus* λόφον ἱερὸν Ἀρτέμιδος Ἰσσωρίας, *prope Pitanem;* uti quidem recte *Caſaubonus* illic & *Meurſius Miſcell. Lac.* 4, 14. legunt; Nam vulgo legitur Ἀρτέμιδος Ὀρθείας. Fortaſſis etiam legendum, λόφον οὗ ἱερὸν Ἀρτ. Meminere praeterea *Stephanus* & *Heſychius;* ſed hic Ἰσσωρίαν vocat. In Mſ. Boecler. erat, *& eum locum.* Fortaſſe ſub τῷ *eum* nomen loci latet, legendumque; *& Iſſorium, locum extra ur. editum.* Boſius. Voſſ. B. *& eum locum.*

5 *Cum ſuis eo venit*] Sic legendum, non ut habent mendoſi codices (*Magio* laudati,) *cum ſuis convenit.* Lambinus. *Plutarchus* ac *Polyaenus* tradunt, ſolum, aut cum unico ſervo, & inermem eo veniſſe, dixiſſeque *non illuc, nec omnem in locum omnes, ſed alios huc,* alio loco demonſtrato, *alios illuc convenire juſſos:* ipſum vero Iſſorium, aliis continuo accitis, occupaſſe. *Boſius.*

6 *Laudavit conſilium*] Similis ars Marcelli relata *Plutarcho pag.* 303. Buchnerus.

 1 *Axi-*

quod eum locum occupaſſent, & ſe id quoque fieri
3 debere [1] animadvertiſſe. Sic adoleſcentulos ſimulata laudatione [2] recuperavit, & adjunctis de ſuis comitibus locum [3] tutum reliquit. Namque illi, [4] aucto numero eorum, qui expertes erant conſilii, commovere ſe non ſunt auſi, eoque libentius, quod latere arbitrabantur, [5] quae cogitarant.

CAP. VII.

1 Sine dubio poſt Leuctricam pugnam Lacedaemonii [6] ſe nunquam refecerunt, [7] neque priſtinum imperium

1 *Animadvertiſſe*] Subintelligitur *dixit*, de qua ellipſi utriuſque linguae auctoribus uſitata, v. Raphelius ad Acta Apoſtol. cap. 14. comm. 22. & Kannegiterus ad Aviani Fabulam 8. vſ. 7.

2 *Recuperavit*] De perſona rarius. Supra tamen Pelopida; *Hunc Epaminondas* recuperavit *bello*. Caeſar lib. III. de Bell. Gall. cap. 8. *quod per eos ſuos ſe obſides, quos Craſſo dediſſent*, recuperaturos *exiſtimabant*. Frontin. cap. VIII. lib. I. *Bello Punico quaedam civitates, quae a Romanis deficere ad Poenos deſtinaverant, cum obſides dediſſent, quos recipere antequam deſciſcerent, ſtudebant, ſimulaverunt ſeditionem inter finitimos ortam, quam Romanorum legati dirimere deberent, miſſoſque eos velut contraria pignora retinuerunt, nec ante reddiderunt, quam ipſi* recuperarent *ſuos*. Tacit. IV. Annal. cap. 73. *acri pugna hoſte pulſo* recipiunt *cohortis alasque feſſas vulneribus*. Valer. Max. lib. V. cap. II. §. Q. Terentius Culeo Africani *ſuperioris currum triumphantis, quia captus a Carthaginenſibus ab eo fuerat* recuperatus, *pileum capite gerens, ſecutus eſt*. Gebhardus.

3 *Tutum reliquit*] Illuſtravit hanc vocem cl. Perizonius ad N. Heinſium Ep. 13. adde notas ad Them. cap. 2. n. 3. unde docemur *tutus* non ſolum dici de hominibus ſecuris, verum etiam de locis, in quibus homines ſunt tuti, ſeu tuto verſari poſſunt.

4 *Aucto numero eorum, qui expertes erant conſilii*] *Lambinus* interpretatur, *qui non erant ſeceſſionis illius participes*. Quomodo igitur *eorum numerus auctus*? An legendum eſt, *aucti numero eorum*? adjunctorum ſcil. de comitibus Ageſilai. An potius dicendum, quosdam tranſfugarum conſilii, quod alii ceperant, expertes fuiſſe? Sane *Polyaenus* noctu principes factionis eductos ait. Sed dubito, an *ſtilus* Nepotis hunc ſenſum admittat. *Boſius*.

5 *Quae cogitarant*] Voſſ. A. *quae cogitaverant*. B. *cogitarunt* omiſſo *quae*.

6 *Se nunquam refecerunt*] Translatum ab iis, qui a deliquio aut gravi morbo ſe recolligunt. Ovid.

— *vix me grandaevus Aceſtes*
Vix mater gelida maeſta refecit aqua.

Infra Hamilcare: *Si paululum modo res eſſent refectae*. Tacit. XI. Annal. cap.

rium recuperarunt: quum interim Ageſilaus non de-
ſtitit, quibuscunque rebus poſſet, patriam juvare.
Nam quum praecipue Lacedaemonii indigerent pecu- 2
nia: ille omnibus, qui a rege defecerant, praeſidio
fuit. [1] a quibus magna donatus pecunia, patriam ſub-
levavit. Atque in hoc illud inprimis fuit [2] admira- 3
bile, quum maxima munera ei ab regibus, & dyna-
ſtis, civitatibusque conferrentur, [3] nihil unquam (in)
do-

cap. 17. *Rurſus Longobardorum opibus refectus per laeta per adverſa res Cheruſcas afflictabat.* Salluſt: *Quo & caeterorum animos reficeret.* Timoleonte; *Cum Siciliam recreare conſtituiſſet.* Gebhardus. Proprie uſus eſt Phaedrus lib. 4. fab. 18. de Colubra gelu rigente. *Namque, ut refecta eſt, necuit hominem protinus.* Virgil. 3. Georg. 235.

Poſt ubi collectum robur, viresque
refectae.

& vſ. 336.

—— *Et Saltus* reficit *jam roſcida*
Luna.

Et hinc *reficere* in genere notare in priſtinum ſalutis ſtatum reſtituere docet. cel. Burmannus ad Val. Flaccum l. 4. Argonaut. vſ. 391. pro *Leuctricam* Voſſ. B. *Leutricam.*

7 *Neque priſtinum imperium recuperarunt*] Ἑρμηνεία ſeu ἐπεξήγησις ejus, quod obſcurius dictum eſſe videbatur. Nam hoc totum, *neque priſtinum &c.* tantundem valet, quantum, *nunquam ſe refecerunt.* Lambinus.

1 *A quibus magna donatus pecunia*] Vid. *Xenophon pag.* 663. *B.* Boſius.

2 *Admirabile*] Voſſ. B. *amirabile.* pro *conferrentur* Voſſ. A. *conferentur.*

3 *Nihil unquam (in) domum*] Mſ. *nihil nunquam domum.* Probo. Corruperunt, qui validius negare duas negationes ignorarunt. Ita *nihil nemini* eſt in *fragm. Petroniano pag.* 14. ubi vide quae notavi. *Schefferus.* Praepoſitio etiam Leidenſi aberat: quare uncis incluſi. Atque ſic alibi dixit *domos ſuas diſcedere*, 2, 4, 1. quomodo Livius, *domos ſuas abire*, & *dilabi domos*: Ovidius, *ſuas quemque redire domos*; Tacitus, *reliquias ſuas domos comportare*: ut adnotatum *Voſſio de conſtruct. cap.* 42. & *Bangio obſerv. philolog. lib.* 2. *pag.* 1064. Tamen nec alterum minus Latinum eſt, ut iidem, & ante eos *Sanctius in Minerva lib.* 4. *pag.* 363. obſervarunt. Et ſic plane in re ſimili ſcriptor de viris illuſtribus cap. 60. *in domum ſuam nihil contulit.* Et cap. 33. *ſe nihil amplius de praeda hoſtili in domum ſuam convertiſſe.* Ac fieri potuit, ut in Mſſ. quos diximus, *in* ob praegreſſam *m* exciderit. Quare expunctum nolui. *Boſius.* Noſter in Attico cap. 22. *Ut non ex vita, ſed ex domo in domum videretur migrare.* Cicero lib. 1. Academ. Quaeſt. cap. 4. *Quid ergo, inquam, Antiocho id magis licuerit, noſtro familiari remigrare* in domum *veterem e nova, quam nobis in novam e vetere?* Vide notas J. Arntzenii ad Victoris l. a Boſio citatum. n. 8. Haud agnoſcunt tamen praepoſitionem Voſſiani A. & B. pro

nn-

Digitized by

domum ſuam contulit, [1] nihil de victu, nihil de ve-
4 ſtitu Laconum mutavit. Domo eadem fuit contentus, qua [2] Euryſthenes progenitor majorum ſuorum fuerat uſus: quam qui intrarat, [3] nullum ſignum libidi-

unquam Voſſ. B. etiam *nunquam.* de duplici negatione fortius negante vide ad Iphicrat. cap. 2. n. 2. Voſſ. A. *Quod nihil unquam.*

1 *Nihil de victu, nihil de veſtitu Laconum mutavit*] Eodem ex pectore illa quoque verba 25, 14, 2. *Cum tanta pecuniae facta eſſet acceſſio, nihil de cotidiano cultu mutavit, nihil de vitae conſuetudine.* Juſtinus 44, 2, 8. *Viriati ea virtus continentiaque fuit, ut, cum conſulares exercitus frequenter vicerit, tantis rebus geſtis non armorum, non veſtis cultum, non denique victum mutaverit, ſed in eo habitu, quo primum bellare coepit, perſeveraverit, ut quivis gregarius miles ipſo Imperatore opulentior videretur.* Tangit vero hic factum Pauſaniae, de quo ſupra (4, 3, 1) vel etiam aliorum ducum ac Principum; nec non Populorum vanitatem; qui poſt victorias ſecundasque res ſolent ſibi cultum opulentiorum circumdare, ac lautiore victu genium mactare. Vide *Curtium* 6, 6. & multis aliis locis. *Auctu* enim *opum adoleſcit quoque magnificentia.* Tacitus 2. A. 33, 3. Juſtinus 41, 2, 4. de Parthis: *Veſtis olim ſui moris; poſteaquam acceſſere opes, ut Medis, perlucida ac fluida.* Gebhardus. At de Ageſilao Xenophon: ἐκαλλωπίζετο τῇ μὲν ἀμφὶ τὸ σῶμα φαυλότητι. Nimirum ſatis habebat, ut magnae animae, intus nitere. *Piccartus* in hoc campo ſe diffundit *Obſerv.* 14, 1 hoc lemmate. *Principes neque in victu neque in pompa ſive veſtitu nimios eſſe debere.* Quod dictis & exemplis fuſe illuſtrat. *Loccenius.* Huc pertinet, quod eum a conſtantia morum & inſtitutorum *Plutarchus* laudat, *de diſcrim. adulat. & amici pag.* 52. E. Buchnerus. In Leid. erat: *nihil unquam de victu; nihil unquam de veſtitu L. m.* Boſius. *Victus* & *veſtitus* ſaepiſſime a probatis Auctoribus jungi ſolent, conſule Cl. Dukerum de Latin. Juriſc. Veterum pag. 230, ubi late de voce *victus* diſputat

2 *Euryſthenes*] Leid. m. *Eryſthenes.* Voſſ. A. *Heriſtenes.* B. *Eryſthenes.*

3 *Nullum ſignum libidinis, nullum luxuriae; contra plurima patientiae atque abſtinentiae*] Oppoſuitne *libidini patientiam, luxuriae abſtinentiam,* κατ' εὐθυωρίαν, quemadmodum *Terentius in Andria* opponit *laborem libidini,* non longe a principio: *Ita ut ingenium eſt omnium hominum a labore proclive ad libidinem?* (*patientia* etiam in laboribus perferendis verſatur:) an κατὰ χιασμὸν, *libidini abſtinentiam, luxuriae patientiam,* ut tertium reſpondeat ſecundo, quartum primo? quod videtur probabilius. *Patientia* enim verſatur etiam in tenuitate & duritie victus toleranda, cui opponitur *luxuries. abſtinentia* autem recte opponitur *libidini,* ut abſtinentia intelligatur eadem eſſe atque continentia, ac temperantia. Nam quamquam *abſtinentia* ſaepius ea virtus intelligatur, quae avaritiae opponitur: videtur tamen interdum etiam virtutem, quae in aſpernandis voluptatibus conſiſtit, ſignificare, id eſt, continentiam ſeu temperan-

bidinis, nullum luxuriae videre poterat: [1] contra, plurima patientiae atque abſtinentiae. [2] Sic enim erat inſtructa, ut nulla in re [3] differret cuivis inopis atque privati.

CAP.

perantiam potius: ut apud *M. Tull.* 2. *offic. At enim, inquit Pericles, praetorem Sophocle decet non ſolum manus, ſed etiam oculos abſtinenteis habere.* Lambin. Hinc oſculum a formoſo ſibi oblatum repudiavit, ut ait Plut. lib. De audiendis poetis. Res illa quomodo ſe habuerit, docet idem in Apopthegm. Lacon. cap. 6. Adde & cap. 7. Sanctimonia Vitae igitur ſuperavit philoſophum miles. Vide ſupr quae diximus in Alcibiad. cap. 1, 2. de Socrate *Ernſtius. Luxuria* h. l. ponitur proprie pro nimio & profuſo ſumptu. De hac voce latiſſime diſputavit Vir clariſſimus P. Burmannus ad Phaedrum lib. 4. cap. 4. n. 44 *Quacunque ſumma tradet* luxuriae *domum*; ubi *Luxuriae domus* recte a Viro Incomparabili explicatur per domum nimio ſumptu exſtructam & politam. Hujuſmodi *luxuriae domos* vocavit Pindarus δόμος ἀβρόπλουτος. O. Pyth. XI. vſ. 51. Scholiaſtes Vetus explicat, per τοὺς οἴκους τῆς εὐδαιμονίας, τουτέστι, τοὺς πλουσίους οἴκους.

1 *Contra plurima patientiae*] Leid. m. *contra ea plurima pat.*

2 *Sic enim erat inſtructa*] *Xenophon* ſic inſtructam fuiſſe perhibet, ut nullo eorum egeret, quae alii tam avide concupiſcunt. Et ita ſatis dives ac inſtructa fuit. *Loccen.* Mſ. Boeclr. *ſic enim ſtructa.* Nempe ignotus librario vocis *inſtructa* ſignificatus erat; & praeceſſerat de domo. Τὸ *erat* etiam omnibus libris, quibus *Lambinus* uſus eſt, aberat; forſan ob ſimilitudinem a τοῦ *enim* abſorptum. *Boſius. Erat* abeſt a Leid. m. & Voſſ. A. ſed B. *ſic enim ſtructa.* quod rejici debet. *Inſtruere domum* notat ornare ſupellectile, unde *inſtrumentum* pro ornamento adhibetur, & *ſupellex* a JCtis *inſtrumentum domus* vocatur. conſule Eximios Viros N. Heinſium & P. Burmannum ad Ovidium lib. 2. Faſt. vſ. 316. Suet. in Caeſare cap. 37. *Diverſo quemque apparatu & inſtrumento.* in Auguſto cap. 73. Inſtrumenti *ejus & ſupellectilis parcimonia apparet etiam nunc.* Juſtin. 15, 1, 8. *Et ipſius Demetrii* privatum omne inſtrumentum *ac familiam reddidit.* ubi Bongarſium vide: & ita *ornata & inſtructa domus* apud Ciceronem, & *inſtructa taberna* eſt, quae omni inſtrumento ad eam tabernam, & artem in illa faciendam neceſſario eſt referta, ut docet Cel. Graevius ad Orationem pro A. Cluentio, cap. 63. in fine.

3 *Differret cuivis inopis*] Vulgo edunt, *differret a cujusvis inopis.* Sed a Vett. edd. Longol. Brix. aliisque Praepoſitio abeſt. Quod *Lambinus* interpretatur, *ut nulla in re cujusvis inopis domus ab Ageſilai domo differret.* Ut nos primi, quod ſciam, edidimus; erat in opt. libro Boeclerſ: nec dubito rectum & genuinum eſſe. *Differret cuivis*, domui ſcilicet, dictum, Graecorum imitatione, pro *differre a quavis.* Ut apud Horatium, *differt ſermoni ſermo*; *vitar tragico differre colori*; *quantum ſimplex hilarisque, nepoti Diſcrepet*, & ſimilia, poſt *Vechnerum hellenolexiae* 1, 25. & *Voſſium de conſtruct.*

cap.

CAP. VIII.

1 Atque hic tantus vir, ut naturam fautricem habuerat in tribuendis animi virtutibus, [1] ſic maleficam nactus eſt in corpore fingendo. Nam & ſtatura fuit humili, & corpore exiguo, & claudus altero pede. Quae res etiam [2] nonnullam afferebat deformita-

cap. 37. congeſta a *Bangio obſ. philol. lib.* 2. *pag.* 1022. 1023. Boſius. Leid. m. *Ut in re nulla differret a c. i. a. p.* Voſſ. A. *Ut in re nulla differet cujusvis inopis a. p.* B. *Ut nulla in re differret cujusvis i. a. p.*

1 *Sic maleficam nactus eſt*] Long. *maleficam nactus eſt in corpore fingendo. Nam & ſtatura fuit humili & corpore exiguo. Qui autem virtutes noverant.* Schottus ac Savaro *in corpore & claudus altero pede* malunt. Nihil ergo ex vulgata lectione interpolare auſim. Quam heic Nepos *naturam* vocat *maleficam*, Ovid. non invenuſtius *difficilem* dixit Epiſtola Sapphus

Si mihi difficilis formam natura negavit,
Ingenio formae damna rependo meae. Gehardus.

Mire variant editi pariter ac ſcripti. *Lambinus* & poſt eum reliqui ediderunt, *in corpore, exiguus & claudus alt. pede* Longol. Brix. & ſcripti Schotto, Boeclero, ac Savaroni inſpecti: *in corpore exiguo, & claudus a. p.* Nec diſcrepat Dan. Sed plenius Mſ. Leid. *in corpore ejus fingiendo, nam & ſtatura fuit humili & corpore exiguo, & claudus alt. pede.* Ed. Ultrajectina: *in corpore fingendo. Nam & ſtatura fuit humili & corpore exiguo. Qui autem virtutes noverant.* Unde non dubito Nepotem ſcripſiſſe ut nos edidimus. niſi & *τὸ ejus* e Leid. inſeri debet. Ut nonnulla in vulgatis omitterentur, fecit vox *corpore* bis in eadem periodo poſita. Vide quae diximus ad 7, 3, 2. *Boſius.* Pro *nactus eſt* Leid. m. & Voſſ. A. *habuit*. pro *Exiguus* Voſſ. A. & B. *exiguo.*

2 *Nonnullam afferebat deformit.*] Hinc factum puto, ut a ponenda imagine corporis abſtineret. *Xenophon in Ageſilao pag.* 673. *D.* Buchnerus. adde *Ciceron. ad famil.* 5, 12. Boſius.

3 *Ignoti faciem ejus*] Vulgo enim *magnorum operum non alios capaces putant, quam quos eximia ſpecie natura dignata eſt.* Curtius 6, 5, 29. Vide & 7, 8, 9. *Gebhardus.* Geminum quid de Agricola *Tacitus* 40. 4. Plura in hanc rem doctiſſ. vir *Franc. Junius de pictura veterum*, 3, 2, 9. *Creſollius Vacation. autumn.* 2. *pag.* 150. & *Freinshemius ad Curtii* 6, 5, 29. Ceterum *ignoti* ſunt qui non noverant Ageſilaum: *facies* autem videtur totius corporis formam & modum deſignari. Vide Ind. *Boſius.* Recte Boſius explicat *ignoti* per eos, qui non noverant Ageſilaum, quibus Ageſilaus erat ignotus. de hac ſignificatione videndus cel. Burmannus ad Phaedrum lib. 1. fab. 11. vſ. 2. nec ab explicatione vocis *facies* abhorreo, quoniam hic de totius

Digitized by Google

mitatem: atque [3] ignoti faciem ejus quum intuerentur, contemnebant: [1] qui autem virtutes noverant, non poterant admirari ſatis. Quod ei uſu venit, quum 2
[2] annorum octoginta ſubſidio [3] Thaco in Aegyptum [4] iviſſet, & [5] in acta cum ſuis accubuiſſet, [6] ſine ullo tecto: ſtratumque haberet tale, [7] ut terra tecta eſſet

tius corporis deformitate agitur. Sic *facies* pro imagine, & tota ſimilitudine ponitur a Virg. 3. Georg. vſ. 58. *Et* faciem *tauro propior.* ubi vide Servii notas.

1 *Qui autem virtutes*] Sic Boecl. & ed. Ultraj. melius quam alii *virtutem.* nam *virtutes* plures ei *verſu praeced.* tribuit; & enumerat *Xenophon fine Ageſilai* Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. B. *virtutes.* paullo ante pro *contemnebant* Leid. *contemnabant.*

2 *Annorum octoginta*] Boecl. *ſeptuaginta*: ſed vulgatum tuentur *Xenophon*, qui ἀμφὶ: & *Plutarchus*, qui ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη tum natum fuiſſe dicunt. *Boſius.* Leid. m. *Octuaginta.* Voſſ. B. *ſeptuaginta.*

3 *Thaco*] Scripſit, opinor, *Tacho.* eſt enim *Plutarcho*; *Athenaeo* 14. & *Diodoro* 15. ταχῶς. *Africano* & *Euſebio* τέως, aliis, niſi mendoſi ſunt, *Thaus*, *Taos*; *Thamus.* Regem omnes fuiſſe ſcribunt, *Plutarcho* excepto, qui στρατηγὸν vocat Ægyptium; & tamen paullo poſt Nectanebin ab eo deficientem regem ab Aegyptiis renunciatum; in *apophthegmatis* etiam *Laconicis* Ageſilaum a rege Aegyptiorum arceſſitum ait. Porro non adverſatur Noſtro, uti *Gebhardus* cenſebat, *Polyaenus* 2, 22. cum Ageſilaum Nectenabo συμμαχοῦντα memorat. nam ei poſtea opem tulit; ut dicemus ad *verſ.* 6. Tacho autem adfuiſſe Ageſilaum, etiam reliqui, modo laudati, referunt. *Boſius.* Leid. m. *Taco.* Voſſ. A. & B. *Tacho.*

4 *Iviſſet*] Long. *iſſet.* mox *in acta*, eſt, in littore. vide Indicem. *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. A B. *iſſet.*

5 *In acta*] In litore. Cic. in Ver. *Illo autem tempore iſte, tametſi ea eſt hominis impudentia, quam noſtis, ipſe tamen, cum vir eſſet Syracuſis, uxorem ejus parum poterat animo ſoluto ac libero tot in acta dies ſecum habere.* V. Muret. lib. 1. Var. Lect. cap. 3. Qui & hunc Tullii locum ab Hotomanni, niſi fallor, depravatione *in lecto* ſupponentis vindicat. Auſon. in Periocha Odyſſeae VII. *Cum virgo Nauſica regis Alcinoi ludum cum aequalibus in acta exerceret.* Prudent. lib. 1. in Symmachum:

Invenit expoſitam ſecreti in littoris acta.

Gebhardus. *Acta* vocatur amoenus in littore ſeceſſus. vide Cellarium & Cortium ad Ciceron. lib. 9. ad Fam. Ep. 6. n. 10. Vitioſe itaque Leid. m. *aſtha.*

6 *Sine ullo tecto, &c.*] Quae heic certis documentis Nepos, ea univerſe pulchreque de eo exponit *Xenophon Ageſilao*; (*pag.* 665. *D. E. &* 666. *A.*) Haec temperantia ac tolerantia illum fortem & invictum praeſtitere. *Loccenius.*

7 *Ut terra tecta eſſet ſtramentis*] Hoc cum Gallis & Germanis Lacedaemonii habent commune. *Athenaeus.* Κιλτοὶ τοὺς χιὰς φορτίζοντας

λέγοντι

eſſet ſtramentis: [1] neque huc amplius, quam pellis eſſet injecta: eodemque comites omnes accubuiſſent, [2] veſtitu humili, atque obſoleto, ut eorum ornatus non modo in his regem neminem ſignificaret; ſed
3 [3] hominis non beatiſſimi ſuſpicionem praeberet. Hujus de adventu fama quum ad regios eſſet perlata, celeriter munera eo cujuſque generis ſunt allata. His quaerentibus Ageſilaum, [4] vix fides facta eſt, unum eſſe

χόρτον ὑπεμβάλλοντες, καὶ ἐπὶ τετραπόδων ξυλίνων μικρὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἐπηρμένων: *Gebhardus.*

1 *Neque huc amplius*] More ſc. ruſtico, & priſcorum, quibus id genus ſtrata & cubilia erant, ſtramentis & pellibus parata, & de quibus nos affatim 2, 16. *Miſcellaneorum.* Magius. *Huc* ponitur pro his ſcil. *ſtramentis.* Saepe Adverbia hujuſmodi pro pronominibus uſurpari ſolent. Conſule Viros Eximios Munckerum ad Hyginum Fab. 3. Burmannum ad Ovidium 6. Met. vſ. 650. & Cortium ad Salluſtium Jugurth. cap. 14. n. 22. & ad cap. 47. n. 2.

2 *Veſtitu humili, atque* obſoleto.] Voſſ. B. *V. h. a. abſoleto.* Eandem varietatem ſupra ad Miltiad. cap. 6. n. 2. adnotavi. *Humilis* tam de rebus quam de hominibus adhibetur. Livius lib. 1. cap. 39. *Viden' tu puerum hunc, inquit, quem tam* humili *cultu educamus?* ſic *humilis fortuna* infra in Attico cap. 19.

3 *Hominis non beatiſſimi*] Mſ. *homines non beatiſſimos.* Conſentiunt Schotti liber, optimuſque Ultrajectinus, ut repudiari non debuerit, cum praeceſſerit non de Ageſilao ſolo, ſed comitibus omnibus in plurali. Omittitur autem poſt *beatiſſimos* τὸ *eſſe.* quod non obſervatum, correctioni praebuit occaſionem, maxime, cum in quibuſdam libris ſcriptum eſſet *hominis* antique, pro *homines.* Schefferus. Voſſ. A. *Homines non beatiſſimi*, ſed ſupra ſcriptum erat *hominis.* B. *homines beatiſſimos.* *Beati* paſſim a Latinis ut μακάριοι, & μάκαρες a Graecis, dicuntur divites, & qui in re lauta vivunt, unde & *beate vivere*, dicitur de eo, cui nihil omnino deeſt. Videndus P. Manutius ad Ciceronem lib. 6. ad Fam. Ep. 1. pag. 266. Propertius 2, 5, 6.

Nec quae deletas potuit componere Thebas,
Phryne tam multis facta beata *viris.*

Ubi vide Paſſeratii notas, & J. Arntzenii ad S. A. Victorem de Caeſaribus cap. 14 n. 6. Quibus adde Cl. Graevium in Lect. Heſiod. cap. 14. Pro *qui tum accubabant* Voſſ. A. *qui cum accubabant.* & pro *intulerant* a *intullerant.*

4 *Vix fides facta eſt*] Similiter lepidum quid in Philopoemene accidit ex obſoleto veſtitu. vide *Plutarch. Philopoemene p.* 357. A. Buchnerus.

5 *Hujuſmodi*] Boecler. *ejuſmodi*, mox *Lambinus* edidit, *ceteraque reſ. juſſit*, invitis, opinor, libris, & contra morem Nepotis. *Boſius.*

1 Co-

eſſe ex his, qui tum accubabant. Qui quum regis verbis, quae attulerant, dediſſent, ille praeter vitulina, & [5] hujuſmodi genera obſonii, quae praeſens tempus deſiderabat, nihil accepit; unguenta, [1] coronas, ſecundamque menſam [2] ſervis diſpertiit; cetera referri juſſit. Quo facto eum barbari [3] magis etiam con- 5
temſerunt, [4] quod eum ignorantia bonarum rerum illa potiſſimum ſumſiſſe arbitrabantur. Hic quum ex 6
Ae-

1 *Coronas*] Ex papyro, *coronaria* vocata, confectas. Refert enim *Athenaeus* 15, 6. ex *Theopompo*, Aegyptios Ageſilao, in Aegyptum proficiſcenti, inter alia munera papyrum coronariam miſiſſe. *Plinius* 13, 11. Papyri florem ad Deos coronandos uſui fuiſſe dicit. Idem 21, 2. *Aegyptiarum coronarum* mentionem facit. *Magius*. Voſſ. B. *Cerenos*. ſed in marg. *coronas*.

2 *Servis diſpertiit*] Idem eum feciſſe donis, quae a Thaſiis oblata erant, *Plut. in apophth. Lac* ſcribit. Simile quid de Lyſandro *Aelianus* 3, 20. Boſius.

3 *Magis etiam contemſerunt*] Imo vero etiam irriſerunt, & dictis ſalſis atque amaris inſectati ſunt, ut alii narrant, in quibus eſt *Plutarchus* & *Athenaeus*. Lambinus. *Etiam* abeſt a meo Leid. ſed in Voſſ. B. *etiam magis*.

4 *Quod eum ignorantia bonarum rerum*] *Bonas res* vocat, quae ad voluptates pertinent: & eas maxime, quae guſtu tactuque percipiuntur. Non quod tales revera ſint, ſed quod ita exiſtimet vulgus, inanesque homines, qui felicitatem hominis his rebus maxime metiuntur. P. Syrus. *Bonarum rerum conſuetudo peſſima eſt*. Sed ut plane ab hujuſmodi rebus abhorrere, & nullum earum uſum admittere, imperiti & ruſtici hominis eſt, ſive ἀναισθήτου ut Graeci vocant: ſic iis ſupra modum deditum eſſe, & in his ſolis ſtupere, hominis vani ac mollis eſt. Hoc morbo animi laborabant Aegyptii, qui innutriti deliciis, propter opulentiam regionis, & eas maxime admirantes, aut infelices ſtatuebant, qui carerent talibus, aut imperitos ac duros, qui non admitterent. Quo quidem nomine Ageſilaum irridebant, ad ἀναισθησίαν interpretati, quod magni & conſtantis animi erat. Adſuetus enim diſciplina Laconica, & frugalitate, non ſe adduci patiebatur peregrinis deliciis, ut mores patrios corrumperet: & magni ducis exiſtimabat, non voluptatibus perite uti, ſed belli callere rationem, & conſulere potius in rem communem, quam laute ac delicate epulari. Quod cum non attenderent homines immerſi voluptatibus, ac verae virtutis tanto magis ignari, quanto plus inanibus iſtis tribuebant; virium & ruſticitatem putant, quae abſtinentia erat. *Buchnerus*. Adde Ind. *V. bonus*. Boſius. *Res bonae*, ſunt cibi delicati, lauti, Conſule Cl. Burmannum ad Phaedrum lib. 4. fab. 23. vſ. 8.

Aegypto reverteretur, donatus a rege [1] Nectanabe [2] ducentis viginti talentis, quae ille muneri populo ſuo daret: veniſſetque in portum, qui Menelai vo-
7 catur, jacens inter Cyrenas & Aegyptum: in morbum implicitus [3] deceſſit. Ibi eum amici, quo Spartam facilius [4] perferre poſſent, [5] quod mel non ha-
be-

1 *Nectanabe*] *Nectanabe* legendum, non, ut habent exempla Veneta ... *Nathabide*. Sic enim hunc appellant *Plutarchus*, *Diodorus Siculus*, *Polyaenus*, niſi quod ἀδιαφόρως *Nectanabus*, & *Nectanabis*, & *Nectanebis* ab illis nominatur. Quod autem in *apophthegm. Lacon.* Νικλάβις ſcriptum eſt, erratum eſſe puto. *Lambinus*. Vide quae diximus ad 12, 2, 1. Mſ. Boccler. *Onabide*. *Africano* eſt Νεκτανάβις, *Abul Feragio* in hiſtoria dynaſtiarum *pag.* 89. تقطا تبوس *Nectanebus*, (ſic enim legendum puto pro تقطا بيوس quod in edit. Pocokiana legitur:) ſed *Patricidae* ſive *Eutychio* in Annal. p. 266. ذرعون شاناق *Pharaon Schanek*. Ceterum Ageſilaus, Tacho regno pulſo, Nectanebi adhaeſerat: ut apparet e *Xenophonte*, *Plutarcho*, *Polyaeno* ac *Diodoro*. *Diodorus* tamen ait Ageſilaum a Tacho, beneficio ejus reſtituto, non a Nectanebo, magnificis muneribus donatum. Quod ei aſſentiri non vult *Uſſerius*. *parte* 1. *annalium V. T. pag.* 269. Boſius Leid. m. *Natonabile*. Voſſ. A. *Nabide* B. *Onabide*.

2 *Ducentis viginti talentis*] *Plutarchus* CC. ac XXX. talentis donatum fuiſſe Ageſilaum dicit. In *apophth.* vero *Laconicis*, ingenti vi pecuniae. *Lambinus*.

3 *Deceſſit*] Octuagenario major, rex celeberrimus, & perilluſtribus rebus geſtis, & victoriis multis inſignis, cum ex Aegypto victor diſcederet, in patriam trajecturus. Plutarchus. *Ernſtius*.

4 *Perferre poſſent*] Mſ Leid. *poſſet perferri*. Non improbo. Sic 18, 8, 4. *qua ad hibernacula adverſ. poſſet perveniri*. Boſius. Voſſ. A. ſemper cum adſpiratione *Spartham*. Graece vero Σπάρτη dicitur.

5 *Quod mel non habebant*] Melle enim cadavera, quae ſervari vellent, condiebant, ut hic *Plutarchus* & C. *Plinius* 22, 24. auctor eſt. *Varro* περὶ ταφῆς apud *Nonium*; *Heraclides Ponticus plus ſapit, qui praecepit, ut comburerent, quam Democritus, qui ut melle ſervarent.* Cera vero circumlinere Perſarum fuiſſe, refert *Herodotus* 1. & Cicero 1. *Tuſcul.* Plura, qui de funeralibus ſcripſerunt, in his *Pet. Bellonius*, ac *Pet. Victorius* 10. *Var.* 6. *Jo. Kirchmannus* 1, 8. Schottus. adde *Marcell. Donatum dilucid. ad Livii lib.* 40. Boſius.

6 *Cera circumfuderunt*] Sic & *Plutarchus*. Sed *Diodorus* ἐν μέλιτι deportatum ſcribit: credo, quod alioquin id obtineret inter Spartanos. Nam & Ageſipoliden *Xenophon* 5. *hiſt. Gr.* melle conditum & domum reportatum ſcribit. *Boſius*.

7 *At-*

Digitized by Google

bebant; [6] cera circumfuderunt: [7] atque ita domum retulerunt.

7 *Atque ita domum retul.*] Solos enim reges peregre mortuos Spartem referre licitum, auctore *Plutarcho*. Alias in patriam oſſa relata. Propertius 3. eleg. 11.

Neve aliquid de te flendum referatur in urna,
Sic redeunt illis qui cecidere locis.

Vide *Turneb.* 26. 13. & bis inf. *in Eumene*. Schottus. Vide ad cap. 4. Eumenis.

XVIII. EUMENES.

CAP. I.

[1] EUMENES [2] CARDIANUS. [3] Hujus ſi virtuti par data eſſet fortuna, [4] non ille quidem ma-

1 EUMENIS res pete ex *Plutarcho in vita*, *Diodoro* 18. & 19. *Polyaeno* 4. *Frontino* 4. 7, 34. *Juſtino* 13. & 14. Eſt & apud *Arrianum*, (praeſertim in *rebus poſt Alexandrum*, apud *Photium cod.* 92.) *Curtiumque* mentio viri. *Boeclerus*. Meminit & *L. Ampelius in lib. memoriali*. Boſius.

2 *Cardianus*] Sic *Plutarchus in Eumene*. Lambin. Male alii *Sardianus*. Frontinus 4. 7. *Eumenes Cardianus ex ſucceſſoribus Alexandri M.* Auctor *ſcholiorum in Ariſtophanis Aves*: Καρδία πόλις Θρᾴκης, ἧς οἱ πολῖται Καρδιανοί. *Gebhard.* L. Ampelius: *Eumenes Cardianus, Philippi & Alexandri armiger bellicoſiſſimus.* Sic legendus is locus. Male vulgo eſt; *Cardienus, Philippi Alexandri armiger.* Boſius.

3 *Hujus ſi virtuti p. d.*] Quod fere evenit contra. Nam plerumque viri virtute praeſtantes fortunam experiuntur ſibi maxime adverſam, infeſtam, atque iniquam: deterrimis & nequiſſimis hominibus omnia ſaepe ex animi ſententia dormientibus procedunt. Quare optandum quidem illud eſt, virtutem habere ducem, comitem fortunam: & haec duo maxime in imperatore requiruntur, ut in milite virtus & fides: ſed tamen virtus a fortuna derelicta ac deſerta, tueri locum ſuum, & retinere dignitatem ſuam aliqua ratione poteſt. *Lambinus.*

4 *Non ille quidem major*] Fortuna enim nihil adferre aut addere poteſt ad animi magnitudinem, ut docet *Ariſtoteles 6. de morib. ad Nicomachum.* Lambinus. Verbum *fuiſſet* adjecit *Lambinus*, ut antea *Longolius* τὸ *evaſiſſet*. Ultraj. ed ad oram adnotat, *haberetur*, vel quid ſimile, deſiderari. Membranae noſtrae verbum omittunt, ut & *Magius* ac *Savaro*, exaudiri enim facile queat. *Schottus.* *Gebhardus* quoque τὸ *fuiſſet* a correctoribus ſuſtinendae ſententiae inſultum cenſebat. Sed τὸ *evaſiſſet* alio loco poſuit *Longolius*: ut paulo poſt dicemus. *Boſius.*

 1 Ma-

major, ſed multo illuſtrior, atque etiam honoratior:
quod [1] magnos homines [2] virtute metimur, non for-
2 tuna. Nam quum aetas ejus [3] cecidiſſet in ea tem-
pora, quibus [4] Macedones florerent, multum ei de-
traxit [5] inter hos viventi, [6] quod alienae erat civita-
tis:

1 *Magnos homines*] Addit editio Colon. Longolii, *evaſiſſet.* Debuit, opinor, *evaſiſſe.* Sed libris manu exaratis deeſt. *Boſius.*

2 *Virtute metimur, non fortuna*] Probo hanc ſcripturam magis quam illam ex Officina Correctorum. *Quod magnos homines virtute metiuntur non fortuna Prudentes.* Nimirum quod non capiunt, e veſtigio pervertunt. Sic paullo ante legito. *Non ille quidem major, ſed multo illuſtrior atque etiam honoratior:* deleto τοῦ *fuiſſet* ad ſuſtinendam ſententiam a correctoribus infulto. Pertinet ad illuſtrandam hanc ſententiam locus Curtii lib. 9. cap. 54. *Sed fortuna, quae rebus famam pretiumque conſtituit, hoc quoque militiae probrum vertit in gloriam.* Virtus ac Fortuna, lib. 14. teſte Ammiano, plerumque diſſident, nec quiſquam ad eam magnitudinem ac gloriam, ut virtus meretur, pervenit, niſi adſpiraverit Fortuna. Aurelius Victor. *Mortalium conatus vacuos a Fortuna, caſſos quoque eſſe.* Hinc intelligendus verſus P. Syri.

Fortuna unde aliquid defregit, caſſum penitus eſt. Gebh.

Ceterum ut editum eſt, Mſſ. Schotti & Boecl. & q. edd. vett. exhibent; Vulgati: *metiuntur, non fortuna prudentes.* Quod ex officina correctorum eſſe recte notavit *Gebhardus.* Et *Lambinus* quoque τὸ *prudentes* ab aliis inculcatum cenſet; etſi τὸ *metiuntur* retinet, putatque ſubintelligendum *homines*, vel *omnes*, vel *plerique*; aut τὸ *magnos* non cohaerere cum ſubſtantivo *homines*, & ſubaudiendum *viros*, quod poſterius valde coactum & ineptum eſt. *Boſius.* Leid. m. *metiuntur.* pro *metimur.* Quam lectionem etſi non damnem, quia ſaepiſſime Verba Activa tertiae perſonae pl. n. abſolute poni ſolent ſine praecedente Nominativo, pro Paſſivae Vocis imperſonalibus. Conſule Cel. Perizonium ad Sanctii Minervam lib. 4. cap. 4. n. 59 & Cortium ad Salluſtium B. Catilin. cap. 51. n. 40. non tamen in textum recipere audeo.

3 *Cecidiſſet*] *Longol Lamb.* & alii: *incidiſſet.* quomodo fere loquitur infra 25, 7, 1. *Boſius.* Leid. m. *incidiſſet.* ſed Voſſ. A. & B. *cecidiſſet.*

4 *Macedones florerent*] Propter Philippum Amyntae filium & Alexandrum M. Philippi F. qui res omnium Macedonum maximas geſſerunt. *Lamb.* adde *Juſt.* 33, 2. Boſ.

5 *Inter hos*] Sic Mſſ. *Lambinus* & alii male omittunt. Q. edd. *inter eos.* Boſius. Voſſ. A. etiam *inter eos.*

6 *Quod alienae erat civitatis*] Quibus nec tanta, ut domeſticis, fides ac dignatio, nec tanta jurium communio. Alexander apud *Curtium* 8, 8, 19. *Calliſthenem, ſi Macedo eſſet, tecum introduxiſſem, digniſſimum te diſcipulo magiſtrum. Nunc Olynthio non idem juris eſt.* Gebhardus.

1 *Generoſa ſtirps*] Ex antiquo genere

ris: neque aliud huic defuit, quam [1] generoſa ſtirps: 3
[2] etſi ille [3] domeſtico ſummo genere erat. Tamen [4] Macedones eum ſibi aliquando anteponi indigne ferebant: neque tamen non patiebantur. Vincebat enim omnes [5] cura, vigilantia, patientia, calliditate, & cele-

nere Macedonum origo: vel εὐγένεια. *Lambin.* vide Ind. v. *ſtirps.* Boſ.

2 *Etſi ille domeſt. ſummo gen.*] Sic Mſſ. Vulgati: *tametſi enim ille &c.* Boſ.

3 *Domeſtico ſummo genere*] *Domi nobilis:* Sic enim dicuntur a M. Tullio, qui *Romae ſunt ignobiles & obſcuri. Diodorus* 18. tradit, eum fuiſſe peregrinum, nihil praeterea. alii dicunt, aurigae filium fuiſſe, ut teſtatur *Plutarchus in Eumene.* Lambinus. Sed non ideo ignobilem hunc fuiſſe dicendum eſt, cum nobilitas paupertatem comitem habere non dedignetur. Verum dixerit aliquis: ſi Eumenes *domeſtico ſummo genere* ortus fuit, cur *Probus ei generoſam ſtirpem defuiſſe* adfirmat? Non diſſident *Probi* dicta: ſiquidem in urbe non inclita, & inter cives non claros, Eumenis ſtirps ſumma potuit eſſe: prae Macedonica vero nobilitate non item. *Magius.* Viri docti, qui a *Suida* regis filium vocari ad h. l. adnotarunt, non animadverterunt, eum duos Eumenes, hunc noſtrum, & regem Pergami, Attali filium, confudiſſe: quod jam obſervatum *Reineſio ad Daum,* *art.* 3, 2. Boſius. Recte Magius & Lambinus Auctoris ſenſum perceperunt. Nam nihil aliud indicat, quam Eumenem ex urbe Cardia in Cherſoneſo Thraciae ſita oriundum habuiſſe domi, id eſt, in urbe patria ſua ſtirpem generoſiſſimam. De hoc loquendi genere egit Cl. Cortius ad Salluſt. Catilin. cap. 17. n. 4. Itaque ex invidia & calumnia Macedonum recte creditur ortum, quod Pater ejus dicitur ab aliis fuiſſe auriga ab aliis ſiticen. conſule Celeb. Perizonium ad Aelianum lib. 12. V. H. cap. 43. n. 7. Nam aequis oculis adſpicere non poterant Veteres Graeci, peregrinum indigenis praeponi, quare plerique peregrinos civitate ſua donare noluerunt. Vide Eundem Virum ad lib. 13. cap. 16. n. 5.

4 *Macedones eum ſibi aliquando anteponi indigne ferebant, neque tamen non patiebantur*] Pro *aliquando* Lambinus conjiciebat, *aliquanto*, vel *aliquantum*: nihil tamen mutabat. Nec mutatione opus. Tò *aliquando* non ad verbum *anteponi*, ſed ad τὸ *ferebant*, referendum videtur. *Boſius.*

5 *Cura &c.*] Cicero Philipp. 2. extr. *Fuit in illo* (Caeſare) *ingenium, ratio, memoria, litterae, cura, cogitatio, diligentia.* Attende vero imperatorias virtutes, & apud *Cicer.* & apud ſcriptorem noſtrum. *Lamb.*

6 *Hic peradoleſcentulus*] Adnotat *Schottus: annorum fere trium & viginti:* laudatque illa ex c. 13, 1. *eum ab anno viceſimo, ut ſupra oſtendimus &c.* E quo loco & *Lambinus* colligebat, Eumenem ab anno XX. aut XXI. in amicitiam regum venire coepiſſe. Legit enim cum *Cl. Puteano. ab anno vigeſimo, & ſupra ſeptem annos &c.* Sed de *Puteani* correctione *Lambinus* ipſe dubitat; neque ea, noſtro judicio, opus eſt, ſub-

Digitized by Google

4 celeritate ingenii. 6 Hic peradoleſcentulus [1] ad amicitiam acceſſit Philippi, Amyntae filii: brevique tempore in intimam pervenit familiaritatem. [2] Fulgebat

ut ſuo loco docebimus. Quomodo autem ex his verbis colligi poſſit, Eumenem fere XXIII. annorum fuiſſe, cum ad amicitiam Philippi acceſſit, fateor me ignorare. Nam etſi tam annos VII. & XIII. quibus regibus ad manum fuit, quam VIII. illos, quos ab obitu Alexandri minimum exegit, & XLV. vitae illius, omnes pro completis accipias, ab his ubi priores detraxeris, non amplius quam XVII. ut recte Cl. *Kirchmajerus* obſervavit, relinquentur. Si vero ſeptimum Philippi, & XIII. Alexandri, & VIII. imperii militaris, pro inchoatis, aut nondum completis, accipias; (& ſane Alexander ſolum annos XII. cum menſibus VIII. regnavit) vitae autem noviſſimum, XLVI. inchoatum facias: attamen neque ſic plures, quam XIX, exibunt. En utrumque calculum!

Anni vitae	45	45
miniſterii	28	26
	17	19

Atque tot annos natum fuiſſe Eumenem, cum in amicitiam Philippi veniret, oſtendemus infra, ad *c.* 13, 1. Neque eſt quod cum *Lambino* objicias, *non eſſe peradoleſcentulum, qui natus eſt annos* XX nam cum noſter 25, 2, 4. Atticum XXII. annos natum *adoleſcentulum* vocet; quidni biennio circiter minorem *peradoleſcentulum* dicere liceat? *Boſius.* Saepe *adoleſcentes* vocantur reſpectu majorum natu, quibus obponuntur conſule Cel. Cortium ad Salluſt. Catilin. cap 38. n. 1.

1 *Ad amicitiam acceſſit Philippi,*] Ait *Plutarchus*, Philippum, cum per otium Cardiae Eumenem ſtrenue inter reliquos pueros decertare luctarique conſpexiſſet, pueri prudentia & fortitudine delectatum, eum ſibi deſumſiſſe. Verum alios probabilius dicere, Eumenem hoſpitii, & amicitiae paternae cauſa a Philippo ad altiora provectum. *Magius.* Pro *Amyntae* Voſſ. A. *Amynthae.*

2 *Fulgebat enim jam in adoleſcentulo indoles virtutis*] Quae non magis latet aut fallit, quam generoſae plantae progerminantes fructus. Nam ut ex horum praeludio futurae arboris bonitatem; ita ex puerili indole virtutem plenioris aetatis praeſumes. Ennius:

Etſi ſegetem ſunt in deteriorem datae
Fruges, tamen ipſae ſuapte natura
enitent.

Paterculus 2, 94, 3. *Ut per id, quod agebat, quantus evaſurus eſſet, eluceret.* De Philippo Amyntae F. Trogus 7, 6, 1. *Ut eſt ingreſſus imperium, magna de illo ſpes omnibus fuit, propter ipſius ingenium, quod magnum ſpondebat virum.* De Alexandro 11, 1, 9. *Erat hic annos viginti natus: in qua aetate ita moderate de ſe multa pollicitus eſt, ut appareret plura eum experimentis reſervare.* Claudianus lib. 1. de Laudib. Stiliconis.

Mens ardua ſemper
A puero, teneriſque etiam fulgebat
in annis.

Juſtinus 2, 9, 15. *Inter caeteros tamen Themiſtoclis adoleſcentis gloria emicuit, in quo jam tunc indoles futurae imperatoriae dignitatis apparuit.* Iterum

Digitized by Google

gebat enim jam in adoleſcentulo indoles virtutis. Itaque eum habuit [1] ad manum ſcribae loco: [2] quod multo apud Grajos honorificentius eſt, [3] quam apud Ro-

29, 1, 8. *His regibus pueris, etſi nulli ſenioris aetatis rectores erant, tamen in ſuorum quisque majorum veſtigia nitentis magna indoles virtutis emituit.* Nazarius Panegyrico Conſtant. c. 3. *Rapitur ad ſimilitudinem ſuorum excellens quaeque natura, nec ſenſim ac lente indicium premit boni, quum involucra infantiae vividum rupit ingenium.* Gebhardus. Proprie hac voce utitur Noſter. Juſtinus lib. 6. cap 5. *Eumque in auxilium Boeotiorum, per Iphicraten, viginti quidem annos natum, ſed magnae* indolis *juvenem, duci jubent.* Livius lib. 1. cap. 39. *Juvenis evaſit vere* indolis *regiae.* & ita paſſim.

1 *Ad manum habuit ſcribae loco*] *Plutarch.* ἀρχιγραμματέα Alexandri, i. e. ſcribarum principem, Philippo mortuo fuiſſe tradit. *Arrianus lib 5. & 6.* γραμματέα appellat ſimpliciter. *Lambinus.* id eſt, ut hodie loquimur, *cancellarii.* De ſcribarum hodiernorum, priſcorumque dignitate, generibus, auctoritate & uſu vide Barth. adverſar. lib. L. cap. 1. *Ernſtius.* Ceterum illud *ſcribae loco* de gloſſemate ſuſpectum eſt doctiſſ. *Schefſero.* Nam *ad manum aliquem habere*, inquit, pro *ſcribae loco habere*, uſurpavit *Cicero* quoque. Neque aliunde ſunt, qui ex eo *amanuenſes* appellantur. Haec ille. Nil tamen mutare auſim. Potuitque iſta *Nepos*, perſpicuitatis ergo, ut ſaepe alias, addere. *Boſius.*

2 *Quod multo apud Grajos*] Itaque Phyllidas Thebanus, non contemtus civis, Archiae Thebani, & aliorum polemarchorum ſcriba erat, apud *Xenoph. 5. de reb. Gr.* & apud *Iſocratem* idem fungitur ſcribae, & quaeſtoris munere: & hoc utrumque munus laudi, gloriaeque ſibi vertit. *Lambinus.* adde Ind. & *Freinshem. ad Curtii* 7, 3, 4. ubi & de Perſarum ſcribis, eorumque dignitate quaedam adnotat. Athenis tamen, pariter ut Romae, vile fuiſſe ſcribarum munus, docet *Sam. Petitus commentar. ad Leges Atticas lib.* 3. *t.t.* 2. *pag.* 257. 258. Boſius.

3 *Quam apud Romanos*] Quia apud Rom. plerique libertini & ſervi locum illum pecunia emebant, ut notant *Caſaubonus in Capitolinum,* [*in vita Macrini cap.* 7.] *Lipſius Elect.* 1, 32. Unde quod per ſe honorificum munus erat, per ſordes dehoneſtabatur. *Loccenius.* E verbis *Ciceronis* 3. *in Verrem* [c. 79] intelligere licet, ſcribarum ordinem apud Rom. ita honeſtum fuiſſe, ut tamen ad magiſtratus & honores populi aditus eis non pateret. Praeterea *Horatius* ſcribam quendam cognomine *Sarmentum*, amare exagitat *Sat.* 5. *lib.* 1. ſatisque declarat eum ſervum fuiſſe, aut certe libertum ſeu libertinum. Alium ſcribam more ſuo ludit & irridet *Sat.* 5. *lib.* 2. Lambinus. Propter ingentem numerum ſcribarum, qui ex Libertinis fere conſtabat, quique pecunia locum illum emebant, uti e Verrinis M. Tullii ad Capitolinum notat Caſaubonus, &, ut, Nepos heic ait, *mercenarii* erant. *Gebhardus.* *Magius* refert, Petrum Angelium Bargaeum, cum ſe a *Paulo Jovio* in hiſtoria *ſcribam* nun-

Romanos. Nam apud nos [1] revera, ſicut ſunt, mer-
cenarii ſcribae exiſtimantur: at apud illos [2] contra-
rio nemo [3] ad id officium admittitur, niſi honeſto
loco, & fide, & induſtria cognita, quod neceſſe
6 eſt omnium conſiliorum eum eſſe participem. [4] Hunc
lo-

cupari animadvertiſſet, aegre tuliſſe, & id tanquam injuriam cum eo expoſtulaſſe, tantamque in iram exarſiſſe, ut mox in Jovii hiſtorias cenſuram conſcripſerit. Idem hodie a viliſſimis ſcribarum exſpectes, ſi hoc eos nomine appelles. adeo apud nos quoque id evıluit. *Boſius.*

1 *Revera, ſicut ſunt, mercenarii exiſtim.*] Mira locutio. An legendum, *ſicut revera ſunt*? vel τὸ *revera* gloſſema eſt? An *revera exiſtimari* idem eſt, ac vere & reapſe ut mercenarios haberi, etſi non ita vocentur? *Boſius.* Omnes mei Codices vulgatam tuentur lectionem. Juſtinus lib. 18. cap 5. *Ex frequentia hominum* velut inſtar *civitatis effectum eſt.* ubi Vorſtius vocem *velut*, tanquam otioſam, cenſet delendam. lib. 12. cap. 16 in fine. *Victus* denique ad poſtremum *eſt, non virtute hoſtili, ſed inſidiis ſuorum & fraude civili.* Vide Schefferum ad lib. 37 cap 1. n. 9 quomodo & *poſthaec deinde* conjunxere optimi Auctores. Vide Tib Wopkens lib. 3. Lect. Tull. cap. 3. p. 255. & *perſe ſua ſponte, repente e veſtigio, ut potero pro viribus, vix aegre, ſubito extempore* & ſimiles pleonasmi apud Veteres occurrunt paſſim. vide Eundem cap. 4, pag. 258. & 259.

2 *Contrario*] Sic Mſſ. Boecler & q edd. quomodo *Cicero lib de univerſo cap.* 12. dixit, motus animi aliis *contrario diſſidentes*, quos *Plato* ἐναντίως διεστῶτας vocarat. Sic enim legendum eſt, non ut vulgo editur, *contrarios*: quod jam vidit *Giſanius in obſerv. Lat. L.* ſequutusque eſt *Pareus in Lexico Critico.* Alii apud noſtrum edidere, *e contrario*, ut 11, 1, 4. & 22, 1, 2, 2. *Boſius.* Leid. m. *e contrario.* ſed Voſſ. A. & B. *contrario.* Vide Cellarii Curas Poſteriores pag. 59. & 60. & in Append. ad Cur. Poſt pag. 32.

3 *Ad id officium admittitur, niſi honeſto loco*] Sic Suetonius in Veſpaſiano cap. 16. *Creditur etiam procuratorum rapaciſſimum quemque ad ampliora* officia *ex induſtria ſolitus promovere.* Plinius Panegyrico cap. 91. *Nondum biennium compleveramus in* officio *laborioſiſſimo, & maximo.* ubi agit de praefectura aerarii. Vide Baudii notas. *Locus* hic genus notat, ut docet Cl. Cortius ad Salluſtium Catil. cap. 23. n. 1.

4 *Hunc locum tenuit amicitiae*] Ad eumdem modum loquuntur puriſſimi ſcriptores, ne quis in Aemilio Probo ſeculum Theodoſianum agnoſcere ſe dicat. Caeſar. lib. 1. de Bello Gall. cap. 20. *Cum ipſe eum locum amicitiae apud eum teneret.* Suetonius Othone c. 2. *Facile ſummum inter amicos locum tenuit congruentia morum.* Curt. IX. cap. 7. *A regina in propiorem ejus, qui tum regnaſſet, amicitiae locum admotum.* Juſtin. lib. XI. cap. 5. *Quos Philippus in excelſiorem dignitatis locum provehens imperiis praefecerat.* Gebhardus.

1 Et

locûm tenuit amicitiae apud Philippum annos ſeptem. 6 Illo interfecto, [1] eodem gradu fuit apud Alexandrum annos tredecim. Noviſſimo tempore praefuit etiam [2] alterae equitum alae, quae [3] hetaerice appellabatur.

1 *Eodem gradu*] In ora libri mei Mſ. cum cuſtode, quem vocant, ſcriptum eſt *eodem gradu dignitatis.* Sed nihil moto, Nam dignitatis vox in hac phraſi etiam apud Ciceronem ſaepe *ἐλλείπει. Ernſt. τὸ dignitatis*, quod in ora cod. Ernſtiani ſcriptum, haud dubie gloſſema eſt. Abſolute *gradum* noſter etiam 19, 2, 3. dixit. v. Ind *Boſius.* Pro *tredecim* Voſſ. A. & B *tresdecim.*

2 *Alterae equitum alae*] Sic Mſſ. Giſan. Schott. Boecl. itemque alii *Lambino* memorati. ſuffragante *Giſanio in Ind. Lucret. v. unae.* Caeſar. de B. Gall. 1, 27. *ne qua legio alterae legioni ſubſidio venire poſſit.* Sic omnes Mſſ. *Brantio* viſi habuere. Terentius Heaut. 2, 2, 30. *haec ipſa in itinere alterae dum narrat.* Infra 20, 3, 2. *tantum otium totae inſulae conciliavit.* Sic enim e Mſ. legendum. Et ita veteres hanc & ſimiles voces alias inflexiſſe, docent *Priſcianus lib. 6. Voſſius de analog.* 2, 3. & quos ibi laudat, itemque *Bangius lib.* 1. *pag.* 40. Quare non dubitavi ſic pro *alteri*, quod in omnibus edd. habetur, reſcribere. Porro *altera ala* eſt. quae cap. 13, 1. *una* dicitur; (niſi is locus corruptus eſt, quod valde vereor:) id eſt, una e duabus. Duae enim antiquitus alae erant, ut vel ipſum nomen docet, (de quo *Gellius* 16, 4 ac *Vegetius* 2, 1.) & quod *dextrae* ac *ſiniſtrae* nominibus diſtinguebantur. *Thomas Reineſius, ὁ πάνυ*, putabat, diverſas intelligi debere alas, & Eumenem prioribus iſtorum XIII. annorum uni equitum alae, quocunque vocabulo; noviſſimo autem tempore etiam alteri, quae *hetaerice* dicta, praefuiſſe: adeoque heic de maxima parte XIII. annorum; *cap.* vero 13. de extrema, & ultimo vitae Alexandri ſermonem noſtro eſſe. Sed non tacuiſſet h. l. *Nepos* de priore praefectura, ſi aliquam prioribus Alexandri annis geſſiſſet Eumenes. Et qui dixiſſet *alterae* (h. e. ut ille accipit, diverſae, alii) eum alae praefuiſſe; cum prioris nullum mentionem fecerit? *Altera* igitur ala, eſt alterutra, e duabus una. Sic enim loquuntur optimi ſcriptores. Suetonius Galba cap. 10. *Alarum altera aegre retenta in officio.* Cicero 2. offic. 13. *cum te Pompejus alae alteri praefeciſſet.* Hirtius de bello Afric. *Caeſar alteram alam mittit.* Sic Noſter *alterum cornu* dixit 16, 4, 3. *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. B. *alterae.* Vide Schefferum ad Juſtinum lib. 12. cap. 16. n. 6 Munkerum ad Hyginum fab. 5. Gronovium ad A. Gell. lib. 2. N. A. cap. 28. & ad lib. 4. cap. 10. & noſtrum Boſium ad Pelopid. cap. 3. n. 2.

3 *Hetaerice*] Quaſi ſodalium ſive amicorum, *τῶν ἑταίρων*: quod nomen Alexander indiderat honoratiſſimis ſuorum equitationi adſuefactis: ſicuti *πεζεταίρους* vocarat. pedites. Teſtis *Anaximenes* apud *Harpocrationem* in *πεζέταιροι.* Ipſam alam *Arrianus lib.* 6. *ἵππον τὴν ἑταιρικὴν*

batur. Utrique autem [1] in conſilio ſemper adfuit, & omnium rerum habitus eſt particeps.

CAP. II.

1 [2] Alexandro Babylone mortuo, [3] quum regna ſin-
gulis

ἐσχὰν vocat. Verba utriusque adduxit *Lambinus*. Boſius. Leid. m. & Voſſ. B. *Etherice*.

1 *In conſilio adfuit*] Long. & alii omittunt praepoſitionem. Sed ita & Cicero loquitur. v. Ind. v. *adeſſe*. Boſius. Praepoſitionem exhibent Leid. m. & Voſſ. A B. Pro *particeps* Leid. m. *participes*.

2 *Alexandro mortuo, &c.*] Longior haec eſt periodus, & ἐπαναληπτικῶς, poſt magnam interjectionem, connectitur finis cum principio. *Alexandro mortuo, cum regna diſpertirentur: &c. hoc tempore data eſt Eumeni Cappadocia.* ubi *hoc tempore*, ſuſpenſam, quae coepta erat, ſententiam redauſpicatur pariter & connectit. Ita mox 18, 3, 3. & 4. *Eumenes cum neque magnas cop.* poſt multa παρενθετικῶς inſerta, *Eumenes igitur*, i. e. inquam, ut *Lambinus* recte exponit. *Cl. Freinshemius* his comparavit ea quae in *Apuleji metaph. 1. a. princ.* leguntur: *Theſſaliam* (deinde longa interjectio) *eam Theſſaliam petebam.* potuiſſet dicere *Theſſaliam, inquam*, aut *Theſſaliam igitur*. In hoc ipſo libro *c.* 7, 1. *&* 2. itidem longiori quam pro conſuetudine ambitu utitur, ſingulis membris pluſculum productis. quod cum ſine obſcuritate fit, quam in primis vitavit Noſter, non eſt culpandum. *Boeclerus*.

3 *Quum regna ſingulis famil.*] De regnorum ab Alexandri exceſſu diviſione praeter *Juſtinum* & *Oroſium* 3. *extr.* varii varie, quae non colligo. Adi, ſi vacat, *Dexippum Athenienſem de rebus poſt Alexandrum* in *Photii* noſtri *Bibliotheca pag* 115. & *Arrianum, ibid. p.* 123. quibus ſitim explere queas. *Schottus*. Auctor *hiſtoriae Maccabaeorum lib.* 1. *cap.* 1. hoc fuiſſe ab Alexandro factum demonſtrat. Lege *Joſephum Antiq.* 12, 1. Magius. Teſtamento Alexandri diſtributas provincias, etiam alii tradidere. Vide *Uſſer. annal. V. T. part.* 1. *pag.* 402. *& deinceps*. Boſius. Pro *diſpertirentur* Leid. m. *diſparterentur*. certe pro *diſpartirentur*. Sic cap. 3. Voſſ. A. pro *intelligebat*, *intellegebat*. In Pelopida cap. 3. n. 2. Voſſ. B. pro *obtinebat*, *obtenebat*. Vide quae congeſſi ad Alcibiadem cap. 6. n. 5. ſimilia de *contractare*, *detractare*, *obtractare* pro *contrectare*, *detrectare* & *obtrectare* adnotavere D. D. V. V. Oudendorpius ad Frontinum lib. 1. ſtrateg. cap. 1. n. 52. Kannegieterus ad Aviani fabulam 28. vſ. 9. & J. Arntzenius ad Victorem de Viris Illuſtr. cap. 62. n. 4. *Adſalire* pro *adſilire* improbat tamen Celeb. Burmannus ad Ovidium lib. 11. Metam vſ. 526.

4 *Ex quo omnes conjec. eum regnum ei commendaſſe, quoad liberi &c.*] Quoniam alias annuli traditio ſignum imperii aut haereditatis traditae fuiſſe videtur: (de quo videſis *Kirchmannum* & *Licetum* in *de annulis*, illum *cap.* 22. hunc *cap.* 51. itemque *Freinshem. not. ad. Curt* i
10.

Digitized by Google

gulis familiaribus diſpartirentur, & ſumma rerum tradita eſſet tuenda eidem, cui Alexander moriens annulum ſuum dederat Perdiccae: [4] ex quo omnes con- 2
jecerant, eum regnum ei [1] commendaſſe, quoad [2] liberi

10, 5. 3) idcirco nonnulli exiſtimarunt, annulo dato Alexandrum Perdiccae imperium tradidiſſe. Sed verius eſt, quod noſter tradit, eum ſolummodo temporarium regni adminiſtratorem, & cuſtodem annuli conſtitutum. Vide quae notavit *ad Curtii l. c.* ampliſſ. *Loccenius. Boſ.* Pro *annulum* Voſſ. B. *anulum.* pro *Perdiccae* idem *Perdicae.*

1 *Commendaſſe*] Mſſ. Schotti, Leid. & Savaro, *commiſiſſe vel commendaſſe.* Sed alterutrum gloſſema eſſe, manifeſtum eſt. Gebhardus *commiſiſſe* genuinum cenſebat; ego alterum. vide Ind. *Boſius.* Voſſ. A. etiam *commiſiſſe vel commendaſſe.*

2 *Liberi ejus*]. *Diodorus* 14 ait, Alexandrum mortuum eſſe ſine liberis. Idem paullo poſt addit, Aridaeum Philippi F. Alexandri regis fratrem ex alia matre, ab omnibus principibus regem factum ac probatum; Perdiccam autem regni adminiſtratorem creatum. Sed *Plutarchus* tradit, Roxanen ex Alexandro praegnantem fuiſſe relictam. Atque hunc incertum filium, regem eſſe, & ſe interea regni curatorem declarari Perdiccas volebat, ut ait eodem loco *Plutarchus.* Idem *περὶ τ̃ Alexandri τύχης ἢ ἀρ. λόγῳ β* ſcribit, Alexandrum duas uxores habuiſſe, alteram Roxanem, alteram Statiram Darii filiam: utrum autem liberos pepererit, nec ne, non addit. *In Alexandro* vero narrat Statiram, cum praegnans eſſet, a Roxane epiſtola quadam inſidioſa & fallaci pellectam, eſſe interfectam & in puteum dejectam.. Alii ſcribunt, Barſinen Artabazi, immo Darii (ut vult *Arrianus*) filiam, Memmonis uxorem, viro mortuo, ab Alexandro compreſſam, filium peperiſſe, Herculem nomine, qui mortuo Alexandro annum aetatis decimum quintum ageret: quem regni heredem eſſe oportere potius, quam Roxanae partum incertum ad regnum exſpectari, Nearchum contendiſſe. Quid igitur dicendum? Roxanes filius, cum Alexander exceſſit e vita, nondum natus erat; & non ita longo poſt, quam natus eſt, tempore, a Caſſandro una cum matre interfectus eſt: & aliquanto ante Hercules Barſines filius ab eodem interemtus erat. Statira ex Alexandro nunquam praegnans fuit. Quare *Diodorum* tueri poſſumus, qui dicit Alexandrum ſine liberis deceſſiſſe. Contra *Probus*, & ſi qui alii tradiderunt, Alexandro fuiſſe filios ſuperſtites, vere dixiſſe videri poſſunt. Nam & Roxane juſta uxor peperit, & Barſine, non ignobilis mulier, quamvis juſta uxor non eſſet, multo ante, quam Alexander moreretur, Herculem illum ediderat. Quod ſi quis dicat, eum ſolum Alexandri filium fuiſſe dicendum, qui mortis tempore natus eſſet: ne in hoc quidem *Probus* mendacii arguendus eſt, quod numero multitudinis utatur. Nam *liberorum* appellatione filius unus continetur. Ve-

beri ejus [1] in ſuam tutelam perveniſſent: aberant enim [2] Craterus, & [3] Antipater, qui antecedere hunc videbantur: [4] mortuus erat Hephaeſtio, [5] quem unum Alexander, quod facile [6] intelligi poſſet, plurimi fecerat: hoc tempore data eſt Eumeni [7] Cappadocia, [8] ſive potius dicta. nam tum [9] in hoſtium erat po-

Verum tamen non unum fuiſſe Alexandri filium, poſt ejus obitum, ex iis quae infra proferemus, intelligere licebit. De uxoribus autem Alexandri magna controverſia eſt. Ex *Arriano lib.* 6. quidem intelligere licet, Alexandrum treis uno tempore habuiſſe. *Lambinus.* Quod autem *liberorum* appellatione & unus filius ſignificetur, teſtantur *Cajus L. Non eſt ſine liberis.* & *L. Nam quem. D. de V. S. Gellius* 2, 13. *Servius* ad illud *Virgilii Aen.* 10. *Gnatis parce tuis*, & *Auguſtinus* 16, 40, *de Civ. Dei.* Magius. adde Ind. *Boſius.* Adde Gronovium ad A. Gellum lib. 2. N. Att. cap. 13. & Cl. Arntzenius ad Victorem de Caeſaribus cap. 26. n. 4. hujus ſignificationis plura dabit exempla. Pro *quoad* Voſſ. B. *quod ad.*

1 *In ſuam tutelam*] Male alii, *extra ſuam tut.* Nam *in ſuam tutelam pervenire*, eſt ad pubertatem pervenire. V. Ind. *tutela.* Boſius.

2 *Craterus*] Quem Alexander ſecundum Hephaeſtionem plurimum amabat. *Lamb.* vid. *Diod.* 19. Boſius. Pro *Craterus* Leid. *Crateros.* & Voſſ. A. *Cratheros.* Pro *erant*, quod omnes Mei Codices exhibent, Oxoniae & Londini editum eſt *erat.*

3 *Antipater*] Jolai F. in urbe Macedoniae Paliura natus; qui Macedoniae regnum tandem obtinuit. *Lambinus.*

4 *Mortuus erat Hephaeſtio*] De morte Hephaeſtionis, & Alexandri ob eam luctu *Plutarchus Alexandro, Pelopida*, & *Eumene. Arrianus de reb. Alex.* 7. & *diſſert. Epicteti* 2, 22. *Aelianus var. hiſt.* 7, 8. Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. *Ephestio.*

5 *Quem unum*] Vet. Editiones Germanicae, *quem unum*, ut putat Lambinus recta ac germana ſcriptura. Quod mihi ſecus videtur. Nam proxime *mortuus erat.* praeceſſit q. d. Nepos: ſi Hephaeſtio ſuperſtes fuiſſet, amore Alexandri primas ante omnes in ſucceſſione praecepiſſet. *Gebhardus.* Alii *quem virum*; quod etiam *Gebhardus* tuetur. Nam proxime, inquit, praeceſſit: *mortuus erat.* Magis ei lectioni favet *Diodorus* 19. ζῶντα μὲν γὰρ προετίμησε πάντων τῶν φίλων. Attamen nihil muto. *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. A. B. *unum.* Pro *plurimi* Membranae Schotti & Ultraject. *plurimum.*

6 *Intelligi poſſet*] An legendum, *poteſt*, vel, *poſſit*? Boſius.

7 *Cappadocia*] Una cum Paphlagonia, & finitimis regionibus ad Trapezuntem usque. Sic *Plutarchus, Diodorus* 18, *Juſtinus* 13, 4, 17. *Arrianus* apud *Photium cod.* 92. Apud eundem tamen *Juſtinum* 13, 6, 14. legitur, *Paphlagoniam* poſtea demum cum Lycia, Caria, & Phrygia *Eumeni adjectam* fuiſſe. Sed ibi vel gloſſema eſt τὸ *Paphlagonia*, inde

poteſtate. Hunc ſibi Perdiccas adjunxerat magno ſtudio, [1] quod in homine fidem & induſtriam magnam videbat: non dubitans, ſi eum pellexiſſet, [2] magno uſui fore ſibi in his rebus, quas apparabat. Cogitabat enim, quod fere omnes in magnis imperiis concupiſcunt, [3] omnium partes corripere atque complecti.

de natum, quod aliquis in margine ad illas provincias, quas Eumenes acceperat, hanc vocem e c. 4. 17. adſcripſerat: vel fortaſſe reſcribendum *Pamphylia.* Nam eam una cum Lycia & Phrygia magna primitus Antigono obtigiſſe, ex *Arriani* excerptis *Photianis* diſco. Sic enim illa: Παμφυλίαν, ϗ Λυκίαν, ϗ Φρυγίας τῆς μεγάλης Ἀντίγονος. ſubaudi: ἄρχειν ἐπετάχθη. *Magius* apud *Juſtinum* reponebat *Lycaonia:* ſed id a recepta lectione nimium recedit. *Boſius.*

8 *Sive potius dicta*] I. e. verbo attributa atque addicta Cappadocia & Paphlagonia eſt: quia, ut alii tradiderunt, nondum eas regiones ſubegerant Macedones: immo nondum in eas Macedonum arma pervenerant. *Lambinus.* Nominata ac promiſſa. Ita Nonius *dicere* interpretatur ex illo Varronis. *Ivit virgo, dos a femina ut auferatur: quae mihi poſteaquam ad concordiam dicta eſt.* Cicero pro Flacco. *Quaecunque ſine tutore auctore eſt* dicta *dos, nulla eſt.* Gebhardus. Add. Ind. *Boſius.* Pro *ſive* Voſſ. A. *ſine.*

9 *In hoſtium erat poteſtate*] Ariarathis regis, qui Eumeni ibi imperare juſſo quod cedere noluiſſet, victus a Perdicca & ſuſpenſus; Eumenes vero in regnum reſtitutus eſt. Teſtes *Arrianus* apud *Photium*, *Plutarchus*, *Diodorus*, & *Appianus Mithridaticis.* Ceterum *Schottus* putabat Nepotem ſcripſiſſe: *in hoſt. er. poteſtatem*: quomodo *Cicero in Maniliana c.* 12. dixit *portus in praedonum fuiſſe poteſtatem*; ita laudante etiam *Gellio* 2, 7. Sed non, ſi *Cicero*, ſtatim & *Nepos* ita loquutus eſt. *Boſius.* Pro *hunc* Voſſ. B. *nunc.* Pro *in hoſtium erat poteſtate* Voſſ. B. *Erat in hoſtium poteſtate.*

1 *Quod in homine fidem & induſtr. magnam videbat*] Explicat *Plutarchus* per δραςήριον ϗ πιςόν. Notetur, quas dotes in miniſtro requirere Princeps debeat. *Gebhardus.*

2 *Magno uſui fore ſibi*] Vides, ob quam cauſſam Principes expetant & colant amicitias: ſolorum nempe commodorum contemplatione, non honeſtatis ac virtutis intuitu. Juſtinus 9, 8, 9. de Philippo: *Amicitias utilitate, non fide, colebat.* Gebhardus. Pro *ſi eum* Voſſ. A. *ni eum.*

3 *Omnium partes corripere*] Qui magna imperia affectant, omnium partes ad ſe traducere conantur: ut pluribus ſubſidiis opes ſuas firment. Unde ſocietates non ſolum ut praeſidia virium ac defenſionis, ſed ut munimenta potentiae ac dominationis habent. *Loccenius.* Talem deſcribit Pyrrhum Juſtinus 17, 2, 11. *Qui & ipſe ſpoliare ſingulos cupiens, omnibus ſe partibus venditabat.* Gebhardus. Mſ Codex legit, *omnes partes*, nempe Regni, ſive omnes regiones. Sic Cicero ad Att. 3. *Sine te non eſſe nobis illas* partes *tenendas*

4 plecti. [1] Neque vero hoc ſolus fecit: ſed ceteri quoque omnes, qui Alexandri fuerant [2] amici. Primus [3] Leonnatus [4] Macedoniam praeoccupare deſtinaverat. Is multis magnis pollicitationibus perſuadere Eumeni ſtuduit, ut Perdiccam deſereret, ac ſecum faceret ſocietatem. Quum perducere eum non poſſet, interficere conatus eſt: & feciſſet, niſi ille [5] clam noctu ex praeſidiis ejus effugiſſet.

CAP. III.

Interim [6] conflata ſunt illa bella, quae [7] ad internecio-

das propter Antonium. Graece τὰ μέρη apud Matth. xv. 21. *Ernſt.* Juſtini locus fortaſſe favet lectioni cod. Ernſtiani, *omnes partes*. Boſius. Pro *amplecti*. Leid. m. item Voſſ. A. B. *complecti*.

1 *Neque vero hoc ſolus fecit*] Mſc. Boecl. *nec v. haec ille ſolus fecit*. Longolius: *Neque v. hoc tempore ſolus f.* An fuit: *neque v. hoc temere ſ. f.* quomodo fere loquutus 25, 20, 2. *Boſius*. Leid. m. *Neque vero hoc tempore ſolus fecit*. Voſſ. A. *Neque vero hoc ille ſolus fecit*, B. *Nec vero haec ille ſolus fecit*. Mox pro *quoque* Voſſ. B. *quaeque*.

2 *Amici*] V. Ind. *Boſius*. Pro *fuerant* Leid. m. *fuerunt*.

3 *Leonnatus*] Cui obtigerat Phrygia, quae Helleſpontum attingit. Fuerat autem unus ex Alexandri corporis cuſtodibus. *Lambin.* Voſſ. B. *Leonnadus*.

4 *Macedoniam praeoccupare*] Specie ferendi auxilii Antipatro, re vera ut ejus poſſeſſionem ſibi ipſe aſſereret. Itaque cave, & diſpice, quem in auxilium voces, & qui ſe auxilio offerat. *Gebhardus*. vid. *Plutarchus*. Pro *deſtinavit* Mſc. Boecl. *praedeſtinavit*: plerique alii, *praedeſtinaverat*, quod *Lambinus* a praec. *praeoccupare* profectum putat. Mox alii, *multis magniſque pollicit*. Boſius. Leid. m pro *deſtinaverat*, *praedeſtinaverat*. Voſſ. A. & B. *praedeſtinavit*. Pro *multis magnis* Leid. m. & Voſſ. A. *multis magniſque*.

5 *Clam noctu aufugiſſet*] Q. edd. omittunt τὸ *noctu*. Sic tamen & *Plutarchus* νύκτωρ ἀπέφυγε *Boſius*. Leidenſi meo abeſt etiam *noctu*.

6 *Conflata ſunt bella*] Quae narrantur a *Diodoro* 18, 19, 20 & item ab aliis ab Alexandro moriente praedicta; hanc enim poſtremam Alexandri vocem fuiſſe ait *Diodorus* 17. *extr.* ὅτι μέγαν ἀγῶνα αὐτῷ ἐπιτάφιον συστήσονται πάντες οἱ πρωτεύοντες τῶν φίλων. *Lambinus*.

7 *Ad internecionem*] Quidam libri exhibent, *ad internitionem* Unde *Lambinus* divinat, ad *interitionem*. Neque me latet, idem monere *Ciacconium*, talem ſcripturam in vett. *Caeſaris* membranis reperiri. Sed mihi ab ipſis exſcriptoribus verum vocabulum *internecio* in *interitio* interpolatum videtur. Eſt enim *internecio* uſitatiſſima vox Latinis, ſignat-

cionem poſt Alexandri mortem geſta ſunt, [1] omneſque concurrerunt ad Perdiccam opprimendum. quem etſi infirmum videbat, quod unus omnibus reſiſtere cogebatur, tamen [2] amicum non deſeruit, neque ſalutis, quam fidei, fuit cupidior. [3] Praefecerat eum 2
Perdiccas [4] ei parti Aſiae, quae inter Taurum montem jacet atque Helleſpontum: & illum unum oppoſuerat [5] Europaeis adverſariis. Ipſe Aegyptum oppugnatum adverſus Ptolemaeum erat profectus. Eumenes quum neque magnas copias, neque firmas haberet, 3
[1] quod

gnatque πανωλεθρίαν. Attius Meleagro.

Eum ſaevitiae finem, ac fati internecionem *fore;*
Meleagros torris cum eſſet interfectus flammeus.

Liv. *Lucerni & Samnites ad* internecionem *caeſi.* Curt. 4. cap. 96. *Ad* internecionem *mihi perſequendus eſt.* lib. 9. cap. 28. *Tandemque* internecione *hoſtium juſtae irae parentatum eſt.* Caeſar lib. v. de B. Gall. cap. 33. *Quare ne committeret, ut is locus, ubi conſtitiſſent, ex calamitate populi Romani, &* internecione *exercitus nomen caperet, ac memoriam proderet.* lib. 2. cap. 28. *Hoc praelio facto, & prope ad* internecionem *gente ac nomine Nerviorum redacto.* Frontinus lib. 2. cap. 5. 22. *Flaminius non ante providit inſidias, quam ſimul a fronte, lateribus, tergo, circumfuſus ad* internecionem *cum exercitu caederetur.* ubi perperam Mſ. *interemptionem* vel *intertionem* habent. Cicero in Catilinam. *Quae diſſenſiones non reconciliatione Concordiae, ſed* internecione *civium dijudicatae ſunt.* Hinc bellum & odium *internecinum*, quod cum excidio alterutrius geritur. Plin. *Habet deinde* internecinum *bellum cum Ichneumone.* Juſtin. lib 11. cap. *Graecos veterum bellorum memoria* internecini*que cum Perſis odii accendebat.* M. Tullius in Antonium. *Quae ſunt urbanarum maledicta litium non inuſtae belli internecini notae.* Gebhardus. Adi Indicem. Mſ. Boecler. habebat: *ad interceptionem.* Boſius. Voſſ. B. *interceptionem.* Sed Voſſ. A. & Leid. m. *internecionem*, quam lectionem hic ſatis ſuperque Gebhardus defendit, cui adde Cl. Arntzenium ad S. A. Victorem de Viris Illuſtr. cap. 23. n. 9.

1 *Omneſque concurrer.*] Et inprimis Craterus & Antipater, Graecia ſubacta belloque Lamiaco confecto, & poſtea Antigonus. *Lambinus.* Pro *Perdiccam* Voſſ. A. *Perdicam.*

2 *Amicum non deſeruit*] In cauſſa juſta. nam Craterus faciebat injuria, & alienum imperium in ſe parabat transferre. *Buchnerus.*

3 *Praefecerat eum*] Mſ. Boecler. *praefecerat hunc.* Boſius. Sic quoque Voſſ. B.

4 *Ei parti Aſiae*] *Plutarchus:* ἀπέδειξε τ̃ ἐν Ἀρμενίᾳ κ̧ Καππαδοκίᾳ δυνάμεων αὐτοκράτορα στρατηγόν. *Lambinus.*

5 *Europaeis adverſariis*] Cratero & Antipatro, & Pithoni, & Aridaco

[1] quod inexercitatae, & non multo ante erant contractae: adventare autem dicerentur, Helleſpontumque [2] tranſiſſe Antipater & Craterus magno cum exercitu Macedonum, viri [3] cum claritate tum uſu belli
4 praeſtantes, (Macedones vero milites ea tunc erant fama, qua nunc Romani feruntur: etenim ſemper habiti ſunt fortiſſimi, [4] qui ſummam imperii potirentur:)

daeo, Alexandri ex alia matre fratri: qui poſtea *Philippus* dictus eſt. *Lambinus.* Leid. m. *Europis adverſariis.* & paullo ante pro *Helleſpontum* Voſſ. B. *Elleſpontum* pro *&*, *ut.* & pro *oppoſuerat*, *appoſuerat.*

1 *Quod inexercitatae, & non multo ante contractae*] Idcirco prudens imperator nunquam non, quomodo militem exerceat, & varietati incongruentium caſuum praeparet, attendit. Vide ſupra in *Ageſilao.* Diſciplinae militaris Athenienſes conditor πολλάκις ἐγύμναζε τοὺς στρατιώτας, μηχανώμενος ψευδοενέδρας, ψευδεπιδρομάς, ψευδοπροσοδίας, ψευδαυτομολίας, ψευδοπροδοσίας, ψευδοπανικά· ἵνα εἴποτε καὶ τοιοῦτόν τι γένοιτο, μηδαμῶς ἐκπλήσσοιντο. *Gebhardus.*

2 *Tranſiſſe*] Longol. Lamb. aliique, *tranſcurriſſe.* Quod rejicere non auſim. Nam, ut recte *Lambinus*, *currere* interdum & pro navigare, & *curſum* pro navigatione uſurpant Latini. vid. v. *curſus.* Boſ. Tres mei Codices *tranſiſſe.* Neſcio, cur Viri Docti hic *tranſcurriſſe* ſubſtituere conentur, cum *tranſire* aeque ac *tranſcurrere* pro *transfretari* ponatur. Noſter in Hamilcare cap. ult. *At Hamilcar, poſteaquam mare tranſiit, in Hiſpaniam venit.* Ovidius lib. 3. Triſt. El. 12. vſ. 37.

Rarus ab Italia tantum mare navita tranſit.

Suet. in Caeſare cap. 35. *Ab Alexandria in Syriam, & inde Pontum* tranſiit. & ita ſaepius, quomodo *ingredi*, *intrare*, & *tranſgredi mare* Latini dixere. conſule Celeb. P. Burmann. ad Quinctilian. Declam 6. p. 149. & *iter* de navigatione. Paſſ. ad Propertium 1, 1, 30. *via* de mari. v. Serv. ad Virg. 3. Aen. 202. ſic κέλευθα ὑγρὰ Homero Odyſſ. δ. vſ. 82. ubi videnda ſcholia. Quem de piſcibus in mari natantibus imitatur Apollonius Rhodius lib. 1. Argonaut. vſ. 574. Nec non ὁδὸς de navigatione. v. Schol. ad Eund. vſ. 413. Adde, quae congeſſi ad Milt. cap. 1. n. ult.

3 *Cum claritate tum uſu*] Leid. m. *Tum claritate, tum uſu.* Pro *Craterus* Voſſ. A. *Crateros.* Voſſ. B. *Antipater Cratheros.*

4 *Qui ſummam imperii potir.*] Sic vett. cod. Giſanii (ut is teſtatur in *Ind. Lucret.*) ac P. Danielis, & Savaroni inſpecti, itemque ed. Long. & aliae plures. Itaque loquuti non ſolum *Accius* & *Lucretius*, quos ad h. l. *Lambinus* laudat, ſed etiam *Plautus*, *Terentius*, *Cicero*, *Salluſtius*, *Juſtinus*, alii. v. *Voſſ de conſtruct.* c. 22. *Bang. obſ. philol. lib.* 2. *p.* 1053. & *Priſcian.* 18. Tamen Mſ. Boecl. *qui ſumma imperii potir.* Boſius. *Summam* Voſſ. A. & Leid. ſed *ſumma* Voſſ. B. Sequamur plurimorum Codicum

tur:) [1] Eumenes intelligebat, ſi copiae ſuae [2] cognoſſent, adverſus quos ducerentur, non modo non ituras, ſed ſimul cum nuntio dilapſuras. Itaque hoc ejus fuit prudentiſſimum [3] conſilium, ut deviis itineribus milites duceret, in quibus vera audire non poſſent: & his perſuaderet, ſe [4] contra quoſdam barbaros proficiſci. [5] Itaque tenuit hoc propoſitum, & prius in aciem exercitum eduxit, praeliumque commiſit,

dicum MStorum fidem, licet utrumque ſit rectum. Conſule Celeb. Graevium ad Ciceron. lib. 2. de Offic. cap. 23. cl. Burmann. ad Ovid. 10. Metam. 627. Cort. ad Salluſt. Jugurth. cap. 25. n. 10. & Oudendorp. ad Front. lib. 2. Strat. cap. 8. n. 14. *Imperium* hic pro ſummo Orbis terrarum imperio, ſive Monarchia ponitur, ut docet cl. Dukerus ad Florum 2, 7, 2. Pro *potiuntur* Voſſ. B. & Leid. m. *potirentur*. Recte.

1 *Eumenes intelligebat*] Ἐπανάληψις, propter longam interpoſitionem inter ea, quae multo ante dicta ſunt, & quae nunc dicenda ſunt, pendet enim ſententia ab illo loco, *Eumenes cum neque &c.* idcirco repetitione nominis utitur ad memoriam lectoris renovandam. *Lambinus*. Q cdd. *Eumenes igitur intelligebat*. Boſius. Voſſ. A. *intellegebat*.

2 *Cognoſſent*] Sic e memb. ſuis *Schottus* & *Boeclerus*. Alii *cognoſcerent*. Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. B. *cognoſcerent*.

3 *Conſilium*] Aberat haec vox Mſ. Boecl. Atque ſic fere loquitur 17, 7, 3. *Boſius*.

4 *Contra quoſdam barbaros*] Plutarchus de garrulit. p. 506. *Eumenes cum audiviſſet, Craterum adverſus ſe cum copiis venire, nemini amicorum rem aperuit, ſed Neoptolemum eſſe finxit. hunc enim milites Eumenis contemnebant, illius & gloriam admirabantur, & virtutem dirigebant. rem ipſam excepto Eumene norat nemo.* Vide ibi plura. *Boſius*. Pro *perſuaderet* Leid. m. *perfunderet*.

5 *Itaque tenuit hoc propoſitum*] Solemne quoque eſt ita loqui Caeſari lib. 1. Civil. cap. 83. *Tali instructa acie tenere uterque propoſitum videbatur*. Lib. 3. Civil. cap. 42. *Pompejus interclusus Dyrrachio, ubi propoſitum tenere non potuit*. cap. 65. f. *Commutata ratione belli, quoniam propoſitum non tenerent*. Nec procul abit Cicero Verrina 6. Tenuit *hoc inſtitutum in turribulis omnibus, quaecunque in Cicilia fuerunt*. Pro Plancio. Tenere *eum curſum, quem a prima aetate ſuſceperis*. Et alibi in Epiſtolis: *ſtultum eſt, eum tenere cum periculo curſum, quem coeperis*. Gebh. Livius lib. 3. cap. 41. *Quum libertas non ultra vocem exceſſiſſet, decemviri propoſitum* tenuere. Unde & *propoſiti tenax* dicitur. Conſule Viros Nobiliſſimos N. Heinſium & P. Burmannum de hac locutione late diſputantes ad Ovidium lib. 2 Metam. vſ. 104. Pro *praeliumque commiſit* Voſſ. B. *Plurimumque commiſit*.

6 *Quum milites ſui ſcirent*] Miris hoc Eumenis conſilium laudibus

miſit, [6] quam milites ſui ſcirent, cum quibus arma conferrent. Effecit etiam illud locorum praeoccupatione, [1] ut equitatu potius dimicaret, quo plus valebat, quam peditatu, quo erat [2] deterior.

CAP. IV.

1 Quorum acerrimo concurſu quum magnam partem diei eſſet [3] pugnatum, [4] cadit Craterus dux, & Neoptolemus, qui [5] ſecundum locum imperii tenebat. Cum hoc concurrit [6] ipſe Eumenes. Qui quum
2 [7] inter ſe complexi, in terram ex equis decidiſſent, ut

effert *Plutarchus.* Sed idem *Plut.* & *Diodorus* tradunt ante hoc praelium, aliud praeterea commiſſum fuiſſe, in quo Neoptolemus victus cum paucis equitibus fugerit. *Lambinus.* Confer & *Juſtinum* 13, 8. *Arrian.* apud *Photium cod.* 92. Boſ.

1 *Ut equitatu potius dimicaret.*] Voſſ. B. *& equitatu potius dimicaret.* Male. contra cap. 6. n. 1. hujus vitae. *Ut eas res occuparet.* ceteri *& res eas occuparet.* Quamquam *ut* ibi facilius admitti poſſit. Sed id vitium hi cum plerisque optimae notae Codicibus Mſſ. habent commune, qui centies *ut* & *&* commutare ſolent: ut apud Ovidium 1. Metam. vſ. 15. & 370. & ſaepius alibi. Vide quos laudat Cel. Drakenburgius ad Silium Italicum lib. 5. vſ. 217.

2 *Deterior*] In Mſ. eſt *inferior* pro *deterior.* Sed res eodem recidit, quomodocunque legas. *Ernſtius.* Ed. Ultraj. *deteriore*, quod recte rejicit *Schottus.* repugnat enim τὸ *valebat*, cui opponitur. τὸ *inferior*, quod in ſuo cod. repperit *Ernſtius*, haud dubie gloſſema eſt. *Boſius.*

3 *Pugnatum*] Longol. & Mſ. Boecl. *oppugnatum.* quod pro ſimplici repoſuiſſe librarios, vix crediderim. An igitur ita loquuti veteres? An fuit, *appugnatum*, *compugnatum*, aut *depugnatum*? Diſpiciant, qui omnes loquendi modos, verbaque rariora in numerato habent. *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. A. B. *oppugnatum.*

4 *Cadit Craterus dux*] Voſſ. A. *Crateros* B. *Chrateros.* *Cadere* hoc loco ſumitur pro gravi vulnere in pugna affligi, non vero ut mors ſtatim ſit ſecuta, quo ſenſu ſaepiſſime ab aliis etiam adhiberi ſolet. conſule Gebhardum ad Pauſaniae vitam cap. 4. n. 1. & J. Arntzenium ad S. A. Victorem de Viris illuſtribus cap. 39. n. 3. Pro *Neptolemus* Voſſ. A. *Pneothólemus*. B. *Neprolemus.*

5 *Secundum locum imperii teneb.*] Siniſtro enim cornu praeerat, ſicuti Craterus dextro. *Diodor.* 18, 7. Boſius.

6 *Ipſe*] Aberat cod. Boecl. qui & mox habebat, *nec eo magis*. Boſ. *Nec eo magis* etiam Voſſ. B.

7 *Inter ſe complexi*] Horum ſingulare certamen atque atrox pulchre

Digitized by Google

ut facile intelligi poſſet [1] inimica mente contendiſſe, [2] animoque magis etiam pugnaſſe, quam corpore: [3] non prius diſtracti ſunt, quam alterum anima reliquerit. Ab hoc [4] aliquot plagis Eumenes vulneratur, neque eo magis ex praelio exceſſit, ſed acrius [5] hoſtis inſtitit. Hic equitibus profligatis, interfecto du- 3
ce Cratero, multis praeterea, & maxime nobilibus captis, [6] pedeſter exercitus, [7] quod in ea loca erat deductus, ut invito Eumene elabi non poſſet, pacem ab eo petiit. Quam quum impetraſſet, in fide non manſit, [8] & ſe, ſimul ac potuit, ad Antipatrum recepit.

chre appingit *Plutarchus*. Magius. adde *Diodor.* 18, 8. *Juſtin.* 13, 8. *Arrian. l. c.* Boſius. Voſſ. B. *compleſſi.*

1 *Inimica mente contendiſſe*] Diod. lib. 15. Συμπλεκόμενοι τοῖς σώμασι καὶ παντοίας διαθέσεις τραυμάτων ἀπεργαζόμενοι τοῖς θυμοῖς οὐκ ἔληγον. *Gebh.*

2 *Animoque magis etiam pugnaſſe quam corpore*] Poſſint haec addita videri ab aliquo, qui explicare voluerit, quid ſit *inimica mente contendere*, quod praeceſſit; niſi haec ratio ſcribendi tales ἐμφάσεις ultro admitteret. *Boeclerus.*

3 *Neque prius diſtracti*] Similis ardor pugnantium Romanorum apud *Florum* 1, 18, 17. qui *hoſtibus ſuis immoriebantur. In manibus enſes, in vultibus minae relictae: & in ipſa morte ira vivebat.* Loccenius.

4 *Aliquot plagis*] Tribus, in brachio & feminibus: ſed magis territus iis, quam laeſus. *Diodor.* & *Plut.* Boſius.

5 *Hoſtis inſtitit*] Sic e ſuis codd. *Giſanius Ind Lucr* v. *ſubjungere*, & *Schottus. Hoſtis* autem pro *hoſtes*, antique. *Inſtare hoſtes* etiam ſupra dixit 15, 9, 1. ubi vid. *not.* Vulgati: *hoſtibus inſtitit.* Boſius. Male Oxoniae editum eſt *inſtituit.* Leid. m. & Voſſ. A. *hoſtibus inſtitit.* Nolo hic tamen a Boſio diſſentire. *Inſtare hoſtes* erit ſtare in vel contra hoſtes, & in hac ſententia eſt etiam Celeb. Perizonius ad Sanctii Minervam lib. 3. cap. 3. n. 77. Eodem modo, quo *adhinnire equam* Antiqui dixere. vide Celeb. Burm. ad Ovid. Remed. Am. vſ. 634. *adjacere mare.* Vide ad Timoth cap. 2. *adſidere aliquem.* cl. J. Arntzen. ad Victorem de Caeſaribus cap. 10. n. 3. & ita *incurrere Mauros* apud Salluſtium Jugurth. cap. 1. n. 8. cum emendatioribus codicibus legendum eſſe docet Cel. Burm. ad Ovidium lib. 2. Metam. vſ. 205.

6 *Pedeſter*] Sic Leid. & poſtrema edit. ſua, e Mſ. ſuo, ut arbitror, ampliſſ. *Boeclerus.* Vulgo editur, *pedeſtris.* Boſius Leid. m. & Voſſ. A. *pedeſtris.* ſed B. *pedeſter.*

7 *Quod in ea loca*] Melius ita *Lambinus*, quam alii, *qui in ea l.* Boſius. Pro *petiit* Leid. & Voſſ. A. *petit.*

8 *Et ſe, ſimul ac potuit*] Nota, Lector, copulativam conjunctionem

4 cepit. Eumenes Craterum ex acie [1] ſemivivum elatum recreare ſtuduit. Quum id [2] non poſſet, pro hominis dignitate, proque priſtina amicitia (namque illo uſus erat, Alexandro vivo, familiariter) [3] amplo funere extulit, [4] oſſaque in Macedoniam uxori ejus ac liberis remiſit.

CAP.

nem hic habere ſignificationem disjunctivae, quippe pro *ſed* poſitam, ut recte obſervavit Tib. Wopkens lib. 1. Lect. Tull. cap. 13.

1 *Semivivum elatum recreare ſtatuit. cum id non poſſet, &c.*] Cum homine, non cum humanitate, ut decet fortes ac moderatos, bellum geſſit. Vide par exemplum de Ringone Rege Suec. apud *Joannem Magn.* 8, 10. & *Kirchmann. append. de Funer. cap.* 5. Loccenius. Adde *Grot. de J. B. & P.* 2, 19, 3. Boſius. *Semivivum* abeſt a Voſſ. B.

2 *Non poſſet*] Alii, *non potuiſſet*. Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. B. *poſſet*.

3 *Amplo funere extulit*] *Amplo munere* legit e ſuo codice *Giſanius in obſervat. Lat. L.* v. *munus*; additque illud *Valerii Max.* 8, 15, 2. *quotieſcunque munus aliquod Corneliae gentis celebrandum eſt*; ubi quidam (*Pighium* notat) nimis licenter *funus* repoſuerit. Hoc autem loco etiam *Schottus* ſuum codd. habere *munere*, adnotat, ſed addit: *vitioſe fortaſſe*. Ac vereor, ne librarii lapſus ſit. vix enim *Nepos* dixerit Eumenem *amplo munere extuliſſe* Craterum. Non ita ſolent, quod ſciam, Latini. At altera ratione paſſim uſi. Curtius 4, 8, 9. *Repertum corpus magnifico extulit* funere. Suetonius Nerone c. 9. *Claudium apparatiſſimo* funere *elatum*. Et cap. 30. *Cercopithecum Panerotem prope regio extulit* funere. Quod vero noſtro *ampliſſimo funere efferre*, id eidem *Suetonio* eſt *ampliſſime funerare*, Calig. cap. 15. Apud *Valerium* ſi *munus* retineri debet, intelligendum eſt gladiatorium. Cui heic locus haud eſt, neque enim id Graecorum, ea quidem aetate, funeribus adhibitum lego. *Boſius*. Leid. m. & Voſſ. B. *funere*. A. *munere*. *Funus* & *Munus* ſaepius in Mſſ. confundi ſolent. Vide Cel. Burm. ad Ovid. in Nuce vſ. 131. & Nic. Heinſium Epiſt. 472. & 476. ad J. G. Graevium, ubi docemur, *Funus*, uti & h. l. centies poni pro pompa funebri; quibus innumera loca addi poſſunt: E. G. Livii lib. 2. cap. 33, *Reductori plebis Romanae in urbem ſumptus* funeri *defuit. Extulit eum plebs ſextantibus collatis in capita*. Et quod propius ad rem lib. 3. cap 18. *In conſulis domum plebes quadrantes, ut* funere ampliore efferretur, *jactaſſe fertur*. Eodem ſenſu non tantum *funus alicui facere* Eidem c. 33, ejuſdem libri, ſed & Ciceroni, (ut Noſtro *amplo funere efferre*,) *amplum funus facere* lib. 4. ad Fam. Ep. 12. & pro *amplo funere efferri* ſaepius etiam *magnifico funere efferri* dixere. Conſule Cl. J. Arntzen. ad Victorem de Viris Illuſtribus cap. 35. n. 11.

4 *Oſſa in Macedoniam*) Mſ. Boecl. *in Macedonia*. ſicut intra 13, 4. *in Cappadocia* Boſius. Voſſ. B etiam ut & in cap. ult. *in Macedonia*. Non qui-

Digitized by Google

Cap. V.

Haec dum apud Helleſpontum geruntur, Perdiccas [1] apud flumen Nilum interficitur [2] a Seleuco, & Antigono: [3] rerumque ſumma ad Antipatrum defertur. [4] Hic, qui deſeruerant, [5] exercitu ſuffragium 1

quidem ſemper legibus Grammaticorum paruere Antiqui, ut docuimus ad Lyſandrum cap. 1. n. 5. quibus adde cl. Dukerum de Latinitate Juriſc. Vet. p. 351. J. Arntzenium ad Victorem de Viris Illuſtr. cap. 6. n. 9, 14. n. 2. cum addendis Ejus praeſationi adſcriptis & 58. n. 2. & ad Epitomen cap. 33. n. 1. & ad cap. 46. n. 2. nihil tamen hic mutem. Ceterum olim in Patria ſepeliri ſummus habebatur honos, & praeſertim majorum monumentis condi, quod ex ſacris ac profanis Auctoribus docet Ill. Spanhemius ad Callimachi Hymnum in Dianam vſ. 131. Hinc ſumma votorum peregre morientibus haec erat, ut oſſa in patriam reportanda curarentur. V. Broukhuſius ad Propertium lib. 1. El. 10. vſ. 13. & Schottus ad Ageſilaum cap. ult. n. ult. Eadem de cauſſa Tlepolemi oſſa ab iis, qui una cum ipſo militaverant, in Patriam relata ſunt. v. Schol. Pindari Od. Olymp. 7. vſ. 36. Themiſtoclis oſſa vidimus in ejus vita cap. ultimo clam ab amicis in Attica ideo eſſe ſepulta, quamquam Scholiaſtes Ariſtophanis in Equit. vſ. 84. Apolline jubente, ne peſtis amplius graſſaretur, id factum narrat. Ceterum de ritu oſſium in patriam remittendorum conſulendi Tzetzes ad Lycophronem vſ. 367. & quos laudat Eruditiſſimus J. Arntzenius ad S. A. Victorem de Viris Illuſtribus cap. 45. n. 8.

1 *Apud flumen Nilum*] Eſt veluti [illegible] Aegypti, inquit *Longolius.* Atqui ad Nilum caſtra poſuerat Perdiccas, copiaſque trajicere conatus erat, paulo antequam ab equitibus ſuis interficeretur. Vide *Diodorum* 18. Boſius. Pro *Helleſpontum* Voſſ. A. *Helleſpunthum.* pro *Perdiccas*, *Perdicas.*

2 *A Seleuco & Antigono*] Immo ab equitibus ſuis, ſi *Diodoro.* 18, 36. & *Arriano* credimus, vel, ut *Pauſanias Atticis* ait, a cuſtodibus corporis ſuis. *Boſius.* Voſſ. B *Saeleuco.*

3 *Rerumque ſumma ad Antipatrum*] *Diodorus* narrat, antequam hoc factum ſit, imperii ſummam & regum curationem Pithoni & Aridaeo de ſententia Ptolemaei & Macedonum delatam eſſe. *Lambinus.* Idem & *Arrian.* tradit, *p.* 608. *edit. nuperr. Amſtelodam.* Boſius. Voſſ. A. *verumque ſ.*

4 *Hic qui deſ.*] Alii libri, *Hi qui deſ.* quod non male rejicit *Lambinus*; Sed ratio ejus inepta eſt. Dixiſſet, inquit, potius, *ſi qui deſ.* Quaſi non ſaepius ita loqueretur Nepos. Q. edd. *deſeruerunt.* Boſius. Voſſ. B. *d. ſeruerunt.*

5 *Exercitu ſuffragium ferente*] Curtius 6, 8, 25. *De capitalibus rebus vetuſto Macedonum more inquirebat exercitus.* Loccenius.

gium ferente, capitis abſentes [1] damnantur. [2] in his Eumenes. Hac ille [3] perculſus plaga non ſuccubuit, [4] neque eo ſecius bellum adminiſtravit. Sed exiles res animi magnitudinem, etſi non [5] frangebant, [6] tamen
2 imminuebant. Hunc perſequens [7] Antigonus, quum omni genere copiarum abundaret, [8] ſaepe in itineribus vexabatur: neque unquam ad manum accedere licebat, niſi his locis, [9] quibus pauci poſſent multis re-

1 *Damnantur*] Circiter L. Ita *Diodorus* & *Arrianus*. Boſius.

2 *In his Eumenes*] Et Alcetas Perdiccae frater, ac Pitho Illyrius. *Diodorus*, *Arrianus* & ex emendatione *Uſſerii annal. V. T. pag.* 412 *Juſtinus* 13, 8, 10. Boſius.

3 *Perculſus plaga*] Quamvis debilitata ex parte ejus eſſet auctoritas. *Buchnerus.* Cave cum *Lambino* mutes in *percuſſus*. Nam *percellere* eſt pervertere ac perturbare, καταπλήττειν. Cicero pro M. Marcello: *Quos amiſimus cives, eos Martis vis* perculit, *non ira victoriae*. Gebhardus vide Ind. *Boſius.* Omnes mei *percuſſus*. vide ad Pelop. 2, 2.

4 *Neque eo ſecius*] Si hic *ſegnius* Mſſ. exhiberent, facile admitti poſſe cenſerem. vide ad Datam. cap. 2. & Cl. Arntzen. ad Victorem de Caeſaribus cap. 40. n. 20. ſed nunc MStorum fidem ſequor.

5 *Frangebant*] Hirtius L. 8. c. 53. *Quibus non* frangebantur *animi inimicorum Caeſaris*. Valerius Maximus lib. 7. cap. 5, 3. *L. Aemylii Paulli virtutem injuriae non* fregerunt, *ſed acuerunt*. Quod vult Nepos, intelligit quoque Siracides cap. 38 ὁ λύπη καρδίας κάμπτει ἰσχύν. Gebhardus.

6 *Tamen imminuebant*] Significat conatus ejus deſtituiſſe fortunam; quod minoribus opibus eſſet, quam ut tales res gerere poſſet, quae ejus magnitudini reſponderent. Magni animi non niſi in magnis verſari expetunt. Quod cum per fortunam non licet, dolent & deteruntur quaſi. *Buchnerus.* Mſ. Boecl. & alii: *tamen minuebant*, quomodo 7, 10, 3. dixit *minui opes*. Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. B. *minuebant*.

7 *Antigonus*] Qui praefectus fuerat ab Antipatro magnae Phrygiae & Ciliciae: & praeterea exercitui regio praeeſſe juſſus erat, &c. quemadmodum tradit *Diodorus*. Lambinus. Pro *perſequens* Voſſ. B. *ipſe ſequens*.

8 *Saepe in itineribus vexabatur*] Propterea quod eum Eumenes multis erroribus, variis diverticulis ac flexionibus viarum ludificabat; in quibus maximam ſpem conſtitutam habebat. fore enim ſperabat, ut Antigonus ſui perſequendi finem faceret, itinerum difficultate & viarum aſperitate deterritus ac defatigatus *Lambinus*.

9 *Quibus pauci poſſent multis reſiſtere*] V. ſupra ad 1, 5, 3. *Boſius.* Pro *poſſent* Voſſ. B. *poſſet*.

10 *Multitudine circumventus*] Immo proditione Apollonidae, ſic enim Diod. l. c. *Lamb.* Ed Ultraj. *circumitus*. quomodo ſupra 2, 5, 2. *ne multitudine circumiretur*. itemque

L 13.

reſiſtere. Sed extremo tempore quum conſilio capi 3
non poſſet, [10] multitudine circumventus eſt. hinc tamen, multis ſuis amiſſis, ſe expedivit, & [1] in caſtellum Phrygiae, quod [2] Nora appellatur, confugit. In quo quum [3] circumſederetur, [4] & vereretur, ne uno 4
loco manens equos militares perderet, quod [5] ſpatium non eſſet agitandi: callidum fuit ejus inventum, quemadmodum ſtans jumentum [6] calefieri exercerique poſſet, quo libentius & cibo uteretur, & a corporis

14, 6, 2. *Boſius*. Voſſ. A. *circuitus*.

1 *In caſtellum Phrygiae*] Immo Armeniae, ut vult *Diodorus*. ἐπιβάλων φυγὼν εἰς Ἀρμενίαν. ſed intellige Eumenem in Armeniam quidem fugere cogitaſſe, ſed non potuiſſe. *Plutarchus* vero χωρίον ἐν μεθορίῳ Λυκαονίας καὶ Καππαδοκίας dicit fuiſſe. *Lambinus*

2 *Nora*] V. Ind. Cauſſas, cur huc ſe contulerit, habes apud *Plutarchum*, *Diodorum*, & *Juſtinum* 14, 2, 1. & 3. Boſius.

3 *Circumſederetur*] Ab Antigono, poſtquam miſſo ad ſe Ptolemaeo, illius fratris filio, nullam ſalutis ſuae & veniae mentionem in colloquio fecerat. Vide *Plutarchum*. Boſius.

4 *Et vereretur*] De hoc Eumenis conſilio praeter *Diodorum* 18. & *Plutarchum*, *Frontinus* 4, 7, 34. Boſius.

5 *Spatium agitandi*] Proprie de equis. Sueton. in Caeſare cap. 39. *Quadrigas bigasque & equos deſultorios* agitaverunt *nobiliſſimi juvenes*. Lucan. lib. 1. vſ. 78.

Ibit, & obliquum bigas agitare *per orbem*
Indignata, diem poſcet ſibi.

Propertius lib. 2. El. 12. vſ. 32.

Terra prius falſo partu deludet arantes,
Et citius nigros ſol agitabit *equos*.

Ubi inſpice Pafferatii notas. & *agitare currus* dixit Virgilius 3. Georg. vſ. 18. hinc *agitator equorum* 2. Aen. vſ. 476. Ubi Servius: agitator, *auriga ſecundum uſum communem*. *agere equos* dixit Florus lib. 1. c. 7. n. 3.

6 *Calefieri*] Voſſ. A. *concalefieri*. pro *motu* Leid. m. *victu*. Elegans vero eſt praecedens verbum *exerceri*, quod dicitur, de iis, quae otioſa eſſe non patimur, & frequenti motu agitamus, Virgil. 1. Georg. vſ. 230.

Exercete *viri tauros, ſerite hordea campis.*

Ubi Servius: Exercete, *id eſt, ad aratra jungite, cogite laborare*. ſic *exercere ferrum*, *arma* &c. pro multum uti. Vide Servium ad 4. Aen. vſ. 86. & Celeb. Burm. ad Val. Flaccum lib. 3. Argonaut. vſ. 162. & ad Petron. Satyric. cap. 94. nec non Dukerum ad Florum lib. 4. cap. 12. n. 60. hinc pro exercitio ac labore fatigari. Ut docet Servius ad Virg. 1. Aen. vſ. 435.

Qualis apes aeſtate nova per florea rura
Exercet *ſub ſole labor.*

Et Cl. Burm. ad Petron. Satyric. cap. 83. *exercere equos* in eadem hac hiſtoria dixit Frontinus Strat. 4, 7, 34.

poris motu non removeretur. Subſtringebat caput loro altius, quam ut prioribus pedibus plane terram poſſet attingere. Deinde [1] poſt verberibus cogebat exſultare, & [2] calces remittere. Qui motus non minus ſudorem excutiebat, quam ſi in ſpatio decurreret. Quo

1 *Poſt verberibus*] Savaro e Mſc. ſuo legit, *poſterioribus*, atque hanc optimi codicis lectionem praeter *Diodorum* & *Plutarchum* admodum confirmare *Frontinum*. Verum *Frontinus* & *Diodorus* non dicunt *pedibus poſterioribus exſultaſſe*, ſed *innixos* iis, dum anterioribus inſiſtere cupiunt, crura jactaſſe. Diodorus: *Συναναγκάζων τοῖς ὀπισθίοις ποσὶν ἀναβαίνειν*. Et paucis interjectis: *ὁ μὲν ἵππος βιαζόμενος ἐρείδεσθαι τοῖς ἐμπροσθίοις, διεκινεῖτο τῷ τε σώματι παντί, καὶ τοῖς σκέλεσι.* Frontinus: *Ut poſterioribus pedibus innixi, prioribus adlevatis, cum naturalem appetunt adſiſtendi conſuetudinem, ad ſudorem undique* (alii *uſque*, vel *utrinque*) *crura jactarent*. *Plutarchus*, fateor, ait, clamoribus & flagellis, ſtimulatos, poſterioribus exſultaſſe & tripudiaſſe cruribus: *τοῖς ὀπισθίοις ἀνάλλεσθαι, καὶ διασκιρτᾶν σκέλεσι.* Non tamen idcirco quidquam mutandum eſt. neque enim veriſimile eſt, pro *poſterioribus* librarios in tot codicibus repoſuiſſe *poſt verberibus*, praeterea indicare Nepos voluit, qua ratione coëgerit equos exſultare. *Verberibus* ſcilicet; ſeu, ut eſt apud *Plutarchum* pag 590. *ταῖς μάστιξι*. *Barthius* codici ſuo adſcripſerat, *legendum pone*, *i. e. poſterioribus pedibus*. Sed nulla mutatione opus. *Deinde poſt*, dictum ut *poſt deinde* apud Terentium Andr. 3, 2, 3. Gellium 7, 3, 11. 7, 12, 5. *deinde poſtea*, apud Ulpian. lib. 15. §. 46. D. de injur. & famoſ. libell. *poſt hinc*, Virgil. Aen. 8. *deinceps inde*, Liv. 5. & apud alios *ſimul una*, *prorſus omnino*, *olim quondam*, *repente ſubito*, *rurſum denuo*, *procul longe*, *nunc jam*, *tandem denique*, & ſimilia, noto pleonaſmo. Exempla habes apud *Voſſium de conſtruct. c.* 63. *Bangium obſerv. philol.* 2. *pag.* 1149. & 1343. Quae cum ignoraret librarius, praeceſſiſſetque de *prioribus pedibus*, illud *poſterioribus* ſubſtituit. Simul autem hinc apparet, *poſt* heic non idem eſſe ac *poſteriore parte*; ſed ſignificatum temporis obtinere. *Boſius*. Leid. m. & Voſſ. A. in marg. *poſterioribus*. De ſimilibus Pleonaſmis. vide ad c. 1. n. 5.

2 *Calces remittere*] Quibus inſiſtebat, relaxare, agitatum verbere. Propudioſa eſt *Lambini* conjectura, *emittere*. Frontinus lib. 4. cap. 7. 34. *Certis quotidie horis ita ſuſpendebat, ut poſterioribus pedibus innixi, prioribus allevatis, cum naturalem appeterent conſuetudinem, ad ſudorem undique crura jactarent*. Gebhardus. vide Ind. & confer loca aliorum paullo ante adducta. Mox Mſ. Boecl. *decurrerent*. vitioſe. *Boſius*.

3 *Jumenta aeque nitida*] *Nitida* opponit ſtrigoſis & mali habitus. *Nitida jumenta* non tam *ἀπεσπογγισμένα*, quam *λιπαρὰ* ſive *λιπαρέα*. Et *Nitor* Apulejo lib. 10. Metamorph. eſt *pinguedo*, ſeu ut ipſe loqui amat, *pinguities*. Ovid. lib. 2. Metam.

—— Nitidam *cape praemia vaccam*. Gebhardus. Conſule cel. Burmannum

Quo factum eſt, quod omnibus mirabile eſt viſum, 6
ut [3] jumenta aeque nitida ex caſtello educeret, quum
complures menſes in obſidione fuiſſet, ac ſi in [1] cam-
peſtribus ea locis habuiſſet. [2] In hac concluſione, 7
quotieſcunque voluit, apparatum & munitiones An-
tigoni

num ad Phaedr. lib. 3. fab. 7. vſ. 4.

1 *Campeſtribus*] Addunt *Lambinus* & alii, *& planis*. Sed ea non agnoſcunt libri meliores. *Boſius*.

2 *In hac concluſione*] Ita Mſſ. Burg. Leid. Boecl. & q. edd. vett. Aliae, *Ea concluſione*; quod etiam *Schottus* in ſuo cod. repperit. Quaedam plane omittunt, credo quod non intellexere, quid eſſet *concluſio*. *Lambinus* interpretatur; in hoc concluſo loco, vel interea dum in hoc loco clauſus erat. Inepte. *Concluſio* idem eſt ac obſidio. vid. Ind. *Boſius*. Leid. m. & Voſſ. A. B. *in hac concluſione*. Pro *quotieſcunque* Voſſ. A. & B. *quotienſcunque*, ut in Ageſilao cap. 3. §. 6. iidem Codices exhibent *Quotienſcunque congreſſus eſt*. Quam antiquorum lapidum & librorum ſcripturam eſſe docebunt, quos laudat clar. Kannegieterus ad Aviani Fabulam 30. vſ. 16.

3 *Uno loco*] In caſtello illo, Noris. *Lambinus*.

4 *Quod caſtrum ſubſidia hab. non pot. & ver approp.*] Non incommodo ſenſu Vet. Liber legit. *ſed caſtrum ſubſidia habere non poterat, & ver appropinquabat*. Ernſtius. Ex omni Lectionum Variarum turba, quas accumulavit Lambinus, commodo ſenſui conſtituendo nullam ſufficere video: quare Savaronem ſecutus animadverto, Nepotem hoc voluiſſe: Quo minus ſub Divo caſtra habere poſſet, & ſe ab iſta circumſeſſione liberare (nam belli ſciens Dux non facile ſe patitur in arctam redigi obſidionem) impedimento exſtitit hiems. Pergit reſpondere interrogaturis: Vere quomodo ſe expedivit? *Simulata*, inquit, *deditione*. Et nihil eſt vulgatius, quam milites uſque ad vernum tempus contineri hibernis. Tacitus lib. 13. Annal. cap. 36. *Interim Corbulo legionibus intra caſtra habitis, donec ver adoleſceret*. Verum enim vero non improbo codicis Mendoziani ſcripturam: *Quod caſtra ſubſidio habere non poterat*. Aut etiam ſi diſpungatur vulgata Lectio: *Tenuit autem ſe uno loco, quamdiu fuit hiems. Quod caſtrum ſubſidia habere non poterat; ver appropinquabat*. Hoc ſenſu. Hieme tota incluſus caſtro manſit, cur non vere quoque & diutius? Quaerat aliquis tacite? Caſtrum, reſpondit Cornelius, nulla poterat habere ſubſidia. *Gebhard*. Mire variant libri, nec minus Interpretes. Quaedam edd. vett. legunt diſtinguuntque hoc modo: *quamdiu fuit hyems, quod caſtrum ſubſidia* (vel *caſtra ſubſidio*) *habere non poterat, donec ver appropinquabat. Simulata tunc deditione &c.* Quam lectionem interpolatam eſſe manifeſtum eſt. Neque enim ita ſolet Nepos: nec Mſſ. concinunt. Vetuſtiſſima Argentoratenſis: *quamd. f. hyems, quod caſtrum ſubſidia hab. n. poterat, ver appropinquabat. Simulata deditione &c.* quomodo & Ven. ac Flor. niſi quod ante τὸ *ſimulata* in-

 ter-

tigoni alias incendit, alias disjecit. Tenuit autem ſe [3] uno loco, quamdiu fuit hiems. [4] quod caſtrum ſubſidia habere non poterat, & [5] ver appropinquabat, [6] ſimulata deditione, dum de conditionibus tractat, praefectis Antigoni impoſuit: ſeque ac ſuos omnes extraxit incolumes.

CAP.

terpunctionem non habent. *Giſanius Ind. Lucr. v. ſubjungere* e ſuo cod. legit; *q. f. hiems, quod caſtra ſubſidio hab. n. poterat.* atque ſic & ſcriptus *Schotti.* Unde Clar. *Boeclerus* olim tentabat: *q. d. f. hiems, q. caſtra ſubſidio habere non poterat, cum ver approp.* ut exciderit particula. quomodo & *Freinshemius* autumabat, *deinde* aut ſimile quid ante voces *quod caſtrum* fuiſſe ſcriptum. *Gebhardus* cum *Savarone* legebat: *q. d. f. hiems, quod caſtra ſub divo hab. n. poterat. Ver appropinquabat: ſimul. dedit. &c.* Non improbat tamen ſcripturam codicum Schotti & Giſanii. Immo nec vulgatam, quae & in ed. Pariſ. & Mſ. Boecl. reperta, ac a *Lambino* reliquis omnibus praelata, & a recentioribus plerisque, atque a nobis etiam, (niſi quod copulam *&* inſeruimus) retenta eſt; modo ſic diſpungatur: *q. d. f. hiems. Quod caſtrum ſubſidia habere non poterat; ver appropinquabat.* hoc ſenſu: Hieme tota incluſus caſtro manſit: cur non vere quoque & diutius? quaerat aliquis tacite. Caſtrum, reſpondet Cornelius, nulla poterat habere ſubſidia. *Lambinus* varie conjectabat. modo: *quod caſtris,* (vel *caſtrion,* pro *caſtrorum,* ſuffragante *Puteano*) *ſubſidia hab. n. p.* Modo tranſponebat: *Ver* (vel, *cum ver*) *adpropinquabat; quod caſtrum ſubſidia habere non poterat, ſimul. ded.* Mſ. Leid. *quod caſtra ſubſidio vel ſub divo habere non poterat, ver appropinquabat.* Ernſtianus denique: *ſed caſtrum ſubſidia habere non poterat & ver appropinquabat.* Longum eſſet, tot diſcrepantes lectiones ſub examen vocare. Dicam breviter, quid mihi videatur. *Caſtra* tum nulla habebat Eumenes. nam fuſus ab Antigono, & amiſſis ſuorum octo millibus cunctiſque impedimentis, vagabundus & fugitans & videns ſe fortunam obſidionis ſubiturum, majorem militum partem dimiſerat: qui, dum ille Noris obſidetur, partim in Cappadocia palabantur, partim ad Antigonum tranſierant. Secum autem ſolum equites Iↄ, pedites cc, ut *Plutarchus*; ſeu, ut *Diodorus* ait, Iↄc in univerſum, retinuit. Cumque liberatus obſidione eſſet, priſtinos amicos, & palantes per Cappadociam militiae ſuae ſocios recolligens, ſolum circiter duo millia contraxit: neque plures ſecum habuit, cum e provincia diſcederet. Vide *Plutarchum pag.* 589, 590. *Diodorus* 18. *pag.* 649, 650, 656. *Juſtinum* 14, 2, 3, *&* 6. Non igitur Eumenes neque tamdiu uno loco ſe tenuit, nec deditionem ſimulavit, *quod caſtra ſubſidio,* vel *caſtris* aut *caſtrum ſubſidia habere non poterat.* nulla enim tum quidem caſtra habuit. At utrumque facere ideo potuit, quod *caſtrum* (Nora) *ſubſidia habere* (aliunde) *non poterat.* Sed magis

Cap. VI.

[1] Ad hunc Olympias, mater quae fuerat Alexandri, quum literas & nuntios miſiſſet in Aſiam, conſultum, utrum [2] repetitum Macedoniam veniret (nam 1

magis tamen congruit, ut dicamus, eam ob cauſſam *ſimulaſſe deditionem*. Quare & verba ea ad ſequentia potius referenda erunt. Quod ſi facias, manifeſtum erit copulam aliquam aut particulam deſiderari. Quod jam videre *Lambinus*, *Freinshemius*, & *Boeclerus*. Cum igitur copula diſerte in codice Ernſtiano fuerit, non dubito eam reponendam, legendumque, ut nos edidimus. Poſſis etiam ejuſdem codicis ductu legere: *ſed quod caſtrum ſ. h. n. p. & v. a.* Potuit vero facile τὸ *&* ob ultimam ſyllabam vocis *poterat*; τὸ *quod* autem in eodem codice ob particulae *ſed*; & in aliis haec ob illius ſimilitudinem excidere. Quanquam & pro *quod* facile *ſed* reponi potuit, quod librarius ignoraret genus loquendi, quo noſter etiam *cap.* 7, 1. uſus eſt: *quod una erant Macedones*, *&c.* Quae ignorantia effecit etiam, opinor, ut alii verba iſta ad praecedentia referrent. Ceterum non repugnabo, ſi quis cum *Gebhardo* Savaronianam lectionem amplecti malit: cum ea & Leidenſi codice confirmetur. ut hic ſit ſenſus, Eumenem in caſtello ſe tenuiſſe, quod ob hiemem *non poſſet*, recollectis militibus ſuis per provinciam diſpalantibus, *caſtra ſub divo*, hoc eſt in campo, *habere*. Sed magis tamen placet altera. Judicent, qui ingenio & judicio in his litteris ſubacto valent *Boſius*. Leid. m. *ſub divo*, ut & Voſſ. A. ſed B. *ſubſid a*.

5 *Ver appropinquabat*] Leid. m. *ad ver appropinquabat*: mox pro *extraxit* Voſſ. B. male *traxit*. Vulgata lectio recte explicatur in Indice, hinc enim *extrahere* pro liberare ponitur, ut ἐξαιρεῖν apud Graecos. vide Elſner. ad Epiſt. Paulli ad Galatas cap. 1. com. 4. Pro *praefectis* Leid. m. *praefectus*.

6 *Simulata deditione*] *Plutarch. & Diod.* paullo aliter, & multo plenius. *Lambinus.* Rurſus aliter *Juſtinus* 14, 2, 4. vide *Uſſer. annal. V. T. pag.* 421. Boſius.

1 *Ad hunc Olympias*] Vide *Plut.* ac *Diodorum.* Boſius.

2 *Repetitum Macedoniam veniret*] Ex officina Lambiniana hoc quoque prodiit. Savaronis & Schotti Libri, *Utrum repetitum in Macedoniam veniret.* ita ut hic magis probet Ultrajectinae Editionis lectionem, *Utrum repetitum iret Macedoniam.* Lambinum vero delirare cenſebam, quod putaret heic locum habere poſſe, *Utrum expetitum in Macedoniam veniret.* Eſt autem *repetere Macedoniam*, regredi in eam, a qua diutius afuerat. Apul. lib. 9. Metam. *Maritus ignarus rerum, ac nihil etiam tum tale ſuſpicans improviſus hoſpitium repetit.* Curt. lib. 8. cap. 3. *Et paulo poſt quaſi potiora quaedam egiſſet, convivium* repetit. Idem lib. 3. *Eaſdem terras, quas victoria peragraſſent, ſibi fuga* repetendas. Gebhardus. *Repetitum in Maced. ven.* habuere libri Schotti & Savaronis & q. ed. Longolius:

(nam tum [1] in Epiro habitabat) & eas res [2] occupa-
2 ret: huic ille primum ſuaſit, ne ſe moveret, [3] & exſpectaret, quoad [4] Alexandri filius regnum adipiſceretur. [5] Sin aliqua cupiditate raperetur in Macedoniam, omnium injuriarum oblivíſceretur, & in
3 neminem acerbiore uteretur imperio. Horum nihil ea fecit. Nam & [6] in Macedoniam profecta eſt, & ibi cru-

golius: *repetitam in Macedoniam ven.* Mſ. Boecler. repetū *in) Mac. ven.* Videri poſſit fuiſſe, *repente in M. v.* praeſertim cum mox ſuadeat Eumenes, *exſpectaret, quoad Alexand. F. regnum adipiſceretur.* Sed, ut nos edidimus, etiam in Brugenſi ac Veneto fuiſſe, *Magius* teſtis. Simile eſt illud c. 3, 2. *Aegyptum oppugnatum erat profectus.* Praepoſitionem addidere librarii, ut arbitror, quod verbum *venire* ad *Macedoniam* referrent: cum ad *τὸ repetitum* pertineat. *Schottus* mallet, *utrum repetitum iret Macedoniam*, ut in Ed. Ultraj. legitur, quod etiam nuperae quaedam edd. ſequutae. *Lambinus* vero: *utrum expetitam in Mac. v.* h. e. cupitam, ſeu exoptatam. In quo *Gebhardus* eum deliraſſe cenſet. *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. A. *repetitum in Macedoniam veniret.* B. *repetitum Macedoniam veniret.*

1 *In Epiro habitabat*] Quia Neoptolemi Epirotarum regis erat filia. *Lambinus.*

2 *Occuparet*] Addunt alii: *in Epiro maneret*, quod a *Lambino* eſt. nam libri non agnoſcunt. Et fatetur ipſe, ſubintelligi poſſe. *Boſius.* Leid. m. *ut eas res occuparet.*

3 *Et exſpectaret*] Paulo aliter *Diodorus.* Lambinus.

4 *Alexandri filius*] E Roxane ſuſceptum intelligi, facile adſentior *Lambino*, nam de Hercule, Barſines filio, qui, ut e *Diodoro* 20. conſtat, Pergami educabatur, ad regnum evehendo tum quidem nemo cogitabat: etſi poſtea Polyſperchon id molitus eſt. Roxanes autem filius jam rex deſignatus erat. Ceterum nomen Roxanes filii quaerit *Lambinus*: & conjicit, *Philippi* nomen ei impoſitum fuiſſe; immo *ad Phocionem* plane adfirmat: additque a *Trogo Herculem* nominari. Mihi poſterius incertum, prius falſum videtur. nam etſi apud *Juſtinum* 34, 6, 2. legitur *Olympiada cum nuro Roxane, & nepote Hercule Pydnam conceſſiſſe*; vix tamen crediderim, *Juſtinum* id ſcripſiſſe: cum non ignoraret, *Herculem* dictum fuiſſe alium Alexandri F. e Barſine natum, ut apparet e 13, 2, 7. Non autem ille, ſed Roxanes F. apud Olympiadem erat. quod non modo e *Diodoro* 19. ſed ex ipſo etiam *Juſtino fine capitis* conſtat, ubi *filium Alexandri cum matre in arcem Amphipolitanam miſſos* ait. quod de Roxane filioque ejus refert *Diodorus.* ut mirer, doctiſſ. *Uſſerium annal. V. T. pag.* 427. ea de Barſine & ejus filio, tanquam e *Juſtino* ac *Diodoro*, narrare. Suſpicor itaque, *Herculis* nomen apud *Juſtinum* poſteriore loco e priore irrepſiſſe. Porro *Philippum* nemo veterum, quod ſciam, Roxanes filium nominavit. *Nepos* enim 19. 3. 3. Philippum

crudeliſſime ſe geſſit. [1] Petiit autem ab Eumene abſente, ne pateretur, Philippi domus & familiae [2] inimiciſſimos ſtirpem quoque interimere, ferretque opem liberis Alexandri. [3] Quam veniam ſi ſibi daret, quam primum exercitus pararet, quos ſibi ſubſidio adduceret. Id quo facilius faceret, ſe omnibus praefectis, qui in officio manebant, [4] miſiſſe literas, ut ei parerent, ejuſque conſiliis uterentur. [5] His rebus 5
Eu-

lippum Ariduum Alexandri M. fratrem deſignat, non, ut *Lambinus* cenſuit, Roxanes filium. Hunc autem *Alexandrum* vocatum, docuit e *Pauſania*, *Dexippo* & *Porphyrio* *Freinshemius ad Curtii* 10. 6, 9 Addere poterat *Arrianum de rebus poſt Alex. ſub initium.* Boſius.

5 *Sin aliqua cup. rap. in Macedoniam*,] Deſunt heic aliqua in Mſ. Boecl. ſtatim enim ſequitur, *profecta eſt, &c.* Occaſionem praebuit vox *Macedoniam* repetita. vide quae diximus ad 7, 3, 2. *Boſius.* Quaedam in Cod. Voſſiano B. deſunt quoque, ita ut credam, Boecleri & hunc codicem, unum eſſe & eundem.

6 *In Macedoniam profecta*] Vide *Diodorum* 19. *p.* 676. *Juſtin.* 14, 6, *&* 7. Boſius.

1 *Petiit*] Alii, *Petivit*. Boſius. Leid. m. & Voſſ. B. *petit*. Pro *Omnium injuriarum oblivisceretur* Voſſ. A. *Oblivisceretur omnium injuriarum.*

2 *Inimiciſſimos ſtirpem quoque interimere*] In Brugenſi exemplo & Veneto reperitur, quod atteſtatur Magius, *Ne pateretur Philippi domus & familiae inimiciſſimos ſtirpem quoque interimere.* Quam lectionem & doctiſſimus Schottus in ſuo reperit, quam cur averſemur Lambiniana proluvie admiſſa? *Gebhardus.* Meus codex cum Colonienſi exemplo optime legit, *amiciſſimos interire.* Senſu plano & perſpicuo. *Ernſtius.* Ut expreſſimus, erat in Mſſ. Schotti, Boecl. Brugenſi, & quibuſdam editis, ſuffragantibus *Schotto*, *Gebhardo*, *Boeclero*, nec improbabant *Magius* & *Lambinus*, etſi aliter ipſi correxerant; Alii, *inimiciſſimos interimere.* Ed. Colon. & Mſ. Ernſtii: *amiciſſimos interire.* Unde *Lambinus*, ratus ſimilitudine vocum *amiciſſimos & inimiciſſimos* alterum membrum omiſſum, edidit: *familiae inimiciſſimos regnare, amiciſſimos interire*, invitis libris. *Magius* conjecerat, *amiciſſimos interire.* *Lambinus* poſteriore conjectura: *amiciſſimos ſtirpem ejus interire*; ſed anteponit tamen priorem. *Boſius.* Mei ut in textu.

3 *Quam veniam*] V. Ind. Quaedam edd. *quam veniam ſi daret.* Boſius.

4 *Miſiſſe litteras*] Vide *Diodorum* 18. *pag.* 658. Boſius. Pro *manebant* Voſſ. B. *manebat.*

5 *His rebus*] Sic e Mſ. ſuo legit *Schottus*, ſuffragante *Boeclero*: concinitque & Leidenſis. Alii, *His verbis*: ut infra 20, 1, 6. *Boſius.* Omnes mei *his rebus.* In edit. Hackiana legitur *ſatius dixit*, cum omnes mei codices *ſatius duxit* exhibeant. Pro *meritis* Voſſ. B. *meritus.*

1 *Quod*

Eumenes permotus ſatius duxit, ſi ita tuliſſet fortuna, perire bene meritis referentem gratiam, quam ingratum vivere.

CAP. VII.

1 Itaque copias contraxit, bellum adverſus Antigonum comparavit. [1] quod una erant Macedones complures nobiles, in his [2] Peuceſtes, qui corporis cuſtos

1 *Quod una erant Macedones, &c.*] Q. edd. etiam recentiſſimae, haec ad praecedentia referunt, hoc modo: *comparavit: quod una er. Mac. compl. nobiles. In his Peuceſtes, &c phalanx erat Macedonum. Invidiam verens &c.* ſed nullo commodo ſenſu, & praeter morem *Nepotis. Longolius* rectius illa: *in his &c.* parentheſi incluſit: ſed male poſt *Peuceſtes*, addit *fuit*. Ceterum particula *quod* ſic uti ſolet *Nepos*: nec, quod olim ſummo viro videbatur, aut ea omittenda, aut addendum eſt *autem*. Boſius.

2 *Peuceſtes*] De quo v. *Arrianus* 6. *extr. & in exc. Photii*; *Diodorus* 19. *Plutarchus in Eumene: Polyaenus* 4. *Curtius* 9, 5. *Plinius* 34, 8. alii. *Boſius.* Voſſ. A. *Peucreſtes.* B. *Pencreſtis.*

3 *Antigenes*] *Teutamus* nugamentum Lambini eſt, cum rectius legatur *Antigenes.* Nam hic princeps Phalangis erat, *Tautamus* ſecundum imperii gradum obtinebat. A. Polyaeno lib. 4. in Eumene com. 2. vocatur Τευταμάτης. Conſtabat autem iſta phalanx ex viris delectis, robore & proceritate corporis eminentibus, qui argyraſpides ideo μεγίστων ἀνδρῶν a Polyaeno appellantur. *Gebhardus.* Sic e *Plutarcho* correxit *Magius*, & e ſchedis ſuis *Schottus.* Plerique alii habebant *Antigonus.* ſed is hoſtis Eumenis erat. Antigenem autem fuiſſe phalangis Argyraſpidarum praefectum, e *Diodoro*, *Polyaeno*, *Plutarcho* & *excerptis Arriani* conſtat. *Aldus*, eumque ſecuti alii *Teutamus* ediderunt. Sed is ſecundum imperii gradum tenuit. Antigenes autem princeps Phalangis fuit. Diſerte *Arrianus*: Ἀντιγένης τῶν ἀργυρασπίδων ἡγεμών. Q. edd. copulam addunt: *& Antigenes.* Boſius. Leid. m. *Antigonem* Voſſ. B. *Perſidem: Antigenus.* omiſſa copulativa.

4 *Invidiam verens*] Vide *Diodorum* 18. *pag.* 659. Boſius.

5 *Effugere non potuit*] Aliter *Diodorus* & *Plutarchus.* nam ille *invidiam a ſe depuliſſe* ait: hic, *non acceptis pecuniis levaſſe.* Sed noſter, ut videtur, de poſtremo vitae tempore loquitur; illi de eo, quod adventum Eumenis proxime excepit. *Boſius.*

6 *Summi imperii potiretur*] Forſan hic quis praeferret *ſumma imperii* vel *ſummam* ut cap. 3. hujus vitae n. 4 Sed locus recte ſe habet. Noſter enim ſolet tam *ſummum imperium* dicere quam *ſummam imperii.* Vide Cl. J. Arntzenium ad Victorem de Viris Illuſtr. cap. 7. n. 10. Praeterea verbum *potiri* genitivo caſui jungere amat. Vide Indicem, & cl.

Digitized by Google

ſtos fuerat Alexandri, tum autem obtinebat Perſidem: [3] Antigenes, cujus ſub imperio phalanx erat Macedonum: [4] invidiam verens, (quam tamen [5] effugere non potuit) ſi potius ipſe alienigena [6] ſummi imperii potiretur, quam alii Macedonum, quorum
ibi erat multitudo: [7] in principiis [8] nomine Alexan- 2
dri [9] ſtatuit tabernaculum, in eoque [10] ſellam auream cum

cl. Cortium ad Salluſt. Catilin. c. 47. n 2. & ad Jug. 25, 10. Mox *quorum* abeſt a meo Leidenſi.

7 *In principiis*] *Principia* eſt locus in caſtris, in quo cum jus erit dicendum, aliudque in commune deliberandum, praecipui ac principes exercitus conveniebant. Donatus autem non definit, utrum in medio vel extremo caſtrorum fuerint. Sed ſi Polyaeno credimus, ſita erant in medio *σκηνὴν, ἐν μέσῳ στρατοπέδῳ τιθεὶς*, inquit ille. Juſtin. lib. XI. *Ordines quoque nemo niſi ſexagenarius duxit: ut ſi principia caſtrorum cerneres, ſenatum te alicujus priſcae Reipub. videre diceres*, Polyaen. lib. IV. *Ἐς ἣν οἱ πάντες ἡγεμόνες βουλεύοιντο περὶ τῶν κοινῶν πραγμάτων.* Romani Imperatores in Principiis concionabantur. Tacit. lib. I. Annal cap. 67. *Tunc contractos in* principia *juſſoſque dicta cum ſilentio accipere, temporis ac neceſſitatis monet.* De iis iterum lib. III. Hiſtor. cap. 12. *Nox proditioni electa, ut caeteris ignaris, ſoli in* principia *defectores coirent.* Frontin. lib. II. c. V. 30. *Tempus elegit, quo miſſa* principia *quietem omnibus caſtrenſibus darent, praetoriumque ſecretius praeſtabant.* Flor. III. X. *ut teſtamenta paſſim etiam in* principiis *ſcriberentur.* lib. IV. cap. II. *Pompejus mane cum pullo (neſas!) apud* principia *conſpectus eſt.* Val. Max. lib. II. cap. VII. 9. L. Calpurnius Piſo juſſit C. Titium Equitum praefectum *toga laciniis abſciſſis amictum, diſcinctaque tunica indutum, nudis pedibus, a mane in noctem uſque ad* Principia *per omne tempus militiae adeſſe.* Gebhardus. Vide indicem. *Polyaenus*: *ἐν μέσῳ στρατοπέδῳ.* Diodorus: *in aula regia*: Curtius: *in regia.* *Plutarchus* non indicat. vide Indicem. *Boſius*

8 *Nomine Alexandri*] Graecorum hunc ritum moremque explicat *Caſaubonus ad Suetonii Julium cap.* 76. Romanorum quoque fuiſſe docet *J. Lipſius* noſter *ad* 2. *Annal. Taciti.* Schottus.

9 *Statuit tabernaculum*] Qui nulla ratione propter ambitum & contumaciam regi ac flecti poſſunt; aſtute ſuperſtitionis fuco oblinuntur & ducuntur: *Plutarchus*: Ταῖς δὲ φιλονεικίαις καὶ φιλαρχίαις αὐτῶν, μήτε ἡγεῖσθαι δυναμένων, μήτε ἕπεσθαι βουλομένων, ἐπῆγε δεισιδαιμονίαν. Gebhardus. Finxit ſcilicet, ſomnium ea de re ſibi obtigiſſe. vide, praeter *Plutarchum*, *Polyaenum in Eumene ſect.* 2. *Diodorum* 18. *pag* 660. Boſ. Voſſ. A. *tabernaculum ſtatuit.*

3 *Sellam auream cum ſceptro & diad.*] Eſt hoc conſilium Ptolomaei apud Curtium 10, 6, 15. *Mea ſententia haec eſt, ut ſede Alexandri in regia poſita, qui conſiliis ejus adhibebantur, coeant, quoties in commune conſulto opus fuerit, eoque, quod major pars eorum decreverit, ſtetur. Duces praefecti-*

cum ſceptro ac diademate juſſit poni, [1] eoque omnes quotidie convenire, ut ibi de ſummis rebus conſilia caperentur: credens [2] minore ſe invidia fore, ſi ſpecie imperii, nominiſque ſimulatione Alexandri,
3 bellum videretur adminiſtrare. quod & fecit. Nam quum non ad Eumenis principia, ſed ad regia conveniretur, atque ibi [3] de rebus deliberaretur, quodammodo latebat: quum tamen per eum unum gererentur omnia.

CAP.

fectique copiarum his pareant. adde *Indicem* voce *diadema.* Sollers inventum ad ſufflaminandas aliquamdiu, quae amiſſo capite, cujus in incerto ſucceſſor eſt, oriri ſolent, diſcordias. Nam durabile remedium non eſt, omnia rumpit potentiae cupido, *juriſque ſecundi Ambitus impatiens, & ſumma dulcius unum Stare loco, ſociiſque comes diſcordia regni.* Stat. 1. Theb. Sed quo me caſus temporum & fata bellorum rapiunt? Nam de Eumenis arte dicendum erat. quanquam illa ſe ipſam explicat. *Boeclerus.*

1 *Eoque omnes convenire*] Nam dedignabantur ad eum, tanquam inferiorem, accedere; & ipſe Eumenes erubeſcebat ante ipſorum fores conſpici. *Plutarchus.* Boſius.

2 *Minore ſe invidiâ fore*] Subintelligitur praepoſitio *in.* V. Celeb. Perizon. ad Sanctii Minervam lib. 4. cap. 6. n. 7. & quae dixi ad Datam. cap 5. n. 3.

3 *De rebus*] *Lambinus* conjicit leg. *de ſummis rebus*, ut verſu praeced. Non opus. *Boſius.* *De rebus* omnes mei Codices.

4 *In Paraetacis*] In vetere meo Codice ſcriptum eſt, *Hic impar cum Antigono.* Pro quo Schottus ingenioſe legit, *Hinc imparatus cum Antigono conflixit.* Paullo poſt tamen Nepos eodem ſenſu in re ſimili dicit: *Intelligeretque, ſe parem non eſſe paratis adverſariis.* Ernſt. *Ernſtius* in ſuo cod. fuiſſe ait, *impar:* ac, ut videtur, probat. Reliqui plerique tam ſcripti, quam olim excuſi; *impar aetatis.* Verum *in Paraetacis* diſerte fuit in codice Gif. & Ed. Ultraject. idque poſt *Gifanium Ind. Lucret. v. Sola Loca, Lambinus,* ſed tanquam a ſe excogitatum, & *Savaro*, pariter ut *Lambinianum,* amplectitur, ſequiturque & *Schottus ad h. l.* (quanquam in obſervat. lib. 3, 2. *imparatus* legat; quod etiam *Lambino* in mentem venerat:) & quicunque poſt illos Nepotem edidere, aut hunc ejus locum laudarunt. Erat autem *Paraetaca* urbs & *Paraetacorum* ſive *Paraetacena* regio in Media ſita, ut e *Strabone* 6. & 15. *Plinio N. H.* 6, 26. *Arriano de reb. Alex.* 4. *Ptolemaeo* 6. & *Stephano de urbibus* fuſe oſtendit *Lambinus.* Meminit *Paraetacenorum* & *Herodotus.* *Arrianus lib.* 3. Παραιτάκας vocat. *Iſidorus Characenus* in σταθμοῖς παρθικοῖς *Paraetacenum* dici ait Sacaſtenem Sacarum Scytharum. Porro *e Paraetacis in Gabienem moviſſe* Eumenem poſt hanc pugnam, ſcribit *Diodorus* 19. inque ea regione

CAP. VIII.

Hic [4] in Paraetacis cum Antigono conflixit, [1] non acie inſtructa, ſed in itinere: eumque [2] male acceptum in Mediam hiematum coëgit redire. Ipſe [3] in finitima regione Perſidis hiematum copias diviſit, non 1

ne cum Antigono pugnatum, ſummaria Graeca ejus libri diſerte indicant, quorum unum ſic habet: *παράταξις Ἀντιγόνου πρὸς Εὐμένη ϗ τοὺς σατράπας ἐν Παραιτακηνοῖς.* Quare non eſt, quod de veritate hujus lectionis dubitemus. Praeſertim cum vulgatae ferri nequeant. Nam Eumenem Antigono *imparem aetate* non fuiſſe vel inde apparet, quod Eumenes, ut etiam *Schottus* adnotat, tum annos fere XL habuit. Praeterea locutio inſolens eſt. Sed nec *impar* copiis fuit, cum in exercitu ejus XXXV peditum, equitum ſex millia & centum, ac Elephanti CXIV fuerint: in Antigoni vero XXVIII millia peditum, equitum VIII & quingenti, Elephanti LXV. Teſtis *Diodorus l. 19.* Boſius. Leid. m. *in Paretaſtis.* Voſſ. A. & B. *impar aetatis.*

1 *Non acie inſtructa*] Acies iter conficere non poteſt, ſed Agmen, & itineri & praelio paratum. Quare ut rei bellicae ſcientiam Eumenis demonſtret *Nepos*, ita agmine inſtructo iter feciſſe ait, ut victoriam tam luculentam retulerit, non ſecus, ac ſi ſumma induſtria & arte in campo acie inſtructa dimicaſſet. *Gebhardus.* Mſ. Boecl. *acie ſtructa*: quomodo *Virgilius* alicubi loquitur. *Boſius.* Voſſ. B. etiam *ſtructa. Struere* & *inſtruere* ſaepius jam in Mſſ. confuſa vidimus, ut in Themiſtocle cap. 6. n. 3. & in Ageſilao cap. 7. n. 4. Apud Virgil. lib. 1. Aen. vſ. 708. hodie legitur *penum ſtruere*, cum Favorinus apud A. Gellium lib. 4. N. A. cap. 1. *inſtruere* legerit. In Frontino lib. 2. c. 3. Strateg. n. 82. *turbaveruntque Macedonum* inſtructuram, pro inſtructione & poſitione exercitus pugnaturi: ſed Cl. Oudendorpius docet in Octo Mſſ. Codicibus & Ed. Pariſ. *ſtructuram* legi, quam lectionem ibi praeferrem. Centies vero compoſita pro ſimplicibus & ſimplicia pro compoſitis Librarii ſcripſere. V. Cort. ad Salluſt. Catilin. cap. 51. n. 9. & infra cap. 12. n. 4. *parere* confunditur cum *apparere*.

2 *Male acceptum*] Clade affectum. Hirtius. *Itaque adverſarii male accepti tum demum praeſidia contulerunt.* Gebhardus. Amiſerat enim pedites 3700. equites 54. vulnerati erant plures quam 4000. vide *Diodorum.* Boſius.

3 *In finitima regione Perſ. hiem. cop. diviſit*] Nihil heic ego muto, quamvis *Lambinus* malit, *in finitimam regionem*; & alii, *dimiſit*. Utrique male. Nam nullum heic motum ad locum agnoſcet lector; & quamvis coëgerint milites, tamen ipſe *diviſiſſe* Eumenes intelligendus eſt, quia cum obſiſtere eorum licentiae non poſſet, factus eſt comes, quo plus auctoritatis haberet. Ipſe *Plutarchus* vertit *εἰς χειμάδια κατενείμαντο.* *Gebhardus. Polyaenus* tamen

Digitized by Google

non ut voluit, ſed [1] ut militum cogebat voluntas.
2 Namque [2] illa phalanx Alexandri Magni, quae Aſiam peragrarat, [3] deviceratque Perſas, inveterata cum gloria tum etiam licentia, [4] non parere ſe ducibus, ſed imperare poſtulabat: ut nunc veterani faciunt noſtri. Itaque periculum eſt, ne faciant, quod illi fecerunt [5] ſua intemperantia nimiaque licentia, ut omnia perdant, neque minus eos, cum quibus ſte-
3 terint, quam adverſus quos fecerint. Quod ſi quis illorum veteranorum legat facta; paria horum cognoſcat: neque rem ullam, niſi tempus, intereſſe judicet. Sed ad illos revertar. Hiberna ſumſerant non ad uſum belli, ſed ad ipſorum luxuriam: longeque inter
4 ſe [6] diſceſſerant. Hoc Antigonus quum comperiſſet, in-

men alteri lectioni favet: Ἐν τῇ Περσίδι τὴν δύναμιν αὐτῶν κατὰ κώμας χειμάζουσαν; *in Eumene*, *ſect.* 4. Regionem illam Diodorus & Plutarchus *Gabenem*, Polyaenus *Gabienen* vocat. Ptolemaeo ſunt *Gabena*. Boſius.

1 *Ut militum cog. vol.*] Alii: *militum cogebat* (vel, *id cog.*) *vol.* Lambinus: *mil. ut cog. vol.* Boſ. Leid. m. Voſſ. A. *ut militum cogebat voluntas*. Sed Voſſ. B. legit *cogebant*.

2 *Illa phalanx Alexandri*] Argyraſpides, ſic ab Alexandro appellati (ut *Juſtinus* 12, 7, 5. teſtatur) quod argenteos clypeos haberent. Hi *poſt Alexandrum* (ut idem *Juſtinus* ait 14, 2, 7.) *omnes duces faſtidiebant*, & *ſordidam militiam ſub aliis, poſt tanti regis memoriam, exiſtimabant*. Magius. adde *Diodorum* 19. Boſius. Voſſ. B. pro *Magni*, *magis*. Pro *peragraverat* Leid. m. & Voſſ. B *peragrarat*.

3 *Deviceratque Perſas*] Mſ. Boecl. *devigarat*. Unde Cl. *Schefferus* ſuſpicabatur, *& devaſtarat*. Mox idem Mſ. *tum gloria tum & licentia*. bene. *Boſius*. Voſſ. B. devigaret. Idemque & Voſſ. A. *tum gloria tum & licentia*.

4 *Non parere ſe ducibus, ſed imperare poſtulant, ut nunc veterani faciunt noſtri*] Hinc illud Gnomographi *Gruteri* concinnatum eſt.

Non parere Duci veteranus, imperare poſtulat.

De veterani militis Rom. inſolentia, praeter *Ciceronem Philipp.* 2. *Lucanum lib.* 5. *p. m.* 103 *& ſeqq. edit. Grot. Dionem Caſſium lib.* 41. *p. m.* 189. 190. *lib.* 49. *pap.* 456. lege. *Loccenius*. Τὸ *noſtri* quod antea aberat, reſtituit e Mſ. ſup & ed. Ult. *Schottus*; adnotatque aetatem heic indicare ſcriptorem, Attici nimirum & Caeſaris. *Boſius*. Pro *ducibus* Voſſ. B. *omnibus ducibus*.

5 *Sua intemperantia*] *Lambinus* mallet: *hoc eſt*, *ſua intemp.* Non opus. *Boſius*. Mox pro *neque rem ullam* Voſſ. B. *neque rem nullam*.

6 *Diſ-*

Digitized by Google

intelligeretque ſe parem non eſſe paratis adverſariis, ſtatuit aliquid ſibi conſilii novi eſſe capiendum. Duae erant viae, qua ex Medis, ubi ille hiemabat, [1] ad adverſariorum hibernacula poſſet perveniri. quarum 5
brevior per loca deſerta, quae nemo incolebat propter aquae inopiam, ceterum dierum erat fere decem. Illa autem, qua omnes commeabant, altero tantò longiorem habebat anfractum: ſed erat copioſa, omniumque rerum abundans. [2] Hac ſi proficiſceretur, 6
intelligebat prius adverſarios reſcituros de ſuo adventu, quam ipſe tertiam partem confeciſſet itineris. Sin per [3] loca ſola contenderet, ſperabat ſe imprudentem hoſtem oppreſſurum. Ad hanc rem con- 7
ficiendam, imperavit quam plurimos utres atque etiam culleos comparari: [4] poſt haec pabulum: praeterea

6 *Diſceſſerant*] Sic legendum, non ut vulgo *diſſenſerant*. Hoc enim ſentit ſive Probus, ſive Nepos, milites longe inter ſe diſceſſiſſe, ita ut primi a poſtremis longiſſime diſtarent, quemadmodum tradiderunt *Plutarchus & Diodorus*. Lambinus. Leid. m. *diſcenſerant*: Voſſ. A. & B. *diſſenſerant*. Leid. m. Mox pro *Medis*, *Medus*.

1 *Ad adverſariorum hibernacula*] Mſ. Cod. *Ad hibernacula adverſariorum*. Mollius & elegantius *Ernſt*.

2 *Hac ſi proficiſceretur*] Mſ. Boecl. *hanc ſi proficiſcerentur*. quod probabat Cl. *Schefferus*. mox alii, *itineris ſui*, *ſin per l. ſ.* Longolius *itin. ſui. quod ſi per l. ſ.* Boſius. Voſſ. B. *Hac ſi proficiſcerentur*. Paullo poſt abeſt *ſui* poſt *itineris* Leidenſi meo, & Voſſ. A. B.

3 *Loca ſola*] Quae paullo ante vocat *deſerta*. διὰ τῆς ἐρήμου χώρας. Solitudinem hujus loci ita deſcribit *Polyaenus*; Τὸ δὲ μέσον πεδίον, ἐρημον, ἄνυδρον, ἀοίκητον μὴ βοτάνην ἔχον. οὐ δένδρον, οὐ φυτόν. ἀσφαλτῶδες δὲ καὶ πλῆρες ἁλμυρίδος, ὡς ἄγαν διαβάλλειν ἀπὸ ζώων ὄντα ἀνθρώποις. *Gebh.* v. Ind. *ſolit.* Boſius. Conſule Servium ad Virgilium 5. Aen. vſ. 613 ad 3. Georg. 249. & ad 4. Georg. vſ. 465. item Cel. Cortium ad Salluſt. Jugurth. cap. 103 n. 1.

4 *Poſt haec pabulum &c.*] Mſc. Boecl. *poſt haec pabulum cibaria cocta dierum d. ut quam m. f. i. i. c.* ↄ *praeterea* abſorpſit vox proxime ſequens terminatione ſimili. Numerum dierum Colon. & aliae edd. poſtponunt. *Boſius*. Item Voſſ. A. Voſſ. B. *poſt hoc pabulum*, *praeterea cibaria cocta decem dierum*.

5 *Cibaria cocta dier. dec.*] Sic Liv. 21. *Edicto propoſito, ut ſocii navales decem dierum cocta cibaria ad naves deferrent*. Contra *Diodorus*: ἄπυρα σιτία, i. e. cibaria nondum cocta. *Lamb.* *Polyaenus*: σιτία δέκα ἡμερῶν πεπεμμένα ἔχειν. Cocta cibaria forte ἄπυρα, quae igne

terea [5] cibaria cocta dierum decem: [1] utque quam minime fieret ignis in caſtris. [2] Iter, quod habebat, omnes celat. Sic paratus, qua conſtituerat, proficiſcitur.

CAP. IX.

1 Dimidium fere ſpatium confecerat, quum [3] ex fumo caſtrorum ejus [4] ſuſpicio adlata eſt [5] ad Eumenem, hoſtem appropinquare. Conveniunt duces: [6] quaeritur, quid opus ſit facto. Intelligebant omnes tam

igne non indigerent. Vide *Polyaen. lib.* 4. *in Antiocho Seleuci F.* Ἀντίοχος δὲ προστάξας ἄπυρα σιτία τεσσάρων ἡμερῶν κομίζειν. Severi enim & tenaces diſciplinae Imperatores mandabant & attendebant, ut milites ſibi ipſi in caſtris coquerent panes, vetabantque cibum coctum venalem proponi. Vide *Val. Max.* 2, 7, 2. *Suidas* ἄπυρα σῖτα interpretatur ξηρὰν τὴν δι᾽ ὀπώρας καὶ λαχάνων, *alimenta conſtantia fructibus autumni, & oleribus; aliisque terrae fructibus & herbis.* Addit: Οἱ δὲ ζῶντες ἀπύρῳ τροφῇ ἐνέχρωντο. *Cibaria cocta* ſunt ἄπυρα, quod ante profectionem cocta; poſtea in via igne opus non habebant. *Arrianus*: παρήγγειλε τοῖς Μακεδόσι τεσσάρων ἡμερῶν σῖτα παρασκευάζειν ἄπυρα. Male heic legebatur *coacta*. Gebhardus.

1 *Utque quam minime fieret ignis in caſtris*] Unde poſſent prodi. Nam ex ignium magnitudine vel exiguitate colligitur copiarum numerus. Quocirca qui clam ingruere imparatis cogitabat, ignibus parcere debebat. Caeſar 4. B. G. 29. *L. Minutium Baſilium cum omni equitatu praemittit, ſi quid celeritate itineris atque opportunitate temporis proficere poſſet; monet, ut ignes in caſtris fieri prohibeat, ne qua ejus adventus procul ſignificatio fiat.* Gebhardus. *Polyaenus* ait plane interdixiſſe, ne ignes accenderent: καίειν οὐκ ἐπέτρεπεν. *Boſius.* Adde Stewechium ad Vegetium de re Milit. lib. 3. cap. 5 pag. 281. Leid. m. & Voſſ. A. B. *Ut quam minime* &c.

2 *Iterque, quod habebat*] Quod facere inſtituebat. *Gebhardus.* Voſſ. B, *item.*

3 *Ex fumo caſtrorum*] Atqui non ex fumo, ſed ex fulgore, hoſtium praeſentiam conjectabant. *Plutarchus*: θαυμάσαντες τὸ τῶν πυρῶν πλῆθος. Nam etſi plana eſſet regio, per quam incedebat Antigoni miles: tamen circumdata erat collibus editis, ex quibus facile erat, quamvis longo intervallo, fulgorem ignium animadvertere. *Gebhardus.* Cum noſtro facit *Polyaenus*: τὴν φλόγα ἰδόντες οἱ πολέμιοι, συνῆκαν. *Boſius.*

4 *Suſpicio adlata eſt*] A barbaris qui ſpectantes totam regionem montes incolebant. Nuncium autem attulerunt camelis curſoribus. Ubi notes velim, quos *Plutarchus* ἱππασίμας καμήλας vocat, *Diodoro* dici δρο-

tam celeriter copias ipſorum contrahi non poſſe, quam Antigonus adfuturus videbatur. Hic omnibus 2
[1] titubantibus, & de rebus ſummis deſperantibus, Eumenes ait, ſi celeritatem velint adhibere, & imperata facere, quod ante non fecerint, ſe [2] rem expediturum. Nam quod diebus quinque hoſtis tranſiſſe poſſet, ſe effecturum, ut non minus [3] totidem dierum ſpatio retardaretur: quare circumirent, [4] ſuas quiſque copias contraheret. Ad Antigoni autem 3
[5] refrenandum impetum, tale capit conſilium. Certos mit-

δρομάδας. *Gebhardus*. Voſſ. B. *alata*.

5 *Ad Eumenem*] *Plutarchus*, ad Peuceſten, qui propius ab hoſtibus aberat. *Lambinus*.

6 *Quaeritur*] Voſſ. A. *quaerere*, ſed ſupra notatum erat *quaeritur*. Pro *intelligebant* Voſſ. A. iterum *intellegebant*. Ut & cap. 10, prope finem *intellegebat*. De qua ſcriptura conſule cl. J. Arntzenium ad Victoris Epitomen cap. 47. n. 5. & paſſim apud Salluſtium *neglegere* pro *negligere* ſcribitur. vide Cort. ad Catil. cap. 54. n. 4. Veteres non ſemper in compoſitis ſonum vocis ſimplicis mutaſſe oſtendi ad Alcibiad. cap. 6. n. 5. & ad cap. 2. n. 1. hujus vitae. Similia de *acquaerere*, *conquaerere*, *exquaerere*, *requaerere*, pro *acquirere*, *conquirere*, *exquirere*, *requirere* adnotavit cl. Dukerus ad Florum lib. 1. cap. 7. n. 2.

1 *Titubantibus*] Ἀμηχανῶν ſive ἀθυμῶν. *Gebhardus*. Per metaphoram ab ebriorum pedibus linguaque deſumptam. Conſule Celeb. Burmannum ad Phaedrum lib. 4. fab. 14. vſ. 10.

2 *Rem expediturum*] Eſt metaphora ab iis, qui negotium illud, quod ſub manu eſt ita adminiſtrant, ut poſtea nullae lites & inde damna creditori aut debitori oriantur: vide Cl. Burm. ad Phaedr. lib. 1. fab. 16. v. 2.

3 *Totidem dierum*] Plutarchus: *ut tribus diebus poſterius, quam exſpectentur, adſint*. Diodorus: *ut tribus aut quattuor diebus tardius adveniat*. Boſius. Pro *tranſire* Leid. m. *tranſiſſe*. ut a Boſio editum. Pro *quod diebus* Voſſ. A. *quot diebus*.

4 *Suas quiſque*] Longol. & alii, *ſuasque quiſque*. mox forſan Nepos ſcripſit, *contraherent*. Boſius. Leid. m. *ſuasque quiſque copias*. Voſſ. B. *ſuas quiſque contraheret copias*. Boſii conjecturam ambabus ulnis amplecterer, & in textum reciperem, ſic enim loquitur Noſter in Themiſtocle cap. 4. *Ut domos ſuas quiſque diſcederent*. Vide & cl. Oudendorp. ad Lucan. lib. 1. vſ. 485. Sed non tam audax ego, ut reclamantibus omnibus Codicibus Mſſ. eam admitterem. Praeterquam, quod Latini ſic ſaepe eos numeros variare ſoleant, ut docet cl. Arntzenius ad Victorem de viris Illuſtr. cap. 45. n. 2.

5 *Refrenandum impetum*] Celeritatem retardandam. *Refrenare impetum* videtur Plutarchus reddidiſſe ἐπισχεῖν τῶν πολεμίων τὸ τάχος. M. Tul-

[1] mittit homines ad infimos montes, qui [2] obvii erant itineri adverſariorum: hisque praecepit, [3] ut prima nocte quam latiſſime poſſint, ignes faciant quam ma-
4 ximos, atque hos [4] ſecunda vigilia minuant, [5] tertia perexiguos reddant: & adſimulata caſtrorum conſuetudine ſuſpicionem injiciant hoſtibus, [6] his locis eſſe caſtra, ac de eorum adventu praenuntiatum: idem-
5 que poſtera nocte faciant. Quibus imperatum erat, diligenter praeceptum curant. Antigonus tenebris obortis [7] ignes conſpicatur: credit de ſuo adventu eſſe auditum, & adverſarios illuc ſuas [8] contraxiſſe
6 copias. Mutat conſilium, & quoniam inprudentes ado-

Tullius in Antonium. *Brutus Antonium invadentem in Aſiam, a progreſſu arcuit, a reditu refrenavit.* Gebhardus. Leid. m. *referendum.*

1 *Mittit*] Q. edd. *emittit.* An debuit excudi, *emittit*? quo verbo noſter uſus hac ratione 17, 2, 1. *Boſius.* Omnes mei *mittit.*

2 *Obvii erant*] Sic recte *Lambinus.* Nam ad montes, non ad homines, pertinet. Vulgati *eant*: quod *Gebhardus* tuetur. *Nam ex hibernaculis ſuis*, inquit, *juſſi quosdam procedere obviam adventantibus Antigoni militibus.* Atqui hoc iſtis indicat Nepos: *certos mittit homines &c.* Neque ſcio, an ſatis latine dicatur *obvium ire itinere alicujus.* Certe exemplum deſidero. Et cur non dixit potius *qui adverſariis obvii eant*? Boſius.

3 *Ut prima nocte quam latiſſime poſſint ignes faciant quam maximos*] Cur prima vigilia latiſſime fiunt quam maximi ignes? Quia vigilat adhuc exercitus curatque corpus; reficiendo ſe calore adque ignem cibo praeparando & ſumendo. Diodorus 29. *δειπνᾶτε ᾗ ὡς ἂν ὑκοσι πο-χης κατὰ μὲν πρώτην φυλακὴν πολλὴν φλόγα ποιεῖν, ὡς ἂν ἐγρηγορότων ἔτι καὶ δεῖπνον παρασκευαζομένων.* Gebhardus. Voſſ. B. *ignis.*

4 *Secunda vigilia minuant*] Utpote jam ſomno vacantes. *Gebhardus.*

5 *Tertia perexiguos reddant*] Cum vigiles tantum igne utantur caeteris quieſcentibus. Cur autem quarta vigilia nullos fieri voluerit ignes Eumenes, anquirendum eſt. Nam Epaminondas Sparta repulſus jubebat ſuos *ἑωθινῆς φυλακῆς* (quartam capio) *πύρας καίειν ἐν τῇ παρεμβολῇ.* Diodor. lib. 15. *Gebhardus.* Quaerunt hoc loco *Magius* ac *Gebhardus*, cur nullos quarta vigilia ignes Eumenes fieri juſſerit. Ac ille quidem reſpondet, *poſt tertiam vigiliam non conſuevisse ignes accendi*: hic, ſolitos accendi, inde colligit, quod *Epaminondas Sparta pulſus juſſit ſuos ἑωθινῆς φυλακῆς πύρας καίειν ἐν τῇ παρεμβολῇ*, ut eſt apud *Diodorum* 15. nam de quarta id capit. Nugae. Alia fuit Graecarum, alia Romanarum vigiliarum ratio. Nam apud Graecos, ſecus quam apud Romanos, nox in tres tantum vigilias ſive

adoriri non poſſet, flectit iter ſuum, & illum anfractum longiorem copioſae viae capit, ibique diem unum opperitur, ad laſſitudinem ſedandam militum, ac reficienda jumenta, quo [9] integriore exercitu decerneret.

CAP. X.

Hic Eumenes callidum imperatorem vicit [1] conſilio, celeritatemque inpedivit ejus: neque tamen 1
multum profecit. Nam [2] invidia ducum, cum qui- 2
bus erat, [3] perfidiaque (militum) Macedonum veterano-

ve partes diſtributa fuit; ut docet *Delrius in notis & Comm. ad Senecae Troad. v.* 437. agnovitque & *Lipſius de Mil. Rom.* 5. 9. & *in analectis*, ſequutusque eſt *Farnabius in not. ad Senecae l. c.* & *ad Thyeſtis verſum* 798. ut mirer, doctiſſ. *Schelium in notis ad Caſtra Polybii pag.* 197. eundem Graecorum ac Romanorum fuiſſe morem, exiſtimaſſe. *Boſius.*

6 *His locis eſſe caſtra*] Crebro eo pacto deceptus hoſtis, cum credidit, ibi verſari copias militares ac ſtationes adverſariorum eſſe, unde fulgor ignium accidit. *Polyaenus l.* 4. in Philippo Demetrii comm. 2. *Καὶ διὰ νυκτὸς πυρὰ πολλὰ ἔκαυσεν ὡς τῆς στρατιᾶς μενούσης.* Lib. 1. (*comm.* 8) *Ἀλκιβιάδης νύκτα μείνας ξύλα πολλὰ νήσας, καὶ πῦρ ἐμβαλὼν, ἀπιὼν ᾤχετο. Οἱ βάρβαροι τὴν αὐγὴν τοῦ πυρὸς ὁρῶντες ᾤοντο μένειν τοὺς Ἕλληνας.* Curtius 5, 4, 14. *Praecepit ut caſtrorum ſpecie manente, plures de induſtria ignes fieri imperaret, quo magis barbari crederent, ipſum regem in caſtris eſſe.* Gebhardus. Pro *praenuntiatum* Leid. m. *pernuntiatum.*

7 *Ignes*] Ed. Colon. *ignis*, ut alibi ſolet noſter. *Boſius.* Sic iterum Voſſ. B.

8 *Contraxiſſe*] Sic v. 1. & 2. locutus. Mſc. Boecler. *traxiſſe.* mox v. 6. Idem mſc. & ed. Long. *quom. imprudentem ador.* quomodo loquutus c. 8, 6. *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. A. *imprudentem*

9 *Integriore exercitu*] Non fatigato, non laboribus viae exhauſto Curt. lib. 5. cap. 24. *Ita hinc morientium gemitus, hinc ad ſuos recurrentium miſerabilis facies integros quoque, antea quam diſcrimen experirentur, in fugam averſit.* Gebhardus.

1 *Conſilio*] Aberat Mſc. Schotti, ſicuti mox v. 2. *militum* in cod. mſc. & codd. Boecl. ac Leid. Et poteſt abeſſe. *Boſius.*

2 *Invidia ducum*] Peuceſtae, Antigenis, Teutami, Eudemi, Phaedimi, & aliorum. *Lambinus.*

3 *Perfidiaque (militum) Macedonum*] *Juſtinus* 14, 3. & *Plutarchus in Eumene*, ad hoc facinus impulſos Argyraſpidas dicunt, quo uxores ac liberos, ſuaque, quae in praelio amiſerant, ab Antigono reciperent. *Magius.* adde *Polyaenum* 4. *in Antigono, comm.* 12. *Diodorum* 19. *pag.* 694. Boſius. *Militum* agnoſcunt tres mei.

ranorum, [1] quum ſuperior praelio diſceſſiſſet, [2] Antigono eſt deditus, [3] quum exercitus ei ter ante ſeparatis temporibus juraſſet, ſe eum defenſurum, nec unquam deſerturum. Sed [4] tanta fuit nonnullorum virtutis obtrectatio, ut fidem amittere mallent, quam eum
3 [5] non prodere. Atque hunc Antigonus, quum ei fuiſſet infeſtiſſimus, conſervaſſet, ſi per ſuos eſſet licitum, quod ab nullo ſe plus adjuvari poſſe intelligebat in his rebus, quas impendere jam apparebat omnibus. Inminebant enim Seleucus, Lyſimachus, Ptolemaeus, [6] opibus jam valentes: cum quibus ei
4 de ſummis rebus erat dimicandum. Sed non paſſi ſunt hi, qui circa erant: quod videbant, Eumene recepto,

omnes

1 *Quum ſuperior praelio diſceſſiſſet*] Paullo aliter *Juſtinus*, *Plutarchus*, & qui prolixe praelium hoc deſcribit, *Diodorus l. c.* Cum noſtro tamen facit *Polyaenus*. Iis quae ad h. l. adnotavit *Ernſtius*, adde *Juſtin.* 14, 4, 13. & ibi *not. Berneggeri*. Boſius.

2 *Antigono eſt deditus*] Diodorus 18. refert, Antigonum acri praelio commiſſo Eumenem antevicisſe, Apollonidis potiſſimum proditoris opera. Et deinde animum Eumenis magnificis pollicitationibus per Hieronymum, Cardianum, hiſtoriae conditcrem, Eumenis civem & amicum tentaſſe. Donec tandem poſt varias velitationes Macedones Eumenem ducem ſuum captum Antigono ex pacto traderent. Diod. 19. Qui proditores ἀργυρασπίδες dicti, perfidiam tamen ſuam graviter deinde luere coacti ſunt, traditi Ibyrtio praefecto, ut perirent in Aſia, nemo in patriam rediret. Plutarchus. *Ernſtius*.

3 *Quum exercitus ei ter ante juraſſet*] *Quater*, inquit apud *Juſtinum* Eumenes, *intra hunc annum in mea verba jurejurando obſtricti eſtis*. Ejusdem Eumenis, hanc ob proditionem, expoſtulationem apud milites, legas apud *Juſtinum*, & *Plutarchum*. Magius.

4 *Tanta fuit virtutis obtrectatio, ut fidem amittere mallent*] *Fuit* abeſt a Voſſ. B. & pro *mallent*. Leid. m. *nollent*.

5 *Non perdere*] Sic Mſſ. Sch. & Boecl. Idque etiam doctiſſ. *Schefferus* longe praeſtantius judicabat, quam, quod in omnibus antea vulgatis legitur, *non prodere*. *Nam ex obtrectatione virtutis*, inquit, *non eſt tam proditio, quam ſtudium perdendi atque ſubvertendi quacunque denique ratione.* Et quid aliud eſt *prodere*, quam *fidem amittere*? Niſi dicas, *prodere* perdendi ſignificatu heic accipi: quod interdum fieri, docet poſt alios *Gronovius* ὁ πάνυ *obſerv.* 3, 20. Boſius. Voſſ. A. & B. *perdere*. Sed Leid. m. *prodere*. Servius ad Virg. 4. Aen. vſ. 231. PRODERE *ſane ſignificat*, & *occulta detegere: unde proditores dicti: & decipere vel perdere.*

Ut

Digitized by Google

omnes prae illo parvi futuros. Ipſe autem Antigonus adeo erat incenſus, [1] ut, niſi magna ſpe maximarum rerum, leniri non poſſet.

Cap. XI.

Itaque quum eum [2] in cuſtodiam dediſſet, & praefe- 1
ctus cuſtodum quaeſiſſet, quemadmodum ſervari
vellet? ut acerrimum, inquit, leonem; aut ferociſ-
ſimum elephantum. Nondum enim ſtatuerat, [3] ſerva-
ret eum, nec ne. Veniebat autem ad Eumenem u- 2
trumque genus hominum: & qui [4] propter odium fructum oculis ex ejus caſu capere vellent: & qui propter veterem amicitiam [5] colloqui, conſolarique cu-

Ut unius ob iram PRODIMUR. *Et eſt in infinitum haec λέξις Polyſemos. Plautus.* nam illud, quod dat, perdit, & illi PRODIT vitam ad miſeriam, *cum de paupere loqueretur.* Itaque cum *prodere* pro *perdere* saepius ponatur, facile confuſionis cauſſam conjicere licet. De hoc verbo latius egere plerique Reip. Literariae Principes, ut Burmannus ad Ovidium lib. 7. Metam. 38. Broukhuſius ad Propertium 2, 6, 10. & quos laudat Cl. Oudendorpius ad Frontinum lib. 2. Strateg. cap. 5. n. 173. item Cortius ad Salluſtium B. Jugurth. cap. 31. n. 18. Mox iterum Voſſ. A. *intellegebat* pro *intelligebat.* & pro *his*, *iis* & pro *hi*, *ii*, pro *imminebant*, *imminebat.* Pro *Ptolemaeus*, Leid. *Ptolomaeus* Voſſ. A. *Ptholomaeus.* Pro *prae illo* Leid. *pro illo.*

6 *Opibus jam valentes*] Nam Seleucus Babyloniam; Lyſimachus Thraciam & finitimas regiones; Ptolemaeus Aegyptum tenebat. *Boſius.*

1 *Ut, niſi magna ſpe*] Ut, niſi ſperaret Eumenem ſibi ad eas res, quas concupiſcebat, perficiendas atque obtinendas adjumento futurum, placari non poſſet. *Lamb.*

2 *In cuſtod. dediſſet*] Hunc propter veterem amicitiam & familiaritatem in ſuum conſpectum venire non ſuſtinuit. *Juſtinus* & *Plutarchus* auctores. *Magius.* Pro *inquit, leonem* Voſſ. B. *leonem, inquit.*

3 *Servaret eum*] Sic noviſſime edidit *Boeclerus*; credo, fide Mſ. codicis. nam antea vulgati: *conſervaret.* Boſius. Pro *nondum* Leid. m. *nundum.* Pro *eum conſervaret*, *conſervaret eum.*

4 *Propter Odium*] In Mſ. Boecl. fuit, *per odium &c.* Boſius. Voſſ. B. etiam *per odium.* *Per* & *propter* in Mſſ. confundi vidit etiam cl. Oudendorpius ad Frontinum l. 2. Strat. cap. 3. n. 74. & *per* alibi pro *propter* poni ſolet. V. Paſſerat. ad Prop. 1, 8, 31. & Burm. ad Quinctil. Declam. 19. 8. Attamen nihil muto Pro *utrumque* Voſſ. B. *utriuſque.*

5 *Colloqui*] *Lambinus* conjicit, *adloqui.* nulla neceſſitate. *Boſius.*

cuperent: multi etiam, qui ejus formam cognoſcere ſtudebant, qualis eſſet, [1] quem tamdiu, tamque valde timuiſſent, [2] cujus in pernicie poſitam ſpem habuiſſent victoriae. At Eumenes, quum diutius in vin-
3 culis eſſet, ait Onomarcho, penes quem ſumma imperii erat cuſtodiae, ſe mirari, quare jam tertium diem ſic teneretur. Non enim hoc convenire Antigoni prudentiae

1 *Quem tamdiu tamque valde*] Male in edit. Hack. *quam tam diu* legitur. Leid. m. *quem tam diu valdeque.* Pro *Onomarcho* Leid. m. *Honomarco.* Voſſ. A. *Onomarco.*

2 *Cujus in pernicie*] Vide *not. ad* 15, 9, 1. *&* 2. Boſius.

3 *Sic deuteretur victo*] Schoppius teſtatur in omnibus veteribus libris ſcriptum eſſe *ut ſic deuteretur victo.* Sed ego exiſtimo Nepotem ſcripſiſſe, *Ut ſic utetur victo.* Nempe tam inmoderate. *Ernſtius.* Fidenter repoſui ſcripturam: quae in omnibus Mſſ. & ante Lambinum editis reperta eſt. nam & codex Boecler. habet *denteretur*, quod ex altero corruptum eſſe, nemo non videt. Probant autem hanc lectionem. *Schottus, Savaro, Schoppius Veriſim.* 4, 18 dictumque voluit, ut *denaſci, deamare, deſaevire, delitigare,* &c. Cl. *Schefferus* quoque ſine dubio ſic ſcribendum in textu, raritatemque vocis correctoribus fraudi fuiſſe cenſebat. Primus autem mutavit *Lambinus*, quod Latinum non eſſe putaret. *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. A. *deuteretur victo.* B. *ſe uteretur victo:* hic itaque a Boecleriano codice diſcrepat.

4 *Miſſum fieri*] Id eſt dimitti e vinculis. Hygin. fab. 38. *Ille eam* (arborem) *viribus miſſam faciebat.* Vide Paſſerat. ad Propertium 2, 14, 8. & 18, 39. & poſt eum etiam Kannegieterum ad Aviani fabulam 23. vſ. 2.

5 *Ferocius loqui*] *Ferociter loqui* etiam dixit Livius lib. 2. cap. 28. *Ferocius* hic recte vertitur in Indice elatius, arrogantius. *Ferox* enim dicitur is, qui ſuperbit proſpero rerum ſucceſſu. Cicero 4. ad Fam. Ep. 9. *Sed miſerius nihil quam ipſa victoria: quae etiamſi ad meliores venit, tamen eos ipſos ferociores, impotentioresque reddit.* Sueton. in J. Caeſare cap. 35. *Jamque multiplici ſucceſſu* praeferocem, *intra quintum* &c. Adde locum Taciti 12. Ann. cap. 21. n. 1. hic a Gebhardo citatum. Adiſis ſummum Gronovium ad Livium lib. 39. cap. 31.

6 *Occidiſti*] Leid. m. *cecidiſti.* item Voſſ. A. ſed B. *Concidiſti: Inquit* abeſt a Leid. m. & Voſſ. A. B quae Ellipſis frequens eſt Phaedro aliiſque Auctoribus. Vide ad Ageſilaum cap. 6. n. 3. & J. Arntzen. ad Victorem de Viris Illuſtr. c. 73. n. 7.

7 *Quam in poteſtatem inimici venires*] Quod cenſebantur facere ignavi & vitae nimium amantes. Juſtinus 32, 15, 5. *In eo nobilis Achaeorum Philopoemenes Imperator capitur: non quia pugnando vitae pepercerit; ſed dum ſuos in praelium revocat, in tranſitu foſſae equo praecipitatur, a multitudine hoſtium oppreſſus eſt.* Supra

dentiae, ut [3] ſic deuteretur victo. quin aut interfici,
aut [4] miſſum fieri juberet. Hic quum [5] ferocius O- 4
nomarcho loqui videretur, quid? tu, inquit, animo
ſi iſto eras, cur non in praelio [6] cecidiſti potius,
[7] quam in poteſtatem inimici venires? Huic Eumenes, 5
utinam quidem iſtud eveniſſet! inquit: ſed eo non
accidit, [8] quod nunquam cum fortiore ſum congreſſus.

pra 4, 5, 11. *Nicias ne Demoſthenis quidem exemplo, ut ſibi conſuleret, admonitus, cladem ſuorum auxit dedecore captivitatis.* Valerius 3, 5, 1. *Superioris Africani filius Scipio in tanta domeſtica gloria ortus, a parvulo admodum regis Antiochi praeſidio capi ſuſtinuit: cum ei voluntaria morte abſumi ſatius fuerit, quam inter duo fulgentiſſima cognomina Patris & Patrui, manus vinciendas hoſti tradere, ejuſque beneficio precarium ſpiritum obtinere.* Plautus Captiv. 2, 2, 12:

PH. *Captus eſt?* HE. *ita.* PH. *non igitur nos ſoli ignavi fuimus.*

Unde tot cordatiores captivitatis dedecus voluntaria morte effugerunt. Vide *Florum* 4, 11, 33. de Opiterginis. Ibidem de Scipione, Juba & Petrejo, v. 68, 69. Gebhardus. *Lambinus* mallet, *quam commiſiſti, ut in pot. in. ven.* ſed mox fatetur alteram lectionem antiquitatem illam incorruptam & ſimplicem magis olere. *Boſius.*

8 *Quod nunquam cum fortiore*] Dum ſe *cum fortiore nunquam congreſſum* perhibet, ſe ſemper ſuperiorem fuiſſe ſignificat. Neque enim ſuperior eſt, niſi qui melior fortiorque eſt: deterior cadit & ſuperatur. At hoc cum dicit, oſtendit ſcilicet, eccur non potuiſſet cadere, quod factum vellet, & paullo ante cuſtodum praefectus objecerat. Puto autem hoc non tam ad ſummam fortunam praelii, quo contra Antigonum victor fuit, quam ad eventum certaminum, quae ſua ipſius manu in acie ex conſuetudine Eumenes commiſit, referendum. Quod ex iis ſatis clarum eſt; quae ſuper hac ipſa re *Plutarchus extremo Eumene* refert. Illa enim verba, quibus Eumenem ipſum reſpondiſſe tradit: ἐγὼ δὲ τοὺς εἰς χεῖρας ἐλθόντας &c. ſatis revincunt. Simul & iſtud quoque, Eumenem hoc praelio non ducis modo, ſed & ſtrenui militis partibus functum: non ſatis memorem, quod Strategici ſcriptores prudenter inculcant, duci ipſi haud temere deſcendendum eo eſſe, ut manum cum quoquam conſerere neceſſe habeat. Ejus enim officium eſſe, conſilio potius, quam manu impetrare victoriam, quod ad militem pertineat. Sed hoc & alibi neglexit. Ut quando cum Neoptolemo concurrit, eumque ſua occidit manu, de quo ſupra noſter exponit. Videri poterat infeſtiſſimo odio adductus in ejus certaminis deſcendiſſe aleam: ſed ex *Plutarcho* conſtat, concurriſſe eos initio temere, & inter ſe noviſſe demum conſerta manu. Quare hunc quaſi morem Eumenes habuit, ut & imperaret juxta in acie & pugnaret.

Quo

ſus. Non enim cum quoquam arma contuli, quin is mihi ſuccubuerit. [1] Non enim virtute hoſtium ſed amicorum perfidia decidi. Neque id falſum. [2] * Nam & [3] dignitate fuit honeſta, & viribus ad laborem ferendum firmis, neque tam magno corpore, quam figura venuſta.

Cap. XII.

1 De hoc Antigonus quum ſolus conſtituere non auderet, [4] ad conſilium retulit. [5] Hic, quum [6] plerique omnes primo perturbati admirarentur, non jam de

Quo & *Plutarchi* obſervatio pertinere videri poteſt, cum Eumenem φιλοπτόλεμον ϗ φιλόνεικον notat. Locus eſt ipſa *comparatione ejus cum Sertorio.* Nam eorum vitas commiſit. *Buchnerus.*

1 *Non enim virtute hoſtium*] Oſtendit, quod captus ſit, non factum, quia virtus hoſtium ſuperior, aut ſuus ſe animus reliquiſſet: ſed potius, quia defeciſſet amicorum fides, qui nihil tale ſuſpicanti contra datam ſacramenti religionem injeciſſent manus, & vinctum tradidiſſent. Reſpondit autem quaſi ad illud, quod Onomarchus inſtare poterat: *atqui jam ſuccumbis.* Et tale quid Eumeni Onomarchum dixiſſe, *Plutarchus* clare indicat. Sed *Nepos* omiſit brevitati ſtudens, contraxitque narrationem. *Buchnerus.* Ceterum vir doctus ingratam cenſebat hanc vocum, *non enim*, repetitionem, & feſtinanti forte Nepoti excidiſſe. Atqui ſic & cap. 13. τὸ *tamen*, & cap. 3. 5. 6. τὸ *itaque* reperitur. Et ſexcenta ejusmodi apud Graecos Latinosque ſcriptores obſervaſſe licet. *Boſius.*

2 *Nam & dignitate*] Haec non ſatis bene cohaerent praecedentibus. quomodo enim ex eo quod Eumenes *dignitate honeſta*, & *viribus ad laborem ferendum firmis*, & *figura* denique *venuſta fuit*, ſequitur aut ſemper antea ſuperiorem fuiſſe praelio, aut poſtremo non virtute hoſtium, ſed amicorum perfidia decidiſſe? Quare adſentior ſummo viro *Aug. Buchnero*, quaedam hoc loco deeſſe putanti, eoque aſteriſcum adpoſui. Fuit cur putarem haec ſubjicienda iis, quae *cap.* 12. de forma Eumenis dixit. Sed dubito an & illis ſatis congruant. *Boſius.*

3 *Dignitate honeſta*] Dubitabat olim vir ſummus, an ut *forma & facies*, ſic & *dignitas*, *honeſta* dici queat: & quoniam in libris eſt *viribus firmus*, conjiciebat legendum, *& dignitate honeſtus*, *& vir*, *ad lab. fer. firmus:* quomodo apud Terentium *honeſtus* pro pulchro ponitur. Sed deſeruit ipſe hanc conjecturam poſtea: neque ea opus. *Dignitas* enim hoc loco formam corporis eximiam notat, ut alibi: v. Ind. v. *dignitas*, & alia huc ſpectantia in v. *figura* & *venuſta.* Bo-

ſius.

Digitized by Google

de eo ſumtum eſſe ſupplicium, a quo tot annos adeo
eſſent male habiti, ut ſaepe ad deſperationem forent
adducti, quique maximos duces interfeciſſet: deni- 2
que in quo uno eſſet tantum, ut, quoad ille viveret,
ipſi ſecuri eſſe non poſſent; interfecto, nihil habituri
negotii eſſent. Poſtremo, ſi illi redderet ſalutem,
quaerebant, [1] quibus amicis eſſet uſurus? ſeſe enim
cum Eumene apud eum non futuros. Hic, cognita 3
conſilii voluntate, tamen uſque ad ſeptimum diem
[2] deliberandi ſibi ſpatium reliquit. Tum autem, quum
jam vereretur, ne qua ſeditio exercitus oriretur, ve-
tuit ad eum quenquam admitti, & [3] quotidianum vi-
ctum

ſius. Neb. Nic. Heinſius ad Vellejum Paterculum lib. 2. cap. 29. §. 2. legit, *Nam & dignitate oris (vel formae) fuit honeſta.* Sed Mſſ. codices hic tuto ſequi poſſumus. In Leid. meo, & Voſſ. A. ſcribitur *& viribus ad laborem ferendum firmus.* Sed Vulgata lectio quoque proba eſt. Nec neceſſe eſt, ut cum Boeclero *forma venuſtus* reſcribamus. Vide Celeb. Perizon. ad Sanctii Minervam, 4, 4, 5.

4 *Ad conſilium retulit*] Aptum rei verbum Curt. lib. 4. cap. 95. *Alexander, legatis excedere tabernaculo juſſis, quid placeret, ad concilium refert.* Juſtin. 32, 3. *Cum cunctari eum viderer, conſultationemque ad amicos referre.* Gebhardus.

5 *Hic quum plerique o. primo part. adm.*] Mſ. Boecler. *Hoc cum primo perturbati adm.* Ed. Col *Hic cum omnes vel primo p. a.* Boſius.

6 *Plerique omnes*] Maxima pars: non omnes. Nearchus enim & Demetrius Antigoni F. & nonnulli alii Eumenem ſervari cupiebant: ceteri omnes necari volebant. *Lambin* Leid. & Voſſ. A. *Hic cum omnes.* Sed B. *hic cum plerique omnes.* Ideoque non delendum cenſeo. Vide Boſii Indicem.

1 *Quibus amicis*] Mſ. Boecl. *quibus amicitia.* An legendum, *quibus amicis jam eſſet uſurus?* Boſius. Pro *ille redderet*, quod in Hackiana Edit. legitur Leid. m. & Voſſ. A. B. *illi redderet.* Voſſ. B. iterum Boecleriano conſentit, pro *amicis*, *amicitia* exhibens.

2 *Deliberandi*] Mſ. Boecl. *deliberando*: mox q. edd. *cum vereretur*, omiſſo *jam.* paullo poſt Mſ. Boecl. *victum removeri.* Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. B. agnoſcunt *jam.*

3 *Quotidianum victum amoveri juſſit*] Poenae hujus genus initium nactum eſſe videtur in ſacris virginibus, quas *Veſtales* appellant ſcriptores. Quae cum diis conſecratae eſſent, ferro occidi aut alia poena confici ſine piaculo non poterant. Quare eas in gurguſtiola ſubterranea demiſſas fame necabant. Vide Plutarch. *in Numa.* Exemplum ejuſmodi poenae habemus in Antigone, animoſiſſima virgine: quam cum Creon, apud Sophoclem,
ferro

Digitized by Google

ctum amoveri juſſit. Nam [1] negabat, ſe ei vim adlatu-
4 rum, qui aliquando fuiſſet amicus. [2] Hic tamen non amplius, quam [3] triduum, fame fatigatus, quum caſtra moverentur, [4] inſciente Antigono, jugulatus eſt a cuſtodibus.

CAP.

ferro necare nefas putaret, in ſubterraneum *οἰκίδιον* demiſit, deorumque arbitrio permiſit. Eodem animo filius Jacobi, autore Joſepho *lib.* 11, *Antiq. Jud. Cap.* 111. Rubenus conſuluit, ut frater ejus Joſephus in puteum projiceretur. Quo putabat minus fore fratrum ſuorum iſta in nece piaculum. Similem viam ad mortem ſibi fecit Atticus. De quo & aliis infra *in vita ejus cap.* 22. dicetur. *Ernſtius*. Leid. m. *victum moveri*. Voſſ. B. *removeri*. paullo ante pro *ad eum quemquam admitti* Leid. m, *quenquam ad eum admitti*.

1 *Negabat ſe ei vim adlaturum*] Quaſi vis non eſſet, inedia ac fame hominem exhaurire. Certe in *l.* 1. *Cod. de cuſtod. reor.* inter *crudelitatis* exempla refertur. *Rittershuſius in Novell.* 12, 14, 3. nullum *violentae* mortis genus fingi poſſe crudelius oſtendit, quam fame necare. *Loccenius*. Vide ad Pauſaniae vitam cap. ult.

2 *Hic tamen*] Mſ. Boecl. *tamen* aberat, *Boſius*.

3 *Triduum*] Plutarchus: *δύο μὲν ἢ τρεῖς ἡμέρας ἄσιτος οὕτω περὶ πολυτὴν διήγετο* *Lambinus*.

4 *Inſciente Antigono jugul. e. a. c.*] Miſerum Regem! cujus ſervis tantum licet, ut occidant, prout ipſis libet, moram explendae crudelitatis praeſcriptam non tolerantes. Specimen ſimile habes in Vitellio apud *Tacit* 2. *hiſt.* 64. Gebhardus.

5 *Ab anno viceſimo*] Vir doctus annum non vitae ac aetatis, ſed officii apud Reges, Philippum atque Alexandrum, indicari ait. Rationes adducit has. Primo quod dicit, *uti ſupra docuimus*. Id feciſſe *κατὰ τὴν δίαιταν cap.* 1, 6. Deinde, quod ſequitur, *ſeptem annos Phil. appar. & tredecim apud Alex. &c.* Denique, quod, cum accederet ad amicitiam Philippi, annos non amplius xv. aut maxime xvii. natus fuerit, Nollem iſta bono illi viro excidiſſe. Sunt enim, ut molliſſime diçam, plane *ἀπροσδιόνυσα*, partim & falſa. Quomodo enim Eumenes *ab anno* officii xx. ſeptem annos Philippo apparere potuit? Initium enim & terminum a quo (ut ſcholae loqui amant) miniſterii, verbis illis indicari, nemo non videt. Atqui *vigeſimus* officii *annus*, ultimus erat Alexandri. *A quo*, (h. e. inde usque, ab eo tempore) Philippo adparuiſſe Eumenem, ut dicamus, conſuetudo Latini ſermonis haud permittit. Quis enim ſic loquitur? Si id voluiſſet Nepos, dixiſſet, *ad annum usque viceſimum*, vel, *per annos* xx. Atqui ſupra id docuit, inquis; imo docuiſſe ſe ait? Nego utrumque. Nam illa, *ut ſupra oſtendimus*, genuina non eſſe, mox docebimus. Neque idem eſt *locum amicitiae apud Philippum annos* vii *apud Alexandrum* xiii. *tenuiſſe*, ac *ab anno vigeſimo apparuiſſe Philippo annos* vii, xiii *Alexandro*.

Cap. XIII.

Sic Eumenes annorum quinque & quadraginta, quum 1
5 ab anno vigeſimo (6 uti ſupra oſtendimus) ſe-
ptem

dro. Aliud enim eſt, *annos* xx. aliud *ab anno vigeſimo* regibus inſerviiſſe. Quare neque ſupra *c.* 1, 6. nec in iis, quae heic ſubjiciuntur, docetur, quod vir doctus voluit, *hunc annum vigeſimum de officio intelligendum eſſe.* Nam utrobique non initium miniſterii, ſed anni illius, indicantur. Eumenem vero, cum ad amicitiam Philippi acceſſit, majorem annis xvii, immo xix, annos natum eſſe potuiſſe, jam ſupra *ad c.* 1. 4. docui, idque ita eſſe, ſic oſtendo. Secundum *Uſſerium* (qui accuratiſſime omnium res Alexandri M. & ſucceſſorum ejus digeſſit) Eumenes obiit ſub initium anni Periodi Julianae 4399. ſive hyeme anni 1. Olympiadis cxvi. Alexander anno P. J. 4391. ſive I. Olympiadis cxiv. menſe Daeſio, h. e. ſecundum *Uſſerium*, Majo Juliano. Supervixerit igitur Alexandro annos vii cum menſibus circiter viii. Alexander autem regnavit annos xii, & ſi *Arrianum* ſequimur, menſes viii. ſi alios, qui eodem, quo Caligula die, h. e. xxiv. Januarii, Philippum caeſum volunt, ſolum iv. Quare *e tredecim annis*, quibus Eumenem Alexandro apparuiſſe ait Nepos, poſtremus ſolum de iv, aut viii. menſibus accipi debet. Pari modo dici poteſt, ultimum eorum ſeptem, quibus Philippo apparuit, tantummodo inchoatum, aut certe nondum completum fuiſſe. Contra ea, quod annorum xlv. fuiſſe, cum interficeretur, dicitur, id licet accipere de completis; ita ut tum ſextum & xl. egerit, ejusque jam aliquot menſes effluxerint. Notum enim eſt, ſaepe non ſolere in computandis vitae annis menſes, etiamſi plures, attendi. Potuit igitur annos xlv. cum menſibus vi. aut etiam pluribus, exegiſſe. Ab his ſi ſubtrahas annos integros imperii militaris poſt Alexandrum vii, Alexandri xii, Philippi vi. & pro iii nondum completis ſeſquiannum, (quod licere, e ſuperioribus apparet) remanebunt anni aetatis completi xix, ac fortaſſis & unus alterve menſis praeterea; inciditque adeo initium miniſterii Eumenis in annum vitae xx inchoatum ſive currentem. Adponam calculum, ut res eo manifeſtior ſit.

Eumenes ſupervixit Alexandro	an. 7.	menſ. 8.
apparuit Alexandro	12.	4. vel 8.
Philippo	6.	6. vel 2.
ante miniſterium vixit	19.	- -
Vixerit igitur univerſe	45.	6.

Sic igitur plana omnia, nec opus erit de anno XX officii Nepotem interpretari. Quod ſi maxime largiar, non exceſſiſſe Eumenem annos XLV, & Philippo apparuiſſe annos VII integros, aut majori ſui parte elapſos; tamen ne ſic quidem neceſſe erit ad annos miniſterii haec

verba

ptem annos Philippo [1] apparuiſſet; & tredecim apud Alexandrum, eundem locum obtinuiſſet, [2] in his uni equitum alae praefuiſſet, poſt autem Alexandri Ma-

verba trahere. Nam potuit Nepos, aliorum ſcriptorum exemplo, numero rotundo uſus, *annum vigeſimum* dicere, qui revera XIX. vel XVIII. erat. *Boſius.*

6 *Uti ſupra oſtendimus*] Quidam libri ſolum, *ut ſupra*, omiſſo verbo. Praeterea nusquam in ſuperioribus de anno viceſimo aetatis (hunc enim intelligendum eſſe, jam docuimus) loquutus eſt. Itaque *Lambinus*, conjecturam Cl. *Puteani* ſequutus, legebat *& ſupra*, hoc ſenſu: Eumenem ab anno XX. vel XXI. in amicitiam regum venire coepiſſe. Ego hoc omne ab aliquo in margine ad illa *ſeptem annos Philippo &c.* adſcriptum, poſtea in textum irrepſiſſe arbitror: quare uncis incluſi. *Boſius.*

1 *Apparuiſſet*] Mſc. Boecl. & q. editi, *paruiſſet*. quod recte *Magius* corruptum putat. Nempe cum ignoraret imperitus librarius hanc vocis acceptionem, *parendi* verbum, quod miniſterio Eumenis congruentius putabat, ſuppoſuit. *Parere* quidem interdum idem eſſe quod *apparere*, dudum eruditi monuerunt. videſis doctiſſ. viri *Chriſtiani Daumii*, amici noſtri, *notas ad diſticha Catonis nomen praeferentia lib.* 2, 8. ſed dubito, an miniſtrandi ſignificatu ullibi reperiatur. *Boſius.* Leid. m. *apparuiſſet*. ſed Voſſ. A. & B. *paruiſſet*. *Parere* quidem pro *apparere* ponitur, ſed tum notat, conſpici, exire in vulgus, patefieri, patere, ut docent Cl. Munkerus ad Hyginum fab. 204. & Burmann. ad Petron. Satyric. cap. 137. Sed *apparere alicui* notat ſaepe praeſto eſſe, alicui miniſtrare. Vide Cl. Vorſtium & Torrenium ad Valerium Maximum lib. 2. cap. 2. n. 34. Itaque Boſium ſecutus nihil mutabo. Utrum recte, Eruditi viderint. In *apparuiſſet & tredecim* Leid. & Voſſ. B. omittunt copulativam conj. Voſſ. A. pro *Tredecim*, *tresdecim*, ſicut Voſſ. A. & B. ad cap. 1. hujus vitae ſcribere adnotavi.

2 *In his uni equitum alae praef.*] Perelegans & ingenioſa eſt correctio eruditiſſ. *Freinshemii* in not. ad Curtii 7, 1, 40. *in his* VIII. (ſc. annos) legentis; quam & ampliſſ. *Boeclerus* probat. *Annos enim*, inquit, *putat*, *& nihil facilius fieri potuit*, *quam ut nota numeri tranſiret in vocem.* Sed, quod pace ſummorum virorum dixerim, dubito, an tot annos patiantur illa extremo cap. 1. *Noviſſimo tempore etiam alteri equitum alae praefuit.* nam cum cetera eodem utrobique modo narrentur, & hoc in loco veluti recapitulentur, quae cap. 1. dicta fuerant; nec aut ibi *prioris*, aut heic *alterius* alae ac praefecturae fiat mentio; non dubito utroque loco eandem alam, idemque munus deſignari. Quare & tempus illud, quod h. l. indicatur, cap. 1. *noviſſimum tempus* vocari ſequitur. Sic vero dici poſſe tot annos, ſive majorem partem annorum, qui recenſentur, vix crediderim. Adde, quod Alexandro regnante, uſque ad obitum ſuum Hephaeſtio alae hetaericae chiliarchus fuit. Teſtis *Arrianus* 6, & 7. & in *Indicis*. Is vero demum proximo

Digitized by Google

Magni mortem, imperator exercitus duxiſſet, ſummosque duces partim repuliſſet, partim interfeciſſet: captus non Antigoni virtute, ſed [1] Macedonum perjurio, [2] talem

ximo ante Alexandrum anno obiit. Videturque Eumenes ei ſucceſſiſſe, non tamen pari cum dignitate. nam, ut eſt apud eundem *Arrianum*, Alexander neminem chiliarchum in Hephaeſtionis locum τῆ ἵππῳ τῆ ἑταιρικῆ praefecit, ne Hephaeſtionis nomen ex agmine interiret: ſed Hephaeſtionis chiliarchiam vocari voluit, &c. Certe Eumenem inter ductores equitum Alexandro mortuo, etiam *Arrianus in Excerptis Photianis ſub initium* recenſet. Utcunque fuerit, octo annos ei alae praefuiſſe, vix crediderim. Sed nec vulgata lectio placet, quippe neſcio quomodo inconvenientius paullo videtur, dicere *in his* (tredecim) *annis* uni alae praefuiſſe, qui ſolum *noviſſimo tempore* praefuit. Addidiſſet *Nepos*, quot annis praefuerit, aut ſaltem dixiſſet, *aliquandiu* praefuiſſe. *Reineſius* editam lectionem tuebatur ob ἥρειν *cap.* 1, 6. Cum enim *Nepos* alam, cui praefuiſſet Eumenes *noviſſimo tempore* commilitii Alexandri, *alteram* appellet; manifeſte, inquit, inſinuat, jam ante iſtam, annis prioribus, rexiſſe alam, eoque hanc alam aliam eſſe ab illa. Adde quae diximus ad eum locum. Sed oſtendimus ibidem, *alterae* idem eſſe ac alterutri. Libens itaque amplector ſcripturam mſc. codicis bibliothecae Leidenſis: *in his unum eq. alae praef. Unum*, ſc. annum. Quae vox compendio exarata, ab exſcriptoribus facile aliter inflecti, h. e. *I.* ſive nota unitatis in *uni*, propter continens *alae*, mutari potuit. Mſ. Boecl. aberat vox *equitum*. Boſius. Pro *uni* Leid. m. & Voſſ. A. *unum*.

1 *Macedonum perjurio*] A quo ipſe ſibi poſtea metuit Antigonus; quare eos callida ratione ſeparavit & quaſi ex oculis amovit. *Polyaenus lib.* 4 *in Antigono, Comm.* 15. Ἀντίγονος τοὺς ἀργυράσπιδας, οἳ τὸν Εὐμένη δεσμώτην αὐτῷ παρέδωκαν, ἐτίμησε δωρεαῖς. Τὸ δὲ ἄπιστον αὐτῶν φυλαττόμενος, χιλίους μὲν αὐτῶν ἔδωκε συμμάχους εἶναι Σιβυρτίῳ τῷ σατράπῃ τῆς Ἀραχωσίας. Τοὺς δ' ἄλλους εἰς ἄλλα χωρία φρουροὺς διέπεμψεν ἐχυρὰ καὶ δύσβατα, ἵνα φρουρὰν αὐτοὶ τὴν χώραν ἔχωσιν. διὸ ταχέως ἀφανεῖς πάντες ἐγένοντο. Pari in proditores diffidentia fuit Lycus dux Lyſimachi, qui principem piratarum Mandronem (*Polyaenus* vocat *Andronem*) cujus perfidia Epheſum ab Aenetо Demetrii Praetore cuſtoditam acceperat, promiſſis quidem praemiis affecit; ſed protinus faceſſere urbe juſſit, ſcelus perfidiae in priores ſocios formidans. *Polyaenus lib* 5. *Frontinus* 3, 3, 7. Proinde veriſſimum eſt, proditionem gratam acceptamque eſſe; ipſos proditores viles atque inviſos. Tacitus 1. Annal. 58. *Proditores etiam iis, quos anteponunt, inviſi ſunt.* Julius Capitolinus in Maximinis c. x1. *Tycus dormiens domi ſuae ab uno ex amicis ſuis interfectus eſt, qui ſibi doluit illum eſſe praepoſitum, Macedonico nomine, qui eum Maximino prodidit, quique caput ejus ad Imperatorem detulit. Sed Maximinus primo ei gratias egit, poſtea tamen, ut proditorem, odio habuit.* Ammianus 21, 13. *Gumoarium proditorem antiquum timens,*

lem habuit exitum vitae. [1] In quo quanta fuerit omnium opinio eorum, qui poſt Alexandrum Magnum reges appellati, ex hoc facillime poteſt judicari, [2] quod
3 nemo Eumene vivo rex appellatus eſt, ſed praefectus:
[3] iidem poſt hujus occaſum, ſtatim regium ornatum
[4] nomenque ſumſerunt: neque, quod initio praedicarunt,

mens, quem cum ſcutarios regeret, latenter prodidiſſe Veteranionem ſuum Principem audiebat. Neque ſolum ſuſpecti atque inviſi proditores; ſed etiam crebro poſt peractum ſcelus cum cruciatu enecti fuerunt. Fl. Vopiſcus in D. Aureliano cap. 23. *Sed Aurelianus duo ſtatim praecipua, quorum unum ſervitutem oſtenderet, alterum lenitatem; ex imperatoria mente monſtravit. Nam & Heraclammonem proditorem patriae ſuae ſapiens victor occidit.* Diodorus lib. 16. Ἡ μὲν ἂν Σιδὼν διὰ τοιαύτης προδοσίας ἐγένετο ὑποχείριος τοῖς Πέρσαις. Ὁ δὲ βασιλεὺς ὑπολαβὼν τὸν Τέννην μηκέτι χρήσιμον ὑπάρχειν, ἀνεῖλεν. Polyaenus lib. 4. in Lyſimacho comm. 2. Λυσίμαχος ἀμφιπόλεως κρατήσας Ἀνδραγάθου προδόντος, πολλὰ καὶ μεγάλα χαρισάμενος αὐτῷ, μείζονα δὲ ὑποσχόμενος, ἐὰν εἰς τὴν Ἀσίαν αὐτῷ συναποδημήσῃ. Ἐπεὶ δὲ πρὸς ταῖς Θρᾳκίαις πύλαις ἐγένετο, οὐ μόνον πάντα ὅσα ἐτύγχανεν ἔχων, ἀφείλετο, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν βασανίσας ἀπέκτεινε. Coronidis loco inquirendum eſt in verum nomen ejus Satrapis, qui Arachoſiis tunc praeerat, & cui mille Argyraſpidum ſuppetias miſſi. A *Polyaeno*, ut vidimus, appellatur Σιγύρτιος. Diodorus lib. 19. Σιβύρτιος μὲν, inquit, ὁ τῆς Ἀραχωσίας ἡγούμενος παρείχετο πεζοὺς μὲν χιλίους. Propius ad verum, & unde de vitio liquet lectionis apud *Polyaenum*: τῆς Ἀραβίας. *Plutarchus* quoque corruptus hoc in nomine eſt. Τοὺς Ἀργυράσπιδας παρέδωκεν Ἰβυρτίῳ τῷ διοικοῦντι τὴν Ἀραχωσίαν. Neque non & *Arrianus* (*lib. 6. de rebus Alex.*) Θόαντα δὲ σατραπεύειν τῶν ταύτῃ ἔταξε. Τούτου δὲ νόσῳ τελευτήσαντος, Σιβίριος τὴν σατραπείαν ἐκδέχεται. Legendum apud iſtos omnes Σιβύρτιος. Fundum habeo hujus correctionis Q. Curtium 9, 10, 20. *Propoſito igitur* (inquit) *regioni Sibyrtio* (*namque Memnon praefectus ejus nuper interierat morbo*) *in Carmaniam ipſe proceſſit.* Sciendum autem eſt *lib.* 7, 3, 7. Memnonem a Rege Arachoſiis praetorem datum, quatuor millibus peditum & ſexcentis equitibus in praeſidium relictis. Praeterea *Diodorum* ipſum, apud quem hujus purpurati nomen integrum reſtitit *lib.* 18. Καὶ Σιβυρτίῳ μὲν ἔδωκεν Ἀραχωσίαν καὶ Κεδρωσίαν. Denique Juſtinum 13, 4, 22. *Arachoſii Gedroſique Sibyrtio traduntur.* Gebhardus. *Plutarcho* nomen id reſtituit etiam *Bongarſius ad Juſtin l. c. Arriano*, apud quem & *lib.* 5. incorruptum exſtabat, *Nic. Blancardus.* Boſius.

2 *Talem habuit exitum vitae*] Phraſin hanc inluſtrat Cortius ad Salluſt. Catilin. cap. 11. n. 4.

1 *In quo quanto fu.*] Sic habent edd. ante *Lambinum* vulgatae. Etiam Mſ. Boecl. *in quo quanto fu.* Sed *Lambinus* correxit: *De quo.* quem ſequuti ſunt reliqui. Ego veterem lectionem loco movere nolui. Sic

fere

carunt, ſe Alexandri liberis regnum ſervare, id prae-
ſtare voluerunt; & uno propugnatore ſublato, quid
ſentirent, aperuerunt. Hujus ſceleris principes fue-
runt Antigonus, [5] Ptolemaeus, Seleucus, Lyſima-
chus, [6] Caſſander. Antigonus autem Eumenem 4
mortuum [7] propinquis ejus ſepeliendum tradidit. [8] Hi
mi-

ſere & cap. 12, 2. loquutus: *in quo uno eſſet tantum.* Statim Mſ. Boecl. *omnium hominum opinio eorum.* Sed τὸ *hominum* e varia lectione in textum irrepſit. Norunt qui ſcriptos codices tractarunt, duas illas voces crebro invicem permutari. *Boſius.* Omnes mei Codices *in quo.* Mox pro *facile*, quod in Ed. Hack. legitur, iidem *facillime.*

2 *Quod nemo Eumene vivo rex appell.*] *Juſtinus* 15, 2, 14 hoc eos non Eumenis, ſed potius *verecundiae* gratia feciſſe ait. *Magius.* Quia ipſe Eumenes rex erat, quare a Suida vocatur βασιλεὺς Μακεδόνων. Et paullo poſt. ἀνὴρ, ἐν μὲν τοῖς πολεμικοῖς ἄριστος δεύτερος τῶν κατ' αὐτὸν βασιλέων γενόμενος. Vide ibidem plura. *Ernſt.* Ridiculum eſt idcirco id factum dicere, *quia ipſe Eumenes rex erat.* Nunquam enim fuit. *Suidas* ita vocat, fateor: ſed cum confudiſſe hunc noſtrum cum Attali Filio, rege Pergami, jam *ad c.* 1, 2. monuimus. Ceterum hunc locum expreſſit *Ampelius* ubi de Eumene: *adeo terribilis, ut vivente eo nemo auſus ſit rex appellari* Boſius.

3 *Iidem poſt h. o.*] Mſc. Leid. *Sed h. o.* mox mſc. Boecl. & q. edd. *praeſtare vol.* omiſſo *id.* In eod. mſc. in *principibus ſceleris* deeſt nomen *Antigoni.* Pro *Principes* mſc. Schotti *participes*, ejus judicio non male. Sed plures participes ſceleris hujus fuiſſe, apparet e ſuperioribus. *Boſius.* Voſſ. B. *Eidem.* & τὸ *id* ante *praeſtare* abeſt etiam meo Leidenſi. Pro *aperuerunt* Voſſ. A. & B. *apperuerunt.* Voſſ. A. Pro *principes*, *participes.* Sed in Marg. *al. principes.*

4 *Nomenque ſumpſerunt*] Curt. l. 4. cap. 4. *Ille cujus nomen ſumpſiſti Darius.* Gebhardus.

5 *Ptolemaeus, Seleucus, Lyſimachus*] V. ſupra ad 8, 10, 3. *Boſius.*

6 *Caſſander*] Antipatri F. Cariae praefectus, qui patre mortuo, bellum geſſit adverſus Polyſperchontem, Macedoniae, nomine liberorum Alexandri, praefectum. *Lambinus.* Voſſ. B. *Caſſandrus.*

7 *Propinquis*] Τοῖς οἰκείοις. ſine cauſſa reponit Lamb. *amicis.* ſicut & *cremaverunt* loco τὸ *humaverunt* Qui ſi attendiſſet, quae Doctiſſimus Magius monuiſſet; eo temeritatis non fuiſſet prolapſus. *Gebhardus. Plutarchus*: τὸ δὲ σῶμα τοῖς φίλοις παραδοὺς ἐπέτρεψε καῦσαι. E quibus verbis *Lambinus* mallet legi, *amicis ejus ſep trad.* invitis libris, & nulla neceſſitate. *Boſius.*

8 *Hi militari hon. fun.*] *Lambinus* & alii: *qui eum militari honeſtoque fun.* Ed. Colon. *hi militari honeſtoque fun.* Ut nos, edidit Boeclerus, fide, ut arbitror, ſui codicis. *Boſius.* Voſſ. B. etiam omittit conjunctionem. Ad Datamis vitam cap. 3. n. 2. jam oſtendi ſaepius duo Adjectiva ἀσυνδέτως uni ſubſtantivo adponi. Conſule etiam Tib. Wopkens lib. 2.

militari honeſto funere, comitante toto exercitu, [1] humaverunt: oſſaque ejus [2] in Cappadociam, [3] ad matrem atque uxorem liberosque ejus deportanda curarunt.

Lect. Tull. cap. 6. pag. 152.

1 *Humaverunt*] Quoniam *Diodorus* ac *Plutarchus* corpus Eumenis crematum fuiſſe ſcribunt, idcirco *Lambinus* legi vult *cremaverunt*. quod etiam *Magius* olim in mentem ſibi veniſſe ait, auctoritate *Plutarchi* inducto, & quod abſurdum ei videretur, humato Eumene, oſſa fuiſſe in Cappadociam remiſſa. Sed is tamen rejicit hanc conjecturam, quod animadverterat, Nepotem verbo *humare* improprie pro *ſepelire* uſum. *Sepultos* autem dici quoquo modo conditos, etiam crematos, poſtquam cineres collecti eſſent, e *Plinio N. H.* 7, 54. *Gellio* 10, 8. auctore *de viris illuſt. c.* 45. & *Valerio Max.* 5, 1. *ext.* 6. oſtendit. idemque nuper nube exemplorum evicit *Giſb. Cuperus*, *Obſervationum lib.* 1, *cap.* 7. Nulla igitur mutatione opus. *Boſius.* Recte hunc locum cepere Viri Docti Cuperus & Boſius, nam verbum *humare* per praecedens verbum *ſepelire* explicandum, ut apud Homerum Odyſſ. μ. vſ. 12. verbum θάπτειν per ſequens verbum καίειν.

ΘΑΠΤΟΜΕΝ ἀχνύμενοι θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέοντες.
Αὐτὰρ ἐπεὶ νεκρός τ' ΈΚΑΉ, καὶ τεύχεα νεκροῦ.

Ceterum *ſepelire* h. l. ponitur pro *cremare*. Ut Juſtino lib. 15. cap. 2. *Corporaque eorum terra obrui, ne caedes ſepultura proderetur.* hinc *ſepulcra* pro buſtis, rogis. Conſule Hottemann. ad Ciceron. 5. in Verrem cap. 36. & J. Arntzenium ad S. A. Victorem de Vir. Ill. cap. 35. n. 11.

2 *In Cappadociam*] Mſ. Boecl. *in Cappadocia.* corrupte. *Boſius.* Sic etiam Voſſ. B.

3 *Ad matrem atque uxorem &c.*] *Diodorus*: πρὸς τὰς οἰκείας. *Plutarchus*: Τῇ γυναικὶ καὶ τοῖς παισί. *Lambinus.* De more ad propinquos mittendi occiſorum cadavera, *Kirchmannum* adi *appendice de funer. Rom. cap.* 4. Boſius. Juſtinus lib. 9. cap. 15. *Athenienſibus, quos paſſus infeſtiſſimos fuerat, & captivos gratis remiſit, & bello conſumptorum corpora ſepulturae reddidit; reliquiasque funerum ut ad ſepulcra majorum deferrent, ultro hortatus eſt.* Haec enim cauſſa eſt, cur reliquiae ejus in Patriam ad matrem uxoremque remiſſae ſint. Vide ad cap. 4. hujus vitae in fine de Cratero.

XIX. PHO-

XIX. PHOCION.

CAP. I.

[1] PHOCION ATHENIENSIS, [2] etſi ſaepe exercitibus praefuit, ſummosque magiſtratus cepit; tamen multo ejus notior [3] integritas vitae, quam rei 1.

DE PHOCIONE vide *Plutarchum in vita*, & alibi: *Aeſchinem de falſa legat*, *Athenaeum* 10. *Aelianum ſaepius*. *Diodorum* 18. *Polyaenum* 3. *Suidam*. *Valerium Max.* 3, 8. *ext.* 2. Boeclerus. Phoci filius. Suidas in Φωκίων. *Ernſtius*.

1 *Phocion*] *Lambino* ſemper *Phocio*

PHOCION



ſcribitur: ſed melius aliis *Phocion*, ut *Cimon*, *Conon*, *Timoleon*. Phoci filium, τὸ φώκου, vocant *Aelianus Var.* 2, 26. & *Suidas*. Cochlearii filium, idem *Aelianus* 12, 43. Boſius.

2 *Etſi ſaepe*] Quadragies & quinquies, auctore *Plutarcho*. Lambinus. Mſ. *etſi ſaepe*. ſcriptor *perſaepe*, opinor, voluit. *Boeclerus*. Niſi tamen mendum eſt, inde natum, quod librarius, cum ob feſtinationem priore ſyllaba vocis *ſaepe* omiſſa, poſteriorem exarare coepiſſet, *p.* litteram non delevit. *Boſius*.

3 *Integritas vitae*] Qua *inſtructiſſimum* fuiſſe, ſcribit *Valerius Max.* 5, 3. *ext.* 3. Boſius. *Eſt* abeſt a Leidenſi meo & Voſſ. A. B. Salluſt. B. Catilin. cap. 54. n. 2. *Caeſar beneficiis ac munificentia magnus habebatur*, integritate *vitae Cato*. ubi vide Gortii notas, qui vocem *labor* inluſtravit ad caput 7. ejuſdem Belli n. 4.

rei militaris labor. Itaque [1] hujus memoria eſt nulla, illius autem magna fama: ex quo cognomine [2] Bonus eſt appellatus. [3] Fuit enim perpetuo pauper, quum [4] divitiſſimus eſſe poſſet propter frequentes delatos honores, poteſtatesque ſummas, quae ei a populo [5] dabantur.
3 Hic quum [6] a Rege Philippo munera magnae pecuniae repudiaret, legatique [7] hortarentur accipere, ſimulque admonerent, ſi ipſe his facile careret, [8] liberis tamen ſuis proſpiceret, quibus difficilo

1 *Hujus Memoria eſt nulla*] Immo multas ejus res militiae geſtas, & functiones imperatorias commemorat *Plutarchus in Phocione*; & ejus uxor ornamenta ſua dicebat eſſe viri ſui conſilia factaque imperatoria, ut tradit *Plutarchus ibid.* & refert *princ. libelli περὶ γυναικῶν.* Sed, ut ait idem *Plutarchus*, cum Phocionis virtus eſſet nacta adverſariam gravem & violentam, temporum inclinationem; illam res adverſae Graeciae obſcuram & minus illuſtrem, minusque glorioſam reddiderunt. Quod idem de magnis & praeſtantibus viris hodie queri licet: quorum virtus, & ſapientia, & animi magnitudo, & doctrina, obſcura atque incognita eſt, propter iniquitatem temporum doctrinae & virtuti infeſtorum. *Lambinus.* Reſpicit *Nepos* aetatem ſuam, qua Phocion tantum ob morum bonitatem notus erat; rerum bello ac pace geſtarum nomine obſcurus. Dein non raro fit, ut in bono viro una virtus praelucens caeteras, ſi non obruat, ſaltem fama anteeat. Exemplum praebet Ariſtides. *Gebhardus.*

2 *Bonus eſt appellatus*] Suidas loco cit. ait χρηστὸς ἐκαλεῖτο κατὰ ψῆφον ἐν ἐκκλησίᾳ. *Ernſtius.* Praeter Plutarchum in *Phocione*, & *lib. de muſica*, & *Suidam*, *Valerius* 8, 3, 2. Savaro. Miratur *Plutarchus*, quo pacto vir tam aſpera triſtique natura cognomen χρηςȣ̃ (ſic enim Graece vocatus fuit) conſequutus ſit. Sed reſpondet mox ipſe ſibi. adi *Buchnerum in acceſſ. ad Theſ. Fabri. v. Bonus.* Boſius.

3 *Fuit enim perpetuo pauper*] Paupertatem enim quaſi praecipuum aliquod virtutis decus & argumentum excoluit. Auctor *Plutarchus.* Idem in *lib. de cupidit. divitiarum*, frugalem parcamque menſam habuiſſe dicit. *Athenaeus* 10, 3. frugaliſſime vixiſſe refert. *Magius.*

4 *Divitiſſimus*] Sic e ſuo cod. legit *Giſanius Ind. Lucret. v. divitior.* ſequutusque, ut videtur, *Lambinus* eſt. quomodo Cicero 1. de divin. 36. *divitiſſimum fore praedictum eſt.* Et 2. offic. 17. *Mamerco homini divitiſſimo*; uti quidem eum locum e vet. cod. emendavit *Car. Langius.* Uſus & *Sidonius* 4. *epiſt.* 3. Sic *divitior* apud eundem, itemque *Plautum*, *Lucretium*: *Terentium*, *Calpurnium*, *Martialem*, *Tacitum* occurrit: ut jam obſervatum *Voſſio de analogia* 2, 25. *Bangio p.* 191. & *Pareo in Lexico Critico.* Boſius. Sch. is Voſſianus A. *divitiſſimus.*

5 Di

cile eſſet in ſumma paupertate tantam paternam tueri gloriam: [1] his ille: ſi mei ſimiles erunt, idem hic; 4
inquit, agellus illos alet, qui me ad hanc dignitatem perduxit: [2] ſin diſſimiles ſunt futuri, nolo, meis inpenſis illorum ali augerique luxuriam.

CAP. II.

Eidem quum prope ad annum octogeſimum proſpera 1
[3] perveniſſet fortuna, extremis temporibus magnum [4] in odium pervenit ſuorum civium. [5] Primo quod

5 *Dabantur*] Sic Mſſ. & editi veteres; itaque locutus eſt ſupra 16, 1, 3. *Mandabantur*, quod in aliis legitur, *Lambini* audaciae debetur. *Boſius.*

6 *A rege Philippo*] Ab Alexandro C. talenta argenti ad ſe miſſa accipere uoluiſſe Phocionem, tradunt *Plutarchus in vita* & in *apophth. Imperatorum*: *Aelianus* 11, 9. ſed quae de liberis heic adduntur, non memorant, Quare quae heic narrantur, fortaſſe diverſa ſunt ab illis. Philippus autem fortaſſis ille fuit, de quo infra *cap* 3, 3. Boſius. Vide Perizonium ad Aeliani locum.

7 *Hortarentur accipere*] i. e. ut acciperet, vel ad accipiendum. Hunc loquendi modum explicuere Cel. Perizonius ad Sanctii Minervam lib. 4. cap. 6 n. 5. Munkerus ad Hyginum fab. 27. & Eruditi Lipſienſes in Actis ſuis M. Aprilis A. 1731. pag. 189. Quomodo & Graecos locutos fuiſſe docet Perizonius ad Aelianum lib. 9. V. H. cap. 18. & ad lib. 14. cap. 38. & 43.

8 *Liberis tamen ſuis*] Reliqua de liberis Phocionis paullo aliter a *Plutarcho* referuntur, eaque non Alexandro, ſed Menyllo attribuuntur. *Lambinus.* Pro *careret* Voſſ. B. *curaret.*

1 *His ille*] Lambinus edidit: *hic ille.* Boſius.

2 *Sin diſſimiles*] Luxirioſi, intemperantes, libidinoſi, nequam. *Lambinus.*

3 *Perveniſſet*] Schoppius Mſſ. codicibus adjutus lib. 4. Veriſim. cap. 18. vult ſuo periculo legi: *Idem cum prope ad annum octogeſimum perveniſſet fortuna.* ſed credam ſcribere eum voluiſſe; *proſpera perveniſſet fortuna*: uti eſt in noſtro membranaceo codice. prior Boecleri editio habet: *proſpera manſiſſet fortuna.* Ernſtius. Sic plerique omnes Mſſ. itemque edd. Ven. Col. Pariſ. aliae. *Lambinus* cum aliis, *manſiſſet.* Rurſus alii, *permanſiſſet. Schoppius Veriſ.* 4, 18, legit: *Idem cum pr. ad a. o. pr. perveniſſet fortuna.* quod genuinum eſſe vix dubito. Pro *idem* facile ob ſimilitudinem irrepere potuit *eidem*, nam & infra *v.* 4. in codice Boecl. legebatur *eidemque poſtularet*, pro *idemque.* Boſius. Leid. & Voſſ. B. etiam *perveniſſet.*

4 *In odium pervenit*] Voſſ. B. *pervenit in odium.*

5 *Primo quod cum Dem.*] Reſtitui-

quod [1] cum Demade de urbe tradenda Antipatro conſenſerat: [2] ejusque conſilio Demoſthenes cum ceteris, qui bene de republ. mereri exiſtimabantur, [3] populiſcito in exſilium erant expulſi. Neque in eo ſolum offenderat, [4] quod patriae male conſuluerat, ſed etiam

τὸ *quod* auctoritate codicis Leid. (nam editis omnibus aberat) & favent, quae mox ſubjicit. mox Boecl *meriti exiſtim.* non male. *Boſius.* *meritι* Voſſ. A. non vero B.

1 *Cum Demade*] Cum quo ad Antipatrum legatus fuerat miſſus, vide *Diodor.* 18. & *Plutarchum*, prolixe iſta narrantes. *Boſius.*

2 *Ejusque conſilio*] I. e. eo adprobante: quia ſcilicet plus poterat Antipater, quam populus Athenienſis: neque aliter ſaluti civitatis conſuli poterat. *Lambin.*

3 *Populiſcito in exſil. er. expulſi*] Sic diſerte Mſ. Schotti, & ed. Ultraj. Etiam Leidenſis: *ſcito populi.* Et Nepos alibi hac voce uſus, quare & h. l. pro *plebiſcito* reponendam cenſui. vide ad 3, 1, 5. Reliqua Leid. ſic exhibet: *in exſilium erant miſſi & expulſi.* quae faciunt ut ſuſpicer, illa *in exilium* gloſſema eſſe, Nepotemque ſcripſiſſe: *populiſcito erant expulſi.* quomodo loquutus 3, 1, 5. ac fere & 7, 6, 2; 15, 6, 3. *Ejiciendi* verbo ſimiliter uſus eſt 2, 8, 1. & 7, 4, 6. Scilicet adſcripſerat aliquis margini vocis *expulſi*, interpretamentum, *in exilium erant miſſi.* quod poſtea in textum irrepſit. Sed exſcriptores alii, cum viderent alterutrum verbum abundare, abjecto ſpurio, genuinum retinuerunt, ſimulque partem gloſſae. *Boſius.* Pro *plebiſcito* Leid. m. *ſcito* Voſſ. B. *plebeſcito. in Exilium* agnoſcunt Leid. meus & Voſſ. A. item B. ſed qui pro *in exilium*, ſcribit *in exilio.* perpetua variatione. Ideoque delere non audeo.

4 *Quod patriae male conſ.*] Miror hoc a Probo, ſeu Nepote, ſcriptum eſſe. Quid enim Phocio faceret? unusne armis Antipatri obſiſteret? Praeterea jam Demoſthenes, & Hyperides, & ceteri, ante quam Antipater Atticae appropinquaret, poſt pugnam ad Cranonem, urbem Theſſaliae, ut tradit *Plutarchus*, ſeu ad Peneum fl. ut ſcribit *Diodorus*, commiſſam, ex urbe diſceſſerant populo diffidentes. Itaque abſentes, Antipatro jam victore, & armis plus valente, damnati ſunt. *Lambinus.* Haec & quae ſequuntur parum de integritate vitae Phocionis teſtantur, ob quam ſupra laudatus eſt. *Ernſtius.*

5 *Quod amicitiae fidem non praeſtiterat*] Sed nonne patriae jura, quam amicitiae, ſunt ſanctiora? praeterea, quaenam amicitia Phocionis cum Demoſthene intercedebat, niſi civilis, & ex ſocietate reip. adminiſtrandae nata? Promiſeratne Phocio Demoſtheni, ſe ejus cauſſa omnia facturum, etiam contra reip. utilitatem, & contra patriae ſalutem? illa vero non jam amicitia, ſed conjuratio in remp. fuiſſet. Praeterea profitebatur Phocio, ut teſtatur *Plutarchus apophth. reg. & ducum*, ſibi nihil eorum probari, quae ab aliis & fierent, & dicerentur. Poſtremo Demoſthenes cum dicendi

etiam, [5] quod amicitiae fidem non praeſtiterat. Nam- 3
que [1] auctus adjutusque a Demoſthene, [2] eum, quem tenebat, aſcenderat gradum, quum [3] adverſus Charetem eum ſubornaret: [4] ab eodem in judiciis, quum ca-

di finem faceret, ſurgente ad dicendum Phocione, dicere ſolebat familiaribus ſuis prope ſedentibus; *En verborum meorum bipennis*: auctor idem *Plutarchus in Phocione*. Idem iterum *in apophth. reg. & duc.* ſcribit, cum aliquando Demoſthenes Phocioni ita dixiſſet, *interficient te Athenienſes, ſi inſanire coeperint*: reſpondiſſe, *me quidem, ſi inſanire; te vero, ſi ſapere coeperint*. Ex quibus intelligere licet, non ita magnam Phocioni cum Demoſthene amicitiam interceſſiſſe, ut ea patriae caritatem ſuperaret. *Lambinus.*

1 *Auctus adjutusque*] Cl. Graevius in Lect. Heſiod. cap. 1. pag. m. 3. monſtraturus verbum *augere* aeque apud Latinos, ac apud Graecos αὐξάνειν pro ornare, evehere, uſurpari, citat adfirmandi cauſſa hunc Noſtri Auctoris locum hoc modo *Auctus ornatusque*. quae quidem verba conjungi ſolent, ut a Cicerone lib. 7. ad Fam. Ep. 17. *Semper te non modo tuendum mihi, ſed etiam* augendum *atque* ornandum *putavi*. Sed quia neſcio, qua auctoritate id fecerit Ultrajectinum illud Decus, nihil hic mutare ſuſtineo, praeterquam quod omnes vulgatam tueantur lectionem. Quidquid tamen ſit, *auctus* recte explicat Vir Incomparabilis per *evectus, ornatus*. de qua ſignificatione multa congeſſere Nob. N. Heinſius ad Ovidium lib. 1. Faſtor. vſ. 677. & Cortius ad Salluſtium in Jugurtha cap. 86. n. 3. Verbum αὐξάνειν eodem modo pro evehere, augere quem honore, a Graecis adhiberi patet etiam ex Pindaro Od. Nem. 2. vſ. 24. —— Σὺ δ' ἀλκᾷ Παμμεγάλας πλάθυμος αὔξει. hinc pro μεγαλύνειν, αὔξειν. Vide Schol. Sophocl. Oedyp. Tyr. vſ. 1103. ac denique ad divinos honores transfertur a Callimacho H. in Dian. vſ. 34. ubi de hoc verbo plura Anna Fabri & ill. Spanhemius proferunt.

2 *Eum, quem tenebat, adſcenderat gradum*] Ad illud dignitatis faſtigium. Curtius lib. 6. cap. 66. *Sin autem in illo fortunae gradu poſitum etiam venerari neceſſe eſt.* Gebhard.

3 *Adverſus Charetem ſubornaret*] Unde haec ſumſerit Probus, conjicere non poſſum, niſi forte ex *Theopompo* aut *Timaeo* maledicentiſſimis hominibus, ut hic ſcriptor fatetur 7, 11, 1. Nam ii, quos *Plutarchus* ſecutus eſt *in Phocionis vita*, nihil tale de Phocione, quod ſciam, ſcripſerunt. Quin *Plutarchus in apophthegm. reg. & duc.* refert contra haec, Phocionem aliquando in Charetis locum a populo ſuffectum & ſubſtitutum imperatorem fuiſſe. *Lambinus.*

4 *Ab eod. in judiciis defenſus*] Eadem ſors & M. Tullii, Oratorum Latinorum principis, quia C. Popillio Laenate, quem parricidii reum defenderat, interfectus eſt, M. Antonio praemio pro tam impio flagitio ſuppeditante HS. decies centena millia. *Appianus, Plutarchus & Valerius Max.* 5, 3. Schott. Omnes

capitis cauſſam diceret, defenſus, aliquoties [1] liberatus diſceſſerat. Hunc non ſolum in [2] periculis non de-
4 fendit, [3] ſed etiam prodidit. Concidit autem maxime uno crimine: [4] quod, quum apud eum [5] ſummum eſſet imperium populi, & Nicanorem Caſſandri praefectum inſidiari [6] Piraeeo Athenienſium [7] a Dercyllo mo-

mei *aliquotiens* pro *aliquoties*.

1 *Liberatus diſceſſ.*] Nihil hac de re me legere memini. *Lambinus.*

2 *Periculis*] Vorſtius ad Valerium Maximum lib. 6. cap. 4. §. 4. pro judiciis, accuſationibus h. l. ſumi docet, quo ſenſu ſaepius a Cicerone uſurpatur. Vide Giſanium in Obſerv. in l. l. pag. 69.

3 *Sed etiam prodidit*] Non eſt hoc *amicum prodere*, ſi amicum tuum a potentiore aliquo oppreſſum tueri & ſervare non poſſis: aut ſi, cum ſervare coneris, te non ſolum inanem operam ſumere, ſed etiam tibi, & reip. periculum ſtruere videas, eum non liberare. Quid enim erat, quod Phocio praeſtare poſſet? plus poterat Antipater, quam totae Athenae, nedum Phocio. alia conditione cum Antipatro transigi, & bellum componi non poterat, niſi dederetur Demoſthenes, & ceteri oratores, nihil aequi ab Antipatro poterat impetrari. Ille leges, quales ejus libido ferebat, non quales humanitatis ratio, aut Athenienſium dignitas poſtulabat, civitati imponebat. eas ſubire, & perferre neceſſitas cogebat. aequa poſtulabant Athenienſes: ſed arma Antipatri plus valebant, quam aequitas & Athenienſium poſtulatio. Praeterea quid erat, cur Demoſthenem Phocio defendere conaretur; ſi Demoſthenes ipſe ſibi deerat? ſi ſe ipſe deſerebat, ſuamque ipſe ſalutem prodebat? Nam Demoſthenes, & ceteri oratores, antequam Antipater Atticae appropinquaret, poſt ejus victoriam ad Peneum & Cranonem partam, ſeſe ex urbe ſubduxerant, ſalute ſua deſperata. Quod ſi quis dicat, defendi abſenteis a Phocione debuiſſe, nec Phocione tacente a populo damnari: eodem revolvemur. Non poterat Phocio unus civitatis paene ſubactae civis, Antipatro victore, armaque & vim intentante, & Demoſthenem cum minis expoſcente, multaque alia iniquiſſima poſtulante, atque adeo imperante, quo minus imperata faceret civitas, recuſare, nedum prohibere. *Lamb.*

4 *Quod quum*] Sic Mſc. Boecl. Reliqui: *quia quum.* ſtatim idem cod. *eidemque poſtul.* & *huic aud. pop.* Alii *hinc, aud. pop.* quod eſſet, a Nicanore. *Boſius.* Voſſ. A. & B. *quia cum.* Leid. m. *quod cum.* Mox pro *Piraeeo* Leid. m. *Pireo.* pro *Dercyllo*, *Dercilo.* Pro *idemque* Leid. & Voſſ. A. B. *eidemque.* pro *Hic* Iidem Codices *huic.*

5 *Summum imperium populi*] *Plutarchus:* στρατηγὸς καὶ ἄρχων. *Lamb.*

6 *Pyraeeo Athenienſium*] *Lambinus* ait, videri legendum *Pyr. Ath. portui*, vel delendum τὸ *Athenienſium.* nil tamen mutare ſe auſum. Rem ipſam prolixe refert *Plutarchus.* Boſius.

7 *A Dercyllo*] Quem regis Anti-

patri

moneretur: idemque poſtularet, ut provideret, ne
commeatibus civitas privaretur: hic, audiente po-
pulo, Phocion negavit eſſe periculum, ſeque ejus
rei obſidem fore pollicitus. [1] Neque ita multo poſt 5
Nicanor Piraeeo eſt potitus. [2] ad quem recuperan-
dum quum populus armatus concurriſſet: ille non mo-
do [3] neminem ad arma vocavit, ſed ne armatis qui-
dem

patri nomine, Attica tunc regio praefectum habebat. *Magius* e *Plutarcho*. Boſius.

1 *Neque ita multo poſt Nicanor*] Sed feſellit Phocionem Nicanor potius, quam Phocio populum Athenienſem. Ita enim ſibi perſuaſerat Phocio, tantamque Nicanori fidem habebat, eum nihil contra Athenienſeis facturum, ut, cum multi Nicanorem apud Phocionem arguerent, & criminarentur, eum Piraeeo oculos adieciſſe, inſidiasque comparare, & milites externos in Salaminem transmittere, & nonnullos eorum, qui in Piraeeo habitabant, corrumpere: hos ſermones excuſſerit, atque adeo excluſerit, neque crediderit. *Lambinus.* Locus hic abſque ulla difficultate per παρενθήκην ita legitur. *Neque ita multo poſt Nicanor Piraeeo eſt potitus (ad quem recuperandum cum populus armatus concurriſſet: ille non modo neminem ad arma vocavit, ſed ne armatis quidem praeeſſe voluit] ſine quo Athenae omnino eſſe non poſſunt.* Ernſtius.

2 *Ad quem recuperandum, &c.*] In Mſſ. fere legitur ut expreſſimus. Sed illa, *ſine quo Athenae &c.* jam olim trajecta nonnullis viſa. Itaque *Longolius* & *Magius*, paucis immutatis, ſic legebant: *ad quem recuperandum (quod ſine eo Ath. omn. eſſe non poſſent) cum populus &c.* Edd. Gebh. & Keuch. ſic ordinant: *ad quem recuperandum (ſine quo Ath. o. e. n poſſint) cum pop &c.* Vir ſummus olim tentabat: *Neq. i. m. p. N. P. eſt potitus ſine quo Ath. omn. eſſe non poſſunt, ad quem recup.* Fateor, hoc minime omnium coactum eſſe. Fortaſſe tamen nihil loco ſuo movendum eſt. Sive enim haec verba uſque ad illa, *ſine quo &c.* parentheſi cum *Ernſtio* includas: ſive omiſſa ea, illud *ſine quo* ad remotius nomen referri dicas, nihil inſolens Latinis ſcriptoribus adfirmabis. vide quae diximus ad 16, 3, 2. & 17, 4, 8. quibus nunc addo locum Flori 3, 11, 10, 11. huic noſtro plane geminum: *Filium ducis* (Craſſi) *paene in conſpectu patris eisdem telis operuere. Reliquiae infelicis exercitus, quo quemque rapuit fuga diſtractae, vix nuncium cladis retulerunt. Caput* EJUS *reciſum cum dextera manu, ad regem reportatum.* Boſius. Leid. & Voſſ. B. ponunt haec verba poſt *praeeſſe voluit.* ſed Voſſ. A. omittit.

3 *Neminem ad arma voc. &c*] *Plutarchus* vero ait, Phocionem tunc tumultuantem populum fruſtra conatum educere, & odio & contemtui omnibus fuiſſe. *Magius.* Propria locutio. vide Paſſerarium ad Propertium lib. 2. El. 25. vſ. 6.

Et

dem praeeſſe voluit. ſine quo Athenae omnino eſſe non poſſunt.

CAP. III.

1 Erant eo tempore Athenis duae factiones: quarum una populi cauſſam agebat, altera optimatum. in hac erat Phocion & Demetrius Phalereus. harum utraque Macedonum patrociniis [1] nitebatur. Nam populares [2] Polyſperchonti favebant: optimates [3] cum Caſ-

Et bene concordes triſtia ad arma vocat. Sic *ad arma vocantium clamor* Frontino lib. 1. Strat. cap. 9. Ex. 2. De formula *ad arma* conſule cl. Duker. ad Florum lib. 2. cap. 15. n. 9.

1 *Nitebatur*] Mſſ. Schotti, Leid. & Edd. Ultraj. ac Colon. *utebatur*. Boſius. Leid. m. Voſſ. A. B. *nitebatur*. Paullo ante pro *Phocion & Demetrius* Leid. m. *Phocion ac Demetrius*.

2 *Polyſperchonti*] Sic ſcribendum. Eſt enim Πολυσπέρχων Graecis, *Diodoro*, *Plutarcho*, *Arriano*, *Polyaeno*, fortaſſis & apud *Aelianum*. *Var.* 12. 13. pro Πολυσπέρχε legendum eſt Πολυσπέρχοντος. *Polyperchon*, quod hucuſque in omnibus edd. *Nepotis* & *Juſtini* (ſicut & alicubi in Mſſ. & edd. Graecis) legitur, nihili vox eſt: quemadmodum & *Polypercon* apud *Curtium*. Ceterum Polyſperchon filium Caſſandrum cum exercitu in Atticam miſerat; verbo, ut Nicanorem oppugnaret; re, ut urbem occuparet. Vide *Diodor.* 18. & *Plutarchum*. Boſius.

3 *Cum Caſſandro*] Antipatri filio. *Boſius*.

4 *A Polyſp. C. M. P. E.*] Voſſ. B *Polypercante Caſſandrus Macedonia pulsus eſt*.

5 *Populus ſuperior factus*] Polyſperchon enim legatis Graeciae civitatum promiſerat, libertatem iis, ſublata paucorum potentia ab Antipatro inſtituta, ſe redditurum: ratus hoc pacto Caſſandri res ſe labefacturum, multorumque benevolentiam ſibi comparaturum. Refert *Diodorus l. c.* Boſius.

6 *Duces adverſ. factionis*] Magiſtratus in oligarchia creatos: in quorum locum ſuffecti alii e maxime popularibus. *Diodorus*. Boſius.

7 *Patria pepulit*] *Propulit* Edd. Col. & Ultraj. & e Mſ. ſuo *Schottus*, probantibus *Gebhardo* & *Keuchenio*. Sed alteram lectionem facile tuetur ſimilis locus 3, 1, 3. Scriptum fuerat forſan, *ppulit*. Unde alii fecere *propulit*. Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. *propulit*. B. *perpulit*.

8 *In his Phocionem & Demetrium Phal.*] Plutarchus Callimedontem & Periclem vocat, qui ex urbe tum profugere, quique paucorum dominationi una cum Phocione faverunt, & Antipatro ac regibus ſtuduerunt, populi vero opibus ac potentiae adverſati ſunt. Vide Diod. Sic lib. 18. cap. 65. cum ſeq. & Plutarch. *Ernſtius*. De Demetrio ſilent *Plutarchus* ac *Diodorus*. adde notam *Ernſtianam*. Boſius.

9 *Deque eare legatos ad Polyſperch.*] Di-

Caſſandro ſentiebant. Interim [4] a Polyſperchonte Caſſander Macedonia pulſus eſt. quo facto [5] populus ſuperior factus, ſtatim [6] duces adverſariae factionis capitis damnatos [7] patria pepulit: [8] in his Phocionem & Demetrium Phalereum: [9] deque ea re legatos ad Polyſperchontem miſit, qui ab eo peterent, [10] ut ſua decreta confirmaret. [11] Huc eodem profectus eſt Pho- 3
cion. Quo ut venit, cauſſam [12] apud Philippum regem

Diodorus ac *Plutarchus* ſcribunt, Phocionem & reliquos confugiſſe ad Polyſperchontem: poſtea demum Athenienſes miſiſſe legatos, qui illum accuſarent. *Boſius.*

10 *Ut ſua decreta confirm.*] *Diodorus* Μετοχίαν αὐτοῖς δῶναι μετὰ τ' αὐτονομίας: Quaerit *Lambinus*, populine de Phocione & reliquis, an Polyſperchontis de libertate civitatibus reddenda, *decreta* intelligi debeant; vultque de poſterioribus accipi. Et favere videtur *Diodorus*, cum ait, Polyſperchontem puduiſſe ἐναντία πράττειν τοῖς ὑφ' ἑαυτοῦ γεγραμμένοις διαγράμμασι. Nil tamen prohibet populi decreta de tollenda oligarchia & damnatis magiſtratibus oligarchicis intelligi. *Boſius.*

11 *Huc eodem*] Q. edd. *Hic eodem.* non aeque eleganter. mox Col. & aliae: *profectus eſt & Phocion.* quod probo. *Boſius.* Leid. & Voſſ. A. B. *Hoc eodem.*

12 *Apud Philippum reg. verbo, reipſa quidem ap. Polyſperch.*) Philippum Aridaeum intelligit, Eurydices maritum, uxori & aliis monitoribus obnoxium. Suppeditat hic Princeps eximium vecordiae ac ſtuporis exemplum, quem penes tantum umbra nominis, penes uxorem aliosque vis atque imperium. Juſtinus 14, 5. *Interea Euridice, uxor Aridaei regis, ut Polyſperchonta* (ſic legendum) *a Graecia redire in Macedoniam cognovit, & ab eo arceſſitam Olympiadem, muliebri aemulatione perculſa, abutens valetudine viri, cujus officia ſibi vindicabat.* Non video autem cauſſam, cur mutato ordine malit *Schottus*; *Cauſſam apud Philippum verbo quidem: reapſe apud Polyperch.* Gebhardus *Lambinus* Alexandri filium e Roxane vult intelligi. ſed vide quae adnotavimus ad cap. 6, 2. *Boſius.* Loquendi modum inluſtravit Cel. Cortius ad Ciceron. lib. 1. ad Fam. Ep. 4. n. 4. Eodem modo Graecis λόγος & ἔργον obponuntur. Sophocl. Ajac. vſ. 824. & Electr. vſ. 59. ac alibi ſaepius. Eurip. in Phoeniſſ. 392. & in Alceſt 339. Herodot. l. 4. cap. 8. Plura in primis ad Auctorem noſtrum illuſtrandum facientia dedit Doctiſſimus Elſnerus in Epiſtol. Paulli ad Coloſſ. cap. 2. comm. 23. Hinc contra homines certi, qui dicta factis ſtatim confirmant, dicuntur τοῖς ἔπεσι τὰ ἔργα παρεχόμενοι ἕτοιμα. Vide Herodotum lib. 2. cap. 135. & 157. Haud diſſimiles locutiones occurrunt apud Poetas de Diis tam fidis ac potentibus, ut, quidquid cogitent, dicant, promittantve, ſimul cum dicto perficere velint ac poſſint. πάρεισι δ' ἔργοι, ὡς ἔπος

gem verbo, reipſa quidem apud Polyſperchontem juſſus eſt dicere. namque is tum [1] regis rebus praeerat.
2 [2] Hic (quum) ab Agnonide accuſatus (eſſet,) quod Pyraeeum (Nicanori) prodidiſſet: [3] ex conſilii ſententia [4] in cuſtodiam conjectus, [5] Athenas deductus eſt, ut ibi de eo legibus fieret judicium.

CAP. IV.

1 [6] Huc ubi perventum eſt, quum propter aetatem pedibus jam non valeret, [7] vehiculoque portaretur,

πο &c. de quibus latiſſime diſputavit Ill. Spanhemius ad Callim. H. in Jovem. vſ. 87.

1 *Regis rebus praeerat*] Curator regni & adminiſtrator erat. *Lambinus.*

2 *Hic quum ab Agnonide accuſ. eſſet*] *Giſanius Ind. Lucr.* voce *ſententia* e ſuo cod. legit. *Hic ab Agnone accuſatus.* Etiam Schedae Schotti: *Hic ab Agnonide accuſatus. Agnone* etiam in Boecl. & aliis codd. fuit. Apud *Plutarchum* tamen ſemper *Agnonides* vocatur. mox τὸ *Nicanori* aberat cod. Giſanii. *Boſius.*

3 *Ex conſilii ſententia*] Savaro *ex conſimili ſententia*, fulcitque interpretatione. Nolim hactenus admiſſam ſolicitari lectionem. *Gebhardus.* Sic primus, ut arbitror, emendavit e cod. ſuo *Giſanius l. c.* ſequutusque *Lambinus* & reliqui. Etiam Sluiskenii codicem ſic legere, teſtis *Keuchenius.* Mſ. Boecl. *& conſimili ſententia.* Ante *Lambinum* vulgatae etiam Brixienſis, quemadmodum & nupera quaedam edd. & Mſſ. Savaronis, *ex conſimili ſententia*, habent. *quae lectio*, inquit *Savaro*, *non rejicienda videtur, & hac mente accipi poteſt: conſimili ſententia, qua antea Phocion in carcerem conjectus & in exſilium erat expulſus, iterum reus proditionis actus in carcerem conjectus eſt.* Sed quis non videt, haec valde coacta eſſe? Et fatetur ipſe, *Lambini* lectionem praeterquam quod juvetur concepta decernendi formula, *de conſilii ſententia*, quae apud *Magnonem in libro notarum* & *Ciceronem* legitur; etiam more Athenienſium comprobari, quem innui vult 18, 12. 1. & 3. Sed iſta quidem loca Macedonum potius, quam Athenienſium, morem innuunt: *ἡμῶν* tamen Noſtri firmant; magis vero tuentur loca *Ciceronis* a *Lambino* adducta. adi Ind. v. *conſilium.* Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. *ex conſilii ſententia.* B. *& conſimili ſententia.*

4 *In cuſtodiam conjectus*] In Pauſania cap. 3. n. 5. & alibi dixit *in vincula publica conjectus*, ubi vide Gebhardi notas. Quomodo & *in carcerem conjici* proprie dicitur. Hanc phraſin inluſtravere Cl. Cort ad Sall. Catil. c. 42. n. 3. & Arntzenius ad S. A. Victorem de Vir. Illuſtr. cap. 1. n. 2. & ad cap. 24. n. 5.

5 *Athenas deductus*] Ut ſcil. cauſſam capitis diceret. Vide *Diodorum l.* 18. & *Plut. in Phocione.* obiter obſervabis, reos honoratiores Athe-

nas

retur, magni concurſus ſunt facti: quum alii, reminiſcentes veteris famae, aetatis miſererentur; plurimi vero [1] ira exacuerentur, propter proditionis ſuſpicionem Piraeei: maximeque, quod adverſus populi commoda in ſenectute ſteterat. Qua de re [2] ne peroran- 2
di quidem ei data eſt facultas, & dicendi cauſſam. Inde judicio [3] legitimis quibuſdam confectis damnatus; traditus eſt [4] undecim viris, quibus ad ſupplicium, more Athenienſium, publice damnati tradi ſo-

nas miſſos fuiſſe, ut magiſtratibus traderentur, utque, legitimis confectis, aut abſolverentur, aut addicerentur, quod & apud Romanos invaluit. v. *not. ad Sidon. ep. 7. lib. 7.* Savaro.

6 *Huc ubi perventum*] Voſſ. A. *Huc perventum.*

7 *Vehiculoque portaretur*] *Plutarchus*: ἐφ' ἁμάξαις κομιζομένων αὐτῶν. hic tamen non propter infirmitatem pedum ſic vectos ſignificat, ſed contumeliae cauſſa. *Lambinus.* Alioqui invalidi debilesque ſellis geſtatoriis ad locum ſupplicii ferebantur. Ammianus 29, 2. *Nullo contacti delicto, promiſcue juvenes aliique membris omnibus capti ad ſupplicia ſellis geſtatoriis ducebantur.* Gebhardus.

1 *Ira exacuerentur.* Verbum hoc inluſtravit Cel. Broukhuſius ad Tibullum 2, 6, 19.

2 *Ne perorandi quid. ei data facultas*] Totam hanc rem copioſe & luculente exponunt *Plutarchus* & *Diodorus* 18. Lambinus. Ex eodem Diodoro conſtat, proditos Athenienſes fuiſſe a Polyſperchonte. Pro *& dicendi cauſſam* melius, niſi opinio mea me fallit, in Mſ. libro *ad dicendum cauſſam.* Ernſtius.

3 *Legitimis*] Quae lege ad accuſandum & audiendum reum, nec non reliquum judicii ordinem ſunt conſtituta. Cicero ad Antonium. Cedo illa legitima, *quae conſules Populum jure rogaverunt.* Gebhardus. Vide Ind. *Boſius.*

4 *Undecim viris*] *Undecim viri,* de quibus hic Probus, quos *Julius Pollux* τοὺς ἕνδεκα dici ſolitos arguit, quosque etiam νομοφύλακας, atque ἐπιμέρχας Graeci appellabant: triumviris Romanorum capitalibus erant non abſimiles, ut *Budaeus in poſterioribus Annotationibus ad Pandectas* obſervatum reliquit. Horum erat officium (ut ex multis, quae legi, pauca afferam) delinquentes facinoroſosque homines comprehendere, in carcerem conjicere, & capitis damnatos ad ſupplicium ducere. *Demoſthenes in* Timocratem: ἐὰν δέ τις ἀπαχθῇ τῶν γονέων κακώσεως ἁλωκὼς, ἢ ἀστρατείας, ἢ προειρημένον αὐτῷ τῶν νόμων εἴργεσθαι, εἰσιὼν ὅποι μὴ χρὴ, δησάντων αὐτὸν οἱ ἕνδεκα, καὶ εἰσαγόντων αὐτὸν εἰς τὴν ἡλιαίαν, κατηγορείτω δὲ ὁ βουλόμενος, οἷς ἔξεστι. Idem κατ' Ἀριστογείτονος. ὅτε γὰρ, φησὶ, τὸ δεσμωτήριον διορύξας ἀπέδρα, τότε πρὸς γυναῖκα τινὰ ἔρχεται ὀνόματι Ζωβίαν, ᾗ ἐτύγχανεν, ὡς ἔοικε, κεχρημένος ποτὲ, καὶ κρύπτει καὶ διασώζει τὰς πρώτας αὐτὸν ἡμέρας, ἃς ἐζήτουν καὶ ἐκήρυττον οἱ ἕνδε-

3 ſolent. Hic quum [1] ad mortem duceretur, obvius ei fuit [2] Emphyletus, quo familiariter fuerat uſus. Is quum lacrimans dixiſſet: [3] O quam indigna perpeteris Phocion! huic ille, at non inopinata, inquit: hunc

ἕνδεκα. Hos *XI viros* ſignificare voluit *Plutarchus*, quando *in Apophth.* & *vita ejuſdem Phocionis*, Phocionem ad ſupplicium tendentem, cum ab inimico quodam obvio conſpueretur, ad Magiſtratum converſum dixiſſe refert: *Cohibebitne quiſpiam hodie hujus hominis petulantiam, atque ineptias?* Eoſdem etiam ſignificavit *Seneca lib. de conſolatione ad Albinam, cap.* 13. eadem fere, quae de Phocione ad ſupplicium eunte retulimus, Ariſtidi ex memoriae vitio tribuens, & comitantis magiſtratus mentionem faciens. Erat enim *XI virorum* magiſtratus, non alius. Sane quantum ad horum electionem attinet, *Decemviri* (ut *Pollux* ait) ſinguli a ſingulis tribubus cooptari ſolebant, quorum numerum augebat γραμματεὺς, id eſt, *ſcriba*, ut hoc pacto undecim eſſent, & dicerentur. Plura de *XI viris* doctus quidam Auctor, magni apud Gallos nominis, in libello quem *de Athenienſium Magiſtratibus* conſcripſit. *Magius.* adde *Sigon. de repub. Athen.* 4, 3. *Emm. tom.* 3. *Graeciae vet. pag.* 50, 51. Boſius.

1 *Ad mortem duceretur*] *Duci* proprie de iis, qui ad ſupplicium ducuntur. Conſule Cl. Dukerum ad Florum lib. 3. cap. 21. n. 28. Graecorum imitatione, qui hoc ſenſu verbum ἄγεσθαι adhibere ſolent. Aelianus lib. 1. V. H. cap. 30. ἰδὼν δὲ πόῤῥωθεν ἈΓΟΜΈΝΟΥΣ ἐπὶ θάνατον. ubi vide interpretes, pro quo Attici abſolute ἀπάγεσθαι poſuere. Conſule Cl. Duporti Praelectiones in Theophraſti Char. Eth. cap. 6. pag. 413. & Raphelium ad Acta Apoſtol. cap. 12. comm. 19. proprie dicitur etiam *in vincula*, *in carcerem duci.* Livius lib. 3. cap. 13. *Virginius arripi jubet hominem, & in vincula* duci. Suetonius in Caeſare cap. 20. *M. Catonem interpellantem extrahi curia per lictorem, ducique in carcerem juſſit.* Capito Attejus apud A. Gellium lib. 4. N. A. cap. 10. *Prehendi loquentem & in carcerem* duci *juſſit. Duci ad verberandum* dixit Fabius Pictor apud Eundem lib. 10. cap. 15

2 *Emphyletus*] Primus *Longolius* ſuſpicatus eſt Nepotem heic lapſum eſſe, quod minus curioſe Graecos codices inſpexiſſet vertiſſetque. nam ex *Ariſtide* parere, in Graecis auctoribus ſcriptum fuiſſe ἐμφυλέτης ὢν, h. e. *tribulis.* Hunc poſtea *Magius* aliique ſecuti ſunt. *Schottus* tentabat *Euippus*: hunc enim una cum Phôcione capitis damnatum fuiſſe, e *Plutarcho in Phoc.* & *apophthegm.* ac *Aeliano* 13, 42. conſtat. quamquam apud *Aelianum* non Εὔιππος, ſed Θούδιππος legitur, ſed utrumque longius abit a ſcriptura Nepotis, quam ut error ex affinitate ortus videri queat. *Euphyleti* cujuſdam meminit *Andocides or. de myſter.* qui an heic locum reperire poſſit, viderint eruditi. Fortaſſis apud *Ariſtidem* nomen viri corruptum, & in appellativum tranſiit, cum ipſe ſcripſiſſet ἐμφύλιος ὢν: aut Nepos ex aliis

Digitized by Google

⁴ hunc enim exitum plerique clari viri habuerunt Athenienſes. In hoc tantum fuit ⁵ odium multitudinis, ut ⁶ nemo auſus ſit eum liber ſepelire. Itaque ⁷ a ſervis ſepultus eſt.

aliis auctoribus narrationem ſuam hauſit: aut denique in corruptos codices incidit. Certe tam oſcitanter eum Graecos ſcriptores tractaſſe, vix crediderim. *Boſius.* Leid. m. *Enphiletus.* Voſſ. A. *Euphyletus.* Deceptum eſſe Auctorem noſtrum Graeco vocabulo, quo *tribulis* ſignificatur, ſed id vitium cum aliis Auctoribus, qui verba peregrina interpretantes eodem modo fuere lapſi, commune habuiſſe docet Celeb. Perizonius in Animadverſ. Hiſtor. cap. 9. pag. 395. & ſeq.

3 O *quam indigna*] Aut aliud quiddam, ſed ſimile; aut hoc ipſum, ſed aliter tamen, de Phocione *Plutarchus* refert *libro de ſui laude pag.* 541. C. Buchnerus.

4 *Hunc enim exitum plerique*] Quorum catalogum habes apud *Dionem Pruſaeum orat.* 73. & *Valerium Max.* 5, 3. *ext.* 3. Quorundam & *Lucianus* meminit *libello περὶ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν διαβολῇ, pag. m.* 581. Boſius.

5 *Odium multitudinis*] Sic fere *Plutarchus* quoque. Tamen lege etiam prohibitum fuiſſe, ne proditionis rei ſepelirentur palam, docet 2, 10, 5. & quos ibi laudavimus. *Boſius.*

6 *Nemo auſus ſit eum liber ſepelire*] Dio Pruſaeus Orat. 73. ait. *Non ſatis putarunt tantum interficere, ſed neque mortuum permiſerunt jacere in Attica, ſed extra terminos ejecerunt.* Ernſtius. *Plutarchus* ait decreviſſe inimicos ejus, ut corpus extra fines Atticae exterminaretur, & ne quis Athenienſis rogum funeri incenderet. Ejectum finibus Atticae, etiam *Valerius Max.* & *Dio* ſcribunt: *Diodorus*, cum reliquis inſepultum projectum. Brevi tamen interjecto tempore, oſſa ejus publice ſepulta, ſtatuaque ei poſita. Teſtis *Plutarchus.* Boſius. Voſſ. B. *Sepeliri.*

7 *A ſervis*] A Conopione quodam, hujusmodi miniſteriis adſueto, crematum; oſſa vero a muliere Megarica clam apud focum ſuum defoſſa, refert *Plutarchus.* Boſius.

Digitized by Google

XX. TIMOLEON.

CAP. I.

1 [1] TIMOLEON [2] CORINTHIUS. ſine dubio magnus omnium judicio hic vir extitit. Namque huic uni contigit, quod [3] neſcio an ulli, ut & pa-

TIMOLEONTIS hiſtoria peti poteſt ex *Plutarcho in vita & alibi*, *Diodoro* 16. *Polyaeno* 5. *Suida*. Praecipuus ejus ſcriptor *Timaeus* intercidit. *Boeclerus*. Hunc *Timaeum* laudant de rebus Timoleontis *Cicero* 5. *ad famil.* 12. & *Polybius* 12. *in excerptis Peireſcianis*, qui & reprehendit, quod nimium laudaverit. Fecit autem, opinor, in Σικελικοῖς, de quibus *Voſſius* 1. *de hiſt. Graec.* 12. De Timoleonte quaedam & *L. Ampelius* narrat *libro memoriali cap.* 32. Boſius.

1 *Timoleon*] Apud Ariſtophanem Ranis act. 4. ſc. 2. ſcriptum eſt θυμολέων *Gebhardus*. Imo θυμολέων, ut Suidas interpretatur, θυμώδης τὴν ψυχήν. Animum Leonis habens. *Ernſtius*. Ita nomen hoc ſcribitur non ſolum in recentioribus *Nepotis* editionibus, ſed etiam apud *Ciceronem* & *Ampelium*, itemque *Polybium*, *Plutarchum*, *Polyaenum*, *Diodorum*, &c. eamque ſcripturam & *Lambinus* ut indubiam praefert. In pleriſque tamen Mſſ. & vett. edd. Nepotis legitur *Thymoleon*: quod nominis haud ſcio, an alibi legatur. Nam apud *Ariſtophanem Ranis* 4, 2. in illis verbis, πυργώσας, τοιοῦτον, θυμολέοντα, (quem locum laudari video) vox poſtrema appellative accipi poteſt, ut apud *Homerum Iliad.* E. v. 639. & alibi. Nec vertendum, ut *Friſchlinus* fecit, *Thymoleontem*; ſed, *leonino animo praeditorum*. *Heſychius*: θυμολέοντας. γενναῖον, ἤτοι ἀνδρεῖον κατὰ τοὺς λέοντας, ἢ λεοντόθυμον. Nec aliter *Suidas*, quem pariter laudari video: θυμολέων, θυμώδης τὴν ψυχήν. *Boſius*. Voſſ. A. *Thimoleon*.

2 *Corinthius*] Timoleontis pater fuit Timaenetus, auctore *Diodoro Sic. lib.* 16. ſed, ut vult *Plutarchus in Timoleonte*, Timodemus: mater autem Demariſte. *Lambinus*.

3 *Neſcio an ulli contig.*] In Mſ. quidem Cod eſt *quod neſcio a nulli*. ſed mendoſe. Non tamen rejicio vulgatam lectionem: *quod neſcio an nulli*, quam retinet prior Boecleri editio. *Ernſtius*. *Lambinus* & alii edidere, *an nulli*. nec auſi rejicere *Schottus* & *Ernſtius*, neque nego, *an* aliquando idem eſſe ac *annon*; ut 8, 1, 1. ſed hoc in loco ita ſcripſiſſe Nepotem vix crediderim. Si in libris quibuſdam ſic habetur, forſan id inde profectum, quod librarius invenerat *a nulli*; quomodo & in *Ernſtiano* fuit. Sed meliores habent, *an ulli* mox q. edd. ſine copula, *ut patriam*. Boſius. Omnes mei Codices exhibent *an ulli* atque ita omnino legendum ſtatuit Cel. Cortius ad Cic. lib. 6. ad Fam. Ep. 7. n. 6. nimiaeque temeritatis eos incuſat,

Digitized by Google

patriam, in qua erat natus, oppreſſam [1] a tyranno liberaret, & [2] a Syracuſis, quibus auxilio erat miſſus, inveteratam ſervitutem depelleret: [3] totamque Siciliam, multos annos [4] bello vexatam, a [5] barbariſque oppreſſam, ſuo adventu [6] in priſtinum reſtitueret. Sed in his rebus non ſimplici fortuna con- 2
flictatus eſt, &, id quod [7] difficilius putatur, multo ſapientius tulit ſecundam, [8] quam adverſam, fortunam. Nam quum frater ejus [9] Timophanes, [10] dux 3

cuſat, qui hic *nulli* reſcripſerunt; cui tamen lectioni favet ipſe Cicero lib. 9. ad Fam. Ep. 14 n. 13. *Contigit enim tibi, quod haud ſcio, an nemini, ut* &c. Quoniam vero manu exarati libri, variaque aliorum Auctorum loca Boſii Cortiique ſententiam confirmant, me ad eorum voluntatem conformabo. Conſule interea, Lector, de hac loquendi formula Cl. Burm. ad Quinctilian. lib. 12. Inſtitut. Orator. cap. 11. pag. 1168. & Duker. ad Florum lib. 3. cap. 12. n 6. Pro *contigit* Voſſ. B *contingit*. Pro *ut patriam* Leid. m. *ut & patriam*, ſicuti Boſius jam edidit.

1 *A tyranno*] Timophane. vide *comma* 3. Boſius.

2 *A Syracuſis*] Infra cap. 2, 1. *Boſius.*

3 *Totamque Siciliam*] Ibidem comm. 3, 4. *Boſius.*

4 *Bello vexatam*] Quod geſtum eſt a Karthaginienſibus partim adverſus Dionyſium majorem duce Dione: &, Dione interfecto, Callippum, qui menſes XIII. tyrannidem obtinuit, ut narrat *Diodorus* 16 & Callippo ſubacto, Hipparinum Dionyſii F. qui annos duos imperio paterno potitus eſt; deinde Dionyſium ipſum, qui imperium amiſſum recuperavit. *Lambinus.*

5 *Barbariſque*] Poenis, ut arbitror. vide *Plutarch. Timol. principio.* Buchnerus.

6 *In priſtinum*] Eleganter. Vulgo *ſtatum* addunt. *Gebhardus.* Mox codex Schotti, *conflictus.* quod ille dictum putat, *ut exercitus*, & ſimilia. Nugae. quis unquam *confligi* hoc ſenſu dixit? *Boſius. Reſtituere in priſtinum* eodem modo dicitur, quo *reſtituere in integrum.* Juſtinus lib. 3[illegible]. cap. 1. *civitates in integrum reſtitui jubet.* Sueton. in J. Caeſare, cap. 16. *Accitumque in curiam & ampliſſimis verbis collaudatum in integrum reſtituit.* Phraſis ſatis nota. Pro *Reſtitueret* Voſſ. C. *Reſtituerit.* Mox pro *conflictatus* Voſſ. C. *conflictus.*

7 *Difficilius putatur*] *Ariſtoteles* 5. *Politic.* 8. φέρειν [illegible] ἀνδρὸς εὐτυχίαν. *Loccenius.* adde dicta ad 9, 5, 1. In Boecl. erat, *putabatur*: corrupte ſine dubio. *Boſius.*

8 *Quam adverſam fort.*] Hoc dixit, quod mater offenſa eſſet, & alii carperent ejus facinus, quod adfuiſſet illis, qui fratrem occiderant. Alias ſatis aequo animo fuit in adverſis. vide *cap.* 4, 1. Buchn.

9 *Timophanes*] Homo nulla in re Timoleontis fratris ſimilis, &c. Vide *Plutarch. pag.* 337. C. D. Boſius.

10 *Dux*

a Corinthiis delectus, tyrannidem per milites mercenarios occupaſſet, particepsque regni poſſet eſſe: [1] tantum abfuit a ſocietate ſceleris, ut antetulerit ſuorum civium libertatem fratris ſaluti: [2] & patriae pa-
4 rere legibus quam imperare, ſatius duxerit. Hac mente per [3] haruſpicem, [4] communemque affinem, [1] cui

10 *Dux a Corinth. del.*] In bello adverſus Argivos & Cleonatos. *Lambinus.*

1 *Tantum abſuit*] Lambinus & Gebh. *afuit.* vide quae diximus ad 17, 5, 2. *Boſius.* Voſſ. B. *afuit.* Conſule Drakenburg. ad Silium Italicum lib. 13. vſ. 268. & paullo ante pro *particeps*, *participes.*

2 *Et patriae parere legibus quam imperare ſatius dux.*] Lambinus pertendit legendum *& legibus patriae obtemperare ſatius duxerit, quam imperare.* ſed non eſt penes Lambinum dare modum & leges ad arbitratum ſuum loquendi ſcriptoribus in ipſa latinitate natis atque eductis. *Gebhardus.* Sic diſerte opt. liber Giſanii, (ut is teſtatur in *Ind. Lucret.* voce *Ullae*) & Ed. Ultrajectina. Ejusque lectionis veſtigia etiam in Boecl. & Leid. ſuperſunt. nam ille: *& patriae legibus quam imperare patriae, ſatius dux.* hic vero: *& parere leg. quam imp. ſatius dux.* Ob ſimilitudinem vocum *patriae* & *parere* in illo prior, in hoc poſterior excidit; ſed quod in ora libri poſtea adſcripta erat, quae exciderat vox, inde factum, opinor, ut alieno loco poſt τὸ *imperare* insereretur poſtea. nam illic delendam, ut ab aliquo inculcatam, & reperendam Xoi κοινὰ e prioribus, facile adſentior *Lambino*: quanquam nec valde repugnavero, ſi quis etiam in poſterioribus retineri velit. Simile fere modo loquutus Nepos 17, 4, 3. Vulgo ediderunt: *& patriae legibus obtemperare ſatius* (vel *ſanctius*) *dux. quam imperare patriae.* Sed τὸ *ſanctius* recte rejecit *Lambinus*, etſi diſſentiente *Gebhardo.* nam τὸ *ſatius* ſatis firmant cum ſcripti codices, jam laudati, tum alia Noſtri loca, ex Indice cognoſcenda. Illud *obtemperare* autem, ut recte obſervabat ampliſſ. *Schefferus*, confictum a ſciolis eſt, qui locum in ſuis codd. ſicut in Boecleriano, mutilum explere voluerunt. Fortaſſis autem & totum illud, *quam imperare patriae*, ab aliena manu eſt. *Lambino* certe ſuſpectum fuit. *Boſius* *Satius* Leid. m. & Voſſ. A *Obtemperare* abeſt Voſſiano B. qui tamen ſervat *duxit ſanctius.*

3 *Haruſpicem*] Huic *Theopompus* nomen imponit *Satyri*, Ephorus & Timaeus *Orthagorae.* Ego illi *Satyri* nomen fuiſſe proprium puto: *Orthagorae* vero, adjecticium laudis cauſſa, quod vera ex haruſpicina reſponderet. *Longol.* Leid. & Voſſ. A. *Aruſpicem.* B. tamen *Haruſpicem.* atque ita ſcribendum. *Haruſpices* enim erant, qui victimarum exta conſulebant, id eſt, inſpiciebant. Vide praeter alios Servium & Cerdam ad Virgilium 4. Aen. vſ. 56. & 64. Quam artem ſeu diſciplinam Romanis ab Etruſcis traditam conſtat, unde ſaepius legimus, Haruſpices ex Etruria Romam fuiſſe accitos. Vide A. Gellium lib. 4. N.

A.

Digitized by Google

cui ſoror ex eisdem parentibus nata nupta erat, [2] fratrem tyrannum interficiendum curavit. Ipſe non modo [3] manus non attulit, ſed ne adſpicere quidem fraternum ſanguinem voluit. Nam dum res conficeretur, procul in praeſidio fuit, ne quis ſatelles poſſet ſuccurrere. Hoc [4] praeclariſſimum ejus facinus non pari

A. cap. 5. Quae cauſſa eſt, cur eos Etruſcae originis vocabulo deſignarint ex *Haruga* victima, & *ſpecere* compoſito. Conſule celeb. J. Perizonium ad Aelianum lib. 2. V. H. cap. 31.

4 *Communemque affinem*] Hunc *Aeſchylum* vocat *Plutarchus*, & uxoris Timophanis fratrem fuiſſe dicit. De hoc Timoleontis pio ſimul atque impio facinore idem *Plutarchus in politicis* mentionem facit. *Magius*. Voſſ. A. *communemque fratri affinem*. Voce *communis* proprie utitur. Dicitur enim de una & eadem re vel perſona, cujus duo pluresve participant. Vide Celeb. J. Perizon. ad Sanctii Minervam lib. 1. cap. 7. n 6. Hinc *Mars communis* dicitur, qui utrique parti favet. v. Cort. ad Cic. 6. Fam. Ep. 4. n. 4 & de *communibus diis*, conſule Celeb. Burm. ad Valerium Flaccum lib 4. Argon. vſ. 761. contra *communis hoſtis* utrique parti aeque infeſtus. V. Cl. Arntzen. ad Victorem de Orig. G. R. cap. 13. n. 3. Eandem habet ſignificationem haec vox in iſta loquendi formula *in commune*, de qua egit Celeb. Burmannus ad Phaedrum lib. 5. fab. 6. & ita paſſim. Mox pro *iisdem* Leid. m. *eiſdem*.

1 *Cui ſoror ex eisd. par. nata*] Vide quae ſupra notavi ad Cimonis vitam cap. 1. 2. *Ernſtius*. Scil. quibus Timoleon & Timophanes. *Boſius*.

2 *Frat. tyrannum interfic. cur.*] Juſtam cenſens injuſte imperium aut tyrannidem occupantis interfectionem, ex veteri lege Rhadamanti, & pluribus Graecorum, de quibus *Grotius de J. B. & P.* 1, 4, 17. Loccenius. Adde judicium *Clapmarii de Arcanis rerump.* 4, 20. Boſius.

3 *Manus non attulit, &c.*] Sic & *Plutarchus in vita*: paullulum abſceſſiſſe, & operta facie ſtetiſſe lacrymantem; Aeſchylum autem & Satyrum gladiis eum interfeciſſe; *& in praeceptis politic.* adjuviſſe interfectores, ait. At *Diodorus* ipſum, dum in foro deambulat, necaſſe Timophanem ſcribit. *Boſius*. Leid. m. & Voſſ. A. C. *manum*.

4 *Praeclariſſimum facinus*] Sic edd. quas vidi omnes, excepta poſtrema Boecl. & quae hanc ſequutae: credo quod ſcriptus liber maximi illius viri ſic haberet. Reliqui Mſſ. haud diſcrepant ab editis. Quare illos ſequi malui: cum veriſimile non ſit, tot librarios pro *factum* ſuppoſuiſſe *facinus*. Sic autem & alii veterum hac voce uſi. vide Indicem. *Boſius*. Leid. m. & Voſſ. A. C. *facinus*. Quae vox centies ab Optimis Auctoribus in bonam ſumitur partem. Livius lib. 2. c. 12. *Major, ſi Dii juvant, in animo eſt* facinus. Conſule cl. Cortium ad Ciceron. lib. 2. ad Fam. Ep. 9. n. 3 & ad Salluſtii Catilin. cap. 2. n. 9. Mox Voſſ. B. *Ab omnibus probatum eſt*.

pari modo probatum eſt ab omnibus. Nonnulli enim laeſam ab eo pietatem putabant, [1] & invidia laudem virtutis obterebant. Mater vero poſt id factum, neque [2] domum ad ſe filium admiſit, neque adſpexit,
6 quin eum fratricidam inpiumque [3] deteſtans compellaret. [4] Quibus rebus ille adeo eſt commotus, [5] ut nonnunquam vitae finem facere voluerit, atque ex ingratorum hominum conſpectu morte decedere.

CAP. II.

1 [1] Interim Dione Syracuſis interfecto, Dionyſius rurſus [2] Syracuſarum potitus eſt: cujus adverſarii opem

Pro *unam domum* Voſſ. C. *nondum*.

1 *Et invidia laud. virt. obter.*] Calumniando & invidiam concitando laudem rei praeclare geſtae infringebant atque imminuebant. Curt. lib. 8. cap. 4. *ſilentium tamen habuere ſeniores, donec Philippi res orſus* obterere. cap. 6. *Et rex, velut patienter audiret, quis Clytus obterebat laudes ejus, ingentem iram animo conceperat.* M. Cicero, antequam iret in exſilium: *Qui novam rationem ſuſcitant, veteres majorum* obterunt *laudes*. Gebhardus. Aberant iſta membranis Schotti. haud dubie omiſſa ob ſimilem terminationem vocum *putabant*, *obterebant*. Boſius. *Obterere* & *deterere* paſſim pro inminuere, vilius quid reddere &c. Conſule Torrentium ad Horatium lib. 1. O. 6. v. 12. & cl. Burm. ad Phaedrum lib. 3, Prol. vſ. 55. ſed a Voſſiano C. omnia haec verba abſunt.

2 *Domum ad ſe*] *Vel haec duo*, inquit *Lambinus*, *pro uno poſuit: Vel AD SE, id eſt, eo ubi eſſet.* De poſteriori, adſentior. Poterat enim & *domum* ſuam admittere filium, ut *ad ſe* h. e. in conclave aut cubiculum ſuum non admitteret: *& ad ſe*, ſed in alia domo: Non igitur pro uno haec poſuit *Nepos*; nec, ut idem *Lambinus* volebat, *ad ſe*, idem eſt, ac domum ſuam, ut apud Terentium: *Eamus ad me.* Apud *Plutarchum* eſt: *μηδ' ἰδεῖν ἐχ ὑπομεῖναι τὴν ὄψιν, ἀλλὰ τὴν οἰκίαν ἀποκλεῖσαι.* *Boſius.*

3 *Deteſtans*] Addit *Plutarchus*, eam diris devoviſſe filium. *καὶ κατάρας ἐπ' αὐτὸν ἀρᾶσθαι φρικώδεις.* *Boſius.* Leid. m. *deteſtatus.*

4 *Quib. rebus*] Sic e Mſſ. ſuis *Savaro* edidit, & in poſtrema edit. *Boeclerus*. Nec aliter loquutus noſter 7, 10, 2: 14, 6, 6: 18, 6, 5. ut jam *Savaro* annotavit. *Boſius*. Voſſ. C. *Quibus res.*

5 *Ut nonnunq. vitae fin. f. v.*] Inedia ſe extinguere. *Plutarchus*: *ὥρμησε μὲν ὡς ἀποκαρτερῶν ἀπέχεσθαι τροφῆς*: Sed mollem animum illum dicas, qui praeclariſſimi facinoris ſibi conſcius, abſurdiſſimo mulierculae judicio tantopere conturbaretur. *Gebhardus*. Secundum Stoicorum artificium. De quo diſputavi

cap.

Digitized by Google

pem a Corinthiis petierunt, ducemque, quo in bello uterentur, poſtularunt. Huc Timoleon miſſus, [3] incredibili felicitate Dionyſium tota Sicilia depulit. Quum interficere poſſet, noluit: tutoque ut Corinthum perveniret, effecit: quod [4] utrorumque Dionyſiorum opibus Corinthii ſaepe adjuti fuerant, [5] cujus benignitatis memoriam volebat exſtare: [6] eamque praeclaram victoriam ducebat, in qua plus eſſet clementiae, quam crudelitatis: poſtremo, ut non ſolum auribus acciperetur, ſed etiam oculis cerneretur, [7] quem & ex quanto regno [8] ad quam fortunam

cap. 22. Introduct. ad veram Vitam §. 20. & nonnulla dixi in Comment. ad Senecae lib. 3. de ira cap. 15. Vide infra a nobis dicta ad vitam Attici cap. 21, 6. *Ernſtius*. Plutarchus addit, amicorum precibus prohibitum, conſtituiſſe vitam in ſolitudine agere, inque deſertiſſimis locis commoratum. *Boſius*.

1 *Interim Dione ſyracuſiis interfecto*] Fraude nimirum ac ſcelere Callippi Athenienſis, quem Auctor noſter in Dione Callicratem vocat. Diodor. Sicul. lib. 16. & Plutarch. Dione. *Ernſtius*.

2 *Syracuſ. potitus eſt*] Ita tamen, ut Iceta tyrannus Acradinam & Neapolim teneret, Dionyſius inſulam: ut tradit *Diodorus* 16. Lambinus. Leid. m. *Syracuſanorum*. Pro *petiverunt* Voſſ. B. *petierunt*.

3 *Incredib. felicitate*] Quam multa oſtenta, & prodigia, & ſomnia praeſignificarunt, ut tradunt *Plutarchus* ac *Diodorus*. Lambinus.

4 *Utrorumque Dionyſiorum*] Adſcripſerat uni codicum ſuorum *Barthius*: *Nepos dixiſſet* UTRIUSQUE Sed ita & alii veterum loquuti. Adi indicem. *Boſius*. Pro *quod* Voſſ. C *qui*. Paullo ante pro *cum interficere* Voſſ. C. *quem interficere*. pro *tutoque* Leid. m. *tuteque*. & pro *perveniret*, *pervenerit*.

5 *Cujus benignitatis &c*] Male vulgo diſtinxerant hunc locum: nos interpunximus, prout res poſcebat. Nam, ut etiam *Lambinus* adnotavit, tres ab auctore cauſſae recenſentur, cur Timoleon noluerit interficere Dionyſium, effeceritque ut Corinthum tuto perveniret. *Boſius*.

6 *Eamque praeclaram*] Sic Mſſ. Sch. Leid. & Ed. Ultraj. ec, fide Mſ. Codicis, ut arbitror, noviſſima Boecleri, eamque ſequutae. Vulgo eſt: *& quod eam praecl.* Boſius. Conſentiunt tres mei. pro *in qua* Leid. m. *ex qua*. pro *clementiae* Voſſ. B. *clementia*.

7 *Quem & ex quanto regno &c.*] Ennius apud Ciceronem lib 3. Tuſcul.

— Ut ſcias quancto e loco
Quantis opibus quibus de rebus lapſa
fortuna accidat. Gebhardus.

Vide Ind. voce *qui*. Boſius.

8 *Ad quam fortunam detruſiſſet.*] Quo pacto Dionyſius ſe, & arcem,

3 nam detruſiſſet. [1] Poſt Dionyſii deceſſum [2] cum Hi-
ceta bellavit, qui adverſatus fuerat Dionyſio: quem
non odio tyrannidis diſſenſiſſe, ſed cupiditate, indi-
cio fuit, quod ipſe, expulſo Dionyſio, imperium
4 dimittere noluit. Hoc ſuperato, Timoleon [3] maxi-
mas copias Karthaginienſium apud [4] Crimeſſum flu-
men [5] fugavit, ac ſatis habere coëgit, ſi liceret A-
fricam obtinere, qui jam [6] complures annos poſſeſ-
ſionem Siciliae tenebant. Cepit etiam [7] Mamercum,
Ita-

& totum adparatum tyrannicum Timoleonti tradiderit, & ex potentiſſimo tyranno privatus & imbecillis effectus ſit, exponit *Plutarchus in Timoleonte*. Lambinus. Adde laudatos *Ernſtio*. Pro *detruſiſſet*, alii *detuliſſet*: Ed. Ultraj. *depuliſſet*. Boſius. Leid. m *detuliſſet*. Voſſ. A. *detuſiſſet*. B. & C. etiam *detuliſſet*,

1 *Poſt Dionyſii deceſſum*] I. e. poſteaquam Dionyſius Syracuſis deceſſit. *Lambinus*. Prior Boecleri editio legit *diſceſſum*. Sufficiebat Timoleonti, ut Dionyſius depoſita tyrannide e Sicilia excederet, & in Peloponneſum abiret. Ubi privatam vitam deinceps egit. Corinthi igitur ludum literarium aperiens ita ſe geſſit, ut contemptu potius, quam innocentia tutus eſſet. Quae plenius petenda e Diodori lib: 16. Plutarchi Dione, Timoleonte, & Juſtin. lib. 21. *Ernſtius*. adi Ind. *Boſius*. Leid. m. *Poſt Dionyſium deceſſum*. Similes loquendi modos recenſet Cortius ad Salluſtii B. Jugurth. cap. 55. n. 4.

2 *Cum Hiceta*] Uno de amicis Dionis *Ernſtius*. Sic ſcribendum non *Iceta*, ut hucusque ab omnibus editum. Eſt enim Graecis ἱκέτης. Praeterea Mſ. Schotti *Hecata*. Boecl. *heccata* habuit, quae haud dubie ex *Hiceta* corrupta ſunt. Q. edd. vett, habent *Icete*. Mox idem cod. Boecl. *quoniam non odio*. corrupte itidem. *Boſius*. Leid. m. *Hercita*. Voſſ. A. *Heccata*. C. *Hectata*. mox pro *fuerat* Leid. m. *erat*.

3 *Max. copias Carthaginienſium*] Magnam Siciliae partem Carthaginienſes occupaverant dudum, vindicaturi ſibi & cetera, occaſionem commodam nacti. Quae tum ſe maxime videbatur offerre, cum Syracuſani cum Dionyſio, denuo occupata tyrannide poſt interfectum Dionem qui dejecerat, committerentur. Nam cum nihil mediocre timeretur a tyranno, totas habenas laxaturo ulciſcendi inimicos cupiditati, & omnibus modis deſtruenda videretur nova tyrannis, ad bellum deducta res eſt. *Bucknerus*.

4 *Crimeſſum*] Varie nomen hoc ſcribitur. In Mſſ. & vett. edd. *Crimiſſum* legitur. *Crimiſus* verum nomen eſſe, & poëtice *Crimiſſus*, poſt *Magium* etiam *Cluverius* cenſuit *Siciliae antiq.* 2, *p.* 266. adde *Bochartum de coloniis Phoenicum l.* 29. *Lambinus* e *Plutarcho* repoſuit *Crimeſſum*, quod alii retinuerunt. Ed. Col. cum Longolio *Crimeſium*. voluit, opinor, *Crimeſum*. Adde Ind. *Boſius*. Leid. m. *Cyniſſum*, Voſſ. A. B. & C. *Criniſſum*.

Italicum ducem; hominem bellicoſum & potentem, qui tyrannos adjutum in Siciliam venerat.

CAP. III.

Quibus rebus confectis, quum propter diuturnita- 1
tem belli non ſolum regiones, ſed etiam urbes deſertas videret, conquiſivit, quos potuit, primum Siculos; [1] deinde Corintho arceſſivit colonos, quod ab his initio [2] Syracuſae erant conditae. [3] Cibibus ve- 2
teribus ſua reſtituit, novis bello vacuefactas poſſeſſiones diviſit, [4] urbium moenia disjecta, [5] fanaque (deſerta)

niſſum. Mſſ. Codices Vibii Sequeſtris exhibent *Criniſos*, quod propius accedit ad ſcripturam Codicum meorum.

5 *Fugavit*] Multis verbis hanc pugnam deſcribit ejusque eventum exponit *Plutarchus*, quae longum ſit vel referre vel interpretari. *Lamb.*

6 *Complures annos*] Vide *Strabonem pag.* 270. Buchnerus. Voſſ. C. *plures annos.*

7 *Mamercum*] Catanae tyrannum. vid: *Plutarchus. Polyaenus lib.* 5. *Strategem.* paullo aliter hoc refert. Commemorat & hunc Mamercum *Diodorus* 16. *pag.* 547. ubi tamen mendoſe legitur Μάρκος pro Μάμερκος. *Lambinus.* Paullo ante male in Edit. Hack. editum eſt *tenebat* pro *tenebant.* Pro *Mamercum* Voſſ. A. *Mamerchum.* C. *Mamorem.*

1 *Deinde*] Voſſ. A. *dein.* & pro *his* idem *iis.*

2 *Syracuſae*] De pulchritudine & magnitudine hujus urbis vide Cicer. 6. Verrina. Ubi dicit conſtare eam ex quatuor urbibus maximis. A quo Strabo lib. 6. diſſentit, ſcribens Syracuſas quinque urbes ambitu ſuo complecti. Vide Plutarch. in Marcello. Quanta urbs fuerit, rudera ejus indicant, quae non ſine magna admiratione coram intuitus ſum. *Ernſtius.*

3 *Civib. veter. ſua reſtituit*] Quale inſtitutum in reſtituendis bello amiſſis ſervavit etiam Aratus Sicyonius, & Caeſar; de quibus operae eſt legere *Tullium* 2. *offic.* & *Caeſarem initio lib.* 3. *bell. civ.* Totum autem hoc argumentum accurate pertractavit *Grotius de J. B. & P.* 3, 9: & 10. Loccenius. Quaedam verba hic abſunt Voſſiano B.

4 *Urbium moenia disjecta*] Graviſſimum poenae, qua victi percelluntur, genus, ne poſſint reſurgere, & injuriae vim a ſuis depellere cervicibus. Cato ita puniit Celtiberos apud *Polyaenum* 8. Auctor de Viris Illuſtribus cap. 47. *Conſul. Celtiberos domuit, & ne rebellare poſſent, literas ad ſingulas Civitates miſit, ut muros diruerent.* Diodorus l. 16. Ἀρταξέρξης δὲ παραλαβὼν πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον, καὶ τῶν ἀξιολογωτάτων πόλεων τὰ τείχη. Non ſolum autem rebelles; ſed quicunque officio in principem defuiſſent, hujus poenae acerbitate plectebantur. Suetonius

ſerta) refecit, civitatibus leges libertatemque reddidit: [1] ex maximo bello tantum otium totae inſulae conciliavit, ut hic conditor urbium earum, non illi
3 [2] qui initio deduxerant, videretur. [3] Arcem Syracuſis, quam munierat Dionyſius ad urbem obſidendam,

Galba c. 12. *Praeceſſerat de eo fama ſaevitiae ſimul atque avaritiae: quod civitates Hiſpaniarum Galliarumque, quae cunctantius ſibi acceſſerant, gravioribus tributis, quaſdam etiam murorum deſtructione puniſſet* Ceterum ut invidioſiſſimum habebatur dejicere victis moenia; ita contra, uberrima favoris materia, Principes ſeſe ademtum muniendi jus reſtituturos, aut ſuis impenſis dejectos muros rurſus excitaturos eſſe promittebant. Juſtinus 8, 3, 7. & 8. *Deinde ad abolendam invidiae famam, qua inſignis praeter caeteros tunc temporis habebatur, per regna mittit & opulentiſſimas civitates, qui opinionem ſererent, Regem Philippum magna pecunia locare & muros per civitates, & fana & templa facienda.* Gebhardus.

5 *Fanaque deleta*] Lambini correctionem non probat Savaro, eque ſuis Mſſ. mavult *deſerta.* Neutrum in ſuis conſpici ſchedis teſtatur Cl. Schottus, malim & ipſe abeſſe. Propertius autem opinionem Savaronis videtur juvare lib. 3, El. 12.

At nunc deſertis *ceſſant ſacraria lucis.*

Imo ſimilis locus eſt Ennii apud Ciceron. lib. 3. Tuſcul.

Quoi nec arae patriae domi ſtant, fractae & disjectae
Jacent Fana flamma deflagrata.

Gebhardus. *Lambinus* emendavit, *deleta*, cum in Mſſ. & edd. vett. omnibus *deſerta* legatur. Audiamus eum. *Quae deleta ſunt*, inquit, *reſici dicuntur, cum redintegrantur: quae deſerta ſunt, non reficiuntur, ſed coloniis arceſſitis & conquiſitis celebrantur, & frequentantur.* quod verum eſt. *Savaro* tamen *deſerta* aliis Nepotis locis tueri conatur, ut cum *deſertas urbes* verſu 1. & *deſertam Carthaginem* 22, 2, 2. dixit. Sed heic non tam in diſceptationem venit, an fana *deſerta*, (nam & lucos *deſertos* dixit *Propertius.* 4. *eleg.* 3.) quam an deſerta *refici*, recte dicatur. Ne dicam, poſteriore loco in edd. & Mſſ. plerisque *deletam* dici Carthaginem. Schedis Schotti utrumque aberat: *Gebhardi* judicio recte; cui plane aſſentior. *Boſius.* Leid. m. item Voſſ. A. B. *deſerta. Fanaque deleta refecit* abſunt a Voſſiano C. pro *urbium moenia* Voſſ. B. *urbiumque moenia.*

1 *Ex max. bello*] Sic e ſuo cod. legit *Giſanius loco cit.* & in noviſſ. editione celeberr. Boeclerus: ſuffragante Leidenſi. Vulgo edunt *& max. b.* Mox idem cod. Giſanii & alius *Lambino* fide Cl. Puteani laudatus: *totae inſulae*, non, *toti*, recte. v. notas ad 18, 1, 6. *Boſius.* Leid. m. *& maxim. bello.*

2 *Qui initio deduxerant*] Verbum primis urbium conditoribus proprium. Servius ad Virg. 2. Aen. vſ. 800.

In quascumque velim pelago deducere terras.

Juxta morem Romanum deduci coloniae *dicebantur. Bene ergo de Aenea dixit* deducere, *quod eis civitatem conditurus erat.* unde ſaepius apud

Digitized by Google

dam, [1] a fundamentis disjecit: [2] cetera tyrannidis propugnacula demolitus eſt, deditque operam, ut quam
minime multa veſtigia ſervitutis manerent. Quum 4
tantis eſſet opibus, ut etiam invitis imperare poſſet, tantum autem haberet amorem omnium Siculorum, ut

pud Livium & alios *deducere colonias* legimus. Conſule Cl. Arntzenium ad Victorem de Vir. Ill. cap. 5. n. 3. Pro *conditor* Voſſ. C. *condicio*.

3 *Arcem Syracuſis, quam munierat Dionyſius ad urbem obſidendam*] Arces eo fine inventae ſunt, ut cives obſidione & quaſi compedibus premant. tyrannosque a liberatoribus tutos praeſtent. Seneca Thyeſte verſu 639.

In arce ſumma Pelopis una eſt pars domus
Converſa ad auſtros; cujus extremum latus
Aequale monti creſcit, atque urbem premit,
Et contumacem regibus populum ſuis
Habet ſub ictu.

Hic Scriptores tot aſtute cogitata tyrannorum, literis conſignarunt, qui arce callide excitata ſervitutem ſuis impoſuerunt. Polycrates non ante Samiorum dominatu potiri potuit, quam perfecta arce Aſtypalaea. *Polyaenus lib.* 1. quem & *lib.* 4. *in Clearcho, lib.* 7. *princ. Herodot. Clio cap.* 39. *f.* vide. *Gebhardus.* Unde T. Flamininus, ut Graeciam tyrannidis metu liberaret, tres arces, Acrocorinthum, Demetriadem & Chalcidem, quas Philippus junior Maced. Rex *Graeciae compedes* appellabat, ſolo aequavit. *Ubbo Emmius lib.* 2. *rer. Friſic.* de Worſtenſibus: *Arcem impoſitam non patiuntur, velut inſtrumentum ſervitutis.* Sed de hoc argumento *Ariſtoteles Politic.* 7. 11. & *Bodinus de re publ.* 5. 5. *p. m.* 873. 886. 887. fuſe Quamvis autem arces & caſtella in bello ſint praeſidio contra vim hoſtilem, & receptaculo in excurſionibus, in pace contra civium rebellionem munimento: quidquid etiam contra ſentiat *Machiavellus cap* 20 *Principis*; in eo tamen probamus illius ſententiam, quod parum tutum in his ſit ei Principi praeſidium, qui odio publice exagitatur. *Haec autem arx inacceſſa, hoc inexpugnabile munimentum eſt, munimento non egere*; ut loquitur *Plinius in paneg.* Amor autem civium erga bonos Principes, eſt arx illa inacceſſa, & inexpugnabile munimentum. Cum his etiam conferri poſſunt, quae in hanc rem *Hiſtor. Suec. lib.* 3. *pag.* 97. ſcripſi. Loccenius Adde Ind. in vocibus *arx munita, tyrannis,* & *propugnaculum* Boſius.

1 *A fundamentis disjecit*] Vide *Diodor. lib. cit. pag.* 547. & 553. Boſ. Voſſ. B. *fundamentis disjecit.* ſed ſic infra in Hannibale cap. 7. n. 7. dixit *domum a fundamentis disjicere* ubi nulla Codicum eſt varietas. Verbum *disjicere* inluſtravit Cel. Burmannus ad Ovidium l. 12. Met. vſ. 108. Mox *Veſtigia* metaphorice poſuit pro ſignis, reliquiis. Vide Tennulium ad Frontin. lib. 3. Strat. cap. 15. n. 16.

2 *Cetera tyrannidis propugnacula demolitus eſt*] In quorum uno quod hodie vocatur Merket, marmoreum ſtemma, teſte Mario Aretio & Franc.

ut nullo recuſante [1] regnum obtineret: maluit ſe diligi, quam metui. Itaque quum primum potuit, imperium depoſuit, [2] & privatus Syracuſis, quod reliquum vitae fuit, vixit. neque vero id inperite fecit.
5 Nam quod ceteri reges [3] imperio potuerunt, hic benevolentia tenuit. Nullus honos huic defuit: neque poſtea [4] res ulla Syracuſis geſta eſt publice, de qua prius ſit decretum, quam Timoleontis ſententia co-
6 gnita. Nullius unquam conſilium non modo antelatum, ſed ne comparatum quidem eſt. neque id magis benevolentia factum eſt, quam prudentia.

CAP.

Franc. Maurolyco apud Gualtherum in antiquis Siciliae tabulis inventum eſt. EXTINCTORI TYRANNICAE. Quod ſine dubio Timoleonti erectum eſt. *Ernſtius.*

1 *Regnum obtineret*] Malebat *Freinshemius*, *obtinere.* Sed revera obtinebat imperium Timoleon. nam, ut ſtatim ſequitur, *cum primum potuit, imperium depoſuit.* niſi de imperio militari id accipere malis. *Boſius.*

2 *Et privatus Syracuſis, quod rel. v. f. vix.*] Probe ſibi conſcius, ita ab ſe rempub. eſſe adminiſtratam, ut exuta poteſtate jure ad poenam a civibus ſuis non poſſet depoſci. Illi tamen, qui contra leges ſingularem potentiam ſtruxerunt, impunitatem praeteritorum impetrarunt depoſito imperio & populo metu liberato. vide ſupra *in Miltiade* (ad 1, 3, 5.) *Gebhardus.* Voſſ. C. *ac privatus.* Mox *vero* poſt *neque* abeſt Voſſ. B. & τὸ *id* abeſt Leidenſi.

3 *Imperio potuerunt*] *Vix potuerunt*, reſcribendum videri ad oram olim adnotatum; placetque conjectura. *Schottus. Gebhardus* & *Keuchenius* eam ſcripturam in dextrum receperunt. Sed invitis, opinor, libris. Et tamen vulgata ferri vix poteſt. An igitur τὸ *potuerunt* expungi debet, ſubaudiendumque *tenuerunt.* Boſius. *Vix* abeſt Leidenſi, Voſſianis A. & C. paullo poſt male *nullius* in Ed. Hack. eſt editum.

4 *Res ulla Syrac. geſta eſt publice*] Sic optimus liber Boecl. longe melius, etiam doctiſſ. *Schefferi* judicio, quam quomodo hucusque editum, *Syr. res ulla geſta eſt publica.* Paraphraſeos loco poſſunt eſſe illa *Plutarchi* de hac ipſa re: ἢ πολέμων λύσεις, ἢ νόμων θέσεις, ἢ χώρας κατοικισμός, ἢ πολιτείας διάταξις ἰδίως καλῶς ἔχειν, ἧς ἐκεῖνος μὴ προσάψαιτο μηδὲ κατακοσμήσειε, &c. *Boſius.* Pro *decretum* Leid. m. *decretus.*

1 *Lumina oculorum amiſit &c.*] Multos qui & oculis capti fuerint, moderateque eum caſum tulerint, enumerat *Cicero Tuſcul.* 5. & *Marcus Marulus Spalatenſis.* Schottus. Exempla eorum, qui non modo caecitatem patienter tulerunt, ſed etiam lumine mentis, etſi oculis capti, multum privatim publiceque profuerunt, habes in *Paſſeratii oratione de caecitate*, quam ipſe tunc coecus habuit. *Loccenius.* Idem cum

acci-

Digitized by Google

Cap. IV.

Hic quum aetate jam provectus eſſet, ſine ullo morbo [1] lumina oculorum amiſit. quam calamitatem ita moderate tulit, ut neque eum querentem quisquam audierit, neque eo minus privatis publicisque rebus interfuerit. Veniebat autem [2] in theatrum, quum ibi concilium populi haberetur, [3] propter valetudinem vectus jumentis junctis, atque ita de vehiculo, quae videbantur, dicebat: neque hoc illi quisquam tribuebat ſuperbiae. [4] Nihil enim unquam, neque inſolens, neque glorioſum, [5] ex ore ejus exiit: qui quidem, quum ſuas laudes audiret praedicari, nunquam aliud dixit, quam [6] ſe in ea re maximas diis gra-

1 (margin, at "mor-")
2 (margin, at "theatrum,")
3 (margin, at "exiit:")

acciderет viro elegantiſſimo Johanni Paſſeratio, doctam ſcripſit Orationem de *Coecitate* eamque poſtquam publice habuit Car. Saldanio dedicavit. De eodem argumento exemplum vide apud Cic. 5. Tuſcul: quaeſt. pag. 134. B. *Ernſtius*. Adde *Jac. Gutherii Tireſiam* ſeu *de coecitatis & ſapientiae cognatione diſſertationem*. ad Nicol. Brulattium Galliae Cancellarium ſcriptam, & ejusdem erudito operi *de officiis domus Auguſtae* ſubnexam. *Boſius*.

2 *In theatrum, quum ibi concilium populi haberetur*] Nam Graecis & Graecienſibus plerisque theatrum pro curia, foro, comitio fuit. vide *Lipſ. ad Taciti* 2. *Hiſt. nota* 90. *Bernegger. ad Juſtin.* 22, 2, 10. *Jo. Pricaeum notis ad Actor* 19, 29. & *Buchnerum in acceſſion. ad Theſ. Fabri.* Boſius. Adde Frontinum lib. 3. Strat. cap. 2. E. 6. & lib. 4. 7. 22.

3 *Propter valetud. vectus jumentis junctis*] Appius Claudius ſenex & coecus lectica in ſenatum latus eſt *Gebhardus*. De Timoleonte vide *Plutarch. p.* 254. Boſius. *Junctis* abeſt Leidenſi m. & Voſſiano A. mox male in Ed. Hak. eſt editum *ulli* pro illi.

4 *Nihil enim unquam*] Voſſ. C. *nihil enim nunquam*.

5 *Ex ore ejus exiit*] Adſcripſerat uni codicum ſuorum *Barthius*: *Phraſis biblica*. ſed ita & *Cicero* loquutus, ut jam *Lambino* obſervatum. vide Ind. v. *exire*. Boſius.

6 *Se in ea re max. diis grat. ag.*] Sic lego in omnibus edd. excepta noviſſima Boecleriana; quae τὸ *in* omittit; fidene Mſ. codicis, an operarum incuria, dicere non poſſum. Quare nil mutare volui. praeſertim cum ſic & alibi noſter loquatur. Ut 25, 11. 6. *ne qua in re jure plecteretur*. Laudant ita hunc locum & *Schoppius in Grammat. philoſ.* ac *Voſſius de analog.* 4, 21. indeque colligunt, *quare* elliptice dici pro *in qua re*. Atque ſic *ea re* eſſet, ea propter, idcirco: quomod 1, 4 5.

ead in

gratias agere, [1] atque habere, quod quum Siciliam [2] recreare conſtituiſſent, tum ſe potiſſimum ducem eſſe voluiſſent. [3] Nihil enim rerum humanarum ſine deorum numine [4] geri putabat. Itaque ſuae domi ſacellum [5] αὐτοματίας conſtituerat, idque ſanctiſſime colebat.

CAP. V.

1 Ad hanc hominis excellentem bonitatem mirabiles acceſſerunt caſus. Nam praelia maxima [6] natali

eadem re dixit. *Boſius*. Omnes mei *in ea re*.

1 *Atque habere*] Vide Ind. v. *habere*. Boſius.

2 *Recreare*] Hirt. lib. 8. cap. 49. *Defeſſa tot adverſis proeliis Gallia*. Cic. de Provinc. *Macedonia ita vexata eſt, ut vix poſſit ſe diuturna pace* recreare. Et in Epiſtol. *Ipſa cauſſa ea eſt, ut jam ſimul cum Rep. quae in perpetuum jacere non poteſt, neceſſario reviviſcat, atque* recreetur. *Gebhardus*.

3 *Nihil enim rerum humanarum ſine deorum numine agi putabat*] Dei, oportuiſſet dicere, quomodo apud Plutarchum loquitur. Quae orthodoxa ac pia ſententia eſt. Qua omnes profanos ſuperat miles hic Philoſophos, etiam illos Theologos, qui inter civiles & ſpirituales actiones diſtinguunt. Chriſti ſententia eſt. *χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν*. Joh. 15, 5. ſed ſacellum *αὐτοματίας* fortuiti caſus, quod condidit, de quo ſequitur, animum hominis athei prodit. *Ernſtius*.

4 *Geri putabat*] Sic Mſſ. Schotti, Boecl. & Ed. Ultraj. idque & *Schefferus* non dubitabat in textum recipere. Neque aliter loquutus 4, 2, 4. 10, 8, 4. 14, 5, 1. 23, 12, 1. 25, 22, 3. Vulgo editur: *agi putabat*, quod *Scheffero* videbatur ex gloſſa natum. *Boſius*. Leid. m. *agi*. ſed Voſſ. A. B. C. *geri*. *Agere* & *gerere* confuſa etiam vidimus ad Dionis cap. 8. n. 4. Ratio eſt, quia haec verba cognatas ſibi habent ſignificationes. *Gerere* pro gubernare, regere, dirigere paſſim ponitur. Tibullus lib. 3. El. 3. vſ. 22.

Nam Fortuna ſua tempora lege gerit. id eſt diſponit, gubernat. ubi vide Bronkhuſii notas. Sed eo ſenſu etiam Verbum *agere* ſaepe occurrit. Conſule Cl. Dukerum ad Florum lib. 4. cap. 3. n. 6. & Cortium ad Salluſtium Jugurth. cap. 2. n. 3. *Agere* & *gerere* ſaepius confundi in Mſſ. videbimus etiam ad Hannib. cap. 8.

5 *Αὐτοματίας*] Denuo Indicem vide. *Boſius*.

6 *Natali die ſuo fecit omnia*] Memorabilia non pauca de certorum dierum eventibus obſervatis colligit *Forſtnerus in not. ad Tacit l.* 1. Boeclerus. Trajanus natali die adoptatus eſt, & ad imperium adſpiravit. *Plinius Paneg. cap.* 92. [Niſi tamen ibi *natalis* pro die, quo adoptatus eſt, accipi debet.] Carolus V. natali ſuo ad Ticinum vicit, &

Fran-

tali die ſuo fecit omnia: quo factum eſt, ut [1] ejuſdem natalem feſtum haberet univerſa Sicilia. Huic z quidam [2] Lameſtius, homo petulans & ingratus, [3] vadimonium quum vellet imponere, quod cum illo ſe lege agere diceret, & complures concurriſſent, qui procacitatem hominis manibus coërcere conarentur: Timoleon oravit omnes, ne id facerent. Namque id ut [4] Lameſtio ceteriſque liceret, ſe maximos [5] labores ſummaque adiiſſe pericula. Hanc enim ſpeciem li-

Franciſcum regem Galliae cepit, anno cIↃ IↃ xxv. x. Kal. Febr. Anno cIↃ IↃ xxx Bononiae eodem die coronam a Pontifice accepit. *Thuanus lib. 1. pag. 39, 41.* Auguſto menſe Auguſto & primus conſulatus & pleraeque victoriae contigerunt. *Sueton. c. 31.* Idem Auguſtus ſub ſuum natalem plerumque languit. *Sueton. vita ejus cap. 81.* vide *Muret. ad Tacitum pag. 116.* Buchnerus. Memorabile quoque eſt, quod Condaeus Princeps eodem menſis & hebdomadis die eademque hora, qua natus erat, juſſu Regis & Reginae captus fuit: ut refert *continuator hiſtoriarum Thuani lib. 9. pag 664.* Fuit autem natalis Timoleontis, XXVII. Thargelionis: nam eo Karthaginienſes vicit, teſte *Plutarcho.* Boſius.

1 *Ejuſdem natalem*] Sic plerique ediderunt. *Boeclerus* tamen, haud ſcio an fide ſui codicis: *ejus diem natalem.* Vix crediderim intra unam periodum has voces bis adhibuiſſe Nepotem. Ed. Colon. *ejuſdem natale feſtum haberet min. Sic.* Non auſim rejicere. *Natale*, ſubaudi *tempus.* Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. B. C. *ejus diem natalem.* Similes vocum repetitiones enumerat Tib. Wopkens lib. 2. Lect. Tull. cap. 6. & alibi. quare hanc lectionem praefero.

2 *Lameſtius*] Sic Mſſ. quidam & edd. laudante *Magio*; retinuitque *Lambinus* ac multi editorum alii. Nec diſcrepant alii codices Mſſ. Boecl. mox *Lamiſtio* habet, & Giſanius verſu 5. *Lamyſtii.* *Longolio*, *Magio*, *Gebhardo*, aliiſque *Laphyſtius* placet, quoniam *Plutarcho* λαφύστιος audit. Atque hoc Graecum nomen eſſe ſcio: non item, an & reliqua ſint. *Boſius.* Leid. m. *Lamoeſtius.* Voſſ. A. B. C. *Lamiſtius.*

3 *Vadimonium*] De voce hac vide, quae alii notarunt tam heic, quam in Attici vita. Mſ. noſter codex legit *badimonium.* quod idem vocabulum eſt. Sic in Excerptis ex veteribus lexicis Graecolatinis, quae H. Stephanus edidit. ὁμιλ. β. ſcriptum eſt ἐγγύην φεῦγε. *Badimonium fuge* pro *vadimonio.* Quae tranſpoſitio literarum pueris nota eſt. *Ernſtius.*

4 *Lameſtio ceteriſque liceret*] Mſ. Boecl. *Lamiſtio & cuivis lic.* Interpolavit forſan ſciolus, ob illa verſ. 3. *in qua cuivis liceret &c.* Boſius. Sic & Voſſ. B. C. ſed A. *Lam. & quis.*

5 *Labores ſummaque pericula*] *Lambino*

libertatis eſſe, ſi omnibus quod quiſque vellet [1] legibus experiri liceret.
3 Idem, quum quidam Lameſtii ſimilis, nomine Demaenetus, in concione populi, de [2] rebus geſtis ejus detrahere coepiſſet, ac nonnulla inveheretur in Timoleonta: dixit, nunc demum ſe [3] voti eſſe damnatum. Namque haec a diis immortalibus ſemper precatum, ut talem libertatem reſtituerent Syracuſanis, in qua cuivis liceret, de quo
4 vellet, impune dicere. Hic quum diem ſupremum obiiſſet, publice a Syracuſanis [4] in gymnaſio, quod Timo-

bores paſſim pro difficultatibus, malis, diſcriminibus. ut in Hannibale cap. 13. *Sic vir fortiſſimus multis variiſque perfunctus* laboribus *anno acquievit ſeptuageſimo.* Servius ad Virgilium lib. 2. Aen. vſ. 143. — *Miſerere laborum Tantorum* dicit *periculorum, malorum.* Conſule Broukhuſium ad Propertium 1, 16, 25. Graevium ad Juſtinum lib. 22. cap. 6. n. 3. & Miſcell. Obſ. pro Julio & Aug. 1732. pag. 26. & 27. ſic ΠΌΝΟΣ Graecis. Vide Euripidem in Hecuba 784. & in Oreſte 343. Schol. Aeſchyli Prom. Vincto 118. Perizon. ad Aelian. 5. V. H. cap. 6. unde πολύπονος pro Aerumnoſo. Eurip. Phoeniſſ. 160. Mox pro *ſpeciem* Voſſ. B. *ſpem.* quae voces ſaepius in Mſſ. confunduntur. Vide J. Arntzenium ad Victorem de Viris Illuſtr. cap. 54. n. 1.

1 *Legibus experiri*] Voſſ. C. *experire.* Hanc phraſin inluſtrat Cl. Snakenburgius ad Curtium lib. 8. cap. 10. p. 636. Pro *idem* Voſſ. A. *id.* Pro *Demaenetus* Leid. m. *Demenatus* Voſſ. C. *Demaenatus.*

2 *Rebus geſtis ejus detrahere*] Ita editum eſt in Ed. Hack. ſed omnes mei codices *de rebus geſtis ejus detrahere.* atque ſic ſolet Nepos. vide Gebhardum ad Chabriam cap. 3. Cicero 3. ad Fam. Epiſt. 8. *Ego ſi in provincia* detrahere de tua fama *umquam cogitaſſem.* Conſule & Davieſium ad Caeſarem de B. Gall. lib. 7. cap. 45. Pro *inveheretur* male Voſſ. A. *inveherentur.*

3 *Voti eſſe damnatum*] Sic e Mſſ. *Giſanius* & *Lambinus* ſuffragante *Schotto.* Antea legebatur, etiam in memb. Schotti: *voti eſſe compotem:* quomodo *Horatius in Arte:*

— *voti ſententia compos.*

Sed hoc *Giſanio* gloſſam redolet. cui plane adſentior. vide Ind. v. *damnare.* Idem *Giſanius* e ſuo cod. mox legit, *namque hoc a diis &c.* quomodo & edd. Gebh & Keuch. habent. *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. A. C. item Oxon. *compotem.* ſed B. *damnatum.* Vide Perizon. ad Sanctii Minervam lib. 4. cap. 4. n. 14. & Munckerum ad Lactantium Narrat. Fabul. lib. 10. fab. 8. Pro *reſtituerent* Voſſ. B. C. item Leid. m. *reſtitueret.* *Liceret* abeſt a Voſſiano C.

4 *In gymnaſio, quod Timoleonteum app.*] Non in gymnaſio, ſed in foro ſepultum adſerit *Plutarchus:* ſed gymnaſium nomine hoc in gratiam illius

Digitized by Google

Timoleonteum appellatur, [5] tota celebrante Sicilia, ſepultus eſt.

illius conſtitutum. *Longolius.* Ejus meminit *Polyaenus lib. 5. in Agathone* *comm.* 8. Gebhardus.

[5] *Tota celebrante Sicilia*] Vide *Plutarchum extr. vita*, & *Diodorum* 16. Boſius.



Digitized by Google

XXI. DE REGIBUS.

CAP. I.

1 Hi fere fuerunt [1] Graeciae gentis duces, qui memoria [2] digni videbantur, praeter REGES. Namque eos [3] attingere noluimus, quod omnium res geſtae [4] ſeparatim ſunt relatae. Neque tamen hi admodum ſunt multi.
2 [5] Lacedaemonius autem Ageſilaus, nomine [6] non poteſtate fuit rex: ſicuti ceteri Spar-

DE REGIBUS] Adnotat *Lambinus*, nullis in libris, neque antiquioribus, neque recentioribus, hanc inſcriptionem ſe repperiſſe. In Boecl. certe iſta vitae Timoleontis continuantur. *Giſanius* quoque *Ind. Lucret. v. Veſtis* illa c. 3, 4. *Neque ita multo poſt Seleucus*, &c. tanquam e vita Timoleontis, fide Mſ. cod. ſui laudat. *Boſius*. Et ita in tribus meis Voſſianis.

1 *Graeciae gentis*] Similiter *Graeciam gentem* dixit Feſtus: Gellius 7, 5. *Graeciam terram*: qui & *terram Siciliam*, 3, 7. & *terram Italiam* eod. lib. cap. 3. *Bucknerus*. adde *Voſſ. de conſtruct. c.* 2. In Mſ. tamen Boecl. erat: *Graecae gentis*. Boſius. Quatuor mei Codices *Graeciae gentis*. Sic in Alcib. cap. 7. n. ult. mei Codices exhibent, *Manuque collecta primus* Graeciae civitatis *in Thraciam introiit*. ubi *civitas Graecia* pro ipſis Graecis, pro quo hic *gens Graecia* adhibetur. V. Oudendorp. ad Lucan. 7, 847.

2 *Digni videbantur*] Sic non modo q. edd. vett. ſed etiam optimus liber Boecl. Nec video, cur mutarint alii in *videantur*. Boſius. Leid. m. *videntur*. Voſſ. B. *videbantur*.

3 *Attingere*] Lib. Schotti, *adjungere*. Vitis nimirum Graeciae excellentium imperatorum. Neſcio, an ideo vulgata lectio moveri debeat. *Gebhardus*. Et *attingendi* verbo hoc ſenſu uſus etiam 16, 1, 1. quamquam & alterum adhibuit 15, 10, 4. *Boſius*. Omnes mei *attingere*.

4 *Separatim*] Alio libro, cui regum vitas continebat: ita *Lambinus*. Nec aliter *Voſſius* accepit, *de hiſtor. Lat.* 1, 14. Malim aliorum ſcripta de ſingulorum rebus geſtis intelligi. nam ſi de ſuis loqueretur, *a ſe relatas* dixiſſet. quomodo 24, 3, 5. *in eo libro, quem ſeparatim de eo fecimus*. Boſius.

5 *Lacedaemonius*] Adde & Phocionem. De quo vide in vita ejus, quae notavi ad cap. 1, §. 1. *Ernſtius*. Ed. Ultraj. *Lacedaemoniis*. Sed repugnat quod ſtatim ſequitur, *ſunt ceteri Spartani*. Boſius.

6 *Non poteſtate*] Vide ad 4, 3, 5. & 17, 1, 2. dicta. *Boſius*.

7 *Qui dominati ſunt*] Proba lectio, nec pervertenda. Intelligit enim eos, qui dominati ſunt in volentes nolentes, neque legibus alienis ſe conſtringi paſſi ſunt. Interpolatum du-

Digitized by Google

Spartani. Ex his vero, [7] qui dominatum imperio tenuerunt, excellentiſſimi fuerunt (ut nos judicamus) Perſarum [1] Cyrus, & [2] Darius Hyſtaſpis filius: quorum uterque privatus virtute regnum eſt adeptus. Prior horum apud Maſſagetas [3] in praelio cecidit. Darius ſenectute diem obiit ſupremum. Tres ſunt 3
praeterea ejuſdem generis, [4] Xerxes, & duo Artaxerxes, [5] Macrochir & [6] Mnemon. [7] Xerxi maxime eſt

dudum fuerat. *Qui domitum orbem imperio tenuerunt.* Cicero Tuſcul. *Civitatem oppreſſam ſervitute tenere* *Gebhardus*. Olim edebatur: *qui domitum orbem.* Sed jam obſervavit *Magius*, nullam exemplar huic *Ald.* lectioni ſuffragari. Venetum, eodem teſte, habebat, *imperio retinuerunt.* Sed receptam lectionem facile tuentur loca alia, 14, 4, 1: 1, 3, 5: 1, 1, 2. & praeſertim 20, 3, 5. *Boſius*. Voſſ. C. *dominatum imperium.* Ceteri cum Boſio faciunt. Pro *excellentiſſimi* Leid. m. *excellentiſſimum.*

1 *Cyrus*] Major ſcilicet, Cambyſis filius, Aſtyagis e filia nepos: cujus res, praeter ſcriptores hiſtoriae univerſales, (e quibus praecipui ſunt *Herodotus*, *Diodorus Siculus* & *Juſtinus*) perſequuti ſunt *Xenophon in Cyropaedia*, & *Cteſias in Excerptis Photianis*. Boſius.

2 *Darius Hyſt. F.*] De quo conſulendi iidem ſcriptores, Xenophonte excepto. Quaedam & noſter habet 1, 3. *& deinceps: itemque* 2, 2. *& ſeqq.* Boſius. Leid. m. *Yſtaſpi.* Voſſ. A. *Hirtapſi.* C. *irtapſi.*

3 *In praelio cecidit*] In praelio contra Scythas ſive Maſſagetas eum cecidiſſe, etiam *Herodotus* 1. *Polyaenus* 8. *Juſtinus* 1, 8. & *Valerius Max.* 1, 10. ſcribunt: ſed in acie captum & cruci affixum, *Diodorus* 2, 44. Aliter item *Xenophon* 8. & *Cteſias in Perſicis*, qui ex acie ſaucium elatum, & in caſtris ſuis mortuum ajunt, poſtquam filiis praecepta dediſſet. Rurſus aliter *Joannes Malela*, & *Lucianus libro de longaevis.* vide *Uſſerii Annal. V. T. pag.* 140. *&* 149. Boſius.

4 *Xerxes*] Cujus res praeter jam laudatos ſcriptores fuſius enarrat *Petrus Bizarrus l. 2. rerum Perſicarum.* Quaedam & noſter narrat 2, 2. *& deinc.* qui & alibi ejus meminit. *Boſius*. Leid. m. & Voſſ. A. C. *Xerſes.* & *Artaxerſes.*

5 *Macrochir*] Mendoſe legitur in omnibus libris, *Macrochir quoque.* hoc enim ſignificat harum vitarum ſcriptor, tres eſſe reges ejuſdem generis, nempe Xerxen unum, duos Artaxerxes, quorum alter *Macrochir*, alter *Mnemon* dictus eſt. Artaxerxes autem Macrochir Xerxis filius erat, alter vero, qui Mnemon dictus eſt, Darii poſterioris, qui *nothus* dictus eſt; & Paryſatidis filius, Cyri minoris frater. Paryſatis porro Artaxerxis Longimani ſoror, Xerxis filia, fuit. Atque haec fere ex *Plutarcho* & *Diodoro.* nam *Cteſias* longe diverſa tradit, quae prudens praetereo. *Lambinus.* *Quoque* addunt L. m, & Voſſ. A.

 Pro

eſt illuſtre, quod [1] maximis poſt hominum memori-
am exercitibus, terra marique bellum intulit Grae-
4 ciae. At Macrochir praecipuam habet laudem am-
pliſſimae pulcherrimaeque corporis formae: [2] quam in-
credibili ornavit virtute belli. Namque illo [3] Perſes
nemo fuit manu fortior. Mnemon autem juſtitiae
fama floruit. Nam quum [4] matris ſuae ſcelere ami-
ſiſſet

Pro *Macrochir*. B. *Machrodue*.

6 *Mnemon*] Hujus res, praeter *Cteſiam*, *Diodorum*, *Juſtinum*, ſeparatim tradit *Plutarchus in vita illius*, & magnam partem auctor *librorum ſeptem de expeditione Cyri*, fratris ejus, ſive is *Xenophon* eſt, ſive *Themiſtogenes Syracuſanus*. Boſius. Leid. m. *Memon*. Voſſ. B. *Memno*. C. *Memnon*.

7 *Xerxi*] *Xerxi* poſitum pro *Xerxis*. Eſt autem haec ſententia, Xerxis factorum hoc maxime eſt illuſtre, &c. *Lambinus*. Vide not. ad 2. 1, 1. & 17, 1, 2. Similiter loquutus eſt 3, 2, 2. *Boſius*.

1 *Maximis exercitibus terra marique bellum intulit Graeciae*] De hoc bello vide ſupra 2, 2. *& deinceps*, quaeque nos ad ea capita adnotavimus. *Boſius*. Venerandus Praeceptor meus P. Burmannus ad Ovidium lib. 13. Metam. vſ. 216. ad probandum plurium Ablativorum concurſum Optimis Auctoribus uſitatum, adducit hunc locum iſthoc modo; *Maximis exercitibus terraque marique bellum intulit*.

2 *Quam incredib. ornavit virtute belli*] Cum formoſuli ſint plerumque ignavi, & molliculi. *Gebhard.* Minimum eſt in aliquo, quod ſit magno & formoſo corpore; niſi virtus illud ornet. Et ſic *Gratior eſt pulchro veniens e corpore virtus*. Loccenius. Pro *cecidit* V. C. Schotti *occidit* habuit. Non ita ſolet Noſter. *Boſius*. Leid. m. *cecidit*. Voſſ. A. B. C. *occidit*.

3 *Perſes nemo f. m. f.*] In Ora Mſ. mei Codicis vetuſta manu additum invenio: *Namque illo Perſarum nemo fuit pulcrior, nemo fortior.* Cui lectioni quiſque tribuat, quantum velit. Ego nihil corrigo. *Ernſtius.* Pro *Perſarum* membranae Schotti *Perſes*. Quomodo & alibi Mſſ. codd. habent, ut 7, 9, 5. Quod autem in Mſ. Ernſt. fuit; *nemo fuit pulchrior, nemo fortior*: haud dubie a manu ſcioli cujuſdam eſt, qui cum videret, *pulcherrimae corporis formae* paullo ante mentionem factam, eam neque heic omittendam putavit. *Boſius*. Leid. m. & Voſſ. A. B. C. *Perſes*, atque ita ſcribendum docet Clar. Oudendorpius ad Frontini ſtrateg. in Addendis pag. 506. Pro *habet laudem* Voſſ. A. *haberet laudem*. pro *fortior* Voſſ. B. *ferocior*. *Ferox* quidem in bonam partem pro forti ſtrenuoque ac audaci ponitur, ut diſcimus e Themiſtocle cap. 2. & Cortio ad Salluſtii Catilin. cap XI. n. 5. item aliis. ſed an *manu ferox* eo ſenſu dicatur, inquirendum reſtat. *Aetate viribuſque ferox* dixit Livius lib. 3. cap. 70.

4 *Matris ſuae*] Paryſatidis, quae Statiram uxorem ejus veneno necavit. Vide *Cteſiam* & *Plutarchum*. Boſius.

1 *Tan-*

ſiſſet uxorem, [1] tantum indulſit dolori, ut eum pie-
tas vinceret. Ex his [2] duo eodem nomine, [3] morbo 5
naturae debitum reddiderunt: [4] tertius ab Artabano
praefecto ferro [5] interemtus eſt.

Cap. II.

Ex Macedonum autem [6] genere [7] duo multo cete- 1
ros anteceſſerunt rerum geſtarum gloria: Philip-
pus

1 *Tantum indulſit dolori, &c.*] Nempe matre Babylonem dimiſſa, ſolum ancillam ejus Gingin, ſeu, ut *Cteſias* vocat, Gingen, miniſtram ſceleris, ſupplicio affecit. *Pietas* igitur erga matrem intelligenda eſt, non erga defunctam uxorem, ut vir doctus videtur accepiſſe. Adde Ind. v. *dolor*. Boſius.

2 *Duo eodem nomine*] Duo Artaxerxes. *Lambin.*

3 *Morbo naturae debitum reddiderunt*] Lucretius 3, 985. *Vitaque mancupio nulli datur, omnibus uſu.* Idcirco quia propria non eſt, aliena eſt, velutque debitum reſtituendum. Pari elegantia loquitur Curtius 10, 5, 3: *Dimiſſoque vulgo, velut omni vitae debito liberatus, fatigata membra rejecit.* Unde Fatum ac Mors creditori ſeu Depoſitori aequiparantur; qui *repetere* ſive *repoſcere debitum* proprie dicuntur. Propertius 2. eleg. 1, *Quandocumque igitur vitam mea fata repoſcent.* Curtius 6, 10, 33. *Ego in ipſo robore aetatis eripior; tibi carnifex ſpiritum adimet, quem ſi fortuna exſpectare voluiſſet, natura repoſcebat.* Idem 7, 10, 9. *Interroganti, quo pignore fidem obligaturi eſſent; vitam, quam acciperent, pignori futuram eſſe dixerunt, reddituros quandocumque repetiſſet.* M. Tullius Tuſcul. Diſputat. 1, 39. *Natura dedit uſuram vitae tanquam pecuniae, nulla praeſtituta die. Quid eſt igitur quod querare, ſi repetit cum vult? Ea enim conditione acceperas.* Nec non commodanti. Idem Curtius 10, 6, 6. *Credere licet, tantum virum Deos accommodaſſe rebus humanis, quarum ſorte completa cito repeterent eum ſuae ſtirpi.* Gebhardus. Similia paſſim apud *Senecam* & alios invenias. *Boſius.* *Reddere* proprie hic adhibet Noſter, quia vita tanquam debitum reſtituenda. *Reddere* enim proprie de debitis vel creditis uſurpari docet Servius ad Virgil. 2. Aen. vſ. 360. Hinc paſſim *reddere vitam, animam &c.* dicitur. Vide Interpr. ad Propertium 1, 6, 26. & Burm. ad Ovidii Ibin. vſ. 407. *Naturae debitum perſolvere* dixit Hyginus fab 26. & fab. 52. *Ex qua qui biberet, debitum naturae ſolvebat.* Pro *indulſit* Voſſ. B. *indulxit*.

4 *Tertius ab Artabano*] Scilicet Xerxes. Lege *Juſtinum in princ. lib.* 3. & *Oroſium* 2, 11. Magius. Commemorat hanc Xerxis caedem & *Ariſtoteles* 5. *polit.* 10. *Cteſias* autem haec aliter narrat. *Lambinus.* adde *Diodorum Sic.* 11, 19. Boſius. Voſſ. A. *Arthabano* B. *Arthebano.*

5 *Interemtus eſt*] Ita reſcripſi, ſequutus Mſſ. Boecl. & Leid. utque vitarem κακοφωνίαν, nam vulgo

Digitized by Google

pus Amyntae filius, & [1] Alexander Magnus. Horum alter Babylone [2] morbo conſumtus eſt. [3] Philippus Aegis a Pauſania, quum ſpectatum ludos iret,
2 juxta theatrum [4] occiſus eſt. Unus [5] Epirotes Pyrrhus, qui cum populo Rom. bellavit. Is quum Argos

edunt, *interfectus eſt*. Boſius. Voſſ. B. *interemtus*.

6 *Genere*] Ita ferme loquitur Curt. lib. 7. cap. 42. *Statuerat autem parcere urbi conditae a Cyro: quippe non alium gentium illarum magis admiratus eſt, quam hunc regem & Semiramin, in queis & magnitudinem animi & claritatem rerum longe eminuiſſe credebat*. Gebhard. Mſ. Schott. & Ed. Ultraj. *gente*. ſed *generis* voce hoc ſenſu & paullo ante cap. 1, 3. uſus eſt. *Boſius*. Leid. m. & Voſſ. A. B. *gente*. *Genus* tamen ſaepiſſime pro gente ponitur. Virgil. 1. Aen. vſ. 10.

Inferretque deos Latio, genus *unde Latinum*.

Auctor conſolationis ad Liviam Auguſtam vſ. 17.

Ille genus, *Suevos*, *acre*, *indomitoſque Sygambros*
Contudit, *inque fugam barbara terga dedit*.

A. Gellius lib. 4. N. Att. cap. 16. *M. Varronem*, & *Nigidium*, *viros Romani* generis *doctiſſimos comperimus*. Hyginus fab. 2. *Init conſilium cum totius* generis *matronis*. Florus lib. 2. cap. 3. n. 4. de Liguribus, *Tuti locis ac fuga*, *durum atque velox* genus, *ex occaſione magis latrocinia*, *quam bella faciebant*. ubi vide Clar. Dukeri notas.

7 *Duo multos ceteros anteceſſ. ver. geſt. gloria*] Ita ferme loquitur *Curtius* 7, 6, 20. Gebhardus.

1 *Alexander Magnus*] Ad differentiam ita dictus, ob magnas tamen res geſtas, alterius, nempe Moloſſi. Hic maximo licet fuerit animo, magni tamen nihil geſſit. Cum in Italiam ait A. Gellius lib. 17. cap. 21. tranſiret, bellum Populo Romano facturus, dixiſſe fertur: ſe quidem ad Romanos ire quaſi in ἀνδρωνῖτιν, Macedonem iſſe ad Perſas quaſi in γυναικωνῖτιν. ſed priuſquam bellum faceret, vita deceſſit. Cum altero, videlicet Magno, componit Livius L. Papirium Curſorem lib. 9. cap. 16. ſub fin. Cujus ſententiam repetunt Ammianus Marcellinus lib. 30. & P. Oroſius lib. 3. cap. 15. ſed Muretus lib. 15. Var. Lect. cap. 14. Livium ſibi contradixiſſe oſtendit. *Ernſtius*. Rerum ab Alexandro geſtarum ſcriptores recenſet *Freinshemius prolegomen. in Curtium cap.* 4. cujus indiculum ſupplet *Reineſius epiſtola* 38. *ad Rupertum*, quae & apud *Rupertum in obſervationib. ad Beſoldum cap.* 8. legitur. Ex iis, qui ſuperſunt, praecipui, *Curtius*, *Arrianus*, & *Plutarchus*. E recentioribus diligenter eas digeſſit *Uſſerius in annal. V. I.* Boſius.

2 *Morbo conſumtus*] Quo genere morbi incertum eſt. A. Gellius, loco citato, cum Nepote dicit: *obiit mortis diem*. Mortis genus non indicat. Vide notas Dn. Boſii. *Ernſt.* De genere mortis Alexandri difficile dictu eſt, & magna inter hiſtoricos veteres diſſenſio atque contro-

gos oppidum oppugnaret in Peloponneſo, [6] lapide ictus interiit. Unus item Siculus, [7] Dionyſius prior. Nam & manu fortis, & belli peritus fuit, &, id quod in tyranno non facile reperitur, minime libidinoſus,

troverſia: Sed tamen haec habetur omnium veriſſima ſententia, Alexandrum febre ex immoderato vini potu, & commiſſatione apud Medum contracta, Babylone interiiſſe. *Lambinus*. vide *Uſſerium pag.* 398. A. Mſ. Boecl. aberat τὸ *eſt*. Boſius. *Eſt* abeſt a Voſſ. B.

3 *Philippus Aegis a Pauſan.*] Ariſtoteles 5. politic. 10. ἢ ὥσπερ, inquit, Φίλιππος ὑπὸ Παυσανίου διὰ τὸ ἐᾶσαι ὑβρισθῆναι αὐτὸν ὑπὸ τῶν περὶ Ἄτταλον. Lege *Diodorum Siculum* in lib. de geſtis Philippi (*fine libri* 16.) *Juſtinum* 9, 6. *Oroſium* 3, 14. Meminit *Plutarchus in Alexandro*, & *Ovidius in Ibin*. Magius. Adde *Ciceron. de fato cap.* 3. *Aelian Var.* 3. *extr. Val. Max.* 1, 8. *Plutarch. Alexandro*: *Pauſaniam Arcadicis*: *Joſephum* 11, 8. Perſarum inſidiis interfectum, fingit Alexander apud *Curtium* 4, 1, 12. & *Arrianum* 2. Boſius. Leid. m. *Egys*. Voſſ. A. *Aegys*. B *Thibis*. Pro *Peloponneſo* Leid. & Voſſ. A. C. *Peloponenſo*. ſed B. *Pelopomeſſo*.

4 *Occiſus eſt*] Ex inſidiis addit A. Gellius loco jam ſaepius laudato. *Ernſtius*.

5 *Epirotes Pyrrhus*]. Cujus res, praeter *Juſtinum*, *Florum*, alios, ſeparatim compoſuit *Plutarchus*. Boſius.

6 *Lapide ictus interiit*] Alii volunt tegula: Auctor de Viris illuſtrib. c. 35. *Tum in Graeciam regreſſus, dum Argos oppugnaret, ictu tegulae proſtratus eſt.* *Polyaenus l.* 8. teſtae ictu exanimatum refert: ἐμπεσούσης ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κεραμίδος. quae verba reperiuntur apud *Plutarchum*. Sed Nepotis opinionem roborat *Paulus Diaconus l.* 2. *cap* 20. *Apud Argos Achaiae florentiſſimam urbem Spartani regni aviditate ſeductus, ſaxo ictus occubuit.* Verbotenus deſcripſit *Oroſium l.* 4, 2. Juſtinus 25, 5, 1. *Dum Antigonum in urbe clauſum expugnare conatur, inter confertiſſimos violentiſſime dimicans, ſaxo de muris ictus, occiditur.* Zonoras tomo 2. Πύῤῥος μὲν οὖν ἐπιφανέστατος ἐν στρατηγοῖς γενόμενος, ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύσας οὐ πολλοῦ ὕστερον ἐν Ἄργει ἀπέθανε. γυνὴ γάρ τις, ὡς λόγος ἔχει, παριόντα αὐτὸν ὁρᾶν, ἀπὸ τοῦ τέγους ἐπιθυμήσασα ἐσφάλη, καὶ ἐμπεσοῦσα διέφθειρεν αὐτόν. *Gebhardus*. Simili occaſione Abimelechum mulier fragmine molae dejecit & interfecit. *Judicum* 6, 53. Alta rerum molimina unus fatalis ictus, etiam mulieris, interrumpere poteſt. Hi caſus etiam documento erunt regibus & principibus, ne ipſi oppugnationibus urbium interſint: quum in illis vel fortiſſimus a muliere interfici poſſit. Vid. 2. *Sam.* 11, 20, 21. *Grotii Notae in dictum Judicum caput*, & quae ſcripſi *lib.* 5. *hiſt. Suec.* de arcis Calmariae expugnatione, cui periculoſe miſceri Guſtavum, milites deprecantur. *Loccenius*. Tegulae ictu Pyrrhum occubuiſſe, etiam *Pauſanias Atticis*, *Strabo* 8. & *Ovidius in Ibin*, ſcribunt. *Boſius*. Oxon. *lapidis ictu*.

7 *Dionyſius prior*] De quo multa noſter 10. 1. & 2. *Boſius*.

noſus, non luxurioſus, non avarus, [1] nullius rei deni-
que cupidus; niſi ſingularis perpetuique imperii, ob
eamque rem crudelis. Nam dum id ſtuduit munire,
nullius pepercit vitae, quem [2] ejus inſidiatorem pu-
3 taret. Hic quum virtute tyrannidem ſibi peperiſſet,
magna retinuit felicitate: [3] majorque annos ſexaginta
natus [4] deceſſit florente regno. Neque in tam multis
annis

1 *Nullius rei denique cup.*] Itaque ſolebat dicere, *tyrannum non equo inſidentem, ſed pedibus tractum, tyrannidem relinquere debere.* Et cum aliquando rebus ſuis diffidere coepiſſet, approbavit & arripuit illud a quodam dictum, *καλὸν ἐντάφιον τυραννίς.* Et ad extremum tyrannidem ſuam ita ſtabilivit, ut *adamante vinctam eſſe* diceret. *Lambinus.* vide *Diodorum Sicul.* 20. & *Livium* 24, 22. Boſius.

2 *Ejus inſidiatorem*] *Imperii* ſcilicet, non *vitae*, adeoque & heic pronomen relativum ad remotius nomen referendum. vide ad 19, 2, 5. *Boſius.*

3 *Majorque annos ſexag. natus*] Vapulat tacite Lambinus cenſura Savaronis ob temeratam futili conjectura lectionem, cum eodem pene modo loquatur in Annibale. *Gebhardus.* Poſtquam Syracuſarum regnum 38. annis obtinuerat. Xenoph. *Ernſtius.* Ita Col. & quibus *Lambinus* uſus. Aliae, & Mſſ. Savaronis: *majorque enim annos ſexag. natus.* quomodo & Boecl. niſi quod *annis*, ut videtur, habet. *Lambinus* ſola, ut ait, conjectura ductus, damnata vulg. lectione ut Latinis auribus inaudita, correxit, *majorque annis ſexag. natu.* quod retinuere alii, *Lambinianas* correctiones ſequi ſoliti, etiam ampliſſ. *Loccenius*; etſi *Boeclerus*, quem alias fere ſequitur, noviſſime emendarat, *majorque annis ſex. natus.* Et ſane ſic *Cicero* loquitur 2. *in Verrem c.* 49. *& in quaeſtion. Academicis.* Neque tamen altera lectio ferri nequit, ſi ſubaudiantur particulae *ante*, & *quam.* Ut integre ſit, *majorque quam ante annos LX. natus.* nam & noſter alibi dixit, *annos* LXXX, LV, XXIII. *natus.* vide Ind. v. *natus.* Ne de aliis veterum nunc dicam. Sed quoniam in quibusd. libris legitur *majorque enim*: non dubito aliquid mendi ſubeſſe. Forſan Nepos ſcripſit: *majorque duo & ſexag. annos natus.* Ut nota binarii tranſierit in *n*, qua litera voculam *enim* a librariis compendio ſcripturae exprimi notum eſt. Sane LXIII. aetatis anno Dionyſium obiiſſe, colligas e *Cicerone Tuſcul. quaeſt.* 5, 20. ubi *duodequadraginta annos tyrannum Syracuſanorum fuiſſe* ſcribit, *cum V. & XX. natus annos dominatum occupaviſſet.* Copula, ſemel corrupto loco, facile potuit excidere. Quod ſi haec conjectura diſpliceat, legi poſſit; *major enim quam ſexag. annos natus.* Vel, omiſſo τοῦ *quam*, *major enim ſ. a. n.* Nam ea particula, ſive in ora lecta fuit, facile in encliticam, quae nunc ibi legitur, corrumpi potuit. *Boſius.* Recte vocem *natus* tuetur Boſius, conſentientibus

annis cujuſquam ex ſua ſtirpe funus vidit, quum [5] ex tribus uxoribus liberos procreaſſet, multique ei nati eſſent nepotes.

Cap. III.

Fuerunt praeterea [1] magni reges ex amicis Alexandri Magni, qui poſt obitum ejus [2] imperia ceperunt. [3] In his Antigonus, & [4] hujus filius [5] Demetrius: 1

bus Mſſ. Leid. Voſſ. A. B. & C. qui pro *annos* exhibet *annus*. Conſule Cl. Burm. ad Petron. Satyric. cap. 57. p. 285. Pro *majorque* Leid. m. *majorque enim*. Quod firmat Boſii conjecturam.

4 *Deceſſit*] *Plinius* 7, 54. gaudio vitae ſupremum diem obiiſſe tradit. *Diodorus* 15. paullo aliter. *Lambinus*.

5 *Ex tribus uxoribus*] Vapulat heic *Lambino* aliisque Nepos; quoniam, ut volunt, Dionyſius duas tantum uxores habuerit. Et ſane duas ſolum memorant *Cicero Tuſc.* 5, 20. *Valerius Max.* 9, 13. *ext.* 5. *Aelianus* 13, 10. & *Diodorus* 14. ſed uno die ductas ac eodem tempore in matrimonio habitas, poſtquam denuo tyrannidem recepiſſet. Verum cumprimum eam occupaſſet, duxerat Hermocratis Syracuſani filiam, quae ob immanes Syracuſanorum contumelias ipſa ſibi mortem conſcivit. Sic diſerte *Plutarchus princ. Dionis.* quem ſi recte inſpexiſſent viri docti, nae illi erroris haud arguiſſent noſtrum, nec eorum unus de *tertia concubinae vicem implente* cogitaſſet. *Boſius*. Vocem *nepotes*, quae abeſt a multis, quas vidi, editionibus, agnoſcunt omnes mei codices.

1 *Magni reges*] Sic Mſſ. Schotti, Leid. Boecl. & ed. Ultraj. probante optimo *Scheffero* noſtro: cujus judicio non ſatis convenit τὸ *multi*, (quod hucusque in edd. tantum non omnibus legitur) cum numerus non fuerit tantus. Et *cap* 1, 1. univerſe negat *admodum multos* eſſe reges memoria dignos. Putabat idem emendationem factam a ſciolo, cui non placuerit vocem *magni* repeti, cum ſequatur ſtatim, *Alexandri magni*. Fortaſſe Nepos ſcripſit, *multi magni reges*; atque ob altera abſorpta eſt, prior alibi, alibi poſterior vox. *Boſius*. *Magni* Voſſ. A. & C. Voſſ. B. *multi reges ex Amici Alexandri, qui*.

2 *Imperia ceperunt*.] Quomodo imperia ceperint, & quae tanti regni membra quibus ceſſerint, accurato labore conſignatum habes *in fine Freinshemianorum commentariorum in Curtium*. Boeclerus. Adde *Uſſer. annal. V. T. p.* 403. & 404. & denuo *p.* 409. 413. & 414. Boſius.

3 *In his Antigonus*] Cujus & reliquorum geſta accurate e ſuis ſcriptoribus diligenterque digeſſit *Uſſerius in annalibus modo laudatis*. adde *Rupertum in animadverſ. ad Beſoldum*. Boſius.

4 *Hujus filius*] Mſ. Boecl. *ejus filius*. Boſius.

5 *Demetrius*] Cognomento *Poliorcetes*. Boſius.

Digitized by Google

trius: Lyſimachus, [1] Seleucus, [2] Ptolemaeus. Ex his Antigonus, quum adverſus Seleucum, [3] Lyſimachumque dimicaret, [4] in praelio occiſus eſt. [5] Pari leto affectus eſt Lyſimachus a Seleuco. Nam ſocietate diſſoluta, bellum inter ſe geſſerunt.
3 At Demetrius quum [6] filiam ſuam Seleuco in matrimonium de-

1 *Seleucus*] Cognom. *Nicator*. ea enim vera cognominis hujus ſcriptura eſt, ut poſt alios docet ampliſſimus idemque eruditiſſimus vir, *Ezech. Spanhemius diſſertat.* 5. *de praeſtantia & uſu numiſm. vet. pag.* 375. *& deinceps*. Aliis *Nicanor* eſt. *Boſius*.

2 *Ptolemaeus*] Non Ceraunus, quod vir doctus putabat, ſed Lagi filius, ut jam monuit *Lambinus*. Boſius.

3 *Lyſimachumque*] Voſſ. A. & C. *& Lyſimachum*.

4 *In praelio*] De quo prolixe *Plutarchus Demetrio*. A Leid. aberant haec verba: ſed ita & 22, 4, 2. loquitur. *Boſius*.

5 *Pari leto adfect. Lyſimachus*] Non ſervat temporum ordinem Probus. nam poſt Demetrii mortem Lyſimachus cum Seleuco conflixit. *Lambinus*. Tacitus lib. 4. Annal. cap. 45. *L. Piſonem pace incurioſum in itinere adortus uno vulnere in mortem* adfecit. Nec diſſimiliter Suetonius Galba cap. 9. *Tutorem, quod pupillum, cui ſubſtitutus haeres eſt veneno necaſſet, cruce* adfecit. *Gebhardus*. Pro *a Seleuco* Voſſ. B. *ab Seleuco* more ſolito. Vide ad Miltiad. cap. 3, n. 3. & J. Arntzenium ad Victoris Epitomen cap. 24. n. 4. Pro *nam* Idem *namque*. pro *eo magis* Voſſ. C. *eos magis*.

6 *Filiam ſuam*] Stratonicen ex Phylla. *Lambinus*.

7 *Captus bello*] Immo dedidit ſe Seleuco. Teſtes *Plutarchus in vita*, *Juſtinus* 16, 2, 6. Boſius.

8 *In cuſtodia generi*] Peninſulae Syriae incluſus, ut *Plutarchus*: ſeu, ut *Diodorus* 21. *in excerptis Peireſcianis*, Pellae cuſtoditus. *Boſius*.

9 *Periit morbo*] In quem ex ocio, ſagina & vino delapſus erat. *Plutarchus*. Boſius. Non invenuſte Voſſ. B. *periit a morbo*. Propertius, 2. 20, 69.

Solus amans novit, quando periturus, & a qua
Morte: neque hic Boreae flabra, neque arma timet.

Ubi vide Paſſeratium. Hyginus fab. 14, p. 47. Ab *ſerpentis morſu in Africa obiit*. Florus 1, 23, 2. *Deinde moribundos a ſejunctione rediiſſe in gratiam.* Ubi Ciceronen eodem modo locutum eſſe docet Cl. Dukerus. Haec enim Praepoſitio verbis neutris ſaepius additur cauſſam efficientem ſignificans. Sic etiam dicitur *cadere, interire, perire, mori ab aliquo*. Vide Sanctium in Minerva p. 405. Munckerum ad Hyginum fab. 33. & Cl. Burmannum ad Ovidium 5. Metam. vſ. 192. Eodem modo, quo a Graecis praepoſitio ὑπὸ verbis τελευτᾷν, θνήσκειν, ἐκπίπτειν adjici ſolet. Herodot. l. 3. cap. 65. οὗτος μὲν, ἀνοσίῳ μόρῳ τετελεύτηκε ὑπὸ τοῦ ἑαυτοῦ οἰκειοτάτου. Eurip Oreſte 746. Μέλλ' ἰδεῖν θανεῖν ὑπ' ἀστῶν. Sophocl. Ajace Flag. 1045. ὑφ' οὗ φονέως ἄρ' ἐξέπνευσας.

dediſſet, neque eo magis fida inter eos amicitia manere potuiſſet: [7] captus bello [8] in cuſtodia ſocer generi, [9] periit morbo. Neque ita multo poſt Seleucus [1] a Ptolemaeo Cerauno dolo interfectus eſt: [2] quem ille [3] a patre expulſum [4] Alexandrea, [5] alienarum opum indigentem receperat. [6] Ipſe autem Ptolemaeus,

1 *A Ptolemaeo Cerauno*] Ptole-lemaei Lagidae ex Eurydice filio. Caedem hanc narrant *Juſtinus* 17, 24. *Appianus Syriacis*: *Pauſanias Atticis*: *Memnonis Excerpta*, apud *Photium*, *cap.* 13. *Plinius* 6, 11. Boſius. Verbum ſubſtantivum iterum abeſt Voſſiano A. & Leidenſi meo. Pro *Seleucus* Voſſ. B. *Seleuchus*.

2 *Quem ille*] Ptolemaeum Ceraunum Seleucus. *Lambinus*.

3 *A Patre*] Lagi F. *Lambin.*

4 *Alexandrea*] Sic legit e ſuo cod. *Giſanius Ind. Lucr. v. Veſtis.* firmatque *Lambinus* illo *Horatii* 4. *od.* 14. *Portus Alexandrea ſupplex.* Vetus inſcriptio Neapolitana apud *Gruterum* 376, 3. PROCUR. LUDI. FAMIL. GLAD. CAESARIS. ALEXANDREAE. AD. EGYPTUM. Alia apud eundem 525, 2. TR. MIL. ALEXANDRE. AD. AEGYPT. LEG. XXII. In nummo M. Lepidi apud *Urſinum in Familiis Rom. pag.* 7. capiti turrito ſubſcriptum legitur: ALEXANDREA, & in alio: ALEXSANDREA. Sic *Antiochea.* Auſonius de claris urbibus: *Tertia Phoebeae lauri domus Antiochea* Priſcianus lib. 2. *Inveniuntur auctores frequenter varie proferentes ALEXANDRIA, ALEXANDREA; NICIA & NICEA; ANTIOCHIA & ANTIOCHEA.* Et mox *Horatii* loco jam laudato id firmat. Quare obtemperandum *Giſanio* cenſui, monenti *ne deleantur haec antiquitatis veſtigia etiamnum in vet. lib. expreſſa.* nam hucusque omnes ediderant, *Alexandria.* Boſius. Voſſ. A. *Alexandrea.* atque ita legendum etiam ſtatuit F. Urſinus ad Ciceronem 1. Fam. Ep. 4. ſed vide notas noſtras ad Alcibiad. cap. 4. §. 7. & ad Epamin. cap. 9. n. 1.

5 *Alienarum opum indigentem*] Exſulem. Infra Hannibale. *Qui quidem cum patria pulſus eſſet, &* alienarum opum *indigeret.* Val. lib. 4. cap. 6. *Minyae expulſi armis*, alienae opis *indigi, excelſa Taygetorum montium juga ſupplices occupaverant.* Curt. lib. 6. cap. 15. Etſi non de exſule affinem tamen locutionem habet. *Qui ultimum auſi ſcelus regem ſuum etiam* externae opis *egentem, certe cui nos victores pepercisſemus, quaſi captivum in vinculis habuit.* Tacit. lib. 3. Hiſtor. cap. 48. *Eo properantius Alexandriam pergit, ut, fracto Vitellii exercitu, urbem quoque* externae opis *indigam fame urgeret.* Salluſtius Jugurtha. *Quod ante rex genere fama atque copiis potens, nunc deformatus aerumnis, inops* alienas opes *exſpecto.* Gebhardus. Hanc phraſin latius inluſtravit Cl. Burmannus ad Quinctilian. declam. 248.

6 *Ipſe autem Ptolemaeus*] Pater, Lagi F. non Ceraunus, [de quo verba haec accepit *Magius*] quippe qui a Gallis interfectus eſt. *Lambinus.* vide *Juſtinum* 24, 5, 6. *Memnonis excerpta Photiana cap.* 15. *Pauſaniam*

maeus, [1] quum vivus filio regnum tradidiſſet, [2] ab illo eodem vita privatus dicitur. [3] De quibus quoniam ſatis dictum putamus, non incommodum videtur, non praeterire Hamilcarem & Hannibalem: quos & animi magnitudine & calliditate omnes in Africa natos praeſtitiſſe conſtat.

Janiam Phocicus, aliosque. *Boſ.* Leid. & Voſſ. A. B. *Ptolomaeus.* C. *Phtolmaeus.*

1 *Cum vivus filio regnum trad.*] Monſtrat hic locus ſupra in Ageſilao cap. 1, 4. melius legi *vivus*, quam *vivens.* Ernſtius. Idem fecit Artaxerxes Mnemon, apud *Juſtinum* 10, 1, 2. & apud alios alii: ſed inconſulte magis, quam infeliciter. De Ptolemaeo vide eundem *Juſtinum* 16, 2, 7. *& ſeqq.* & *Porphyrium*, *in* Graecis *Euſebianis Scaligeri pag.* 59. e junioribus, *Uſſerium p.* 469. Boſius.

2 *Ab illo eodem vita privatus dicitur.*] Nusquam alibi, quod ſciam, hoc legitur, ne quidem apud *Juſtinum* & *Porphyrium.* Sed nec ullibi praeterea invenio, quo mortis genere Ptolemaeus Lagi perierit. Nam quod apud *Syncellum pag.* 271. legitur, *πτολεμαίου τοῦ λάγου κεραυνῷ τιθνεῶτος*, quodque *Jac. Goar* reddidit, *Ptolemaeo Lagi F fulminis ictu mortem obeunte*; id non ad eum, ſed ad Ceraunum, filium ejus, (quem & alibi *Ptolemaeum Lagi F.* vocat) ſpectare, ſatis arguunt quae de *pugna cum Gallis* (ſic enim vertendum, non *Galatis*, ut *Goar* fecit) ſubjiciuntur, reſpiciuntque, quae paullo ante, *pag.* 266. ea de re ſcripſerat *Syncellus.* legendum autem *κεραυνοῦ.* quod & *Scaliger* vidit. Legit enim, *τοῦ λάγου, τοῦ καὶ κεραυνοῦ*, *in Graecis Euſebianis pag.* 66. quod miror non obſervaſſe *Goarem*, qui tanto ſtudio loca a *Scaligero* mutata conſignavit. Hoc autem vult, opinor, *Syncellus*, mortuo Cerauno, fratre natu majore, regnum obtinuiſſe Philadelphum. Sed de his plura, DEO dante, in *notis ad Syncellum*, cujus novam editionem meditamur. Quae cum ita ſint, paene ſuſpicor, lapſum heic Nepotem, & ad Lagidem retuliſſe, quod de Euergeta legerat: quem a filio, idcirco *Philopatore* dicto, interfectum, apud *Juſtinum* 29, 1, 5. legimus. Sane diverſos Ptolemaeos etiam alii veterum confuderunt. *Boſius.*

3 *De quibus quoniam ſatis dictum putamus*] Non certe a Nepote, ſed ab aliis hiſtoriarum conditoribus, quos ſupra nominavimus, & a Dn. Boeclero collecti ſunt. *Ernſtius.* Pro *Hamilcarem & Hannibalem* Voſſ. A. *Amilcarem* & *Anibalem* Pro *& animi magnitudine* Voſſ. C. *cum magnitudine.* pro *Africa* Voſſ. A. & B. *Affrica.*

XXII. HA-

XXII. HAMILCAR.

Cap. I.

[1] HAMILCAR, [2] HANNIBALIS F. cognomine [3] Barcas, [4] Karthaginienſis, [5] primo Poenico 1

De HAMILCARE hoc (nam plures eo nomine Poenorum duces fuere, congeſti ab *Hemingio in Theatro genealogic. tomo* 2. *pag.* 221. *& ſeqq.* ſed aliquando, etiam a veterum nonnullis, ut videtur, non ſatis diſtincti:) videndi praeterea *Polybius* 1, *&* 2. *Livius* 21, 1. *Diodorus Sicul. in eclogis lib.* 24, *&* 25. *& in Excerptis Peireſc. lib.* 25, *&* 26. *Valer. Max.* 6, 6, 2. & 9, 3. *ext.* 2. *Silius Italic. lib.* 1. *Juſtinus* 44, 5, 4. *Appianus principio Ibericorum*, & *Annibalicorum* : & *ecloga legation.* 18. *Porphyrius de abſtin.* 2, 57. *Eutropius* 2. *Oroſius* 4, 9. *&* 13. *L. Ampelius cap.* 36. *Zonaras tomo* 2. ac fortaſſis & *Frontinus* 3, 10, 9. *&* 3, 16, 2. Non item 1, 1, 2. ut *Savaro* voluit: nam ibi *Himilco* legendum eſſe, viri docti recte cenſent. Nec apud *Livium & Florum*, quos idem laudat, ulla noſtri mentio. Sicuti nec apud *Valer. Max.* 4, 3. apud quem & qui 1. 7. *ext.* 8. memoratur Hamilcar, non hic, ſed Giſconis F. eſt. Ejus caput, ut volunt, exhibetur in numo argenteo tetratrachmo inter *Imagines illuſtrium Fulv. Urſini, num.* 9. ad quam vide *commentar Jo. Fabri, pag.* 9, 10 integra vero effigies in duabus gemmis ejusdem, de quibus dicemus ad 23, 2, 3. Neminem ex feliciſſimis etiam regibus ei comparandum eſſe, cenſebat Cato apud *Plutarchum in vita, pag.* 340. *Martem alterum* a ſuis vocatum, apparet e *Livio* 21, 10. Alia illius elogia habes apud *Diodorum in exc. Peireſc. lib.* 23, 24. *Zonaram l. c. pag.* 55. aliosque. *Boſius.*



Apud Fulvium Urſinum in numiſmate Argenteo

1 Ha-

nico bello, ſed [6] temporibus extremis, [7] admodum adolescentulus in Sicilia praeeſſe coepit exercitui. [8] Quum
2 leſcentulus in Sicilia praeeſſe coepit exercitui. [8] Quum ante

1 *Hamilcar,*] Ita non modo apud noſtrum in editis & Mſſ. libris ſcribitur hoc nomen; ſed etiam apud *Juſtinum*, *Frontinum*, *Eutropium*, & *Ampelium*. Etiam in ſaxo vet. apud *Reineſium claſſe* 3. praeſtantiſſimi operis *Inſcriptionum* nondum editi, eſt: HANNIBAL HAMILCARIS F. Verum apud *Livium*, *Valerium*, *Silium*, aliosque ſine adſpiratione legitur. quomodo Graecis plerisque ἀμίλκας dicitur; *Appiano* autem ἀμίλχαρ, ſeu, ut in *eclogis legationum* legitur, ἀμίλχας. quod origini ſuae propius eſt: quippe haud dubie a מלך vel מלכא, quod regem Tyriis Phoenicibusque deſignat, ortum. de quo vide *Seldenum de Diis Syr.* 1, 6. *Voſſium de idololatr.* 2, 11. *Bochartum de coloniis Phoenicum* 2, 5. Boſius. Voſſ. A. B. *Amilcar.* ſed Leid. m. & Voſſ. C. *Hamilcar.* & mox pro *Hannibalis* Voſſ. A. B. *Annibalis.* ſed Voſſ. C. & Leid. m. *Hannibalis*. Quos codices hic ſequar. Quia Inſcriptiones antiquae, & optimi aliorum Auctorum Codices hanc earum vocum ſcripturam tuentur, quam poſtea annuente Boſio noſtro probaverunt contra Dausquejum D. D. V. V. Drakenburgius, Cortius, & Oudendorpius, quos laudat Cl. Arntzenius ad Victorem de Viris Illuſtr. cap. 14. n. 6. quem vide & ad cap. 41. n. 1.

2 *Hannibalis F.*] Nusquam alibi, quod ſciam, legitur, cujus filius Hamilcar hic fuerit. *Polybius* πατέρα κατὰ φύσιν Ἀννίβα vocat. Unde factum, puto, quod nonnulli heic maluerunt legi, *Hannibalis parens*: quod etiam in prima Boecl. legitur. Verum non ita ſolet Nepos. Cogitandum, an fuerit filius ejus, qui Valerio Max. 7, 3. ext. 7. *ſuperior Hannibal*; Oroſio 4, 7. *ſuperior*; alius *Giſconis F.* a Duilio victus. *Boſius.*

3 *Barcas*] Sic & apud *Silium* ac *Frontinum* cognomen hoc exaratum invenio nec aliter Graeci, *Polybius*, *Diodorus*, *Strabo*, *Plutarchus*, *Appianus*, &, ex emendatione J. Valentini, ac Rob. Keuchenii in notis ad Frontinum, *Porphyrius* περὶ ἀποχῆς 2, 57. ubi vulgo eſt Βάρκας. Etiam *Zonarae* Βαρκίδας dicitur, credo quod erat, ut ait *Silius*, *ortus*, *Sarrana priſci Barcae de gente*. Unde & apud Livium *Barcina familia*, 23, 13. *Barcina factio* 21, 2. & 9, 30, 42. & *Barcini* 21, 2. & 28, 11. In ſcriptis aliquot noſtri codd. & vulgatis edd. Frontini *Barca* eſt. Haec ſcriptura ſi vera eſt, *Barcas* idem fuerit ac *fulgur*, *fulmen*, aut *tonitru.* nam id Chald. & Syr. eſt בַּרְקָא, Ebr. ברק, Arabic. بَرْق Sic Ptolemaeorum unus κεραυνὸς dictus. In aliis Nepotis codd. *Barcha* ſcriptum; quomodo & ſcriptoribus aliis *Barchas* dicitur. Id eſſet בַּרְחָא, ſic Talmudici ac Syri *hoedum* vocant; quod cognomen Asdrubalis Poeni eſt ap. *Livium* 38, 42. & 44. *Appianus* ἔριφον vocat. Paullo aliter *Ampelius*: *Hamilcar qui BOCCOR. cognominatus. eſt.* quod ſi genuinum eſſet, de quo tamen valde dubito, dixerim idem eſſe ac *Armentarius*, quo cognomine Galer. Maximianum Imp. appellatum eſſe, notum eſt. nam id Ebraeis eſt בֹּקֵר, Chald.

&

Digitized by Google

ante ejus adventum [9] & mari & terra male res gererentur Karthaginienſium, [10] ipſe ubi adfuit, nunquam hoſti

& Syr. בקרא, Arabic. بَقَّار, *Baccâr*. Ceterum *Barcas* gentile nomen fuiſſe, modo laudata *Silii* verba docent. Apud *Suidam*, niſi is corruptus eſt, aliud Hamilcari cognomen tribuitur. Sic enim ille: Ἀμίλκας, ὁ καὶ φαβίας. Et alibi: Φαβίας, ὁ καὶ Ἀμίλκας. Verum vix dubito, apud Scriptorem, unde hauſit, fuiſſe primitus, Βάρκας: ſed vitioſe poſtea deſcriptum, φάρκας. Inde ρ in β. & κ in ι, litteras in ſcriptis codd. haud valde diſſimiles, mutatis, exiit φαβίας. *Boſius*. Voſſ. A. *Barchas*. C. *Bartha*. Oxon. *Barcha*, unde *Barca* confici poteſt. Conſule Celeb. Oudendorpium ad Frontinum lib. 3. Strateg. cap. 10 n. 30.

4 *Carthaginienſis*] Ita nomen hoc exaratum reperitur in optimis quibusque libris Ciceronis, Livii, Plinii, aliorum; & in ſaxo Romano apud *Gruterum pag.* 586. 9 Recteque I. literam interſeri, poſt *Priſcianum*, *Manutium*, *Lipſium*, *Dausquium* in orthographicis, quosque hic laudat, docent contra *Jul. Scaligerum Voſſiumque* duo ſummi atque harum rerum peritiſſimi viri, *Auguſt. Buchnerus*, & *Joan. Freder. Gronovius*: ille in *acceſſionibus ad Theſaurum Fabri*: hic *ad Livii* 28, 26. & *Plinii* 33, 11. Non repugnabo tamen, ſi quis malit cum Dausquio, *Cartaginienſis*, eliſo H. nam ſic plane in columna roſtrata C. Duilii bis ſcriptum, numero plurali, CARTACINIENSIS, apud *Gruterum pag.* 404, 1. *Pighium in Faſtis*, aliosque: C pro G adhibito, ἀρχαϊκῶς. Sed & in aliis lapidibus occurrit *Cartaginienſis*, p. 174, 3. 349, 1. 580, 10. *Cartago*, in fragmento tabulae aeneae paullo poſt bellum Punicum II. ſcriptae, pag. 512. *Cartagine*, in ſaxo Vulſinienſi, p. 1, 385. Immo ne quidem τὸ *Carthaginenſis* ſive *I.* quod in quibusdam Mſſ. ac edd. Nepotis habetur, plane improbare auſim, cum ob analogiam, tum ob lapides modo laudatos: quibus addi poteſt alius, in quo legitur *Carthaginenſis conventus*, apud *Reineſium in Novo opere Inſcriptionum, claſſe* 3. K littera in hoc nomine exarando uſos veteres, e Grammaticis antiquis, *Diomede*, *Priſciano*, *Victorino*, *Sergio*, *Cledonio*, *Velio Longo*, *Terentio Scauro*, *Conſentio*, *Beda*, diſcimus, idque ſequuti plures e junioribus, in his *Lambinus*, & qui poſt eum vulgarunt Nepotem: ſed dubito an ſcripti codices veterum auctorum, inſcriptionesque ita exhibeant. In nummis quoque non aliter quam per C ſcriptum invenio. Ut in aereo Scipionis, qui penes me eſt, in cujus antica parte caput Scipionis cum epigraphe: P. SCIPIO AFRIC. in poſtica, CART. SUBAC, & homo quadrigis inſiſtens. Et in ſimili, apud *Gorlaeum in theſauro numiſm. Rom. tab.* 45. *n.* 1. cui inſcriptum: CARTHAGO SUBAC. *Boſius*. Leid. m. *Carthaginienſis*. Voſſ. A. B. *Carthaginenſis*. C. *Karthaginenſis*. Supra in Datame cap. 1. n. 1. pro *Carthaginienſibus* Leid. & Voſſ. B. *Carthaginenſibus*. Cum Boſio ſentiunt plerique viri Eruditi. Vide Oudendorpium ad Fron-

hoſti ceſſit, [11] neque locum nocendi dedit: ſaepeque e contrario, occaſione data, [12] laceſſivit, ſemperque ſu-

Frontinum lib. 1. ſtrateg. cap. 1. n. 10. & quos laudat J. Arntzenius ad Victorem de Viris Ill. cap. 37. n. 2. Per C. vocem hanc ſcribendam eſſe cum Boſio noſtro ſtatuunt Cortius & Arntzenius, a quibus diſſentiunt Drakenburgius & Oudendorpius. Vide Arntzen. l. l. Cui liti me nolo interponere, nam parum referre puto.

5 *Primo Poenico bello*] Quod anno Urbis CCCCLXXXIX. geri coeptum eſt, & finitum Anno DXII. qui belli erat XXIV. Magnitudinem, tum etiam tempus hujus belli e Polybio petat Lector: cui addendi ſunt Flor. 2. cap. 2. Epit. Livii 19. Eutrop. lib. 2. Oroſ. lib. 4. cap. 10. & 11. *Ernſtius.* Cujus ſcriptores praeter *Ernſtium ad h. l.* recenſent *Freinsheimius ad Flori* 2, 2. & *Dausquius ad* 1. *Silii.* E junioribus id egregie enarravit *tomo* 2. *Annalium Steph. Pighius.* Res mari in eo geſtas accurate conſignavit *Tho. Rivius lib.* 3. *hiſtoriae navalis antiquae a cap.* 9. *ad* 27. *usque*: brevius *Claud. Moriſotus lib.* 2. *Orbis maritimi c.* 13. Ceterum *Poenico* reſcripſimus pro *Punico*, fide Giſaniani codicis, in quo & infra c. 4, 3. & 24, 3, 3. *Poenicum* pro *Punicum* legebatur, teſte *Giſanio Ind. Lucr. v. Poeniceus.* Atque ſic poſtremo loco etiam *P. Daniel* in ſuo ſcriptum repperit. Nimirum ita ſolebant non modo vetuſtiores; unde in columna Duiliana CLASES POENICAE, & in fragmento judiciario paullo ante laudato BELLUM POENICIUM PROXSUMUM; ac ap. *Cn. Naevium* principio hiſtoriae ſuae (qui & ipſi *Belli Poenici* titulum fecerat, ut e *Nonio v. calumnia* cognoſcimus) *Poenita*, ſeu, ut *Paullus Merula* corrigit, (vide *commentarium* ejus *in Ennium*,) *frundes Poenicae*: ſed etiam Auguſti ac Tiberii aetate. Hinc in Faſtis Capitolinis triumphalibus apud Gruter. 297. *claſſis Poenica*, & apud Val. Max. *Poenicum vallum*, 3, 2, 20. *Poenicae feminae* 2, 6, 15. *Poenici exercitus*, 3, 6, 4. *Poenica victoria*, 3, 18, 6. *Poenicus aſtus*, 5, 1. ext. 6. *Boſ.* Leid. m. & Voſſ. B. *Punico.* ſed A. *Povenico.* C. *Penico.* Utrumque pro *Poenico.* Alteram tamen ſcripturam praeferunt Vorſtius ad l. l. Val. Maximi, & Cortius ad Salluſt. Catil. cap. 51. n. 6.

6 *Sed temporibus extremis*] Nempe Anno primi hujus belli Punici XVIII. Olymp. CXXXIII. Anno autem urbis IOV. Hamilcar bello huic praefectus Italiae oram maritimam populatus eſt. *Ernſt.*

7 *Admod. adoleſc. praeeſſe coep. exercitui*] Tacitus lib. 4. Annal. cap. 44. de L. Antonio. *Hunc admodum adoleſcentulum ſororis nepotem ſepoſuit Auguſtus in civitatem Maſſilienſium.* Curtius lib. 7. cap. 61. *Benigne igitur exceptis Sacarum legatis comitem, Excipinium dedit admodum juvenem.* Juſtinus lib. 3. cap. 1. *Securior de Artaxerxe puero* admodum. Corrigendus lib. 17. cap. 3. *Aeacides in exſilium actus Pyrrhum filium unicum* admodum *parvulum in regno reliquit.* Vulgo *vivum*, neque probum Bongarſii *bimum.* lib. 18. cap. 4. *Populus Pygmalioni* admodum *puero regnum reliquit.* Florus lib. 2. cap. 6. *Niſi profectum patrem praetextatus* ad-

Digitized by Google

ſuperior diſceſſit. Quo facto, quum paene omnia in Sicilia Poeni amiſiſſent, [1] ille Erycem ſic defendit, ut

admodum *filius ab ipſa morte rapuiſſet.* Et eodem modo loquitur Oroſius lib. 4. cap. 14. *Gebh.* Fuit autem Hamilcar ſucceſſor Carthaloni datus: ut apparet e *Polybio* 1, 54, 55, 56. idque exſerte tradit *Zonaras*. Boſ. Pro *praeeſſe* Leid. m. *poſt.*

8 *Quum ante ejus adventum*] Mſ. Boecl. *cum aut ejus adventu.* Unde *Schefferus* legebat: *cum autem ejus adventu.* Fuiſſe ſcil. compendioſe ſcriptum, *cum autē ejus.* poſt, illud *e* in *aute* viſum male adglutinatum ex voce *ejus*. *Ejus adventu*, eſſe, illo tempore, ſtatim cum adveniſſet. Vereor, ut hanc emendationem admittat, quod mox ſequitur: *ipſe ubi affuit.* Boſius. Voſſ. B. *cum ejus adventu.*

9 *Et mari & terra male res gerer.*] Nam Romani navali praelio vincebant Cartaginienſes ad Aegimurum inſulam. Praedam tamen partam omnem amiſerunt tempeſtate. Florus 2, 2. Quomodo ante, poſtquam hoſtem aliquot praeliis ſuperaverant, urbes multas ceperant, & magnam praedam fecerant, onuſtis CL. navibus, ignoratione locorum in Syrtes abrepti, non tantum praedam illam omnem amiſerunt, ſed etiam magnam claſſis partem. Polyb 1, 38. Diodor. lib. 23. Eutrop. 2. *Ernſtius.* Vide notata ad h. l. *Ernſtio.* qui & deinceps, quoniam ad hanc & ſeqq. vitas operoſior eſt, ſaepius adeundus. neque enim opus eſt repetere, quae ille jam occupavit. *Boſius.* Voſſ. C. *& marique terra.* Supra in Regib. cap. 1. *terra marique* dixit. Phraſin inluſtrat Cl. Bentlei ad Horatium 1. Od. 6. vſ. 3.

10 *Ipſe ubi adfuit*] Voſſ. A. *ipſe tibi adfuit.* B. *ipſe ubi fuit.*

11 *Neque locum nocendi dedit*] Occaſionem aperuit, ut hoſtes nocere poſſent. Sic ſupra Pelopida. *Sed ut quemcumque ex proximo locum Fors obtuliſſet.* P. Syrus. *Habent locum maledicti crebrae nuptiae.* Cicero Verrina 3. *Non eſt, non eſt, in hoc homine cuiquam peccandi* locus. Tacit. lib. 2. Ann. cap. 78. *Incuſat Germanicum luxus & ſuperbiae, ſeque pulſum, ut* locus *rebus novis patefieret.* Gebhardus.

12 *Laceſſivit*] *Hoſtem* de ſuo *Lambinus* adjecit non neceſſario; neque enim in membranis comparet. *hoſti* enim anteceſſit. *Schottus.* Quomodo Romanos laceſſiverit, vide apud *Polybium* 1, 56. *& ſeqq. Zonaram p.* 63. Ejus hoc bello ſingularem induſtriam & fortitudinem cum eximia prudentia conjunctam praedicat *Diodorus* 24. *in Exc. Peireſcianis.* Boſius. *Hoſtem* abeſt ab omnibus meis Mſſ. mox pro *ſemperque* Voſſ. B. *ſemper.*

1 *Ille Erycem ſic defendit*] Imo oppugnavit ſive obſedit. nam tenebant Romani, a L. Junio Bruto paullo ante captum, ut teſtatur *Polybius lib.* 1. Ita quidem *Lambinus.* Verum *Nepos*, ut arbitror, non de monte Eryce, ſeu vertice montis, cui templum Veneris Erycinae inaedificatum erat, loquitur; quem, & radicem montis, Romani tenebant: ſed de urbe, inter faſtigium & radices montis ſita, quam Hamilcar occupaverat, ac adverſus Romanos, undique ſe prementes, acerrime tuebatur. vide

Digitized by Google

1 ut bellum eo loco geſtum non videretur. [1] Interim Karthaginienſes claſſe [2] apud Inſulas Aegates [3] a C. Lutatio, conſule Romanorum, [4] ſuperati, ſtatuerunt belli finem facere, eamque rem [5] arbitrio permiſerunt Hamilcaris. Ille etſi flagrabat bellandi cupidi-

Polybium 1, 58. & 2, 7. *Diodorum* 24. *ecloga* 2. Urbem autem ipſam fuiſſe *Erycem* dictam e *Thucydide* 6. *Diodoro* 22. *Stephano de urbibus*: *Tzetze ad Lycophronem*, & *Scholiaſte Theocriti ad Idyllium* 15. conſtat: quorum verba habes apud *Cluverium Siciliae antiq.* 2, 1. Boſius.

1 *Interim Carthaginienſes*] Duce Annone. *Polyb. eod lib.* Lambinus.

2 *Apud inſulas Aegates*] Miratur *Cluverius Sicil. antiq.* 2. 15. nemini hactenus, ne quidem linguae Graecae ad miraculum peritis viris, animadverſum, vocabulum hoc apud omnes, quotquot has inſulas memorarunt, auctores, corruptum eſſe, uti apud unos duos, *Nonium* & *Frecalphum*, integrum ſanumque hodie legatur: *Aegades* ſcilicet. Sic enim in commune dictas tres inſulas, Hieram, Phorbantiam & Aeguſam, eadem formatione, uti *Stoechades*, *Choerades*, *Echinades*, *Strophades*, *Sporades*, *Cyclades*. Quare non modo hoc loco, ſed etiam apud *Melam* 2, 7. *Florum* 2, 2, 33. *Livium* 21, 10. 41. & *ep t.* 19. *ſcriptorem de viris illuſtribus c* 41. *Silium Ital.* 1. & 2. reſcribit *Aegades*. Sed intercedit *Iſ Voſſius* ὁ πάνυ *in obſervat. ad Melam*, contenditque omnino Romanos *Aegatas* vocaſſe has inſulas: & ſic quoque habere libros manu exaratos *Nonii Marcelli*. *Silium* quoque paſſim producere mediam, quae tamen brevis foret, ſi *Aegades* verum nomen eſſet. Addo ego, quod hae inſulae nusquam apud Graecos, quod ſciam, αἰγάδες, vocantur. Certe qui hanc pugnam memorant, ſolum ad Aeguſam, vel ad Erycem, commiſſam ſcribunt nam quod in Latina *Polybii* interpretatione *c.* 60. legitur AEGATES *vocare alios Aeguſam* id a *Caſaubono* eſt: quem idcirco recte reprehendit *Cluverius*. Neque enim unius inſulae id nomen eſt. quare & apud *Oroſium* 4, 10. legendum eſt, *apud Aegates inſulas*, ut jam monuit *Siraſfilius parte* 5. *Chronici catholici pag.* 84. Αἰγάτας equidem apud *Polybium* 1, 44. invenio: ſed negat *Cluverius* omnes tres inſulas ita eum adpellaſſe. *Aegates* autem *Livius* etiam 22, 54. 23, 13. & *Ampelius cap.* 46. vocant: Atque ſic & apud *Nonium cap. de genere armorum* edidit e Mſſ. doctiſſ. *Mercerus*, eandemque lectionem inter varias ſuas adnotavit *Gothofredus*. Non diſſimulandum eſt tamen, in ſcriptis codd. libri de viris illuſtribus *Aegadas* vel *Egades*: & apud *Vaſpergenſem* quoque, ac forſan & alios aevi poſterioris, *Aegades* legi. *Boſius*. Voſſ. C. *Aegatis* atque ita ſcribendum Conſule Cl. Arntzenium ad S. A. Victorem de Viris Ill. cap. 41. n. 1.

3 *A C. Lutatio*] Quod factum eſt ſequenti anno poſt, quando Lutatius ad Drepana graviter vulneratus, & poene captus eſt; An-

piditate, tamen paci ſerviendum putavit, quod pa-
triam, exhauſtam ſumtibus, diutius [6] calamitatem
belli ferre non poſſe intelligebat: ſed ita, [7] ut ſta- 4
tim mente agitaret, ſi paullum modo res eſſent re-
fectae,

no nimirum Urbis IOXII. Tum Lutatius militem viresque colligens adventanti Hannoni, cum hoſtili claſſe occurrit, commiſſoque praelio L. naves depreſſit: LXX. cum X. militum millibus cepit. Atque hac clade fracti Cartaginienſes, interventu Hamilcaris, qui ad Erycem hactenus cum exercitu Romano luctatus fuerat, pacem faciunt, & quidem iis conditionibus, quas Polybius lib. 1 & Oroſius lib. 4. cap. 11. referunt. *Ernſtius.* Ita nomen conſulis hujus exaratur in *Faſtis Capitolinis conſularibus* ac *triumphalibus* apud *Gruterum pag.* 292. *&* 297. & in melioribus libris *Flori*, *Scriptoris de viris illuſtr.* ac *Livii*, locis modo laudatis, itemque apud *Valerium Max.* 1, 3, 1. & 2, 8, 2. & *Ampelium*, & in nummo veteri apud *Pighium annal. to.* 2. *p* 69. Etiam *Zonarae* Λυτάτιος eſt, ſicuti *Polybio*, & *Appiano* Λυτάτιος. Nec aliter fratris ejus Quinti, anno ſequente Conſulis, nomen ſcribitur in iisdem *Faſtis*, in nummis vett. apud *Fulv. Urſinum* & *Gorlaeum*, & apud *Livium* 30, 44. *Oroſium* 4, 1. *&c.* Sicut & aliorum illius familiae, in ſaxis veteribus apud *Gruterum*, apud *Pighium in Annalibus*, *Plutarchum*, *Catone majore*, *Livium* 42, 6. &c. Ut dubitari non debeat, hanc veram eſſe ſcripturam. Verum in q. Mſſ. & edd. Nepotis, & apud *Oroſium*, *Eutropium*, *Caſſiodorum*, aliosque recentiores, tum & in q. edd. *Livii*, & aliorum ſcriptorum, C. inſerto, *Luctatius* legitur. quod *Pighius* corruptum, & ad fidem antiquitatis corrigendum cenſet. Cui dubito, an adſentiri poſſim: cum etiam in lapidibus vetuſtis apud *Gruterum* legatur C. LUCTATIUS, *pag.* 551, 6. & Q. LUCTATIUS Q. P. MENS. *p.* 63, 6. Ut utrumque Romanis in uſu fuiſſe videatur. *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. C. *Lutatio.* Voſſ. A *G. Luctatio.* B. C. *Luctatio.* Vide Artzen. ad Victorem de Vir. Illuſtr. cap. 41. n. 1.

4 *Superati*] Memorant hanc victoriam, praeter laudatos *Ernſtio*; *Livius epit.* 19. *Florus*, *Auctor de viris illuſtr.* *Valerius Maxim.* *Eutropius*, *Ampelius*, *Zonaras locis citatis.* Boſius.

5 *Arbitrio permiſ. Hamilcaris*] Sic & *Polybius* 1, 62. Boſius. Verbum *permittere* inluſtrarunt D. D. V. V. Munkerus & Burmannus ad Lactantium. lib. 1. Fab. 9. Mox pro *belli cupiditate* Leid. m. Voſſ. A. B. C. item Oxon. *bellandi cupiditate.* Voſſiano C. abeſt *tamen.*

6 *Calamitatem belli*] Sic invenio in omnibus ante noviſſimam Boecleri vulgatis, in qua eſt *calamitates.* Nec video, cur mutari debeat. nam ita paſſim *Cicero* & alii veterum loquuntur. *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. A. B. C. *calamitates.* Pro *paullum* Leid. m. *paulum.*

7 *Ut ſtatim mente agitaret*, *&c.*] Sic & *Polybius* 3. 9. adde *Livium* 21. *princ.* Boſius.

ſectae, [1] bellum renovare, Romanosque armis perſequi, [2] donicum [3] aut certe viciſſent, [4] aut victi manus

1 *Bellum renovare*] Mſ. Oxon. *bellum revocare.* Saepius haec verba in Mſſ. confunduntur. Vide Celeb. Drakenburgium ad Silium Italicum lib. 14, vſ. 112. ſed hic *renovare* retinendum. Vide ad Ariſtidem cap. 2. §. 3. pro quo *referre bella* dixit Silius Italicus. Vide N. Heinſium ad lib. 11. vſ. 28.

2 *Donicum*] Corruptus Lambino locus; nam diſerte Vet. Cod. quidam *donicum aut ut certe viciſſent.* Quare amplector judicium Schotti conjectantis, *Donicum aut vi certe viciſſent. Donicum* notum eſt pueris valere *donec.* Plaut. Moſtell. 1. ſcen. 2.

— Magna pars hominum
Morem hunc induxerunt, ſi quid numo ſarciri poteſt
Uſque mantant, neque id faciunt, donicum
Parietes ruunt.

Jam *certo vincere* eſt Victoriam indubitatam, etiam confeſſione hoſtium reportare. Talem victoriam Florus vocat *totam* lib. 1. cap. 18. *Sed tunc ad totam victoriam exitum, quem datura virtus fuit, caſus dedit.* Gebhardus. Lambinus ad haec verba notat, ſe ita, ut nunc leguntur, reſtituiſſe. Gifanius autem JCtus Appendice Conjectur. in Lucret. ſibi emendationem iſtam vindicat. Schopp. 4. Veriſim. cap. 18. teſtatur, ſe in Vett. lib. legiſſe: *donicum aut ut certe viciſſent.* In alio vero inferioris vetuſtatis libro: *donec aut certe viciſſent.* E quibus hanc conficit ſcripturam: *Donicum aut vi certe viciſſent.* Quam lectionem, omiſſa *vi,* ultima Boecleri editio retinet. Verum cum vulgata lectio ſit plana, nihil mutandum eſſe exiſtimo. *Erſtius.* Ita libri meliores, Gif. Bavar. Schotti, & Boecl. cum in aliis ſit *donec.* vide Indicem. *Boſius.* Leidenſi meo abſunt *donicum aut.*

3 *Aut certe viciſſent*] Sic praeter editos ante Lambinum, etiam Mſ. Boecl (niſi quod compendium ſcripturae etiam accipi poteſt, *viciſſet*) & alter e Schoppianis. nam in altero, eoque antiquiore, itemque Schotti membranis, erat, *aut ut certe vic.* Unde uterque legit, *aut vi certe vic.* quod etiam *Gebhardus* amplectitur, ac *certe vincere* exponit, victoriam indubitatam, etiam confeſſione hoſtium reportare. Atque ſic & Lugduni nuper editum video. *Certe* autem *Schoppius* dictum vult pro *certo,* ut apud *Lucretium* 3, 1092. & 4, 761. *Vi* autem *vincere,* ut apud *Plautum Amphitr.* 1, 1, 82. *Vicimus vi feroces.* Conjiciebat etiam *Schottus: aut vere viciſſent. Gifanius Ind. Lucr. v. Donicum,* e ſuo cod. legit: *aut virtute viciſſet: Lambinus* conjectura, ut ait, ductus: *aut virtute viciſſent.* Nam ſi *certe,* inquit, adfirmationem ſignificat, non eſt heic ei voci locus, ſin pro *ſaltem* ponitur, poſteriore loco ſemper poni ſolet. *Vincere* autem *virtute,* eleganter dictum vult, ut *vincere eloquentia, ingenio, dolo, &c.* Sic autem & Leid. habuiſſe videtur. Plana eſt lectio, fateor: ſed quis credat pro notiſſima voce librarios ſcripſiſſe *certe,* aut *ut certe*? Tentabam olim: *aut hi certo vic.* ſc. Romani. Sed non ſatis

nus dediſſent. Hoc conſilio [5] pacem conciliavit: [6] in qua tanta fuit ferocia, [7] ut quum Catulus negaret, ſe

ſatis placebat. Vix dubito, latere gravius ulcus, haud temere ſanandum ſine ope melioris codicis. *Boſius*. Leid. Voſſ. A. *ut certe viciſſent vi* abeſt Voſſiano B. C. *ut*. Licet *vi vincere* optimae notae ſit locutio pro fortitudine, virtute vincere, refragantibus tam Mſſ. in textum recipere non audeo, quum altera lectio per ſe ſatis plana eſt. Latius de hoc loco diſputavit cl. Arntzenius ad S. A. Victorem de Vir. Illuſtr. cap. 2. n. 3.

4 *Aut victi manus dediſſent*] *Manus* reſcribo multitudinis numero ex fide membranarum & veterum ſcriptorum auctoritate, *Lucretii*, *Horatii*, *Caeſaris*, ac *Ciceronis*: Ceſſitque in proverbium, *manus dare*, ut & *herbam porrigere*. Ducta autem a gladiatoribus victis tralatio eſt (quam in *Saturnalibus* non attigiſſe *Lipſium* noſtrum equidem miror) qualem vidimus nuper Sardonychen Cecropis & Danubii ab eruditiſſimo *Marquardo Frehero* bono publico evulgatam Danuvio proſtratum digitum attollente. Nam & *digitum tollere* vetere verbo victi dicebantur, ut & *manum dare*. Virgilius: *& victum tendere palmas Videre Auſonii*. Sidonius in Narbone: *Palmam tu digito dares Menander*. Cicero in Conſolatione apud Lactantium 3, 28. *Victum ſe a fortuna turpiter confitetur, Cedo, inquit, en manum tollo* Quo reſpexit *Hieronymus lib. 2. adverſ. Pelagianos* & *Dial. adverſ. Luciferianos*: *En tollo manum, cedo, viciſti*. Graecos etiam multitudinis numero χεῖρας προτείνειν extuliſſe obſervo. Legendus *Pet. Faber Agoniſtici* 1, 8. Schottus. Confeſſi eſſent ſe victos. Lambinus & Schottus malunt *manus* ut Horatius

Jamjam efficaci do manus *ſcientiae*.

Plautus Perſa Actu 5. ſc. 2.

Satis ſumpſimus ſupplicii jam. Do, fateor,
Manus *vobis do*.

Verum infra Annibale. *Cum his* manum *conſeruit*. pro *manus*. Gebhardus. *Manus*, praeferebat etiam *Lambinus*, & e ſuis codd. *Giſanius* ac *Savaro*: repperitque in ſuo etiam Boeclerus. Atque ſic & Plautus Perſa 5, 2, 72. *fateor, manus vobis do*. Vide & *Eraſmum chil.* 1, 9, 79. ac *Savaronem ad epiſtolam Sidonii carmini* 14. *praefixam*. Neque tamen vulgata lectio, *manum dediſſent*, exemplo caret, ut jam obſervatum *Lambino*. Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. C. *manus*. Eadem confuſio eſt in Timol. c. 1. *Ipſe non modo manus non attulit*. ubi Leid. & Voſſ. A. C. exhibent *manum non attulit*: quod facile ibi admitti poſſet. De iſta locutione Munckerus & Burmannus ad Lactantium lib. 1. fab. 9 Hic vero *manus* praefero, codicum ſcriptura ductus, quamvis alterum nequaquam damnem. Nihil hac locutione familiarius. Dicitur autem victus *dare manus*, & *dare manus victas*; conſule Cl. Burm. ad Petr. Satyr. cap. 3. ad & Ovidium Ep. 17. Herbid. vſ. 260.

5 *Pacem conciliavit*] Quibus ea conditionibus convenerit, habes apud *Polybium* 1, 62, 63. *Scriptorem de viris ill. c.* 41. *Appianum eclog. legatism.* 18. *Eutropium fine* 2. *Oroſium* 4, 11. *Zonaram pag.* 65. Facta autem eſt Q. Lutatio, A. Manlio Con-

ſe bellum compoſiturum, niſi ille cum ſuis, qui Erycem tenuerunt, armis relictis, Sicilia decederent:
6 ſuccumbente patria, ipſe periturum ſe potius dixerit, quam [8] cum tanto flagitio domum rediret. non enim ſuae eſſe virtutis, arma a patria accepta adverſus hoſtes, [9] adverſariis tradere.

CAP

ſulibus, teſte *Livio* 30, 44. Boſius. Locutionem inluſtrarunt Gebhardus ad Cimonem cap. 3. n. 3. & J. Arntzenius ad Victorem de Viris illuſtr. cap. 2. n. 9.

6 *In qua*] Quomodo *in pace* tanta fuit ferocia; quae nondum facta erat? An legendum, *in quo*, vel, *in qua re*? Boſius.

7 *Ut quum Catulus &c.*] Mſ. Boecl, tranſpoſito *voc. ut*, habet: *cum Catulus &c. ut ſuccumb. patr.* mox Colon. *negaret bellum compoſ.* omiſſo provocabulo. Et pro *tenuerunt*, Lambinus & alii *tenuerant*. non ita congrue. nam adhuc tenebant, cum iſta agerentur. *Boſius.* *Ut* abeſt Voſſiano B. Leid. & Voſſ. A. B. C. non agnoſcunt *ſe*. Mox pro *ſuccumbente Patria* Voſſ. B. C. *ut ſuccumbente Patria*. Leid. *& ſuccumbente Patria.*

8 *Cum tanto flagitio*] Cum tanta infamia. Nam *flagitium* notare infamiam ac dedecus, ante quaſi ſeculum nos docuit *Joſeph. Scaliger* ex loco Plauti Epid. Act. 3. Scen. 4.

Flagitio *cum majore poſt reddes tamen.*

Tacitus 3. A. 20, 2. *Illam obſidionem flagitii ratus.* Ibid. cap. 21, 1. *Quae poſtquam L. Apronio comperta; magis dedecore ſuorum quam gloria hoſtis anxius, raro ea tempeſtate & e vetere memoria facinore, decumum quemque ignominioſae cohortis ſorte ductos fuſti necat.* Cicero pro Cluentio: *Statuerunt majores noſtri, ſi a multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum, ſortitione in quoſdam animadverti, ut metus videlicet ad omnes, poena ad paucos perveniret.* Juſtinus 22, 8, 12. *Exemplum flagitii ſingulare, rex exercitus ſui deſertor, filiorumque pater proditor.* Florus 1, 16, 11. *Ut nec amiſſent beneficio, & poſt flagitium hoſtes magis.* [*] Loquitur de Romanis ad Caudinas Furculas ſub jugum a Pontio miſſis. Quare ſi occurret, *arma tradere*, ſeu *abjicere*, flagitium eſſe militare; intellige irrogare infamiam aut capitale ſupplicium. Tacitus de German. 6, 9. *Scutum reliquiſſe, praecipuum flagitium; nec aut ſacris adeſſe, aut concilium inire ignominioſo licet. Multique ſuperſtites bellorum, infamiam laqueo finierunt.* Iſocrates de Pace: ὑπὲρ ἐκείνων (βασιλέων) οἱ μὴ τολμῶντες ἐν ταῖς μάχαις ἀποθνήσκειν, ἀτιμότεροι γίνονται τῶν τὰς τάξεις λειπόντων καὶ ἀσπίδας ἀποβαλόντων. Qui pro regibus non ſuſtinent occumbere; majore ſe obligant flagitio, quam ſi ordinem deſeruiſſent aut clypeum abjeciſſent. Tacitus de German. 14, 2, 3. *Jam vero infame in omnem vitam ac probroſum, ſuperſtitem Principi ſuo ex acie receſſiſſe. Illum defendere, tueri, ſua quoque fortia facta gloriae ejus aſſignare, praecipuum ſacramentum eſt.* Quam vero ab hoc poſtulato horreant barbari, diſce ex Flori 3, 18, 4. de Sedigenſibus: *Cum ſe a*

Cap. II.

Hujus [1] pertinaciae ceſſit Catulus. At ille, ut Karthaginem venit, multo [2] aliter, ac ſperabat, 1
Rempublicam ſe habentem cognovit. Namque diuturnitate externi mali tantum exarſit inteſtinum bellum, ut nunquam [3] pari periculo fuerit Karthago, niſi quum deleta eſt. Primo [4] mercenarii milites, qui 2
ad-

omni bellorum contagione removerent, in legitimi foederis precium juſſi arma deponere. Hoc ſic a barbaris acceptum, quaſi manus abſcinderentur. Itaque ſtatim Megara viro fortiſſimo duce ad arma converſi. Caeſar lib. 1. de Bello Gallico cap. 27. *Eo poſtquam Caeſar pervenit obſides, arma, ſervos, qui ad eos perfugiſſent, popoſcit.* Et paullo poſt: *ſive timore perterriti, ne armis traditis ſupplicio afficerentur.* Gebhardus. Adde notas *Berneggeri ad Juſtin.* 33, 2, 3. & 44, 2, 5. Ceterum de tergiverſatione Hamilcaris paullo aliter *Zonaras*: *μόλις τὴν τὲ ζυγὰ ἀτιμίαν ὁ Ἀμίλκας παρῃτήσατο.* Boſius. Voſſ. A. pro *recideret*, *redierit*. Leid. *redierat*.

9 *Adverſariis tradere*] *Schotti* cod. *adverſariis reddere.* quod tamen ille non ſequitur. *Boſius.* Voſſ. A. & C. *reddere.*

1 *Pertinaciae ceſſit Catulus*] Mſc. Boecl. vox *Catulus* aberat. *Boſius.* item Voſſiano B.

2 *Aliter rempub. ſe habentem cognovit*] Pro *ſe habere.* Dictum, ut apud Livium 2. *juventutis proceres ſecum partem periculi ſuſtinentes vidit.* Et apud Perſium ſat. 2. *helleborum Poſcentes videas.* Boſius.

3 *Pari periculo*] Schoppius lib 4. Veriſim. cap. 14 dixit praepoſitionem *in* e vetuſtioribus membranis abeſſe. In meo tamen Mſ. reperio. *Ernſtius.* Sic libri omnes *Lambino* inſpecti, & membranae Bavaricae vetuſtiores. Similiter alibi locutus Nepos. v. Ind. v. *eſſe.* Tamen Mſ. Ernſtii, & quidam editi, *pari in periculo.* mox pro *deleta* alii libri *deſerta*, quod *Gebhardus* probius cenſet, nec *Lambinus* omnino improbat. *Boſius.* Leid. m. *tali periculo.* Pro *deleta* Leid. m & Voſſ. A. C. *deſerta.* Eodem modo haec confunduntur in Timoleonte cap. 3. n. 2. ſed omnino *deleta* praeferendum, ut exhibet praeter alios Voſſianus B. imo, ut norunt docti, in proverbium fere abiit, *delenda Carthago.* Florus lib. 2. cap. 15. n 4. *Cato inexpiabili odio delendam eſſe Carthaginem, & quum de alio conſuleretur, pronuntiabat.* Plura hujus locutionis exempla dabunt Eximii Interpretes ad Silium Italicum lib. 15. vſ. 558.

4 *Mercenarii milites deſciverunt*] De ſeditione hac, & inde orto aliquot annorum bello, quod Livius *Africanum*, Graeci *Libycum*, vocant, ejuſque cauſſis, prolixe *Polybius* 1, 66. & *deinceps.* Brevius id narrant *Diodorus* 25. *ecloga* 1. & *in excerptis Peireſc. Appianus Libycis pag.* 3. *Ibericis pag.* 257. *Annibalicis pag.* 313. & in fragmento Σικελικῷ, quod habetur *ecloga legationum* 8. Boſius. De Carthaginienſium mi-

 litibus

[1] adverſus Romanos fuerant, deſciverunt: quoru
numerus erat viginti millium. Hi [2] totam abalien
runt Africam, ipſam Karthaginem oppugnarun
3 Quibus malis adeo ſunt Poeni perterriti, [3] ut etia
auxilia a Romanis petiverint, eaque impetrarin
[4] Sed extremo, quum prope jam ad deſperationen
4 perveniſſent, Hamilcarem imperatorem fecerunt.
non ſolum hoſtes a muris Karthaginis removit, quu
am

litibus mercenariis conſule cl. Arntzenium ad Victorem de Viris Illuſtr. cap. 40. n. 3.

1 *Adverſus Rom. fuerant*] Adnotat *Lambinus*, quoſdam legi velle, *iverant*. Et ſane infra 23, 4, 2. dixit *Scipionem adverſus Hannibalem veniſſe*. Atque ſic plane Plautus, quamquam in re alia, Amphitr. 3, 3, 43. *huic eam adverſum*. Et Terentius Adelphis 1, 1. *qui adverſum ierant*. *Adverſum tendere* dixit Virgilius Aen. 6. Nil tamen muto. nam ſic fere eodem Hannibale c. 23, 12, 3. *quod adverſus jus hoſpitii eſt*. Alibi dixit *adverſus aliquem facere, ſtare, arma ferre*. Vide Indicem. *Boſius*. Leid. m. & Voſſ. A. B. C. *fuerant*. Quare, licet *ire*, *venire adverſus aliquem* probae ſint locutiones, conſule Cel. Burm. ad Phaedrum lib. 1. fab 21. vſ. 5. tamen cum Boſio codices Mſſ. ſequor.

2 *Totam abalienarunt Africam*] Ad defectionem impulerunt. Sic Cimone *Inſulae alienatae*, quae defectionem fecerunt. & paullo poſt *opida alienata*. Gebhardus.

3 *Ut etiam auxil. a Rom. petiverint, eaque impetrarint*] Sic Mſ. Boecl Alii tranſponunt: *ut auxil. etiam a R. p. eaque impetr.* Ceterum abſunt ab ed. Ultraject. duae poſtremae voces, adnotante *Schotto*: qui addit; *Et certe Polybius nihil horu commemorat, ſubſidia Romanos Poen miſiſſe.* quam *Schotti* adnotationer ſi inſpexiſſet Cl. *Kirchmaierus*, hau vocaſſet, opinor, errorem, quo ea in priori editione noſtra ſub e nomine laudata eſt. Sed & ant Schottum negaverat *Lambinus*, ul lum hac de re verbum apud *Poly bium* reperiri, niſi forte ſit illud quod *lib.* 1, 83. narrat, *Romanos ni hil promtitudinis erga Carthaginienſes opem ſociorum implorantes, omiſiſſe* & *ab eo tempore*, quo controverſia inter eos orta, compoſita fuerat *in omnibus, quae poſtularant, prom comiterque iis adnuiſſe.* Addere po terat, quod mox adjicit *Polybius promiſiſſe eos mercatoribus, ut ad il… neceſſaria exportarent, non item, ut a… eorum hoſtes: nec recepiſſe qui ab ei… defecerant*: denique, quod ſtatim ſubjicit, *Carthaginienſes a jam di… amicis* (Hierone ſcil. ac Romanis) *ac cepto auxilio*, (τυγχάνοντες ἐπικουρίας) *obſidionem toleraſſe.* Verum haec poſt ea demum facta eſſe, quam Ha milcar imperator creatus eſſet, ſerie narrationis Polybianae intelli gitur. Ac dubito, an de his *Nep*… accipi queat. Etiam *Appianus* i… *hiſtoria Sicula* diſerte ait, *Roman… auxilium rogantibus Carthaginienſib… milites quidem haud ſubmiſiſſe, ſed p…*

na

[1] amplius centum millia facta eſſent armatorum: ſed etiam eo compulit, ut locorum anguſtiis clauſi, [2] plures fame, quam ferro, interirent. Omnia [3] oppida abalienata, in his Uticam atque Hipponem, valentiſſima totius Africae, reſtituit patriae. Neque eo fuit contentus, ſed etiam [4] fines imperii propagavit, [5] tota Africa tantum otium reddidit, ut nullum in ea bellum videretur multis annis fuiſſe.

CAP.

miſiſſe, ut merces ex Italia Siciliaque exportarent, & ad hoc ſolum bellum milites in Italia conducerent: miſiſſe etiam legatos, qui bellum ſopire conarentur; ſed fruſtra. Quae poſteriora etiam *principio belli Punici* habentur, itemque apud *Zonaram*: qui tamen addit, Romanos frumentum miſiſſe Carthaginienſibus. *ϗ σῖτον ἔπεμψαν.* Quare haud valde repugnaverim, ſi quis, quae de *impetratis auxiliis* heic adduntur, ut ſpuria ejicienda putet. Expungere tamen non ſum auſus, quod in optimis libris Mſſ. inveniuntur. *Boſius.* Pro *a Romanis* Voſſ. A. C. *ab Romanis.* pro *ut auxilia etiam* Voſſ. B. *ut etiam auxilia.* pro *eaque imp.* Voſſ. C. *ea imp.* pro *impetraverint* Leid. & Voſſ. A. C. *impetrarint.* pro *hoſtes.* Leid. & Voſſ. B. *hoſtis.*

4 *Sed extremo*] Per aliquot enim annos graviter ab improbis iſtis militibus ſunt afflicti, & in anguſtias coacti. Polyb. 1, 65. cum ſeq. *Ernſt.*

1 *Amplius centum millia*] Male in Voſſ. B. *Amplius centum millibus.* De ellipſi vocis *quam*, de qua multa notantur in Indice in voce *amplius* vide, quae dixi ad Datam cap. 8. n. 3. quibus adde Cl. Burm. ad Vellejum Paterculum lib. 2. cap. 110. n. 1.

2 *Plures fame quam ferro interirent*] Adeo ut occiſos in praelio, captos, & ſervos, ac denique ſe invicem devorarent. Teſtes *Polybius* 1, 84, 85. *Porphyrius de abſtinentia* 2, 57. Addit tamen *Polybius*, poſtea plures XL. millibus trucidatos ab exercitu Hamilcaris & elephantis. *Boſius.*

3 *Oppida abalienata*] Sic Mſſ. Savar. Boecl. & quidam *Lambino* viſi. quomodo paulo ante v. 1. *totam abalienarunt Africam.* Vulgo editur, *alienata.* Sic *inſulae alienatae*, 5, 2, 4. Statim Leid. *validiſſima totius Afr. Lambinus* autem conjiciebat, *opulentiſſima.* Mihi *valentiſſima* rectum eſt. nam & alibi ea voce uſus. docebit Index. *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. C. *alienata.* quam lectionem videtur probaſſe Cortius ad Ciceron. lib. 1. ad Fam. Ep. 7. n. 7. & ad Salluſt. Jugurth. cap. 48. n. 1. pro *in his* Voſſ. A. *in iis.*

4 *Fines imperii propagavit*] Edd. Ven. & Flor. *prorogavit*; Lambini judicio, mendoſe. *Boſius.* Pro *fines* Voſſ. B. *finis.* Omnes mei Codices *propagavit.* Atque ita omnino legendum. *Propagare* enim notat fines imperii proferre, latius extendere, per metaphoram a vineis deſumptam, ut docet Cl. Perizonius in Animadv. Hiſtor. c. 6 p. 230. Pro *opulentiſſima* Leid. m. & Voſſ. A. B C. *Valentiſſima.*

5 *Tota Africa tantum otium reddidit*]

CAP. III.

1 [1] Rebus his ex ſententia peractis, fidenti animo atque infeſto Romanis, [2] quo facilius cauſſam bellandi reperiret, effecit, ut imperator cum exercitu [3] in Hiſpaniam [4] mitteretur, eoque [5] ſecum duxit filium Hannibalem, annorum novem.
2 [6] Erat praeterea cum eo adoleſcens illuſtris, [7] formoſus, Haſdrubal: quem nonnulli [8] diligi turpius, quam par erat,

didit] Fuit cum legendum putarem, *totae Africae.* quomodo fere loquitur 20, 3, 2. *tantum otium toti inſulae conciliavit.* Nunc nihil muto. *Tota Africa*, dictum ut praefat. verſ. 5. *tota Graecia* Boſius.

1 *Rebus ex ſententia peractis*] Nempe poſt victos mercenarios, & Libycum bellum, quod Livius 21, 1. Africum vocat. Hoc tempore Hamilcar res magnas in Hiſpania geſſit. De quibus vide Polybium, Livium, Oroſium, locis citatis. & Juſtinum lib. XI. cap. 5. *Ernſt.*

2 *Quo facilius cauſſam bell. reperiret*] Sic fere & Polybius 1, 10. ἐποιεῖτο τὴν ὁρμὴν ἐπὶ τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν πράγματα σπουδάζων ταύτῃ χρήσασθαι παρασκευῇ πρὸς τὸν κατὰ Ῥωμαίων πόλεμον. Et Oroſius 4, 13. *Amilcar ab Hiſpanis in bello, cum aliud bellum adverſus Romanos clam pararet, occiſus eſt.* adde Livium 21, 2 Aliter *Appianus Iberico*: ἀφορμὴν αὐτῷ ποιούμενος ἀποδημίας τε καὶ ἔργων, καὶ δημοκοπίας. Adde eundem *Annibalico pag.* 314. Ceterum edd. Colon. Gebh. & aliae habent: *cauſſa bell. reperiretur*, non aeque apte. *Boſius.* Pro *rebus his* Voſſ. A. *rebus iis.* Omnes mei Codices habent *cauſſam belli reperiret.* Vocem *infeſto* inluſtravit Cl. Arntzenius ad Victoris Epitomen cap. 2. n. 4.

3 *In Hiſpaniam*] Addunt praepoſitionem etiam Mſſ. Savar. & Boecl. Ab ed. Lambin. aliisque abeſt. *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. B. C. *in Hiſpaniam*, ſed A. *Hiſpaniam.* Vide ad Datamis vitam cap. 4. n. 4.

4 *Mitteretur*] Ita quidem & *Polybius* 2, 1. & *Juſtinus* 44, 5, 4. ſed *Zonaras* ait, contra voluntatem magiſtratuum, (οὐδὲ γνώμην τῶν οἴκοι τελῶν) in Hiſpaniam abiiſſe. *Diodorus* & *Appianus* neque negant miſſum, neque adfirmant: ſed ſolummodo ad columnas Herculis Gadesque tranſiiſſe, bellumque adverſus Hiſpanos geſſiſſe tradunt. Hanc, opinor, expeditionem *Strabo* deſignat *lib.* 3. cum Carthaginienſes μετὰ τοῦ Βάρκα στρατεύσαντας ἐν τῇ Τυρδιτανίᾳ memorat. Ceterum e *Diodoro* 15. *in exc. Peireſc.* apparet, Hamilcarem, confecto Libyco bello, effeciſſe, ut populus ei στρατηγίαν ὅλης τῆς Λιβύης ad breviſſimum tempus demandaret. quod an huc pertineat, cogitandum eſt. *Boſius.*

5 *Secum duxit Hannibalem*] Vide ad 23, 2, 3. *Boſius.*

6 *Erat cum eo Hasdrubal*] Sic & *Appianus Iber. pag.* 257. *Polybius l. c.* cum interficeretur Hamilcar in Hiſpa-

ęrat, ab Hamilcare, loquebantur. Non enim maledici tanto viro deeſſe poterant. Quo factum eſt, ut a praefecto morum Haſdrubal cum eo vetaretur eſſe. Huic ille filiam ſuam in matrimonium dedit, [1] quod moribus eorum non poterat interdici ſocero gener.
De hoc ideo mentionem fecimus, quod, [2] Hamil- 3
care occiſo, ille exercitui praefuit, resque magnas geſſit: & [3] princeps largitione vetuſtos pervertit mores

Hiſpania, illic gubernatorem ac trierarchum fuiſſe ſcribit. *Boſius.*

7 *Formoſus*] *Et formoſus*, edidere *Lambinus* & alii, haud ſcio, an fide ſcriptorum codicum. *Boſius.* Leid. m. *illuſtris formoſus.* & ita Voſſ. A. B. C. Pro *nonnulli* Voſſ. C. *nonnulla.* pro *loquebantur*, *loquebatur.*

8 *Diligi turpius quam par erat*] Livius 21, 2. *Haſdrubal, flore aetatis, uti ferunt, primo Hamilcari conciliatus.* Boſius.

1 *Quod moribus eorum non poterat interdici ſocero gener.*] Alii, *genero.* Utrumque verum. Verecundiae autem hos inter ſerviendum monet Cicero offic. 1. *Non lavantur cum ſoceris generi.* Schottus. Mſ. *ſocer a genero*, quod vehementer laudo. *Socer genero*, habet etiam Leidenſis, & plerique veteres. Ut non ſit dubitandum, illud *a genero* plene dictum, quod ſcioli non intellexerunt. Sic Plinius 39, 1. *interdixi tibi de medicis.* Adde *Sanctii Minervam lib.* 3. *pag.* 167. Schefferus. Ceterum cur Hamilcar Haſdrubali filiam ſuam in matrimonium dederit, aliam adfert cauſam Livius: *gener ob altam indolem provecto annis adſcitus*: uti quidem eum locum emendavit, praeeunte *Lipſio*, in poſtrema editione incomparabilis *Gronovius*: cum antea *obſervat.* 3, 8. aliter cenſuiſſet. *Boſius.* Omnes mei Codices *ſocero gener.* praeter Voſſianum B. exhibentem *ſocer a genero.* Conſule ſummum Gronovium ad Juſtinum lib. 5. cap. 4. n. 15. & Interpretes ad Ovidium lib. 6. Metam. vſ. 332. ubi plurimi Codices Mſſ. exhibent.

—— *Cui quondam regia Juno*
Orbem interdixit.

Adi & Cel. J. Perizenium ad Sanctii Minervam lib. 3. cap. 3. n. 78. Mox pro *fecimus* Voſſ. A. *facimus.*

2 *Hamilcare occiſo, exerc. praefuit &c.*] Haſdrubal videlicet: idque propterea, quia filii immaturi tum erant imperio. Quatuor autem reliquit filios ſuperſtites: quos totidem catulos leoninos in perniciem Romanorum ab ſe, dicere ſolitus eſt, educari. Haſdrubalis ingenium Livius prodit initio lib. 21. *Ernſt.* De Haſdrubalis imperio militari, rebus in Hiſpania geſtis, ac caede videndi praeterea *Polybius* 2, 1. & 13. & *lib* 3, 13. *Diodorus* 25. *ecloga* 2. *Livius* 21, 2, 4. *Juſtinus* 44, 5, 5. *Silius* 1. *Valerius Max.* 3, 3. *Appianus Iberic. pag.* 258. & *Annibalic. p.* 313. *Zonaras pag.* 67. Boſius.

3 *Princeps largitione vetuſtos pervertit mores*] Mſ. Boecl. habebat, *principes largitiones*, & mox Schotti cod.

res Karthaginienſium: ejuſdemque poſt mortem Hannibal ab exercitu accepit imperium.

CAP. IV.

2 At Hamilcar poſteaquam mare tranſiit, in Hiſpaniamque venit, [1] magnas res ſecunda geſſit fortuna: maximas bellicoſiſſimaſque gentes ſubegit: equis, armis, viris, pecunia, totam locupletavit A-
3 fricam. Hic quum in [2] Italiam bellum inferre meditare-

cod. *praevertit.* Utrumque corrupte. *Boſius.* Voſſ. B. etiam *largitiones.* Leid. m. & Voſſ. A. B. C. *praevertit.* *Praevertere* notat praeoccupare. ut Virgil. 1. Aeneid. vſ. 725. —— *Vivo tentat praevertere amore Jam pridem reſides animos deſuetaque corda.* ubi Servium conſule. Sed videant eruditi, an illud verbum hic locum habere queat, agitur enim hic de Carthaginienſium moribus largitione corruptis.

1 *Magnas res ſec. geſſit fortuna, &c.*] De his vide *Polyb.* 2, 1. *Diodorum*, *Appianum*, *Zonaram* locis modo laudatis. Breviter *Ampelius*: *Punico bello magnam partem Hiſpaniae ſub imperium Carthaginienſium redegit.* Sed falſum hoc. nam, ut paullo poſt ipſe refert, bellum Punicum primum *Duilius apud Liparas inſulas*, *Lutatius apud Aegates*, *merſis hoſtium claſſibus*, *conſummaverunt.* Non igitur ita ſcripſiſſe Ampelium putem. Forſan excidit vox, legendumque, *confecto Punico bello* Boſ. Pro *Hamilcar* Leid. m. *Hamilcare.*

2 *In Italiam bellum inferre*] Adnotat *Lambinus*, alios legere, *Italiae bellum inferre*, & ſic potius loqui bonos ſcriptores alios. Sed non video quemquam in ſcriptis libris id repperiſſe. Vid. Ind. *Boſius.*

3 *In praelio*] Nepos etiam ſup. cap. 3, 3. cum Trogo lib. 44, 5. dicit Hamilcarem fuiſſe occiſum. Ad haec & illa verba Lambinus notat, idem dicere Polybium. Quod ego nondum mihi perſuadere potui. Credam Lambinum errore memoriae Polybium dixiſſe pro Appiano: is enim ſcribit, Hamilcarem in praelio occubuiſſe Hannibalic. pag. 3, 4. Polybius autem refert, eum, cum urbem aliquam obſideret, in fugam actum, flumenque tranſeuntem periiſſe, excuſſum ab equo. *Ernſtius.* Sic praeter *Appianum Iberico & Annibalico*, & *Juſtinum*, etiam *Oroſius* 4, 13. & *Caſſiodorus chronico.* Immo ipſe *Polybius* ait, cum hoſte dimicantem, fortiter obiiſſe: Ab equo, cum flumen in fugam actus, tranſiret, excuſſum, non *Polybius*, quod vir doctus adnotat, ſed *Diodorus* ſcribit. *Zonaras* ait, ab Hiſpanis victum occubuiſſe. [illegible] *Boſius.* Diodorus Siculus certe eſt, qui excerpt. lib. 25. refert, Hamilcarem ab Oriſſo Hiſpaniae regulo in fugam verſum, &, dum flumen magnum equo tranſiret, aqua ſubmerſum periiſſe, ut jam adnotavit Simſonius in Chronico A. M. 3777. ſed alii utriusque Linguae Scriptores uno ore referunt, Hamilcarem in praelio caeſum eſſe. Conſule Cel.

Dra-

caretur, nono anno, poſt quam in Hiſpaniam venerat, [3] in praelio pugnans adverſus [1] Vettones occiſus eſt. [2] Hujus perpetuum odium erga Romanos maxime [3] concitaſſe videtur ſecundum bellum Poenicum. 3
Namque Hannibal, filius ejus, aſſiduis [4] patris obteſtationibus eo eſt perductus, ut interire, quam Romanos non experiri, mallet.

Drakenburgium ad Silium Italicum lib. 1. vſ. 143. ita de Hamilcare canentem.

Occubuit ſaevo Tyrius certamine ductor.

Quid proprie *pugnans adverſus Vettones occiſus* ſignificet, explicat Cl. Arntzenius ad Victorem de Viris Illuſtr. cap. 2. n. 7.

1 *Vettones*] Scribendum *Vettones* duplici TT. Graece enim Οὐέττωνες populi ſunt Hiſpaniae citerioris inter Anam & Tagum fluvios, ad orientale Toletanorum latus, *Straboni lib.* 3. Item *Plinius* 4, 20. finitimos Carpetanis facit. *Prudentius hymno de S. Eulalia* Emeritam Vettonum metropolim nominat: *Nunc locus Emerita eſt tumulo Clara colonia Vettoniae. Quam memorabilis amnis Ana Praeterit, &c.* Schottus. Atque ſic & apud *Caeſarem de bello civ.* 1, 38. in recentioribus edd. & Mſ. cod. Ciacconii nomen hoc exaratum: ſicut apud *Ptolemaeum* 2, 5. Οὐέττωνες. *Appianus Ibericis* Οὐέττωνας vocat, quomodo & *Dauſquius ad J. Silii* rectius hoc loco cenſet *Vetones*. Vulgati *Vectones* praeferunt, quomodo ea vox & apud *Livium* 35, 7. & 22. *Lucanum* 4. 9. & in quibuſd. edd. *Caeſaris* legitur, quod improbare non auſim. In Boecler. erat *Vetaones*: ex alterutro corrupta voce. *Boſius*. Leid. m. *Vetrones*. Voſſ. A. B. & C. *Veteones*. Vide Cl. Oudendorp. ad Lucanum lib. 4. vſ. 9.

2 *Hujus perpet. odium erga Rom.*] De quo praeter noſtrum, heic & 23, 1, 3. teſtantur *Polybius* 3, 9. & 12. *Livius* 21, 1. *Valerius Max.* 9, 3. *ext.* 2. Boſius.

3 *Concitaſſe ſecundum bellum Poenicum*] Prolixe haec *Polybius* 3, 9. *ad* 13. *uſque.* adde *Livium l. c. Poenicum* autem, pro *Punicum*, ut hucuſque omnes edidere, reſcripſi fide librorum Gif. ac Dan. Vide quae dixi ad *cap.* 1, 1. Boſius.

4 *Patris obteſtationibus*] *Obteſtationes* notant obſecrationes & juramentum, quod pater filium adegit. Cicero Epiſtolis. *Mei officii eſt, me meminiſſe, qua* obteſtatione *decedens mihi, ne paterer fieri, mandaris.* Gebhardus. Hamilcar, cum Hannibalem novem annorum puerum ſecum in Hiſpaniam duceret, juramento obſtrinxit, hoſtem eum Populo Romano fore, quam primum adoleviſſet, ut Polybius, Livius, Nepos *Hannibale*, aliique antea laudati ſcribunt. *Ernſtius*. Vide ad 23, 2, 3. *Boſius*. *Experiri* recte Lambinus explicat per periculum facere virtutis & potentiae Romanorum. vide Celeb. Burmann. ad Valer. Flaccum lib. 3. Argon. vſ. 104. Eodem modo *experiri ſutorem*, pro ejus prudentiam artis medicae explorare dixit Phaedrus lib. 1. fab. 14 vſ. 6. Vide ibi Clar. Schefferum, & Burmannum ad Vellejum Paterculum lib. 2. cap. 95.

XXIII. HAN-

XXIII. HANNIBAL.

CAP. I.

1 [1] HANNIBAL HAMILCARIS F. [2] KARTHAGINIENSIS. Si verum eſt, [3] quod nemo

De *Hannibale* paſſim Graeci Latinique hiſtorici, ſed praecipue *Polybius*; *Appianus in Annibalicis*, & alibi, *Livius a lib.* 21. *ad* 40. *usque*: & compendio *Florus* 2, 6, 7, 8. *Juſtinus* 29, 30, 31. & *ſcriptor de viris illuſtribus*. Boeclerus. Adde *Silium Italicum* toto opere *de bello Punico*: *Eutropium* 3. *Oroſium* 4, 14. *& deinceps*: *Zonaram tomo* 2. Quaedam illius & *Valerius Max.* & *Frontinus in Strategematis*, paſſim: *Plutarchus Fabio*, *T. Flaminino*, *M. Marcello*, & alibi: *Diod. lib.* 26. *in Excerptis Peireſc.* & in iisdem *Dio Caſſius lib.* 1. narrant. Effigies ejus exſtat in nummo qui penes me eſt, cum inſcriptione: ΑΝΝΙΒΑΛ ΠΟΙΝΟΣ. In adverſa parte conſpicitur Juppiter ſeminudus ſedens, dextra fulmen, ſiniſtra ſceptrum tenens, &, ΔΟΞΑ ΔΙΟΣ. Sed vix dubito recentiorem ac ſuppoſiticium eſſe. Ac vidi eundem typum in aereo *Henrici Meieri*, Eccleſiaſtae Lipſienſis, amici dum viveret conjunctiſſimi; ſed in altera parte erat caput *Ariſtotelis* cum his circum litteris: ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΤΟΥ ΝΙΚΟΜΑΧΟΥ: plane quale eſt in argenteo meo, cujus adverſa facies exhibet Naturam multimammiam, utraque manu fructus gerentem, cum inſcriptione: ΦΥΣΙΣ ΠΑΝΑΙΟΛΟΣ. Habebat idem *Meierus* & argenteum, in quo caput Hannibalis cum hac inſcriptione: — ILLE HANNIBAL, detrita priore illius parte. Ejusdem caput e nummo argenteo tetradrachmo exhibent *Imagines Urſini num.* 63. una cum litteris Punicis, nomen ejus, (ut ajebat, cujus is nummus fuit: *Petrus Contarenus*) exprimentibus. Duas quoque gemmas, in quibus Annibalis pueri effigies exſtet, laudat *Faber in commentario*: vide infra ad *cap.* 2, 4. Boſius.



Apud Fulvium Urſinum in nomiſmate Argenteo

3 Han-

nemo dubitat, [4] ut populus Romanus omnes gentes virtute ſuperarit, non eſt inficiandum, [5] Hannibalem (tanto) praeſtitiſſe ceteros imperatores prudentia, quanto populus Romanus antecedat fortitudine cun-

1 *Hannibal Hamilcaris F.*] Sic plane vetus Inſcriptio, quam laudavimus ad 22, 1, 1. Et cum adſpiratione nomen Hannibalis etiam ſcriptum reperitur in duobus lapidibus apud *Gruterum*, *pag.* 114. 10. & *p.* 406, 7. & apud *Frontinum*. eamque ſcripturam probat & *Eutychius* Grammaticus, *Dausquio ad* 1. *Silii pag* 23. laudatus. Ceteri Latinorum fere omittunt adſpirationem: niſi quod ea in manuſcr. codd. aliquando reperitur, ut apud *Juſtinum* 19, 2, 2. in viſis *Bongarſio*. Graecis quoque *ἀννίβας* eſt cum ſpiritu leni. Adſpirationi tamen favet origo vocis, eſt enim haud dubie a חֵן & בַּעַל quaſi tu dicas *gratiam Domini*, ea forma, qua a חֵן & אֵל eſt חַנִּיאֵל, *Hanniel*, Numer. XXXIV. comm. 23. quod exponunt *gratiam Dei*. *Dausquius Hannibalem* interpretatur *gratioſum apud Belum*, & laevat nihilominus; aitque *ſecum eſſe infinitatem prope veterum nummorum atque inſcriptionum.* Vellem adduxiſſet aliqua ex illis monumentis, aut ſaltem indicaſſet. nam mihi quidem nulla hucusque obſervata, praeter unam inſcriptionem Africanam, *Bocharto de colon. Phoenic.* 1. 24. laudatam, in qua legitur *Azrubal Suffes*, *Annibalis filius*. Boſius. Vide ad Hamilc. cap. 1.

2 *Karthaginienſis.*] Addebat Ernſtianus, *ſequitur.* quod gloſſema puto inepti librarii, qui verbum deſiderari exiſtimabat, cum tamen pari modo & alibi noſter loquutus ſit. vide ad 2, 1, 1. *Boſius*. *Carthaginienſis* abeſt meo Leidenſi.

3 *Quod nemo dubitat, ut popu'us Rom. &c.*] *Mirum*, inquit Lambinus, *loquendi genus. Cur non ita dixit potius.* Si verum eſt, quod n. d. populum R. o. g. virtute ſuperaſſe? *Verum tamen nihil mutandum. Sic enim veteres interdum loquebantur.* Quod verum eſt. Nam ſic plane Varro de re ruſtica 1, 2. *Verum dicit, ut ille hoc ſcripſerit.* Cicero pro Sex. Roſcio. c. 40 *Non eſt veriſimile, ut Chryſogonus horum litteras adamarit.* Plinius Panegyr. cap. 8, 6. *An dubium eſt, ut dare non poſſet imperium imperator?* Quae loca, & his ſimilia alia jam adnotarunt *Mariangelus a Fano Benedicti in Auctario ad Grammaticam philoſoph. epiſtola* 6. & clariſſ. *Vorſtius libro de Latinitate falſo ſuſpecta*, *cap.* 24. Ceterum in Mſ. Boecl. erat, *ſi verum & quod n. d.* Boſius. Voſſ. B. *ſi verum, quod nemo dubitat.* De conjunctione *Ut* ab optimis & ſequioris aevi ſcriptoribus pro infinitivo cum Acc. conſtructo adhibita conſule Cl. Vorſtium ad Juſtinum lib. 3. cap. 6. n. 10. Munkerum ad Hyginum fab. 63. & ad fab. 139. & Tib. Wopkens lib. 3. Lect. Tullian. cap 12. pag. 302. & 303. De verbo *dubitare* cui Accuſativus caſus Pronominum *hoc*, *id*, *quod* adjici ſolet, cl. Perizon. ad Sanctii Minervam lib. 3. cap. 3. n. 47. & Celeb. Burm. ad Quinctilian. lib. 12. Inſtit. Orator. cap. 1.

4 *Ut pop. Rom. omnes gentes virtute*

2 cunctas nationes. Nam quotieſcunque cum eo congreſſus eſt in Italia, ſemper diſceſſit ſuperior. [1] Quod [2] niſi domi civium ſuorum invidia debilitatus eſſet: Romanos [3] videretur ſuperare potuiſſe. Sed multorum ob-

tute ſuperavit] Victus enim praelio quidem nonnunquam, bello vero nunquam, ut ait *Caecilius* apud *Nonium*. Schottus. *Virtutem* autem intellige bellicam, h. e. fortitudinem, ut paſſim apud veteres, quod ſi animadvertiſſet vir doctus, non objeciſſet, opinor, Nepoti *Ciceronem*, tanquam in dubium vocantem, quae hoc loco de Romanis adfirmantur. *Boſius.*

5 *Hannib. tanto praeſtit. ceteros imperatores*] Quod quoque fuit judicium Peſcenni Nigri. Nam quos alii Scipiones extulerunt; exiſtimavit *felices illos fuiſſe magis, quam fortes.* Aelius Spartianus in Nigri vita 11. *Nec alias fabulas unquam habuit, niſi de Annibale, ceteriſque talibus. Denique cum Imperatori facto quidam Panegyricum recitare vellet, dixit ei, Scribe laudes Marii, vel Annibalis, vel alicujus Ducis optimi vita functi, & dic quid ille fecerit, ut eum nos imitemur.* Gebhardus. Ipſe Hannibal *maximum imperatorem Alexandrum Magnum, Pyrrhum ſecundum, tertium ſeipſum eſſe* dixit; apud *Livium* 35, 14. & *Appianum Syriacis p.* 91. Vide & *Lucianum in dialogis mortuorum pag.* 246. *& ſeqq. edit. Salmurienſis*, ubi de praeſtantia bellica Alexander, Hannibal & Scipio inter ſe contendunt. Laudem Hannibalis habes apud *Livium* 28, 11. (qui & ingenium ejus 21, 4. eleganter depinxit) itemque apud *Diodorum* ac *Dionem* locis modo laudatis. Ceterum a Mſc. Boecl. *tanto* aberat. non male. nam ſic & alii loquuti. quare uncis incluſi. In q. edd. eſt *antecedebat*; credo, quod *Probus* harum vitarum auctor habebatur. *Boſius* Leid. m. Voſſ. A. B. C. *antecedat*, *Tanto* exhibent Codices Leid. m. & Voſſ. A. C. *Praeſtare* pro antecellere cum quarto caſu Noſter non tantum, *ſed* & alii conſtruere ſolent. Conſule cl. Burm. ad Quinctilian. Declam. 2. cap, 8.

1 *Quod niſi*] V. Ind. *quod.* Boſius. Mox pro *Quotieſcunque* Voſſ. A. B. C. *quotienſcunque.* Pro *congreſſus* Voſſ. C. *aggreſſus.* *Eſt* abeſt Voſſiano B.

2 *Niſi domi civium ſuor. invidia deb. eſſ.*] Idem ipſe apud Livium 30, 21. fatetur; *Vicit Annibalem non populus Ro. toties caeſus fugatusque, ſed Senatus Carthaginienſis obtrectatione atque invidia.* Juſtinus 38, 4, 6. *Annibalem ſexdecim annis Italiae victorem immoratum: & quin ipſam caperet urbem, non Romanorum illi vires obſtitiſſe, ſed domeſticae aemulationis atque invidiae ſtudium.* Geminum quid apud *Silium Italicum lib.* 17. Hoc eſt, magnos viros, ob formidoloſam eorum vim & fortunam, *per invidiam parto jam decori abſtrahere*, uti *Tacitus* de Germanico *A.* 2, 26, 8. prodit. De qua re ipſa infra Auctor. (*cap.* 7, 4.) Loccenius.

3 *Videretur*] Nam per Hiſpanias in Galliam ac Italiam contendens, tribus praeliis populum Romanum ſuperavit ad Ticinum, ad Trebiam Flumen, & Traſymenum lacum.

obtrectatio devicit unius virtutem. Hic autem vel- 3
ut [1] hereditate relictum odium paternum erga Romanos ſic [2] confirmavit, ut prius animam, quam id, depoſuerit: qui quidem quum patria pulſus eſſet, & alienarum opum indigeret, nunquam deſtiterit animo bellare cum Romanis.

Cap.

Liv. 20. Flor. 2. cap. 6. Appianus de Reb. Hannibal. Polyb. lib. 3. Silius Italicus lib. 4. cum ſeqq. Plinius lib. 33. cap. 50. Eurrop. 3. Oroſ. lib. 4. cap. 14. & 15. *Ernſtius.* Sic opt. liber Boecl. nec video cur mutari debeat. Ut in aliis lectum hucusque fuerit: *videtur*, fecit compendium ſcripturae, *vid'tur.* Sic enim in Mſſ. exarari vox iſthaec ſolet. *Boſius.* Omnes mei *videretur.*

1 *Hereditate relictum odium paternum*] Adeo, ut, referente Seneca loco cit. §. 5. dixerit, cum foſſam ſanguine humano (forte *Romano*) plenam vidiſſet: *O formoſum ſpectaculum.* Ernſtius. Hunc praecipue Catulum leoninum in perniciem Rom. imperii alebat Amilcar, ut ipſe dicere ſolitus eſt. vide *Valer. Max* 9, 3. *ext.* 2. Et hanc fuiſſe cauſam tradit *Juſtinus* 29, 1, 7. cur in minori aetate dux Annibal conſtitueretur, non penuria ſeniorum, ſed odio Romanorum, quo imbutum a pueritia ſciebant. *Loccenius.* Ut amicitiarum; ita & odii atque inimicitiarum hereditatem cernunt liberi. Solet autem hereditarium odium duplo acrius eſſe, quam ſi a ſe ſolo ortum duxiſſet. Paterculus 1, 1, 2. *Agamemnon mox ſcelere patruelis Aegiſthi, hereditarium exercentis in eum odium, & facinore uxoris oppreſſus, occiditur.* Diodorus 16. Κατὰ τὴν Μακεδονίαν στρατηγὸς πατρικὴν ἔχθραν διαδεδεγμένος, πρὸς Ἰταλοὺς καὶ τὴν διαφορὰν ἀμετάθετον ἔχων. Tacitus 16, 28, 2. *Paconium Agrippinum paterni in principes odii heredem* nuncupat. Ipſe Annibal apud Livium 35, 19. *Odi odioque ſum Romanis. Id me verum dicere pater Hamilcar & DI teſtes ſunt. Gebhardus.* Nicander apud *Livium* 35, 12. *natum adverſus Romanos hoſtem* vocat. De Hamilcaris erga Rom. odio vide 22, 4, 3. *Boſius.*

2 *Confirmavit*] Q. ed. *conſervavit.* Boſius. Pro *hic* Leid. m. *Hinc* pro *confirmavit* Voſſ. A. B. C. *conſervavit.* pro *cum patria* Voſſ. B. *cum primo patria.* *Animo bellare*, eſt, propoſito, ſpe, deſiderio, opinione bellare. Vide Vorſtium ad Juſtinum lib. 12. cap. 3. n. 2. item Waſſe & Cortium ad Salluſt. B. Jugurth. c. 20. n. 6.

3 *Philippum*] Demetrii Macedonum regis filium, de quo *Juſtinus* 29, 3. & *epitome Livii* 29, & 31. & in Faſtis anno V. C. IↃLII. *Schottus.* Ejus ſtemma ponit *Plutarchus in Paullo Aemilio.* Magius. Pro *omittam* Voſſ. C. *obmittam.*

4 *Quem abſens hoſtem reddidit Romanis*] Obſervat *Magius*, aliter haec narrare *Juſtinum* 29, 4, 2. quod verum eſt. Ait enim, Philippum *legatum ad Annibalem jungendae ſocietatis gratia miſiſſe.* idque & *Livius* tradit 23, 33. Neque tamen idcirco non adſtipulatur Noſtro. nam

po-

CAP. II.*

1 Nam ut omittam ³ Philippum, ⁴ quem abſens hoſtem reddidit Romanis: omnium his temporibus potentiſſimus Rex ¹ Antiochus fuit. ² Hunc tanta cupiditate incendit bellandi, ut uſque a rubro mari ar-
2 ma conatus ſit inferre Italiae. ad quem quum ³ legati ve-

potuit nihilominus Philippus ab Hannibale inſtigari ante, quam ad eum mitteret. Nec magis adverſatur *Florus* 2, 7, 4. Cum noſtro autem plane facit, quod apud *Livium* 33, 49. Legati Romani in ſenatu Carthaginienſi exponunt, *compertum patribus Rom. eſſe, Philippum regem ante ab Hannibale accenſum maxime, bellum populo Rom. feciſſe.* Formulam foederis cum Philippo ſanciti habes apud *Polybium* 7, 2. Boſius. Pro *omnium h. t.* Voſſ. C. *omnibus h. t.*

1 *Antiochus*] Qui primum *Hierax* a rapacitate, deinde *Magnus* dictus eſt. *Lambinus.*

2 *Hunc tanta incendit cupiditate bellandi*] Nempe, poſtquam domo profugus ad eum perveniſſet. nam quod jam ante cum Antiocho ſocietatem iniiſſe dicebatur, id ab aemulis illius confictum fuiſſe, *Juſtinus* 31, 9, 1. clare ſignificat. nec diſſimulant, qui Antiochi cum eo colloquia narrant, reliqui. vide *Livium* 34, 60. & 36, 7. *Appianum Syriac. pag.* 89, 90 *Plutarchum Flaminino pag.* 380. *Florum* 2, 8, 5. *Juſtinum* 31, 3, 5. *Zonaram tomo* 2. *pag.* 102. Legati Romani cum, apud *Livium*, *compertum ſibi* ajunt, *ab eo litteras nunciosque ad Antiochum profectos*, cauſſae inſerviunt, finguntque fortean, quod nunquam factum erat. Fuiſſe tamen, qui acie victum a Scipione, extemplo ad Antiochum profectum traderent, *Livius* refert 30, 37. *Boſius.*

3 *Legati Rom. veniſſent &c.*] De hac legatione, ejusque cauſſa ac geſtis, videndi *Polybius* 3, 11. *Livius* 35, 13. & *deinceps*: *Appianus Syriac. pag.* 91, 92. *Juſtinus* 31, 4. *Frontinus* 1, 8, 7. *Zonaras pag.* 102. qui tamen non parum a ſe invicem diſcrepant. *Boſius.*

4 *Qui de ejus voluntate explorarent*] & apparatum regis ſpecularentur, ut inquiunt *Polybius* (*l. c.*) & *Juſtinus* 31, 4, 4. Magius. Vides legatos ſub ſpecie amicitiae vel faciendae vel propagandae ſaepius venire perſcrutatum conſilium, conatus & apparatus noſtros. Juſtinus 21, 6, 1. *Carthaginienſes mittunt ad ſpeculandos Alexandri Magni animos, Hamilcarem cognomento Rhodanum, virum ſolertia, facundiaque praeter caeteros inſignem.* Polyaenus lib. 5. Μέμνων ἐπιβουλεύων Λεύκωνι τῷ Βοσπόρου τυράννῳ, βουλόμενος καταμαθεῖν τὸ μέγεθος καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐνοικούντων, ἔπεμψεν Ἀρχιβιάδην Βυζάντιον ἐπὶ τριήρους, πρεσβευτὴν πρὸς Λεύκωνα, ὡς ὑπὲρ φιλίας καὶ ξενίας διαλεξόμενον. Neque aliter Laelius, ad Syphacem profectus, quoſdam ex tribunis & centurionibus per ſpeciem ſervitutis ac miniſterii exploratores ſecum duxit. Vide

Fro-

veniſſent Romani, [4] qui [1] de ejus voluntate explorarent, darentque operam conſiliis clandeſtinis, [2] ut Hannibalem [3] in ſuſpicionem regi adducerent, tanquam ab ipſis corruptum, [4] alia atque antea ſentire: neque id fruſtra [5] feciſſent, idque Hannibal comperiſſet, ſeque ab interioribus conſiliis ſegregari vidiſſet:

Frontinum 1, 1, 3. de L. Statorio. Ibid. c. 2. exemplo 4. *Carthaginienſes miſerunt, qui per ſpeciem legatorum longo tempore Romae morarentur, exciperentque conſilia Romanorum.* Quemadmodum hoc callide plerumque agitur alio praetextu: ita contraria machina iſti Principes, ad quos miſſum eſt, ſecreta mittentium ex legatis ebrietate injecta eruunt. Fl. Vopiſcus Bonoſo: *Si quando legati barbarorum undecunque gentium veniſſent, ipſi propinabantur, ut eos inebriaret atque ab his per vinum cuncta cognoſceret.* Gebhardus. Ad quem locum vide adnotata *Caſaubono*. *Zonaras* ait miſſum Scipionem, ut Antiochum ac Hannibalem terreret. *Boſius.*

1 *De ejus voluntate*] Mſ. Boecl. *ejus voluntate*, omiſſa praepoſitione. An fuit, *ejus voluntatem*? Lambinus certe quaerit, cur non ita dixerit Nepos. Sed nulla mutatione opus. vid. Ind. *Boſius.* Vide ad praefat. Voſſiano B. etiam abeſt praepoſitio *de*.

2 *Ut Annibalem in ſuſpicionem regi adducerent*] Effecerunt autem id crebris cum eo ſociatis colloquiis. Livius 35, 19. *Propter colloquia cum Villio ſuſpectus regi.* Vide *Julium Frontinum* 1, 8, 7. [adde *Polybium*, *Appianum*, *Juſtinum locis modo laudatis.*] Hoc vero conſilium hauſerunt ab Ageſilao; de quo *Polyaenus l. 2. comm. 32.* Ἀγησίλαος ἐν ταῖς διαπρεσβείαις ἠξίου πολεμίων τοὺς μάλιστα δυνατοὺς πέμπεσθαι πρὸς αὐτὸν, ὡς διαλέξηται, περὶ τῶν κοινῶν συμφερόντων. Τούτοις ἐπὶ τὸ πλεῖστον συγγινόμενος, καὶ κοινωνῶν ἑστιᾶς καὶ σπονδῶν, ταῖς πόλεσιν στάσιν ἐποίει διὰ τὰς τῶν πολλῶν ὑποψίας. *Gebhardus.*

3 *In ſuſpicionem regi adduc. tanquam corr. ab illis alia atque antea ſentire*] Mirum loquendi genus, nec alibi mihi obſervatum: & tamen nemo interpretum id tetigit. Si locus integer eſt, τὸ *ſentire* ad *ſuſpicionem* referendum eſt: *in ſuſpicionem, ſentire* (cum) *alia, tanquam corr. ab illis.* Sed duriuſculum id mihi videtur. An igitur Nepos ſcripſit: *tanquam corruptus ab illis, alia a. a. ſentiret*? Sic certe loquuntur optimi ſcriptores. *Boſius.* Nulla mutatione opus.

4 *Alia atque antea ſentire*] *Reconciliatam ejus cum Romanis gratiam*, dixit *Juſtinus* explicatius. *Boſius.* Id eſt, contraria ſentire, quam olim ſenſerat. Vide Cort. ad Salluſt. Cat. 37, 10.

5 *Feciſſent, idque Hannib. comper.*] Mſ. *feciſſent, niſi id cum H c.* Suſpicor latere mendum, & ſcribendum eſſe; *feciſſe eſſent viſi, id cum H c.* Viſi ſunt regi non feciſſe fruſtra, ut clandeſtinis conſiliis cum Hannibale uterentur. *feciſſe eſſent* propter litterarum ſimilitudinem coaluit in unam vocem. *Schefferus.* Mihi olim levi mutatione unius litterulae figura

ſet: tempore dato [1] adiit ad regem, eique quum multa de fide ſua & odio in Romanos commemoraſſet, hoc adjunxit: [2] Pater, inquit, meus Hamilcar puerulo me, utpote non amplius [3] novem annos nato, in Hiſpaniam imperator [4] proficiſcens Carthagine,
4 [5] Jovi optimo maximo hoſtias immolavit. [6] Quae divina

haud valde diſſimilis legendum videbatur: *feciſſent, niſi id tum H. c.* Notum eſt, ſaepiſſime in Mſſ. *c* & *t* permutari. *Non id fruſtra feciſſent*, i. e. non excidiſſent ſpe ſua. Jam enim ſuſpectum regi reddiderant Hannibalem: ut e *Polybio* ceteriſque manifeſtum eſt. In q. edd. eſt, *cum neque i. fr. fec.* Boſius. Omnes mei codices *neque id fruſtra feciſſent*. ſed *neque ii fruſtra fuiſſent* non male legendum conjecit Cortius ad Salluſt. Jugurth. cap. 85. n. 6. Pro *interioribus* Voſſ. A. male *inferioribus*.

1 *Adiit ad regem*] Sic e Mſſ. ſuis legunt *Savaro*, *Boeclerus*, & in *Ind. Lucret.* v. *reviſere*. *Giſanius*. quomodo 2, 7, 1, & 4. & alibi locutus eſt. mox Mſ. Boecler. *de vita ſua*; ſed in marg. adſc. *fid.* Pro *odio* v. cod. Schotti *odium*. Statim in illo *puerulo me*, provocabulum vulgo omittitur. erat tamen in Mſ. Leidenſi *puune*; niſi fortean in excerptis ejus ſcribi excudive debuit *pu. me*, abbreviate. *Boſius*. Leid. m. *adiit regem*. ſed Voſſ. A. B. C. *adiit ad regem*. quod praeſero. Vide ad Themiſtocl. cap. 7. quamvis, ut ibi monui, alterum non damnem. Sic enim *adire deos*, & *adire ad deos* dixere: conſule Celeb. Brouckhuſium ad Tibull. 1, 5, 39. Pro *odio* Voſſ. C. *odium*.

2 *Pater meus Hamilcar &c.*] Narrant hanc rem etiam *Polybius* 3, 11. *Livius* 21, 1. & 35, 19. *Valerius Max.* 9, 3. *ext.* 3. tanguntque & *ſcriptor de viris ill. c.* 42. *Appianus Iber.* & *Annibal. Martialis* 9, 44. *Florus* 2, 6, 2. *Oroſius* 4, 14. & ex his alii: prolixe vero, more poetarum, deſcribit *Silius lib.* 1. ad quem videndus *Dauſquius*. Corniolam *Urſini*, repertam in agro Perūſino prope lacum Traſimenum, ubi Hannibal tetendiſſe legitur, in qua a dextris Hamilcar ſacra faciens ſculptus erat, ipſo Hannibale puero ad aram ſtante, a ſiniſtris Aſdrubal galeatus, patruus ejus, memorat *Jo. Faber commentario in imagines Illuſtrium Urſinianas*, *pag.* 41. conjicitque Afro alicui, ſtudioſo Hannibalis, pro petra annulari fuiſſe. Addit & de alia gemma, utriuſque capita, ſed Hannibalis, ut pueri, ut exiſtimat, exhibente, conjicitque annularem ipſius Hannibalis fuiſſe. De quibus judicent, quibus inſpiciendi copia eſt. Exſtat enim fortaſſis etiam nunc inter theſauros Farneſianos. *Boſius*.

3 *Novem annos*] Sic & *Polybius l. c.* & *lib.* 2, 1. *Livius locis cit.* & 30, 37. *Valerius Max.* *Oroſius*, *Ampelius*, & ex emendatione doctorum virorum *Scriptor de viris illuſtribus cap.* 42. *Silius* quoque lib. 14. *Decimum modo coeperat annum Exceſſiſſe puer, noſtro cum bella Latinis Concepit juſſu.* Quibus neutiquam, uti quidem *Dauſquius* putabat, adverſatur, quod idem lib. 1. ait, Factum

vina res dum conficiebatur, quaeſivit a me, *vellemne ſecum in caſtra proficiſci?* Id quum libenter accepiſſem, atque ab eo petere coepiſſem: ne dubitaret ducere, tum ille: *Faciam*, inquit, *ſi fidem mihi, quam poſtulo, dederis.* [7] Simul me ad aram adduxit, apud quam ſacrificare inſtituerat: [8] eamque, ceteris remotis,

ctum hoc, *Ut fari primamque datum diſtinguere lingua Annibali vocem*; neque quod apud eundem *lib.* 2. Boſtar dicit, *jam bella juraſſe cum cum primum tenero vocem proferret ab aevo.* Significat enim, vix infantiam fuiſſe ingreſſum. ea vero cum anno aetatis ſeptimo finitur. *Boſius.*

4 *Proficiſcens Carthagine*] Ubi juraſſe Hannibalem in Eliſae templo media urbe ſito, prolixe *Silius* narrat. quod ſine cauſſa in dubium vocat *Dauſquius*, conjicitque apud Garamantas in Jovis templo factum. nam quod ait *Polybium* refragari *lib.* 2. qui tum Amilcarem ſcribat Herculis columnas adiiſſe: id ſecus eſt. Potius favet *Silio*; ſcribit enim, *accepto exercitu* (qui utique in Africa erat, & prope Carthaginem) *& filio Hannibale; juxta Herculis columnas trajeciſſe.* At *Valerius Max.* ſcripſit, *Amilcarem exercitum in Hiſpaniam trajeciſſe.* Immo diſerte ait, *exercitum in Hiſpaniam* TRAJECTURUM, *ob id ſacrificaſſe.* Nec aliter *Livius* 21, 1. *Polyb.* 3, 11. *Silio* & illud favet, quod Hannibal petiit, ut duceretur in Hiſpaniam. Sic enim praeter noſtrum iidem duo ſcriptores. Unde malim cum ed. Col. ſic diſtinguere: *In Hiſp. imp. proficiſcens, Carthagine Jovi o. m. h. immolavit.* Pro *hoſtias* Mſ. Leid. *hoſtiam* habet. quomodo Silius: *tum nigra triformi Hoſtia mactatur Divae.* Boſius. Conſule Clar. Drakenburgium ad Silium Italic. lib. 1. vſ. 81.

5 *Jovi optimo Maximo*] Voſſ. B. *Jovi optimo & Maximo.*

6 *Quae divina res dum conficieb.*] Leid. m. *qui, divina re, dum confic.*

7 *Simul me*] Melius in Boecler. Leid. &. ed. Col. quam reliqui *ſimulque.* Boſius. Leid. m. *ſimul ad aram.* item Voſſ. A. B. *ſimul me ad aram.* C. *ſimulque ad aram.* Pro *inſtituerat*, Voſſ. C. *inſtituerat*, forſan pro *inſtiterat.* ſed *inſtituerat* rectum eſt. Vide ad Catonem cap. 3.

8 *Eamque ceter. remotis tenentem*] Ex *Plauto*, *M. Varrone*, *Cicerone*, *Virgilio* & *Appulejo* ritum jurandi ad aras explicat doctiſſ. *Turnebus Adverſ.* 16, 10. & 19, 19. item 26, 2. & 5. Eſt & elegans locus apud Juſtin. 24, 2, 8. de Ptolemaeo, qui *ſumtis in manus altaribus, contingens ipſa ſimulacra & pulvinaria deorum, inauditis ultimisque exſecrationibus adjurat, ſe ſincera fide matrimonium ſororis petere.* Schottus. (vide ibi notas *Berneggeri.*) Non ſolum autem a jurantibus, ſed etiam a ſacrificantibus arae tenebantur. Virgilius libro quarto Aeneid.

Talibus orantem dictis, arasque tenentem
Audiit omnipotens.

Varro Rerum divinarum lib. 5. *aras* dicit primum *anſas* dictas, quod eſſet neceſſarium, eas a ſacrificantibus teneri. Adeas *Macrobium Saturn. l.* 3, 2. Ab iis, qui ad aras con-

tis, tenentem jurare juſſit, [1] *nunquam me in amicitia cum Romanis fore.* Id ego jusjurandum patri datum uſque [2] ad hanc aetatem ita conſervavi, ut nemini dubium eſſe debeat, quin reliquo tempore eadem mente ſim futurus. Quare [3] ſi quid amice de Romanis cogitabis; [4] non inprudenter feceris, ſi me celaris. Quum quidem bellum parabis, te ipſum fruſtraberis, ſi non me in eo principem poſueris.

CAP.

confugiebant, arae tenebantur apud Hebraeos, ut in *Annotationibus in Pauſaniam* docuimus. Solebant etiam, qui ad aras confugiebant, aras amplecti, ut apud *Plutarchum in Timoleone* animadvertere licet. *Sed ille*, inquit, *cum gladio fugiens, in altam quandam petram deſilivit: hic vero aram amplectens, Timoleonem obſecrat, ſi veniam det, rem omnem aperiturum*, &c. Magius. Veteres, dum jurabant, aras tangere fuiſſe ſolitos, docent Pareus in Electis Plautinis pag. 348. & 349. Broukhuſius ad Propertium 3, 19, 15. & Dukerus ad Florum lib. 2. cap. 6. n. 2.

1 *Nunquam me in amicitia cum Romanis fore*] Livius 35, 19. *Nunquam amicum fore populi Romani.* [Et 21, 3. *Se, cum primum poſſet, hoſtem fore populo Romano.*] Hiſtoria miſcella lib. 3. cap. 5. *Se ut primum poſſet, adverſum Romanos pugnaturum.* quod non eſt expreſſum, longeque minus eſt. Nam qui pugnat adverſus aliquem, odium exſuere atque ex hoſte amicus fieri poteſt. *Polybius*: μήποτε Ῥωμαίοις εὐνοήσειν. Appianus Annibalicis: ῥωμαίοις ἐπιβουλεύειν ὅποτε ἰσχύσειεν. Ibericis: Ἀννίβας ἐχθρὸς ἔσοιτο Ῥωμαίοις. *Gebhardus.* Valerius: *ſe cum primum per aetatem potuiſſet, acerrimum hoſtem populi Rom. futurum.* Scriptor de viris illuſtribus: *odium in Romanos perenne juravit.* Boſius. Hinc *Hannibal* pro capitali hoſte ſumitur. vide Munck. ad Hygin. fab. 257.

2 *Ad hanc aetatem*] Sic reſcripſi fide codicis Leid. nec dubito verum eſſe: etſi omnes alii habent: *ad hanc diem.* Τὸ *aetatem* abbreviate ſcriptum abſorpſerat ob ſimilitudinem vox proxima *ita.* Cum igitur aliquid deeſſe viderent librarii, *diem* de ſuo addiderunt. Mox *conſervavi* erat in Mſſ. Boecl. Leid. & edd. Col. Lamb. Gebh. aliiſque. quod neſcio cur in *ſervavi* mutarint. nam & alibi legas apud Noſtrum *conſervare fidem, inducias, leges, religionem.* Vide Ind. *Boſius.* Leid. in *aetatem*, item Voſſ. B. ſed A. & C. *diem.* Et omnes mei *conſervavi.* Pro *ſim futurus* Voſſ. B. *ſum futurus.* Pro *cumquidem* Voſſ. C. *quum quidem.*

3 *Si quid amice de Rom. cogitabis*] Polybius: ἐπὰν δὲ διανοῇς τι φιλάνθρωπον βουλεύεσθαι περὶ αὐτῶν. *Gebhardus.*

4 *Non imprudenter*] Omittit negationem Mſ. Boecl. *Boſius.* ſic quoque Voſſianus B.

5 *Hac igitur, qua diximus, aetate*] Sic Mſ. Boecl. Etiam Leidenſis: *Hac ergo, qua diximus aet.* Vulgo abſunt illa, *qua diximus.* Boſius. Voſſ. A. & C. agnoſcunt verba *qua diximus.*

6 *Hac*-

Digitized by Google

Cap. III.

[5] Hac igitur (qua diximus) aetate cum patre in
Hiſpaniam profectus eſt: cujus poſt obitum, 1
[6] Haſdrubale imperatore ſuffecto, [7] equitatui omni
praefuit. [8] Hoc quoque interfecto, exercitus ſum-
mam imperii ad eum detulit. [9] Id Karthaginem dela-
tum, publice comprobatum eſt. Sic Hannibal [10] mi-
nor 2

6 *Hasdrubale ſuffecto*] Supra 22, 3, 3. *Boſius.*

7 *Equitatui omni praefuit*] Ἱππάρχην ab Asdrubale creatum, ait *Appianus Iberic. pag.* 258. *Vixdum puberem ab eodem accitum, triennio ſub eo meruiſſe, nulla re, quae agenda videndaque magno futuro duci eſſent, praetermiſſa,* Livius 21, 3 & 4. *Boſ.* Leid. m. *equitatui omnium.*

8 *Hoc quoque interfecto*] Idem ſup. in vita Hamilcaris cap. III, 3. dictum eſt. Medius poſtquam inter patrem, & filios octo ferme annos imperium obtinuerat, barbarus quidam eum palam, ob iram interfecti ab eo domini obtruncavit: comprehenſusque a circum ſtantibus, haud alio, quam ſi evaſiſſet, vultu, tormentis quoque cum laceraretur, eo fuit habitu oris, ut ſuperante laetitia dolores, ridentis etiam ſpeciem praebuerit. Livius lib. 21. cap. 2. *Ernſtius.* Vide, praeter *Ernſtio* adducta, quos laudamus ad 22, 3, 3. *Boſius.* Pro *interfecto* Voſſ. C. *interfectus.* Sed praecedentia *ſ. a. o, p, h. q.* eidem abſunt.

9 *Id Karthaginem delatum, publice comprobatum eſt*] In ora Mſ. Libri ex alio vetere codice ita hic locus legitur. Id *Cartaginem delatum nemine contradicente publice comprobatum eſt.* Verum ego exiſtimo, eſſe id gloſſema a viro aliquo docto e Polybii lib. 3. additum. Is enim ſcribit: Hannibalem militum populique unanimi conſenſu ὁμογνώμη imperatorem eſſe declaratum. Ita tamen, ut negari non poſſit, Hannonem, alterius factionis principem, cum optimatibus nonnullis, diſſenſiſſe, ſed fruſtra. De qua videatur Livius libro citato cap. 3, & 4. *Ernſtius.*

10 *Minor V. & XX. annis natus*] Etiam hoc loco *Lambinus* repoſuit *natu.* Cl. Puteanus plane delebat τὸ *natus.* Vir clariſſimus in *additionib. ad Indicem*, heic & ſupra 21, 2, 3. ipſum poſitum vocabulorum ait indicio eſſe, emendationem *Lambini* recte habere. Non enim dici *natus major LX. annis*, ſed *major annis LX. natus.* In proclivi igitur eſſe conjicere, quod legendum ſit *natu*, quomodo alibi *major natu*, *minor natu.* Vellem explicatius dixiſſet, quomodo id e poſitu vocabulorum appareat. nam ego quidem id perſpicere me non poſſe, lubens profiteor. Sane Cicero Verr. 2, 49. *triginta*, & quaeſt. Acad. 2. 19. *aliquot annis minorem natu* dixit: ſed qui *aliquot annis majorem, minoremve natum* dixerit, neminem alium novi. Scripti tamen & ante *Lambinum* editi conſtanter ſervant τὸ *natus.* Quid igitur? An legendum, *minor XXV. annos natus*,

nor quinque & viginti annis natus, imperator factu[s]
proximo triennio [1] omnes gentes Hiſpaniae bello ſub-
egit. [2] Saguntum, federatam civitatem, vi expu-
3 gnavit. [3] Tres exercitus maximos comparavit. Ex
his unum in Africam miſit, alterum cum Haſdrubale
fratre in Hiſpania reliquit, tertium in Italiam ſecum
duxit. [4] Saltum Pyrenaeum tranſiit. Quacunque ite-

fe-

quomodo loquutus eſt 21, 2, 3. ubi vide, quae nos diximus. vel ἰδιωτικῶς dictum, *minor XXV. annis natus*, pro minor quam eſt abhinc XXV. annis natus: *Anno* certe pro *abhinc anno*, dixiſſe videtur *Plautus Menaechm.* 1, 3, 22. *Trucul.* 2, 4, 39. *& Amphitr. prolog. verſ.* 91. Neque enim poſtremo loco *anno* adverbium, idemque ac *olim* eſt, ut nonnulli volunt. Vide *Gronov. ad eum locum.* Videturque *Plautus* adludere ad Comoediam aliquam ſuperiore anno Romae actam. *Ampelius*, noſtrum, ut videtur, ſequutus, dixit: *minor annorum XXV.* Sic enim lego pro *quindecim*, quomodo *Salmaſius* edidit. Ceterum *Schottus ad ſcript. de viris ill.* & vir doctus *in chronologia Hannibalis*, XXVI. annos natum fuiſſe volunt Hannibalem, cum imperium acciperet: nonnulli & plures. quam recte, nunc non vacat diſpicere. *Boſius.* Omnes mei Codices vulgatam retinent lectionem.

1 *Omnes gentes Hiſpaniae ſubegit*] Sic Juſtinus 44, 5, 6. *Univerſam Hiſpaniam domuit.* Nempe, capta exciſaque Sagunto, & cum ad bellum Romanis inferendum profectus fuiſſet. *Livium* vide 21, 23. & *Polybium* 3, 35. Unde idem *Polybius* 3, 38. ait, Poenos, cum Hannibal bellum Italiae inferret, totam Hiſpaniam tenuiſſe uſque ad Pyrenaeos montes. Ἐπεκεκρατήκεσαν καὶ τῆς Ἰβηρίας πάσης ἕως τῆς ῥαχίας. ὃ πέρας ἐστὶ πρὸς τῇ καθ' ἡμᾶς θαλάττῃ τῶν Πυρηναίων ὀρῶν. Antea vero fere intra Iberum imperium eorum conſiſtebat. Vide eundem *Polybium* 3, 14. *Livium* 21, 5. Boſius.

2 *Saguntum vi expugnavit*] Interitum hujus urbis luget Auguſtinus lib. 3. de Civit. Dei cap. 20. Cujus verba memoria ſane digna ſunt. Pertinet huc hiſtoria Q. Mucii ad Cartaginienſes legati miſſi, quam Pomponius JCtus lib. 2. D. de Orig. Juris §. 37. (cujus textus vitioſus eſt) refert. Adde Flori lib. 2. cap. 6. *Ernſtius.* Prolixe hanc expugnationem, & quae ad eam ſpectant, deſcribit *Livius* 21. *a cap. 6. ad 16. uſque*: brevius *Polybius* 3, 17. (qui & *cap.* 29. *&* 30. docet, injuſte expugnatam fuiſſe:) *Appianus Iberic. pag.* 260, 261. *Diodorus* 25. *eclog.* 5. *Zonaras pag.* 71. *&c.* Boſius. Omnes mei Codices *ut expugnavit*. ſed *vi & ut* saepius confundi ſolent. Vide Cl. Burm. ad Phaedrum lib. 1. fab 2. vſ. 12.

3 *Tres exercitus max. comparavit*] Vide *Polybium* 3, 33. *Livium* 21, 21. *& ſeqq.* Boſius.

4 *Saltum Pyren. tranſiit*] *Polyb.* 3, 35. *Livius* 21, 23. *& ſeqq.* *Appianus Annibal. pag.* 315. Boſius. Vox *ſaltum* abeſt Voſſiano C. & paulo ante, pro *in Hiſpania*, *in Hiſpaniam*.

1 Cat.

Digitized by Google

fecit, [1] cum omnibus incolis conflixit: [2] neminem, niſi victum, dimiſit. [3] Ad Alpes poſteaquam venit, 4 quae Italiam [4] ab Gallia ſejungunt, [5] quas nemo unquam cum exercitu ante eum, [6] praeter Herculem Grajum, tranſierat, [7] quo facto is hodie [8] ſaltus Grajus appellatur, [9] Alpicos conantes [10] prohibere transitu

itu

1 *Cum omn. incolis conflixit*] Hoc *Polybius* 3, 42. *& ſeqq.* & *Livius* 21, 27. *& deinc.* multis verbis docent. *Lambinus.*

2 *Neminem niſi victum*] Leid. *neminem non victum.* non male. *Boſius.*

3 *Ad Alpes poſteaquam venit*] Quae *poeninae* ab Hannibale denominatae ſunt. Plin. lib. 3. Nat. Hiſt. cap. 17. & Paullus Warnefridus lib. 2. de Geſtis Longobard. cap. 18. ait. *Alpes Appenninae dictae ſunt a Punicis, hoc eſt, Hannibale, & ejus exercitu.* Ernſtius.

4 *Ab Gallia*] Sic Mſ. Boecl. & q. edd. pro quo perperam alii, *a Gallia.* vide Ind. v. *ab.* Boſius. Voſſ. A. B. C. *ab Gallia.*

5 *Quas nemo cum exerc. ante eum transierat*] Falſum hoc eſſe, docet *Polybius* 3, 48. Boſius.

6 *Praeter Herculem Grajum*] Hunc Alpes tranſgreſſum, etiam alii ſcribunt, in his *Diodorus* 4, 19. *Dionyſius Halicarn.* 1. *Silius* 2, 3, *&* 15. *Juſtinus* 24, 4. *Plinius N. Hiſt.* 3, 17. *Ammianus* 15. Sed *Livius* 3, 5. pro fabula habet: quemadmodum in univerſum expeditionem Herculis Graji in Galliam & Italiam doctiſſ. *Bochartus de coloniis Phoenic.* 1, 41. etſi non audet negare, Herculem Phoenicium illa loca adiiſſe. *Boſius.*

7 *Quo facto*] An legendum, *a quo facto?* Boſius.

8 *Saltus Grajus*] Ab Hercule ſcilicet Grajo denominatae ſunt Grajae. Plin. loc. cit. & Silius Italicus lib. 3. & 4. Belli Punici. Sextus Ruffus in C. Caeſare. A tertio Caeſaris tranſitu Juliae deinde vocatae ſunt Alpes. Marcellinus. Sext. Ruff. in Julio & Octaviano Caeſarib. Warnefrid. d. lib. cap. 13. Meſſala Corvin. Libello de progen. Auguſti eas, uti Joſepho de Salas videtur, Romanas nuncuparat. *Ernſtius.* Pro *Grajus* Leid. m. *Grajum.*

9 *Alpicos*] Mallet *Lambinus* legi, *Alpinos*, ſuffragante adnotatore nupero, *Allobroges* vocat *Polybius* 3, 50. 51. Livius *montanos* 21, 32. *& deinc.* qui & certamina illa prolixe narrant. *Boſius.*

10 *Prohibere tranſitu*] Sic vetus cod. *Schotti* inſpectus, & utraque ed. Boecl. Alii, *tranſitum.* quod fortaſſe mutari non debuit. nam cum accuſandi caſu hoc verbo & *Plautus* aliique uſi. adi Ind. *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. A. B. C. *tranſitu.* atque ita legendum jam ſtatuerant viri docti. Juſtino lib. 44. cap. 3. *Sed quum ab Euryſace Ajacis filio acceſſu* prohiberetur. & Suetonio in Caeſare cap. 34. *Hos fruſtra per omnes moras* exitu prohibere *conatus*, aliisque ita loquentibus. Vide Celeb. Burmann. ad Valerium Flaccum lib. 3. Argon. vſ. 305. & Cl. Oudendorp. ad Frontinum lib. 1. Strateg. cap. 6. n. 9.

1 *Loca patefecit, &c.*] Quo pacto id fecerit, docent *Polybius* 3, 54.

itu concidit, [1] loca patefecit, itinera muniit, [2] effecit[que] ut ea [3] elephantus ornatus ire poſſet, qua antea unus homo inermis [4] vix poterat repere. [5] Hac copias traduxit, in Italiamque pervenit.

CAP.

& 55. Livius 21, 36, 37. *Appianus Annibal. pag.* 315. Boſius. Sic Juſtinus lib. 2. cap. 13. n. 6. dixit *iter, quod aliter non pateret, ferro patefacere.* & Phaedrus lib. 4. fab. 6. *Inhoſpitalis prima quae Ponti ſinus Patefecit.* Conſule Broukhuſium ad Tibullum lib. 1. El. 3. vſ. 36. & *munire itinera* propria eſt locutio. Adiſis Cel. Drakenburgium ad Silium Italicum lib. 15. vſ. 516.

2 *Effecitque*] Aberat copula Mſ. Boecl. poteſtque abeſſe. *Boſius.* Et abeſt Voſſianis A. B. C.

3 *Elephantus ornatus*] *Giſanius* ita correxerat (e cod. ſuo, in *Ind. Lucret.* v. *ornare*:) ſecutusque eſt; indice *Cl. Puteano*, *Lambinus. Schottus* ex ſuis membranis praefert *oneratus*, accipitque pro onuſtus. Aſt ego pertendo iſtud *oneratus* eſſe ſuppoſitum ab ignorante ſcriba vim τȣ̃ *ornatus.* Nam elefas *ornatus* multum ab *onerato* differt. Jumenta dorſuaria, κτήνη φορτηγὰ, ut cameli & muli, &c. onerantur; elephanti vero ornantur; armantur ipſi & armatis implentur. Quid plura? praeſtantiſſimi quique ſcriptores hoc modo conſueverunt. Lucret. lib. 2.

Fervere cum videas claſſem, lateque vagari,
Ornatamque *armis belli ſimulacra cientem.*

Livius lib. 9. *Diemque iis, qua equis armiſque inſtructi atque* ornati *adeſſent, dixit.* Tacit. lib. 3. cap. 63. *Flavianus exercitus ad praelium intentus* ornatusque *denſis circa viam ordinibus adſtiterat.* Tacit. lib. 5. Hiſtor. cap. 22. *Pauci* ornati *militariter, plerique circum brachia torta veſte.* Sic Catoni de re ruſtica *Aſini ornati.* Gebhardus. Vide Ind. Confirmat hanc lectionem Mſ. Boecl. & quod opponitur homo *inermis* elephanto *ornato* apte, *onerato* non item. Abeſt quidem τὸ *inermis* Mſ. Boecl. & videri poſſit gloſſema ſcioli cujusdam. ſed non eſt. Fere ſimiliter Livius: *ita rectis ſaxis, ut aegre expeditus miles tentabundus demittere ſe poſſet. Expeditus*, id eſt, non impeditus armis & ſarcinis, aut ſaltem, leviter armatus. *Boſius.* Voſſ. A. C. *honeratus*. B. *oneratus*. *Ornatus* legit Nob. Heinſius ad Ovidium Epiſt. 9. Heroid. vſ. 103. & per *armatus* explicat, cujus verbi ſignificationis plurima exempla reperiuntur apud optimos Auctores. Conſule Cl. Arntzenium ad Victorem de Viris Illuſtr. cap. 55. quomodo Graecis κοσμεῖν χαλκῷ Euripid. Phoeniſſ. 804. κοσμηθεὶς ὅπλοισι. Sophocl. Philoct. 1077. κόσμος ὑπασπίδιος, in Ajace vſ. 1425. vide & Scholia Homeri Iliad. β. vſ. 554. *Inermis* abeſt etiam Voſſiano B.

4 *Vix poterat repere*] Polyb. lib. 3. Liv. 21. Flor. 2, 6. Eutrop. 3, 21. Oroſius 4. cap. 14. *Ernſtius.*

5 *Hac copias traduxit*] Qua parte Alpes tranſierit, prolixe diſquirit *Cluverius Ital. antiq.* 1, 33. 363. *& deinceps.* Boſius. Per Tau-

rinas

Digitized by Google

Cap. IV.

Conflixerat [1] apud Rhodanum cum P. Cornelio [1] Scipione Coſ. eumque pepulerat. Cum hoc eodem

tinas Alpes tranſiit in Italiam Hannibal. Vide Clar. Drakenburg. ad Silium Italicum 3, 646.

1 *Ad Rhodanum*] Atqui neque *Polybius*, neque *Livius*, neque ulli alii, quod ſciam, tradiderunt, P. Cornelium conſulem cum Hannibale apud Rhodanum conflixiſſe. Nam triduo ante quam ad Rhodanum veniſſet Scipio, tranſierat flumen Hannibal, teſte *Polybio*. Lambinus. Μνημονικὸν ἁμάρτημα hoc Auctoris eſt. Scipio enim conſul cum audiret, Hannibalem per Alpes tranſiiſſe in Italiam, ſe primum hoſti objecit. Cum quo ad Ticinum amnem congreſſus equeſtri praelio vincitur, & vulneratur. Mallem igitur, ſi per vett. libros liceret, pro *Rhodanum* legi *Ticinum*. Polyb. Liv. aliique jam dicti Scriptores. Infra tamen repetit cap. 6, 1. *Quem*, nempe Scipionem, *ipſe primum apud Rhodanum &c. fugaverat*. Sed non memini me de pugna apud Rhodanum quicquam legere. Alii ſuo ſenſu abundent, per me licet. *Ernſtius*. Locus eſt *lib.* 3, 49. Ita & *Livius* 21, 32. Quare *Ernſtius* mallet, *ad Ticinum*. Sed huic emendationi repugnat, quod Cornelius ait, *conflixerat*, non *conflixit*. Hoc enim videtur innuere, id praelium ante tranſitum Alpium commiſſum eſſe. Praeterea pugnam ad Ticinum Padumque pugnatam demum in ſequentibus ſignificare videtur, cum ait: *Cum hoc eodem Claſtidio apud Padum decernit*. nam de illa omnino haec verba accipienda ſunt, cum inter eam ad Ticinum amnem, in qua Scipio vulnus accepit, & alteram ad Trebiam, nulla alia interceſſerit. An igitur Nepos intelligit praelium, quod inter Numidas & Romanos equites, a Scipione emiſſos, pugnatum eſt? de quo *Polybius* 3, 45. *ac* 64. *Livius* 21, 29. *Zonaras pag.* 73. Sed tum victoria penes Romanos fuit, qui, ut *Polybius* ait, Numidas fere uſque ad caſtra Hannibalis inſequuti ſunt. At noſter h. l. Hannibalem *pepuliſſe*, & infra cap. 6, 1. *fugaſſe* Scipionem apud Rhodanum, ait. Quid igitur? An eam pugnam ſignificat, quâ Gallos a fronte juxta & tergo adortus Hannibal caſtris exuit: de qua idem *Polybius* 3, 43. *&* *Livius* 21, 28. exponunt. Id magis crediderim. quanquam enim ei praelio Scipio ipſe cum ſuis non interfuit: tamen quia Galli pro Romanis, quibus tum Scipio praeerat, depugnantes, in fugam acti, ipſeque Scipio in Italiam regredi coactus eſt, fortaſſe non omnino inepte Noſter dicere potuit, *cum eo conflixiſſe Hannibalem, eumque pepuliſſe*. Cogitabam aliquando, Nepotem ſequutum aliquem, qui ſcripſerit, Hannibalem cum Scipione primum *apud Eridanum* conflixiſſe, (quomodo *Appianus*: ἀμφὶ τ ἠριδανὸν ἐστρατοπέδευον:) ſed in codice illius mendoſe ſcriptum fuiſſe *Rhodanum* pro *Eridano*. Verum nec id ſatis placet. *Boſius*.

1 Cla-

Digitized by Google

dem [1] Claſtidio [2] apud Padum decernit: ſaucium inde
2 ac fugatum dimittit. Tertio idem Scipio cum collega [3] Tiberio Longo [4] apud Trebiam adverſus eum ve-

1 *Claſtidio apud Padum*] Sic ſcripti omnes & ante *Lambinum* vulgati. Is enim, praeeunte *Cl. Puteano*, edidit *de Claſtidio*: quod retinuere reliqui: ac tuetur & nuperus editor. Cum tamen *Lambinus* ipſe fateatur, ex *Polybio* & *Livio* conſtare, Scipionem cum Hannibale de Claſtidio non decertaſſe. quod verum eſt. nil amplius enim, quam illud ſive oppidum, ſive vicum, ab Hannibale proditione captum ſcribunt, idque cum jam fugato ad Padum Ticinumque Scipione, trajectoque Pado, Scipionem inſequutus, conſediſſet inter Padum & Trebiam, in ſiniſtra hujus ripa. vid. *Polyb.* 3, 66, 68, 69. *Livius* 21, 47, *&* 48. Idem vero *Lambinus* negat *Claſtidio* heic locum eſſe. Nam quid eſt, inquit, *apud Padum Claſtidio decernit*? nonne ſatis eſt dixiſſe *apud Padum*, ut *apud Rhodanum*, *apud Trebiam*. Quare aut delendum id cenſet, tanquam aliunde inculcatum, aut legendum, *non longe a Claſtidio*. Non male iſta; niſi quod poſterior conjectura haud placet. Nam praelium, de quo heic ſermo eſt, ultra Padum, quem Scipio Placentiam movens tranſierat, ad Ticinum, in agro Inſubrium, & circiter V millia paſſuum a Victumviis, commiſſum eſt, ut apparet e *Polybio* 3, 64, *&* 65. *Livio* 21, 39, *&* 45. Jam *Claſtidium* Geographi in Gallia Ciſpadana collocant haud procul eo loco, ubi Ticinus Pado jungitur. vide *Merulam parte* 2. *Coſmograph. lib.* 4. *cap.* 34. *Cluver. Ital antiq. l.* 10. *Victumvias* autem medio fere inter Placentiam & Cremonam ſitas fuiſſe volunt. Cur igitur Nepos *Claſtidio*, aut *non longe a Claſtidio* pugnatum diceret, cum propiora haberet loca, Victumvias, ipſamque Placentiam? Vereor itaque, ne gloſſema ſit, ab aliquo profectum, qui Claſtidium ſub id tempus captum fuiſſe legerat. etſi id pro certo adfirmare non auſim. *Boſius*. Pro *de Claſtidio* Leid. m. & Voſſ. B. *Claſtidio* A. *Claſticia*. ſed C. *Cladiſtia*. Pro *decernit* Voſſ. C. *decrevit*. pro *ſaucium inde ac fugatum*. B. *ſaucium inde fugatum*. A. *ſauciumque inde ac fugatum*.

2 *Apud Padum decernit*, *&c.*] Hanc pugnam, ejusque eventum multis verbis deſcribunt *Polybius* & *Livius*. Lambinus. Adde *Silium lib.* 4. Boſius.

3 *Tiberio Longo*] Hoc viro praenomen eſt & apud *Polybium*, *Appianum*, *Ampelium*, *Eutropium*, *Caſſiodorum*. Male igitur *Aldus* & *Magius* reponunt, *Tito. Livius*, ad quem provocant, hoc loco etiam in optimis edd. mendoſus eſt, ut jam *Lambino* ac *Schotto* monitum. & apud eundem 23, 37. ac 30, 44. *Tiberius* vocatur. Fuitque hoc praenomen & aliis e gente Sempronia, ut paſſim e nummis, lapidibus & ſcriptoribus antiquis videre eſt. Ceterum apud Ampelium, ubi *Tiberius Claudius* dicitur, haud dubie poſterior vox a gloſſa eſt. *Ampelius* ſolum *Tiberium* dixit, ut *Scipionem*, *Flaminium*, *Paullum*, *Varronem*, *Gracchum*, *Marcellum*. Hunc *Longum* nonnulli *Sempronium Gracchum*,

venit. cum his [1] manum conſeruit: [2] utroſque profligavit. inde per Ligures [3] Apenninum tranſit, petens Etruriam. Hoc itinere adeo [4] gravi morbo afficitur ocu-

chum vocant. neſcio, quam bene. *Boſius*. Pro *collega* Voſſ. C. *col'egio*.

4 *Apud Trebiam*] Sic MSſ. [etiam Boecl.] In Cimone, *apud Mycalen*, & alias non ſemel. [vid. Ind.] Salluſtius, *apud Lete oppidum*, *apud Ilerdam*, *apud Preneſte*, *apud Mutinam*. Priſcianus lib. 15. Vulgati, *ad* quam lectionem adſerit *Oroſius* 4, 14. Savaro. Et ſic *Livius* quoque loquitur 21, 48, 49. & ejusdem libri *epitome*: At *apud Trebiam* eſt etiam apud *Ampelium*, qui ſua e noſtro, ut videtur, deſumſit. *Boſius*. Leid. m. & Voſſ. A. B. C. *apud Trebiam*. Cl. Arntzenius tamen ad S. A. Victorem de Viris Illuſtr. cap. 60. n. 2. videtur praeferre *ad Trebiam*, cujus locutionis quam plurima congeſſit exempla, ſed Boſium & meos Codices ſecutus hic nihil muto. Vide Cortium ad Salluſt. B. Jugurth. cap. 20. n. 1.

1 *Manum conſeruit*] Tam *manum* quam *manus conſerere* Latinos dixiſſe docet Cl. Burm. ad Nemeſianum Ecl. 6. vſ. 21.

2 *Utroſque profligavit*] Quae pugna pugnata eſt An. Urbis ɪↄxxxv. menſe Decembri. *Ernſtius*. Sic & *Oroſius* 4, 14 Ac jam fugientibus Romanis ſuperveniſſe Scipionem, *Appianus*, (qui & ſauciatum ait) & *Silius* referunt. Sed *Polybius* ac *Livius* negant praelio interfuiſſe, quippe adhuc aegrum ex vulnere. Utcunque ſit, *utroſque profligatos* dici poteſt, quoniam utriusque exercitus fuſi. Quanquam & *Florus*, *Scriptor de viris illuſtribus*, *Eutropius*, *Ampelius*, alii, ſolummodo Sempronium ad Trebiam victum, ſcribunt. Ceterum pro *utroſque* edunt alii *utrumque*, ſed editam lectionem confirmat etiam Mſc. Leid. & ſimilis locutio ſupra 20, 2, 2. vide Indicem. *Boſius*. Omnes mei *utroſque*.

3 *Apenninum tranſiit*] Ita fere & *Silius ſub finem libri* 4. *Oroſius* 4, 14. Sed *Livius* 21, 58, 59. & 22, 1. ſcribit, conatum quidem transſcendere Apenninum, ſed vento & imbribus prohibitum, degreſſum Apennino, retro ad Placentiam caſtra moviſſe, ibique cum Sempronio denuo conflixiſſe. *Polybius*, & reliqui de tranſitu Apennini plane nihil. *Boſius*.

4 *Gravi morbo afficitur oculorum*] Alpinis enim frigoribus dextrum oculum amiſit elephante invectus, ut refert praeter *Polybium* [3, 62.] ac *Livium* [22, 2.] lepide Satyricus Aquinas Sat. 10, 157.

> *O qualis facies & quali digna tabella,*
> *Cum Getula ducem portaret bellua luſcum!*

Quo de ſomnium ejus refert *Val. Max.* 1, 8. Vide & *in Fabio Plutarchum*. Plures ejusmodi duces μονοφθάλμους reperias, praeter Cyclopa Homericum:

> —— *Cui torva lumen ſub fronte latebat*
> *Argolici clypei aut Phoebeae lampadis inſtar.*

Philippum Macedonum regem, de quo ex *Demoſthene orat. pro Cteſiphonte*, *Agellius* 2, 27. ibidemque e *Sal-*

Digitized by Google

oculorum, ut poſtea nunquam dextero aeque bene uſus ſit. Qua valetudine [1] quum etiam nunc premeretur, [2] lecticaque ferretur, C. Flaminium Coſ. [3] apud Traſimenum cum exercitu [4] inſidiis circumventum occi-

Sal'uſtio de T. Didio. De illo autem nos pluribus in *Vitis parallelis*. Schottus. Quod dehoneſtamentum oris quidam ſimii poſteriorum ducum ad gloriam ſibi trahebant. Tacitus 4. H. 13, 3. *Sed Civilis, ultra quam barbaris ſolitum, ingenio ſollers, & Sertorium ſe aut Hannibalem ferens, ſimili oris dehoneſtamento.* Vide eundem 2. A. 9, 2. & 3. A. 20, 4. de Decrio. Juſtin. lib. 9. ſub finem de Philippo. *Gebhardus.* De Sertorio habes apud *Gellium l. c.* De Hannibale, adde *Silium fine* 4. Eum vero alii non in tranſitu Apennini, ſed dum per paludes in Etruriam ducit, morbum oculorum contraxiſſe ſcribunt. *Boſius.* τὸ *dextro* abeſt Leidenſi meo.

1 *Cum etiam nunc premer.*] Sic reſcripſi, praeeunte Mſ. Boecl. in quo erat, *tum etiam nunc prem.* notum eſt *t* & *c* paſſim in Mſſ. permutari. Vulgo erat, *cum etiam tum* (vel *cum etiam*) *prem.* Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. *Quum etiam tum pr.* B. *cum etiam nunc.* C. *quam etiam tunc.* qui ſemper fere pro *quum*, vel *quam* vel *quem* ſcribere ſolet.

2 *Lecticaque ferretur*] Ut ſolent affecti Duces iter facere & exercitui circumferri. Livius 24, 42. *Scipio in aciem illatus lecticula conflixit; nec dubia victoria fuit.* Et Mermex apud Agathiam l. 2. *Jam gravis annis & a multo tempore utroque pede claudus, lectica deferebatur in aciem, laboribus perinde ac robuſtiſſimus quidam juvenis vacans.* Valerius praetor apud Valer. Max. 2, 8, 2. *Conſulem ea pugna in lectica claudum jacuiſſe; ſe autem omnibus Imperatoriis partibus functum.* Polyaenus l. 4. Εὐμένης ὑπὸ γαλατῶν ἐδιώκετο, τοῦ σώματος ἀῤῥώστως ἔχων, κομιζόμενος ἐν φορείῳ. Vide *Plutarchum in Eumene.* Flavius Vopiſcus Numeriano, cap. 12. *Hic patri comes fuit bello Perſico: quo mortuo cum nimio fletu oculos dolere coepiſſet, quod illud aegritudinis genus nimia utpote familiariſſima, confectus anguſtia incurriſſet: & dum lectica portaretur, factione Arrii Apri, ſoceri ſui, qui invadere conabatur imperium, occiſus eſt.* Curtius 7, 6, 8. *Caſtris inde motis lectica militari ferebatur: quam pro ſe quisque eques pedesque ſubire certabant.* Vellejus Paterculus inter laudes humanitatis & beneficentiae Tiberianae commemorat 2, 114. *Erat deſiderantibus paratum junctum vehiculum, lectica ejus publicata: ejus beneficia cum alii, tum ego ſenſi.* Gebhardus.

3 *Apud Traſimenum*] Nempe lacum. Meminerunt hujus praelii ſatis certe magni, praeter hiſtoricos jam citatos. Plutarchus Fabio. Val. Max. lib. 1. cap. 5. Cic. 2. de Nat. Deor. cap. 3. Et Seneca lib. 3. De ira cap. 5. *Ernſtius.* Leid. m. & Voſſ. B. C. *Tranſimenum.* & ita in Vetuſtiſſimis Edd. & novem Mſſ. apud Valerium Maximum lib. 1. cap. 6. n. 33. legi, docet Egregius vir A. Torrenius, qui plura de hujus vocis ſcriptura profert, cui adde Cl. Dukerum ad Florum 2, 6, 13.

4 *In-*

[1] occidit. neque multo poſt [2] C. Centenium [3] praetorem, [4] cum delecta manu ſaltus occupantem. Hinc in Apuliam pervenit. Ibi obviam ei venerunt 4
[5] duo Conſules: [6] C. Terentius, & L. [7] Paullus Aemilius.

4 *Inſidiis circumventum*] Plane ſic Epitome Livii 22. *inſidiis ab Annibale circumventus, ad Traſimenum lacum cum exercitu caeſus eſt.* Eas vero deſcribunt *Polybius* 3, 83 *& ſeq. Livius* 22, 4. *Appianus pag.* 319 *Silius* 5. *princ. Florus* 2, 6, 13. Ut mirer, id in nupera Lugdunenſi editione, verbis *Salmaſii*, in dubium vocari. Imo ne quidem *Florum* recte notari a *Salmaſio*, Livii narratio docet. *Boſius.*

1 *Occidit*] A Gallis occiſum, ait *Polybius*: ab Inſubre equite, Ducario, *Livius* 21, 6. *Silius fine lib.* 5. Boſius.

2 *C. Centenium*] Sic & *Polybius*, *Livius*, *Appianus*, *Zonaras* vocant. Eſtque & *M. Centenius Paenula* apud *Livium* 25, 19. & *P. Centenius Urſio* apud *Gruter.* 768, 11. Male igitur Polybii interpres *Centronium* reddidit. *Boſius.*

3 *Praetorem*] Imo *propraetorem.* Ut Livius ait lib. 22. cap. 8. & in MS. noſtro Cod. exſtat. *Ernſtius.* Fidenter ita reſcripſi, auctoritate codicis Ernſtiani, ac *Livii* 22, 8. Praetorem non fuiſſe, etiam *Appianus* indicio eſt: Κεντήνιον αὐτοῖς τινὰ τῶν ἐπιφανῶν ἰδιωτῶν, οὐδεμιᾶς ἀρχῆς παρούσης, ἐπέστησαν. *Zonaras* στρατηγὸν vocat. quod male interpres vertit *praetorem.* Boſius. Omnes mei Codices *praetorem.* Itaque viris doctis, qui in textu reponunt *propraetorem*, hic adſentiri nequeo. Quoniam *praetores* & *Conſules* ſaepiſſime pro *Propraetoribus* & *Proconſulibus* poni ſolent: ſic Noſter Q. Fabium Maximum cap. 5. n. 1. *Dictatorem* vocat, qui a Livio *Prodictator* dicitur, ut ibi notae teſtantur. Conſule Celeb. V. J. Perizonium in Animadverſ. Hiſtoricis cap. 7. pag. 309. & 310. Dukerum ad Florum 2, 14, 5. & Eruditiſſ. J. Arntzenium ad S. A. Victorem de Viris Illuſtr. cap. 63. n. 2. qui hanc Boſii & Hoogſtratani temeritatem jam ibi notavit.

4 *Cum delecta manu*] Cum IV. equitum millibus, ut vult *Polybius*, & item *Livius*: ſed, ut *Appianus*, *cum ſex millibus.* Lambinus. Immo *cum octo millibus.* Sic enim *Appianus*: ὀκτακισχιλίους ἤδη τοῖς [illegible] σῖτα [illegible]. Ac totidem millibus & paullo ante, Centenium praefectum, ait. *Boſius.*

5 *Duo Conſules*] Anno Urbis ↄↄXXXVII. Quo C. Terentius Varro, vir loco non humili ſolum, ut Livius ait, ſed etiam ſordido, ortus, primum, & L. Aemilius Paullus, uti a Livio nominatur, ſecundo, Coſſ. facti ſunt. lib. 22. cap. 34. & memorabilis illa pugna ad Cannas: cujus infra Nepos meminit in Apulia commiſſa eſt. Cujus temerario ingreſſu, Val. Max. IV. *cap.* V. ait, Terentius Varro Remp. confregit: dum, fruſtra diſſidente collega, cum Hannibale praelium iniit, in quo XL. millia peditum (ita e MS. Cod. Livii autoritate confirmato Flori locum lego *lib.* II. *cap.* VI.) duo millia ↄCCC. equitum, & tan-

milius. [1] Utriuſque exercitus [2] uno praelio fugavit: Paullum Conſulem occidit, & aliquot praeterea Conſulares, in his [3] Cn. Servilium Geminum, qui anno ſuperiore fuerat Conſul.

CAP. V.

1 [4] Hac pugna pugnata, Romam profectus nullo reſiſten-

ta prope civium ſociorumque pars caeſi ſunt. Conſulum alter Paullus quoque occubuit: alter Venuſiam profugit. Huic tamen, cladis tantae autori, poſtea a Senatu gratiae ſunt actae, & Dictatura poſt delata. Quae adduco, ut ſtudioſi diſcant, alios laudem habere, alios mereri. Video nonnullos errare, qui hunc Aemilium cum L. Aemilio Paullo confundunt. qui II. conſul Perſeum Philippi Macedonis filium praelio vicit; unde Macedonicus dictus eſt. Quod ſecundum bellum Macedonicum deſcribunt *Liv.* XLIV. *&* XLV. *Plutarch. in Aemilio Paullo. Diodor. Sic. lib.* XXXI. *Florus* II. *cap.* XII. *Eutrop.* IV. *Vellej. lib.* I. *Oroſ.* IV, *cap.* XX. *Val. Max.* IV. *cap.* II. *Et Cic.* II. *Offic.* Ernſtius.

6 *C. Terentius*] *Varro* addit ed. Lamb. & aliae. ſed abeſt ab antiquioribus. Quemadmodum & τὸ *Paullus.* Apud *Eutropium* male *Publii* praenomen ei tribuitur. *Boſius. Varro* abeſt Leidenſi meo, & Voſſiano C.

7 *L. Paullus Aemilius*] τὸ *Paullus* abeſt Leidenſi meo & Voſſianis A. C. Agnoſcit tamen B. quae ſcriptura facile admitti poteſt, quoniam veteres ſaepe cognomina praepoſuerunt nominibus gentis, addito etiam Praenomine. Conſule Cl. Dukerum ad Florum lib. 2. cap. 2. n. 11. & Cortium ad Salluſtium Jugurth. cap. 27. n. 4.

1 *Utriuſque*] Mſ. Boecl. *& utriuſque.* Mox. Col. & aliae, *exercitum.* quomodo cap. 11, 1. *claſſis ab utriſque in praelium deducitur.* Boſius.

2 *Uno praelio*] Apud Cannas, Apuliae vicum. Hanc pugnam & ejus eventus multis verbis exponunt *Polybius* (3, 110. *& deinc.*) & *Livius* (22, 45. *& ſeqq.*) Lambinus.

3 *Cn. Servilium Geminum*] Sic legendum ex *Polybio, T. Livio, Appiano, Faſtis,* non ut vulgo, *P. Servilium Geminium.* Lambinus. Atque ſic & in membranis *Schotti* fuit. *Boſius.* Pro *L. Paullum.* Leid. & Voſſ. A. B. C. *Paullum.* Pro *in his* Voſſ. A. *in iis.* Leid. *in is.* Pro *Cn.* Leid. & Voſſ. B. C. *P.* Pro *Geminum* Voſſ. B. *Gemininum.* Pro *anno ſuperiore* Leid. & Voſſ. A. B. C. *ſuperiore anno.*

4 *Hac pugna pugnata, Romam prof.*] At Hannibal parum ſano uſus conſilio, in Campaniam deflexit, & cum uti victoria poſſet, frui maluit. Delitiis igitur & voluptatum illecebris amoeniſſimarum regionum & ipſe, & exercitus ardor ita elanguit, ut verum dictum ſit: *Capuam Hannibali Cannas fuiſſe.* Livius, Florus, Polybius, Appianus, Eutropius, & tot praeterea ſcri-

Digitized by Google

ſiſtente, [1] in propinquis urbis montibus moratus eſt. Quum aliquot ibi dies caſtra habuiſſet, & reverteretur Capuam: [2] Q. Fabius Maximus dictator Rom. in agro Falerno ſe ei objecit. [3] Hic clauſis locorum 2
anguſtiis, noctu ſine ullo detrimento exercitus ſe expedivit. [4] Fabio callidiſſimo imperatori verba dedit. Namque [5] obducta nocte, [6] ſarmenta in cornibus juven-

ſcriptores. Apud Flor. II. *cap.* VI. in Mſ. Cod. legitur: *ipſe & exercitus ardore languit.* Quod criticorum filiis examinandum trado. Ego nihil muto. *Ernſtius.* Semel monendum eſt, in hac tota narratione ſaepius a *Polybio*, *Livio*, aliisque Nepotem diſſentire, praeſertim, quod ordinem rerum geſtarum attinet. E. g. quae de Fabio heic refert, plerique, antequam & duo conſules ad Cannas vincerentur, & ipſe Romam proficiſceretur, contigiſſe ſcribunt. Ceterum q. edd. habent *profectus eſt.* Dicerem legendum eſſe, *profectus, & nullo reſiſtente in pr. u. m. m. eſt:* niſi hujusmodi ἀσύνδετα paſſim Nepos amaret. *Boſius.* De locutione *pugna pugnata*, de qua hic agit Hoogſtratanus, vide Manutium ad Cic. 8. Fam. 2. & Sanctium in Minerva, lib. 3. cap. 3 ubi adde Celeb. Perizon. ad n. 113. Graecorum hanc eſſe imitationem docebunt Ill. Spanhemius ad Ariſtophanis Plutum vſ. 10. & Scholiaſtes ad vſ. 517.

1 *In propinquis urbis montibus*] Ad Anienem fl. vide *Livium* 26, 10, 11. *Boſius.* Omnes mei Codices *urbis.* Conſule Cl. Munkerum ad Lactant. Placid. lib. 11. Narrat. Fab. cap. 11. & nos ad Pauſan. cap. 2. n. 1. ubi *regis propinquos* nequaquam damno.

2 *Q. Fabius Max. dictator*] Immo prodictator, ſeu pro dictatore. nam, *quia & conſul aberat, a quo uno dici poſſe videbatur: nec per occupatam armis Punicis Italiam facile erat aut nuncium aut literas mitti: nec dictatorem populus creare poterat: quod nunquam ante eam diem factum erat, prodictatorem populus creavit Q. Fabium Maximum, & magiſtrum equitum M. Minucium Rufum.* auctor *Livius* [22, 8.] *Polybius* tamen δικτάτορα appellat. *lib.* 3. Lambinus. Quemadmodum & alii paſſim. Et ipſe *Livius* paullo poſt *dictatorem iterum*, *cap.* 9. & paſſim in ſequentibus *dictatorem* vocat. *Boſius.*

3 *Hic clauſus*] Sic quoque cod. Leid. alii *Hinc clauſus.* Boſius.

4 *Fabio callidiſſimo Imp.*] Calliditatem ei Cicero etiam tribuit lib. 1. Offic. quod videlicet facile celaret, taceret, diſſimularet, inſidiaretur, hoſtiumque conſilia praeriperet. *Ernſtius.*

5 *Obducta nocte*] Sic *Magius*, *Lambinus*, & *Savaro.* *Longol.* enim & Ultraject. editio *adducta nocte*, minus recte. *Schottus.* v Ind. *Boſius.* Omnes mei Codices *obducta.* Verbum *obducere* proprium in hac re. Virgil. 2. Aen. vſ. 604.

Aſpice namque omnem, quae nunc obducta *tuenti*
Mortales hebetat viſus tibi, & hu-

vencorum deligata incendit, ejuſque generis multitudinem magnam diſpalatam immiſit. Quo repentino objectu viſo, tantum terrorem injecit exercitui Romanorum, ut egredi extra vallum nemo ſit auſus.
3 Hanc poſt rem geſtam non ita multis diebus, M. Minucium

mida circum
- *Caligat, nubem eripiam.*
Ubi Servium & Cerdam conſule, quibus adde Celeb. Burmannum ad Quinctilianum 6. Declam. 15. in fine.

6 *Sarmenta in cornib. juvencorum delig. incendit &c.*] *Livius* 22, 16. *faces* dicit *undique ex agris collectas*, *faſceſque virgarum, atque arida ſarmenta.* [ſic & *Plutarchus Fabio Maximo.*] *Frontinus* vero [1, 5, 28.] *ſarmentorum in faſciculos unitorum meminit. Magius.* Silius l. 7. *ſarmenti manipløs* vocat. adde *Polyb.* 3, 93. & *Appian. Annibal pag.* 321. *& ſeq.* Qui omnes *boum* cornibus haec adligata ajunt. Itaque non dubitavi fide Mſ. Boecl. *juvencorum* reſcribere, pro *jumentorum*: praeſertim cum eadem voce & *Silius* utatur: *Ut paſſim exſultent ſtimulante dolore juvenci.* Boſius. Leid. m. & Voſſ. B. *jumentorum*, ſed A. & C. *juvencorum.* Vide Lector, quid eligas. Nam Noſter Auctor & Salluſtius videntur *boves* etiam *jumenta* appellaſſe. Conſule Celeb. Burm. ad Phaedrum lib. 4. fab. 4. vſ. 24. Pro *ejuſdem generis* Voſſ. A. *ejuſque generis.*

1 *Pari ac dictatorem imperio*] Quod nunquam antea factum erat. Vide *Polyb.* 3, 103. *Livium* 22, 25. *Plutarchum l. c. Appian pag.* 154. *Dionem Caſſ. lib.* 7. *in exc. Peireſc. pag.* 595.

2 *Productum*] Bene habet *perductum* nec attendendus Schottus, qui praefert *productum.* Gebhardus. Sic reſcripſi fide Mſſ. Schotti & Boecl. etſi repugnante *Gebhardo*, pro *perductum*, quod antea omnes editiones occupaverat. Nam ſic alii quoque, iique optimi, ſcriptores loquuti, ut docebit Index. Rem ipſam prolixius narrant *Polybius* 3, 103, 104. *Livius* 22, 28. *Silius libro* 7. Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. C. *perductum.* ſed B. *productum. Per* & *Pro* fere ſemper in Mſſ. confunduntur, quod ſupra in *perdere* & *prodere* vidimus, & infra in *perſequi* & *proſequi* videbimus, cujus confuſionis mille exempla adferre in proclivi foret. Inprimis vero locum habet in *perducere* & *producere.* Videſis Broukhuſium ad Propertium 1, 3, 39. Oudendorp. ad Frontinum lib. 2. Strateg. cap. 5. n. 3 & J. Arntzenium ad S. A. Victorem de Viris Illuſtr. cap. 2. n. 6. Ratio eſt, quia in Codd. *per* & *pro* per notas non multum differentes ſcribi ſolent; ut de *proinde* & *perinde* agens Cortius recte obſervavit ad Salluſtium Catilin. cap. 12. n. 5. Hic vero cum Boſio *productum* praefero, quoniam *producere* verbum fraudis & inſidiarum eſt, & praecipue quidem in bello. Conſule Celeb. Burmann. ad Quinctilian. Declam. 305. Paullo ante pro *Minucium* Voſſ. A. *inimicum.*

3 *Ti. Sempron. Gracchum*] *Tiberii* praenomen reſtitui Graccho huic e *Livio* 23, 24, 25. *Valerio Max.* 5, 1, &

nucium Rufum magiſtrum equitum, [1] pari ac dictatorem imperio, dolo [2] productum in praelium fugavit. [3] Ti. Sempronium Gracchum, [4] iterum Conſulem, in Lucanis abſens, [5] in inſidias inductum ſuſtulit. M. Claudium Marcellum [6] quinquies Conſulem;

& *Chronico Caſſiodori*: cum vulgo omnes ſcripti typisque vulgati *Titum* vocent. *Boſius*. Leid. m. *F. Sempr. n.* C. omittit Praenomen.

4 *Iterum conſulem*] Ἀνθύπατον vocat Appianus, *proconſulem* Oroſius 4, 16. Recte. nam periit anno V. O. ɪↄxʟɪ, Flacco & Ap. Claudio Coſſ. Lucaniam provinciam nactus; ut e *Livio* manifeſtum eſt: conſul autem iterum fuit cum Q. Fabio Maximo filio, anno ɪↄxʟ. non autem ɪↄxcɪ, Olympiad. cʟɪv. tertio, cum M. Juventio, ut, immani anachroniſmo, adnotat *Keuchenius*. nam is alius a noſtro fuit. Non male tamen Nepos *conſulem iterum* dicere potuit, qui bis conſulatum geſſerat. quomodo *ter conſulem* Vitellium dixit *Tacitus* 14, 56, 1. Boſius.

5 *In inſidias inductum ſuſtulit.*] Vide *Livium* 25, 16, 17. *Appianum* p. 333. *Silium* 12. *Oroſium l. c. Lambinus* mallet *inlectum*, ſine cauſſa. vide infra ad *c.* 9, 3. *Boſius*. Omnes mei *inductum*. Quod verbum etiam proprium eſt fraudis & inſidiarum. Vide ad Alcibiad. cap. 8 & J. Arntzenium ad S. A. Victorem de Viris Illuſtr. cap. 30 n. 1.

6 *Quinquies conſulem*] Qui tamen Hannibalem, aperto Marte, & collatis ſignis ter vicit, primusque ſuperari tantum Heroa poſſe re ipſa docuit. Liv. 33. Hujus enim ad Nolam praelio poſt Cannenſem illata calamitatem primum populus ſe Romanus erexit: poſteaque proſperae res deinceps multae conſecutae ſunt. Cic. Bruto p. 388. *Ernſtius*. *Quintum* reponi vult *Schottus* auctoritate Varronis & Ciceronis apud *Gellium* 10, 1. putatque librarium imperitum ex compendii nota *V* exſcripſiſſe *quinquies*. Sed *Gellius* ſolum negat, recte dici *conſul tertio*, non item, *ter*. Neque potuit negare. nam ſic omnino loquuti veteres. Plinius N. H. 16, 40. *Mucianus ter conſul.* Tacitus 14, 56, 1. *Niſi forte te Vitellio ter conſuli praeponis.* Idem Agric. 44, 2. *Natus erat Agricola Cajo Caeſare ter conſ.* Sic enim habent vetuſtiſſ. editiones, Romana, Veneta, Rhenani. etſi poſtea, neſcio quo auctore, reſcriptum eſt *tertium*. Equidem vir ſummus, *Aug. Buchnerus*, non dubitabat eo loco legendum *Cajo Caeſ. primum conſule.* Sed nec ita ſolet Tacitus; & primum conſulatum Cajus non Kalendis Januariis, ſed Juliis; nec ſolus, ſed cum patruo Claudio, iniit; *Suetonio cap.* 19. & *Dione* 59. teſtibus. Solum tertium, ut ex eodem Suetonio cognoſcimus, ſolus iniit. Non autem nomen accipiebat annus, niſi ab iis Coſſ. qui Kal. Jan. magiſtratum inierant. Quare neque *Cajo primum conſule* natus Agricola dici potuit, praeſertim cum natus fuerit Idibus Juniis; nec alii quam *tertio* illius conſulatui heic locus eſt. Sed de his plura, DEO dante, ad ipſum *Agricolam*

4 lem, apud Venuſiam pari modo [1] interfecit. Longum eſt enumerare praelia. [2] Quare hoc unum ſatis erit dictum, ex quo intelligi poſſit, quantus ille fuerit. [3] Quamdiu in Italia fuit, [4] nemo ei in acie reſtitit, nemo adverſus eum [5] poſt Cannenſem pugnam in campo caſtra poſuit.

CAP.

Taciti. Porro cum Latine dicatur *ter conſul*, quis dubitet etiam *quinquies conſulem* dici poſſe? *Boſius.* Omnes mei *Quinquies.*

1 *Interfecit*] De quo *Livius* 27, 27. *Appianus pag.* 342. *Silius* 15. *Plutarchus Marcello, &c.* Boſius.

2 *Quare h. u. ſat. er. dictum*] *Poſtrema vox*, ait *Schottus*, *de mendo ſuſpecta eſt, & a gloſſa irrepſiſſe apparet: niſi quid doctis ſecus videtur.* Immo caret omni mendi ſuſpicione. vide not. ad 15, 4, 6. *Boſius.* Pro *poſſit* Leid. m. *poſſet.* item Voſſ. A.

3 *Quamdiu in Italia fuit*] Lambinus ait, Hannibalem annos quindecim & eo amplius in Italia fuiſſe. Seneca 2. de Ira cap. 5, 9, 7. viginti annorum meminit. Sed dixi de controverſia illa, Comment. ad locum jam citatum Senecae. *Ernſtius.*

4 *Nemo ei in acie reſtitit &c.*] Plane ſic *Diodorus* 26. *in exc. Peireſc. pag.* 301. ὥστε διὰ τὸ πλῆθος τῶν κατακεκλεισμένων ὑπ' αὐτῷ, μηδένα ποτὲ τολμᾶν ἐπεξελθεῖν σῶμα μαχεσόμενον πρὸς αὐτόν. *Boſius.* Pro *caſtra* Voſſ. C. *caſtre.*

5 *Poſt Cannenſem pugnam*] In qua populus Romanus ingentem cladem accepit, quae tantam Romae excitavit trepidationem, ut potentiorum maxima pars de fuga cogitaret. Italiam certe reliquiſſent, niſi a P. Cornelio Scipione, P. filio, tum 24. annorum adoleſcente, tot clari viri fuiſſent detenti. Plutarchus in Fabio, Liv. lib. 36. Polyb. 10. Valer. lib. 3. cap. 7. Eutrop. lib. 3. Oroſ 4. cap. 16. *Ernſtius.*

1 *Hic invictus*] *Diodorus* loco jam laudato: ἀήττητος ἐν πάσαις ταῖς μάχαις ἐγένετο. Et paucis interjectis: τὸν γὰρ ἀήττητον Ἀννίβαν ἠνάγκασεν (Scipio ſcil.) ἄνευ μάχης καὶ κινδύνου ἐκ τῆς Ἰταλίας ἐκχωρῆσαι. Boſius.

2 *Revocatus*] Vide *Livium* 30, 9. & 19. *Appianum Libyc. pag.* 12. *Annibalic. pag.* 346. *Oroſium* 4, 19. Boſius.

3 *Adverſus P. Scipionis filium*] Ἀυτοσχεδία eſt manifeſta, inquit *Schottus.* Scipionis enim Africani majoris filius ob invaletudinem bello abſtinuit, etſi praetorius fuit, hinc & *valetudinarius* dictus. Scipionem Aemilianum adoptavit. Sequor igitur libenter codicis mei auctoritatem, *adverſus P. Scipionem, quem ipſe primum &c.* Haec ille. quae nollem doctiſſ. viro excidiſſent. Is enim Scipio, cujus cum filio Hannibalem in Africa bellum geſſiſſe Nepos ait, non Africanus major, ſed ejus pater intelligendus eſt, qui primus in Italiam transgreſſo Hannibali apud Ticinum occurrit, ab eoque fugatus eſt. Cujus filius poſtquam in Hiſpania res maximas adverſus Poenos geſſerat, in Africam profectus, pluribus praeliis vicit Carthaginienſes. Igitur ab his

Han-

Digitized by Google

Cap. VI.

[1] Hic invictus patriam defenſum [2] revocatus, bel- 1
lum geſſit [3] adverſus P. Scipionis filium, [4] quem
ipſe primum [5] apud Rhodanum, iterum apud Pa-
dum, tertio apud Trebiam fugaverat. Cum hoc, 2
ex-

Hannibal revocatur, & cum Scipione primo in colloquium venit, mox acie congreſſus ſuccumbit. In re manifeſta non alium teſtem, quam ipſum Hannibalem, advocabo; qui in colloquio cum Scipione Africano apud Livium 30, 30. *Hoc quoque ludibrium*, inquit, *caſus ediderit fortuna, ut cum patre tuo conſule ceperim arma, cum eodem primum Romano imperatore ſigna contulerim; ad filium ejus inermis ad pacem petendam veniam.* E quibus apparet, non ſolum nihil incommodi editam lectionem habere; ſed etiam alteram *Schottini* codicis, quam & in ſuo eruditiſſ. *Boeclerus* repperit, ferri nullo modo poſſe. Is enim Scipio, quem Hannibal apud Padum & Trebiam fugaverat, diu ante in Hiſpania cum Cnejo fratre occubuerat, quam in patriam Hannibal rediret. Ceterum cum in duobus Mſſ. ut diximus, legatur *adverſus P. Scipionem, quem*; in aliis autem, ut expreſſimus: credam Nepotem ſcripſiſſe: *adv. P. Scipionem P. Scipionis* (vel, *ejus*) *filium quem &c.* Certe *filii* vox abeſſe non poteſt, niſi quae ſequuntur, ſpuria eſſe dicamus. Ea vero in Mſ. Boecl. ſic habent: *quem ipſe apud primo Trebiam fugarat. cum hoc &c.* Boſius. Leid. m. *P. Scipionem filium ejus.* ita & Voſſ. A. ſed B. *adverſus P. Scipionis* C. adverſus *P. Scipionem.* Mox *apud Rhodanum, iterum apud Padum, tertio apud* abſunt Voſſiano B. *Quem ipſe primum* abſunt Voſſiano A. Pro *fugaverat* Voſſ. A. C. *fugavit* B. *fugat.*

4 *Quem ipſe primum*] Sunt, qui putant, Cornelium in regulam peccaſſe Grammatices, quae velit, Relativa ſemper ad proximum antecedens ſubſtantivum eſſe referendum: Pronomen autem *Quem* heic reſpicere Scipionem patrem. Verum cenſura haec videtur mihi fruſtra eſſe. Nam ſive Pater ſive filius intelligendus venerit, in Grammaticorum regulam non peccatur: cum non minus pater quam filius, ſeu patris & filii nomen ſit generis maſculini, quod an propius, an vero remotius, perinde fuerit. Et ipſa regula nihil quam ſolam Relativi & Subſtantivi in Genere convenientiam reſpiciat. Recte tamen Schottus amphiboliam, quae lectorem heic facile decipere poteſt, tollit, niſi forte fallor, quando auctoritate Mſ. Codicis *filium* delet. *Ernſtius.* Vide Boſium ad Pelopid. c. 3. n. 2. & Cortium ad Sall. Jugurth. c. 18. n. 9. Lectorem docturos, Relativum ſaepe ad remotius reſpicere ſubſtantivum. Boſianam lectionem mire firmant duo Codices mei.

5 *Apud Rhodanum*] Vide quae diximus ad cap. 4, 1. *Boſius.*

exhauſtis jam patriae facultatibus, cupivit [1] in praeſentiarum [2] bellum componere, quo valentior poſtea congrederetur. [3] In colloquium convenit, conditio-
3 nes non convenerunt. Poſt id factum paucis diebus
[4] apud Zamam cum eodem conflixit: pulſus (incredibile dictu) biduo & duabus noctibus [5] Adrumetum pervenit, quod abeſt a Zama circiter [6] millia paſ-
4 ſuum trecenta. In hac fuga Numidae, qui ſimul cum eo ex acie exceſſerant, inſidiati ſunt ei: quos non

1 *In praeſentiarum*] Voſſius & ante eum viri docti alii exiſtimant vocem *in* ſive im*praeſentiarum* non eſſe genuinam, ſed ex *in*, *praeſentia*, & *rerum*, corruptam. Et Lambinus ait, ſe apud Cornificium lib. 2. in ſua editione legiſſe *in Praeſentia*. Vide omnino Voſſ. lib. 4. de Vit. lat. Serm. cap. 33. p. 780. *Ernſtius.* Vide Ind v. *praeſens*. Boſius. Voſſ. B. *in praeſenſiarum.* Hanc locutionem plerique Grammatici Nepote noſtro indignam duxerunt, quoniam rectius dicitur *in praeſentia*, ut inter alios cenſet Cellarius in Antibarbaro cap. 2. p. 124. & ſane ſic locutus eſt ipſe Auctor in Alcib. cap. 10. & Miltiade cap. 7. n. 6. nam verba haec immerito e textu ibi rejiciuntur, reclamantibus omnibus Codd. MſſT. & vellem modo ipſe in textu repoſuiſſem, & ita Cicero, Terentius, aliique paſſim loqui amant, pro quo etiam *inpraeſens* dixere Latini, ut docet Cl. Cortius ad Sall. Catilin. cap. 16. n. 2. nempe pro *in praeſenti*, ut locutus eſt in Alcibiad. cap. 4. ubi perperam a Magio *in praeſentia* editum eſt, omnibus ſcriptis libris refragantibus. An ergo verba haec, quae omnes mei aliorumque codices ſervant, mutanda, quia rariora ſunt? Haud facile inducar, ut credam; multo minus e civitate Latina ejicienda. Conſule tu potius, Lector, Celeb. Perizonium eruditiſſime de hac locutione diſputantem ad Sanctii Minervam lib. 2, cap. 3. n. 8.

2 *Cupiv. bellum componere*] Prolixe haec *Polybius* 15, 5. *& deinc. Livius* 30, 29. *& ſeqq.* brevius *Appianus Libyc. pag.* 21. Boſius. *Poſtea* abeſt Voſſiano C.

3 *In colloq. convenit*] Comparuit ad colloquium, de quo convenit habendo. Quare nequiter iſtud *convenit* mutat *Lambinus* in *venit*. P. Syrus: *Inimici ad animum nullae conveniunt preces.* Quanquam non ignorem, hoc aliter accipi poſſe. Caeſar 7, 39. *in equitum numero conveneran*, *nominatim ab eo evocati.* Gebhardus. Pro *conditiones* Voſſ. B. *condictiones.*

4 *Apud Zamam cum eod. conflixit*] Deſcribunt hanc pugnam *Polybius* 15, 9. *& ſeqq. Livius* 30, 32. *& deinc. Appianus Libycis: Oroſius* 4, 19. Boſius. Pro *poſt id factum* Voſſ. C. *quod id factum.*

5 *Adrumetum*] Phoenicum, in Byzacio, coloniam, quae Graecis Ἀδρύμαν, Ἀδρύμης, Ἀδρύμητος, & Ἀδρύμητον: Hieronymo, Aethico, aliiſque *Hadrumetus*, & in ſaxo veteri

non ſolum effugit, ſed etiam ipſos oppreſſit. Adrumeti reliquos ex fuga collegit. Novis delectibus paucis diebus multos contraxit.

CAP. VII.

Quum in apparando acerrime eſſet occupatus, 1
[1] Karthaginienſes bellum cum Romanis compoſuerunt. Ille nihilo ſecius exercitui poſtea praefuit, [2] resque in Africa geſſit ([3] itemque Mago frater ejus) uſ-

teri apud Gruter. pag. 362, 2. *Colonia Concordia Ulpia Trajana Augusta Frugifera Hadrametina.* Cum in Mſc. Boecl. ſit *hasdrumtum*, & mox *hasdrumenti*; auctor videri poſſit ſcripſiſſe; *Hasdrumetum*, e Punico חצרומאתן: ſic enim Poenos vocaſſe vult *Bochartus de coloniis Phoenic.* 1, 24. Etſi *Reineſius de lingua Punica* 8, 15. dictum putat חצר מוה, vel חצרימות a חצר vel חצרי, & מות, quaſi Plutonis regiam & domicilium mortis. Sic ex עזריבעל *Hasdrubal*; ex עזרא *Esdra*, &c. Nil tamen mutare auſim, niſi conſenſus aliorum codd. accedat. *Adrumetum* etiam *Livius*, *Plinius*, *Tacitus*, alii vocant. *Boſius*. Leid. m *Adrumentum*. Voſſ. A. C. *Hadrumentum* B. *Hasdrumentum*.

6 *Millia passuum trecenta*] Mſſ. Boecl. & Leid. *millia paſſus trecent.* Mox. q. edd. *cum eo acie exceſſerant*, non male. Statim *Lambinus* legendum cenſet *novis dilectibus*, nec dubitat, quin libri Mſſ. ſic habeant, niſi & ipſi mendoſi ſint. Atqui nec libri ſic habent, nec ulla mutatione opus eſt. *Boſius*. Pro *a Zama* Voſſ. B *ab Zama*. Pro *paſſuum* Leid. & Voſſ. A. B. C. *paſſus*. Pro *acie exceſſerant*. Leid. m. & Voſſ. A. B. C. *ex acie exceſſerant*. Pro *ex fuga* Leid. m. *fuga* Voſſ. B. *e fuga*. Omnes mei *delectibus*.

1 *Karthaginienſes bellum cum Romanis compoſuerunt*] Fracti jam adverſis rebus, & quidem ipſo Hannibale conſentiente pacem petunt. Liv. Appian. locis cit. Atque ita ludit fortuna in rebus caducis, dum una earum urbium, quas Cicero Orat. pro L. Murena, & Orat. pro Lege Manil. duos Imperii Romani *terrores* vocat (nempe Karthaginem. & Numantiam) pacem facit cum Romanis, donaque Romam mittit. *Ernſtius*.

2 *Resque in Africa geſſit*] quas narrat *Appianus* λιβυκῇ. *Lambinus*.

3 *Itemque Mago frater ejus*] Superfuiſſe tum Hannonem Nepotis ſententia, manifeſtum eſt e *cap.* 8, 1. *&* 2. Etſi *Livius*, ut etiam *Ernſtius* obſervat, ex Italia in Africam trajicientem, vixdum ſuperata Sardinia ex vulnere mortuum ſcribit. Et quamvis nemo veterum ullius rei poſt reditum ex Italia ab eo geſtae, quod ſciam, meminit, (niſi quod *Zonaras p* 96. in Italiam remiſſum ait, quod ſine dubio falſum eſt:) habuit tamen haud dubie *Nepos* auctores ſuos, quos ſe-

uſque ad P. Sulpicium & C. Aurelium Conſules.
[2 His enim magiſtratibus [1] legati Karthaginienſes Romam venerunt, [2] qui ſenatui populoque Romano gratias agerent, quod [3] cum his [4] pacem feciſſent, ob eamque rem [5] corona aurea eos donarent, ſimul-
3 que peterent, [6] ut obſides eorum Fregellis eſſent, captivique redderentur. His ex Senatus conſulto reſponſum eſt: munus eorum gratum acceptumque eſſe:

quutus eſt. Sed ut haec verba ab eo profecta credam, induci vix potero. Non ita ſolet Nepos. dixiſſet potius, *una cum fratre Magone*. Igitur e fine *commatis* 3. repetita & inculcata cenſeo. *Boſ.* Pro *usque ad P. Sulpic.* Voſſ. C. *usque P. Sulpic.* Leid. m. *u. a. P. Sulpic. Cajum Aurelium.*

1 *Legati Karth. R. venerunt*] Sed parum bona fide. Liv. lib. 30. cap. 16. *Ernſtius.*

2 *Qui ſenatui p. q.*] Voſſ. B. omittit *qui*.

3 *Cum his*] Inepte quaerit *Lambinus*: cur *non dixit* SECUM? Neque enim cum legatis, ſed cum republica Carthaginienſium, pacem Romani fecerant. At *cur non ſupra*, pergit, LEGATI CARTHAGINIENSIUM? Reſpondeo, quia perinde erat, utro modo loqueretur. *Boſius.* Voſſiani ſemper *cum iis*.

4 *Pacem feciſſent*] De hac pace ejusque conditionibus legendus idem *Livius* 20. *ſub extr.* Lambinus. adde *Zonaram pag.* 97. Boſius.

5 *Corona aurea*] Vide Ind. v. *corona*, Boſius.

6 *Ut obſides eorum Fregellis eſſent*] *T. Livius lib.* 32. *Annal. aliter*, inquit *Lambinus*. Atqui, quae ille 32, 2. memorat, proximo demum anno geſta fuerant, Lentulo & Villio Coſſ. ut apparet ex initio libri. Quae vero heic *comm.* 2. *&* 3. tanguntur, nusquam alibi lego, ut facile appareat aliis Nepotem auctoribus, quam *Livium*, *Appianum*, & ceteros qui exſtant, fuiſſe uſum. *Boſius.* Voſſ. A. *Flagellis*.

7 *Inimiciſſimum nomini Romano*] *Nomen* ſaepius pro gente a Probatis Auctoribus, & praeſertim *Nomen Romanum* pro *Romanis* ſive gente Romana adhibetur: vide Tennulium ad Frontinum lib. 1. Strateg. cap. 2. Ex. 2. & J. Arntzenium ad Victorem de Viris Illuſtr. cap. 37. n. 1. ſic Graecis τὰ ὀνόματα. pro ipſis hominibus. Conſule J. Perizonium ad Aelianum lib. 13. cap. 28. n. 3. Mox pro *& nunc* Leid, m. *etiam nunc*.

8 *Itemque fratrem ejus Magonem*] Cum *Nepos* Magonem finito bello Punico II. ſuperſtitem fuiſſe putarit, non auſim haec expungere. *Boſius.*

9 *Hannibalem domum Magonemque revocarunt*] Sed Mago a Quinctilio Varo in agro Inſubrium cruento victus praelio, & in Africam trajiciens ex vulnere deceſſit prope Sardiniam, Liv. eod. lib. cap. 18. cum ſeq. *Ernſtius.* Illud *Magonemque*, ſeu, ut in Boecl.. eſt. *& Magonem*, nec poſitus vocis, nec, quod mox ſubjicitur, *ut rediit*, admittit. Nepos dixiſſet; *utrumque* (vel *ambos*)

de-

ſe: obſides, quo loco rogarent, futuros: captivos
non remiſſuros, quod Hannibalem, cujus opera ſu-
ſceptum bellum foret, [7] inimiciſſimum nomini Ro-
mano, & nunc cum imperio apud exercitum habe-
rent, [8] itemque fratrem ejus Magonem. Hoc reſpon- 4
ſo Karthaginienſes cognito, [9] Hannibalem domum
(Magonemque) revocarunt. [10] Hic, ut rediit, [11] prae-
tor factus eſt, poſtquam rex fuerat anno ſecundo &
vi-

domum revocarunt. 9 *Huc ut rediit Hannibal, &c.* Vir doctus tamen *non deſerendum heic Nepotem* exiſtimabat, *ex ſcriptoribus antiquis rem unam toties narrantem. Ipſum Livium profecto poſt recenſitum Magonis obitum* 21. *capite profectos ſimul Magonem Annibalemque, & vocatos domum ſcribere* Atqui non deſerimus Nepotem, ſed ſciolum, qui hanc vocem inſerſit textui. *Livius* autem neque profectos una ait, ſed nuncium ea de re *Romam adlatum per eosdem dies*, quibus profecti fuerant: neque de iſta revocatione Hannibalis, quae, finito bello, ſed de ea, quae antea facta eſt, loquitur. Quare is locus huc plane non ſpectat, *Boſius*. Voſſ. B. etiam *& revocarunt.*

10 *Hic, ut rediit*] Heic, nimirum, ubi ſenatus promiſerat, id eſt Carthaginem, poſtquam Hannibal reverſus eſt. De hoc enim verba haec intelligenda ſunt: cum Mago frater ejus jam dudum eſſet mortuus. Non igitur Adverbium *hic* recte ab *ut rediit* ſeparatur. Venit autem Hannibal Carthaginem poſt 6. & 30. annos, quam inde parvus cum patre exierat. Oroſ. 4. cap. 19. Anno urbis ΙϽLΙ. belli XVII. *Ernſtius*. In Mſc. Boecl. fuit: *Hic cum rediit*: in Leidenſi: *Huc, ut rediit.* quomodo & ed. Gebh. quod verum puto. *Huc* domum puta. Quod ſi vulgata lectio placet, *hic* pronomen erit, non, ut *Ernſtius* volebat, adverbium: diſtinguendumque, ut nos fecimus, commate interpoſito. *Boſius*. Leid. m. & Voſſ. A. C. *Huc, ut rediit.* B. *Hic, cum rediit.*

11 *Praetor factus eſt*] Sic & Livius 33, 46. *Praetor factus Hannibal.* Juſtinus 31, 2, 6. *conſulem tum fuiſſe* ait. Errat vero vir doctus, qui *lib. de repub. Carthagin. ſect.* 1. *cap.* 15. haec verba de Magone accipit: ſeductus, opinor, illo gloſſemate, *Magonemque*: cum tamen e *commate* 5. appareat, de magiſtratu, quem Hannibal geſſit, ſermonem Noſtro eſſe. Idem ex h. l. colligit, *Suffetes, depoſito magiſtratu, praetores factos.* neſcio, quam bene. Hannibal ſane poſt XXII. demum annos praetor factus eſt, quam rex, h. e. ut ille vult Suffes, fuerat. *Praetorem* autem, ut arbitror, dixit, quem *Ariſtoteles politic.* 2, 9. (*aliis* 11.) *στρατηγὸν* vocat, & inter maximos magiſtratus recenſet. *Zonaras* certe *maximum Carthaginienſium magiſtratum* vocat, quem Hannibal tunc adeptus eſt. *τὴν μεγίστην τῶν Καρχηδονίων ἀρχὴν ἐπὶ τῆς μακροῖς ἐπιτροπεύων* *pag.* 97. Et rurſus *pag.* 102. *ἀνέβας δὲ τὴν μεγίστην τῶν παρὰ Καρχηδονίοις* ἀρ-

vigeſimo. [1] Ut enim Romae Conſules, ſic Kartha-
5 gine quotannis [2] annui bini reges creabantur. In eo magiſtratu pari diligentia ſe Hannibal praebuit, ac fuerat in bello. Namque effecit ex novis vectigalibus non ſolum, ut eſſet pecunia, [3] quae Romanis ex foedere penderetur, ſed etiam ſupereſſet, quae [4] in
6 aerario poneretur. Deinde, anno poſt praeturam, Mar-

ἀρχῶν εἰληφώς. vide Indic. Annuum fuiſſe, apparet e *commate* 6. Boſius. Pro *rex* Voſſ. C. *factus.*

1 *Ut enim Romae conſules, ſic Karthagine &c.*] Livius 30, 7. *Suffetes, quod velut conſulare imperium penes eos erat.* de Carthaginienſibus loquitur. Feſtus, ſeu potius abbreviator ejus Paullus: *Suffes, conſul lingua Poenorum.* Boſius. Nota Lector, id quod obſervatum eſt a Viris Doctis, Particulam *ut* hic eleganter poni, ſequente *ſic*. Conſule Cl. Burm. ad Ovidium lib. 1. Metam. vſ. 15. Tib. Wopkens lib. 1. Lect. Tull. cap. 6. pag. 25. & J. Arntzenium ad S. A. Victorem de Viris Ill. cap. 43. n. 1.

2 *Annui bini reges*] Neſcio certe, quid Nepoti in mentem venerit, quod Sufetes heic *reges* appellaverit: ut qui non obſervarit, ne eſſent reges, & annuos fuiſſe datos, & binos. Juſtinus libro 31. c. 2. rectius Hannibalem appellat *conſulem.* De ſupremo hoc Cartaginienſium magiſtratu & nomine ejus vide Scalig. Caſtigationes in Feſtum in Voce *Sufes.* Suſpicor, Auctorem noſtrum ſcripſiſſe, aut certe ſcribere voluiſſe *praetores* pro *reges:* cum paullo ante dixerat: *Hic, ut rediit, praetor factus eſt.* An vero Sufetes vocari recte poſſint *praetores,* Cornelius videat. Quem juvare poteſt, quod omnis magiſtratus, cui pareret exercitus, appellatus ſit *Praetor.* Quae Victorini ſententia eſt. Cui accedit, quod Aſdrubal Maſaniſſae nepos in Ep. Liv. lib. 50. Karthaginienſium *Praetor* appelletur. Atque hoc eſt nobile illud ſecundum Punicum Bellum, cladium (ſive ut Mſ. meus Flori legit *gladii*) atrocitate priore bello terribilius, quod uberrimus hiſtoriarum ſcriptor Livius decem integris libris copioſiſſime; Polybius item bona parte ejus operis, quod hodie nobis reliquum, Appianus Iberica & Hannibalica; Plutarchus, Fabio, Marcello, & Aemilio Paullo, ſatis copioſe, Silius Italicus ſuo carmine, praeclare perſecuti ſunt. Brevius idem ſcribunt Florus lib. 2. cap. 6. C. Nepos heic in vita Hannibalis. Auctor de Viris Illuſtribus *Hannibale* & Scipione. Eutropius maxima parte lib. 3. Oroſius lib. 4. cap. 14. & quinque ſeqq. nequid de iis dicam, qui ſparſim idem attingunt. *Ernſt.* Miratur *Ernſtius*, Nepotem *reges* vocaſſe Suffetes: (idque improprie factum, etiam *Salmaſius* cenſebat;) ſuſpicaturque eum ſcripſiſſe, aut ſcribere voluiſſe, *praetores.* Atqui hunc maximum Carthaginienſium magiſtratum etiam Graeci *βασιλέας* vocant, *Ariſtoteles Politic.* 2, 11. *Polybius* 3. 33. *&* 6, 49 alii. *Reges* etiam alii Latinorum. Juſtinus 22, 7, 7. *Bomilcar rex Poenorum.* Oroſius

42 G

Marco Claudio, Lucio Furio Coſſ. Romani [1] legati
Karthaginem venerunt. [2] Hos Hannibal ſui expo-
ſcendi gratia miſſos ratus, priusquam his ſenatus da-
retur, [3] navem conſcendit clam, atque in Syriam ad
Antiochum profugit. Hac re palam facta Poeni na- 7.
ves duas, quae eum comprehenderent, ſi poſſent con-
ſequi, miſerunt: bona ejus publicarunt: [4] domum a
fundamentis disjecerunt: ipſum [5] exſulem judicarunt.

CAP.

4, 6. *Imilco rex Poenorum.* Boſius.

3 *Quae Romanis ex foedere pend.*] Vide Livii lib. 30. cap. 16. *Ernſtius.*

4 *In aerario poneretur*] Pro *poneretur* Leid. elegantius, *reponeretur.* Proprium id hac in re verbum. *Boſius.* Leid. m. *poneretur*, item Voſſ. A. Sed B. C. *reponeretur* recte. *Reponere* in genere notat recondere & ſalvum cuſtodire, & ſic Virgilius in alia re dixit 1. Georg. 167. *Provisa repones.* ubi Servium vide.

1 *Legati Karthaginem venerunt*] Vide *Livium* 34, 47. & 48. *Juſtinum* 31, 1, 7. & 8. *Appianum Syriac. pag.* 88. Boſius. Pro *Romani* Leid. m. *Roma.* item Voſſ. A. C. ſed B. *Romanis.*

2 *Hos Hannibal ſui expoſcendi gratia miſſos ratus*] Tum etiam ſuorum odiis atque inſidiis injuſtis petitus profugit Tyrum: exceptusque a conditoribus Cartaginis ut alia patria, vir tam clarus omni genere honorum, paucos moratus dies Antiochiam navigat. Regem jam inde profectum, Epheſi eſt conſecutus fluctuantem adhuc animo, incertumque de Romano bello. Sed haud parvum momentum animo ejus ad moliendum adventus Hannibalis fecit. Livius extremo lib. 33. & Juſtin. lib. 31. cap. 1. & 3. ubi ſcribit Hannibalem velut deorum munus fuiſſe exceptum. Regis ſtultitiam facete irriſit ipſe Hannibal, ut refert A. Gellius lib. 5. Noct. Att. cap. 5. *Ernſtius.*

3 *Navem conſcendit*] Sic & *Livius* non ſemel, aliique loquuti. In Leid. tamen erat *aſcendit.* quomodo Terentius Adelphis 4, 5, 69. *Abiit, navem aſcendit, periit:* ut quidem doctiſſ. *Guyetus* ea verba ordinabat. Variae lectioni haud dubie occaſionem praebuit ſimilitudo inter *a* litteram, & abbreviationem ſyllabae *con:* quod & alibi factum novi. *Boſius.* Leid. m. Voſſ. A. B. C. *aſcendit.* quam lectionem non eſt quod rejiciamus, quoniam *aſcendere navim* proprie dici docuimus ad Themiſt. cap. 8. n. 6. Nec tamen minus proprium eſt verbum *conſcendere.* Cicero lib. 1. de Divinatione cap. 27. *Haberetque in animo navem conſcendere.* Vide Cl. Burm. ad Quinctilian. 5. Declam. 10 ſic ſupra *congredi* & *aggredi* confuſa vidimus cap. 1. n. 2.

4 *Domum a fundam. disjec.*] Tanquam proditoris, & majeſtatis rei. vide Ind. v. *domus.* Boſius.

5 *Exſulem judicarunt.*] Defecit in Mſſ. ſyllaba *ju*, ſcriptumque erat *dicarunt*; quod *Schottus* illico arri-

pit,

Digitized by Google

CAP. VIII.

1 At Hannibal anno tertio, poſtquam [1] domo profugerat, L. Cornelio, [2] Quinto Minucio Coſſ. cum quinque navibus [3] Africam acceſſit, in finibus Cyrenaeorum, ſi forte Karthaginienſes ad bellum, Antiochi ſpe fiduciaque [4] inducere poſſet: cui jam perſuaſerat, ut cum exercitibus in Italiam [5] proficiſce-

pit, exponitque *addixerunt*. At quis ita e Latio loquitur, *Addicere* vel *dicare exſulem*, pro, exſilio multare. *Gebbardus*. Leid. m. & Voſſ. A. *dicarunt*. C. *ditarunt*.

1 *Domo profugerat*] Sic legunt ed. Col. Ultraj. & quaedam aliae. Male autem Lambiniana *domum prof.* Boſius. Pro *poſtquam* Voſſ. C. *poſteaquam*.

2 *Quinto Minucio*] Voſſ. C. *quod inimico*.

3 *Africam acceſſit*] *Atqui non modo ipſe eo non acceſſit, ſed ne litteras quidem mittere auſus eſt*, inquit *Lambinus*, *Livium* 34. 60. & *Appianum Syriacis* adlegans. Sed jam ſupra monuimus. Nepotem in hac vita non ſemel alios, quam quos nunc habemus, auctores ſequi. *Boſius*.

4 *Inducere poſſet*] Per Ariſtonem quendam Tyrium, ut Livius narrat lib. extremo. 84. Quo dubium Lambino heic ortum tollitur. Qui tamen ipſe haec Livii verba citat. *Ernſtius*. Abſunt haec verba Voſſiano. B.

5 *Proficiſceretur*] Mſ. Boecl. & ed. Col. *proficiſcerentur*: ipſe ſcilicet, & Antiochus. Nil tamen muto. *Boſius*. Voſſ. B. etiam *proficiſcerentur*.

6 *Magonem fratrem exciverit*] Vide, quae diximus ad *cap.* 7, 1; Boſius.

7 *Qua fratrem*] De qua ſupra *cap.* 7, 7. Mſ. Schotti & ed. Ultraj. addebant, *abſentem*. Boſius. *Abſentem* agnoſcunt Leid. m. & Voſſ. A. B. C. Pro *ſolviſſent* Voſſ. C *ſolviſſet*.

8 *Duplex memoria prodita eſt*] Mſ. *duplex eſt memoria*. quod valde placet. Nam illud *prodita* haud dubie a gloſſa. *Schefferus*. mox idem Mſ. Boecl. *alii ſervolis ipſius int. eum*, ſcripſit Nepos, *alii a ſervolis*. Boſius. Voſſianus B. fere ſemper Boecleriano codici conſentiens ejicit etiam vocem *prodita*. Nec mirum eſt, Cl. Sheffero Gloſſema videri, quoniam *prodere memoriae*, & *prodere memoria* Auctoribus multo familiarius eſt, (conſule Oudendorpium ad J. Obſequentem de Prodigiis cap. 86. n. 12.) quam *prodere memoriam*. Dici tamen *memoriam prodere* docet D. Voſſius ad Caeſarem comm. de B. G. lib. 1. cap. 13. in fine, cui conſentit Cl. Cortius ad Cic. 8. Fam Ep. 3. n. 7. pro *a ſervis* Voſſ. B. *ſervolis*.

9 *In agendo bello*] Apage pruriginem Criticorum. *Agere bellum* eſt *χειρίζειν τὰ τοῦ πολέμου*. *Gebb*. *Lambino* videtur inſolens ſermo, *agere bellum*: putatque fortaſſe legendum *gerendo*. Et videri poſſit abbreviate ſcriptum fuiſſe *g'endo*: cumque oblitterata fuiſſet notula, quae *er* litteras denotare

Digitized by Google

ſceretur. Huc [6] Magonem fratrem excivit. Id ubi 2
Poeni reſciverunt, Magonem eadem, [7] qua fratrem, poena affecerunt. Illi deſperatis rebus quum ſolviſſent naves, ac vela ventis dediſſent, Hannibal ad Antiochum pervenit. De Magonis interitu [8] duplex memoria prodita eſt. Namque alii naufragio, alii a ſervis ipſius interfectum eum, ſcriptum reliquerunt.
Antiochus autem ſi tam [9] in agendo bello [10] parere 3
voluiſſet conſiliis ejus, quam in ſuſcipiendo inſtituerat, [11] propius Tiberi quam Thermopylis, de ſumma

notare ſolet, legeretur *gendo*, ſciolum aliquem inde feciſſe *agendo*. Sed nulla mutatione opus. *Agere bellum*, pro gerere, dixere etiam Caeſar, Livius, Ovidius, Mela, Curtius, ſicut alii *pacem agere*, & Graeci ἄγειν πόλεμον, εἰρήνην, φιλίαν. de quo videndi duo ſummi viri, *Gronovius obſervat.* 2, 3. & *Heinſius ad Ovidii Triſtium* 2, 230. Et ſaepe ab optimae notae ſcriptoribus haec duo verba confundi, idem *Gronovius* docet *obſervat.* 4, 14. Boſius. Recte hoc verbum a Boſio defenditur, quod omnes mei Codices ſervant. Neque hic loquendi modus rarus eſt, ut cenſet Davies. ad Caeſarem lib. 3. de B. G. cap. 28. quum Latiniſſimi ita loqui amant. Adi Lector J. Fr. Gronovium ad Livium lib. 28. c. 46. & Burmannum, qui hanc Boſii correctionem probat ad Quinct. lib. 10. Inſtit. Orat. c. 1. quo ſenſu & *pacem agere* Florum dixiſſe poſt alios docet Dukerus ad lib. 2. cap. 20. n. 1. Adde Cortium ad Salluſt. Jugurth. cap. 109. n. 2. Denique *agere* ſaepiſſime in genere pro gerere, regere, adminiſtrare poni oſtendit J. Arntzenius ad Victorem de Viris Illuſtr. cap. 47. n. 1.

10 *Parere voluiſſet conſiliis ejus*] Sententia enim ejus una atque eadem ſemper erat, ut in Italia bellum gereretur. [vide *Livium* 34. 60] Quin cum jam Romani in Graeciam tranſiſſent, & Antiochus poſt cladem ad Thermopylas acceptam, Epheſi ſecurus admodum de bello Romano eſſet, *tamquam non tranſituris in Aſiam Romanis: quam ſecuritatem ei magna pars amicorum aut per errorem, aut aſſentando faciebant: Hannibal unus, cujus eo tempore*, inquit Livius, [lib. 36, 41.] *ut maxima apud regem auctoritas erat, magis mirari ſe ajebat, quod non jam in Aſia eſſent Romani, quam venturos dubitare. Propius enim eſſe in Aſiam ex Graecia, quam ex Italia in Graeciam trajicere: & multo majorem cauſſam Antiochum, quam Aetolos eſſe &c.* Lambinus. adde *Appianum pag.* 90. *&* 94. *Juſtinum* 31, 5. Cur autem Hannibalis conſilio non paruerit Antiochus, cauſſam aperit *Juſtinus* 31, 6, 1. *& deinceps*, & *Appianus pag.* 94. Boſius.

11 *Propius Tiberi, quam Thermopylis*] Ad quas victus eſt. Quo in praelio inſignis exſtitit M. Catonis virtus, ut praeter Livium Plutarchus in

ma imperii dimicaſſet. Quem etſi [1] multa ſtulte conari videbat, tamen nulla deſeruit in re.
4 Praefuit paucis navibus, [2] quas ex Syria juſſus erat in Aſiam ducere, hisque [3] adverſus Rhodiorum claſſem in Pamphylio mari conflixit. [4] Quo cum multitudine adverſariorum ſui ſuperarentur: ipſe, quo cornu rem geſſit, [5] fuit ſuperior.

CAP.

in vita ejus refert. *Ernſtius.* *Lambinus* & alii edidere *Tiberim* & *Thermopylas*; ſed invitis, opinor, libris. Reſpicit autem praelium, in quo Antiochus cum Aetolis a Mavio Acilio Glabrione conſule victus fuit: de quo *Livius* 36, 18, 19. *Plutarchus Catone*: *Appianus Syriacis pag.* 97, 98. *Frontinus* 2, 4, 4. Boſius. Leid. m. & Voſſ. C. *Tiberis.* Munkerus ad Lactant. lib. 14. Narr. Fab. cap. 18. legit etiam *propius Tiberim, quam Thermopylas.* quia *propius* Dativum negat regere poſſe. Ut id, quod verum eſt, fatear, optimi Auctores *propius* & *proxime* cum quarto caſu conſtruere ſolent: Conſule Cl. Burman. ad Ovidium lib. 1. Art. Amat. vſ. 139. & Cortium ad Salluſt. B. Jugurth. cap. 18. n. 11. ſed invitis omnibus libris in textum admittere non audeo.

1 *Multa ſtulte conari*] Ut exercitum conſcripſiſſe armis inauratis. quo oſtenſo Hannibali, *Hicne*, inquit, *exercitus Romanis ſufficiet*? *Sufficiet*, reſpondit Poenus, *vel maxime avaris.* *A. Gellius* ex veterum memoriis *lib. 5. cap. 5. Noct. Atticarum.* Huc quoque pertinet ſcomma alterum Hannibalis de Phormione Philoſopho, cujus ludum audiendi gratia ingreſſus erat, apud *Tullium l. 2. de Oratore.* Schottus. Leid. m. & Voſſ. A. C. *multa ſtulta*, non male. Eodem modo *multa dira*, *aſpera*, *ſtolida*, &c. antiqui dixere. Conſule Paſſar. & Broukh. ad Propert. 1, 15, 1.

2 *Quas ex Syria juſſus erat in Aſiam ducere*] Vide *Livium* 37, 8. *Appianum pag.* 100. Boſius.

3 *Adv. Rhodiorum claſſem conflixit*] Deſcribit hanc pugnam *Livius* 37, 23. *& ſeqq.* Meminit & *Appianus loco modo laudato*: itemque *Juſtinus* 32, 6, 9. & *Oroſius* 4, 20. qui duo tamen videntur duo diverſa praelia confudiſſe. *Boſius.*

4 *Quo cum*] Schottus adſcribit hanc correctionem Lambino, producitque e membranis & ceteris editis *quo cornu.* Gebbardus. Alii, *In quo cum.* Statim *Lambinus* edidit *qua rem geſſit*; offenſus, ut *Schottus* conjicit, Longoliana lectione, *quo rem geſſit.* Sed in Mſſ. & aliis edd. vett. legitur, *quo cornu*, ut poſt *Lambinum* editum. Praeerat autem Hannibal, ut *Livius* narrat, ſiniſtro cornu. *Boſius.* *Rem gerere* in indice vertitur per *pugnae praeeſſe.* *Rem* autem *gerere* vel etiam *res gerere* notat bellum adminiſtrare, praeeſſe imperio, & pugnare. Vide Graev. ad Juſtin. 13, 4, 5. Tennul. & Oudendorp. ad Frontin. lib. 2. Strateg. cap. 4 n. 49. & Cort. ad Salluſt. Jug. 58, 4. & ſupra ad Hamilc. cap. 1. n. 2.

5 *Fuit ſuperior*] Paullo aliter *Livius*,

CAP. IX.

[1] Antiocho fugato, [2] verens ne dederetur, quod 1
ſine dubio [3] accidiſſet, ſi ſui feciſſet poteſtatem, Cretam ad [4] Gortynios venit, ut ibi, quo ſe conferret, conſideraret. [5] Vidit autem vir omnium 2
[6] callidiſſimus, [7] magno ſe fore periculo, [8] niſi quid pro-

vius, qui *multitudine navium maxime urſiſſe quidem Hannibalem Eudamum, & circumventurum fuiſſe* ait, *ni, quae in dextro cornu vicerant naves, ad opem ferendam ſuis concurriſſent*: addit tamen ea re factum, ut *ipſae, quaeque circum eum erant naves, fugam capeſſerent.* *Appianus* quoque *redeuntem* e Syria *Rhodios concluſiſſe in Pamphylia, navesque aliquot illius cepiſſe* ſcribit. ἐπανιόντα Ῥόδιοι κατέκλεισαν εἰς Παμφυλίαν, καὶ τινὰς αὐτοῦ τῶν νεῶν εἷλον. Quare & heic alios ſequutus eſt Nepos. *Boſius.*

1 *Antiocho fugato*] Id eſt, Aſia multato, & in Syriam rejecto. In quo rege unum hoc magnopere laudandum eſt, quod victus dicere ſit ſolitus: benigne ſibi a P. R. factum, quod nimis magna procuratione liberatus modicis regni terminis uteretur. Cicero pro Dejotaro. Et ſane nihil eſt tam praeclarum, aut tam magnificum, quod non moderatione temperari deſideret. Valer. Max. lib. 4. cap. 1. extremo. in hac ipſa re Bellum hoc, in quo Antiochus victus eſt, gubernarunt L. Cornelius Scipio, Africani frater, vocatus ob hoc bellum Aſiaticus. Florus 2, 18. Eutrop. lib. 4. Appianus in Syriaca, Oroſius 4. cap. 20. *Ernſtius.*

2 *Verens ne dederetur, &c.*] Refert hoc & *Juſtinus* 32, 4, 3. aitque *admonitum a rege, cum ab Antiocho Romani aditionem ejus depoſcerent.* Et popoſciſſe eam, etiam e *Livio* 37, 54. cognoſcere eſt. *Boſius.*

3 *Accidiſſet*] Mſc. Boecl. *decidiſſet*, quod dictum videri poſſit, ut illud 18, 11, 5. *amicorum perfidia decidi*: ſed notum eſt, in Mſſ. ſaepe *a* & *d*, *c* & *e* permutari. Statim idem codex, *ut n. ibi quo ſe c. d.* An fuit, *ut inibi q. ſ. c. d?* Boſius. Omnes mei *accidiſſet.*

4 *Gortynios*] Leid. m. *Corthinios?* Voſſ. A. B. C. *Cortymos.* Sed *Gortynios* ſcribendum. Pro *ut ibi*, Voſſ. B. *ut enim ibi.*

5 *Vidit vir omnium callidiſſimus, &c.*] De callido hoc Annibalis aſtutoque conſilio, quo inſidias avarorum Cretenſium eluſit, *Julius Frontinus*, *Polyaenus*, & *Juſtinus l.* 32. *extremo.* Sic Poenus corvos deluſit hiantes, ſalvusque evaſit, ut Mithridates Ponti Rex fugiens, Romanos perſequentes, auro ſparſo dilapſus, decepit: & caſtor Ponti animal venatorum inſidias, ſectis ſibi verendis, effugere fertur. auctor *Plinius* & *Aelianus.* Schottus.

6 *Callidiſſimus*] Sic Mſſ. & veteres, praeter Venetos, qui *clariſſimus* legunt. Supra 21, 3, 5. *Hamilcarem & Hannibalem, quos — calliditate omnes in Africa natos praeſtitiſſe conſtat.* Savaro.

7 Ma-

Digitized by Google

providiſſet, propter avaritiam Cretenſium. Magnam enim ſecum pecuniam portabat, de qua ſciebat exiſſe famam.
1 Itaque capit tale conſilium. Amphoras complures complet plumbo: ſummas operit auro & argento. [1] Has praeſentibus principibus [2] deponit in tem-

7 *Magno ſe fore periculo*] Vitae ipſius. opibus enim occiſo exſule inhiabant. Juſtinus: *Ibi cum diu quietam vitam egiſſet, invidioſumque ſe propter nimias opes videret.* Gebhardus. Male autem alii praepoſitionem addunt, *in periculo.* quam fide Mſſ. expunxere *Schoppius* 4. 11. *veriſimilium*, aliique, heic & alibi apud noſtrum, vide Ind. *v. eſſe.* Boſ.

8 *Niſi quid providiſſet*] Sic reſcripſi, quod in Boecl. erat, *niſi id providiſſet.* Vulgo enim edunt, *niſi quid praevidiſſet.* Nempe *providere* cavere eſt, Terentius Andr. 1. 3, 3. & Phorm, 1. 4, 5. *Quae ſi non aſtu providentur.* Cicero: *Actum eſt de te, niſi provides.* Fortaſſis autem *Nepos* absque provocabulo ſcripſit eadem ratione, *niſi providiſſet.* Pro quo cum exaratum eſſet, *niſi praevidiſſet*, alii, deeſſe aliquid rati, ſuppleruntt *id* vel *quid* quod ut credamus ipſa varietas lectionis ſuadet. *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. A. C. *providiſſet.* De quo verbo conſule cl. Graevium ad Ciceron. lib. 2. ad Atticum Epiſt. 1. pag. 176. & Cortium ad Salluſt. Cat. c. 52. n. 4. unde & vox *providentia* ſaepe confuſa male cum *prudentia.* Vide Cl. Oudendorp. ad Frontin. Strateg. praef. pag. 4. *Prae* & *Pro* ſaepius in Mſſ. confundi docet Celeb. Drakenburgius ad Silium Italicum lib. 17. vſ. 56. & praecipue in verbis *providere* & *praevidere.* Vide Cl. Burm. ad Val. Flaccum lib. 2. Argon. vſ. 442.

1 *Has praeſentibus principibus*] Sic Mſſ. Boecl. & Leid. niſi quod ille pro *has* corrupte *his* habet. *Principibus*, intellige civitatis Gortynae. ei voci adſcripſerat aliquis in margine; *Gortyniis.* quod poſtea in textum irrepſit, ejecta genuina voce. Unde nata vulgata lectio, *has Gortyniis praeſentibus.* Niſi malis abſorpta a τοῦ *praeſentibus* ob ſimilitudinem voce *principibus*, quod utraque abbreviate ſcripta eſſet, ſuppleviſſe ſciolos *Gortyniis*, quod deeſſe quid animadverterent. *Boſius.* Nec *Gortyniis* nec *principibus* conſpiciuntur in Leid. & Voſſ. A. Solus Voſſianus C. exhibet *praeſentibus principibus.* cui τὸ *ſimulans* abeſt. Pro *complures* Voſſ. C. *quamplures.*

2 *Deponit in templo Dianae*] Juſt. lib. 32. *Amphoras plumbo repletas, in templo Dianae quaſi fortunae ſuae praeſidia deponit.* Quia templa tanquam res ſanctas minus obnoxia violationi ac direptioni cenſebant; atque etiam cum victor religioſior urbem invaſiſſet, templa, delubra ac fana petulantiae atque aviditati militum eximebat: idcirco in ea res ſibi cariſſimas & pretioſiſſimas conferebant ſecuritatis cauſſa. Caeſar de B. Civ. 2. 18. *Pecuniam omnem omniaque ornamenta ex fano Herculis in oppidum Gades contulit.* Lib. 3. 105. *Caeſar quum in Aſiam veniſſet, reperiebat T. Ampium conatum eſſe tollere pecunias Epheſo e fano Dianae, ejusque rei cauſſa Senatores omnes ex provincia*

Digitized by Google

templo Dianae; [1] ſimulans, ſe ſuas fortunas illorum fidei credere. [2] His in errorem inductis, ſtatuas aeneas, quas ſecum portabat, omnes ſua pecunia complet, easque in propatulo domi [3] abjicit. Gortynii 4 templum magna cura cuſtodiunt, non tam a ceteris, quam ab Hannibale, [4] ne quid ille, inſcientibus his, tolleret, [5] ſecumque duceret.

CAP.

vincia vocaſſe, ut iis teſtibus in ſumma pecuniae uteretur. Ob eam cauſſam dotes filiarum templis credebant. M. Cicero 2. de legib. 16. *Athenienſis Cliſthenes Junoni Samiae, civis egregius, cum rebus timeret ſuis, filiarum dotes credidit.* Gebhardus. Simile *Plauti* illud in *Bacchidibus Sc. Ibo:*

> *Nos apud Theotimum omne aurum* deponimus,
> *Qui illic ſacerdos eſt Dianae Epheſiae.*

Morem autem in fanis theſauros reponendi ſupra quoque in Ariſtide [c. 3, 1.] reperies, multaque interpretes paſſim colligunt, in his & *Joan. Brodaeus lib. 4. Miſcell cap.* 17. & de Juriſc. *Ferrandus Adduenſis.* Caeſar 3. de bello civili c. 32. *Epheſi a fano Dianae* depoſitas *antiquitus Scipio tolli jubebat.* & lib. 1. cap. 6. *pecuniae a municipiis exiguntur & e fanis tolluntur.* Schottus.

1 *Simulans ſe ſuas fortunas illorum fidei credere*] Prae ſe ferens, quaſi hoc pignore ſibi eos obſtringere vellet; & ne conſpectae opes vitae ejus nocerent, intra ſtatuas abdere viſus eſt: Confer *Bernecer. in Juſtinum* 32, 4, 5. Sed ille corvos deluſit hiantes, dum credebant ſe auream praedam accepiſſe, plumbeam invenerunt. *Loccenius.*

2 *His in errorum inductis*] Juſtin. *Atque ideo nihil de illo ſollicita civitate, quoniam velut pignus opes ejus tenebat.* Gebhardus. Sic optimus liber Boecleri. nec aliter legit *Gebhardus*, ut e notis illius apparet. Proprium id hac in re verbum: quo & alibi hoc ſignificatu decipiendi uſus eſt, ſupra *cap.* 5, 3. *&* 9. 3. 1. Vulgo editur *ductis*. Nimirum abſorpſit primam ſyllabam finalis littera vocis praecedentis. *Boſius.* Omnes mei Codices recte exhibent *inductis*.

3 *Abjicit*] Voſſ. C. *Abicit.*

4 *Ne quid ille inſcient. his*] Illud *quid* recte abeſt a libris. [Schotti ſcilicet Boecl. & ed. Ultraj.] Et ſi *aliquid*, cur non omnia potuerit auferre? *Schefferus.* Pro *Gortynii* Voſſ. B. *Corinthii.* τὸ *quid* abeſt Leidenſi & Voſſianis A. B. C.

5 *Secumque duceret*] Membranae Schotti *aſportaret*. Editio Ultrajectina *ſecumque duceret*. Sic Mſ quam lectionem puto eſſe veriſſimam, maxime cum & ab optimo Ultrajectino codice firmetur. Pro *duceret* gloſſatores adſcripſerunt *portaret*, item *aſportaret*. [quorum hoc in Mſ. Schotti & ed. Gebh. illud in plerisque aliis legitur] id quod arguit abunde ipſa lectionum diverſitas. Retinuerunt deinde inepti, tanquam melius, quia uſitatius. *Schefferus.* Praeſertim cum viderent, paullo ante bis ita loquutum

CAP. X.

1 Sic conſervatis ſuis rebus Poenus, illuſis Cretenſibus omnibus, ad [1] Pruſiam in Pontum pervenit. Apud quem eodem animo fuit erga Italiam, neque aliud quidquam egit, quam regem [2] armavit & exer-
2 cuit adverſus Romanos. Quem quum videret [3] domeſticis rebus minus eſſe robuſtum, [4] conciliabat ceteros reges, adjungebatque bellicoſas nationes. Diffidebat

Nepotem. quod fortaſſis & effecit, ut heic quoque id verbi reponeretur. *Boſius*. Leid. m. *portaret*. Voſſ. B. *duceret*.

1 *Pruſiam*] Bithyniae regem, de quo paſſim *Polybius*, *Livius*, *Appianus*, *Juſtinus*, alii; etiam *Cicero de divinat.* 2, 24. & *Suidas*. Exſtat effigies ejus in nummis vett. (unde exhibent *Urſini Imagines illuſtrium*, & clariſſ. Patinus in *theſauro Numiſmatum* nuper edito, *cap.* 2.) itemque in nonnullis gemmis annularibus, teſte *Jo. Fabro num.* 120. Boſius.

2 *Armavit & exercuit*] Sic diſerte legitur in Mſ. Leid. & ed. Ultrajectina. nec diſcrepat. Mſ. Boecl. niſi quod corrupte habet *exercitu*. hancque lectionem veriſſimam, vulgatam vero, *& excitavit*, a gloſſa eſſe, cenſebat nobiliſſ. *Schefferus*. Et jam adnotavit *Gebhardus*, male ſequi illud *excitavit*, natura prius: eoque conſiderandam lectionem Ultrajectini codicis. *Quia viderat*, inquit, *regem longa pace deſidem & inſuetum bello, exercitio firmare conſtituit. Conjungit quoque armationem & exercitationem militum* Diodorus lib. 16. *de Philippo:* Τὰς δὲ στρατιωτικὰς τάξεις ἐπὶ τὸ κρεῖττον διορθωσάμενος, καὶ τοὺς ἄνδρας τοῖς πολεμικοῖς ὅπλοις δεόντως κοσμήσας, συνεχεῖς ἐξοπλισίας μὲν καὶ γυμνασίας ἐναγωνίους ἐποιεῖτο. Haec ille. Non dubitavi igitur hanc lectionem in textum admittere. *Schottus* accipiebat eo ſenſu, quo dicitur *laboribus exercitus*, & apud Terentium Adelph. 4, 2, 38. *Ego te exercebo hodie, ut dignus es*: & apud Plautum Mercat 2, 1, 4. *fui homo exercitus*. Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. *armarit & excitarit*. Voſſ. B. *armavit & exercuit*. Quam lectionem probat & explicat Cel. Burm. ad Petronium Satyric. cap. 94.

3 *Domeſticis rebus*] *Domeſticis opibus* erat in Ed. Ultraj. & Mſ. Boecleri, judicio illius bene. Neque dubitabat *Schefferus*, τὸ *rebus* a gloſſa eſſe. Nil tamen mutare auſim. nam & *res* aliquando facultates denotant. mox *Lambinus* ait quoſdam malle, *non nimis eſſe rob.* nulla neceſſitate. *Boſius*. Solus Voſſianus B. *opibus*.

4 *Conciliabat ceteros reges &c.*] Mſ. *ceteros reges adjungebat bell. nat.* (omiſſo verbo priori *conciliabat*.) Puto ſcripſiſſe: *robuſtum, ceteros reges adjungebat, & bellicoſas nationes.*

Illi

Digitized by Google

debat ab eo Pergamenus rex Eumenes, [1] Romanis a-
miciſſimus, [2] bellumque inter eos gerebatur & mari
& terra: quo magis cupiebat eum Hannibal oppri-
mi. Sed utrobique Eumenes plus valebat propter 3
Romanorum ſocietatem: quem ſi removiſſet, facilio-
ra ſibi cetera fore arbitrabatur. Ad hunc interfici-
endum talem iniit rationem. Claſſe paucis diebus e- 4
rant [3] decreturi. Superabatur navium multitudine.
Dolo erat pugnandum, quum par non eſſet armis.
Imperavit quam plurimas [4] venenatas ſerpentes vivas
co-

Illi *adjungebat*, gloſſa *conciliabat* fuit adſcripta. Sane τὸ *conciliabat* non conveniens eſt ſatis. conciliantur enim, qui quoquo modo ante fuerunt diſcordes, quod in hos non quadrat. Sed nec *conciliati* ſtatim ſocietatem armorum faciunt, de qua tamen agitur hoc loco. *Scheff
erus*. Τὸ *&* ab ultima ſyllaba vocis *adjungebat* facile abſorberi potuit. Poſſis & legere, *cet. r. adjungebat bellicoſae nationis*. Non tamen auſim quicquam in textu mutare. *Boſius*. Τὸ *minus* & *conciliabat* abſunt Voſſiano B. pro *adjungebatque*, *adjungebat*. & pro *nationes*, *nactiones*.

1 *Romanis amiciſſimus*] *Plutarchus in Catone* φιλορώμαιον appellat. *Lambinus*. Sicuti Valerius Max. 2, 2, 3. *amantiſſimum* Romanae *urbis*: Florus 2, 20, 2. *ſocium & commilitonem populi Rom*. Boſius. Pro *Pergamenus* Leid. m. *Pergameus*.

2 *Bellumque inter eos gerebatur*] De quo videndus *Juſtinus* 32, 4. Boſius.

3 *Decertaturi*] Giſanii & Schotti Codices ingerunt *decreturi*. quod negligere vim eſt facere elegantiſſimo ſcriptori. Lucret. lib. 5.

Tantum ſpirantes aequo certamine bellum
Magnis de rebus inter ſe cernere certant

Curt. lib. cap. 5. *Darius nunciata Memnonis morte haud ſecus quam par erat, motus, omiſſa omni alia ſpe ſtatuit ipſe* decernere. *Gebhardus*. Sic e ſuo & Giſ codd. ac ed. Ultraiect. legit *Schottus*, *Gebhardo* & *Schefferò* ſuffragantibus: ſicut e ſuo item *Savaro* ad 1, 4. 4. Et loquutus hunc in modum & alibi eſt. Indicem adi. vulgo eſt, *decertaturi*. Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. C. *decretari*. Notat paucis diebus, id eſt, intra paucos dies, (recte ita explicante Cortio ad Ciceron. 2. ad Fam. Ep. 7. n. 6.) praelio navali conflicturi, aut experturi, cui fortuna victoriam adjudicaret. De verbis *cernere* & *decernere* latiſſime egerunt Weitzius ad Valer. Flaccum lib. 4. Argon. vſ. 193. & Cl. Burm. ad lib. 8. vſ. 319. Cortius ad Salluſt. Catilin. cap. 59. n. 5. & Oudendorp. ad Frontinum lib. 3. cap. 6. n. 3.

4 *Venenatas ſerpentes*] Hoc refert inter ſtrategemata *Frontinus* 4, 7, 10. Lambinus. Juſtinus 32, 4. *omne ſerpentum genus* dicit: Galenus in libro de theriaca ad Piſonem *feras quae repente poſſunt occidere*. Magius.

5 colligi, easque in vaſa fictilia conjici. Harum quum [1] confeciſſet magnam multitudinem, die ipſo, quo facturus erat navale praelium, claſſiarios convocat, hisque praecipit, [2] omnes ut in unam Eumenis regis concurrant navem, a ceteris tantum ſatis habeant ſe defendere. id facile illos ſerpentium multitudine conſecuturos. Rex autem [3] in qua nave veheretur, ut ſcirent, ſe facturum: quem ſi aut cepiſſent, aut interfeciſſent, magno his pollicetur praemio fore.

CAP. XI.

1 [4] Tali cohortatione militum facta, claſſis ab utrisque

1 *Confeciſſet magnam multitudinem*] Magnam vim redegiſſet in unum. Caeſar. 1. de B. G. *Hoc poſſe* conficere *armata millia centum.* Id. lib. 1. Civil. cap. 24. *Servos, paſtores armat: atque his equos attribuit, ex iis circiter trecentos equites* conficit. Hirtius lib. 8. cap. 23. *Nocte inſequenti legati reſponſa ad ſuos referunt, obſides* conficiunt. Ita Cicero Attico dixit *conficere exercitus maximos.* & in Verrem: *Permagnam is ex ea re pecuniam* confici *poſſe.* Gebhardus. Sic loquuntur optimi ſcriptores. vide Indicem. In Boecl. tamen fuit *feciſſet:* quomodo ſupra 15, 3, 6. *ſummam* & 22, 2, 4. *centum millia* armatorum *facere* dixit. Sed vereor ne primam ſyllabam abſorpſerit praecedens *cum.* Boſius. Pro *cum* Voſſ. A. *quomodo* C. *que.* Pro *confeciſſet* Voſſ. A. *effeciſſet* B. & C. *feciſſet.* Eodem redit, *confeciſſet*, an *feciſſet* eligas. Conſule Cl. Dukerum ad Florum lib. 1. cap. 1. n. 9. in fine. Pro *praecipit* Voſſ. A. *praecepit.*

2 *Omnes ut in unam Eumenis regis concurrant navem.*] Nam nave Praetoria depreſſa aut ſuperata, ac rege ipſo occiſo, confundi ac turbari poſſe totam claſſem ſperabat. Ceteras vero nolebat adoriri, quia ſuperiores erant, & ne illarum mora Eumenes ſpatium effugiendi nanciſci poſſet. Polyaenus lib. 1. *Κόνων ναυμαχεῖν μέλλων ἀγγείλαντος αὐτομόλου ὡς τῶν πολεμίων ἄρισται τριήρεις πεποίηνται σπουδὴν ἑλεῖν τὴν Κόνωνος ναῦν.* Caeſar 2. B. Civ. 6. *Conſpicatae naves triremes duae navem D. Bruti, quae ex inſigni facile agnoſci poterat, duabus ex partibus ſeſe in eam incitaverant: ſed tantum re proviſa Brutus celeritate navis eniſus eſt, ut parvo momento antecederet.* Gebhardus. Pro *habeant* Voſſ. A. C. *habebant.*

3 *In qua nave*] Sic Mſc. Boecl. recte. nam ſic & ſupra 12, 4, 4. loquitur. Cicero quoque dixit *in equo, in mari vehi.* vide Ind. Vulgo abeſt praepoſitio. quam praecedens *autem* facile abſorbere potuit. *Boſius.* Solus Voſſianus B. *in qua nave.* Eodem modo *in Rheda, in curru vehi* Veteres dixiſſe docet etiam Doct. J. Arntzenius ad Victorem Epitom. cap. 38. n. 1.

que in praelium deducitur. [1] Quarum acie con-
ſtituta, priuſquam [2] ſignum pugnae daretur, Hanni-
bal, ut palam faceret ſuis, quo loco Eumenes eſſet,
tabellarium in ſcapha [3] cum caduceo mittit: qui ubi 2
ad naves adverſariorum pervenit, epiſtolam oſten-
dens, ſe regem profeſſus eſt quaerere. Statim ad Eu-
menem deductus eſt, quod nemo dubitabat [4] aliquid
de pace eſſe ſcriptum. Tabellarius, ducis nave de-
clarata ſuis, eodem, unde ierat, ſe recepit. At Eu- 3
menes, ſoluta epiſtola, [5] nihil in ea repperit, niſi quod
[6] ad irridendum eum pertineret, cujus etſi cauſſam
mirabatur, [7] neque reperiebatur, tamen praelium ſta-
tim [8] committere non dubitavit. Horum in concurſu 4
[9] Bithyni, Hannibalis praecepto, univerſi navem
Eu-

4 *Tali Cob*] Voſſ. B. *tale cob.*

1 *Quarum acie*] Navium, quamvis anteceſſit nomen *claſſis*. ſpectatur enim id, quod intelligitur, non quod dicitur. praeterea claſſis ex multis navibus conſtat. *Lambinus.* Leid. m. & Voſſ. A. *quorum*. Pro *quo loco* Voſſ. C. *loco quo*. τὸ *ubi* eidem abeſt.

2 *Signum pugnae*] Vide Ind. v. *ſignum*. Boſius.

3 *Cum caduceo*] Qui legationis inſigne, inprimis in pace facienda, fuit, Solebat autem in prora navis defigi, de quo doctiſſ. *Scheſſerus in addendis* ad eruditum opus *de Militia Navali veterum*, cujus novam auctioremque editionem avide exſpectamus. *Boſius.* Pro *epiſtolam oſtendens* Voſſ. A. *Epiſtolamque oſtendens*. C. *ep. hoſtendens.*

4 *Aliquid de pace eſſe ſcr.*] Mſc. Boecl. *quin aliquid de pace eſſet ſcr.* Interpolavit aliquis, opinor, gnarus *Ciceronem* ita ſolere. Altera ratione fere ubique Nepos uſus eſt. mox idem codex: *eodem, unde erat regreſſus.* An fuit, *unde erat egreſſus*. Boſius. Voſſ. C. *eſſet ſcriptum.* Pro *recepit* Voſſ. A. *recipit.* pro *ierat*. C. *erat.*

5 *Nihil in ea*] Praepoſitio aberat Mſ. Boecl. Et poteſt abeſſe. *Boſius*. Voſſ. B omittit etiam Praepoſitionem.

6 *Ad irridendum eum*] Licebat dicere, *ad ſe irridendum.* Sic ſupra, non ita longe dixit: *Gortynii templum magna cura cuſtodiunt, &c. ne quid ille inſcientibus his tolleret*. Licebat enim ita loqui, *ne quid ille ſe inſc. tolleret.* Lambinus.

7 *Neque reperiebatur*] Mallet *Lambinus* legi *reperiebat*, & certe vix aliter poteſt. Vulgatae occaſionem dedit praecedens *mirabatur*. Boſius.

8 *Committere praelium*] De hac phraſi egit latiſſime Cl. Burmannus ad Ovidium lib. 12. Metam. vſ. 68. adde quae diximus ad Themiſtocl. cap. 2.

9 *Bithyni*] Leid. & Voſſ. B. *Bithynii*. pro *in concurſu* Voſſ. B. *in curſu.*

 1 *Fuga*

Digitized by Google

Eumenis adoriuntur: quorum vim quum rex ſuſtine-
re non poſſet, [1] fuga ſalutem petiit: quam conſecu-
tus non eſſet, niſi intra ſua praeſidia ſe recepiſſet,
5 quae in proximo littore erant collocata. Reliquae
Pergamenae naves quum adverſarios premerent acrius,
repente in eas vaſa fictilia, de quibus ſupra mentio-
nem fecimus, conjici coepta ſunt: quae jacta initio
[2] riſum pugnantibus concitarunt, nec quare id fie-
6 ret, poterat intelligi. Poſtquam autem naves comple-
tas conſpexerunt ſerpentibus, nova re perterriti, quum,
quid potiſſimum vitarent, non viderent, [3] puppes a-
verterunt, ſeque ad ſua [4] caſtra nautica retulerunt.
Sic

1 *Fuga ſal. petiit*] Saepiſſime ita loquitur *Caeſar B. Gall.* 1, 53. 3. 15. 4. 14. *B. Civil.* 2, 32. 42. 3, 97. Gebhardus. Gloſſema eſt, quod in ſuo repperit Ernſtius, *ſal. quaerit.* Boſius. Omnes mei *petiit* praeter Voſſ. B. *petit.* Pro *Pergamenae* Leid. & Voſſ. C. *Pergameae.* ut & mox *Pergameorum.* Pro *quae* Voſſ. B. *qua.*

2 *Riſum concitarunt, nec quare id fieret*] Sic lego praeeunte Mſ. Boecl in quo erat, *concitarunt, inec. quare.* nam vulgo legitur: *excitarunt, neque quare id f. Concitare riſum* etiam Cicero dixit. vide Ind. *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. A. B, C. *excitarunt.* Pro *quae* Voſſ. B. *qua.*

3 *Puppes averterunt*] Sic quoque cod. Boecleri. *Lambino* videbatur legendum *puppes adverterunt*, vel *proras avert.* nam qui praelium, inquit, *navale committunt, proras habent adverſas; qui fugiunt, avertunt proras, & puppes adverſariis advertunt.* Buchnerus malebat *converterunt.* Sed receptam lectionem tuetur eruditiſſ. *Gronovius* 4. *obſervat* 25. vide Indicem. *Boſius.* Adde Interpr. ad Thucyd. lib. 1. cap. 50. n. 61. pro *alios* Leid. m. *alias.*

4 *Caſtra nautica*] Supra Alcibiade. *Illud moneo juxta hoſtes* caſtra *habeas* nautica. Caeſar lib. 5. Comment. de Bello Gallico cap. 22. *His imperat, ut coactis omnibus copiis caſtra navalia de improviſo adoriantur.* Gebhardus.

5 *Tum ſolum*] Voſſ. B. *tamen ſolum.*

6 *Pedeſtribus copiis*] Hic etiam ſumit pro *terreſtribus copiis.* De qua ſignificatione multa collegit Doct. Arntzenius ad Victorem de Viris Illuſtr. cap. 37. n. 4.

7 *L. Quintium Flamininum*] Erant illi L. Scipio Aſiaticus, & P. Scipio Naſica, qui una cum L. Quintio Flaminino, ſive ut apud Livium & Scriptorem de Viris Illuſtr. cap. 51. legitur, T. Quintio Flaminino ad eam rem ad Pruſiam miſſi ſunt, uti Antias Valer. ſcripſit, teſte Livio lib. 39. extremo. *Ernſtius* Sic legendum, non *Flaminium*, ut jam monuit *Lambinus*: nam. id cognomen Quintiorum, ut e *Faſtis Capitolinis*, *Livio* & Mſſ. codicibus *Plutarchi*

Sic Hannibal conſilio arma Pergamenorum ſuperavit: neque [5] tum ſolum, ſed ſaepe alias [6] pedeſtribus copiis pari prudentia pepulit adverſarios.

CAP. XII.

Quae dum in Aſia geruntur, accidit caſu, ut le- 1
gati Pruſiae Romae apud [7] L. Quintium Flamininum conſularem coenarent, atque ibi de Hannibale mentione facta, ex his unus diceret, eum in Pruſiae regno eſſe. Id poſtero die Flamininus [8] ſena- 2
tui detulit. Patres conſcripti, [9] qui Hannibale vivo nunquam ſe ſine inſidiis futuros exiſtimabant, legatos in

tarchi cognoſcimus: non *Flaminius*, plebejae gentis nomen. Quanquam & apud alios, Graecos pariter ac Latinos, ſcriptores paſſim *Flaminius* pro *Flaminino* legitur. Ceterum *Magius* legi vult *T. Quintium*, quod is a *Livio* 31, 51. & *ſcriptore de viris illuſtr. c.* 51. legatus ad Pruſiam veniſſe dicitur. de quo mox plura. Lucius tamen circa eadem tempora Romae fuit, & a Catone anno U. C. IↃLXXIX. ſenatu motus eſt, ut e *Livio* 39. 42. aliisque conſtat. Recte vero Mſ. Boecl. & quidam editi, quibus & *Lambinus* adſentitur, *conſularem* habent. neuter enim Quintius hoc tempore conſul fuit, ſed Titus anno U. C. IↃLV; Lucius IↃLXI: ut *Faſti Capitolini* docent. Haec autem circa annum IↃLXX. geſta ſunt. quo tempore etiam *Livius l. c.* Lucium *conſularem* vocat. Et conſulatu jam defunctum fuiſſe, cum ſenatu moveretur, idque ante annos VII, e *Cicerone de ſenect. cap.* 12. *Valerio Max.* 2, 9, 1. *&* 4, 5, 1. ac *Plutarcho in Catone maj.* cognoſcimus. *Boſius.* Leid. m. *Flamininum* Voſſ. A. C. *Flamineum.* & Voſſ. C. pro *Conſulem* exhibet *conſularem.* & pro *eum in Pruſ. eum Pruſ.* Conſule, quos laudat Cl. Arntzenius ad Victorem de Viris Illuſt. cap. 51. n. 1.

8 *Senatui detulit*] Aeque probe dictum, ac Lambinianum *ad ſenatum.* Juſtinus 1, 5, 1. *A parentibus puerorum querela eſt regi delata.* Idem 9, 6, 7. *Hanc rem aegre ferens Pauſanias, querelam Philippo ſaepe detulerat.* Gebhardus. Tacitus 13 A. 43, 1. *Nec deerant, qui haec Senecae deferrent.* Boſius.

9 *Qui Hannibale vivo &c.*] Romani Annibalem, etſi annis & exſilio fractum, pro igni habebant, cui abeſſet nihil, niſi qui eum excitaret, ut *Plutarchus in Flaminino cap.* 37. & *Bernegg in Juſtin.* 31, 2, 8. notant. *Loccenius.* Pro *exiſtimabant* Voſſ. B. *exiſtimarent.*

10 *In his Flamininum*] Titum, ſi credimus *Livio*, *Scriptori de viris illuſtr. Plutarcho in Flaminino p.* 380. & *Eutropio*: quem & *Lambinus* heic deſignari opinatur: quanquam noſter Lucium intellexiſſe videtur. De cauſſa legationis paullo aliter

in Bithyniam miſerunt, [10] in his Flamininum, qui a rege peterent, ne inimiciſſimum ſuum ſecum habe-
3 ret, [1] ſibique dederet. His Pruſias negare auſus non eſt. [2] illud recuſavit, ne id a ſe fieri poſtularent, [3] quod adverſus jus hoſpitii eſſet: [4] ipſi ſi poſſent, comprehenderent: locum, ubi eſſet, facile inventuros. Han-

Livius, *Appianus*, & *Plutarchus*, qui diſerte ſcribunt: aliis de cauſſis fuiſſe miſſum. Ad mentem noſtri ſcriptor de viris illuſtribus: *Legatus ad Pruſiam, ut Annibalem repeteret, miſſus.* Itemque Juſtinus 32, 4, 8. *Miſſi a Senatu legati ſunt, qui utrumque regem in pacem cogerent, Annibalemque depoſcerent.* Et Zonaras: πρεσβέων πρὸς τὸν Προυσίαν πεμφθέντων ἐκ Ῥώμης δι' ἄλλα τέ τινα, καὶ ὅπως καὶ τὸν Ἀννίβαν ἐκδοίη παρ' αὐτῷ ὄντα. adde Oroſium 4, 20. *Eutropium ſub initium libri 4.* Hujus Quintii effigiem e gemma veteri exhibent *imagines Urſini numer.* 126. cum his litteris ΤΦΘ. quas *Jo. Faber in notis* exponit Τίτος φλαμίνινος θεός. Memoria vero lapſus eſt doctiſſ. *Rutgerſius* 1. *Var.* 1. cum *Urſinum* oſcitantiae incuſat, ac *pro Quintii effigie* ait *publicaſſe gemmam cum his litteris:* T. K. Θ. *atque* Τίτος Κοΐντιος Θεὸς *interpretatum eſſe: cum tamen eadem gemma, ſibi inter cimelia Chriſtianiſſimi Galliarum regis viſa, inſculptas habeat litteras* I. X. Θ. quas ille exponit: Ἰησοῦς χριστὸς θεὸς, eoque Servatoris noſtri effigiem eſſe contendit. Memoria, inquam, lapſus eſt. nam neque *Fulvius* ita exhibuit ac interpretatus eſt eam effigiem; neque eadem gemma fuit, quam *Rutgerſius* vidit, cum credibile ſit, illam Fulvii, ut cetera cimelia, e quibus *Imagines* iſtae deſumtae ſunt, hodieque in Farneſianis theſauris Parmae ſupereſſe. *Boſius.* Leid. m. *in his Flamininus.* Pro *a rege* omnes mei *ab rege.*

1 *Sibique dederet*] Aberat Mſſ. Boecl. & ed. Col. τὸ *ut*, quod vulgo interponitur: eoque expunxi. Sic 25, 10, 4. *ne timeret, ſtatimque ad ſe veniret.* Et ita paſſim alii. *Boſius.* Omnes mei non agnoſcunt *ut*, forſan a ſciolo quodam intruſum. Sic Livius lib. 3. cap. 46. *Collegiſque in caſtra ſcribit, ne Virginio commeatum dent, atque etiam in cuſtodia habeant.* Conſule tu Lector Cl. Burmannum ad Phaedrum lib. 4. fab. 4. vſ. 12. Pro *dederet* Voſſ. B. *deberet.* Pro *Pruſias* Voſſ. B. C. *Pruſia.*

2 *Illud recuſavit*] Paullo aliter *Livius.* Cum noſtro tamen facit *Plutarchus*, qui deprecatum pro ſupplice & familiari, ſed fruſtra, ſcribit. πολλὰ τοῦ Προυσίου δεομένου καὶ λιπαροῦντος ὑπὲρ ἀνδρὸς ἱκέτου καὶ συνήθους, οὐ παρεῖχεν. *Boſius.*

3 *Quod adverſus jus hoſpitii eſſet*] Quod etiam latrones, inter ſe ſanctum inviolatumque ſervant. Ammianus 30, 5. de Para rege Armeniae in convivio occiſo: *Hoc figmento nefario decepta crudelitate inter epulas, quae reverendae ſunt vel in Euxino ponto, hoſpitali numine contuente, peregrinus cruor in ambitioſa toralia ſparſus, & ſpumans ſat etati ſuperfuit convivarum, horrore maxime diſperſorum.* Tacitus 15. A. 5, 52. *Commeratis*

Hannibal enim uno loco ſe tenebat [5] in caſtello, [6] quod ei ab rege datum erat muneri; [7] idque ſic aedificarat, ut in omnibus partibus aedificii [8] exitum ſibi haberet, [9] ſemper verens, ne uſu eveniret, quod accidit. [10] Huc quum legati Romanorum veniſſent, 4
ac multitudine domum ejus circumdediſſent, [11] puer ab

ratis tamen metu proditionis placitum maturare caedem apud Bajas in villa Piſonis; cujus amoenitate captus Caeſar, crebro ventitabat, balneaſque & epulas inibat, omiſſis excubiis & fortunae ſuae mole. Sed abnuit Piſo, invidiam praetendens, ſi ſacra menſa Dique hoſpitales caede qualiſcunque Principis cruentarentur. Gebhardus. Ideſt interprete Cicerone, *amicitiam* Quae duo vocabula Ep. 2. lib. 1 ad Q. Fratrem ita connectit. *Optimum quemque hoſpitio amicitiaque conjungi dico oportere.* Jus illud hoſpitii a Graecis vocatur προξενία, cujus tutores apud Livium 39, 51. credebantur dii vocati *Hoſpitales.* Vide Budaeum ad L. Poſtliminii 3. D. De capitis & de poſtlimin. *Ernſtius.*

4 *Ipſi ſi poſſent, comprehenderent*] Hoc erat ἀφοσιώσεως χάριν, id eſt, dicis cauſſa, jus hoſpitii ſervare. Nam ſi Pruſias revera nihil adverſus jus hoſpitii facere vellet, Hannibalem omnibus modis tueri, & defendere debebat. Niſi quis forte dicat, Pruſiam eo nihil contra jus hoſpitii commiſiſſe, quod Hannibalem, quantum in ipſo fuerit, defenderit: Romanorum autem eum expoſcentium opibus obſiſtere non potuiſſe. *Lambinus.* Poterat tamen Admetum imitari, de quo ſupra 2, 8, 5. *Boſius.*

5 *In caſtello*] *Libyſſam* locum hunc vocant *Appianus*, *Plutarchus*, *ſcriptor de viris illuſtribus*, *Eutropius*, *Zonaras.* Boſius.

6 *Quod ei ab rege*] Voſſ. B. *quod ei agere.*

7 *Idque ſic aedificarat*] Sic fere & *Livius loco cit.* rem narrat. *Boſius.* Voſſ. C. *aedificaret.*

8 *Exitum ſibi haberet*] Sic reſcripſi e Mſ. Boecl. jubente *Scheffero.* Vulgata lectio, *exitus haberet*, ex abbreviatione nata eſt. Scribit Livius, *ſeptem exitus feciſſe* Hannibalem. *Boſius.* Voſſ. B. etiam *exitum.*

9 *Semper verens, ne uſu eveniret*] Livius: *Semper talem exitum vitae ſuae Annibal proſpexerat animo.* Cauſſas apud ipſum vide. Mſ. Boecl. & q. edd. *uſu veniret.* An fuit, *uſu ei veniret?* Boſius. Leid. & Voſſ. A. C. *ne uſu eveniret.* Mox pro *multitudine* Voſſ. A. *multitudinem.* Sed vide Cort. ad Salluſt. Jug. cap. 23, n. 1.

10 *Huc quum Legati Romanorum veniſſent*] Inter quos Princeps erat Q. Flamininus, qui factum id Romana virtute indignum parum ſenatui & bonis probavit. Plutarchus Flaminino, Appianus Syriaca pag. 92. Sed Cornelius noſter ſupra dixit: Hannibalem juſſu ſenatus per legatos a Pruſia fuiſſe repetitum. Juſtinus lib. 32. virtutes quaſdam ejus & hunc exitum pariter refert. *Ernſtius.*

11 *Puer ab jan. proſpiciens*] Vide Ind. v. *janua.* Boſius.

 1 Re-

ab janua proſpiciens Hannibali dixit, plures praeter conſuetudinem armatos apparere, qui imperavit ei, ut omnes fores aedificii circumiret, ac propere ſibi renuntiaret, num eodem modo undique obſideretur.
5 Puer quum celeriter, quid eſſet, [1] renuntiaſſet, omneſque exitus occupatos oſtendiſſet: ſenſit id non fortuito factum, [2] ſed ſe peti, neque ſibi diutius vitam eſſe retinendam. quam ne alieno arbitrio [3] dimitteret, memor [4] priſtinarum virtutum, [5] venenum, quod

1 *Renuntiaſſet*] Mſc. B. *nuntiaſſet*. Boſius. Sic etiam Voſſ. B. C.

2 *Sed ſe peti*] Verbum *Petere* de inſidias & dolos nectentibus dici ſolet. Conſule Celeb. Burmann. ad Petron. Satyric. cap. 106. Metaphora deſumpta a Gladiatoribus. Vide Gebhardum ad Themiſtocl. cap. 2. n. 6. Quod etiam patet ex Feſti loco in *Retiario*, qui ita in Codice Leidenſi ſcribitur; *Retiario pugnanti adverſus mirmillonem cantatur. Non te peto, piſcem peto. Quid me fugis Galle? Quia mirmillonicum genus armaturae gallicum eſt, ipſique mirmilliones appellabantur, in quorum galeis piſcis effigies inerat. Hoc autem genus pugnae inſtitutum eſt a Pittaco uno ex ſeptem ſapientibus, qui adverſus Phrynonem dimicaturus propter controverſias finium, quae erant inter Atticos & Mytilenaeos rete occulte lato impedivit Phrynonem.*

3 *Dimitteret*] Nihil mutandum. Martial. lib. 1. de Feſto Epigramm. 78.

Sanctam Romana vitam ſed morte peregit
Dimiſitque *animam nobiliore via.*

M. Tullius pro Archia. *Non cum vitae tempore* dimittendam *eſſe commemorationem nominis noſtri.* Gebhardus.

4 *Priſtinarum virtutum*] Imperatoriarum ſcilicet. *Lambinus.*

5 *Venenum ſumſit*] Praeter *Livium* 39. 51. *Appianum*: *Valerium* 9, 2, *ext.* 2. *Plutarchum*: *Juſtinum* 32. *in fine*: *Varro in fragmentis*: *Oroſius* 4, 20. Savaro. De Hannibalis morte diverſae ſunt hiſtoricorum opiniones. Iis quos cl. Boſius citat, adde Jul. Obſequentis lib. Prodig. cap. 3. Silii Italici lib. 13. & de ſepulcro ejus Plin. lib. 5. cap. 32. *Ernſtius.* Et quos laudat Cl. Arntzenius ad Victorem de Viris Illuſtr. cap. 42. n. ult.

6 *Secum habere conſuev.*] Sub annuli gemma. *Scriptor de viris ill. c.* 51. *Juvenalis Sat.* 10. Boſius.

7 *Anno acquievit ſeptuageſimo*] Κατ' εὐφημισμὸν mortuus eſt. Ita Graeci, Herodian. de Exceſſu Marci Ὁ μὲν οὖν, inquit, νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἐπιβιώσας μιᾶς τ' ἀνεπαύσατο. Val. Maxim. lib. 9. cap. 12. *Immixuſque genibus compreſſo ſpiritu, inter ipſas cuſtodum manus, inque conſpectu ſummi imperii, ex optata ſecuritate* acquievit. ita lege. *Gebhardus.* Si, quod in ἀναγραφῇ Ὀλυμπιάδων legitur, Hannibal natus fuit Olymp. CXXXIII. anno 1. ſi, ut noſter cum patre in Hiſpaniam profectus; ſi minor annis XXV, ut Noſter & Appianus,

quod ſemper [6] ſecum habere conſueverat, ſumſit. Sic vir fortiſſimus, multis variiſque perfunctus laboribus, [7] anno acquievit ſeptuageſimo.

CAP. XIII.

Quibus conſulibus interierit, non convenit. [1] Nam 1
Atticus Marco [2] Claudio Marcello, Q. Fabio Labeone Coſſ. mortuum in annali ſuo ſcriptum reliquit. At Polybius [3] L. Aemilio Paullo & Cn. Baebio Tam-

imperator factus: ſi denique, ut *Livius* 30, 35. & apud eundem ipſe 30, 37. ſexto ac triceſimo poſt anno quam puer inde profectus, ac, ut, *Polybius* 15, 19. major annis XLV. Carthaginem rediit; quomodocunque ſubducas calculos, haud plures, quam LXV. ad ſummum anni exibunt, etiamſi demum P. Cethego & M. Tamphilo Coſſ. hoc eſt, anno u. c. IↃLXXII. mortuum adfirmes. Vide igitur, annon ſcripſerit Nepos: *anno* LXV. quod librarii mutarint in LXX. Neque enim novum, V & X in libris permutari. nam rotundo numero heic uſum, quod vir doctus ſuſpicatur, vix crediderim. Certe in jam laudata ἀναγραφῇ, Olymp. CXLVIII. anno IV. obiiſſe dicitur; hoc eſt anno aetatis LXIII. vel LXIV. *Boſius*. De verbo *acquieſcere* & ſimilibus pro *mori* conſule Munckerum ad Hyginum fab. 254. in fine, & Vorſtium ad Valerium Maximum l. 9. c. 12. n. 15. unde & *quietorium* pro ſepulcro: vide Cl. Drakenburg. ad Silium Italic. lib. 5. vſ. 529.

1 *Nam Atticus*] Sic recte Mſſ. & edd. vett. nam *Annalem Attici* etiam *Cicero* adlegat ad ipſum Atticum ſcribens 12, 23. Adiſis *Voſſium de Hiſt. Lat.* 1, 11. Male igitur Lambinus cum Cl. Puteano *Atticum* reponi voluit in q. edd. eſt: *namque Atticus*. Boſius. Leid. m. *Azicus*.

2 *M. Claud. Marcello, Q. Fab. Labeone*] Anno ab u. c. IↃLXX. Q. edd.. addunt copulam, *& Q. Fab. Lab.* Boſius. Voſſ. A. *& Q. Fabio Lacone.* Voſſ. C. *& Fabio Labeone.* pro *At Polybius* Voſſ. A. *ac Polybius.* Non Polybius, ſed Valerius Antias haec ſcripſit. Conſule Celeb. Perizonium Animadv. Hiſtoric. cap. 9. pag. 369, 370.

3 *L. Aemilio Paullo & Cn. Baebio Tamphilo*] Sic legendum e *Faſtis Capitolinis*, *Livio* 39, 23, 56. *Jul. Obſequente*, *Caſſiodoro*, ac Mſc. cod. Giſanii. In Veneto quoque, *Magio* viſo, fuit: *Bebio Tamphilo*. Ceteri Mſſ. editique *Pamphilum* vel *Pamphilium* vocant alterum, & M. vel C. praenomen addunt: *Aemilium* abſque pronomine exhibent. Utrumque nomen corruptum in Faſtis Siculis: παμφίλου καὶ πάλου. Lege: ταμφίλου καὶ παύλου. Fuere autem conſules anno u. c. IↃLXXI. *Boſius*. Leid. m. *Aemilio Paullo & C. Bebio Tamphilo*. Voſſ. A. *Aemilio Paullo*

Digitized by Google

Tamphilo: [1] Sulpitius autem, [2] P. Cornelio Cethego, M. Baebio Tamphilo. [3] Atque hic tantus vir tantisque bellis diſtrictus, nonnihil temporis tribuit litteris. Namque aliquot ejus libri ſunt, Graeco ſermone confecti. in his ad Rhodios de [4] Cn. Manlii
2 Vulſonis in Aſia rebus geſtis. [5] Hujus bella geſta multi

Paullo & Cn. B. T. Voſſ. B. *Aemilio Paullo & Cn. Baebio Pamphilo* C. L. *Aemilio Paullo* & *Cn. B. T.*

1 *Sulpitius autem*] *Voſſius de Hiſt. Lat.* 1, 18. avum Imperatoris Galbae ſignari putat, *Suetonio Galba cap.* 3. memoratum. Mſc. Boecler. & quidam editi *Sulpitius a. Blito.* quod *Gebhardus* negat ſe capere. Ego vix dubito, ſi non verum, ſaltem corruptum viri cognomen eſſe. *Boſius.* Voſſ. B. etiam *Sulpicius aut. Blito.*

2 *P. Corn. Cethego, M. Baebio Tamph.*] Sic rurſus *Faſti Capitolini, Livius* 40, 18. & cod. Gif. Quare non eſt, quod cum Magio *P. Corn. Lentulo* reponamus. In reliquis Mſſ. & plerisque edd. vett. *Tamphili* cognomen pariter, ut paullo ante, corruptum eſt: ſicut & in *Faſtis Siculis.* Boſius. Leid. m. *Baebio Tamphilo.* Voſſ. B. *M. Baebio Pamphilio.* C. *Baebio Tamphilo.*

3 *Atque hic tantus vir*] Pronomen abeſt ab Ed. Colon. Boſius. pro *temporis* Voſſ. B. *temporibus.*

4 *Cn. Manlii Vulſonis*] Sic recte *Magius* emendavit. Ita enim *Faſti Capitolini. Livius*, aliique vocant. In Mſſ. corrupte: *Ennii Manlii Volonis.* Sicut apud *Appianum Syriacis* aliquoties Μάνιος legitur pro Μάλλιος, etiam in nuperrima editione Amſtelodamenſi. Fuit autem cum M. Fulvio Nobiliore conſul A. U. C. IↃLXIV, ac provinciam Aſiam ſortitus, Gallos eam incolentes devicit. *Boſius.* Pro *Cn. Manlii Vulſonis* Leid. m. *C. Manlii Volonis.* Voſſ. A. C. *Cn. Manilii Vulſonis.* B. *Ennii Manilii Volonis.*

5 *Hujus bella geſta*] Pro *bella* Mſ. Boecler. *belli*, quod non admittunt, illa *cum eo*: niſi *belli geſta* idem ſit ac res bello geſtae. *Buchnerus* ὁ πάνυ τὸ *bella* ſupervacuum exiſtimabat ac Nepotem ſcripſiſſe *Hujus geſta.* quomodo ſupra 14, 1, 2. loquutus eſt, & alii paſſim. An fuit, *Hujus bello geſta*? Boſius. Leid. & Voſſ. A. C. *H. bella geſta* B. *H. belli geſta.*

6 *Silenus*] Omnes hucusque edidere, *Philenius*, vel *Philaenius.* Ignotum nomen, nec ulli veterum, quod ſciam, memoratum. Itaque *Voſſius* in *De hiſtor. Gr.* 1, 17. legit *Philinus*, auctoritate *Polybii* 1, & 3. ac *Diodori Siculi* 23, & 24. in *Eclogis.* Sed is primi belli Punici hiſtoriam ſcripſit. *Boeclerus* e Mſ. ſuo legit *Syllenus.* Utrum viri nomen eſt *Silenus.* Id docet locus *Ciceronis de divin.* 1, 24. ab eodem ſummo viro laudatus: *Hoc idem in Sileni graeca hiſtoria eſt: is autem diligentiſſime res Hannibalis perſecutus eſt.* De Nova Carthagine a Scipione Africano capta eundem *Livius* laudat 26, 49. Plura de eo *Voſſius de hiſt. Gr.* 3. *pag.* 413. Boſius. Leid m. &.

Digitized by Google

multi memoriae prodiderunt: ſed ex his duo, qui cum eo in caſtris fuerunt, ſimulque vixerunt, quamdiu fortuna paſſa eſt, [6] Silenus, & [7] Soſilus Lacedaemonius. Atque hoc Soſilo Hannibal litterarum Graecarum uſus eſt doctore. Sed [8] nunc tempus eſt 4 [9] hujus libri facere finem, & Romanorum explicare im-

m. & Voſſ. A. C. *Silenus* B. *Syllenus.*

7 *Soſilus*] Quanta Lambino ſit fides tribuenda vel unicus hic locus, ſi cetera deſint omnia, ſatis docet. Nam cum non recordaretur ſibi alibi nomen hoc occurriſſe, ſtatim vitii accuſat ſubſtituitque *Soſibius.* qui erat Grammaticus Laconicus apud Suidam: vel cenſet legendum *Soſilus.* Clariſſimus & amiciſſimus Voſſius mihi ex Diodoro Siculo indicavit verum nomen eſſe *Soſilus.* & alibi laudat verba Polybii, Πρὸς μὲν ἂν τὰ τοιαῦτα τῶν συγγραμμάτων, οἷα γράφει Χαιρέας καὶ Σώσιλος, οὐδὲν ἂν δέοι πλεῖον λέγειν. οὐ γὰρ ἱστορίας, ἀλλὰ κουρεακῆς καὶ πανδήμου λαλιᾶς, ἐμοί γε δοκοῦσι τάξιν ἔχειν καὶ δύναμιν. Idem pro *Philaenius* emendat *Philinus* auctoritate Polybii lib. 1, & 3. nec non Diodori Siculi, apud quem lib. 3. & in Eclogis vocatur φιλῖνος. *Gebhardus.* Diodorus Siculus ecloga 3. libri 26. Σώσιλος ὁ Ἴλιος (ſeu Ἰλιεὺς) τὰ περὶ Ἀννίβαν ἔγραψεν ἐν βιβλίοις ζ. Meminit illius & *Polybius* 3, 20. ſed pro fabulis potius, quam hiſtoriis, ſcripta ejus habenda cenſet. Quae loca jam indicavit *Voſſius de hiſt. Gr.* 1, 7. Sed pro βιβλίοις ζ. uti legitur apud *Diodorum*, habet ξ', vertitque: *libris ſexaginta*; errore haud dubie ex ſimilitudine litterarum nato. Ac dubito, an tot libros de unius Hannibalis rebus *Soſilus* ſcripſerit. Perperam igitur *Lambinus* corrigit: *Soſybius*, vel *Soſilus.* Ceterum Hannibalis res geſtas etiam recentioribus Afris innotuiſſe, illud indicio eſt, quod *Vincentius Albus* (*le Blanc*) Maſſilienſis in *Itinerario* ſuo, *parte* 2. *cap.* 17. ſcribit, Temeſnae in regno Maroccae, ſibi Maurum quendam anno Chriſti cIↄ IↄLXXVIII. inter alios libros, quibus utebatur, nominaſſe quendam *Albuzer* dictum, plenum rerum curioſarum de geſtis celeberrimorum Africae virorum, *Hannibalis*, *Maſiniſſae*, *Septimii Severi*, & multorum aliorum Regum, principum & epiſcoporum, ut *Auguſtini &c.* Etſi hodie in illis oris, ſi *Lancellotto Addiſono*, nuperrimo Mauritaniae deſcriptori credimus, vix ullos libros reperire eſt. *Boſius.* Voſſ. B. *Soſillus.*

8 *Nunc tempus*] Mſ. Boecl. *nos tempus.* Boſius. Leid. & Voſſ. A. B. C. *nos tempus.*

9 *Hujus libri facere finem*] Diviſerat enim Probus opus ſuum in duos libros, ſive duo volumina: etſi in *praefationis* calce, *libro* tam Graecorum imperatorum, quam Romanorum, vitas ſe expoſiturum dixerit. Siquidem eo in loco *librum* non pro operis parte, ſed pro toto opere, accipit. *Magius.*

10 *Qui viri*] *Barthius* conjiciebat legen-

imperatores: quo facilius collatis utrorumque factis, qui viri praeferendi ſint, poſſit judicari.

legendum: *cui utri*, vel *qui utris*, aut *quis utri praeferendi ſint*. Ego nihil mutandum cenſeo. nam ſic plane Plinius N. H. 18, 3. e Catone: *Quem virum bonum colonum dixiſſent, ampliſſime laudaſſe exiſtimabantur*. Boſius.

XXIV.

[1] M. PORCIUS [2] CATO.

[3] EX LIBRO POSTERIORE CORNELII NEPOTIS.

Cap. I.

[4] CATO [5] ortus municipio Tuſculo, adoleſcen- 1
tulus,

DE CATONE *Plutarchus*, *Cicero* paſſim, *Livius*, *Valerius*, *Frontinus*, *Oroſius*, & reliqui Romanae hiſtoriae ſcriptores. *Savaro.* adde ſcriptorem de viris illuſtr. cap. 47. Ampelium cap. 19. & e junioribus *Voſſium de hiſt. Gr.* 1, 5. Characterem animi habes apud *Livium* 39, 40. effigiem e gemma annulari inter *Imagines Illuſtrium Urſini*: isque ſimilem in Corniola habuit, teſte *Jo. Fabro num.* 116. Qui & Hermae illi dicati meminit, ſed capite truncati, cum inſcriptione: M. PORCIUS. M. F. CATO, CENSORIUS: conjicitque eam ipſam eſſe, quam *Plutarchus* ſcribit ei in templo Sanitatis dedicatam fuiſſe. Eſt & apud me nummus mediae magnitudinis pulcherrimus, ſed recentioris ut arbitror aevi, in quo caput conſpicitur Catonis barbatum, his circum litteris: M. PORCIUS. CATO. CENS. In averſa parte ROMA, ſpoliis inſidens, & dextra bilancem, ſiniſtra cornu copiae tenens. *Boſius.* In Mſ. Codice A. praecedit Attici vita vitae Catonis. In Codice Voſſiano B. haec vita videtur alia, & quidem recentiori manu deſcripta. In Voſſiano C. ſequitur vitam Miltiadis.



Apud Fulvium Urſinum in Gemma

tulus, priusquam [6] honoribus operam daret, verſatus eſt [7] in Sabinis, quod ibi [8] heredium a patre relictum

1 *M. Porcius*] Ita paſſim exaratum hoc gentilitium Catonis nomen reperitur non modo in libris vett. ſed etiam in ſaxis & nummis plerisque, apud *Gruterum*, *Urſinum*, & *Pet. Servium in Miſcellaneis cap.* 8 In Romano tamen ſaxo, quod in aedibus Farneſiorum vidit *Servius*, legitur: M. PORTIUS M. F. CATO. CENSORIUS. Vix dubito quin ſit Hermes capite truncatus, *Jo. Fabro*, ut modo diximus, laudatus. qui proinde hinc emendandus fuerit: quemadmodum & ex altero juxta Capitolium, eidem *Servio* memorato, in inſcriptione *Gruteriana* 4. *pag.* 358. (eadem enim haud dubie eſt) pro CENSORINUS legi debet CENSORIUS. Sic enim Catonem noſtrum cognominatum fuiſſe, etiam aliunde conſtat. *Portii* autem nomen etiam in aliis lapidibus ſic ſcriptum eſt apud *Gruterum*. vide *Indicem Scaligeri* 24. Ut variaſſe in eo veteres videantur. Sic in iisdem lapidibus *Fabricius* & *Fabritius*, *Sulpicius* & *Sulpitius*, promiſcue exaratum eſt. *Boſius*. Vide J. Arntzenium ad Victorem de Viris Illuſtr. cap. 47. n. 1.

2 *Cato*] De genere & nominibus Catonum ac familiae Porciae, lege quae *Gellius* retulit *lib.* 13. *cap.* 19. Magius. Noſter antea *Priſcus* cognominatus, teſte *Plutarcho*, poſt a ſolertia *Cato* dictus eſt. *Boſius* Voſſ. C. *Catho*.

3 *Ex libro poſteriore Corn. Nepotis*] Unde haec deſumta ſint, & an in aliquo Mſ. codice inventa, dicere non poſſum, neque enim alibi, quam in edit. Gebhardi & poſtrema Boecleriana, & quae hanc expreſſere, eam invenio. *Lambinus* tamen, & qui eum ſequuti ſunt, ſimilia praefixere: *ex libro ſecundo Aemilii Probi*, *ſeu Cornelii Nepotis*. *Longolius* nil aliud, quam, *Catonis vita*; Schottus, *M. Porcii Catonis vita*. *Pighius*, qui hanc vitam a *Carolo Langio* acceptam *libro* LX. *Annalium Rom.* ſed pluribus locis ab aliis editionibus diſcrepantem, inſeruit; alicubi & conjecturas ſuas adſcripſit, hunc ei titulum praeſcripſit, *Vita Marci Catonis*, *ex Cornelio Nepote de viris illuſtribus*. Utcunque ſit, veriſimilius eſt, eam ex altero Nepotis libro eſſe, cujus 23, 13, 4. meminit, quam, quod *Schotto* aliisque viſum, fragmentum eſſe vel ἀνακεφαλαιώσεως libri quem *cap.* 3, 5. de Catone *ſeparatim feciſſe* ſe ait. Nam id ne credamus, ea ipſa verba faciunt. Quis enim in fragmento aut ἀνακεφαλαιώσει operis alicujus unquam opus ipſum, tanquam diverſum, laudavit? Non repugnabo tamen, ſi quis cum *Voſſio* τῷ πάνυ veriſimile cenſeat, fragmentum eſſe ex opere *de hiſtoricis Latinis*: cum de hiſtoriis Catonis tam explicate agat, Orationum autem & rerum pace belloque geſtarum ſolum velut obiter mentionem faciat. *Boſius*.

4 *Cato*] *Pighius* edidit, *M. Cato*. quomodo principio Attici: *Titus Pomponius Atticus*, Boſius.

5 *Ortus municip. Tuſculo*] Sic *Plutarchus* in M. Catone: Μάρκῳ δὲ Κάτωνι φασὶν ἀπὸ Τούσκλου τὸ γένος εἶναι. M. Tullius in Planciana [cap. 8.] *Num quando vides Tuſculanum* ali-

ctum habebat. [1] Hortatu L. Valerii Flacci, quem in conſulatu cenſuraque habuit collegam, ut [2] M. Perperna

aliquem de M. Catone — gloriari? Lambinus. *Porcios Tuſculo in ſenatum accitos*, ait Claudius Caeſar apud Tacit. 11, 24, 3. *M. Porcium Catonem nomen ſuum Tuſculi ignobile Romae nobiliſſimum reddidiſſe*, Valer. Max. 3, 4, 6. *Gebhardus.* Unde ignobilis & obſcuro genere natus Romae ferebatur. Conſule Celeb. Perizonium ad Aelianum lib. 12. V. H. cap. 6. & ad lib. 14. cap. 36.

6 *Honorib. operam daret*] Vid. Ind. v. *honor.* Boſius.

7 *In Sabinis*] Sic & *Plutarchus.* Boſius.

8 *Heredium*] *Heredium* a Feſto & aliis derivari ab herede notum eſt. Sed Hotomannus JCtus ab hera, id eſt, *terra*, dictum exiſtimat. Unde Varroni *heredium* ſignificat *agellum*, qui heredem ſequitur, ſive praedium ruſticum: pro quo ab A. Gellio lib. 19. N. A. cap. 7. dicitur de Julio Paullo, cum videlicet *herediolum tenue* poſſediſſe. De varia vocis hujus ſcriptura vide Dauſquii Orthograph. in voce *heres.* Ernſtius. Mſ. Venetus *Magio* laudatus, *praedium.* Sed rectum eſt *heredium.* vide Ind. & notas Ernſtii. *Boſius.*

1 *Hortatu*] Mſ. Schotti: *Inde hortatu.* quomodo & *Pighius* edidit. Addidit *inde* aliquis, qui non cohaerere haec cum praecedd. putabat, ignorans, Nepotem ita ſolere. *Boſius.* Voſſ. A. addit etiam *inde.*

2 *M. Perperna*] Sic legendum eſſe, jam monuere *Lambinus*, *Pighius ad an. U. C.* 608. alii. nam ita apud ſcriptores Graecos, & in lapidibus, ac nummo veteri apud *Pighium*, hoc ſive gentilicium nomen, ut plerique, ſive cognomen gentis obſcurae Sabelliae, ut Pighius exiſtimat, exaratum reperitur. In vulgatis libris heic & alibi mendoſe *Perpenna* legitur. Equidem & in vett. lapidibus invenio *Perpennam* quendam inter magiſtros vicorum urbis Romae, apud *Gruterum pag.* 251. & ſeptem alios cum cognominibus, *Argyri*, *Charitonis*, *Eutychi*, *Favoris*, *Firmli*, *Lurconis*, *Philonis*, apud eundem *pag.* 814, 8. 241, 988, 1. 820, 9. ac *Petronium Perpennam Magnum Quadratianum*, Praef. Urbi, *pag.* 177, 7. itemque in nummo Liciniani apud Occonem, *Imp. Caeſ. M. Auſ. Perpennam Licinianum*: & apud *Victorem juniorem* (niſi locus mutilus eſt, quod valde vereor) *Hoſtilianum Perpennam.* Verum id aut alterius familiae nomen cognomenve, aut e *Perperna* ſive poſterioris aevi conſuetudine, ſeu ſcribentium culpa (qui & alibi eas litteras permutarunt) corruptum cenſeo. *Boſius.* Omnes mei *Perpenna.* Viri docti tamen praeferunt *Perperna.* Vide, quos laudat Cl. Arntzenius ad Victorem Epitom. cap. 30.

3 *Cenſorius*] Schottus e membranis ſuis eruit *conſobrinus*, quod ſequitur Steph. Vinand. Pighius. Idem paullo poſt, pro *aeſtimamus* malebat *aeſtimavit.* ſc. Conſul. & loco *ei jure ſuccedere* legendum conjicit *ei in ea ſucc.* & pro *ſenatu peracto* mavult reſcribi *Conſulatu peracto*: quia nullam poſt ſecundum Conſulatum Scipio prorogationem imperii habuit. Denique ſupplet

perna [*] Cenſorius narrare ſolitus eſt, [1] Romam demi-
2 gravit, in foro [que] eſſe coepit. [2] Primum ſtipendium

Vixit circiter annos 70 & uſque Commentariis in Faſtos Capitol. ad annum U. C. IↃXLIX. *Gebhardus*. *Pighius* edidit *conſobrinus*, idque & in ſuo cod. repperit *Schottus*, veriusque cenſet, quam quod in aliis edd. legitur, *Cenſorinus*. Mihi neutrum quadrare videtur. Cujus enim Perperna *conſobrinus*, & cur id non addidit Nepos? Nec ullos alibi Perpernas *Cenſorinos* invenio: Marciorum id cognomen eſt. Ergo rectum eſt *Cenſorius*, h. e. qui cenſuram geſſerat. Ac vix dubito, quin deſignetur M. Perperna, qui anno U. C. IↃcLXI conſul, & anno IↃcLXVII. cum L. Marcio cenſor fuit, vixitque annos XCIIX; defunctus anno U. C. IↃccIV. eoque vel Nepoti, vel alicui familiarium ejus, ea, quae heic referuntur, *narrare* potuit. Sciolus aliquis, cum cognomen *Perpernae* putaret eſſe, mutavit in *Cenſorinus*; pro quo librariorum aliquis ſcripſit *Conſobrinus*. Boſius. Voſſ. A. & C. *conſobrnus*.

1 *Romam demigravit &c.*] Prolixe haec *Plutarchus* narrat *pag.* 337. & ex eo *Lambinus*. Mox in illis *foroque* a q. edd. abeſt copula: Pighius tranſponit, *inque foro*. Vix dubito a gloſſa eſſe. *Boſius*. Copulam agnoſcunt omnes mei.

2 *Primum ſtipendium meruit*] Romani ideo per juventutem militiae navabant operam, ut deinceps urbanos magiſtratus capere poſſent: quo nulli patebat aditus, niſi qui ante decem ſtipendia feciſſet. vid. *Lipſius de militia Rom. lib.* 1. *dialogo* 2. Buchnerus.

3 *Annorum decem ſeptemque*] Haec enim erat militaris aetas. vide *Lipſium loco cit.* Buchnerus. *Pighius* edidit: *annorum XVII*. Sic & *Plutarchus*: *φησὶ γὰρ αὐτὸς, ἑπτακαίδεκα γεγονὼς ἔτη τὴν πρώτην στρατεύσασθαι στρατείαν.* Sed Lambino *videtur ex Faſtis natus tum fuiſſe annos circiter XIX. ſiquidem natus eſt anno poſtquam primum conſul fuerat Q. Fabius Verrucoſus Maximus.* Carolus quoque *Langius notis in Catonem majorem Ciceronis* ait, *militare coepiſſe an. U. C. 539. natum annos plus minus XIX. quamquam in Nepote & Plutarcho legatur anno aetatis XVIII. militaſſe ſub Fabio*; *id quod*, ipſius judicio, *ratio annorum qui inter Fabii I & IV. conſulatum ſunt, non patiatur.* Nempe pro diverſa loci *Ciceronis lib. de ſenect. cap.* 4. lectione diverſos natali Catonis annos adſignant. *Lambinus* enim, vulgata lectione nixus, *anno poſtquam Fabius primum conſul fuerat*, i. e. U C. 521. *natum* cenſet; quae & *Schotti* ac *Pighii* ſententia eſt. *Langius* autem ſcriptura Mſſ. codicum multis rationibus a *Vincentio Contareno var. lect. cap.* 24. confirmata, *Fabium anno poſt primum conſulem fuiſſe, quam Cato natus eſt*, fretus anno 519. natum vult. Ut autem Nepotem falſi arguerent, illud, opinor, eos induxit, quod *Nepos* ait, Catonem *Fabio & Marcello Coſſ.* (nam haec ad praecedentia referunt) primum ſtipendium meruiſſe. Eorum enim conſulatus cum in an. U. C. 539. inciderit; inde ſequi videtur, Catonem, qui illorum ſententia tum *primum ſtipendium meruit*, ſi anno ante primum Fabii

dium meruit [3] annorum decem ſeptemque, [4] Q. Fabio Maximo, M. Claudio Marcello Coſſ. [5] Tribunus mili-

Fabii conſulatum natus eſt, annum XVIII vel XIX; ſi anno poſt, XIX vel XX. egiſſe. Verum id non neceſſario inde ſequitur. Nam ſi dicamus Catonem toto *anno poſtquam Fabius primum conſul fuerat*, i. e. ſub finem anni 521, *natum*, Fabio & Marcello Coſſ. annos XVII natus fuerit, ingreſſus vero annum aetatis XVIII. Praeterea illa, *Fabio & Marcello Coſſ.* aeque ad ſequentia ſeu ad *tribunatum* Catonis, quam ad praecedentia ſeu *primum* ejusdem *ſtipendium* referri poſſunt: quod & ab editoribus quibusdam factum video, qui ea verba interpoſita στιγμῇ a praecedentibus divellunt. Quamquam ob rationes a *Contareno* adlatas, & tot codicum MSſ. conſenſum veroſimilius puto, Catonem ante primum Fabii conſulatum fuiſſe natum. quemadmodum & *Fabio ac Marcello Coſſ.* Catonem *primum ſtipendium meruiſſe*, quam *tribunum militum fuiſſe*, probabilius cenſeo. nam cum anno 544. cum Fabio *adoleſcentulus miles ad Tarentum profectus*, teſte *Cicerone*, fuerit; *tribunus* tum nondum, multoque minus quinquennio ante, eſſe potuit. niſi dicas, *militem* illic non opponi *tribuno*, ſed, de quo *Cicero* mox ſubjicit, *magiſtratui*. Sed neque ratio annorum quae inter annum U. C. 521. vel etiam 519. & conſulatum Fabii ac Marcelli interjecti ſunt, patitur ut his COSS. hoc eſt anno 539. tribunus fuerit. neque enim plures ſunt quam XX. Jam annorum XVII, primum ſtipendium, ut praeter Noſtrum ipſe apud *Plutarchum* teſtatur, meruit. Neque citius, per aetatem, merere potuit. Ergo poſt tria ſtipendia ſtatim factus fuiſſet tribunus. quod illis temporibus, quibus antequam quinque ſtipendia feciſſet, ad tribuni munus nemo evehebatur, neutiquam congruit. Ergo aut Fabio & Marcello COSS. tribunus non fuit: aut diu ante primum Fabii conſulatum natus fuit. Sane mirum non eſt, *Nepotem* in putandis Catonis annis a *Cicerone* diſſentire: cum & alii ſcriptores cum ab eodem Cicerone, tum inter ſe valde hac in re diſcrepent. Certe *Nepos*, ſi modo ſanus eſt locus, *per annos octoginta, ab adoleſcentia, reip. cauſſa inimicitias ſuſcepiſſe* eum ſcribit. Id vero priusquam in militiam profectus eſſet, (quod factum eſſe, antequam Romam migraret, e *Plutarcho* apparet) facere non potuit. *Livius* autem *lib.* 39. *cap.* 40. & *Plutarchus* nonageſimo aetatis anno Servium Galbam ab eo accuſatum tradunt. quod (ut narrant *Livius epitoma* 48. *Valerius Max.* 5, 6, 2. *Suetonius Galba cap.* 3. *Oroſius* 4, 21.) Luſitanos diripuiſſet, ac eorum aliquot millia dolo circumventa trucidaſſet: cujus accuſationis & *Cicero in Bruto cap.* 20. *ac* 1. *de oratore cap.* 53. itemque Valerius 8, 1, 2. & 8, 7, 1. meminere, ajuntque orationem illam in *Originibus* ſuis expoſuiſſe eum: ſed *Cicero* tradit, *annos quinque & octoginta* tum *natum fuiſſe*, eodemque anno exceſſiſſe e vita. Eam vero Luſitanorum cladem accidiſſe anno U. C. IↃCII, e *Livio* manifeſtum eſt. Accuſaverit igitur Galbam Cato

militum in Sicilia fuit. Inde ut rediit, caſtra ſecutus eſt [1] C. Claudii Neronis, magnique ejus opera [2] exiſtimata eſt [3] in praelio apud Senam, quo cecidit
3 Hasdrubal frater Hannibalis. [4] Quaeſtor obtigit P. Cornelio Scipioni Africano, conſuli: cum quo [5] non pro

anno IↃcIII. Qui ſi nonageſimus ei vitae fuit, natus fuerit circiter anno U. C. IↃXIII. *Boſius.* Sc. *Juvenis* vel *ens.* Vide Cl. Periz. ad Sanctii Min. 4. 4. 4.

4 *Q. Fabio Maximo, M. Claudio Marcello*] Omiſit utrumque cognomen *Pighius*: qui & haec verba ad praecedentia refert, in *Annalib. Rom. tomo 2. ad ann.* U. C. 549 bisque conſulibus Catonem tribunum in Sicilia fuiſſe ait. quod etiam alii ex editoribus Nepotis fecere. *Boſius. Maximo* abeſt Leidenſi, & pro *M. Claudio Marcello* Leid. *M. Claudio*, Voſſ. A. ſimpliciter *Claudio.*

5 *Tribunus militum in Sicilia fuit*] Anno aetatis XXIV. M. Claudio Marcello V. T. Quintio Criſpino COSS. Ita *Lambinus*: quem & *Schottus* in chronologia ſequitur. *Boſ.*

1 *C. Claudii Neronis*] Conſulis, anno U. C. IↃXLVI. Mſ. Boecl. & q. edd. *P. Claudii Ner.* Sed *Caji* praenomen etiam *Faſti Capitolini*, *Livius*, *Caſſiodorus*, & *Marianus* ei tribuunt. *Boſius.* Leid, & Voſſ. A. B. C. *P. Claudii Ner.*

2 *Exiſtimata eſt*] Sic Mſ. Rectiſſime. Fragmentum Petronianum pag. 37. *Exiſtimant mortuum quinquaginta millibus.* ubi vide quae notavi. *Schefferus.* Atque ſic & *Longolius* ac *Schottus*, fortaſſis & alii, edidere. Mox ipſe *Nepos*: *quod non minoris exiſtimamus.* adde Indicem. *Lambinus* repoſuit *aeſtimata* eſt, nulla ratione addita; quod perperam hucusque retinuere editores reliqui. *Boſius.* Omnes mei *exiſtimata.* Quam lectionem probat Cl. Cortius ad Salluſt. Catilin. cap. 2. n. 8.

3 *In praelio apud Senam*] Cicero in Bruto praelium hoc Senenſe vocat. Hasdrubal autem cum novas copias auxiliares in Italiam adduceret, a M. Livio Salinatore, & C. Claudio Nerone Coſſ. ad Metaurum flumen victus & conciſus eſt. Liv. lib. 27. Flor. lib. 2. cap. 6. Polyb. 11. Silius lib. 15. Eutrop. lib. 3. Sueton. Tiberio. Oroſ. lib. 4. cap. 18. Meminit etiam hujus Victoriae Horat. 4. Od. 4. *Ernſtius.* De quo *Livius* 27, 48. *& deinceps.* Boſius. Pro *cecidit* Voſſ. C. *decidi.*

4 *Quaeſtor obtigit P. Corn. Scipioni Africano conſuli*] Catonem Scipioni quaeſtorem fuiſſe, praeter Noſtrum ac *Plutarchum*, tradit etiam *Livius* 29, 25. (ut jam obſervatum *Lambino*: ubi Scipione in Africam trajecturo, M. Porcium Catonem *quaeſtorem tum fuiſſe* ait. Sed ea trajectio facta M. Cornelio Cethego & P. Sempronio Tuditano COSS. quo anno Catonem quaeſtorem fuiſſe etiam *Cicero in Bruto cap.* 15 &c. ex emendatione *Pighii* ac *Langii*, in *dialogo de ſenectute cap.* 4. teſtatur. Non igitur *conſuli* Scipioni, ſed *proconſuli.* quaeſtor obtigit. *Lambinus* putabat *reſponderi poſſe*, *Catonem factum eſſe iterum quaeſtorem Romae Cethego & Tuditano COSS. poſteaquam quae-*

pro ſortis neceſſitudine vixit. [1] Namque ab eo perpetua diſſenſit vita. [2] Aedilis plebis factus eſt cum C. Helvio. [3] Praetor provinciam obtinuit Sardiniam, ex qua quaeſtor ſuperiore tempore [4] ex Africa decedens, Q. [5] Ennium poëtam deduxerat: quod non minoris

quaeſtor Scipioni imperatori obtigiſſet. Ego malim legi *proconſuli*, quomodo ſupra 23, 4, 3. pro *praetore* reſcripſimus *propraetorem.* niſi Nepos *conſuli* dicat *obtigiſſe praetorem*, qui eo conſule praetor electus, ſequenti demum anno Quaeſturam ſub eodem proconſule adminiſtravit, cui ſententiae favet, quod apud *Ciceronem* Cato ait, ſe *quadriennio p. ſt*, quam cum Fabio ad Tarentum profectus eſſet, i. e. anno U. C. 548. *quaeſtorem factum*, (ſic enim legit *Pighius*) *eum magiſtratum geſſiſſe conſulibus Tuditano & Cethego.* h. e. anno 549. ſed repugnat, quod cap. 2, 1. dicitur Scipionis *in priore conſulatu quaeſtor fuiſſe.* niſi forſan illic legendum eſt in *proconſulatu.* Ceterum a Mſ. Boecl. & edd. Colon. Schotti ac Pighii abſunt illa *Cornelio Scipioni*, idque conſuetudini Nepotis congruentius eſt. *Boſius. Conſuli* retinendum. Vide ad Hannib. cap. 4. n. 3. *Corn. Scipioni* abſunt Leidenſi & Voſſiano B.

5 *Non pro ſortis neceſſitudine*] Nam Conſul aut Praetor quaeſtori pro patre, hic illi pro filio erat. Cujus neceſſitudinis & *Cicero* meminit *divinat. in Caecil. c.* 14. & 19. *actione* 1. *in Verrem c.* 15. *Orat. poſt redit. in Sen c.* 14. & *pro Cn. Plancio c.* 11. *Sortis neceſſitudinem* eundem morem vocat 1. *in Verr. c.* 14. Boſius. Pro *neceſſitudine* Voſſ. C. *neceſſitudinem.*

1 *Namque ab eo perpetua diſſenſit vita.*] A. Gell. lib. 4. N. A. cap. 18. quoque refert, inter Catonem & Scipionem Africanum perpetuas fuiſſe inimicitias. Vide Suidam in Κάτων & ἀἰτοῦσιν. ubi contrarium affertur. *Ernſtius.* Propterea, opinor, quod ad amicitiam Q. Fabii Maximi ſe adoleſcens applicarat: Q. Fabio autem cum Scipione Africano non bene conveniebat. Licet & ex *Plutarcho* intelligere, P. Scipionem & M. Catonem geſſiſſe inter ſe inimicitias. Quinetiam mortuum Scipionem inſectatus eſt M. Cato. *Lambinus.* vide *Plutarchum pag.* 342. C. & 338. *A. Livium* 38, 54 Porro *Schottus* edidit, *perpetuo diſſ. vita* ſicuti *Pighius*, *nam ab eo.* Boſius.

2 *Aedilis pl. f. e. cum* C. *Helvio.*] Commemorat hos in aedilitate pariter ac praetura collegas & *Livius* 32, 7. Helvium etiam *lib.* 38, 14. & 21. etſi libro 32, in q. edd. legitur *Aelius.* quod nomen & heic reponebat *Magius.* Eſt autem *Helvius*, ut ferunt, cognomen gentis Ebutiae. *Boſius.* Voſſ. C. *aedis plebi.*

3 *Praetor prov.*] Voſſ. B. *praetor prov.*

4 *Ex Africa*] Abſunt haec ab edit. Pighii: ſed abeſſe non poſſunt. neque enim in Sardinia, ſed in Africa Quaeſtor fuit. Statim *Lambinus*, *Pighius* & *Schottus* edidere *aeſtimamus.* ſed vide not. ad verſ. 2. Pighius conjiciebat. *aeſtimavit.* nulla neceſſitate. *Boſius.*

noris exiſtimamus, quam quemlibet ampliſſimum Sardinienſem triumphum.

CAP. II.

1 Conſulatum geſſit cum L. Valerio Flacco, [1] ſorte provinciam nactus [2] Hiſpaniam citeriorem, [3] ex-
2 que ea triumphum deportavit. Ibi quum diutius moraretur, [4] P. Scipio Africanus conſul iterum, cujus in priore conſulatu quaeſtor fuerat, [5] voluit eum de pro-

5 *Emnium poetam dedux.*] De hoc aliisque claris viris vide A. Gellii lib. 17. N. A. cap. ult. *Ernſtius.* Voſſ. C. *omnium.*

1 *Sorte provinciam nactus*] Sorte dividebantur provinciae. Vide J. Arntzenium ad Victorem de Vir. Illuſtr. cap. 47. n. 1.

2 *Hiſpaniam citeriorem*] Quae in ea geſſerit, praeter laudatos *Ernſtio*, narrant *Appianus Ibericis*, & *ſcriptor de viris illuſtr. cap.* 47. Mox Pighius, *ex eaque*; & ſtatim Schottus, *reportavit.* Boſius. Omnes mei Codices *deportavit.*

3 *Exque ea triumphum deportavit*] Etiam una cum P. Scipione Naſica frequentibus praeliis Hiſpanos domuit, ita ut imperata facere coacti ſint. Liv. lib. 34. & Plutarch. *Catone.* Ernſtius.

4 *P. Scipio Afric. conſ. iter.*] *Longolius* ac *Schottus* una voce auctiores: *quod P. Scip. Af. c. it.* ſub qua neſcio annon aliquid lateat. Viderint alii. deinde *Pighius* edidit, *& ipſe ei jure ſuccedere*: conjicitque, *& ipſe ei in ea ſucc.* Sed gloſſema puto τὸ *jure* e ſequentibus natum. *Boſius.* Leid. m. *Quod Scip.* & ita Voſſ. B.

5 *Voluit eum de prov. depellere*] Pro *voluit* Voſſ. B. *noluit.* Pro *depellere* Voſſ. C. *pellere.*

6 *Neque hoc per ſenatum effic. pot.*] Paullo aliter *Plutarchus*, qui ſucceſſiſſe quidem Catoni Scipionem magnum, & quod ille etiam poſt adventum ſuum Lacetanos ſubegiſſet, indignatum fuiſſe ſcribit: Senatum autem cenſuiſſe, ne quid actorum a Catone mutaretur aut moveretur. At nihil de ſucceſſione Africani *Livius* habet: ſed quoniam in Hiſpania debellatum eſſet, ſolummodo praetores illuc miſſos, in ulteriorem quidem P. Cornelium Cn. F. Scipionem; in citeriorem, Sex. Digitium: ex his Scipionem praeturae tempore trans Iberum multa ſecunda praelia feciſſe: poſt pro praetore Luſitanos prope Ilipulam cecidiſſe. vide eum *lib.* 34, 43. & *lib.* 35, 1. Perperam *Lambinus* de Africano accepit verba *Livii*, quae de patruele illius Naſica debebat. Aut igitur Nepos per errorem Africano conſuli tribuit, quae Naſica praetor egerat; aut alios auctores, quam Livius, ſequutus eſt. Idem de *Plutarcho* dixerim, ſi quidem Africanum intellexit. *Boſ.*

7 *Quum quidem Scipio*] Vide Ind. v. *quidem.* Boſius.

Non.

Digitized by Google

provincia depellere, & ipſe ei ſuccedere. [6] neque hoc
per ſenatum efficere potuit, [7] quum quidem Scipio
in civitate principatum obtineret: quod tum [1] non
potentia, ſed jure reſpubl. adminiſtrabatur. Qua ex
re iratus, [2] ſenatu peracto, [3] privatus in urbe manſit.
[4] At Cato, cenſor cum eodem Flacco factus, [5] ſevere 3
praefuit ei poteſtati. Nam & in complures nobiles
animadvertit, & multas res novas in edictum addidit, qua re luxuria reprimeretur, quae jamtum incipie-

1 *Non potentia, ſed jure*] Tiberius apud Tacitum A. 3, 69. 3. *Minuitur jus, quoties gliſcit poteſtas: nec utendum imperio, ubi legibus agi poteſt.* Loccenius. Rurſus autem tempora ſua notat Nepos, quibus, ut *Vellejus* 2, 3, 3. ait, *jus vi obrutum, potentiorque habitus prior.* Quod praeſertim Caeſaris & Pompeji diſſidiis factum eſt. *Boſius.* Pro *adminiſtrabatur* Voſſ. C. *miniſtrabatur.* quae verba ſaepius confunduntur. Vide Arntzen. ad Victorem de Viris Illuſtr. c. 7. n. 5. Sed Vulgata lectio proba. Cort. ad Salluſt. Jug. cap. 29. n. 1.

2 *Senatu peracto*] *Pighius* vult reſcribi *Conſulatu peracto*; quia nullam poſt ſecundum conſulatum Scipio prorogationem imperii habuit. An Nepos ſcripſit, *iratus ſenatui, conſulatu* (vel *magiſtratu*) *peracto pr in u. m*? An potius vitium latet in voce *peracto*? Non nego, Latine dici *ſenatu peracto*: ſed quomodo Scipio *ſenatu peracto privatus manſerit*, non capio. *Boſius.*

3 *Privatus in urbe manſit*] An. Urbis IↃLXVI. P. Corn. Scipio a Petiliis, impulſore Catone hoc, reus factus eſt. Qui magno animo judicium illud, vel potius calumniam deſpiciens, concionem in Capitolium duxit. Poſtea tamen in voluntarium exilium conceſſit Literinum Liv. lib. 38. cap. 50. cum ſeq. A. Gellius 4. N. A. cap. 18. Scipionis hunc ex urbe diſceſſum mirifice praedicat Seneca, Epiſt. 86. Mortuum eſſe A. U. IↃLXIX. Livius ſcribit 39, 52. Qua in re a Polybio, & Rutilio, tum Valerio Antiate diſcedit, qui eodem anno mortuum dicunt, quo Hannibal apud Pruſiam & Philopoemen apud Meſſenios veneno interierunt. Juſtini illa quoque eſt opinio lib. 30, 2. fine. Inſignis, inquit, hic annus trium toto orbe maximorum Imperatorum mortibus fuit, Hannibalis, & Philopoemenis & Scipionis Africani. *Ernſtius.* Nemo veterum, quod ſciam, ullius magiſtratus ab eo poſt alterum conſulatum geſti, meminit. Legatus tamen ad Carthaginienſes, & poſtea fratris conſulis adverſus Antiochum profecti fuit. vid. *Liv.* 34. *extr.* & 47. *paſſim.* Pro *manſit* Pighius edidit, *permanſit.* Boſius.

4 *At Cato*] Pighius, *M. Cato.* Boſ.

5 *Severe praefuit*] Cenſuram hanc, quam eodem hoc anno, urbis videlicet 569. ſeveritate memorabilem, & inter ipſos diſcordia geſſerunt Cato hic, & L. Valerius

4 cipiebat [1] pullulare. [2] Circiter annos octoginta usque ad extremam aetatem, ab adoleſcentia, [3] reip. cauſſa ſuſcipere inimicitias non deſtitit. [4] A multis tentatus, non modo nullum detrimentum exiſtimationis fecit, ſed quoad vixit, virtutum laude crevit.

CAP.

Flaccus, non ſine damno ſuo expertus eſt L. Quintius Flamininus, Hannibalis proditor, & improbe in magiſtatu verſatus, qui ea damnatus eſt. Qua de re videndi ſunt Livius lib. cit. M. Tullius Catone majore, Plutarchus in ejusdem & Flaminini vita, item Val. Maxim. lib. 2. cap. 9. de Catone vide plura apud A. Gellium lib. 13. N. A. cap. 18. & Senec. Epiſt. 80. *Ernſtius.* vide eundem *Pighium ad an. U. C.* 569, & quos ille laudat. *Boſ.*

1 *Pullulare*] Leid. m. *pullare* Voſſ. B. *pululare.*

2 *Circiter annos octog.*] Lambinus exponit: *per annos* 80. Pighius; Locus, inquit, mutilus, & incorrectus apparet. Malimque itaque ſic ſe haberet, *vixit circiter annos* LXXX. *&* *uſque.* Haec ille. vix dubito, numerum annorum corruptum eſſe. Nam etiam ſi nonagenarium obiiſſe dicas, per LXXX. tamen *annos reipubl. cauſſa inimicitias ſuſcipere* non potuit. Immo vereor ne illa, *circiter annos* LXXX. adſcripſerit aliquis, qui Catonem octuagenarium accuſaſſe Galbam, legerat alibi. *Boſius.* Voſſ. B. *octuaginta.*

3 *Reipubl. cauſa ſuſcipere inimicitias non deſtitit.*] Inimicorum Catonis non uno loco *Cicero* meminit. adde *Liv.* 39, 40. Boſius.

4 *A multis tentatus.*] *Plutarchus*, ferme quinquagies diem ei dictam fuiſſe, retulit. *Plinius in libro de viris illuſtribus* (ſi modo hic operis auctor eſt) *quadragies quater accuſatum, & glorioſe abſolutum* dicit. Praepoſitus *Poncherius* Catonem ideo accuſatum ſcribit, quod odioſum Cenſurae magiſtratum geſſerit. Sed eſt hallucinatus: nam alia, & quidem probabilior invidiae cauſſa, quae in eum frequentes accuſatores concitaverit, fuiſſe videtur: nimirum quia ab *adoleſcentia* (ut Probus ait) *ad extremam usque aetatem, reipublicae cauſa, ſuſcipere inimicitias non deſtitit*: multasque, ut *Livius* teſtatur 39, 40. vel *nimio plures exercuit ſimultates*, ac *aſperi procul dubio animi, linguae acerbae, & immodice liberae fuit.* Magius. Etſi ſaepiſſime in jus vocatus & abſolutus eſt, innocentia tamen ejus non fuit, quod multi ſomniant, ἀνέγκλητος. *Ernſtius.* Ampelius cap. 19. *Cato Cenſorius, qui totiens accuſatus eſt: & quoad vixit, nocentes accuſare non deſtitit.* Sic lego. vulgo enim editur: *acc. eſt, quod vixit, &c.* Boſ.

5 *In omnibus rebus ſingulari fuit prud. & induſtria &c.*] Similia habes apud *Livium* 39, 40. Brevius Ampelius: *Hic eſt omnium rerum peritiſſimus, &, ut Salluſtio Criſpo videtur, Romani generis diſertiſſimus Cato.* Porro *Pighius* edidit, *ſingulari fuit induſtria*: omiſſo *prudentiae* nomine. *Boſius.* Voſſiano C. abeſt etiam vox *prudentia.*

6 *Nam & agricola ſolers*] Livius loco citato: *Urbanas*, inquit, *ruſticasque res pariter callebat, &c.* Idem

Cap. III.

[5] In omnibus rebus ſingulari fuit prudentia & induſtria. [6] Nam & agricola ſolers, & reipubl. peritus, & juriſconſultus, & [1] magnus imperator & [2] probabilis orator, & [3] cupidiſſimus litterarum fuit. [4] Quarum 1 2

dem de *Rebus ruſticis* librum edidit: in quo, teſte *Plutarcho in ejusdem vita*, adeo laudis avidus viſus eſt, ut in ſingulis rebus proprius, elegans, & copioſus eſſe voluerit. *Pighius.* vide *Plinium lib.* 17. Exſtantque ejus rei ruſticae libri, quos e Graecis fontibus hauſit, quam tamen nationem initio cane pejus & angue oderat, *Schottus.* Apud *Pighium* additur: *frugalis paterfamilias.* Statim idem & Longolius edidere *& reip. peritus Juriſconſultus.* Pighius tamen mallet *in repub.* Favet Livius: *Idem in pace, ſi jus conſuleres, peritiſſimus.* Ceterum Catonem *juris civilis peritiſſimum* etiam *Cicero* 1. *de orat.* 37. & *Valerius Max.* 8, 7, 1. vocant. *Boſius.* Longolii editionem defendunt Leid. & Voſſ. A.

1 *Magnus imperator*] Argumento ei rei ſunt res ab eo in imperio geſtae, & triumphus ex Hiſpania deportatus. *Lambinus.* Etiam Livio *ſummus imperator* eſt. *Boſius.*

2 *Probabilis orator*] In Mſ. noſtro Codice conſcriptum lego: *& probatiſſimus Orator.* Pro qua ſententia Cicero pugnat, qui eum in *Bruto ſuo*, cum ſummo Oratore Lyſia comparat. Et quantus fuerit Orator, non tantum M. Tullius lib. c. oſtendit, ſed probat id Oratio ejus illa, qua plurimum cauſſam Rhodiorum, quibus Romani bellum inferre ſtatuerant, quod in bello Macedonico proniores viſi in partes Perſei rei Romanae hoſtis fuerint, adjuvit. quam Cato aſper ingenio, lenem tamen mitemque egit, teſte Livio, qui orationem illam ſuo quoque aevo ſcriptam exſtitiſſe, Originum libro quinto incluſam, auctor eſt. In qua cum Ciceronis libertus Tullius Tiro alia atque alia reprehendiſſet. A. Gellius ei reſpondet copioſe lib. 17. N. A. cap. 3. Plutarchus Tullio Tironi aſſentiri videtur & C. Nepoti, ſi is ſcripſerit *probabilis Orator.* Judicium tamen ſuum homo Graecus prudenter ſuſpendit, quando dicit: *verum tamen haec quidem ii, quibus magis convenit Romani ſermonis figuras, ideas, perſpicere, dijudicabunt.* Catone majore. *Ernſtius.* Mſ. Ernſtii: *probatiſſimus orator.* Verum nihil muto. Vide Ind. *Boſius.*

3 *Cupidiſſ. litterarum*] Vide *Cicer. de finib.* 3, 2. Boſius. Voſſ. C. *cum cupidiſſimus.*

4 *Quarum ſtudium etſi ſenior*] De Graecis fatetur ipſe apud *Ciceronem de Senect. c.* 8. In Mſc. Boecl. erat, *Quar. ſtudium & ſenior arrip. tamen tantum progr. fec.* Pighius edidit: *Quare ſtud. etſi ſen. arripuerat, attamen tantum progr. f.* Illa *in eis* etiam abſunt ed. Col. Itaque fortean legendum eſt, *quarum ſt. etſi ſen. arr. attamen tantum progr f.* Statim idem Pighius, *reperiri poſſit.* Bo-

rum ſtudium etſi ſenior arripuerat, tamen tantum [in eis] progreſſum fecit, ut non facile reperire poſſis, neque de Graecis, neque de Italicis rebus, quod ei
3 fuerit incognitum. Ab adoleſcentia [1] confecit orationes. [2] Senex ſcribere hiſtorias inſtituit, quarum ſunt libri ſeptem. Primus continet [3] res geſtas regum pop. Rom. Secundus & tertius, unde quaeque civitas orta ſit Italica. Ob quam rem [4] omnes *Origines*

Boſius. Pro *etſi* Leid. m. *&*. *In eis* non agnoſcunt Leid. & Voſſ. B. C. *Reperiri poſſit* exhibent Voſſiani A. & C. ſed aliorum codicum ſcripturam praefero. Conſule Cortium ad Salluſt. Jugurth. cap. 1. n. 2. & Burm. ad Phaedrum lib. 3. fab. 16. vſ. 12.

1 *Confecit orationes*] Quarum, ut & reliquorum operum, fragmenta collegit *Auſonius Popma*, & notis illuſtravit. Pighius: *fecit orationes*: & mox, *earum ſunt l. ſ.* Boſius. Pighii lectionem probat Cortius ad Salluſt. Catilin. cap. 25. n. 5. Omnes tamen codices praeferunt *confecit*. Scio quidem *carmina*, *poemata facere* proprie dici, ut apud Ciceron. lib. 1. Academ. cap. 3. *Ipſe varium & elegans omni fere numero poema feciſti*. Adde Paſſerat. ad Propert. lib. 2. El. 7. vſ. 25. —— *Vel qualia carmina* feci. & ſic Terentium in Andriae prologo vſ. 3. *facere fabulas*, & vſ. 26. *facere comoedias* dixiſſe conſtat. Graecis ποιεῖν. ut praeter alios Theocr. Epigramm. 19. vſ. Ult. κἠπιδέξιος Ἔπεά τε ποιεῖν, πρὸς λύραν τ' ἀείδειν. unde ipſi ποιηταί. Nec eodem modo *orationes facere* latine dici nego, quo Graece λόγων ποιηταὶ, vocantur orationum compoſitores, ſeu conſcriptores ab Iſocrate contra Sophiſtas pag. m. 450. B. Sed in textum recipere, reclamantibus omnibus Codd. Mſſ. non audeo: praeſertim, quia Nepos hoc verbum in ſimili ſignificatione adhibuit, ut in Hannibale cap. 13. *Namque aliquot ejus libri ſunt Graeco ſermone confecti*. & in Attico cap. 18. *Eſt etiam unus liber Graece confectus de conſulatu Ciceronis*.

2 *Senex hiſtorias ſcribere Inſtituit.*] Indicat Noſter, Catonem non ſolum conſilium cepiſſe Hiſtorias ſcribendi, ſed jam ſcribere coepiſſe, idque patet ex ſeptem, quos confecit, libris: ſaepius vero verbum *inſtituere* non ſolum captum conſilium notat, pro quo alias *conſtituere* adhibetur, ut docet Cl. Graevius ad Ciceron. lib. 9. ad Fam. Ep. 23. ſed etiam opus inceptum ſignificat, ut ex locis a ſummo Gronovio ad Livium 28, 46. adductis diſcere licet: quibus adde, quae Cel. Burmannus adduxit ad Quinctilianum lib. 1. Inſtitut. Orator. cap. 5. Haec monui, ne Lector ab Indicis auctore ſe decipi pateretur, qui *inſtituit* per *conſilium cepit* explicuit, neque hic legeret *inſtitit*, ut in Hannibale cap. 2, 4. male *inſtiterat* praefertur τῷ *inſtituerat*. Vide & infra ad cap. 11. n. 2.

3 *Res geſtas regum P. R.*] Deeſt apud Pighium vox *Regum*. Et certe

gines videtur appellaſſe. In quarto autem [5] bellum
Poenicum primum: in quinto ſecundum. Atque 4
haec omnia capitulatim ſunt dicta. Reliquaque bel-
la pari modo [1] perſecutus eſt, [2] usque ad praeturam
Ser. Galbae, qui diripuit Luſitanos. Atque horum
bellorum duces non nominavit, ſed ſine nominibus
res notavit. In iisdem expoſuit, quae in Italia, Hi-
ſpaniisque viderentur admiranda. [3] In quibus multa
induſtria & diligentia comparet, multa doctrina. [4] Hu- 5
jus

te vix credibile eſt, omiſſas a Catone res geſtas populi R. usque ad bellum Punicum. *Boſius.*

4 *Omnes origines vid. appellaſſe*] Non ſatis apte, judicio *Feſti* in *originum.* vide de iis *Voſſium de hiſt. Gr.* 1, 5. Ed. Col. *videretur.* Pigh. *videntur.* Boſius.

5 *Bell. Poenicum pr.*] Sic reſcripſi auctoritate codd. Gif. & Dan. pro *Punicum.* vide ad 23, 1, 1. Apud Pighium editum, *in quarto autem eſt bellum P. pr.* Boſius. Sic exhibent & Voſſiani A. & C.

1 *Perſecutus*] Pigh. *proſecutus.* Statim Mſ. Boecl. & ed. Col. *deripuit.* &, *in iisdem expoſ.* Schottus, *in eisd.* Mox Pighius, *multaque doctrina.* & paullo ante, *duces non nominat.* Boſius. Omnes mei *perſecutus.* Sed mox pro *perſecuti* Leid. m. & Voſſ. B. *proſecuti*, quae verba ſaepius permutantur. Sed tam *perſequi* quam *proſequi* dicuntur ſcriptores ea, quae enarrant & ordine recenſent. Conſule Tennul. & Oudendorp. ad Frontin. ſtrateg. praef. n. 16. Voſſ. B. etiam *deripuit.* quae verba centies permutantur. Conſule Cl. Oudendorp. ad Lucan. 1, 240. Hic vero *diripuit* legendum. Sic *urbis direptio* Floro lib. 1. cap. 12. item centies aliis, Pro *in eisdem* Leid. m. *hiſdem* pro *multa* Voſſ. A. C. *nulla.*

2 *Usque ad praeturam Ser. Galbae*] A. U. 600. quando avaritia aliaque vitia paullatim gliſcere Romae coeperunt. Obſiſtebant iis cum alii civitatis principes, tum Cato noſter, Scipio Naſica, & Aemilius Lepidus. Et Cato quidem oratione ſevera admodum Ser. Sulpicium Galbam, qui, ut heic, dicitur, Luſitanos diripuerat, accuſavit. Catoni reſpondet Q. Fulvius Nobilior, & Galbam defendit. Plura vide in Liv. Epit. lib. 49. ubi corrupte pro *Servio* legitur *Sergio.* Ernſtius.

3 *In quibus multa induſtria &c.*] *Magius* putabat probabilius ſic legi: *In quib. multa induſtria & diligentia. comparat multam doctrinam,* invito Nepote. *Boſius.*

4 *Hujus de vita & moribus*] Cato hic ſenior, qui a Cicerone fingitur de *ſenectute* diſputaſſe eo libro, qui inſcribitur *Cato major* vulgo *Cenſorius.* quia promptioris ad vituperandum linguae fuit, dici ſolet, A. U. 604. poſtquam bellum Cartaginienſibus indictum, & geri coeptum eſt, ad quod inexpiabili odio adverſus Cartaginienſes inflammatus, Romanos incitavit, & Maſaniſſa rex Numidiae mortui ſcribuntur: quorum uterque in ſum-

Digitized by Google

jus de vita & moribus plura in eo [1] libro perſecuti ſumus, quem ſeparatim de eo fecimus rogatu Titi Pomponii Attici. Quare ſtudioſos Catonis ad illud volumen [2] delegamus.

ſumma ſenectute magnas corporis animique vires & vigorem mentis obtinuit. De Catone & Plutarchus & Ciceronis liber ejus nomini inſcriptus praeter alios videatur. Plinius luculento eum encomio quoque ornat lib. 14. cap. 4. De Maſaniſſa Epit. Livii lib. 50. Sed multo ſplendidiora de eo ſunt Valerii Maximi verba lib. 8. cap. 13. in extern. & Plinii de utroque lib. 7. cap. 14. & 48. Quae brevitatis ſtudio, uti & multa alia ad Adnotationes has omnino referenda, praetermitto, ne in crimen id incidam, de quo Lambinus arguitur a Doctiſſimis ſuis adverſariis Mureto & Giſanio. Vide hujus literas libro Epiſtolarum Mureti 1. Ep. 74. & 76. & Illius Ep. 67. *Ernſtius.*

1 *Libro quem ſeparatim de eo fecimus*] Cujus fragmentum elegans vide ex *Gellio* 11, 8. in fragmentis. [c. 4.] *Savaro.* Hic autem temporis injuria non exſtat: ejus vero jacturam *Plutarchi* ſcriptis ſolari poſſumus, quibus Catonis vitam late memoriae prodidit. *Magius.*

2 *Delegamus*] Sic Mſ. & vulgati omnes recte. Seneca de benefic. 4. 11. *Debitores nobis Deos delegat, precaturque, ut illi pro ſe gratiam referant.* facit ad conjecturam *Lambini* [qui corrigit *relegamus.* quod etiam *Schottus* in textum admiſit] Plinius 7, 1. *potiusque ad auctores relegabo.* Savaro. Receptam lectionem tuetur & *Buchnerus in acceſſion. ad Theſaur. Fabri.* Quae vir doctus in *addit. ad Indicem Nepotis* pro *Lambiniana* lectione adducit, tanti non ſunt, ut idcirco a recepta omnium librorum lectione diſcedendum cenſeamus. Diverſa ſunt, fateor, *delegare debitorem creditori,* & *delegare aliquem ad volumen:* ſed ſolummodo ſtructura ſermonis, non ſignificatione. nam utrobique *delegare* idem eſt ac *remittere.* Boſius. Pro *rogatu* Leid. m. *rogati.* Omnes *delegamus* praeter Voſſ. A.

XXV.

XXV.

[1] VITA T. POMPONII ATTICI,

[2] EX CORNELIO NEPOTE.

Cap. I.

[3] T. POMPONIUS [4] ATTICUS, [5] ab origi- 1
ne

LECTORI BENEVOLO S.

Attici vita in libris editis, quos ego vidi, omnibus ſequitur, &, mea quidem opinione, recte: cum nullum ſit dubium, C. Nepotem ejus verum eſſe auctorem. Quam cum peculiari libello comprehenſam olim ediderim, brevibusque notis illuſtraverim, heic, non repetam. Id enim ſupervacaneum eſſet. Sed Annotationes meas nunc emendatas & auctas ad contextum Boeclerianae editionis, quam omnium exiſtimo eſſe optimam, accommodabo, & ad Mſſ. aliquot libros examinabo. Cetera tamen quae in libro meo ultimae editionis fuerunt, retinebo & in ipſis annotationibus, uti in ſuperiorum imperatorum vita feci, ſcriptores cujusque hiſtoriae, illuſtriores praeſertim ad pleraque loca, quoad licebit, & opus erit, indicabo; ut facultas ſit hiſtoriarum ſtudioſis plenius omnia ex ipſis fontibus, cum volent, hauriendi, *Ernſtius*.

1 *Vita T. Pomp. Attici*,] Vitam Pomponii Attici a *Plutarcho* etiam ſcriptam, vel potius ex hoc Nepotis libello converſam, videri vult *Darius Tibertius*. qui cum *Epitoma Vitarum Plutarchi* & hanc edidit, non prorſus Nepotis verbis; at ſenſu prorſus gemino & ordine. *Heidmannus*.

2 *Ex Corn Nepote*] In antiquiſſimo codice manuſcripto, anno cIↄ cccc. L. qui fuit olim *Franciſci Mendozii*, Cardin. Burgenſis, viri Graecis litteris, & omni diſciplinarum genere praeſtantiſſimi, qui & *Aemilium Probum*, ſeu potius *Cornelium Nepotem, de Excellentibus ducibus exterarum gentium*, continebat; hanc inſcriptionem repperi: *Hiſtoriarum Latinarum Cornelii Nepotis vita Attici.* Hanc excipiebat vitae Catonis fragmentum. Non diſſimilis autem ἐπιγραφὴ, quam in Oberti Giſanii lib. repperit *Paullus Manutius: Ex libro Cornelii Nepotis de Latinis hiſtoricis.* Schottus. Atque haec poſterior inſcriptio placebat & ſummo viro, *Aug. Buchnero*, quod inter Attici opera, de quibus *cap.* 25 *&* 26. videatur hiſtoriarum & antiquitatis cura praeminuiſſe, eo-
que

Digitized by Google

ne ultima [6] ſtirpis Romanae generatus, perpetuò à majoribus acceptam [7] equeſtrem obtinuit dignitatem. [8] Pa-

que non incommode hic libellus ad illam partem Corneliani operis, in qua de hiſtoricis egit, referri poſſe. Vide integrum illius locum inter teſtimonia in fronte operis hujus congeſta. Poſſis tamen & legere, *de hiſtoriis Latinis.* Nec prorſus inepte ad praegreſſam Catonis vitam retuleris. vide quae diximus ad 24, 1, 1. *Boſius.* in Codice Voſſiano B. Attici vita deeſt. Sed in Voſſiano C. ordine eſt prima.

3 *T. Pompon. Atticus*] Mſ. Cod. quem una cum alio utendum mihi dedit Sereniſſimus & Humaniſſimus Etruriae Dux Ferdinandus III. & in refertiſſima ejus Bibliotheca Florentiae reſervantur, legit· *Titus Pomponius Atticus.* Manutius putat, eum inde cognomen *Attici* adeptum eſſe; *quia ſic Graece loquebatur* (verba ſunt Nepotis noſtri) *ut Athenis natus videretur.* Id quod veriſimile omnino eſt. priusquam enim Athenas profectus eſt, cognomen hoc non habuit. Verum hujus rei ampliſſimum habemus teſtem M. Tullium, qui Atticum, initio libelli de Senectute, ita alloquitur: *Novi moderationem animi tui, & aequitatem; teque non cognomen ſolum Athenis deportaſſe, ſed humanitatem, & prudentiam, intelligo.* Ernſtius. Atticus modeſtiae prudentiae reliquarumque virtutum atque optimi civis exemplum eſſe queat, etiam eruditiſſimorum ſuffragio. Lipſius 6. Polit. 6, 20. *Ipſa modeſtiae & prudentiae proles Pomponius Atticus.* Jo. Papirius Maſſonus in elogio Pomponii Belleurii, regni Franciae Cancellarii: *Vitam Attici a Corn. Nepote litteris mandatam qui legerit, optimi civis, virtutumque omnium amantiſſimi memoriam perpetuo colet.* Loccenius. Eam commentatione politica, paucis abhinc annis heic Jenae recuſa, illuſtravit *Jo. Jacobus Bewerius*: Exſtat & commentarius *Aug. Buchneri*; cujus editio cum ab heredibus illius exſpectetur, nos non niſi pauciſſima ex iis quae in manus noſtras pervenerunt, (neque enim integrum vidimus) huc transferemus. *Titi* praenomen repoſuimus auctoritate Mſſ. Giſan. & Medicaei. Idque ei Noſter & *extrema Catonis vita* tribuit. Varro de re ruſtica 2, 2. *Atticus, qui tunc T. Pomponius, nunc Q. Caecilius, cognomine eodem.* Boſius.

4 *Atticus*] Hoc cognomen ſortitus fuit, quod diu vixit Athenis, & Graece peritus fuit. *Attici* cujusdam, qui & ipſe Graecarum literarum doctiſſimus, *Martialis* meminit *lib 7. epigr.* 31. Buchnerus. Ait Martialis eum *facundae nomina gentis renovare.* Quod interpretes ita accipiunt, ac ſi velit, eum doctiſſimi ac diſertiſſimi viri T Pomponii mores & doctrinam exprimere. *Raderus* etiam ſtirpe noſtra natum, idque Poëtam oſtendere cenſet. Fors tamen haud male *facundam gentem* de Athenienſibus, eloquentiae ſtudio claris, interpreteris. Plures alios, hoc cognomine uſos habes apud *Senecam ſuaſor.* 2. *Suetonium Nerone, Columellam, Plinium in epiſtolis, Dionem Caſſium ad ann. U.* 821. *Galenum* 8. *de compoſit. medic.*

[8] Patre uſus eſt diligente, indulgente, & [9] ut tum 2
erant tempora, diti, in primisque ſtudioſo litterarum. Hic

medic. ſ. l. cap. 5. *Philoſtratum in Sophiſtis*; *Euſebium* 14. *praepar. Euang. Suidam*: *Symmachum* 7. *epiſtolarum*: *Auſonium in Profeſſorib. Burdegalenſ. Lege* 7. *C. de adopt. & l.* 2. *C. de diverſ. prud. urb.* & paſſim in lapidibus antiquis: quos accurate digeſſit in *Onomaſtico* nondum edito *Tho. Reineſius ὁ πάνυ.* Memorat & *Tacitus* Quinctium Atticum *hiſt.* 3, 73. *& ſeqq.* Curtium Atticum 4, 58. *&* 6, 10. Julium Atticum *h.* 1, 35. A. Atticum, *Agr.* 37. Boſius.

5 *Ab origine ultima*] Pro, prima. Extremorum enim quae, ducto a principio ordine, ultima ſunt, ſi retro commees, prima ſunt. Ennius lib. 5. Ann. *Pyrrhus, uti memorant, homines, a ſtirpe ſupremo.* Maſcul. genere, pro, *ſuprema*: hoc eſt, prima. & Virg. Aen. 7.

—— *Rex ipſe, Jovis a gente ſuprema.*

Ultimum hic primum ſignificat: quod incredibile videretur, niſi ita veteres ſaepe uſurpaſſent, teſte Nonio, & Virgilius 7. Aen.

—— *Tu ſanguinis ultimus auctor.*

Sic & *Cicero* 3. *de finibus*, & 1. *offic.* quem locum libentius adſcribam, quod in vulgatis quibusdam aliter legatur: *efficiturque id, quod Pythagoras ultimum in amicitia putavit, ut unus fiat ex pluribus.* nam libri quidam edunt: *quod Pythagoras vult in amicitia, ut,* &c. Livius in hanc fere ſententiam lib. 1, 47. *Ibi Tarquinius maledicta ab ultima ſtirpe orſus.* Schottus. Hoc eſt, Prima, & in ipſa Urbe antiquiſſima. Ita etiam Catullus: *Ultima ex origine Tuo ſtetiſſe dicit in cacumine.* Ad quem locum videſis Muretum. Liv. lib. 1. *Ibi Tarquinius maledicta ab ſtirpe ultima orſus.* Apud Iſidorum *lib.* VIII. *orig. cap.* IV. ejusmodi homines, qui genus ſuum ad vetuſtiſſimum quendam auctorem referunt, vocantur, *Genitae* (ita enim legendum eſſe, pro *Geniſtae* docet Scaliger Elench. trihaereſ. cap. III.) id eſt γεννῆται. Qui Atheniensibus erant γεννῆται, & Hebraeis יחוסין. Qui per longam ſeriem majores ſuos numerare poſſunt. *Ernſtius.* Adde Ind. *Boſius.* Eadem fere, quae hic Schottus, etiam notavit Langius ad Cic. 1. de Off. cap. 17. Vide & Vorſtium ad Juſtinum lib. 2. cap. 1. n. 20. Alibi vero *ultimae ſtirpis ſortis homo* dicitur de viliſſimo & contemptiſſimo. Conſule Cl. Dukerum ad Florum lib. 2. cap. 14. n. 1.

6 *Stirpis Romanae generatus*] Certant in eluendo hoc loco Docti: quorum Princeps *Manutius* corrigebat, *e ſtirpe Romana generatus. Lambinus* vero *τὸ generatus* expungendum, reponendumque cenſet *generoſus. Boſius* diviſim legit, *genere natus. Caſp. Barthius Adverſ.* 42, 29. legit *ab origine ultima ſtirpis R. generatus*, illudque *R.* putat ſignificare *Regiae.* Verum hos omnes interpunctione deceptos eſſe affirmat *Schottus*, eaque omiſſa vulgatam tuetur lectionem: q. d. Nepos, genitus ſeu oriundus a prima nobilitate Romana. Haec *Schottus*: qui tamen non perſuaſit Cl. *Rutgerſio*, ut opinioni ejus accederet, quin mallet *ab origine ultima ſtirpis Romae*

Hic prout ipſe amabat litteras, omnibus doctrinis, quibus puerilis aetas impertiri debet, filium erudivit.
3 Erat autem in puero, praeter docilitatem ingenii, ſumma ſuavitas oris ac vocis, ut non ſolum [10] celeriter acciperet, quae tradebantur, ſed etiam excellenter

Romae generatus; vel *Romano genere natus*, ut referat ad Numam. *variar. Lect.* 2, 8. Salluſtius l. 1. Hiſt. *Cato Romani generis diſertiſſimus multa paucis abſolvit.* Nuperi editores conjecturam *Boſii* non tam facile in codices a ſe propagatos admiſiſſe debebant. *Gebhardus.* Alii: *Stirpis Romanae genere natus.* Perplacet I. *Rutgerſii* lectio: *Ab origine ultima Stirpis Romano genere natus.* Var. lect. lib. XI. cap. VIII. Sic quoque apud Salluſtium *Catilin.* legimus: *Lucius Catilina nobili genere natus.* Et apud Plaut. Poen. 5, 4, 70. *Summo genere natus.* Item Moſtell. 5, 2, 20 *Niſi quod faciunt ſummis nati generibus.* Adi C. Barth. Adverſ. lib. 42. c. 29. *Ernſtius.* Credebatur autem gens Pomponia originem ducere a Pompone Numae regis filio, ut e *Plutarcho extremo Numa* obſervatum *Guid. Pancirollo var. lection.* 2, 158. Non tamen magnam Attici nobilitatem fuiſſe, colligas ex illo Taciti annal. 2, 37, 9. *Druſo proavus eques Rom. Pomponius Atticus dedecere Claudiorum imagines videbatur.* Boſius. Pro *Romanae* Leid. *Romano.*

7 *Equeſtrem obtin. dignitatem*] *Equeſtrem ordinem* ſuum vocat *lib. 7. epiſt.* 1. apud *Ciceronem.* Hoc honore contentus, ſenatorium non adfectavit. Vide infra. *Schottus.* Non quidem quod equeſtris ordo in primordiis ac fundamentis ſuis dignitatem attulerit; verum quod primi equites ex clariſſimis familiis a Romulo primo ſuo conditore ſelecti fuerint. De duobus equitum Romanorum generibus, quaeque eorum fuerit diſtinctio, antiquitatum Romanarum ſcriptores adeundi ſunt. Joſeph. Antiquit. Judaic. lib. 19. cap. 1. ſcribit, equites illo tempore, de quo refert, dignitate & opibus Senatoribus fuiſſe proximos, utpote ex quorum ordine ſenatorum habeatur delectus *Ernſtius.*

8 *Patre uſus eſt diligente, indulgente*] Vocabulum *indulgente* ſemper mihi fuit ſuſpectum. Quam meam ſuſpicionem non parum auget Mſ. Cod. Medicaeus, in quo deeſt. Et totus locus hic ita exſtat. *Patre uſus diligente, & ut tum erant tempora, diti.* Ernſtius. Injuria poſterius vocabulum ſuſpectum habebat *Ernſtius.* In Medicaeo autem codice, haud dubio ob ſimilitudinem praecedentis omiſſum eſt. Mox q. edd. *impartiri,* & verſu proximo, *oris atque vocis,* Boſius. *Impartiri* etiam Voſſ. A. & Leid. m.

9 *Ut tum erant tempora*] De hac phraſi conſule Cortium ad Salluſt. Catil. cap. 59. n. 2. citantem *Et tum, ut erant tempora diti.*

10 *Celeriter acciperet quae tradebantur*] Mſ. Schotti aberat *celeriter.* Itaque cum *Manutio* malebat *arripere* reponi, quod in textum recepit *Lambinus*, & poſt eum plerique ceteri. quomodo Noſter ſupra

24,

Digitized by Google

ter pronuntiaret. Qua ex re [1] in pueritia nobilis inter aequales ferebatur, clariuſque exſplendeſcebat, [2] quam generoſi condiſcipuli [3] animo aequo ferre poſſent. Itaque incitabat omnes ſtudio ſuo: quo in 4
nu-

24, 3. 2. *Cicero Cat. maj.* aliique loquuti ſunt. Sed recte *Gebhardus* nil mutandum exiſtimabat, firmabatque receptam lectionem illo Ciceronis eodem Cat. maj. *Pueri res eas tum primum accipere videntur,* Non admodum diſſimile eſt illud 23, 2, 4. *Id cum libenter accepiſſem.* Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. C. *acciperet* Nob. N. Heinſius ad Ovid. 8. M. 243. & Th. Johnſ. ad Sophoclis Ajacem vſ. 2. videntur praetuliſſe *arriperet*, dicentes *arripere* h. l. poni pro celeriter intelligere, quomodo Ovidio *ingenium rapax* & Sophocl. ἁρπάσαι pro μαθεῖν *diſcere.* Nihilominus tamen codicum meorum ſcripturam hic praefero. P. Mela in Prooemii fine: *Id quo facilius ſciri poſſit atque* accipi. i. e. intelligi: ubi recte Iſ. Voſſius contra Pintianum & Schottum Auctorem ſuum defendit. Nam eodem modo Livius *parentes* & *conditores urbium.* Florus *matrem* ac parentem (vide Duk. ad Flor. 3, 18, 5.) & *accipere* & *cognoſcere* conjunxit Cicero. Plura hujus, ut videtur, tautologiae exempla collegit Tib. Wopkens lib. 2. Lect. Tull. cap. 4. p. 141, 142. & 143. ubi hunc Melae locum ad partes vocavit. *Accipere* vero proprie dici de iis, quae nobis a magiſtro traduntur, notum eſt.

1 *In pueritia nobilis*] Olim in editis nonnullis libris erat: *Qua ex re a pueritia.* Pro quo in Mſ. Cod. Medicaeo eſt: *Qua ex re pueritia nobilis vitae.* Sed credam, *vitae* corrupte ibidem eſſe ſcriptum pro *inter*, quod in utroque Mſ. lib. Medicaeo deeſt. Flexibilem hunc locum interpretes huc & illuc torquent. Liceat mihi tentare, numne commodius legi poſſit: *qua ex re puer ita nobilis inter aequales ferebatur, clariuſque exſplendeſcebat, quam ut generoſi* &c. Sic locus erit planus & perſpicuus *Ernſtius.* Sic Mſſ. Giſan. & Schotti, probante *Manutio.* Nam vulgo deeſt praepoſitio, etiam in Mſſ. Medicaeis. Fulv. Urſinus e Mſ. legebat, *Qua ex re nobilis.* Alius conjiciebat, *Qua ex re puer etiam nobilis:* Ernſtius, *puer ita nobilis.* Mihi Giſaniana optima videtur. *Boſius.* Leid. m. *qua re.* & pro *aequales*, *aequalis.*

2 *Quam generoſi c.*] Voſſ. C. *quam generoſi c. Generoſi* dicuntur, qui ex optimo genere deſcendunt, unde *generoſum pecus* dixit Virgilius 3. Georg. vſ. 75. Ubi Servium conſule. hinc *generoſi* uti h. l. feruntur ii, qui genere ſuo & ortu digni ſunt. Vide Schefferum ad Paedr. lib. 1. fab. 29. vſ. 10.

3 *Animo aequo*] In aliis libris eſt *animo aeque ferre.* Quod a genio Nepotis alienum non eſt. *Ernſtius.* Apage illud *aeque*, quod in quibusd. edd. habetur, omnino alienum a genio Nepotis, quicquid viro docto videatur. *Boſius.*

1 *L. Torquatus*] Hic *L. Manlius Torquatus* appellatur, quia *Manliae* gentis. Conſul fuit cum L. *Aurelio*

Cot-

numero fuerunt [1] L. Torquatus, [2] C. Marius filius, M. Cicero: quos [3] conſuetudine ſua ſic ſibi devinxit, [4] ut nemo iis perpetuo fuerit carior.

CAP. II.

1 Pater [5] mature deceſſit. ipſe adoleſcentulus propter

Cotta, biennio ante conſulatum Ciceronis, anno ab urbe condita ↄↄCLXXXVII. Ciceronis vero XLII. Familia ejus unde cognomen *Torquati* invenerit, docebit te A. Gellius *lib.* IX. *Noct. Attic. cap.* XIII. Ernſt.

2 *C. Marius F.*] Ceteri libri editi & Mſſ. legunt C. *Marius filius*. Eſt antiquus modus loquendi. Manutio cur magis placeat legere: *Cai Marii filius* non video. Meminit ejus praeter alios ſcriptores S. A. Victor de Vir. Ill. ubi etiam vocatur *Cajus Marius filius*. cap. 68. *Ernſtius*. Sic pariter Mſſ. meliores, agnoſcitque antiquum loquendi modum *Schottus*. Ipſe tamen legit, *C. Marius Caji F.* nulla neceſſitate. Vulgo erat, C. *Marii*, vel C *Mari*. quod non dubito ab ignoratione antiquitatis profectum. Mox pro vocabulum *ſibi* aberat Mſ. Giſſ. credo abſorptum a praecedente *ſic*. Boſius. Leid m. C. *Silus*. Voſſ. A. C. *Marii filius*. Voſſ. C. C. *Marius* C. *filius* R.

3 *Conſuetudine*] Hoc eſt familiaritate ac morum ſimilitudine, qui modus loquendi Ciceroni familiariſſimus; qui Attico praeclarum dat humanitatis teſtimonium, quando ita de eo ſcribit, *T. Pomponius homo omnium meorum in te ſtudiorum & officiorum, maxime conſcius, tui cupidus, noſtri amantiſſimus*. lib. 5. Ep. 5. ad Fam. *Ernſtius*.

4 *Ut nemo iis perpetuo fuerit carior*] Sic quoque Salluſtius de Jugurtha ſcribit: *Cum omnibus gloria anteiret, omnibus tamen carus erat*. Ernſtius. Vide infra ad c. 5, 3. *Boſius*. Voſſ. A. C. *perpetua*.

5 *Mature deceſſit*] Pro cito & ante tempus. legitur etiam apud Ciceronem & Terentium. Sed bene eſt ellipſis, ut ſubaudiatur *de vita*. Ita etiam Cic. ad Attic. lib. 1. Ep. 5. ut Manutius numerat. *Pater nobis deceſſit*. Ernſt. De voce *mature* conſule Nob. Heinſium ad Ovid. Ep. 2. Heroid. vſ. 143. & quae diximus ad cap. ult. Cimonis. Alias vero *mors matura* eſt, opportuna. vide Freinſ. ad Flor. 3, 17, 9.

6 *Tribunus pl. interf. eſt*] Vellejus 2, 18, 5. 2, 19, 1. rei fontem recludit: *P. Sulpitius, tribunus pl. diſertus*, &c. Loccenius. Non fruſtra addit, *qui Tribunus pleb.* Quo cauſſam occaſionis ejus indicat. Nam cum C. Mario patri, jam ſeni, & corpore parum valido bellum Italicum, quod vocabatur, committi vellet Sulpicius tribunus Plebis: alii autem ad Sullam id, vegetum aetate ac viribus anni illius conſulem (erat Urbis ↄↄCLXV. & Ciceronis XIX. lib. Corn. Sulla, & Q. Pomp. Rufo Coſſ.) deferrent, ad vim converſus tribunus Sulpicius, homo violens, & audax, Sullam fore & urbe expellebat, & Q. Pompeji Coſ. filium, Sullae generum, interficiebat. Iraque Sulla Conſul aegre ad exer-

Digitized by Google

pter affinitatem P. Sulpicii, qui [6] Tribunus pleb. interfectus eſt, non expers fuit illius periculi. [7] Namque Anicia Pomponii conſobrina [8] nupſerat M. Servio, fratri P. Sulpicii. Itaque interfecto P. Sulpicio, 2 poſt-

exercitum elapſus, eumque contra Marium incitans ad urbem duxit. qua potitus Marium & Sulpicium pellit, & mox proſcribit. Sulpicius a ſervo proditus periit. Accedebat huic cauſſae etiam, quod Sulpicius autore Mario pernicioſas leges (quas per vim latas Sulla dicebat, uti eſt Philipp. VIII.) promulgaverat. Epit. Liv. lib. 77. Cic. in Catilin. 3. Et lib. 3. De Orat. *Ernſtius.*

7 *Namque Anicia*] In utroque Mſ. Cod. Medicaeo legitur *Antia.* Et paullo poſt pro *Servio* habent *M. Servio.* Quomodo etiam eſt in aliis libris. *Ernſtius.* Voſſ. C. *Antea* pro *Anicia*, & omnes mei *M. Servio.*

8 *Nupſerat M. Servio fratri Sulpicii*] *Dion. Lambinus* duobus unius praenominibus offenſus, ſic commutavit: *Nupſerat Servio Sulpicio fratri P. Sulpicii. Itaque interfecto P. Sulpicio, poſteaquam* &c. Sed non viderat ille, gentem *Sulpiciam* privilegio quodam duobus ſimul praenominibus uſam: ita ut praeter *Servii* praenomen, quod erat omnibus *Sulpiciis* commune, aliud etiam adſciſcerent: quod nuper docuit vir Graecae linguae, & Romanae antiquitatis peritiſſ. *Fulvius Urſinus*, in eo opere, quod in civium Rom. gratiam elaboravit, *de Familiis Romanorum*, ex auctoritate veterum nomiſmatum, & antiquorum ſcriptorum teſtimoniis. In Ciceronis enim lib. de Oratore 1. *Q. Serv. Galbam*; ubi vulgati codd. *itemque Serv. Galbam*, edunt: Et in nummis L. SERVIUS RUFUS legitur. Rurſum qui a Livio [*lib.* 3, 31.] *P. Sulpicius*, unus ex tribus legatis, qui Athenas profecti, leges XII. Tabb. ex Solonis tranſlatas condiderunt, uniusque ex X viris fuit, a Dionyſio *Servius Sulpitius* appellatur. Nihil itaque hic mutandum contra libros veteres. *Schottus.* Tuentur hanc omnium ſcriptorum & ante Lambinum vulgatorum lectionem praeter *Urſinum* ac *Schottum*, ac praenomen *Servii*, quod nimis multi eo uterentur, ſuperinducto ei alio, pro gentilicio uſurpatum denique, contendunt etiam *Savilius ad* 1. *hiſtor. Taciti*, & *Rupertus ad Pomponium de O. J. cap.* 3. qui poſterior idem & in praenominibus *Caſſi* ac *Paulli* obtinuiſſe docet. *Lambino* tamen aſſentiendum, & *M. Servium* ac *L. Servium* Sulpicios rem monſtri ſimilem, omninoque contra morem Romanum eſſe, ut vir idem duplex pronomen haberet, cenſebat vir ſummus in *not. ad Livii* 9, 36. editione priori: nam in poſteriori hanc diſputationem in alium locum conjicit, diffiſus, ut videtur, iis, quae olim adverſus Schottum adduxerat. Mihi indubium eſt, *Servios* poſterioribus Reip. Rom. temporibus, quibusdam pro familiae nomine fuiſſe. Id enim evincunt, ὁ Σερούιος οἶκος, apud *Plutarchum in vita Galbae*; ac *Serviorum* familia apud *Tacitum hiſt.* 2, 48. pro Sulpicia,

poſteaquam vidit, [1] Cinnano tumultu civitatem eſſe perturbatam, neque ſibi dari [2] facultatem pro dignitate vivendi, quin [3] alterutram partem offenderet, diſſo-

ex qua ille oriundus. Cumque in nummis vett. cum cognomine *Rufi*, quod Sulpitiorum eſt, legatur *L. Servius*; potius eſt, ut eos ad Sulpiciam, quam (ut *Sebottus in Electis* fecit) ad neſcio quam *Servejam* aut *Serviam* gentem, nusquam praeterea, ut arbitror, commemoratam, referamus. Habemus igitur *Servium* Sulpicium cum praenomine alio, quod ad tuendum *M. Servium* noſtrum ſufficit. Sed & credibile eſt, Servios fratres fuiſſe praenominibus aliis diſtinctos. Verum de eo fortaſſis amplius diſpiciemus in *libro de numiſmatis familiarum Rom.* in quem congeremus, Deo dante, quidquid nummorum conſularium in notitiam noſtram pervenit, ſive jam publicati ſint, ſive adhuc lateant, notisque brevibus illuſtrabimus. In Mſ. Leid. erat, *M. Servilio, fratri Sulpicii.* Videri poſſit, eum adoptione in nomen & familiam Serviliam tranſiiſſe. Sed novum non eſt, haec duo nomina a librariis permutari. Ut apud *Appianum* 2. *Civilium*, ubi inter eos, qui in necem Caeſaris conſpirarunt, editiones nominant *Σερουΐλιον Γάλβαν.* Debebant *Σερούιον.* Fuit enim nepos Ser. Galbae conſularis, ut apparet e *Suetonio Galba cap.* 2. Et apud *Livium extr.* 25. pro *P. Sulpicio Ser. F. Galba*, quomodo nunc eo loco & in *Faſtis Capitolinis ad annum U. C.* 553. legitur, olim legebatur *P. Sulpicius Servilius Q. F. Galba.* Boſius. Omnes mei Codices *fratri Sulpicii.*

1 *Cinnano tumultu*] De tumultu bellico a Cinna excitato, fuſe *Vellejus* 2, 20, 2 *& ſeqq.* Loccenius. Cn. Octavius conſ. armis ex urbe collegam ſuum L. Cornelium Cinnam A. U. 686. & Ciceronis 20. expulit. Cic. Catil. 3. Cinna tamen anno ſequente, praelio ſub ipſis moenibus commiſſo, & Cn. Octavio victo, in urbem & ipſe, & paullo poſt Marius, qui Cinnae Conſuli ſeſe junxerat etiam intravit. Caedibus tum & flagitiis nefariis omnia foedata ſunt. Nec mitiorem ſe civibus mox praeſtitit, vindex illius crudelitatis Sulla: immo vero adverſarios ſaevitia etiam ſuperavit. Uterque tamen & Cinna & Marius non gratis in cives ſuos neque ſine mercede ſaevierunt. Siquidem quod aliis fecerunt, experti ſunt. Vide Flor. lib. 3. cap. 21. Eutrop. l. 5. Meminit hujus rei etiam Cicero lib. 3. de Orat. & alibi. Val. Maxim. lib. 9. cap. 2. *Ernſtius.*

2 *Facultatem*] Hac voce Cic. in partitionibus multum comprehendit, nimirum *vires, animum, opes, tempus, locum.* Heic autem pro *commoditate* & *occaſione* accipitur. *Ernſtius.* Pro *civ. eſſe pert.* Voſſ. G. *civ. pert.* pro *dari*, *claram.* pro *quin* Leid. m. *cum.*

3 *Alterutram partem*] Hoc diſcrimen in urbe manens effugere nulla ratione poterat. Duo enim genera hominum Romae erant. Unum eorum, qui vel ipſi Remp. adminiſtrabant, vel adminiſtrantibus eam; re, opera, atque conſilio praeſto erant, atque hi ambitionibus

diſſociatis animis civium, [1] quum alii Syllanis, [2] alii Cinnanis faverent partibus: idoneum tempus ratus ſtudiis [3] obſequendi ſuis, Athenas ſe contulit. neque eo ſecius [4] adoleſcentem Marium, hoſtem judicatum, ju-

nibus inſerviebant, ſive munera prenſabant, & honores capiebant, & in ſeditionibus civilibus alterutri parti ſe adjungebant. Alterum eorum, qui Remp. non attingebant, nec ſibi attingendam eam putabant, nec magiſtratus capere, nec ſeditionibus civilibus, quibus tum in urbe nihil erat miſerius ſe immiſcere volebant: ſed quiete ac libere degebant, qualis hic noſter fuit Atticus, aut qui poſt geſtos honores & imperia Rep. ſe abdicabant, ut de Lucullo ſcribit Plutarchus. Utroſque impius *Sylla* adoriebatur. item in eos, qui ſe ſponte dediderant, tum animadverſum eſt. Hoc enim omnium ſcelerum ipſius erat maximum, quod non ſolum iis non pepercit, qui contra ſe olim ſteterant, quum Remp. tractarent, ſed ne iis quidem, qui neutram partem ſecuti erant. Flagitioſum hunc omnibusque bonis inviſum hominem ſuis coloribus depingit Lepidus graviſſima oratione, quam Salluſtius poſteritati reſervavit lib. 3. cap 25. *Ernſtius.*

1 *Quum alii Syllanis*] De Orthographia hujus vocabuli vide quae notavi ad Val. Probi cap. 18. cui heic addo in duobus Mſſ. Codd. Medicaeis legi, *Sillanis.* Ernſtius.

2 *Alii Cinnanis faverent partibus*] Cinna iv. Coſ. A. U. 669. adverſus Sullam miſſus a ſuis militibus quidem occiſus eſt. Epit. l. iv. 83. ſed reliquit fautores Fimbriam ultimae audaciae hominem & alios non paucos. Plut. *Sylla.* De Fimbriae crudelitate vide Flori lib. 3. cap. 21. ubi locum corruptum Mſ. Cod. ope ita reſtituo. *Caeſi a Fimbria in penatibus domorum ſuarum trucidantur, Craſſi pater & filius in mutuo alter alterius aſpectu mactantur.* Ernſtius.

3 *Obſequendi*] Id eſt, ſerviendi. Ita enim Cic. de Orat. *Etiam in his aſperitatibus rerum* obſequar *ſtudiis noſtris.* Ernſtius.

4 *Adoleſcentem*] Varro quinque gradus aetatis facit, Adoleſcentemque in ſecundo, hoc eſt, ab anno 15. in 30. uſque collocat. Verum Oratores & Hiſtorici promiſcue nominant adoleſcentes & juvenes intra annum aetatis 20. 40. ut infra patet, ubi Atticus quadragenarius praeturam gerens & C. Marius Coſſ. paullo poſt, & a Vellejo lib. 2. cap. 27. adoleſcentes vocantur. Ex Dionyſii tamen Halic. lib. 4. 20. probare poſſumus, quod illud aetatis ſpatium ex inſtituto Servii extenſum fuerit ad annum 65. ultra ſeniores vocari. In jure civili infans dicitur ad annum uſque ſeptimum. lib. 1. § 2. D. De adminiſtrat. tut. ſic quoque ab Hippocrate παιδίον de primo vitae ſeptennio dicitur, παῖς autem de ſecundo. In vet. tamen inſcript. apud Gruter. p. 682. infans nominatur novem annorum. Adoleſcentiae igitur anni prius, quam Varro, aliique voluerunt, in jure incipiunt. Vide Dempſteri Non. ad In-

[1] juvit opibus ſuis: [2] cujus fugam pecunia ſublevavit.
3 At ne illa peregrinatio detrimentum aliquod afferret
rei familiari, [3] eodem magnam partem fortunarum
trajecit ſuarum. [4] Hic ita vixit, ut univerſis Athe-
4 nienſibus merito eſſet cariſſimus. Nam, praeter gra-
tiam, quae jam in adoleſcentulo magna erat, [5] ſae-
pius ſuis opibus inopiam eorum publicam levavit.
Quum enim [6] verſuram facere publice neceſſe eſſet,
ne-

ſtit. pag. 89. & Schneid. Comm. ad § Minorem Inſtit. de Adoption. Et ad § De Auctorit. tut. p. 115. n. 11. cum ſeqq. *Ernſtius.*

1 *Juvit opibus ſuis*] V. C. *opibus juvit ſuis*, & mox, *pecuniis ſublevavit*, numero multitudinis. *Schottus.* Utrumque elegantior. Medicaeus 2. habebat, *opibus. ſublevavit*, quod ſine dubio gloſſema eſt. *Boſius.* Voſſ. C. *juvit: operibus ſuis Athenas.*

2 *Cujus fugam pecunia*] Mſ. Cod. Medicaeus I. habet *cujus fugam opibus.* & paullo poſt: *rei familiaris* ſecundo caſu. *Ernſtius.* Voſſ. A. C. *pecuniis.* quod & codicem ſuum exhibere ſupra teſtatur Schottus. Sic ut in Cimone cap. 1. *Qui magnas* pecunias *ex metallis fecerat.* & ſaepius apud alios. Pro *afferret rei f.* Voſſ. C. *ferret rei f.* Recte Voſſ. A. C. *quae jam in adoleſcentulo m. e.* Pro *praeter* Voſſ. C. *propter.*

3 *Eodem magnam partem fort. traj.*] Bona enim proſcriptorum & abſentium aliorum inſontium vendebantur, excluſique paternis bonis liberi, etiam petendorum honorum jure prohibebantur. Vell. Paterc. lib. 2. cap. 28. Epit. Liv. lib. 89. & alii. *Ernſtius.*

4 *Hic ita vixit*] Mſ. lib. Med. II. *ſic itaque vixit.* Ernſtius.

5 *Saepe ſuis opibus*] Haud ſpreverim, quod in Medic. 1. fuit, *ſaepius ſuis op.* Boſius.

6 *Verſuram facere*] Sic reſtituit hunc locum *Cujacius* noſter JCtorum noſtrae & majorum noſtrorum aetatis doctiſſimus. *Verſuram facere* autem, eſt mutare creditorem, id eſt a novo creditore pecuniam mutuam ſumere, quam antiquiori & modeſte flagitanti diſſolvas. *Lambinus.* Sic Mſſ. Infra c. 9, 5. *neque poſt calamitatem verſuram facere poſſet.* Quid ſit autem *verſuram facere*, vide apud *Donatum.* Savaro. Male vulgati & ſcriptus, *uſuram* [quomodo & Leid. habuit.] Ex compendiis natum mendum, an ex vocis ignoratione? quam noſtri aevi Juriſconſultorum princeps *Jacobus Cujacius* egregie explicavit in *Obſervat.* [*lib.* 5, 33.] Et *Simeon Boſius in* 5. *lib. ad Atticum epiſt.* 21. Infra: *Neque poſt calamitatem verſuram facere potuiſſet.* Ubi in iisdem libris idem error. Vide *Feſtum*, vel potius *Paullum Diaconum.* Hanc legibus Romanis magis, quam *uſuram* vetitam auctor *Tacitus Ann.* 5. [immo 6, 16, 1.] Cicero pro M. Coelio: *Verſuram numquam omnino fecit ullam.* Schottus. Aes alienum alieno aere diſpungere, quod faciunt, qui mutato
cre-

neque ejus conditionem [1] aequam haberent : ſemper
ſe interpoſuit, atque ita, ut neque uſuram unquam
ab iis acceperit, neque longius, quam dictum eſſet,
[2] eos debere paſſus ſit. Quod utrumque erat iis ſa- 5
lutare. Nam neque indulgendo [3] inveteraſcere eo-
rum aes alienum patiebatur, neque [4] multiplicandis
uſuris creſcere. Auxit hoc officium alia quoque libe- 6
rali-

creditore ſatisfaciunt ea pecunia antiquiori creditori, quam a novo mutuati ſunt. Videatur Feſtus. Donatus exponit, *verſuram facere, cum quis minore faenore acceptam pecuniam majore occupat.* Eo ſenſu, quo Nepos, Cicero ad Atticum. *Non modo magno, ſed iniquiſſimo foenore verſuram facere Aurelius coactus eſt.* Ad Eundem. *Vereor, ne illud, quod tecum permutavi verſura mihi ſolvendum ſit.* Gebhardus. Hoc eſt, ut Donatus explicuit aes alienum *aere alieno ſolvere.* id quod fiebat, quando a creditoribus debitores appellabantur, neque de ſuo iis ſatis facere poterant, tunc per argentarios illis ſolvebant. *Nam* verba ſunt doctiſſimi Boſii *quod argentarius creditori debitoris numerabat, id expenſum ferebat ipſi debitori. atque id proprie erat verſuram facere,* quod Paullus vocat *debitorem vertere.* Vide de hoc verbo, ſi lubet, Obſervation. mear. lib. 1. c. 11. p. 52. & quae notavi lib. 3 Obſ. ad Terent. Phorm. A. 5. ſc. 2, 15. *Ernſtius.* Adde Ind. *Giſanius in obſervat. in Lat L.* laudat e ſuo codice : *verſuram fac. publ. eſſet neceſſe. Boſius.* Voſſ. A. C. *uſuram.* Quomodo differant *verſura ſolvere* & *verſuram facere* docebit J. Fr. Gronovius de Centeſimis & Unc. Uſuris p. 535, 536. & ſeqq. Quem jam citatum vidi ad Ciceronis l. l.

1 *Aequam hab.*] Hoc, eſt, aequo foenore. Centeſimas enim, quae uſurarum omnium graviſſimae, poſcere foeneratores ſolebant. Qua de re videlis Manut. comm. in Epiſt. Cic. 10. lib. 1. ad Att. *Ernſtius.* Mſſ. Schotti, & Medic. 2. *aeque.* Mox *unquam* aberat iis item; omiſſum, ut arbitror, ob praecedens *uſuram.* Boſius. Leid. m, *aeque ante* Voſſ. A. C. *aeque* Vocem *conditionem* inluſtravit Cortius ad Salluſt. Hiſtor. Fragment. lib. 3. p. 971.

2 *Eos debere*] Sic reſcripſere *Schottus* ac *Rutgerſius*, quod in Mſſ. inveniſſent, *aes debere.* nam vulgo *eos* abeſt: fortaſſe non male. Supplevit aliquis *aes*; alius, ut in Medic. 1. legitur, *debitum*, male uterque. *Boſius.*

3 *Inveteraſcere*] Id eſt *exſtingui* ſive malum nomen fieri : ſecundum proverbiale illud apud Columellam lib. 1. cap. 7. *Vel optima nomina non appellando fieri mala.* Verbum hoc valde confirmat antiquam lectionem Cic. lib. 5. Tuſc. quaeſt. ubi cum *[illegible]* etiam *extingui* conjungitur. Alii legere malunt *inareſcere.* Ernſtius.

4 *Multiplicandis uſuris*] Fruſtra heic negligentiae Nepotem arguit vir doctus *Ernſtius.* Nam *multiplicandis*

ralitate. Nam univerſos [1] frumento donavit, ita ut ſingulis [2] ſeptem modii tritici darentur: qui modus menſurae, medimnus Athenis appellatur.

CAP.

candis uſuris, idem eſt ac *ſi uſurae multiplicarentur*: ut paullo ante *indulgendo*, i. e. ſi indulgeret. Neutrum enim Atticus fecit. Sic cap. 9. 2. *in eo laedendo*, h. e. ſi eum laederent. Et ſupra 1, 3, 2. *ſe oppreſſo*. ubi vide notata Cl. *Ratio*. Boſius.

1 *Frumento donavit*] Largitio iſta Attici non in cives, ſed hoſpites facta eſt; & comparandae benevolentiae, ut commodo agere poſſet Athenis, non ut favore populi fretus ceteros opprimeret. Ita non ex ambitione, ſed a liberalitate erat, quae omnino laudanda. quo nomine & *Cicero* hanc Attici largitionem probat 6. *ad Att. ep.* 6. Buchnerus.

2 *Sex modii*] Ita Faernus hunc locum reſtituit. Alii legunt *ſeptem*. quomodo etiam in Mſ. Med. II. inveni: ſed male, idque propterea, quod auctor paullo poſt ipſe dicat, eum modum menſurae medimnum Athenis appellari. Jam vero Suidas docet medimnum eſſe menſuram aridorum diſcretorum, modios ſex continentem. Error autem hic inde natus, quia in nonnullis libris editis & Mſſ. pro *modus* corrupte legitur *modius*. quod etiam in Mſ. Medic. 11. reperi. Suidae adſtipulantur Fannius de *amphora* ſcribens, item Budaeus de *Aſſe*. lib. 5. Et Georg. Agricola lib. 2. De *menſur. Graecor.* Sed Caſp. Waſerus lib. 2. Antiquar. Menſur. cap. 7. §. 3. ea non de medimno Attico, quem vult, praeter ſex modios completos capere 13. libras & trientem librae amplius. Sed ſiculo majori accipit. *Ernſtius*. Sic edd. vett. & Mſſ. Manutii, Giſ. Schotti, Leid. & Medic. 2. Sed quoniam e *Cicerone Verrin.* 3, 45. 46. & 49. *Fannio*, *Auſonio*, *Suida*, aliiſque veterum conſtat, medimnum continuiſſe ſex modios, idcirco totidem & heic reſcripſere cum *Geor. Agricola lib.* 2 *de menſur. & ponder. Graec. ac Rom. Manutius*, *Faernus*, *Urſinus*; eamque lectionem pro vera recepere *Lambinus*, & quotquot poſt eum Nepotem edidere, ceteri. Verum non idem medimnorum omnium modus, ſicuti nec modiorum, fuit. Auctori veteri *de menſuris* inter *auctores finium regundorum* a *Rigaltio*, edito, p. 335. *modia quinque medimnum faciunt.* *Iſidoro* quoque *Orig.* 16, 25. *medimna eſt menſura modiorum quinque.* Quae *Jac. Capellus lib. de menſuris cubicis*, *definit.* 58. de medimno & modiis Hebraeorum: *Salmaſius epiſtola* 67. de Paphio ſive Cyprio accipit. Erant & Siculi majores Atticis. De illis haud dubie *Cicero* loquitur. Quos ceteri deſignent, non aeque in aperto eſt. At noſter ſine dubio de Atticis loquitur. Quibus plerique quidem recentiorum ſex modios dant, etiam *Salmaſius*, teſtem advocans *Africanum*, qui hoc accuratiſſime perſecutus ſit: ſed intelligunt Italicos ſive Romanos; Noſter autem fortaſſis Atticos. At medimnum Atticum diſerte ſeptem modiorum facit. *Varinus Phavorinus in commentario Graecae linguae*: Μέδιμνος, ζʹ μόδιοι. ὁ μέτρον Ἀττικόν,

γι.

Cap. III.

Hic autem [1] ſic ſe gerebat, ut [2] communis infimis, par principibus videretur. Quo factum eſt, ut huic omnes honores, quos poſſent, publice [3] haberent, [4] civemque facere ſtuderent. [5] quo beneficio ille 1

γνώριμον μέδιμνον ἐστί, ὅσοι τεσσαράκοντα ἀττικὰ χοίνικας. Ubi Capellus *medios* de Romanis accipit; addit tamen, *id praeciſe verum non eſſe. Waſerus de menſur. Hebr.* 2, 7, 3. ſcribit, *medimnum Atticum praeter ſex modios completos capere libras* 13. *cum triente.* Atqui modius Rom. pendebat, ut volunt, libras (tritici ſcil.) xx. Non male ergo medimno ſeptem modii tribuentur. Sed omnis iſtarum menſurarum ratio nondum ſatis expedita eſt. Quae cum ita ſint, revocandam cenſui priſcam lectionem, praeſertim in tanto librorum conſenſu. Poſſis & *modum menſurae* de ſingulis mediis accipere, non de ſeptenis. nam aliquando *ἰσοδυναμοῦσι modius* & *medimnus*: etſi id hoc ipſo loco fretus negat *Gonſalius ad Petronium p.* 148. & *Salmaſius l. c.* Diſerte *Heſychius*: *μεδιμναῖον, μέτρον μοδίου. Μέδιμνον, μέτρον ὅμοιον.* non opus cum Guyeto addere *μοδίῳ*.) Et alibi: *Διμέδιμνον, μέτρον χωροῦν δύο μοδίους.* Idem e *Cicerone* conatur elicere *Capellus l. c. defin.* 41. Qui & *defin.* 68. vexatiſſimum *Joſephi* locum *fine lib.* 3. *Antiquit.* ſic accipit, ut *μέδιμνος* vox pro modio ſumatur. De quo nos plura ad eum locum. adde Ind. v. *modius.* Boſius. Voſſ. A. etiam *ſeptem.* Pro *medimnus.* Lied m. *medamnus.* Conſule & Celeb. Perizon. ad Aelianum lib. 6. V. H. cap. 12.

1 *Sic ſe gerebat*] Placet ſcriptura Med. 2. *ſic ſeſe gerebat.* Boſius.

2 *Communis infimis*] Id eſt, blandus & affabilis, comis & obvius infimae conditionis hominibus. Doſitheus Magiſter l. 3. Mſ. ex bibliotheca Cl. Puteani V. C. *omnibus communem eſſe, πᾶσι κοινὸν εἶναι. Probus* hujus libri exſcriptor potius quam auctor, in carmine ad librum de Theodoſio Imp. loquens:

Communis cunctis hominem ſe regna tenere
Sed meminit, vincit hinc magis ille homines.

Sidonius in Concione l. 7. vide *vitas.* Savaro. Ant. Auguſtinus emendavit & legit *comis.* Verum non video quare. Ciceroni enim & aliis Auguſtaei aevi ſcriptoribus non novum eſt dicere *communis amicus* & *communis meus* pro *familiari.* Erntius. Adde quae prolixe diximus ad 1, 8, 4. *Boſius.* Adiſis J. Arntzenium ad S. A. Victorem Epitom, cap. 48. n. 9. & Drakenburgium ad Livium lib. 4. cap. 10.

3 *Haberent*] Quid. libri, *Schotto* teſte, *mandarent.* Boſius.

4 *Civemque facere ſtuderent*] Qui ſingularis honor fuit, & ſolum iis, qui de rep. praeclare meriti eſſent, exhibitus. vide *Meurſium Fortun. Att. c.* 5. Boſius.

5 *Quo beneficio*] Civem tamen Atticum *Cicero* vocat, reſpiciens credo ad cognomen, non ad jus civitatis, *lib.* 1. *epiſt.* 16. & *lib.* 2. epiſt.

ille uti noluit. Quod nonnulli ita interpretantur, 2[1] amitti civitatem Romanam alia adſcita. Quamdiu adfuit,

epiſt. 1. *In eis orationibus, quae Philippicae nominantur, enituerat civis ille tuus Demoſthenes.* Schottus. Recuſarunt hoc beneficium & Zeno ac Cleanthes, ne patriae ſuae injuriam facere viderentur. Auctor *Plutarchus de Stoicorum repugnantiis p.* 1034. *a.* Boſius. Male in Edit. Oxon. legitur. *Es ben.*

1 *Amitti civitatem Romanam*] Neque enim jure Quiritium idem duarum civitatum civis eſſe poterat. Cicero pro Caecina, & pro Corn. Balbo: *Duarum civitatum civis eſſe noſtro jure civili nemo poteſt: non eſſe hujus civitatis civis, qui ſe alii civitati dicarit, poteſt.* Vide *Ant. Goveanum I. C. Variar. lect. Juris Civilis cap.* 6. Schottus. Duorum tamen municipiorum uni capiti ſubjectorum poſſe aliquem civem eſſe volunt: item honorarium, confoederatum & incolam: de quibus praeter *Ciceronem in orat. pro. Caec. & Balbo*, *Scipio Gentilis in Apuleji apolog. n.* 709. *Arniſae de Rep.* 1, 5, 7. & alii. *Loccenius.* Nempe jus civitatis Romanae. Nam *civitatem* non tantum pro loco & oppido & multitudine hominum dici, ſed etiam pro jure civium Verrius Flaccus docet apud A. Gell. 18. N. A. c. 7. Recte autem exiſtimavit T. Pomponius, amitti civitatem alteram, altera adſcita. Et quidem ſecundum ea quae M. Tullius Orat. pro C. Corn. Balbo promſit. Cujus verba video eſſe citata poſt Schottum a Dn. Boeclero. De Jure Juſtinianaeo & veterum JCtorum Labeonis, Paulli, & Ulpiani ſententia vide lib. 5. & lib. 6. §. 2. D. *Ad municipalem & de incol.* qui diſtinxiſſe videntur inter *civitatem* & *domicilium*. Ernſtius. Sub Imperatoribus etiam Romano civi licebat alterius civitatem adſciſcere. vide *Salmaſ. obſerv. ad jus Att. & Rom. c.* 26. Boſius. Adde & J. Arntzenium de Civitate Paulli cap. 2. §. 4. & 5.

2 *Reſtitit.*] Mſ. Cod. Medic. 1. legit *reſpuit*. Quod duri ſenſus verbum eſt, & ab humanitate Attici alienum. *Ernſtius. Ponere ſtatuam* propriam eſſe locutionem docent Interpretes ad Phaedrum lib. 2. in Epilogo vſ. 1.

3 *Abſens prob. n. potuit*] De ingenti humanitate Athenienſium erga hoſpites & peregrinos, deque ara Miſericordiae eorum vide Theophili Graeci JCti παράφρασιν in §. Ἀλεξανδρεῦσι Inſtitut. De jure nat. gent. & civ. & illos ſcriptores, quos ibidem citavit Cl. Fabrotus, amicus noſter ſingularis. *Ernſtius.*

4 *Ipſi & Phidiae*] Ita Libri. Alii, *Piliae.* Sane non fuit uxor Attici, *Pilia*, honore ſupervacuo & immerito oneranda. Nam ad *Phidiam* (ſive aliud, ſed viri nomen fuit) referenda puto cum *Manutio*, quae ſequuntur: *Hunc enim in omni procurat.* *Lipſium* adi de hujus loci lectione diſputantem *lib.* 1. *Elector. cap.* 14. cui tamen, dum *ipſi & fidei* reponit, non ſine cauſſa diſſert aſſentiri *Schottus*, & *Rutgerſius* 5. *var. c.* 1. qui pro *ipſi & Phydiae*, legit, *πνύκε & poecile*, *locis ſanct. ſſ.* explicatque, qualis locus πνὺξ fuerit. quo remitto lectorem. *Boeclerus.* Uxorem Atticus pridie Id Febr. duxerat,

adfuit, ne qua ſibi ſtatua poneretur, [2] reſtitit: [3] abſens prohibere non potuit. Itaque aliquot [4] ipſi, & Phi-

rat, aliquantò poſt, [tredecim annis, ſi *Rutgerſio* credimus] quam Romam remigravit. Ergo non recte *Piliae* legatur. Legendus *Cicero epiſt.* 3. *lib.* 2. *ad Q. Fratrem*: meminitque *lib.* 4. *ad Atticum epiſt.* 4. & *lib.* 14. *epiſt.* 15. & *lib.* 16. *epiſt.* 7. tentari morbo, quem παρέλυσιν appellant. In antiquo noſtro *Phidiae* ſcriptum erat, probatque *Manutius*, ut & in Fulvii lib. qui tamen *filiae* legebat. Quidam *Philiae*: id eſt, amicitiae; quod amicitiae cultor eſſet conſtantiſſimus: Quam ego Deam non agnoſco, quamvis *Jovis Philii* mentio. *Schottus*. *Urſinus* & *Schoppius* 3. *veriſimil.* 8. *filiae* emendant; num recte, illi viderint. adoleſcentulus enim Athenas ſe contulit, hicque complures annos moratus eſt, filiam autem Agrippae nuptum dedit: infra [c. 19. 4.] *Savaro*. In hac voce, ejusque interpretatione viri docti valde deſudant. *Bifius* enim *Schottus*, *Beuterus*, & alii, quos J. Meurſius lib. 3. *Athen. Attic.* cap. 3. coecos duces ſequitur, volunt *Piliam* Attici conjugem eſſe. Cujus Cic. lib. 4. ad Attic. Ep. 4. lib. 14. Ep. 20. fine & lib. 16. Ep. 6. *Extrema parte*, nuptiarum autem ejus lib. 2. ad Q Frat. Ep. 3. meminit. Favet his Barthius lib. 39. Adv. c. 12. Ubi pro *Phidiae*, qua auctoritate neſcio, ſcripſit *ipſi & uxori*. Qui tamen lib. 43. c. 2. melius ſentit. Urſinus autem & Schoppius lib. 3. Veriſim. c. 8. emendant *filiae* pro *Fidiae*. Rutgerſius ab iis abit & legit *Pnycaee* & *Poecile* lib. 2. Var. Lect. c. 8. p. 448. Lipſius autem lib. 1. Elect. c. 14. *ipſi & fidei*. Ceterum cum Mſ. libri omnes, quos ego vidi, unum ſi excipio vetutiſſimum meum, & editum, multi conſtanter legant *Phidiae*, recte fecit Barthius, quod antiquam lectionem propugnaverit: *cum Phidiam conſtet caeſis tyrannis magnum decus Athenis ſuo nomini peperiſſe.* Pro *ipſi & Phidiae* tamen ſcribi mavult *ipſi ut Phidiae*. Miror ſane, ſcribarum ignorantiam tantis viris inponere potuiſſe. Quid enim facilius, quam ex voce ab hac quarta *hunc* videre, neque *Piliae*, neque *filiae* neque *Pnycae* neque *Poecilae* nec *fidei* legendum eſſe: de nulla enim harum dici poteſt: *Hunc in omni procuratione Reip. actorem auctoremque habebat.* Neque Attico tum uxor erat, ut docte probat Manutius Comment. in *Epiſt.* 3. lib. 2. ad Q. *Fratr.* Multo minus *filia* ut Schoppius putavit. In eo tamen cum Manutio non facio, quod legat, *habebat*. Eam enim emendationem antecedentia haec verba non ferunt *in omni procuratione Reip.* Sed antequam ab hac re diſcedam, monebo lectorem, in Mſ. meo Cod. clare legi *Pilio*, quem M. Coelius Epiſt. 8. lib. 8. *ad Fam.* Attici neceſſarium vocat. De hoc, & an ſcribi poſſit: *ipſi in Phidiae locis ſanctiſſimis poſuerunt*, Critici judicent. Ego nihil muto. Tantum addo, errare eos, qui *Phidiam*, cui ſtatua una cum Attico eſt poſita, ſtatuarium illum celebrem eſſe opinantur, cujus ars a variis ſcriptoribus laudatur. Is enim, ut Plinius teſtatur lib. 34. cap. 8. floruit Olympiade 83. circiter 300 Urbis

anno

Phidiae, [1] locis ſanctiſſimis poſuerunt. Hunc enim [2] in omni procuratione reipub. [3] actorem auctorem-
3 que habebant. Igitur primum illud munus fortunae, quod

anno. Vide ejusdem lib. 35. Hiſt. Nat. c. 8. De Phidia plura ſcire qui vult, adeat Pauſan. *in Eliacis prioribus, aliisque in ſuis libris.* Val. Maxim. lib. 3. c. 7. in Ext. ceterosque Hiſtoriarum conditores. *Ernſtius. Pilia* placuit etiam *Salmaſio in epiſtola*, quae inter *Sarravianas* habetur, *pag.* 93: ſicuti *pnyx* & *poecile*, *Scriverio* ac *Gebhardo*, qui & in textum recepit. de quibus locis, praeter *Rutgerſium*, videndus *Meurſius Athen. Att.* 2, 9. & 1, 5. de poſteriore etiam *Attic. lect.* 6, 18. ſicuti de priore, *Petitus ad Leges Atticas* 3, 2. ac *Petavius ad Themiſtium pag.* 701. Sed viri nomen clare contextus poſtulat: *Piliae*, nec tempus, nec mos Athenienſium admittit. Interim recte quaerit *Rutgerſius: Quis Phidias ille, cui aliquot ab Athenienſibus ſtatuae poſitae ſint?* nam tyrannicidam heic locum non habere, facile ei largior. Cur enim nunc demum poſitae, aut, ſi jam olim, cur heic commemorantur? Verum quis dubitet, tam celebre & auſpicatum nomen frequens Athenis fuiſſe, etiam Attici aevo? Et quis ille fuerit, Nepos ſtatim exponit. Non tamen plane diſplicet, quod *Ernſtius* e ſuo codice produxit, *Pilio:* praeſertim ſi *Pilia* Lambini ex antiquis libris, ut *Rutgerſius* opinatur, repoſita ſit. de quo tam mihi non conſtat. *Boſius.* Quia omnia repetuntur, quae Gebhardus obſervavit, ejus notam hic omiſi. Leid. m. *Phydiae* Voſſ. A. C *Phidiae.*

1 *Locis ſanctiſſimis*] Barthius l. c. dicit. *neſcio, an porticus illae univerſae plebi Atticae, quotidie perviae ſanctiſſima loca dici poſſint.* Quibus verbis Rutgerſii emendationem, cujus ante meminimus, refellere conatur: ſed Doctiſſ. viro non venit in mentem: *locum ſanctum* non ſemper ſacrum aut religioſum ſignificare, ſed venerabilem, incorruptum, & inviolatum, ut Trebatius loquitur apud Macrob. 3. Saturn 13. *Sanctum* enim & *ſanctiſſimum* heic dicitur, quod ab injuria hominum defenſum atque munitum eſt. lib. 8. D. De rer. divis. Sic portae civitatis quotidie perviae non deſinunt eſſe ſanctae, licet imperite id neget Plut. *in Romulo*, & in *Quaeſt. Rom.* ubi ſine dubio jus pontificium ex libris ritualibus cum jure civili confundit. Nam illo jure portae non erant ſanctae, quia per eas cadavera efferebantur, non vero hoc, jure videlicet civili. Id quod probant lib. 2. D. *Ne quid in loco ſacr.* & §. *Sanctae* 10. *Inſtitut. Rer. Diviſ.* ſtatuae autem in locis ſanctis ponebantur, ut eſſent in tuto. *Ernſtius.*

2 *In omni procurat. reip. actorem*] Non diſſimulanda eſt quorundam libb. lectio: *in omni procurat. reip. publicum actorem.* poſſit repetitum videri ex proxima voce. *Boeclerus.* Pro *hunc enim* Voſſ. C. *nunc eſt.*

3 *Actorem auctoremque*] Recte vocat *actorem*, is enim communi mandato cauſſas & lites univerſitatis perſequebatur. Athenienſibus appellabatur ἔκδικος, qui Gajo Icto tuis Syndicus lib. 1. §. 1. D. Quod

cu

quod in ea potiſſimum urbe natus eſt, [1] in qua domicilium orbis terrarum eſſet imperii; ut eandem & patriam haberet [2] & domum. Hoc ſpecimen pruden-

cujuscunque univerſ. nom. agatur. Sub *Auctoremque* ſub audi *ſecundum*; atque ſic optime cum praecedenti voce convenit. *Auctores* autem *ſecundi* fidejuſſores erant ob evictionem dati. Quae vox deinde tranſlata eſt ad omne genus procurationis. Adi Ulpian. in lib. 4. D. de Evict. *Ernſtius.* Mſ. Schotti inverſo ordine *auctorem alterumque.* Atque ſic & *Buchnerus* legi volebat. De modo loquendi vide Ind. v. *agere.* Mox q. edd. *habebat.* quod de Attico capiendum eſſet. ſed recte id rejecit Ernſtius. *Boſius.* Vide Torrent. ad Sueton. Caeſ. cap. 12. Nec mirari debes, ſi in Mſ. Schotti verborum ordinem vides inverſum, cum centies hae voces inter ſe confundi ſoleant; Vide Cl. J. Arntzenium ad Victorem de Caeſarib. cap. 20. n. 3.

1 *In qua domicilium orbis terrarum*] Infra: *cum ſe uterque principem, non ſolum urbis Romae, ſed orbis terrarum eſſe crederet.* Martialis 11. Epigr. 8.

Terrarum dea gentiumque Roma,
Cui par eſt nihil, & nihil ſecundum.

Ad quos reſpexit Sex. Julius Frontinus lib. 2. de aquaeductib. urbis Romae: *Sentit,* inquit, *hanc curam Imperatoris piiſſimi Nervae principis ſui Regina & domina orbis indies;* (lego *indiges*) *Quae terrarum Dea conſiſtit, cui par eſt nihil, & nihil ſecundum. Et magis ſentiet ſalubritas ejusdem aeternae Urbis,* &c. Et J. C. Romam, *communem patriam* appellant. *l. Roma.* 33. *D. ad legem municip. l. in orbe Romano* 17. *D. De ſtatu hominum.* & *l.* 1. *C. de Eunuchis. l.* 4. *D. De excuſat. Tutor.* Vide *Senecam conſolat. ad Albin. cap.* 6 *Sidon. Appollinarem lib.* 8. *ep.* 6. & *Claud. Rutilius* in Itinerario:

Feciſti patriam diverſis gentibus unam.

Virgilius 1. Aen. *Romanos rerum dominos gentemque togatam:* quem Auguſtus ſaepe uſurpabat. *Sueton. cap.* 40. *lib.* 2. M. Tullius poſt redit. in Senatu: *Roma arx omnium terrarum.* Et in Catilin. *Lux orbis terrarum & arx omnium gentium.* Philipp. 6. *Quis unquam tantis opibus, tantis rebus geſtis fuit, qui ſe populi Romani victoris, dominique omnium gentium patronum dicere auderet?* Horat. Oda 4. lib. 44. *O tutela praeſens Italiae, dominaeque Romae.* Schottus. Adde Lindenbrogium ad Cenſorinum de Die Natali cap. 16. in fine.

2 *Et domum*] Amplius Mſ. *& domum voluit*, non neceſſario. *Patria* latius patet, quod ſit regio in qua quis natus, vel educatus. *Cicero de legib. Domus* vero anguſtiori ſignificatione. Hinc illud: *unde domo?* quo de libro 3. *Obſervationum per ſaturam* egimus: ut, *Terentius, patria Afer, domo Carthaginenſis.* *Dion. Lambinus* ſollemne illud ſuum, *repugnantibus libris omnibus*, ſervans, legit, *ut eandem & patriam haberet & dominam:* reſpiciens forte verſus *Martialis.* Non probo. Nec enim, quamvis terrarum domina, non tamen Attici *Roma* domina eſt appellanda. *Schottus.* Subtiliter haec quidem a *Lambino* excogitata lectio, in textum tamen recipi non debuit. In libb. enim: *ut eandem & patriam hab. & domum.*

vo-

dentiae, quod quum in eam civitatem ſe contuliſſet, quae [1] antiquitate, humanitate, doctrina praeſtaret omnes, unus ei ante alios fuerit cariſſimus.

CAP. IV.

1 2 Huc ex Aſia Sulla decedens quum veniſſet, quamdiu ibi fuit, ſecum habuit Pomponium, captus

voluit. Haec ultima vox, ſi retinenda ſit, admonet nos de vitio totius loci, mutilati aut corrupti Planiſſima igitur lectio illa fuerit: *ut eandem & patriam haberet & domum.* Potuiſſet enim Romam patriam habere extra Romam natus educatusque: igitur & *domum* ei contigiſſe ait. An aptius legerem: *Igit p. i. m. f. q. in e. p. urbe natus, in qua domicil. o. t. e. imperii, eandem & patr. h. & domum.* Quanquam, ut coepi dicere, vitium gravius ſubeſſe credo. Vide omnino *Schottum obſervat. lib.* 2, 8. Bocclerus. Non aſſentior heic Lambino, qui repugnantibus libris omnibus, legit *dominam.* Nihil enim elegantius a Cornelio noſtro dici potuit, quam quod illam urbem Atticus habuerit *domum*, quae imperii orbis terrarum erat *domus* ſive *domicilium*; eandemque & patriam Nam & *patria* & *domo* erat Romanus, ſicut ille *patria Afer, domo Carthaginienſis.* Mſ. uterque Medic. habet; *& domum voluit.* Ernſtius. Expungunt *voluit*, ut ineptum. Ego totum locum ita lego: *in qua domic. orbis terr. eſſe imperii, ut eandem & patr. haberet & domum, voluit.* Ordo eſt, voluit (fortuna ſcilicet, de qua praecedit) eſſe domicilium imperii orbis terr. in &c. *Schefferus.* τὸ *voluit* etiam in utroque Medicaeo legitur: eoque temere expungendum non eſt. Legam igitur, jugulata unica voce, *quod in ea urbe natus, in qua d. o. t. e. imperii, ut eandem & patriam haberet & domum, voluit.* Ut hic ſit ordo: Voluit (fortuna) ut natus in ea urbe, &c. eandem non ſolum patriam haberet, tanquam illic natus: ſed etiam domum; tanquam civis Rom. quod jus adſcita alia civitate amittere noluit. Sic plana, niſi plane fallor, omnia. Illud *eſt* autem intruſum ab aliquo, qui non animadverterat, τὸ *natus* ſuſtineri a verbo *voluit*: eoque aliud ſubſtituendum cenſuit. *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. A. C. (qui & *voluit* addunt) *domum* exhibent.

1 *Antiquit. humanit. doctrina praeſtaret*] Cicero Catone majore, quem Attico miſit: *Novi moderationem animi & aequitatem: teque non cognomen ſolum Athenis deportaſſe, ſed humanitatem, & prudentiam intelligo.* Et in 1. ad famil. *Pomponius Atticus omni liberali doctrina politiſſimus.* De Athenis *Lucret. lib.* 6. & Atticus ipſe apud *Cicer.* 1. & 2 *de legib.* Idem *pro Flacco*, & 1. *de Oratore.* Αὐτόχθονας ſe appellabant. Ariſtides in Panegyrico: Οὐκοῦν ἐξῆν γε μόνοις ὑμῖν, εἰ δέοντα ἐστὶν εἰπεῖν, οὐδ' ἄλλο ἐκ λόχοι τῆς γῆς, ἢ μᾶλλον γε τῆς μητρὸς τινί. *Proinde ſolis nobis, Athenienſes,* hoc

ptus adoleſcentis & humanitate, & doctrina. [1] Sic enim Graece loquebatur, [2] ut Athenis natus videretur. Tanta autem [3] ſuavitas erat ſermonis Latini, ut appareret, in eo nativum quendam leporem eſſe, non adſcitum. Idem [4] poëmata pronuntiabat & [5] graece & latine, [6] ſic ut ſupra nihil poſſet addi. Quibus 2
rebus

hoc contigit, ut jure nemo ipſis intendere judicium unde vi poſſit, non magis quam cuipiam ob id quod in poſſeſſione matris ſuae ſit. Schottus. vide *Meurſ. Fortun. Att. cap.* 2. & 8. Alii edidere *doctrinaque*, mox, *unus fui. cariſſ.* Sed copula aberat etiam Mſ. Schotti; idemque & Gif. inſertum habebant *ei*, Gebhardina editio, *& unus fu. cariſſ.* mendoſe, pro *ei unus*, ut arbitror. *Boſius.*

2 *Huc ex Aſia Sulla decedens*] Sulla Mithridate provinciis, Aſia, Bithynia; Cappadocia, decedente, cum exercitu victore, multorum precibus ſolicitatus in Italiam rediit A. U. 670. Epit. Livii 83. Plut. *Sulla.* Ernſtius Pro *huc* Voſſ. A. *hunc* pro *cum veniſſet* Leid. m. *conveniſſet.* Pro *humanitate & doctrina* Idem & *hum. & doctr.* & ita Voſſ. A. C.

1 *Sic enim Graece loquebatur*] Unde *Attici* cognomentum. *Cicero* 5. *de finibus initio.* Schottus.

2 *Ut Athenis natus videretur*] Eodem modo Plinius lib. 4. Ep. 3. de Antonio. Chr. Heidmannus praeceptor olim meus de me optime meritus in Notis ad h. l. dicit: *Hinc, opinor, nomen ei Attici haeſit.* Non falſo opinatur: affirmat id enim Cicero initio Catonis maj. ſive Libri de ſenectute. *Teque*, ait, *non cognomen ſolum Athenis deportaſſe, ſed humanitatem, & prudentiam intelligo.* Ernſtius. *Natus* abeſt ab ed Gothofredi. Et poſſis ſubaudire *loqui*: Sed incuria librarii potius omiſſum puto. *Boſius.*

3 *Suavitas erat*] Sic Mſſ. Schotti. & Gif. Vulgo transponunt. *Boſius.* Pro *autem* Leid. m. *enim.*

3 *Suavitas ſerm. Lat.*] Hoc de Catulis praedicat *Cicero* 1. *de offic.* Heidmannus.

4 *Poemata pronuntiabat*] Suane, an aliorum? Hoc potius cum optimo doctore meo, *Aug. Buchnero*, exiſtimaverim; quod infra *cap.* 18, 5. diſerte indicat ſolum leviter eum *poeticen attigiſſe.* Non igitur ita calluit, *ut ſupra nihil poſſet addi*, quomodo mox ſubjicit Noſter. Fuiſſe autem aliam pronuntiationem carminum a recitatione orationum, ne quidem dubitari debet. *Boſius.*

5 *Graece & Latine*] Scripſerat Graece *de conſulatu Ciceronis* Commentarium: qui tamen horridulus, & incomptus *Ciceroni* viſus eſt. *lib.* 2. *epiſt.* 1. & infra *c.* 18. 6. Schottus. Voſſ. C. *& Graeceque Latine.*

6 *Sic ut ſupra nihil poſſet addi*] Τὸ *addi* omiſit Lambinus, ſed quia in V. C. repperi, religio fuit *ὀβελίζειν.* *Schottus.* Pro *nihil amplius* ſive *nihil ultra.* Elegans locutio & a Terentio in Eun. Act. 3. ſc. 1. uſurpata. Cicero, ſat ſcio, dixiſſet *Ut nihil potuiſſet ultra addi.* Semel tamen ſi recte numeravi, dixit: *ut nihil poſſet ſupra.* Epiſt. 19. ad Attic. lib. 13. *Ernſtius.* Erat etiam in Mſſ. Gif. & utroque Medicaeo &
ſic

rebus factum eſt, ut Sulla [1] nuſquam [eum] ab ſe dimitteret, cuperetque ſecum deducere. [2] cui quum perſuadere tentaret, noli, oro te, inquit Pomponius, adverſum eos me [3] velle ducere, [4] cum quibus ne contra te arma ferrem, Italiam reliqui. At Sulla, adoleſcentis officio collaudato, omnia munera ei, quae Athenis acceperat, proficiſcens juſſit [5] deferri.

3 Hic complures annos moratus, quum & rei familiari tantum operae daret, quantum non indiligens deberet paterfamilias, & omnia reliqua tempora aut litteris

ris

ſic Cicero ad Atticum: *ut nihil poſſit ultra cogitari.* Et obſervatur animo neſcio cujus ejuſmodi locus: *nihil addi ut hisce poſſit.* Ἐλλειπτικῶς tamen idem Cicero ad Atticum 13, 19. *Ita accurate, ut nihil poſſet ſupra.* Et 15, 1. *oratio ſcripta elegantiſſime ſententiis, verbis, ut nihil poſſet ultra.* Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. adſcribunt *addi*, quod Voſſ. C. non agnoſcit. Terent. Adelph. 2, 4, 11. *Nihil pote ſupra*: ubi Donatus; *Ellipſis per admirationem eſt: ſubaudiendum eſt enim vel* eſſe *vel* dici.

1 *Nuſquam eum ab ſe*] Τὸ *eum* non agnoſcunt libri: a *Mamutio* eſt. *Nuſquam* autem ex Mſſ. Giſan. & Schotti, ex hoc etiam, *ab ſe*, repoſuere nam vulgo edebatur, *nunquam a ſe.* Boſius. Pro *nunquam* Leid. m. *nuſquam.* τὸ *eum* omittunt Leid. & Voſſ. C. *Ab ſe* exhibent omnes mei. Pro *cuperetque ſecum deducere* Voſſ. C. *cuperet quia ſecum deduceret.*

2 *Cui quum perſuad. tentaret*] Edd. vett. & Gothofr. ac Grut. *Qui cum*, quod neſcio cur mutarint. Sic enim ſolet Nepos. Codex Ernſtii: *cui cum diſſuaderet.* A manu ſcioli eſt, opinor: qui haec ad Atticum referebat, cum ad Sullam deberet. Niſi malis, *Qui cum id ſuaderet.* ſed magis placet recepta. *Boſius.* Pro *cui* Leid. & Voſſ. A. C. *qui.*

3 *Velle ducere*] Sic & ſcriptus codex, melius quam *deducere*: quod praecedenti verſu poſitum, rectius ibi quadrat. *Schottus.*

4 *Cum quibus ne arma contra te*] Attici per bella civilia quieſcentis exemplum in hoc genere ſine exemplo, laudat *Boeclerus ad Vellejum* 2, 86, 3. Plura infra ad 6, 1, *Loccenius.* Aliter hunc locum diſtinguit *Ernſtius*, & illa, *cum quibus*, ad poſtrema, *Italiam reliqui*, refert: nec videt alias, quo haec reſpiciant. Atqui nec neceſſe eſt, ut aliquo reſpiciant: ſola ſenſum abſolvunt. *Cum quibus ne arma contra te ferrem*, dictum, ut *cum Aegyptiis bellum gerere adverſus regem* 1, 3, 1. vide Ind v. *bellum.* Et quinam illi ſunt, *cum quibus* Italiam reliquit? *Boſius.*

5 *Deferri*] Suſpectum hoc *Buchnero* erat: ſine cauſſa. Dictum, ut *delati honores, poteſtates, praefecturae,* & *delatum accipere.* adi Indicem *Boſius.*

6 *Urbana officia*] v. Ind. *offic.* & not. ad 1, 2, 3. *Boſius.*

7 *Ad comitia eorum*] Denuo Ind. adi.

Digitized by

ris aut Athenienſium reipub. tribueret, nihilominus amicis [6] urbana officia praeſtitit. Nam & [7] ad comi- 4
tia eorum ventitavit, & ſi qua res major acta eſt, non defuit. [1] ſicut Ciceroni in omnibus (ejus) periculis ſingularem fidem praebuit: cui ex patria fugienti [2] LLS. ducenta & quinquaginta millia donavit. Tran- 5
quillatis autem rebus Romanis, remigravit Romam, ut opinor, [3] L. Cotta & L. Torquato Coſſ. [4] quem diem

adi. *Boſius*. Praepoſitio *ad* non reperitur in Voſſ. A. C.

1 *Sicut Ciceroni in omn. ejus periculis*] Ad comitia tamen ſua Praetoria Cicero eum non vocavit; immo, ne quid rebus ejus incommodaret, venire prohibuit. 1. Att. 20 Ad conſularia eum vocat, 1. *epiſt.* 2. Heidmannus. Pro *ejus periculis* V. V. C. Schotti, *ſuis per.* Vulgo utrumque abeſt. Quare a gloſſa eſſe vix dubito. *Boſius*. Leid. m. etiam *ſuis periculis*.

2 *LLS. CC. & quinquaginta millia*] Scriptus cod. *ſeſtertia ducenta & quadraginta millia*. Schottus. De ſeſtertiis quae olim ad locum hunc adoleſcens notavi, nunc reſcindo, & antiquitatis ſtudioſos ad Cl. Viri Dn. Gronovii Comm. de Seſtertiis relego. cui Salmaſiana, ſi edita ſunt, quae Cl. Dn. Vinnius expectat in Comment. ad §. *Poſtea* 2. *Inſtitut. De Succeſſion. libertor.* recte addentur. Ceteri enim, quos ego quidem vidi, rem nummariam tractantes, haut ſibi ſatis conſtare videntur. *Ernſtius*. Pro LL. S. Leid. m. & Voſſ. A. C. *ſeſtertia* & pro *quinquaginta* iidem *quadraginta*.

3 *L. Cotta, L. Torquato, Coſſ.*] Anno U. C. DCLXXXVIII. Quorum conſulum meminit & *Catilin. tertia*, & *Agraria* 2. *in Rullum*. Schottus.

4 *Quem diem*] Τὸ *diem* delendum cenſet *Ant. Auguſtinus*, Archiepiſcopus Tarraconenſis, vir omnis antiquitatis peritiſſ. *Urſinus* vero *abeuntem* pro *quem diem* leg. conjiciebat. *Schottus*. Cum *Auguſtino* faciebat & *Gebhardus*. *Manutio* videbatur ſententia poſcere, *quem diſcedentem*. atque ſic & *Rutgerſius* legebat *var. lect.* 2, 8. mendumque ex ignorata compendii ratione ortum putabat, cum *diſcem* pro *diſcedentem* ſcriptum foret. *Schoppius veriſimil.* 3, 8. mallet *quem quidem*: quam ſuo codice confirmari ait *Ernſtius*. qui tamen tentabat, *quem diem, quo abiit*; quod in Medicaeo inveniſſet, *quem diem quolibet*. Ac ita quidem primitus ſcriptum fuiſſe, haud negaverim: ſed ab alio, non Nepote. Apud quem nihil mutandum eſt. *Diem* dixit pro re die illo facta, (quomodo & alii loquuti, ut docent *Gronovius obſ.* 1, 2. & *Buchnerus in Theſauro Fabri*) id eſt pro diſceſſu Attici. *Boſius*. Hujusmodi locutiones paſſim apud Auctores occurrunt. Conſule praeter Indicem, in voce *dies*: Cl Graevium Epiſt. 493. ad N. Heinſ. Duker. ad Florum 2, 6, 58. Cortium ad Salluſt. Catil. cap. 18. n. 8. & ad Cicer. 2. Fam. Ep. 12. n. 1. item

diem ſic univerſa civitas Athenienſium [1] proſecuta eſt, ut [2] lacrimis deſiderii futuri dolorem indicaret.

CAP. V.

1 Habebat avunculum Q. Caecilium, equitem Rom. familiarem L. Luculli, divitem, difficillima natura. cujus ſic aſperitatem veritus eſt, ut, [3] quem nemo

tem Schol. Sophocl. Trachin. vſ. 30. ubi nox ipſa dicitur facere, quae nocte fiunt.

1 *Proſecuta*] V. Ind. *proſequi*. Boſius. Voſſ. A. *proſequuta*.

2 *Lacrimis*] Ut in ejusmodi ſeparationibus fieri amat. v. *Priceaeum ad Act.* 20. 37. & 38. Boſius.

3 *Quem nemo ferre poſſet*] L. Lucullus tamen ferre potuit, cujus familiarem jam fecit. De Lucullo viro praeſtantiſſimo vide Plut. *in vita ejus*. Epit. *Liv.* 94. lib. 2. *Acad. quaeſt.* qui ei inſcribitur, ut alia quam plurima loca apud hunc & alios ſcriptores taceam. *Ernſtius*. Pro *hujus* Voſſ. C. *hic*.

4 *Pietatis*] Recte ſanctiſſima & graviſſima hac voce utitur h. l. *Pietas* enim non ſolum in Deum eſt, verum etiam in parentes, cognatos, & eos, quos parentum loco & numero ducimus. graviusque nomen eſt, quam officium ipſum, ut patet ex initio Epiſt. 1. lib. 1. Cic. *ad Lent.* & quidem ex his verbis: *Ego omni officio, ac potius pietate*. Adde *Epiſt.* 9 *ejuſd. libri*. *Et Epiſt.* 6. *lib.* 2. Ernſtius. Vox *pietas* late patet, primo notat juſtum & aequum amorem in Deos, conſule Cort. ad Salluſt. Catilin. cap. 12. n. 4. Deinde adfectum erga parentes neceſſariosque & omnes eos, qui beneficia in nos contulere. Vide Manutium ad l. l. Ciceronis. Praeterea curam, qua Dii res humanas reſpiciunt, Parentesque liberorum, ac principes magiſtratusve civium ſuorum ſalutem quaerunt. Virgil. 5. Aen. vſ. 688 *Si quid pietas antiqua labores Reſpicit humanos*. Ubi Servius fluctuat. Cetera dabit Cl. Arntzenius ad Victorem de Vir. Ill. cap. 2. n. 11.

5 *Caecilius enim moriens*] Meminit ejus *Cicero epiſt.* 1. *lib.* 1. Hic praeterito L. Lucullo, quem ſemper vivus prae ſe tulerat ſibi haeredem eſſe velle, cuique moriens annulos ſuos dederat, Pomponium Atticum teſtamento adoptatum omnium bonorum ſuorum heredem fecit. Sic & M. Popilius Oppium Gallum familiariſſimum ſuum traditis annulis deluſit. *Valer. Max.* 7, 9. Schottus.

6 *Adoptavit eum*] Quod ei gratulatur *M. Tullius*, *lib.* 3. *epiſt.* 20. cujus inſcriptio: *Cicero S. D. Q. Caecilio Q. F. Pomponiano Attico*: ex uſitata Adoptionum formula, ut nomen in *anus* deſinat. M. Varro de re ruſtica 2, 2. *Atticus, qui nunc T. Pomponius, nunc Q. Caecilius, cognomine eodem*. Tu vide, & de libertorum, & adoptatorum cognominibus *Ang. Politianum Miſcell. cap.* 31. & *Ant. Auguſtinum Emendat. Juris* 3, 8. Schottus. Atque hinc Ti-

Digitized by Google

mo ferre poſſet, hujus ſine offenſione ad ſummam ſenectutem retinuerit benevolentiam. quo facto, tulit [4] pietatis fructum. [5] Caecilius enim moriens, teſta- 2
mento [6] adoptavit eum, heredemque fecit [7] ex dodrante. ex qua hereditate accepit circiter [8] centies LLS. Erat nupta [9] ſoror Attici Q. Tullio Cicero- 3
ni: eaſque nuptias M. Cicero conciliarat; cum quo

Titus noſter a M. T. Cicerone poſt avunculi teſtamentum hoc *Q. Caecilius Q. F. Pomponianus Atticus*, & a Suetonio *Caecilius Atticus eques Romanus* vocatur, uti ex inſcriptione *Epiſt.* 20 *libri* 3, *ad Att.* & *Tiberii vita cap* 7. apparet. ad Cic. loc. videſis Manut. &, quem ille citat, Varronem. Meminit hujus per teſtamentum adoptionis Valerius Maximus lib. 7. cap. 8. §. 5. & Suetonius dicit. *Teſtamento adoptatus, hereditate adita, nomine abſtinuit.* Notent Juris prudentiae ſtudioſi, tertium hunc adoptandi modum nunquam fuiſſe ſatis firmum: quae cauſſa eſt, cur Imp. Juſtinianus ex Caio duorum tantum adoptandi morum ſ meminerit: *principalis* videlicet *reſcripti* & *imperii magiſtratus* §. *Adoptio* 1. *Inſtitut.* De adopt. lib. 2. D. Eod. Hinc Octavius, tametſi teſtamento a Julio Caeſare adoptatus, lege tamen curiata poſtea apud populum adoptatus fuit, ſive confirmatus. Non enim ſatis firmam teſtamentariam adoptionem putavit. *Ernſtius.*

7 *Ex dodrante*] Id eſt tribus quartis partibus bonorum $\frac{3}{4}$ ſive ut JCti loquuntur, *novem unciis* Hereditas quomodo in 12. uncias, quae aſſis appellatione continentur, & quae harum partium propria ſint nomina, docetur in §. *Hereditas* 7. *Inſtitut. De heredib. Inſtitut. L. Servum* 5. §. *ult.* D. *Eod.* Et apud Varronem, Voluſium, Probum, Celſum, Largum, & qui poſt hos ſcripſerunt, Agricolam lib. 3. *de Ponderib. Roman. ſub fin.* & lib. 5 extrem. Rob. Cenalem, Budaeum *lib.* 2 *de Aſſ. & part.* Arn. Vinnium JCtum Doctiſſ. Comment. ad §. citatum. & quem ibi laudat, Cl. Salmaſium. *Ernſtius.*

8 *Centies* LLS.] *Centies ſeſtertium* integre liber calamo exaratus; efficiuntque trecenta millia aureorum ſcutatorum. *Schottus.* Immo CCL. millia Philippeorum. ſed de hac formula vide Ind. V. *Seſtertium* Boſius. Leid. m. *Seſtertium* Voſſ. A. C. *Sextertium.*

9 *Soror Attici*] *Pomponia* dicta; ex qua Quinctum filium paullo ante M. Ciceronis Conſulatum ſuſcepit: Nam Q. Cicero F. Marco Cicerone filio major natu fuit, ut in *epiſtolis ad Q. fratrem* legimus, & rogae purae, ſuis temporibus utrique datae, demonſtrant Cum ea non bene conveniebat Quincto *lib.* 1. *epiſt.* 5 & *lib.* 5. *epiſt.* 1. A qua & divertit. *lib* 14. *epiſt* 15. Schottus. Pro *Q. Tullio Cicer.* Voſſ. C. *Tullio Cicer.*

1 *A condiſcipulatu*] Mſ 2. Medic. legit *a diſcipulatu.* Meus autem membranac. Cod. cum Schoppi vetere:

quo a condiſcipulatu vivebat conjunctiſſime, multo etiam familiarius, [1] quam cum Quinto: ut judicari poſſit, plus in amicitia valere ſimilitudinem morum,
4 quam affinitatem. Utebatur autem intime [3] Q. Hortenſio, qui iis temporibus [4] principatum eloquentiae tenebat: ut intelligi non poſſet, [5] uter eum plus diligeret, [6] Cicero an Hortenſius: & id, quod erat difficillimum, efficiebat, ut inter [7] quos tantae laudis eſſet aemulatio, nulla intercederet obtrectatio, [8] eſſetque talium virorum copula.

CAP.

tere: *a condiſciplina.* Veriſimil. 3, 8. *Ernſtius.*

2 *Quam cum Quincto*] De Cicerone viciſſim infra [c. 16, 2.] *Atticum praecipue dilexit Cicero, ut ne frater quidem ei Quinctus carior fuerit:* & lib. 13. ad Famil. *Pomponium Atticum ſic amo, ut alterum fratrem: nihil eſt illo mihi nec carius, nec jucundius. homo minime ambitioſus, minime in rogitando moleſtus.* Schottus.

3 *Q. Hortenſio*] Hic eſt, quem Cicero lib. 4. Ep. 4. ad Att. familiarem Attici appellat. & de Eod. Epiſt. ult. lib. 2. ita ſcibit. *Tuus familiaris Hortenſius quam plena manu noſtras laudes in aſtra ſuſtulit.* Ernſtius.

4 *Principatum eloquentiae tenebat*] *Cicero in Bruto.* Schottus. De eodem Quintilianus Inſt. Or. 11, 3. *diu princeps Oratorum, aliquando aemulus Ciceronis exiſtimatus eſt; noviſſime, quoad vixit, ſecundus.* Gellius 1, 7. *Hortenſius omnibus ferme oratoribus aetatis ſuae, niſi M. Tullio, clarior.* Boſius.

5 *Uter eum plus diligeret*] *Uter tum plus diligeretur*, membranae praeferunt. *Schottus.* Voſſ. C. *uter eorum* pro *uter eum*.

6 *Cicero, an Hortenſius*] Inter quos etiam in amando aemulatio fuit. Hortenſium enim levitatis & inconſtantiae ſaepe arguit *M. Tullius*: *Epiſt.* 1. *lib.* 3. Et 3. *lib.* 4. & 3. *lib.* 1. *ad Quinctum fratrem.* Rurſus *lib.* 5. *epiſt.* 20 & *lib.* 6. *epiſt.* 1. actionem ejus λιγυεῶν, id eſt arguram obſcure perſtringens, *Momum Ligurinum* recte vocat. *Schottus.*

7 *Quos tantae laudis eſſet aemulatio*] Senarium verſum eſſe, obſervabat *Buchnerus.* Boſius. Leid. m. *tanta* pro *tantae.*

8 *Eſſetque talium copula*] Conjunctio. Nazarius Panegyrico in Conſtantinum cap. 10. *Sed profecto nulla vi poſſunt coire, quae naturarali divortio diſſident. nec ulla tam fidelis eſt* copula, *quae in diverſum tendentia nexu ſuo teneat.* Gebhardus.

1 *Ut ſemper optimarum part.*] *Urſinus* legit *optimatium*, approbante *Schotto.* Neſcio tamen, an id dicat Nepos, quod in epiſtolis ſaepe *Cicero*, cum de civilibus diſcordiis loquitur; *ſe a bonis nunquam diſſentire, cum bonis facere, ceteris bonis viris jungi velle &c.* Boeclerus.

2 *Civ. fluct. comm.*] Voſſ. A. *civibus fructibus comm.*

3 *Qui ſe iis dediſſent*] Hoc eſt ad Remp. ſe accommodaſſent. Sic enim

Cap. VI.

In repub. ita verſatus eſt, [1] ut ſemper optimarum 1
partium & eſſet, & exiſtimaretur, neque tamen
ſe [2] civilibus fluctibus committeret, quod non magis
eos in ſua poteſtate exiſtimabat eſſe, [3] qui ſe iis de-
diſſent, [4] quam qui maritimis jactarentur. Hono- 2
res non petiit, quum ei paterent, propter vel gra-
tiam vel dignitatem: quod neque peti [5] more majo-
rum,

nim exponunt Donatus & Manutius. Et hic quidem Comm. in Epiſt. 8. Libri 2. ad Fam. Ille vero in Adelph. Terentii. *Ernſtius.* Sed non recte inſpexit Ernſtius Manutii locum, neque etiam Donati. Neuter enim hunc Neporis locum tangit. Agunt de phraſi *dare ſe alicui*, explicantes per *ſe ad alicujus voluntatem accommodare.* Et Manutius ſententiae ſuae exemplo quopiam adſtruendae cauſſa adducit Nepotis locum ex cap. 9. hujus vitae, *Qui adverſariis ejus ſe dabant.* Cujus locutionis plura exempla dedit Heinſius ad Ovid. Ep. 16. Heroid. vſ. 161. Quae quidem loca non inepte ad hunc locum illuſtrandum adduci poſſunt, nihilominus tamen male ab Ernſtio exponitur, nam *dare ſe iis* ſc. fluctibus civilibus, non eſt, niſi me omnia fallunt, *ſe ad Remp. accommodare*, ſed ſe fluctibus civilibus immiſcere. Perſiſtit Auctor in eadem metaphora. ſtatim enim dixit *committere*, pro quo nunc *dare* poſuit, quod etiam proprie dicitur de iis, qui vel in navi, vel abſque navi ſe permittunt arbitrio undarum. ſic *cum aurea puppe ſe in altum dare* dixit Florus 4, 1, 8. item alii *dare ſe fluvio*, *ſe fluctibus dare.* Vide Eund. Heinſ. ad Ovid. 11. Metam. vſ. 783.

4 *Quam qui maritimis jactarentur*] Credidi aliquando, *mari* leg. vel *marinis*, ut *fluctibus* ἀπὸ κοινοῦ repetatur. Remp. navi, & maris tempeſtatibus bella inteſtina ἀλληγορικῶς comparari, auctor *Fabius* 6. ex *Horat.* 1. *Carmin.* 14. Intra Nepos: *Si gubernator praecipua laude fertur, qui navem ex hieme marique ſcopuloſo ſervat*; &c. *Cicero* quoque in *Muraeniana*, Comitia freto, & Euripo comparat: & 2. *Philipp.* Oceano bella civilia. *Schottus.* Adde *Ernſtium ad h. l.* Quod Medic. addit, *fluctibus*, haud dubie gloſſema eſt. *Boſius.* Verbum *jactari* proprium in hac re eſt. Vide Servium ad Virgil. 1. Aen. vſ. 7. & Paſſerat. ad Propert. 2, 9, 7. Sil. Italic. 4, 246. —— *Navita vaſto* Jactatur *ſparſus, lacerata claſſe, profundo.* Vellejus Paterculus lib. 1. cap. 2. in fine. *Excluſi ab Heraclidis Oreſtis liberi*, jactatique *cum variis caſibus, tum ſaevitia maris.*

5 *More majorum*] Vid. Ind. *mos.* Statim Mſ. Gif. *in tam effuſi ambitus.* Denuo Ind. vide in *ambitus* & *largitiones.* De hac corruptela iſtorum temporum *Cicero* 4. *ad Att.* 6. Boſius.

rum, neque capi poſſent conſervatis legibus, [1] in tam effuſis ambitus largitionibus, [2] neque* geri e re-
3 publ. ſine periculo, corruptis civitatis moribus. [3] Ad haſtam publicam nunquam acceſſit. Nullius rei [4] neque praes, [5] neque manceps factus eſt. Neminem (ne-

1 *In tam effuſis ambitus largitionibus*] Flor. 3, 12, 10. *Unde gladiatori adverſus dominos ſuos exercitus, niſi ad conciliandum plebis favorem* effuſa largitio. ubi Cl. Dukeri notas vide, & de voce *ambitus* Cortii ad Salluſt. Catilin. cap. 18. n. 2.

2 *Neque geri e rep.*] Sic edendum curavi, cum libri vulgari habeant partim, *neque reip. ſine periculo, &c.* partim, *neque e republica ſine periculo, &c.* Quae ſcripturae ſine dubio ſunt mendoſae, & lacerae: quod jam ante viderat *Cujacius*, reſtitueratque (*obſervat.* 5, 33) hoc modo, *neque geri ſine periculo, &c.* plane ingenioſe, & docte. Sed ut verbum *geri* divinitus reſtitutum arbitror; ita, hoc quod eſt in nonnullis libris vulgatis, *e rep.* cenſeo retinendum. poterant enim *geri* magiſtratus ſine periculo, ſed non poterunt *e rep.* geri ſine periculo. *Lambinus.* *Gab. Faernus* de ingenio leg. cenſuit, *neque regi ſine periculo.* Sed *honores regi* alibi non legitur. Membranaceus cod. *neque e Repub. ſine periculo*; ut *eſſe* exaudiatur: vel (ἀπὸ κοινοῦ) repetatur. *Schottus.* Paſſeratius in Orat. & Praefat. pag. 123. dicit ſe *geri* pro *rei* emendaſſe, quod mendoſe legebatur, & mendoſius *reip.* conjecturamque ſuam adjuvare ordinem verborum & ſententiae *peti*, *capi*, *geri*. Faernus mavult *geri*. Schotti membranaceus codex legit, *neque e repub. ſine periculo.* MS. Lib. Medic. 2. eodem modo legit. Alius ejuſdem Bibliothecae habet: *neque res geri ſine periculo.* Lectionem puto eſſe ſanam, modo verbum *poſſent* e ſuperioribus lineis revocetur. *Ernſtius.* *Rutgerſius Var. lect.* 2, 8. legit: *neque retineri ſine periculo.* quae conjectura non diſplicet *Gebhardo*: immo in textum editionis ejus recepta eſt: adde not. *Ernſtii.* Mihi planiſſima videtur ſcriptura Medicaei codicis: *neque res geri ſine periculo.* niſi quis malit *neque geri reſp. ſ. p.* Pro *Lambino* tamen facit, quod in Giſ. fuit, *neque rep.* Facile enim excidere potuere illa *geri*, ob ſimilitudinem vocum *e rep.* Boſius. Leid. *republica.* Voſſ. A. *ere. p.* C. *e rep.*

3 *Ad haſtam publicam*] Vide Leonard. Coquaci Comm. ad lib. 3. *Auguſtin. de Civit. Dei* cap. 28. *Ernſtius.* Per *haſtam publicam* intelligitur *haſta cenſoria*, ad quam in foro poſitam vectigalium locatio fiebat. Vide Cl. Burm. de Vectigal. Pop. Rom. cap. 8. & Duker. ad Florum lib. 2. cap. 6. n. 47.

4 *Neque praes, neque manceps factus eſt*] *Publicanus* etiam fuit, *Cic.* 2. *epiſt.* 15. & vectigalia apud Sicyonios exercebat. *lib.* 1. *epiſt.* 19. vide *Car. Sigonium lib.* 2. *de antiquit. Jure civium Rom. cap.* 4. Schottus. De voce *praes* vide Scal. ad Feſtum in verb. *praes* & ad Varron. 5. de L. L. item Aſcon. Paedian. *Verr.* 3. A *vade* quomodo differat, infra cap. 9. 4. dicetur. *Ernſtius.* Haec vox

[1] (neque) ſuo nomine, [2] neque ſubſcribens, accuſavit. In jus de ſua re nunquam iit: judicium nullum
habuit. Multorum conſulum praetorumque [3] prae- 4
fecturas delatas ſic accepit, ut neminem in provinciam ſit ſecutus: honore fuerit contentus, rei familiaris deſpexerit fructum. Qui ne cum Q. quidem Cicerone [4] voluerit ire in Aſiam, quum apud eum le-

vox abeſt Leidenſi meo.

5 *Neque manceps factus eſt*] V. C. *fuit*. Unde conjicit *Schottus* omitti poſſe τὸ *factus*. Eſt autem *manceps*, qui a populo aliquid redimebat & conducebat. An ita explicet *Manutius*, ignoro; quia ejus commentarios in epiſtolas heic ruri habere non poſſum. Symmachus l. 5. Epiſt. *Quaeſo igitur, ut humanitatem noſtri ordinis editoribus impertias & urſorum transvectionem cupiditati mancipum ſubtrahas.* Plinl, credo, dictum *eſt*: *manceps praevalens flagellat annonam.* Feſtus: *Manceps dicitur, qui quid a populo emit conducitve; quia manu ſublata ſe ſignificet auctorem.* M. Tullius in Verrem: *Mancipes precio cum civitatibus deciſſe.* In eundem: *Quid ageret, coepit cogitare: ſi opus pupillo redimeretur, ſi res abiret ab eo mancipe, quem ipſe appoſuiſſet, ſibi nullam praedam eſſe.* Gebhardus. Conſule de vocibus *praes* & *manceps* Celeb. Burmanni Diſſertationem de Vectigal. Pop. Rom. cap. 9. ubi inter alia adnotat, Atticum noſtrum fuiſſe ex iſto genere Equitum Romanorum, qui neque conducebant, neque fide jubebant, ſed ſimpliciter ſocietatem cum Mancipibus inibant, & ſolum opes & pecuniam ſuppeditabant. Pro *manceps* Leid. m. *mancipes*.

1 *Neque ſuo nomine*] Sic Gif. & *Lambinus*. Aliis *neque* abeſt. *Boſius*. Soli Voſſiano C. abeſt.

2 *Neque ſubſcribens*] *Subſcribere in crimen*, J. C. Formula eſt, quum accuſator libellis, quos dabat, teſtabatur ſe nomine profeſſum eſſe. *l.* 3. §. *Item ſcribere*. D. *De accuſat.* & ſaepe alias, *Schottus*. Immo alius heic vocis ſenſus eſt. vide Ind. *Boſius*. *Subſcribere* dicitur de accuſatore quaſi ſecundo, qui & ipſe hac ſubſcriptione teſtatum facit, ſe accuſatoris primarii factum probare. Conſule Cl. Graevium ad Ciceron. 2. ad Attic. cap. 24. pag. 280. Mox *ut* abeſt Voſſiano C.

3 *Praefecturas delatas*] Nihil mutandum. *Delatas praefecturas* dixit, ut alibi *delatos honores*, ac *poteſtates*, & *deferre ſummam rerum* & *imperii*, ac ſimilia: quae Index exhibebit. Medicaei codicis *deditas*, & Ernſtiani *oblatas* ſine dubio a librariis ſunt. *Boſius*. Paullo poſt pro *fuerit* Voſſ. C. *fuit*. pro *deſpexerit* Leid. m. & Voſſ. C. *deſpexit*. pro *quum apud* Voſſ. C. *quem apud*. & pro *obtinere poſſet*, *poſſit obtinere*.

4 *Voluerit ire in Aſiam*] Sic M. ſ. rectius. vide extremam *epiſt.* 16. *lib.* 1, *ad Atticum*, cujus initium, *Quaeris ex me*. (quia varie epiſtolas diſtinctas circumferri video) *Quod ad me ſcribis te in Aſiam ſtatuiſſe non ire; Equidem vellem ut ires: ac vereor ne quid in iſta re minus*

legati locum obtinere poſſet. Non enim decere ſe arbitrabatur, quum praeturam gerere noluiſſet, [1] aſſeclam eſſe praetoris. Qua in re non ſolum dignitati ſerviebat, ſed etiam tranquillitati, quum ſuſpiciones quoque vitaret criminum. Quo fiebat, ut [2] ejus obſer-

commode fiat. Sed tamen non poſſum reprehendere conſilium tuum, praeſertim, cum egomet in provinciam non ſim profectus. Schottus. Antea legebatur, *Quin*, & *voluit*. Boſius.

1 *Aſſeclam eſſe praetoris*] Praetor fuit Q. Tullius, anno DCXCIII. M. Valerio Meſſalla, M. Puſio Piſone Coſſ. ante Idus Martias Aſiam provinciam ſortitus: & ante Nonas Decemb. profectus L. Flacco ſucceſſit. *Cicer. ad Atticum, & in Oration. Suetonius* ergo male *in Auguſto cap.* 3. *Proconſulatum Aſiae* adminiſtraſſe ait, quae *Praetoria* eſt, *Cicerone*, & *Nepote* teſtibus locupletibus, & omni exceptione majoribus. Falſo quoque idem, *parum ſecunda fama adminiſtraſſe*: cum M. frater in Orat. & epiſtolis ad eum ſcriptis tantopere laudet, tantisque honoribus ornatum fuiſſe teſtetur. *Schottus*. Vide tamen, quae de conſulari Praetorum poteſtate obſervant *Torrentius ad Sueton. l. c.* & *Salmaſius ad Spartiani Hadrianum cap.* 22. Quamquam memoria lapſum *Suetonium*, etiam *Turnebus* cenſet, *Adverſar.* 24, 15. Boſius.

2 *Ejus obſervantia omnibus eſſet carior*] Hinc factum eſt, ut eum libentius omnes obſervarent, colerent, atque in oculis ferrent. Manut. *obſervantia*, qua ipſe aliquem obſervabat. Nam & παθητικῶς dicitur: ut *militas* apud Terent. Eunucho, & ad Tironem Cicero: *Invidia mea* Catilin. 2. & Tuſcul. *Schottus. Mantianam* ſententiam, quae melior eſt, *Ciceronis* illud poteſt illuſtrare, pro Corn. *Balbo c.* 28. *conſilium hominis probavit, fidem eſt complexus: officia obſervantiamque dilexit.* Paraphraſis, iſta: *Hinc adeo factum, ut viri clari magnique amicitiam Attici obſervantiamque* (quae amicorum officiis frequenter apud *Ciceronem* tribuitur) *magni aeſtimarent, eaque hoc magis delectarentur, quod ſcirent viderentque judicio eum uti in illa re, virtutisque ſtudio: quippe quem nec ſpes ulla, nec metus conſiliis cujusquam aſſociaret, aut abſtineret. Itaque ceteras tempori ac affectibus ſuis; hanc officio & prudentiae ſervire.* Ita vocem *officii* uſurpavit ſupra c. 4. 2. *At Sulla adoleſcentis officio collaudato, &c.* Huc etiam pertinet locus cap. 9. 7. *Ille autem ſui judicii, potius quid ſe facere par eſſet, intuebatur, quam quid alii laudaturi forent.* Eſt, qui *obſervantiam* de cautione & circumſpectione circa honorum partiumque ſtudium accipi poſſe, non abſurdum putat. Judicet lector. *Boeclerus.* Eſt etiam qui pro more, conſuetudine, ſollenni accipit, ut ſit fere idem atque obſervatum, aut obſervandi ſtudium: illuſtratque loco *Suetonii Aug.* 76. ubi *obſervantiam* eadem notione vult accipi. Ac apud *Suetonium* quidem rectius *Beroaldus*, *Urſinus*, *Giſanius*, *Torrentius*, e Mſſ. ſuis legunt *inobſervantia*, repperitque ſic & in Turonenſi *Caſaubonus*, nec repudiare auſus eſt: haud

Digitized by Google

ſervantia omnibus eſſet carior, quum eam officio, non timori neque ſpei, tribui viderent.

Cap. VII.

Incidit Caeſarianum civile bellum, quum haberet 1
[1] annos circiter ſexaginta. [2] Uſus eſt aetatis vacatione,

haud negaverim tamen & ſimplex ſignificatu conſuetudinis aliquando adhiberi. immo vel ex hoc ipſo *Suetonii* loco colligam. Sed apud *Nepotem* ſic accipi vix ſinit contextus. Dixiſſet potius, *haec ejus obſervantia.* Ἐνεργητικῶς autem ea voce & alibi *Cicero* uſus eſt, ut docent *Giſanius* in *obſervat. Lat. L. pag.* 156. & *Pareus in Lexico Critico.* Quocirca non dubito, quin & Noſter hoc ſenſu ea heic ſit uſus. *Boſius.*

1 *Annos circiter ſexaginta*] Scriptus, *circiter annos ſexaginta.* Schottus. In antiquiſſimo codice Medicaeo claris literis legitur *& cum haberet circiter annos ſeptuaginta.* Quae ſcriptura mihi olim quidem probabatur, neque hodie plane diſplicet, cum propter fidem antiquiſſimi codicis, tum vero propter lib. 1. §. 3. D. *de vacat. & Excuſat. muner.* quae ita habet: *Quamvis ſexaginta quinque annorum aliquis ſit & tres liberos incolumes habeat, a muneribus tamen civilibus propter has cauſas non liberatur.* Quum tamen eodem Ulpiano teſte in lib. 2. de Jure immunitatis. *Majores ſeptuaginta annis a tutelis & muneribus perſonalibus vacarent*, ſed vereor, ne hiſtoria repugnet. *Ernſtius.* Medicaeus antiquiſſimus. *ſeptuaginta.* quod non admittit aetas Attici, infra *c.* 21, 1. Itaque recte rejecit *Ernſtius.* Boſius.

2 *Uſus eſt aetatis vacatione*] Quod ſcilicet haberet annos circiter ſexaginta. Quintilianus declam. 306. *Eſt praecipuum jus ſenectutis, quoniam non una ſubit omnis aetas, non perpetuo ſenatorem citat conſul; eſt ſua legationibus requies; cum hos habueris annos, jam non militabis.* ſupra 13, 3, 1. *Hic cum eſſet magno natu, & magiſtratus gerere deſiiſſet.* vide *notas in Sidonii epiſt.* 6. *l.* 1. Savaro. Vide J. C. *lib.* 50. *Tit.* 6. *Pand. de Immunitate. Vacationes* autem ſunt excuſationes a muneribus militaribus, & aliis, quae praefecti obire conſueverunt. *Schottus. Aetatis vacatione*, i. e. aetatis beneficio, quae vacationem a militia dabat, (erat enim hoc ſeniorum privilegium) quippe ad quam aetatis vitio inepti eſſent. Id autem videtur poſt hebdomada ſeptimam legitimo incepiſſe. Macrobius lib. 1. in Somnium Scip. cap. 6. *Nonnullarum reipubl. hic mos eſt, ut poſt ſextam hebdomada ad militiam nemo cogatur. In pluribus datur remiſſio juſta poſt ſeptimam.* Ea propter vacatio iis, qui *quinquaginta annis majores* erant, ſenatusconſulto conceditur. quod *Livius* 42, 33. commemorat. Quo reſpiciens Spurius Liguſtinus *capite ſeq.* miſſionem flagitans, ait: *Viginti duo ſtipendia annua in exercitu emerita habeo, & major annis ſum quinquaginta. Quod ſi mihi nec ſtipendia omnia emerita eſſent, necdum aetas vacatio,*

tione, [1] neque (ſe) quoquam movit ex urbe. Quae amicis ſuis opus fuerant ad Pompejum proficiſcenti-
2 bus, omnia ex ſua re familiari dedit. [2] Ipſum Pom-
pejum

cationem daret; tamen cum quattuor milites pro me uno vobis dare poſſem, aequum erat me dimitti. Quia itaque Atticus major & ipſe L. annis, & circiter LX. habebat, idcirco a militia erat immunis. Tum enim vires maxime decreſcunt, & vergit aetas in praeceps, incrementis conſumtis. Inde *exactam aetatem*, ſive ad finem actam, de tot annorum aetate *Tacitus Agricola* dixit: eaque de cauſſa Romanos veteres ſexagenarios ſenes tanquam inutiles Reipub. de ponte in Tiberim praecipitaſſe, *Varro in ſat.* & *Ovidius Faſtis* tradiderunt. Quod Scythas quoque feciſſe ait *Sextus Empiricus lib.* 6. *Pyrrhon. hypotypoſ.* Buchnerus.

1 *Neque ſe quoquam movit*] Schoppius lib. 3. Veriſimil. cap. 8. putat, melius omnino Mſ. lib. *neque quoquam movit ex urbe.* Quae phraſis ut elegans, ita protrita in vulgus non eſt. Vide apud eum exempla allata & Jani Melleri Palmerii ſpicilegium, ibidem citatum. Dicit etiam apud Terentium. *Move ocius te mea nutrix*, *movere* idem eſſe ac *amovere ſe.* Poteſt etiam ellipſis eſſe, quam Latini ſcriptores ita ſupplere ſolent: *neque quoquam movit ex urbe pedem.* Sed Mſ. Cod. Medic. 1. habet *neque quidquam movit ex urbe.* Senſu ſane optimo *Emilius.* Placet, quod e V. C. producit Schoppius, *neque quoquam movit*: praeſertim cum in q. edd. legatur, tranſpoſito provocabulo, *neque quoquam ſe movit*, quod indubium mihi indicium eſt, id ab aliena manu eſſe. Faverque & Medic. I. in quo erat: *neque quidquam movit.* quod miror probare ſe potuiſſe *Ernſtio*; cum manifeſte repugnent, quae proxime ſubjiciuntur: nec de bonis Attici heic, ſed de ipſo, ſermo fit. Profectum igitur cenſeo ab aliquo, qui elegantem loquendi modum ignorabat. *Boſius.* Omnes mei agnoſcunt *ſe.* Ut in Ageſilao cap. 3. *Eamque prius depopulatus eſt, quam Tiſſaphernes usquam ſe moveret.*

2 *Ipſum Pompejum conjunctum*] Locus mihi ſuſpectus. nam quid ſibi velit hoc, *conjunctum*, non video. Quid ſi legamus, *nondum victum*? vix placet. quid ſi, *quod eum non ſecutus eſſet*? nimis longe a ſcriptura recepta remotum eſt. Quid ſi, *Ipſe Pompejum non ſecutus non offendit*? Hunc locum igitur conſideret lector eruditus, ſagax, & acutus. *Lambinus. Pompejum conjunctum* (ſc. ſibi amicitia) habet ſcriptus cod. cum editis. *Urſinus* vero: *Ipſe Pompejum conniventem non offendit.* Ego vett. librorum auctoritatem libenter facio, ut ſequar, dum certiora adferantur. *Schottus.* Hanc Mſſ. Codd. lectionem Schottus ac Rutgerſius uterque Belgi (ſed heu civili diſſidio nimium diſtracti) olim lumen defendunt. ita ut ille intelligat conjunctum amicitia; hic cognatum ex Juſtino lib. 8. vel denique legat *cognatione junctum.* Fulv. Urſin. leg. *conniventem.* Lambini tanti non ſunt ut producantur. *Gebhardus.* Calamo exaratus codex Bibliothecae Laurentianae non habet, *Pompejum*, alius vero una litura omnes

tot

Digitized by Google

pejum conjunctum non offendit. Nullum enim ab eo habebat [3] ornamentum, ut ceteri, qui per eum aut honores, aut divitias ceperant: [4] quorum partim in-

tot doctiſſimorum interpretum ſuſpiciones, quas ad hunc locum olim accumulavi, tollit, qui ita legit: *ipſum Pompejum ſibi junctum non offendit.* Quam ellipſin Livius lib. 6. ita explet: *junctus illi cognatione.* Vulgatam lectionem tamen retinui, propter J. Rutgerſii explanationem Var. Lect. lib. 2. cap. 8. En ejus verba, *Pompejum conjunctum*, id eſt, cognatum, vel Pompejum cognatione junctum. Erat enim gens Caecilia, e qua maternum genus ducebat Atticus, Corneliae, e qua uxorem habebat Pompejus, affinitate juncta. Cui omnino accedit, quod ipſe auctor infra ſcribit *M. Vipſanius Agrippa intima familiaritate conjunctus adoleſcenti Caeſari.* Schoppius cum Boſio ſcribi vult *ipſum Pompejum non junctus offendit.* Id eſt, quod Pompejo ſe non adjunxiſſet, nec caſtra ejus ſecutus eſſet, eo Pompejum non offendit: nullum enim tale ab eo beneficium acceperat, ut ejus recordatione illi ſe adjungere cogeretur. *Veriſimil. l. l.* Ita quoque legit vetuſtiſſimus Mſ. meus Codex. Aliorum opiniones de loco hoc emendando vide apud Boeclerum. *Ernſtius.* *Schottus* tamen *obſerv.* 3, 2. conjicit leg. *jam victum*: vel, *ſeipſum Pompejo conjunctum non oſtendit.* Alii: *non junctum* Quam expreſſimus in textu lectionem, poſt *Rutgerſium* etiam Cl. *Berneggerus* probat *not. ad Juſtin.* 8, 3, 6 Nec video cur mutari debeat vide *Ernſtium.* Et ſic alibi quoque noſter *conjungendi* verbo uſus: quemadmodum & *Cicero*, aliique. de quo v. Indicem. Non repugnabo tamen, ſi quis, quoniam in Med. 1. erat, *ſibi junctum*, leg: malit *ſibi conjunctum.* quemodo Cicero pro Planc. 10 c. 20 *hominem ſibi maxime conjunctum.* Poteſt & ipſum *Pompeji* nomen, quod in Med. 1. deerat, omitti, & e proximo ſubaudiri. *τὸ non junctus*, *Sim. Boſii* ac *Schoppii*, quod & *Grutero*, *Gebhardo* ac *Barthio* placebat, mihi durius videtur, quam ut a Nepote poſſit eſſe. *Non offendit* autem, quod ſcil. in urbe maneret. *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. A. C. *conjunctum.*

3 *Ornamentum*] Mallet cum *Rittershuſio Schoppius* veriſimil. 3, 6 *auctoramentum*: eamque conjecturam mirifice confirmare librum ſuum vetuſtiſſimum, ait *Ernſtius.* Non repugnem, ſi diſerte in eo ſic ſcriptum ſit. Et potuere primae litterae *aut* abſorberi ab ultimis vocis proximae *habebat.* Alias nulla mutatione opus. Nam *ornamentum* idem ac honor, ac magiſtratus, quo tanquam beneficio ab aliis ornamur. Cicero in Verr. 5, 68. *Quod te liberatum jam exiſtimationis metu, defunctum honoribus, deſignatum* COS. *cogites*: *mihi crede*, ORNAMENTA *iſta, & beneficia populi Rom. non minore negocio retinentur, quam comparantur.* Juſtinus 6, 9, 8. de Epaminonda: *Honores ita geſſit, ut* ORNAMENTUM *non accipere, ſed dari ipſi dignitati videretur.* Vetus inſcriptio Ferrariae in aedibus Fr. Guicciardini: ORNAMENTIS DECURIONATUS ILLUSTRATUS. *Boſius.* *Τὸ enim* abeſt Leiden-

invitiſſimi caſtra ſunt ſecuti, partim ſumma cum ejus
3 offenſione domi remanſerunt. [1] Attici autem quies tantopere Caeſari fuit grata, ut victor, quum privatis pecunias per epiſtolas imperaret, huic non ſolum moleſtus non fuerit, ſed etiam [2] ſororis filium & Q. Ciceronem ex Pompeji caſtris conceſſerit. Sic vetere inſtituto vitae effugit nova pericula.

CAP. VIII.

1 [3] Secutum eſt illud, occiſo Caeſare, quum reſpubl. pe-

ſi & Voſſiano C. ſed *ornamentum* recte exhibent omnes mei. Conſule Cl. Dukerum ad Florum lib. 2. cap. 7. n. 11. Pro *ceteri* Voſſ. C. *exteri*. Pro *ceperant* Leid. m. *ceperunt*.

4 *Quorum partim*] Nihil heic deeſt: *partim* enim Adverbium Grammaticis eſt. *Ernſtius*.

1 *Attici autem quies*] Elegantiſſime *quies* dicitur, qua quis neutri ſe parti applicat. Et ſic utitur τῷ *quietus* pro eo, qui eſt neutrarum partium, *in Pelopida*. Salluſt. epiſt. 1. de ordinanda Rep. *Et aperte quietis mortem, rapinas, poſtremo omnia, quae corruptus animus jubebat, minitari.* Hinc *quieſcere*, neutras ſequi partes Curtius 10, 8, 17. *Nihil*, inquit, *ſeditione eſt opus: nam inter ſe certantium praemia, qui quieverint, occupabunt.* Eodem pene modo Graeci ἡσυχίαν ἄγειν, & ἔχειν & ἑλέσθαι, Diodorus l. 16. ubi Philomeli & Phocenſium legati a Graeciae civitatibus ἠξίουν δ' αὐτοὺς δι' ἔχθραν ἢ φθόνον πολεμεῖν Φωκεῦσι, μάλιστα μὲν συμμαχεῖν, εἰ δὲ μήγε, τὴν ἡσυχίαν ἄγειν. Et paulo poſt de Onomarcho: καὶ γὰρ τοὺς Θετταλοὺς μέγιστον ἔχοντας τῶν συμμάχων ἀξίωμα δωροδοκήσας ἔπεισε τὴν ἡσυχίαν ἔχειν. lib. 18. τῶν δ' ἄλλων ἑλλήνων οἱ μὲν πρὸς Μακεδόνας ἀπέκλινον, οἱ δ' ἡσυχίαν εἶχον. *Gebhardus*. Pro *quies* Voſſ. C. *quos*.

2 *Sororis filium & Q. Ciceronem*] Sic Mſſ. Manutii, Gif. Schott. Leid. & antiquiſſ. ed. Rom. Unde *Schottus* legi volebat, *ei Q. Ciceronem*, (quomodo & *Urſinus* conjecerat;) vel de utroque *Quincto*, filio & patre, intelligi. Ego prius malim. Quidam libri, *ſororis & Q. Ciceronis filium*. Alii, omiſſa copula, ediderunt, *ſororis filium, Q. Ciceronem*. Boſius Pro *imperaret* Voſſ. C. male *impetraret*. pro *huic non ſolum* Leid. m. *Huic non ſolum non*. Pro *ſororis filium & Q. Ciceronem* Leid. m. *ſor. fil. Q. que Ciceronem*. Voſſ. C. *ſororis Q. & filium Ciceronem*. Pro *vitae effugit* Leid. m. *regit*.

3 *Sequutum eſt illud*] Schoppii vetus liber & Mſ. meus dictione auctiores legunt: *ſecutum eſt illud tempus occiſo Caeſare*. Ernſtius. *Tempus* addunt e libris ſuis *Schoppius l. c.* & *Ernſtius*. Favet illud Velleji 2, 62. *Hoc eſt illud tempus, quo Cicero Pompejum laudandum & tollendum cenſebat.* Sed vix dubito, quin gloſſema ſit. Ceterum totum hunc locum ita diſtinguendum cenſeo. *Se-*

cutum

Digitized by Google

[1] penes Brutos videretur eſſe, & Caſſium, ac [2] tota civitas ſe ad eos convertiſſet. Sic M. Bruto uſus eſt, 2
ut nullo ille adoleſcens aequali familiarius, quam hoc ſene: neque ſolum eum principem conſilii haberet, [3] ſed etiam in convictu. Excogitatum eſt a quibuſ- 3
dam, ut privatum aerarium Caeſaris interfectoribus [4] ab equitibus Rom. conſtitueretur. Id facile effici poſſe arbitrati ſunt, ſi & principes illius ordinis pecunias contuliſſent. Itaque appellatus eſt [5] a C. Flavio Bruti familiari Atticus, ut ejus rei princeps eſſe vellet.

nutum eſt illud. Occiſo Caeſare, cum res pub. p. B. v. e. & C. ac t. c. ſe ad eos convertiſſet, ſic M. Bruto uſus eſt, ut nullo &c. Sic infra c. 13, 6. *Nec hoc praeteribo, quamvis nonnullis leve viſum iri putem. Cum imprimis lautus eſſet* &c. Varro 2, 3, de re ruſtica. *De quibus* (capris) *admirandum illud, quod etiam Archelaus ſcribit. Non ut reliqua animalia naribus, ſed auribus ſpiritum ducere ſolere. Paſtores curioſiores aliquot dicunt.* Ita diſtinguo hunc locum, qui vulgo falſa interpreratione laborat in omnibus, quas vidi, editionibus. *Boſius. Tempus* abeſt Leidenſi meo, Voſſianisque A. C.

1 *Penes Brutos*] Non Multitudinis, ſed ſingulorum numero *Brutum* liber ille calamo exaratus. *Schottus.* Sed magis placet vulgatum: ut de M. & D. Brutis ſermo ſit. *Boſius.*

2 *Tota civitas ſe ad eos convertiſſet*] Eundem ad modum loquitur Seneca lib. 1. de Clementia cap. 4. *Nam ſi ſanis hominibus publica privatis potiora ſunt: ſequitur, ut is quoque carior ſit, in quem ſe Reſp convertit. Gebhardus.* Sic Mſſ. Giſ. & Leid. Melius quam alii, *ad eum ſe convertiſſe videretur*, voce ultima e proximo repetita. Boſius. Omnes mei *ſe ad eum convertiſſe videretur.* paullo poſt pro *haberet* Leid. *habebat.*

3 *Sed etiam in convictu*] Mſ. Medic. 1. cod. legit *in conjunctis.* Ernſtius.

4 *Ab Equitibus Romanis*] *Ab* afuit a vet. cod. & ſtatim, *ejus ordinis*, pro *illius ordinis.* Deinceps hoc modo legitur, *amicis officia praeſtanda.* Schottus. Praepoſitio *ab* abeſt etiam Voſſiano C. pro *illius ord.* Leid. & Voſſ. C. *ejus ord*

5 *A C. Flavio Bruti familiari*] Meminit hujus *Plutarchus in Bruto*, ut ejus familiarls: & *Cicero in fragm. epiſt. ad Brutum* apud *Quinctil. lib.* 9. *cap.* 3. & in Bruti numis Leg. Propr. deſignatur; hoc eſt, Legatus Pro-praetoris *Schottus.* Q. edd. habent C. *Flavo.* Non novum eſt, nomen iſtud cum cognomine hoc permutari, quomodo apud Senecam controv. 10. 14. *Alphius Flavius* eſt pro *Flavo*; ſicut & apud Plinium indice libri 9. *Boſius.* Voſſ. A. G. *Flavio.* Praep. *A* abeſt Voſſiano C.

6 *Qui officia amicis praeſtanda*] Mſ. Medic 1. habet *qui amoris officia praeſtanda.* Ernſtius.

7 Sed

4 let. At ille, [6] qui officia amicis praeſtanda ſine factione exiſtimaret, ſemperque a talibus ſe conſiliis removiſſet, reſpondit: ſi quid Brutus de ſuis facultatibus uti voluiſſet, uſurum quantum eae paterentur: [1] ſed neque cum quoquam de ea re collocuturum, ne-

1 *Sed neque cum quoquam*] Lamb. *ſe neque cum quoquam.* Scriptus, *ſed neque cum quo de ea re collocuturum*: *Colloqui* autem privatim; *Coire* vero hic concilium habere. unde *Comitia.* Mox: *in provincias*, pro *provinciarum*, legit Ant. Auguſtinus V. C. Aliter Manutius, *provinciarum deſperatis rebus.* Schottus. Auguſtini lectio non diſplicet *Gebhardo.* Inepte ad τὸ *provinciarum* vir doctus ſupplet *praeſides.* Quis ita loquitur? Manutiana interpretatio planiſſima eſt. *Boſius.* Pro *eae paterentur* Voſſ. C. *ſe haec paterentur.* Pro *ſe neque cum quoquam.* Leid. m. *ſe neque eum quoquam.* Pro *collocuturum* Voſſ. C. *colloquuturum.* *Coire* ſolet honeſto ſenſu ſumi a Noſtro auctore, ut ſatis in Indice monſtratur. Nihil autem aliud notat proprie hoc verbum quam convenire, venire in unum locum. *coire in forum* dixit Florus 1, 13, 9. Plautus Moſtell. 1, 14, 4.

Cave modo, ne prius invia accumbas,
Quam illic, ubi lectus eſt ſtratus, coimus.

ubi vide Summi Gronovii notas, nec non illuſtrium virorum N. Heinſii & P. Burmanni ad Ovid. Ep. 7. Heroid. vſ. 124. & ut hic *coire cum aliquo* ſic Juſtinus lib. 5. cap. 1 dixit *cum Graecis coire*, ſc. ſocietatis ineundae cauſſa. Nam & hic ſignificat venire in unum eundemque locum cum quoquam conſilii clandeſtini ineundi cauſſa. Unde & *coitiones* coetus illi clandeſtini vocantur, quam vocem J. Fr. Gronovius Livio ſuo reſtituit lib. 4. cap. 13. Pro *disjectus eſt* Voſſ. C. *dejectus.*

2 *Neque multo poſt ſuperior eſſe coepit*] Qui ante, quod Octavium ludibrio habuerat, Remp. non una re labefactaverit. Vide Dio. 46. Vellej. 2, 64. & Flor. 4, 4. qui locus ita Mſ. meo Cod. legitur. *ſe plane ex commilitio Caeſaris dignitatis, furtis hereditatum lacerare, ipſum inſectari probris & cunctis artibus cum adoptationem Juliae gentis inhibere non deſineret.* Ernſtius.

3 *Ita ut Brutus & Caſſius*] Mſ. meus magis emendate legit *ita ut Bruti & Caſſius Provinciarum.* Nempe *praeſides.* Urſinus legit *in provinciarum.* Anton. autem Auguſtinus *in provincias.* Ernſtius.

4 *Quae iis dicis cauſſa*] Olim editi, & ſcripti, *quae iis necis cauſſa*: quae ferri lectio non poteſt, corrupta a librariis, ex ignoratione, ut ſolet, priſcae vocis, & rius: haec quoque emendatio *Cujacio* accepta refertur *lib. Obſerv.* Eſt autem *Dicis cauſſa* aliquid facere; id eſt perfunctorie, non ex animo, religioni cuidam ſatisfaciendi gratia. Lamb. *quaſi, verbi cauſſa, per ſpeciem, per ſimulationem.* Sed hanc antiquam formulam plurimi explicarunt ex *Varrone* viro undecunque doctiſſimo, & P. *Soſipatro.* Sic lib. 1. epiſt.

neque coiturum. Sic ille conſenſionis globus, hujus unius diſſenſione disjectus eſt. [2] Neque multo poſt ſuperior eſſe coepit Antonius: [3] ita ut Brutus & Caſſius provinciarum, [4] quae iis necis cauſſa datae erant a

1. epiſt. 18. ad Atticum Cicero: *Metellus eſt conſul egregius, & nos amat; ſed imminuit auctoritatem ſuam, quod habet dicis cauſſa promulgatum illud idem de Clodia.* Utitur & *pro Muraena*, & *lib. 4. Accuſationum in Verrem.* De qua formula, *Laelius Taurellus, Anton. Auguſtinus, Pet. Victorius, Adr. Turnebus, Cujacius, Pet. Pythoeus, Did. Covarruvias, lib. 4. Variar. Reſolut.* & quis non eorum, qui Varias ſcripſerunt? Repoſuerunt exſulantem, & in priſtinam ſedem reſtituerunt, ex *Varrone*, ut dixi, & *Soſipatro*, in *Arnobio*, *Plinio*, *Appulejo lib. de Dogmate Platonis*, *Cicerone*, *Nepote*, Ceteris Graecis *ὁσίας ἕνεκα*, & *ἀφοσιώσεως χάριν*, *ἀφοσιώσεως ἕνεκα*, apud *Dionyſium Halicarnaſſ. Iſaeum*, & *Euripidem Iphigenia Tauris*, & *Harpocrationem* & alios. *Schottus. Necis cauſa* conſtanter Mſſ. & vulgati omnes; quae lectio temere immutanda non eſt, cum ex ea mens auctoris appareat. *necis cauſa* datae erant provinciae a conſulibus, Bruto & Caſſio Caeſaris interfectoribus, propter caedem illatam Julio Caeſari. Conjecturae *Cujacii* V. Doctiſſi. qui *dicis cauſa* legit, plurimum tribuo, *libro 5. capite 33. obſervat.* Sed a libris ſto adverſus eam. *Savaro.* In coelum Cujacii emendationem tollunt Lambinus ac Schottus. Savaro contra pertendit *Necis cauſſa* retinendum Mſſ. omnibus pro eo ſtantibus. Florus lib. 4. cap. 7. *Ne tamen publici doloris oculos ferrent, in provincias ab illo ipſo, quem occiderant, Caeſare datas. Syriam & Macedoniam conceſſerunt.* Vide Paterculum lib. 2. cap. 62. qui adjuvat opinionem Savaronis. *Gebhardus.* Ita quidem hunc locum emendavit Cujacius, ſed reclamantibus libris omnibus, quos vidit Savaro Mſſ. & editos: in quibus fuit *necis cauſſa.* Cui uterque Mſ. Cod. Medic. conſentit, & vetuſtiſſimus meus. Manutius & Lambinus, aliique eam ſcripturam rejiciunt & Cujacii correcturam comprobant. De phraſi *dicis cauſſa* vide Turnebi *Adverſ. lib 11. cap. 20.* Hotomann. Comm. ad Orat. Cic. 6. in C. *Verrem.* Victorii *lib. 8. Var. Lect. cap. 24.* Cujac. 10. *Obſ. cap. 37.* Bachovii *Animadverſ. ad Treutl. p. 1. Diſp. 24. th. 1. G.* & ipſum Treutlerum, qui varios laudat auctores. Hunc locum quod attinet, videtur rectius legi *dicis cauſſa.* quia necis cauſſa provinciae ipſis dari non poterant; cum ſenatus tum maxima pars ſteterit in eorum partibus. Qui utique *dicis cauſſa* eis decrevit provincias, quo plebis furorem evitantes honeſte ex urbe diſcederent. Vide tamen quae J. Gebhardus ad h. l. notavit. *Ernſtius.* Tò *necis* malit & *Buchnerus* ſervare: cenſebatque *Gebhardus* id adjuvare *Vellejum Paterculum* 2. 62. Sed is de Macedonia ac Syria loquitur, Bruto Caſſioque, victo jam ad Mutinam M. Antonio, & cum jam *ipſi ſine ullo SCto eas occupaſſent*, decretis. At noſter

Digitized by Google

[1] a conſulibus, deſperatis rebus, in exilium proficiſcerentur. Atticus, qui pecuniam ſimul cum ceteris conferre noluerat florenti illi parti, [2] abjecto Bruto Italiaque cedenti LLS. centum millia [3] muneri miſit. eidem in Epiro abſens [4] trecenta juſſit dari: neque eo magis potenti adulatus eſt Antonio, neque deſperatos reliquit.

CAP.

datas ait *a conſulibus*, antequam *in exſilium proficiſcerentur*, & ante *bellum ad Mutinam geſtum*. Non igitur Macedoniam ac Syriam intelligit, quippe non *a conſulibus*, ſed a Julio Caeſare, paullo ante mortem, cum magiſtratus in quinquennium deſignaret; a Senatu autem demum Antonio hoſte judicato illis decretas, ſed quas, ademta ipſis & Dolabellae atque Antonio Coſſ. data Syria ac Macedonia, earum loco Senatus iis a conſulibus illis impetraverat: Bruto ſcilicet, ut *Plutarchus* habet, Cretam, Caſſio Libyam; ſive, ut *Appianus*, Bruto Cretam, Caſſio Cyrenen; vel, ut alii, has ambas Caſſio, Bruto autem Bithyniam. Quas tamen illi, ut parum ſibi tutas utileſque, contemſerunt, Macedoniam & Syriam vi occupantes. Videndi *Appianus Civil.* 3. *pag.* 527, 530, 531, 533, 536, 538, 541, 550, 567. *Dio Caſſius lib.* 47. *Plutarchus Bruto*, *Cicero Philippic.* 2, 3. *&* 11. 12. Eae an *decis cauſſa* datae dici queant, viderint, qui eam lectionem tuentur. *Necis cauſſa* datas, non dubito recte dici. Nam ſic & Octavius id interpretatur apud *Appianum pag.* 536. Τὸ μὲν ἀμνηστίαν δοῦναι, τὴν σωτηρίαν ἦν ἐκείνοις χαριζομένων μόνον. Τὸ δὲ ἡγεμονίας αὖθις ψηφίζεσθαι (loquitur de Creta & Cyrene Bruto Caſſioque datis) καὶ ΓΕΡΑ, ὑβριζόντων Καίσαρα. Neque negat haec objectanti reſpondens Antonius, *pag.* 538. datas poſcentibus repenſum pro meritis; εἰς ἀντίδοσιν τῶνδε, ὧν ἔχρῃζον. Et in reſponſo ad tribunos militum. *pag.* 548. diſerte ait, Senatum interfectoribus Caeſaris, ut tyrannicidis praemia decreviſſe. Ἡ βουλὴ γέρα τοῖς ἀνδράσιν ὡς τυραννοκτόνοις ἐψηφίζετο. Denique *Cicero Phil.* 2. ex ipſius Antonii verbis oſtendit, datas provincias *ut liberatoribus*. Haec cum ita ſint, in ſummo librorum omnium conſenſu non auſim recedere a lectione ſcripta. *Boſius*. Omnes mei, *necis cauſſa*.

1 *A conſulibus*] M. Antonio, & Dolabella; quibus & Octavius id objicit apud *Appianum pag.* 436, In Mſſ. tamen Schotti, & utroque Medicaeo fuit, *a conſule*; quod eſſet, ab Antonio. Et ſane *ab Antonio ſenatum petiiſſe alias provincias* τοῖς ἀμφὶ Κάσσιον, idem *Appianus* ſcribit, *pag.* 531. Magis tamen placet vulgata, Si a ſolo Antonio datas dicere *Nepos* voluiſſet, nomen illius addidiſſet. Varietas lectionis ex abbreviatione nata eſt. *Boſius*. Leid. & Voſſ. A. *a conſule*.

2 *Abjecto Bruto*] Fortuna adverſa proſtrato. Petron. *in loco peregrino deſtituit abjectum*. Propius Val. Max. 5, 1, 8. Nam *ſi egregium eſt hoſtem* abji-

Cap. IX.

Secutum eſt [1] bellum geſtum apud Mutinam. In I
quo ſi tantum eum prudentem dicam, minus, quam debeam, praedicem, quum ille potius divinus fuerit: [2] ſi divinatio appellanda eſt perpetua naturalis bonitas, quae [3] nullis caſibus neque agitur, neque minuitur.

abjicere, *non minus tamen laudabile, infelicis ſcire miſereri.* Gebhard. Adde Vorſtium & Torrenium. ad Valer. Maxim. lib. 1. cap. 5. n. 12. Pro *Epiro* Leid. m. *Epyreo.* τὸ *juſſit* abeſt a Voſſiano A.

3 *Muneri miſit*] Mſ. Cod. Med. 1. *numerari.* Ernſtius.

4 *Trecenta juſſit dari*] *Cicero epiſt.* 17. *lib.* 15. *ad Attic.* a Servilia numeratam ab Attico, Bruto Italia cedenti ſignificat, de qua infra [c. 11, 4] *Schottus.*

1 *Bellum geſtum apud Mutinam*] Inter Antonium, Brutum & Octavium. *Florus* 4, 4. & alii hiſtorici ad eum a *Freinshemio* laudati. *Loccenius:* Corrupte in Mſſ. libris Medicaeis legitur *Numidiam.* De illa vide, ſi libet, Ptolom. &alios. Operoſe enim nihil heic agere conſtitui. *Ernſtius.* Quod in q. Mſſ. fuit, *Numidiam*, haud dubie corruptum eſt: *Boſius.* Voſſ. A. *Numidiam.* C. *Mundiam.*

2 *Si divinatio appellanda eſt*] Credidi aliquando hic divinitatem deſcribi, ϰ̀ θειότητα potius, quam *Divinationem*, de qua infra. [c. 16.] *Schottus. Divinatio* nihil aliud eſt, quam quaedam praeſenſio atque ſcientia rerum futurarum, ut *Cicero* explicat. Cui quis locus hic ſit, nullus profecto video. Itaque *divinitas* potius hic legendum. Divinitatis enim ſive divinae naturae eſt, conſtanti bonitate & uno eodemque tenore perpetuo eſſe, ac nec impelli ac augeri caſibus, nec inhiberi ac minui. Hoc enim ſola divinitas privilegium habet, ut vices non capiat. Cetera univerſa natura mutationi expoſita eſt. *Buchnerus.* Pro *quum divinus* Voſſ. C. *quamquam div.*

3 *Nullis caſibus agitur*] *Agitur*, ſi vera ſcriptura eſt, interpretor, impellitur. quidam legi volunt, *frangitur*; nonnulli, *augetur*, ut opponatur verbo, quod ſequitur, *minuitur.* Lanibinus. Tibullus: *Namque agor, & per plana citus ſola verbere turbor.* Buchnerus. Mſ. meus lib. habet *neque agitatur.* Melius, quam illi apud Lambinum. Retineo tamen *agitur*, quod probum verbum eſt, a Cicerone hac ſignificatione ſaepe uſurpatum, nempe pro *periclitatur*, ſive *in diſcrimen deducitur.* paſſive. *Ernſtius.* A quibusd. edd. prius *neque* abeſt; etiam a vetuſtiſſ. Romana. *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. C. *agitur.* Voſſ. tamen A. *augetur.* τὸ *neque* ante *agitur* abeſt omnibus meis. *Agi* autem quis etiam poteſt dici caſibus. Ut *Attonitae monſtris actaeque furore.* Virgilio 5. Aen vſ. 659. aut ut Livio lib. 2. cap. 47. *Romanos terror per tota caſtra trepidos agit.* Conſule Celeb. Burm. ad Valer.

2 tur. Hoſtis Antonius judicatus Italia ceſſerat; [1] ſpes reſtituendi nulla erat. [2] Non ſolum ejus inimici, [3] qui tum erant potentiſſimi & plurimi, [4] ſed etiam qui adverſariis ejus ſe dabant, & in eo laedendo ſe aliquam conſecuturos ſperabant [5] commendationem, [6] Antonii familiares inſequebantur; uxorem Fulviam omnibus rebus ſpoliare cupiebant; [7] liberos etiam
3 extinguere parabant. Atticus quum Ciceronis intima fami-

Flaccum lib. 3. Argonaut. vſ. 393. & ad Phaedr. lib. 4. fab. 12. vſ. 3. ſed nihil definio.

1 *Spes reſtituendi nulla erat*] Leid. m. *ſpes reſtituenda nulla erat.* male. Gerundium hic paſſive uſurpatur, more Latinis uſitato. Conſule Cl. Munkerum ad Lactantium lib. 8. Narrat. Fabul. cap. 1. & Cortium ad Salluſtium B. Jugurth. cap. 62. n. 8.

2 *Non ſolum ejus inimici*] Cum *Lambino* vet. liber facit *Schottus*. ab ed. Rom. *ejus* abeſt. *Boſius*. Item a Leidenſi & Voſſianis A. C.

3 *Qui tum erant potentiſſ*] Sic ſcripti & editi libri. *Schottus*. Immo ed. Rom. & Grut. *qui tamen erant*. Et ſic apud Schottum quoque editum; nec male. *Boſius*. Pro *tum* Voſſ. C. *dum*.

4 *Sed etiam qui adverſariis ejus ſe dabant*] Pro, cedebant. *Amici*, pro *qui* Lamb. hic, editi omnes. Cicero in Somnio: *Neque te ſermonibus vulgi dederis*, pro, conceſſeris: ubi qu. lib. *dedideris*. Idem lib. 2. ad M. Coelium: *Da te homini; complectetur, mihi crede*. Et lib. 13. epiſt. ad famil. *Des te ad lenitatem*. Schottus. Ita Cicero quoque loquitur pro *cedebant*. Vide Schott. a Boecler. heic citatum. *Ernſtius*. Adde Indicem. *Qui* pro *amici*, eſt etiam in edd. Rom. & Colon. Alterum ſcioli alicujus eſt, qui *inimicis* putabat opponendos *amicos*. Mox in illis *ſe aliquam* &c. a q. libris *ſe* abeſt: a Mſ. Schotti etiam *&*. Boſius. Pro *amici* omnes mei *qui*. Pro *ejus ſe dabant* Voſſ. A. *ejus dabant*. Pro *& in eo* Voſſ. C. *in eo*. τὸ *ſe ante aliquam* abeſt etiam Leidenſi & Voſſianis A. C.

5 *Commendationem*] Sic diſerte opt. liber Giſ. Etiam Leidenſis: *commendationem vel commoditatem*; varia lectione textui intruſa. Quare non dubitavi ſic reſcribere. Uſus & ſupra 7, 1. 2. *tanta erat commendatio oris atque orationis*. Seneca excerpt. controv. praefat. lib. 3. *omnibus fere majori commendationi eſt audiri, quam legi*. Vulgo eſt, *commoditatem*. Boſius. Omnes tamen mei *commoditatem*.

6 *Antonii familiares inſequebantur*] Pro quo in editis nonnullis libris male legitur *ſequebantur*. Ernſtius. Quidam, *ſequebantur*. Conſtanter, & typis, & calamo expreſſi codd. *Antonii familiares inſequebantur*. Lambinus. *ejus famil.* & vero deſiderari aliquid videatur. *Schottus*. Immo nihil deeſt. Dicam amplius. Poteſt utrumque abeſſe, tam nomen *Antonii*, quam illud *ejus*, quod, teſte *Gothofredo*, a *Faerno* eſt. Certe Gruterus, aliique neutrum exhibent.

Mi-

familiaritate uteretur; amiciſſimus eſſet Bruto: non
modo nihil iis indulſit ad Antonium violandum, ſed
e contrario familiares ejus ex urbe profugientes,
quantum potuit, texit: quibus rebus indiguerunt,
adjuvit. P. vero Volumnio ea tribuit; ut plura a 4
parente proficiſci non potuerint. Ipſi autem Fulviae, [8] quum litibus diſtineretur, magnisque terroribus vexaretur, tanta diligentia officium ſuum praeſtitit, ut nullum illa [9] ſtiterit vadimonium ſine Attico;

Miror autem, cur Schottus alibi (*obſervat. hum.* 3, 2.) totum hoc gloſſema putet, aut malit, *familiam inſequeb.* Nam de *familiaribus* Antonii heic ſermonem eſſe, vel ex *comm.* 3. apparet. *Boſius.* Omnes mei *Antonii.*

7 *Liberos extinguere parabant*] Verbo *paro* ſaepius Infinitivus modus additur, ut in Datame cap. 4. *Hic quum maximo ſtudio compararet exercitum, Aegyptumque proficiſci pararet.* Ovid Ep. 1. Heroid. vſ. 100. *Dum parat invitis omnibus ire Pylon.* Qui ita ſaepius. Vide Cortium ad Salluſt. B. Jugurth. cap. 22. n. 1. ſed propius ad rem Salluſt. B. Catilin. cap. 18. n. 5. *Cum hoc Catilina & Autronius conſilio communicato parabant in Capitolio Kalendis Januariis L. Cottam & L. Torquatum conſules interficere.* Livius lib. 4 cap. 9. *Urbem quoque, omnis etiam expertem ante certaminis, multitudine opificum ad ſpem praedae evocata, obſidere parat.* & cap. 24. *cenſuram minuere parat.* Adiſis J. Fr. Gronovium ad lib. 2. cap. 56.

8 *Quum litibus diſtineretur*] Mſ. Medic. 2. legit *deſtinaretur.* Meus membraceus liber habet *detineretur*, ſenſu eodem cum *diſtineretur.* Ernſt. Leid. m. *detineretur.* quod tamen hic locum habere nequit. nam *detinere* notat quem longius ſolito tenere apud ſe, ſed volentem, & illecebris demulſum. Conſule V. V. D. D. Burmannum ad Quinctilian. Declam. 262. & Oudendorpium ad Lucanum 6, 740. unde *detinere* nos dicuntur ea, quae delectant. Vide Servium ad Virgil. 4. Aen. vſ. 348. *Si te Carthaginis arces Phoeniſſam, Libycaeque aſpectus detinet urbis.* Sed *diſtineri* dicuntur, qui plerumque inviti in re quadam gravi occupati ſunt: ut *diſtineri maximis occupationibus* Ciceroni 12. Fam. Ep. 30. *diſtineri bello*, de qua phraſi egerunt Tennulius ad Frontinum lib. 1. Strat. cap. 3 n. 8. & Graevius ad Juſtinum lib. 6. cap. 6. & talia paſſim occurrunt.

9 *Stiterit vadimonium*] *Lambinus* recte *ſtiterit*; quod & in vet. ſe repperiſſe *Manutius* affirmat. *Siſtere* enim *vadimonium* eſt, quod datis vadibus promiſerat, ſe in judicio ſiſtere; & ſic *liberare vades.* Cicero pro Quinctio: *Venit Romam Quinctius; vadimonium ſiſtit.* Et Cato apud Agellium 2, 14. *Quod ſi vadimonium capite obvoluto ſtitiſſes.* Schottus. Approbat hanc lectionem Schottus, & a Manutio in veteri libro repertam eſſe aſſerit. Interim Savaro *ſteterit*

tico, [1] hic ſponſor omnium rerum fuerit. Quin etiam, quum illa [2] fundum (ſecunda fortuna) emiſſet in diem, neque poſt calamitatem [3] verſuram facere potuiſſet: ille ſe interpoſuit, pecuniamque ſine foenore, ſineque ulla ſtipulatione ei credidit: maximum exiſtimans quaeſtum, memorem gratumque cognoſci;

terit praefert, e ſuo Mſ. neque recordari in hac trepidatione licet, an unquam ea facie locutio occurrerit. *Siſtere vadimonium*, & *ſiſti vadimonio* non inſolens animo & auribus meis eſt. Apulejus lib. 4. Metam. *Cohortem noſtram gladiis armatam ante ipſas fores Democharis, velut explicationis* vadimonium ſiſtimus Id. lib 9. *Ego jam tibi probe ſuaſum & confirmatum animi amatorem illum alacrem* vadimonio ſiſtam. Giſanius legebat heic ex veteri codice: *Ut nullum illa ſtiterit vadimonium ſine Attico*, & adducit ex lib. 2. cap. 14. Gellii *Quid ſi vadimonium capite obvoluto ſtitiſſet.* Cicero pro Quinctio: *Venit Romam Quinctius, vadimonium ſiſtit.* Gebhardus. Ita quoque eſt in ſaepius laudato Mſ. item apud Giſanium, & alios. Sunt, qui legere malunt: *ſteterit.* Vadimonium quid ſit, vide apud Lambinum heic, *Turneb. lib.* XII. *Adverſ.* VIII. & Hotoman. *lib.* V. *Antiqu. Rom. cap.* III. potiſſimum vero apud Varron. V. *de Ling. Lat.* Et Feſtum *in Praes* & *Vas.* unde caeteri deſcripſerunt. Adde Scaliger. ad loca citata Varronis & Feſti. Differentia quae ſit inter *Vadem* & *Praedem*, his nos docet verbis Auſonius in Monoſyllab. Idyll. XII.

Quis ſubit in poenam capitali judicio? Vas.
Quid ſi lis fuerit nummaria, quis dabitur? Praes. [illegible]

Quibus verſibus dicit, vadem appellari, ſponſorem datum in rebus criminalibus; praedem vero in cauſſis civilibus. Cum quo convenit, quod Paullus Diaconus, ſive Feſtus potius loco citato ſcripſit. *Vadem, ſponſorem ſignificare datum in re capitali.* Sed differentiam hanc non eſſe perpetuam docent viri doctiſſ. Heringius *cap.* III. §. 43. *De fidejuſſor.* & Salmaſius *cap.* XVI. *De modo uſur.* Ernſtius. Atque ſic & Mſſ. Giſ. Ernſt. & Savar. Nam quod apud *Savaronem* legitur, *ſtiterit*, erratum puto typographi, neque ac τὸ *ſiſteris* in notis *Lambini.* Vett. edd. & Mſſ. Schotti ac Petanii, *praeſtiterit:* quod Latinum non putat *Giſanius in obſervat. Lat. L. pag.* 243. Ego natum puto ex proxime praegreſſo *praeſtitit.* adde Indicem in *vadimonium.* Boſius. Leid. & Voſſ. A. C. *praeſtiterit.*

1 *Hic ſponſor.*] Abeſt vett. edd. pronomen. Scripſit, opinor, Nepos: *ſine Attico: Atticus ſponſor fuit.* Abſorptum poſteriore loco poſitum *Attici* nomen ab eo, quod priore, & ſolum nunc legitur. *Boſius.*

2 *Fundum ſec. fortuna emiſſ. in diem.*] Ut ſolveret certo tempore. Frequens eſt in omnibus contractibus dici vel conditionis adjectio. *Lib.* 3. *obligationum fere. D. de oblig. & actionibus.* qua in futurum tempus & caſum confertur actio. Argumento §. *Emptio. Inſtitut. de Emptione & vendit.*

Ernſt.

ſci; ſimulque [4] aperire, ſe non fortunae, ſed hominibus ſolere eſſe amicum. Quae quum faciebat, nemo 6
eum temporis cauſſa facere poterat exiſtimare. [5] Nemini enim in opinionem veniebat, Antonium rerum potiturum. [6] Sed ſenſim is a nonnullis optima- 7
tibus

Ernſt. Illud *ſecunda fortuna* afuiſſe a ſcripto cod. ait *Schottus*; & Leidenſi Mſc. vox *fundum* aberat. Quare utrumque gloſſema putabam, ac Nepotem ſcripſiſſe: *cum illa emiſſet in diem.* Potuit tamen τὸ *fundum* a voce *ſecunda* ob ſimilitudinem abſorberi. Ut Nepos ſcripſerit, *fundum emiſſet in diem*: reliqua adjecerit aliquis propter illa, *poſt ea lenitatem.* Mox a q. libris abeſt et ante τὸ *credidit*. Boſius. Pro *quin etiam* Voſſ. A. *quod etiam. Secunda fortuna* abſunt Voſſiano A. de phraſi *in diem emere* vide Interpr. ad Phaedr. lib. 1. fab. 16.

3 *Verſuram facere*] Uterque Mſ. Medicaeus legit *uſuram facere* ſed corrupte. *Verſuram facere* quid ſit poſt Feſtum & Donatum docet Budaeus. *Ernſtius.* Omnes mei *uſuram facere.*

4 *Aperire*] Pro declarare, indicare. quidam *apparere* tentarunt. Ego contra libros nihil muto. *Schottus.* Supra 9, 2, 3. *Neque non fuit apertum*: perſpicuum ac clarum. *Gebhardus.* Camillus Sighicellus mavult *apparere.* Ernſtius.

5 *Nemini enim in opinionem veniebat*] Scriptus codex, quo uſus ſum, diſertim: *Neminis enim opinioni veniebat. Neminis* autem dixiſſe veteres, *Priſcianus*, & *Nonius* auctores ſunt. Plautus Captivis: *Neminis me miſeret, nam mei miſeret neminem.* Et Lucilius libro 30. *Neminis ingenium tantum conſidere oportet.* Schottus. Non auſim rejicere ſcripturam Schottiani codicis. Etſi alterum Ciceronianum eſt. Ut Philipp. 2. 16. *Qui iſtuc venit tibi in mentem?* Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. *Nemini en. opinioni veniebat.* Sed *in opinionem* legitur ante *temporis* in Leidenſi meo.

6 *Sed ſenſim is a nonn. opt. repreh.*] Vetus liber editus & Boſii habent *ſenſus ejus.* Medicaens Cod. 2. *ſed ſenſim a nonnullis optimatibus ejus rei reprehendebatur.* Cui ſcripturae favet quoque Medic. Mſ. Cod. 1. *Ernſtius.* Auctiores una voce Mſ. Schotti & ed. Rom. *a nonn. opt. ejus repreh.* Duabus Medicaei, *ejus rei repreh.* ſed alteri eorum provocabulum *is* aberat. Sim. Boſius, Gruterus & alii edidere: *Sed ſenſus ejus a nonn. o. r.* quod etiam *Schottus* praefert *obſervat.* 3, 2. ut *ſenſus* idem ſit, quod propoſitum, conſilium, judicium, quomodo paſſim ea voce, cum alii veterum, tum Noſter etiam, uſi. vide Indicem. Atque ſic & *Barthius* laudat, explicatque, in *notis ad Phaebadium.* Omnes, ut arbitror, reclamantibus libris. Conjiciebam igitur legendum: *ſed ſenſim is a nonn. opt. ejus rei repreh. Ejus rei*, ſubaudi *cauſſa*: ſcilicet quod uxorem Antonii juviſſet. τὸ *rei* abſorptum in Medd. codd. a prima ſequentis vocis ſyllaba. Eo expuncto, mox alii & provocabulum *ejus*, quippe cui nihil reſpondebat, jugularunt. *Boſius*:

tibus reprehendebatur, quod parum odiſſe malos cives videretur.

CAP. X.

1 [1] Ille autem ſui judicii, potius quid ſe facere par eſſet, intuebatur, quam quid alii laudaturi forent.
2 [2] Converſa ſubito fortuna eſt. Ut Antonius rediit in Italiam, nemo non magno [3] [in] periculo Atticum [futurum] putarat propter intimam familiaritatem Ciceronis & Bruti. Itaque ad adventum imperatorum de foro deceſſerat, timens proſcriptionem, latebat-

Leid. m. & Voſſ. A. *ſenſum is.* C. *ſenſum is.* pro *optimatibus* Voſſ. A. & C *optimatibus ejus.*

1 *Ille autem ſui judicii*] Κατ' ἐλλειψιν intellige *moderationem*, aut ſimile quid, ut ſit. *Ille autem ſui judicii moderationem potius, quid ſe facere par eſſet, intuebatur.* Uti Cic. de ſeneƈt. *Novi moderationem animi tui.* Ernſtius. Id eſt, ſuum judicium ſequens, ſive id tenens, quod ex praeſcripto reƈtae rationis probaret ipſe, non quod alii ex opinione vulgi laudaturi eſſent. *Buchnerus. Schotto laƈo* illa duo vocabula, *ſui judicii*, gloſſema videntur, ex ora adſutum. Vellem rationem addidiſſet. nam ego quidem nullam video. *Boſius.* Reƈte locus explicatur a Buchnero: ſubintelligitur enim *vir judicii ſui* vel *eus*, ut in Catone cap. 1. *Primum ſtipendium meruit annorum decem ſeptemque*, & vide eundem Perizonium, quem ibi citavi, ad eundem Sanƈtii librum n. 27. Hujusmodi vero, qui ſuo in rebus judicio utuntur, *ſui* eſſe etiam dicuntur a Cicerone. Vide Tib. Wepkens lib. 1. Leƈt. Tull. cap. 2. Pro *illi* quod in Edit. Hackiana legitur, mei codices *alii* exhibent.

2 *Converſa ſubito fortuna eſt*] Sic Mſſ. Manutii, Gif. Schotti. Vulgo abeſt *ſubito*, etiam a Leidenſi *Boſius.* Mei codices agnoſcunt *ſubito*.

3 *In periculo Atticum putarat*] In abeſt a vet. cod. ut ſaepe in lib. *de vita excellentium imp.* qui vulgo *Aemilio Probo* falſo adſcribitur. *Schottus.* vide Ind. v. *eſſe.* ſtatim *futurum* a Lambino eſt. Mſſ. & vett. edd. ignorant. Sic & alibi. denuo adi Ind. v. *Ellipſis.* Boſius. Soli Voſſiano C. abeſt praepoſitio *in*, qui *futurum* etiam omittit.

4 *Opem tulerat*] Supra: *P. Volumnio ea tribuit, ut plura a parente proficiſci non potuerint.* Poſt vero, *Praefeƈtus Fabrum Antonii* dicitur. *Schottus.*

5 *Iis temporibus*] Ita V C ſic ſupra c. 8, 4. *quantum eae paterentur.* hic idem ſcr. lib. *Schottus.* Vulgo erat, *his temp.* Boſius. Hackiana Editio profert *in his temporibus*, ſed omnes mei codices omittunt praepoſitionem: pro *modo hi* Voſſ. A. *modo iis* perpetua variatione.

6 *Habebatque*] Q. edd. *Habebat.* Boſius.

batque apud P. Volumnium, cui, ut oſtendimus
paullo ante, [4] opem tulerat: (tanta varietas [5] iis tem-
poribus fuit fortunae, ut modo hi, modo illi in ſum-
mo eſſent aut faſtigio, aut periculo:) [6] habebatque
ſecum [7] Q. Gellium Canum, aequalem, ſimillimum-
que ſui. Hoc quoque ſit Attici bonitatis exemplum, 3
quod cum eo, quem puerum in ludo [8] cognoverat,
adeo conjuncte vixit, ut ad extremam aetatem ami-
citia eorum creverit. Antonius autem etſi tanto odio 4
ferebatur in Ciceronem, [9] ut non ſolum ei, ſed o-
mnibus etiam [10] ejus amicis eſſet inimicus, eosque
vel-

7 *Q. Gellium Canum*] Meminit & *Cicero* ſaepe, ut *lib* 13. *epiſt* 31. ubi *Canum* in opt. libris ſcriptum affirmant: & *epiſt.* 41. *lib.* 14. *Canum* filiam ejus Q. Ciceroni filio nuptum dare voluiſſe colligere licet: quod an e re foret Atticus dubitarat *lib.* 15. *epiſt.* 21. Schottus. Boſius Comm. ad Epiſt. 51. lib. 3. ad Attic. legit *Gellium Canum.* Ernſtius. Sic autem recte Mſſ. Giſ. Manutii, & Schotti. Male alii, *Canium.* Nam *Canius* gentis nomen eſt; *Canus* cognomen Gelliorum. Nemo autem, iſto quidem aevo, duo nomina gentilicia habuit. Idem cognomen e libris vett. *Senecae de tranquill. animi cap.* 14. ubi vulgo legebatur *Canius Julius*, reſtituit *Lipſius.* A Giſ. & qq. edd. aberat pronomen *Quinti*, ſed erat in Man. & Sch. ac ed. Rom. *Boſius.* Leid. & Voſſ. A. *Gelium Canium.* Voſſ. C *Q. Sellium Canium.*

8 *Cognoverat*] Q. edd. *cognorat.* Boſius. Pro *puerum* Voſſ. C. *puer.*

9 *Ut non ſolum ei*] Voſſ. C. *Ut non ſolum eis.*

10 *Ejus amicis*] Ita Lambinus & alii poſt illum contextum mutarunt. Qua auctoritate, illi dicant. Ego in Mſſ. Codd. quos vidi, omnibus, conſtanter ſcriptum eſſe obſervo: *etiam ſuis amicis.* Quomodo etiam in veteribus libris editis extat. Duos tamen oportet, ut membranaceos libros Mediceos excipiam, in quibus eſt: *ſed etiam omnibus ejus amicis.* Verum *ſuus* ſaepe dici pro *ejus* nemo, qui bonos ſcriptores legerit, ignorat. Exempla Pronominum *ejus* & *ſuis* confuſionis habemus alia in hac ipſa Attici vita, inf. cap. 12, 5. *Quod in eorum periculis*, pro *in ſuis.* Et cap. 16, 4. *Non enim Cicero ea ſolum, quae vivo ſe acciderunt.* Sed audiamus hac de re Caſp. Barthium, qui lib. 22. Adverſ. cap. 13. ita infit. *Si error fuit, non tantus certe, quantum Grammatiſtae regularum futilium conſarcinatores volunt.* Cornelius Nepos non in dubio aliquo libro; ſed in vita Attici ita ſcripſit: *ſed etiam omnibus ſuis amicis.* Hic magiſtellus aliquis ferulam vibret, & omnibus ejus amicis *ſcribendum fuiſſe arguetur, videt in culina.* Vide apud eundem aliorum teſtimonia adducta. Ernſtius. Sic Mſſ. Giſ. & uterque

vellet proſcribere: multis hortantibus tamen, Attici memor fuit officii, & ei, quum requiſiſſet, ubinam eſſet, ſua manu ſcripſit, ne timeret, ſtatimque ad ſe veniret: ſe eum, [1] & illius cauſſa [Gellium] Canum de proſcriptorum numero exemiſſe. [2] Ac, ne quod [in] periculum incideret, quod noctu fiebat, praeſidium

Medic. Sed alii, & pleraeque edd. vett. *ſuis amicis.* Quo fit, ut neutrum a Nepote eſſe ſuſpicer. *Boſius.* Unus Cod. meus Leidenſis exhibet *ſuis amicis.* ſed parum refert, utrum legatur *ſuis* an *ejus.* Conſule Cl. Burmannum ad Phaedrum lib. 4. fab. 10. vſ. 2. Obſervationes Miſcellaneas pro Jul. & Aug. 1732. p. 16. & J. Arntzenium ad S. A. Victorem de Viris illuſtr. cap. 22. n. 2. nec in eo magis culpandi ſunt, qui *ſuis* pro *ejus* poſuere, quam Graeci, qui σφὶ pro αὐτῶν adhibent, ut docet Ill. Spanhemius ad Callimachi H. in Delum. vſ. 233. τὸ *ejus* tamen hic praefert Gronovius de Centeſ. & Unc. Uſ. pag. 647.

1 *Et illius cauſſa Gellium Canum*] Mſſ. Schoppii (Veriſ. 3, 8.) & Ernſtii, *& ejus cauſſa Gellium Canium.* Giſanianus: *ſe eum & illius Canum* Nempe τὸ *cauſſa* abbreviate h. m. *cā*, abſorpſit prima nominis *Canum.* Nepos ſcripſit, ut arbitror, *& illius cauſſa Canum.* Addidit aliquis e ſuperioribus, *Gellium*; cumque τὸ *cauſſa* excidiſſet, omiſſum & provocabulum eſt. Nam vulgo erat, *& Gellium Canium.* Mox libri & edd. vett. habent, *ne quod periculum incideret.* Praepoſitionem *Lambinus* addidit. Deinde, Medic. 2. *praeſidium eis miſit.* Verum repugnat, quod ſequitur. *ſed etiam ei quem cariſſimum habebat.* Commate proximo Giſ. *praeſidium ſuis*; ſed ſupra ſcriptum, *vel praeſidio.* Apparet, prius illud eſſe ab haeſitante librario. *Boſius.* Voſſ. C. hic pro *Gellium* exhibet *Galium.* Pro *exemiſſe ac* Leid. m. *exemiſſet ac.* Leid. & Voſſ. A. *Ne quod periculum incideret.* ſed Voſſ. C. *Ne quod in periculum incideret.* Praepoſitio *in* non male additur, ut *incidere in morbum* in Dione cap. 2. *incidere in inſidias* Livio lib. 2. cap. 30. & ſimilia paſſim apud Ciceronem alioſque. Attamen facile abeſſe poteſt. Nam *incidere* ſaepe adhibetur pro accidere in rebus malis & repentinis, ut ſit *ne quod periculum incideret ſc. ei.* Vide Celeb. Burmannum ad Ovidium 7. Metam. 524. Aut *incideret periculum* erit pro caderet in periculum, incideret in periculum; praepoſitionis trajectione Nepoti uſitata: quomodo Ovidius *incidere eſcam*, Virgilius *incidere animos* dixere (Vide Nob. Heinſium ad Halieutic. vſ. 10.) ac deinde Quinctilianus, Tacitus, Symmachus, Appulejus & alii loqui ſuere ſoliti. Conſule Cl. Arntzenium ad S. A. Victorem Epitom. cap. 2. n 6. Quamvis ultimum hoc nemini obtrudam: pro *praeſidium ei miſit* Voſſ. C. *praeſidium & miſit.*

2 *Ac ne quod in periculum incideret*] In nonnullis libris male omittitur *in.* De proſcriptorum periculo, in quo eſſe ſolent afflicti, recte ſentit C. Caeſar in elegantiſſima Oratione

ſidium ei miſit. Sic Atticus in ſummo timore non 5
ſolum ſibi, ſed etiam ei, quem cariſſimum habebat, praeſidio fuit. Neque enim ſuae ſolum a quoquam auxilium petiit ſalutis, [1] ſed conjunctim: ut appareret nullam ſejunctam ſibi ab eo velle [eſſe] fortunam.
Quod ſi gubernator praecipua laude fertur, qui [2] na- 6
vem

ratione ad Senatum apud Salluſtium lib. de bello Catilinar. *Noſtra memoria* inquit, *victor Sulla cum Damaſippum, & alios hujusmodi, qui malo reip. creverant* (ſive uti eſt in Mſ. Cod. Medicaeo, *qui malum reip. creaverant*) *jugulari juſſit; quis non factum ejus laudabat? Homines ſceleſtos & factioſos, qui ſeditionibus remp. exagitaverant, merito necatos ajebant. ſed, ea res magnae initium cladis fuit. Namque uti quisque domum aut villam poſtremo, aut vas, aut veſtimentum alicujus concupiverat, dabat operam, ut is in proſcriptorum numero eſſet.* Idem fuiſſe factum temporibus Antonii, & in funeſtis nuptiis Pariſienſibus teſtantur heic Nepos, & magni ingenii ſcriptor J. A. Thuanus lib. 52. *Ernſtius.*

1 *Sed conjunctim*] *Sed conjuncti*, pro, amici, generandi caſu vet noſter & Manutii. Nihil tamen demuto. *Schottus.* Mox ante Lambinum editi, & Grut. *ab eo velle fortunam*, omiſſo τῷ *eſſe*. Quod verum puto. *Boſius.* Pro *neque enim* Leid. *neque*. pro *velle eſſe*. Voſſ. A. C. *velle*.

2 *Navem ex hieme marique ſcopuloſo ſervat*] Hiems ſaepiſſime a Latinis pro tempeſtate adhibetur. Conſulant Juvenes Servium ad Virgil. 5. Aen. vſ. 11. & 626. Ciofan ad Ovidium 11. Metam. vſ. 490. Cuperum lib. 2. Obſerv. cap. 10. prope finem, Burmannum ad Val. Flaccum lib. 1. Argonaut. vſ. 546. ubi *hiemes* pro mari crebris tempeſtatibus moto poni docemur. & Drakenburgium ad Silium Italicum lib. 12 vſ. 633. Elegans etiam eſt verbum *ſervare*, quod hic notat navem e graviſſimo periculo ſalvam & incolumem in optatum portum perducere. Idem notat apud Livium lib. 1. cap. 12. *At tu Pater Deûm hominumque, hinc ſaltem arce hoſtes: deme terrorem Romanis, fugamque foedam ſiſte. Hic ego tibi templum Statori Jovi, quod monumentum ſit poſteris, tua praeſenti ope ſervatam urbem eſſe, voveo:* Id eſt liberatam e malo civitatem premente & in priſtinum ſtatum reductam. Vellejus Paterculus lib. 2. cap. 82. dixit ſenſu eodem *ſervari periculis.* Juſtin. lib. 5. cap. 7. *Non exercitum, cujus virtute ſervati pulchriora poſſent moenia exſtruere.* Virgil. 3. Aen. vſ. 209.

Servatum ex undis Strophadum me litora primum
Accipiunt.

Et 5. Aen. 699.

Servatae a peſte carinae.

Conſule, Lector, Ciofanum ad Ovidium lib. 1. Triſt. El. 2. vſ. 71. Eodem ſenſu verbum Σώζειν occurrit apud Graecos. Euripid. Hecub. vſ. 247. Ἔσωσα δῆτά σε quod Scholiaſtes explicat per ἐῤῥυσάμην σε. qui & σώζειν per ῥύεσθαι exponit ad Oreſt. vſ. 711. & per φυλάξαι ἐκ κινδύνου

vem ex hieme marique ſcopuloſo ſervat: cur non ſingularis ejus exiſtimetur prudentia, qui ex tot, tamque gravibus procellis civilibus ad incolumitatem pervenit?

CAP. XI.

1 [1] Quibus ex malis ut ſe emerſerat, nihil aliud egit,

ῦτ explicant ſcholia Oxoniae edita ad Sophocl. Ajac. vſ. 823. ſic σωθεὶς ἐξ ἁλὸς dixit Callimachus Epigramm. 51. vſ. ult. & Aelianus lib. 1. V. H. cap. 30. verbo σώζειν uſus eſt de eo, qui homines quosdam a morte, ad quam damnati erant, liberat, ultimum iſtud, quo mox affecti fuiſſent, ſupplicium lepido quodam dicto deprecatus. hinc etiam pro ſanare & Σωτὴρ pro medico. Vide Doct. Alberti ad Euang. Matthaei cap. 9. v. 22. quo ſignificantiſſimo titulo inſigniri ſolent Dii, qui prementia hominem mala deprecati ſunt & averterunt, ſalutemque ei certam dederunt, ut Jupiter (de quo Ill. Spanhemius ad Ariſtoph. Plut. vſ. 878. & 1176.) Apollo (idem ad Callim. H. Apoll. v. 40) Diana Σώτειρα (ad H. Dian. v. 258.) item Pallas (vide ad H. in Pall. v. 98.) Ceresque (ad H. in Cerer. v. 135.) denique etiam praeter alios Caſtor & Pollux Σωτῆρες fuere dicti (Schol. Apoll. Rhod. 1. Argon. 1037. Torrent ad Hor. 1. Od. 3. v. 2. Alberti ad Acta Apoſt. c. 28. v. 11. & Weſſeling. lib. 2. Obſ. cap. 17. item Scheffer. ad l. l. Aeliani) quem titulum deinde per adulationem Ptolemaeo Lagi & Berenicae, aliisque Regibus, nec non Antigono & Demetrio Poliorcetae tribuerunt, ut docent Ill. Spanhemius ad Callim. H. in Jovem vſ. 81. & ad H. in Delum. vſ. 166. & Cel. Burmannus in Erud. Diſſertat. de Jove Fulgeratore cap. 12. Adde eundem Spanhemium in Diſſertatione Quinta de praeſt. & uſu Numiſm. a pag. m. 380. ad p. 386. Hunc titulum ex hiſce videmus aptiſſime convenire aeternae ſalutis noſtrae Auctori (Vide Euangel. Lucae cap. 2. com. 11.) recteque verti per *ſervatorem*, vel etiam *conſervatorem*, peſſime vero per *ſalvatorem*.

1 *Quibus ex malis ut ſe emerſerat*] *Qui* pro *quibus* V. C. *Ut ſe emerſerit*, Schedae Giſanii. *Ut ſe emerſit*, Lamb. Porro *Emergit*, & *Emergit ſe* veteres dixerunt. Sic in fine Nepos: *Cum biduum cibo ſe abſtinuiſſet.* Cicero de haruſp. reſponſ. *Iſta ſerpens, quae hic delitefcit, tum ſe emergit, & fertur illuc.* Sic & *Erumpit ſe*, Attius Epigono, apud Nonium, & Lucret. lib. 4. Virgil. 1. & 4. Georg. & 3. Aen. Caeſar lib. 2. Comm. belli civilis: *Portis ſe foras erumpunt*; & Cic. lib. 16. ad Atticum, *Ne in me ſtomachum erumpant, cum ſint tibi irati*; & Terent. Enucho:

Jamne erumpere licet mihi hoc gaudium.

Plura a *Paullo Manutio*, *Aldi F.* collecta ſunt in 8. *lib. epiſt. ad familiares*, *epiſtola* 14. Schottus, Lambinus & alii mutarunt *emerſerat* in *emerſit*, cum olim eſſet, *Quibus ex malis ut ſe emerſerat.* Sed cau-

ſa

git, quam ut plurimis, [1] quibus rebus poſſet, eſſet auxilio. Quum proſcriptos [2] praemiis imperatorum vulgus conquireret, nemo in Epirum venit, cui res ulla defuerit. nemini non ibi perpetuo manendi poteſtas facta eſt. Qui etiam poſt praelium Philippenſe, 4
interitumque C. Caſſii & M. Bruti, [3] L. Julium Mo-

ſa non eſt, cur heic nova fingamus, & comminiſcamur: antiquiſſimus enim Mſ. Cod. ita, ut nos edidimus, legit. Niſi quis putet magis Latine ſcribi: *ut ipſe emerſerat*. quod quidem optime cum ſequentibus verbis: *quam ut plurimis eſſet auxilio*, conveniret. Verum, nihil muto, cum propter auctoritatem Ciceronis, quam Manutius ad h. l. citat, tum propter Ruf. Feſt. Avienum in deſcript. orb. terr. qui in eundem modum ita ſcribit. —— *Qua lux ſe rurſus Eoa Emergit pelago*. Neque novum id eſt apud ſcriptores; quod ſimilibus verbis quartum caſum adjiciant. Praeter ea exempla, quae Manutius & Andr. Schottus dederunt, accipe etiam illud, quod in antiquo Epitaphio Porcii Catonis legitur.

Ne ſua ſervitio premererentur colla tyranni,
Fortia crudeli penetravit pectora ferro.

Apud Plautum *in Trinum. Act.* 2. *ſc.* 2. *vſ.* 1. eadem Syntaxis; *Quo illic homo foras ſe penetravit ex aedibus?* Quod bis repetitur in eadem ſcena. Sic Latini ſcriptores non raro dicunt *ſe abſtinere a re aliqua*. Alia ejusdem generis exempla vide apud Voſſium lib. 3. de Analog. cap. 4. & Caſp. Barth. lib. 49. *Adverſar.* cap. 13 ubi Nepotis hunc locum ita legit *Quibus ex malis ut ſe emerſerat, nihil aliud egit, quam ut quam plurimis, quibus rebus poſſet, eſſet auxilio.* Ernſtius. Leid. m. *ut ſe emerſerit* item Voſſ. C. Neutris, ut vocantur, verbis Accuſativum addere Latinis aeque ac Graecis familiare eſt. De verbo *erumpere* conſule J. Fr. Gronovium ad Livium lib. 36. c. 7. & Burm. ad Petron. Satur. cap. 124 p. 594. Alia exempla dabit Munkerus ad Fulgentii Virgilian. Contin. pag. 141. Sic Graecis ἐκδύειν active ſumitur pro ἐπαίρειν, μετεωρίζειν, [illegible]. Vide Schol. Apollonii Rhod. 1. Argon. v. 478. & καταίρειν pro καταβαίνειν. Schol. Sophoclis in Antigone v. 1172. Conſule inprimis Celeb. Burmannum in Diſſertat. de Jove Fulger. cap. 4. pag. 29. & 30.

1 *Quibus rebus poſſet*] Elegantiam hujus locutionis oſtendit Cl. Cortius ad Salluſt. Cat. cap. 32. n. 2.

2 *Praemiis imperatorum*] *Imperatoris* ſcr. cod. vitioſe. Triumviros enim appellavit Octavium, Lepidum, & Antonium: & mox [*comm.* 2.] *quin etiam* concinnius, quam *qui etiam*: quae lectio turbavit non nihil *Manutium*, ut hyperbaton hic fingeret. *Schottus.* (Mſ. Medic. 2. habet *praemiis imperatoris vulgus*. Ernſtius) Et ſic quoque edd. vett. habent. Praetuli tamen alteram cum Grutero: quoniam ſequentibus congruentior eſt, *Boſius.* Voſſ. A. & C. etiam *imperatoris*. Paullo poſt pro *res ulla* Voſſ. C. *res nulla*.

3 *L. Jul. Mocillam*] *Mocillae* cognomen

Mocillam [1] praetorium, & ejus filium, Aulumque Torquatum, ceteroſque pari fortuna perculſos, [2] inſtituerit tueri: atque ex Epiro his omnia [3] Samothra-
3 ciam ſupportari juſſerit. Difficile [enim] eſt omnia perſequi, & non neceſſaria. Illud unum intelligi volumus: illius liberalitatem, [4] neque temporariam,

[1] ne-

gnomen an alibi reperiatur, haud ſcio. *Motacillas* inter cognomina Juliorum recenſet *Schottus in Electis*, & *Indice Annalium Pighii*. Quod fortaſſis & heic reponi debet. Eſt autem proprie nomen aviculae, quae Graecis σεισοπυγὶς dicitur. *Boſius*.

1 *Praetorium*] Sic ed. Rom. Col. aliae: melius quam recentiores, quae *praetorem* faciunt. *Boſius*. Leid. & Voſſ. Voſſ. A. C. *praetorium*. Pro *perculſos* Voſſ. C. *percuſſos*.

2 *Inſtituerit tueri*] Sic V. lib. noſter, & Giſanii cum vulgatis. Lambinus, *inſtituit*: & *juſſit*, pro *juſſerit*: poſt, [verſ. 3.] *& non neceſſarium* idem leg. divinabat: ſcrip. tamen lib. *neceſſaria* praeferebat, niſi quod τὸ *enim* afuit a meis, & Oberti Giſanii ſchedis. *Schottus*. Neque id male. Pro *& non neceſſaria*, Freinshemius conjiciebat leg. *etiam neceſſaria*. Lambino praeivit ed. Col. quae legit, *& non neceſſarium*; & paullo ante, *proſequi*: quod etiam in Rom. invenio. Quidam libri, *inſtiterit tueri*. quomodo Livius 34, 59. *Menippus deprecari & Quinctium & patres inſtitit*. Boſius. Leid. m. *inſtituerit*. Voſſ. A. *inſtituit* C: *inſtituerunt*. pro *juſſit* Leid. m. *juſſerit*. Pro *difficile enim eſt* omnes mei Codd. *Difficile eſt*. pro *perſequi* Voſſ. A. *proſequi*.

3 *Samothraciam*] Quae & Samothrace dicitur eſt Thraciae Inſula in mari Aegeo: ſacra habebatur, & inſtar Aſyli patebat ſupplicibus, praeterquam homicidii reis. Vide Liv. lib. 44. & 45. Flor. 2. cap. 12. Eo etiam hi poſt Philippenſe praelium confugerunt *Ernſtius*. ſolus Voſſ. C. *his omnia*, ceteris habentibus *his omnibus*.

4 *Neque temporariam*] *Mancius* exponit *exigui temporis*. falſo? Et in alteram interpretando partem *Schottus* quoque errat. Quis enim unquam *temporarium* eſſe *lentum* audivit? *Temporarius* eſt, qui ſpectat tempus, affectusque ſuos ſucceſſu fortunae alterius attemperat. Explicavit ſe ipſe paullo ſuperius: *Quae cum faciebat, nemo eum temporis cauſſa facere poterat exiſtimare*. Curtius 4, 5, 11. *In eo conſilio, ut ſunt Graecorum temporaria ingenia, decernunt, ut duodecim legarentur ad regem, qui ob res pro ſalute Graeciae ac libertate geſtas, coronam auream, donum victoriae ferrent. Iidem paullo ante incertae famae captaverant auram, ut quocumque pendentes animos tuliſſet fortuna, ſequerentur*. Ergo *temporaria ingenia*, qui tempore huc illuc vertuntur, felicioribus amici atque adhaerentes; calamitoſis leves ab iis ad felices deſultores. *Temporaria liberalitas*, quae captat felices, & temporis cauſſa largitur, quamdiu ſperat fore eundem rerum ſecundarum curſum. Haut diſpare mente Curtius 1, 3, 4. *Madates erat hujus regionis praefectus, haud ſane temporum*

quid-

[1] neque callidam fuiſſe. Id ex ipſis rebus ac tempo- 4
ribus [2] judicari poteſt: quod non florentibus ſe [3] venditavit, ſed afflictis ſemper ſuccurrit. qui quidem Serviliam, Bruti matrem, non minus poſt mortem ejus, [4] quam florente, coluerit. Sic liberalitate u- 5
tens, nullas inimicitias geſſit: quod neque laedebat quemquam, neque, ſi quam injuriam acceperat, [5] non ma-

multorum homo: quippe ultima, pro fide, experiri decreverat. A *Scholiorum* Auctore in *Ariſtophanis Ranas* Temporarium ingenium optime exponitur, παλίμβολος, ἀγχίστροφος, καθομιλῶν τοὺς καιροὺς, πρὸς τὸ κρεῖττον μέρος ἀεὶ διδοὺς ἑαυτόν. Et *temporarii amici*, qui *amicitiarum jura non fide, ſed ſucceſſu ponderant*, ut loquitur Juſtinus 22. 7, 3. *Gebhardus.*

1 *Neque callidam*] Puto ſcripſiſſe Nepotem *neque calidam liberalitatem*, pro temeraria; ut contra, *temporaria*, lenta nimis. Sic *calidum mendacium* Plauto: *calida conſilia*, Ter. in Eunucho, & Cic. 1. offic. in opt. libris; Vulgati enim libri *callida*: *Reperies multos, quibus periculoſa & calida conſilia, quietis cogitationibus ſplendidiora & majora videantur.* Schottus. *Callidam*, inſidiatricem, captatricem. Schottus *Calidam* legit, redditque *temerariam*. certe non callide. Cotta apud Salluſtium: *Neque ego callidam facundiam, neque ingenium ad malefaciendum exercui.* Gebhardus. Non ceperunt viri docti, quid ſit *Callida liberalitas*. *Callidi* & *aſtuti* proprie dicuntur, qui ſuum tantum commodum reſpiciunt & ad ſuam utilitatem omnia referunt, non vero aut reip. aut amicorum. Cic. 10. ad Attic. ep. 5. *Aſtute nihil ſum acturus, fiat in Hiſpania quidlibet.* Graevius.

2 *Judicari poteſt*] Editi aliquot, *indicari poteſt*, non placet & v. lib. ſtatim, *vendicarat*. Schottus.

3 *Venditavit*] Corrupte, qui *vendicavit* hactenus legerunt, ut intelligatur Atticum non captaſſe gratiam eorum, qui plurimum poterant in Rep. ſed victis partibus ſaepe tuliſſe opem. Conſtat enim non ambiiſſe favorem Syllae aut Pompeji aut Caeſaris, vel Antonii, aut Auguſti: quin potius pecunia ſubveniſſe Pompejanis & Brutianis, eorum afflictis rebus, Sic *Lud Vives* epiſt. quae penes me eſt, ad *Franc. Cranefeldum JC.* Schcttus. Ita Cicero pro Sulla. *Fallaciſſime ſe alicui venditare.* Gebhardus. Leid m. *vendicavit.*

4 *Quam florente*] Sic rectius ſcriptus lib. & Lambin. ut *Bruto* exaudiatur: id eſt, quam opibus & copiis valente. *Plutarchus* enim Bruto ſuperſtitem fuiſſe matrem auctor eſt. *Schottus.* Atque ſic etiam ed. Rom. habet. Mſ. Ernſtii, *eo florente.* Male autem vulgati, *florentem.* Statim ed. Rom. *ſic liberalitatem utens.* quomodo ſupra cap. 8, 4. *ſi quid Brutus de ſuis facult. uti voluiſſet.* Nil tamen muto. *Boſius.* Leid. m. & Voſſ. C. *florente.* Pro *liberalitate* Leid. m. *libertate.*

5 *Non malebat ulciſci, quam obliviſci*] Si negatio retinetur, legendum mutaro ordine verborum, *non ma-*

malebat ulciſci, quam obliviſci. Idem immortali memoria [1] praecepta retinebat beneficia: quae autem ipſe tribuerat, tamdiu meminerat, quoad ille gratus
6 erat, qui acceperat. Itaque hic fecit, ut vere dictum videatur: SUI CUIQUE MORES FINGUNT FORTUNAM. Ne-

malebat obliviſci. quam ulciſci: quo fortaſſe modo a *Cornelio* ſcriptum eſt. & ita habet editio noſtra Ciceroniana. *Lambinus.* Vulgati: *neque ſi quam injuriam acceperat, malebat ulciſci, quam obliviſci.* Script. noſter tamen integris literis: *Neque ſi q. in. acc. non mallebat ulciſci, quam obliviſci:* quam ego mendoſam eſſe, *Lambino* non temere aſſentiar: non enim vidit vir bonus Graecorum imitatione ſaepe Latinos negationes geminaſſe, quae tamen nihil affirmant. Exempla apponam. M. Tullius: *Negant Stoici, nec virtutes, nec vitia creſcere.* Terent. *Negat neque ejus patrem ſe ſcire quis fuerit.* Et fort. & ejuſdem: *Neque haud dicas tibi non praedictam, cave.* Catullus in Coma Berenices, ut ipſe quidem ſcriptum vidi: *Namque ego non nullo vera timore tegam.* Tibull. lib. 4. *Ne legat id nemo.* Propertius lib. 2. *Abſenti nemo non nocuiſſe velit.* Nam *Lucilii* Satyr. 17. & *Varronis Bimargo*, & 2. *de vita pop. Rom.* M. Antonius Muretus in Catull. adnotavit. *Schottus.* Negatio erat etiam in Leid. & ed. Rom. Grut. aliiſque. *Boſius.* Conſentiunt & mei. Vide Cl. Duker. ad Florum 3, 17. in fine. & nos ad Iphicrat. cap. 2.

1 *Praecepta retinebat officia*] Id eſt ante accepta [illegible], ait Lambinus, qui pro *percepta*, uti eſt in veteribus libris, ita legit. *Erſtius* Sic V. C. noſter: *praecepta* Lamb. pro, *ante accepta*; [Graecis [illegible], ut alibi ſaepe M. Tullius, & Virg. 11. Aeneid. *Exultatque animis, & ſpes jam praecipit ante.* Schottus. Sed praefero lectionem librorum & edd. veterum. *Boſius.* Solus Voſſianus C. *praecepta.* *Praecipere* & *percipere* ſaepius confunduntur in Mſſ. ut apud Val. Maximum lib. 3. cap. 1. n. 19. ubi vide Interp. Pro *tamdiu* Leid. m. *tamdiu ipſe.*

2 *Sui cuique mores fingunt fortunam*] Elegans [illegible]. Ut M. Tullio Nepotem familiariter, ſic & ſcriptis ejus uſus apparet. Sic enim Paradoxo 5. *Fortuna, ſicut ſapiens poeta dixit: Suis ea cuique fingitur moribus.* quod fortaſſe ex *Plauto* ſumptum in *Trinummo*:

Sapiens ipſe fingit fortunam ſibi.

Et lib. 9. ep. 12. *Odi hominem & odero. utinam ulciſci poſſem, ſed illum ulciſcentur mores ſui.* Nonius Marcellus verſum illum Maronis explicans, *libro*, ut vocat, *De doctor. indagine*. SED MISERA ANTE DIEM, SUBITOQUE ACCENSA FURORE: *Dubio*, inquit, *potius, quam difficili intellectu vates poſuit*, SED MISERA *&c.* *cum huic ſententiae adverſetur verſus ejus,*

Fortuna omnipotens, & ineluctabile
fatum.

Verum ſenſibilitatis ejus non levis ratio eſt, quae prima ſententia Philoſophica accipit intellectum, quae ait, SUI CUIQUE MORES FORTUNAM FINGUNT, *omnipotens fortuna eſſe de-*

Neque tamen ³ prius ille fortunam, quam ſe ipſe, finxit: qui cavit, ⁴ ne qua in re jure plecteretur.

Cap XII.

His igitur rebus effecit, ut M. Vipſanius Agrip- 1
pa, intima familiaritate conjunctus adoleſcenti Cae-

deſinit: quod Salluſtius mire: FORTUNA SIMUL CUM MORIBUS IMMUTATUR: *ac per hoc ex ea ſimilitudine jam Fatum ineluctabile eſſe non poterit; quod ex una cauſſa Fortuna ferri videatur & Fatum. &c.* Non diſſimile illud Juvenalis Sat. 10. extr.

Nullum numen abeſt ſi ſit Prudentia, ſed te
Nos facimus Fortuna Deam, coeloque locamus.

Eadem Satyra 14. Sed & alia memoria repeto. Praeter Criſpi enim illum locum, en tibi & *Livii lib.* 39. de M. Catone: *In hoc viro tanta vis animi ingeniique fuit, ut quocunque loco natus eſſet, Fortunam ſibi ipſe facturus videretur.* Et Macrobius lib. 1. cap. 11. de ſervorum fortuna: *Sibi quiſque dat mores, conditionem caſus aſſignat.* Huc pertinet & tota D. *Jo. Chryſoſtomi Homilia* in illud, *Nemo laeditur niſi a ſeipſo.* Schottus. Haec ſententia primum auctorem habuiſſe veterem quendam poëtam videtur. ut colligere eſt ex quinto Paradoxo Ciceronis, ubi ait: *Sapientis voluntati atque judicio etiam, quae vim habere maximam dicitur, Fortuna ipſa cedit, ſicut ſapiens Poëta dicit: ſuis ea cuique fingitur moribus.* Quis Poëta ille fuerit, incertum, nec hujus loci eſt diſquirere. quod faciam ſuo tempore in *Not. ad Salluſt. Ep.* 1. *de Rep. ordin.* ad verba: *Sed res docuit id verum eſſe, quod in Carminibus Appius ait: Fabrum eſſe ſuae quemque fortunae.* Eſt autem meus hujus ſententiae: Ut cujuſque animus & mores ſunt, qui utitur fortuna, ita & hanc plerumque evenire. Unde Salluſtius bell. Catil. cap. 2. ait. *Fortuna ſimul cum moribus immutatur.* Et infra noſter: *Suos cuique mores conciliare fortunam.* Sapiens enim, qui ſubducta ſatis ad vitam ratione eſt, ſcit ex uſu regere fortunam, & adverſa quoque tolerare ac in bonum vertere. Quo ſenſu Plautus in Trinummo a. 2. ſc. 2. dixit: *Sapiens ipſe fingit fortunam ſibi. Bone multa, quae nevole eveniunt, niſi fictor malus eſt.* Et Columella lib. 1. de re ruſt. c. 3. *Quemadmodum ſapientis eſt fortuitos caſus magno animo ſuſtinere; ita dementis eſt, ipſum ſibi malam facere fortunam.* Jul. Caeſ. Scaliger in Orat. pro Germanis militibus ad Viennam caeſis: *Multi ſibi fortunam fingunt, pauci faciunt.* Loccenius. In Gif. erat una voce auctius: *Sui cuique mores fingunt fortunam hominibus.* Ut ſit verſus ſenarius. Vix putem a librario eſſe. Sane Poëtae alicujus dictum eſſe, vel e *Cicerone* liquet. *Boſius.* Eadem fere Ernſtius.

3 *Prius ille*] Tranſponit Gif. *ille prius.* Boſius.

4 *Ne qua in re jure plecteretur*] Abeſt illud *jure* ab ed. Rom, Col. aliis-

Caeſari, quum propter ſuam gratiam, & Caeſaris potentiam, nullius conditionis non haberet poteſtatem, potiſſimum ejus deligeret affinitatem, [1] praeoptaret-
2 que equitis Romani [2] filiam generoſarum nuptiis. atque harum nuptiarum conciliator fuit [3] (non eſt enim celandum) M. Antonius [4] triumvir reipubl. conſtituen-

liisque: ſed invenit in ſuo codice *Schottus*. Uno conſenſu Mſſ. addunt *jure plecteretur*. Non abludit Publius:

Id agas, tuo te merito ne quis oderit.

Gebhardus. Dubitat tamen, ex praecedenti *in re* cuſa vox ſit, an ab aliis τὸ *jure* non jure omiſſum ſit. Mihi poſterius vero propius videtur. In q. edd. eodem *Schotto* referente, afuit & praepoſitio *in*. Boſius. Mſſ. conſenſui erat aſſentiendum. *Jure plecti* dicitur hic pro *merito plecti*, quod frequenter legitur. Phaedrus fab. 31. lib. 1. *Merito plectimur*. Suet. Veſp. 12. *Merito ſe plecti, qui triumphum &c: tam inepte ſenex concupiſſet.* Sed *in re* vereor, ut *ex jure* ſit natum, neve poſtea *qua* acceſſerit. Non enim ſolent haec adjungi. Matius ad Ciceronem 11. ad Fam. Ep. 18. *Plecteris ergo, inquiunt, cum factum noſtrum improbare audes.* Graevius. Leid. m. & Voſſ. A. C. *ne qua in re Jure plecteretur.*

1 *Praeoptaretque*] Sic V. lib. & *dilegeret*, non *deligeret*; ut & *Feſtus* ſcrib. docet. Impreſſi aliquot *peroptaretque*, & ſtatim *generoſam* pro *generoſarum*. Schottus. Utrumque perperam. *Boſius*. Paullo ante pro *effecit* Leid. m. *fecit*. pro *M. Vipſanius Agrippa*, *M. Agrippa*. pro *diligeret*, *deligeret*, & Voſſ. A. C. *generoſarum*.

2 *Filiam*] Atticam, quam *ἀπομνηστεύει Atticulam* Cicero vocat 6. *epiſt*. 5. *extrema*. De affectu in eam Attici *lib*. 7. *epiſt*. 2. & 5, 19. Heidmannus.

3 *Non eſt enim cel.*] Sic liber Schotti. Alii, *non enim eſt cel*. Boſius.

4 *Triumvir reipublicae conſtituendae*] Sic prior legendum eſſe conjecit juvenis eruditiſſ. *Cl. Puteanus*: quam conjecturam ſuam cum ad me retuliſſet, ita approbavi, atque adeo arripui, ut non dubitarim continuo receptam ſcripturam, ut corruptam, damnare. Natum autem mendum eſt ex antiqua ſcriptura, quae talis erat, *M. Antonius III. vir R. P. C. Cujus gratia*, *&c.* id eſt, *M. Antonius triumvir reipubl. conſtituendae. cujus gratia*, *&c.* Putavit ſcilicet ſcriptor aliquis librarius, litteram C eſſe inanem & ſupervacaneam, atque idcirco eam in deſcribendo, vel ſciens omiſit, vel propterea quod vox proxime ſequens ab eadem littera initium capit, imprudens praetermiſit. *Lambinus*. Scriptum extat in veteribus libris tam editis quam Mſſ. *Triumvir Reip. C.* hoc eſt, *conſtituendae*, quam Manutii lectionem praeter loca a Lambino adducta valde confirmat Andr. Dom. Floc. *lib* 2. *de poteſt Rom. cap.* 32. ubi inter alia haec adfert. *Igitur Tyrannidem praetextu pio magiſtratus palliare pergentes* (Caeſarem, Lepidum & Antonium ſubaudi) *ſeſe*

tuendae: cujus gratia quum augere poſſeſſiones poſſet ſuas, [1] tantum abfuit a cupiditate pecuniae, ut nulla in re uſus ſit ea, niſi in deprecandis amicorum aut periculis, aut incommodis. Quod quidem [2] ſub ipſa 3
proſcriptione perilluſtre fuit. Nam quum L. Sauſeji equitis Romani, aequalis ſui, [3] qui cum eo complures annos, ſtudio [4] ductus philoſophiae, habitabat, ha-

ſeſe Triumviros Reip. conſtituendae appellavere: quorum nutu & auſpiciis omnis Reſp. niteretur Vid. Val. Prob. in T. R. C. *Ernſtius.* Leidenſi & Voſſianis A. C. abeſt *conſtituendae.*

1 *Tantum abfuit*] *Afuit*, multo & concinnius, & venuſtius, praeferebant membranae. *Schottus.* Mſ. Medic. 2. *Tam abfuit.* ſed *Tam* pro *tantum* rariſſime legitur. *Ernſtius.* Omnes mei *tantum.* Voſſ. A. & Leid. *afuit.* Pro *deprecandis* male Leid. m. *precandis. Deprecari* eſt depellere. Conſule Cl. Burmannum ad Quinctilian. lib. 3. Inſtit. Orat. cap. 6. p. 240.

2 *Sub ipſa proſcriptione*] Sic ed. Rom. Col. Grut. aliaeque. Pro quo Lambinus, opinor, repoſuit, *ſub ipſam proſcriptionem.* quod alii retinuere. Atqui utuntur altera ratione etiam optimi ſcriptores. vide Indicem. *Boſius.* Leid. m. *ſub illa proſcriptione.* Sed Voſſ. A. C. *ſub ipſa proſcriptione.* Cl. Cortius ad Cicer. 1. fam. Ep. 9. n. 1. citat *ſub ipſam proſcriptionem.* Sed ſequamur plurimorum codicum fidem. Conſule Celeb. Perizonium ad Sanctii Minervam lib. 4. cap 6. n. 6. & Cl. Oudendorp. ad Frontinum lib. 1. Strateg. cap. 5. n. 31. & ad lib. 3. c. 9. n. 3.

3 *Qui cum eo complures annos ſt. d. Phil. habitabat*] Vulgarem. *qui complures a. ſt. d. Ph. habitabat*, & priſca lectio confirmat: Levi tamen commutatione tentabam, *qui cum plures annos ſt. d. Ph. habitarat.* Ut *cum eo* addere nihil ſit neceſſe. Lamb. *Athenis habitabat* audaci conjectura adjecit. *Schottus* Ed. Rom. *qui cum pl. a. ſt. d. Ph. habitabat.* Ut nos edidimus, emendavit *Urſinus*: ſequutique *Gothofredus* & *Gruterus.* Neque melius quid nunc occurrit. Illa *cum eo* facile excidere potuere ob ſequens *complures.* Vulgatae nullus ineſt ſenſus. Schotto & ed. Rom. adverſatur, quod ſtatim ſequitur *habebatque.* Boſius.

4 *Ductus Philoſophiae*] Ejus Philoſophiae, cujus Epicurus auctor fuit; in qua haereſi Atticus quoque fuit: Manutius ad h. l. & *ad Epiſt.* 19. *lib.* 5. *ad Attic.* notat. quem errorem etiam Schottus erravit. Ceterum miror doctiſſimum virum levibus de cauſſis Atticum iſtius ſectae aſſeclam arguere, neque falſum illud conſequens animadvertiſſe. *Epicurei*, uti ait, *ſua tantum curabant.* Atticus vero ſua tantum non curabat, ut ex tota ipſius vita videre eſt. Ergo fuit Epicureus. Si concluſio ſemper, auctore Ariſtotele 1. *Analyt.* 1. *cap.* 7. imitari ac ſequi debet partem debiliorem, ego concludam. Atticum nullo modo Epicureum fuiſſe. Verba Ciceronis,

habebatque [1] in Italia pretioſas poſſeſſiones, triumviri bona vendidiſſent, [2] conſuetudine ea, qua tum res gerebantur: Attici labore atque induſtria factum, ut eodem nuntio [3] Saufejus fieret certior, ſe patrimo-
4 nium amiſiſſe & recuperaſſe. Idem [4] L. Julium Calidum, [5] quem poſt Lucretii [6] Catullique mortem multo elegantiſſimum poëtam noſtram tuliſſe aetatem vere videor poſſe contendere, neque minus virum bonum, optimisque artibus eruditum, [7] poſt pro-

nis, quae Manutius pro ſua ſententia citat, quamquam *κριτικὴν* nullam mihi ſumo, longe aliam patiuntur explicationem, quibus velim addas ejusdem *Epiſt.* 1. *lib.* 13. *ad Fam.* & negotium erit expeditum. Et *lib.* 1. *de fin.* ubi omnem doctrinam Epicureis adimit, Atticum vero in citata Epiſtola hominem omni liberali doctrina politiſſimum vocat. *Ernſtius.* *Philoſophiae Athenis* abſunt Voſſiano A. nec in Cod. C. *Athenis* legitur.

1 *In Italia poſſeſſiones*] Voſſ. C. *in Italiam poſſeſſiones*: ut in Eumene cap. 2. §. 2. Schottus ſcripſiſſe Nepotem putabat *in hoſtium erat poteſtatem.* de quo loquendi modo Cl. Burmannus ad Quinctilian. lib. 6. Inſt. Orat. c. 2 p. 523. *Et in Italiam* poteſt explicari per *intra Italiam.* Vide Cl. Oudendorp. ad Frontin. lib. 1. ſtrateg. cap. 3. n. 6. *Poſſeſſiones* vocantur agri, fundi, villae, praedia aliaeque res immobiles. vide Feſtum, Ciceron. 2. de Lege Agrar. cap. 21. & Cl. Dukerum de Jurisc. Veter. Latinitate p. 87.

2 *Conſuetudine*] Vide Ind. Mox ed. Rom. & pleraeque aliae, *factum eſt*: atque ſic reſcribendum, *Boſius.* Vide ad Ariſtid. 3, 3. Nam mei non agnoſcunt verbum *eſt*.

3 *Saufejus fieret certior*] *Saufeus* in membranis recte; ſed *fieret clarior* non recte, ut non usquequaque iis fidendum ſit. Saufejus Epicureae ſectae Philoſophus, in qua haereſi fuit & Atticus, *lib.* 4. *epiſt.* 6. & *lib.* 5. *epiſt.* 19. & *epiſt.* 1. *lib.* 7. Et *lib.* 13. *ad Famil. epiſt.* 1 Schottus. In Mſ. Cod. Medic. 2. legitur. *Saufejus fieret clarior.* Verum nullo ſenſu. *Ernſtius.* Diſcipulum Epicureorum fuiſſe Atticum, etiam ex *lib.* 1. *de finib. cap.* 5. & 1. *de legib.* 7. apparet. Negat tamen Epicureum fuiſſe Ernſtius. Vide, & judica, qui potes. *Boſius.* Paullo ante pro *tum res gerebantur* Leid. m. *tum gerebantur.* Pro *Saufejus.* Leid. m. *Saufrius.* & ſupra pro *Saufeji*, *Saufrii.* Pro *certior* Leid. & Voſſ. A. C. *clarior.* ſed in Voſſiani prioris margine notatum erat. *al. certior.*

4 *L. Julium Calidum*]. Sic edidere Gruterus ac Gebhardus. recte. Vulgo, etiam in Mſſ. Giſ. & Schotti, *Calidium* legitur: melius, judicio Schotti, qui & *in Electis* idcirco *Calidius* cognomen Juliae gentis fecit. Atque ſic & *Voſſius* hunc noſtrum vocat *lib. de Poetis Latinis cap.* 2. Rectius *Barthius*, qui adverſar. 37, 8. *Calidum* dixit. Nempe *Calidius* gentis Romanae nomen eſt, ac-

proſcriptionem equitum, propter magnas ejus Africanas poſſeſſiones, in proſcriptorum numerum a P. Volumnio, praefecto fabrum Antonii, abſentem relatum, expedivit. Quod in praeſenti utrum ei laborioſius, an glorioſius fuerit, difficile fuit judicare: quod in eorum periculis, non ſecus abſentes, quam praeſentes, amicos Attico eſſe curae cognitum eſt. [8] Neque vero minus ille vir, bonus paterfamilias habitus eſt, quam civis.

Cap.

aeque ac *Julius*: Atqui ut unus homo duo haberet nomina gentilicia, non eſt ex more aevi Pomponiani. *Calidus* autem, etſi non memini alibi legere, potuit Juliorum cognomen eſſe, ut *Thermus*, quod idem ſignificat, Minuciorum fuit. Niſi quis malit legi *Calidianum*; aut *Callicum*: quod poſterius *Q. Julii* cujusdam cognomen eſt in veteri ſaxo Rom. apud *Gruterum* p. 731. Apud quem & *L. Julium Karicum* invenio *pag.* 1069. 3. ſed id cognomen longius a *Calidio* abit. *Boſius* Omnes mei *Calidum*. *Calidum* praefert Cel. Perizonius in Epiſt. 23. ad N. Heinſium prope finem.

5 *Quem poſt Lucretii*] Judicium Ciceronis de Lucretio examinat, & Nepotis laudat C. Barthius *lib.* 38. *Adverſ. cap.* 7. Vixit hoc aevo & C. Calvus, cujus & Catulli in C. Julium Caeſarem mordaces verſus Suetonius citat in *ejus vita cap.* 49. & 73 Ernſtius.

6 *Catullique mortem*] Quod hic & alibi *Nepos* honorifice Catullum appellaſſet, Hendecaſyllaborum ei opus, ad memoriam ſempiternam, dedicavit. In cujus poëmatis & *Mamurra* praefectus fabrum Caeſaris proſcinditur; & forte hic P. Volumnius. De illo *Suet.n. lib.* 1. *cap.* 73. Et hic fortaſſe locus eſt, quo celebratum ſe Catullus a Nepote in Chronicis exiſtimabat:

—— Namque tu ſolebas
Meas eſſe aliquid putare nugas,
Jam tum cum auſus es unus Italorum
Omne aevum tribus explicare chartis.

Schottus. Nugae. Aliud *chronicon Nepotis* & plane diverſum ab *Attici vita* opuſculum fuit. *Boſius*, Leid. *Catulique*.

7 *Poſt proſcript. equitum*] Mſ. Giſſ. *quem poſt p. e.* Repetitum videtur e ſuperioribus. *Boſius*. Leid. *quem poſt proſcriptiones*. Voſſ. C. *quem poſt proſcriptionem*. Pro *numerum a P. Vol.* Leid. *numerum P. Vol.* pro *utrum ei lab* idem *utrum lab.*

8 *Neque vero minus ille vir*] V. lib. *Neque vere ille vir*; & abeſt *minus* ab utroque ſcripto, noſtro, & Giſanii. ſitque conciſe dictum, ut *ſolum*, *tantum* vel id genus aliud exaudiatur: vel ea forma, qua *non modo* pro *non modo non* ſaepe *M. Tullius*, & *T. Livius*. Legendus *M. Antonius Muretus Variarum lectionum lib.* 10. *cap.* 7. Schottus. Sed neſcio, an alibi hujuscemodi ellipſeos exemplum reperiatur. Potius: ſi expungendum eſt τὸ *minus*, legerim, *Atque vero ille vir &c.* Adfines figurae

CAP. XIII.

1 Nam quum eſſet pecunioſus, nemo illo minus fuit
[1] emax, minus aedificator. Neque tamen non in
primis bene habitavit, omnibusque optimis rebus uſus
2 eſt. Nam [2] domum habuit in colle Quirinali [3] Tam-
philanam, ab avunculo hereditate relictam: cujus a-
moe-

A & N facile permutari potuere. *Boſius*. *Minus* abeſt etiam Leidenſi & Voſſiano A. Verbum *eſt* poſt *habitus* non legitur in Leid.

1 *Emax*] Barthius *lib.* 35. *cap.* 9. putat praeter Nepotem & Ovid. neminem dixiſſe *emax*. Sed viro Doctiſſimo in mentem non venit Locus Cic. in Paradoxis 6, 3. *Non eſſe emacem, vectigal eſt*: Ernſtius. Pro *illo* Voſſ. A. *ille*.

2 *Domum habuit in colle Quirinali*] *In valle* ſcriptus liber. P. *Victor* in VI. regione ſtatim poſt templum Quirini, collocat *aedes Attici*: & *Cic.* 1. *de legib.* idemque juxta *Salutis aedes*, *lib.* 4. *epiſt.* 1. Et *lib.* 12. *epiſt.* 45. vicinum Caeſarem vocat: cujus ſtatua in Quirini templo poſita; *Dion. lib.* 43. quo in loco aedes Salutis, *Salutis augurium* dicta. Schottus. *In valle* erat etiam in utroque Medicaeo. De quo amplius cogitent, quibus loca ipſa inſpiciendi facultas eſt. *Boſius*. Voſſ. A. C. *valle*, ſed in prioris codicis marg. notatum erat *al. colle*.

3 *Tamphilanam*] *Tamphilianam*, quinque ſyllabis ſcriptam vidi, vidit & *Minutius*, qui *Caecilianam* a gloſſa eſſe putat; quam *Tamphilanam* quattuor, a Tamphilo Romano, appellat *Lambinus*: nam *Pamphilianam*, quae in vulg. legitur, haud ſcio, an in pomeriis urbis Romae unquam viſa, auditave domus eſt. *Schottus*. Et tamen nuper etiam auctor libri Italici, qui *Ritratto di Roma antica* inſcribitur, *pag.* 90. ubi & effigiem domus illius exhibet, *Pamphiliam* vocatam fuiſſe ſcribit. Pudenda in Antiquario ignorantia! *Ernſtius* praeferebat *Caecilianam*; quod in Mſ. ſuo ſic ſcriptum repperiſſet. Verum id haud dubie a mala manu eſt alicujus, qui quoniam Caecilii fuiſſet, *Caecilianam* dicendam putavit. Potior nobis reliquorum librorum conſenſus eſt, qui etſi corrupti, & inter ſe diſcrepantes, (legunt enim *Tamphilianam*, *Tamphiliam*, *Pamphiliam*) tamen omnes favent *Tamphilanae*, adverſantur *Caecilianae*. Suſpicabar aliquando, Nepotem ſcripſiſſe *Caecilii Tamphilanam*; indeque natam varietatem. Sed nunc haud placet. *Boſius*. Leid. m. & Voſſ. A. *Tamphilanam*. C. *Tamphilarem*.

4 *Antiquitatis*] In Mſ. Cod. Medic. 1. claris quidem literis ſcriptum eſt. *tectum antiquitatis*. Sed corrupte, ut ego quidem exiſtimo. *Ernſtius*. Voſſ. C. *antiquis*.

5 *Plus ſalis quam ſumtus*] Hoc eſt, tecti architectura plus artis, venuſtatis, & elegantiae, quam ſumptus habebat. Sal enim condimentum omnium. Refertur ad lepores dicendi. Cat. de carminibus:

Qui

moenitas non aedificio, ſed ſilva conſtabat. Ipſum
enim tectum [4] antiquitus conſtitutum, [5] plus ſalis,
quam ſumptus habebat: in quo nihil commutavit,
[6] niſi ſi quid vetuſtate coactus eſt. Uſus eſt familia, 3
ſi utilitate judicandum eſt, optima: ſi forma, vix
mediocri. namque in ea erant [7] pueri litteratiſſimi,
[8] anagnoſtae optimi, & [9] plurimi librarii, ut ne pe-
diſe-

Qui tum denique habent ſalem, ac leporem.

Et Martialis lib. 6. Epigr. 44.

Feſtive credis te, Calliodore, jocari,
Et ſolum multo permaduiſſe ſale.

Vives ibidem interpretatur de gratia ac venuſtate aedium, quae per ſalem plerumque ſignificatur. *Schottus.* Vide tamen Indicem. *Boſius*

6 *Niſi ſi quid vet. co. eſt*] Sic edidere *Lambinus*, *Gruterus*, alii. Ab aliis *ſi* abeſt, Ed. Rom. & Col. *niſi ſi quidem*. Boſius. Omnes mei *niſi ſi*. Conſule Cl. Duker. ad Flor. 4. 7. 15. Mox *uſus eſt fam. ſ. u. j. e.* abſunt a meo Leidenſi.

7 *Pueri litteratiſſimi*] Per Pueros literatiſſimos Joſephus Antonius Gonſalus *Comment. in Petron. pag.* 30 intelligit *librarios.* Non ſatis recte. Nam, ſi literatiſſimi pueri librarios ſignificent, Auctor hic contra morem ſuum per tautologiam, quae Philoni lib. περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδου inſigne orationis virium dicitur, idem fruſtra repetit, quando ſequitur: *& plurimi librarii.* Sciendum igitur eſt, Nepotem prius in genere Attici ſervos deſcribere, fuiſſe nimirum omnes non tantum mediocriter doctos, ſed literatiſſimos, quoſdam *anagnoſtas*, plurimos *librarios*, ita ut infimus etiam ejus ſervorum, nempe pediſequus, neceſſitate id exigente, munera illa obire potuerit. Literati autem olim erant iidem, qui Graeca voce Grammatici hodie vocantur. *Grammatica Graeca*, ait Auguſtinus, *Latine litteratura nominatur* lib. 2. De Muſica. & lib. 2. de ord. *Ernſtius.* Librarios non deſignari, recte monuit *Ernſtius. Pignorius comment. de ſervis pag.* 116. videndum ait, an reſpexerit *Nepos* Grammaticos, quos ipſe alibi, & Meſſala Corvinus, apud *Sueton. de illuſtr. Grammaticis*, appellent *litteratos* & *litteratores.* quo & *Ernſtius* videtur inclinare. Sed melius eſt, ut litteris imbutos ſimpliciter intelligamus: quales erant, de quibus *Cicero pro Sex. Roſcio cap.* 41. quorum litteris & urbanitate Chryſogonus videri poterat duci. Eodem ſenſu de Zoſimo liberto ſuo Plinius 5. epiſt. 9. *Eſt homo probus, officioſus, litteratus: & ars quidem ejus, & quaſi inſcriptio, comoedus.* Boſius.

8 *Anagnoſtae optimi*] Habebat & Plinius maior, qui ſuper coenam legebat librum, & quidem curſim. Ad latus vero notarius cum libro, & pugillaribus. *Plinius* ſororis ejus F. *lib.* 3. *epiſt.* 5. Infra cap. 14. 1. *Nemo in convivio ejus aliud ἀκρόαμα audivit, quam anagnoſten.* ubi corrupte ſcriptum erat *agonaſten* in libro, cetera bonae fidei. *Schottus.* Ana-

diſequus quidem quiſquam eſſet, qui non [1] utrumque
4 horum pulchre facere poſſet. Pari modo artifices ceteri, [2] quos cultus domeſticus deſiderat, apprime boni. neque tamen horum quemquam, [3] niſi domi natum, domique factum habuit: quod eſt ſignum non ſolum continentiae, ſed etiam diligentiae. Nam &

γνωσαὶ apud Chriſtianos duum erant generum, privati, de quibus hic Nepos quoque loquitur, qui olim erant ſervi: de quibus vide Meurſii cap. 3. Auctar. Philolog. & publici, qui ſacras literas e ſuggeſto in Eccleſia recitabant. *Can. perlectis* 1. *Diſtinct.* 25. Quo munere aliquando functum eſſe in Eccleſia Julianum Imperatorem Theodoretus ſcribit *lib.* 3. *Hiſt.* Ernſtius. Gronovium vide ad A. Gellium. lib. 1. N. A. cap. 22. n. 14.

9 *Plurimi librarii*] Tres nominat Cicero lib. 13. epiſt. 44. *Pharnacem*, *Antaeum*, & *Salvium*; Amanuenſes & anagnoſtas hos colligere licuit. A ſtudiis & ab epiſtolis *Alexium* nominat lib. 5. epiſt. 20. & lib. 7. epiſt. 2. & lib. 16. epiſt. 15. *Athamam*, & *Alexium* amanuenſes, lib. 12. epiſt. 11. & alterum, epiſt. 2. lib. 7. *Antiochum* & *Thallumetum* litteratos nominat, lib. 13. epiſt. 33. & lib. 5. epiſt. 12. De *Eutychide*, quem manu miſit, epiſt. 15. lib. 4. De *Nicanore* lib. 5. epiſt. 3. & lib. 6. epiſt. 2. *Schottus.*

1 *Utrumque horum*] *Utrum horum* V lib. & mox *adprime*, & *deſyderat* per y ſcribebat. Corrupte vero poſt *non imperanter*, pro *non intemperanter.* Schottus. Quomodo & uterque Medicaeus habuit. Ernſtianus *imperatiive*, quod aeque corruptum puto; etſi domino illius placuiſſe video. *Boſius.* Voſſ. C. Utrum horum: & *imperanter* pro *intemperanter.*

2 *Quos cultus dom. deſiderat*] Mſ. Cod. Medic. 2. *deſiderabat.* Ernſtius.

3 *Niſi domi natum, domique factum*] Id eſt in familia ejus ſive e famulis, quos domi alebat, genitum, & in domo ejus educatum atque inſtitutum, nec aliunde quaeſitum: quo referri poſſunt, quae de proverbialibus locutionibus *domi naſci, alere, habere* &c. notat Celeb. Burm. ad Petron. Satyric. cap. 38. vel in urbe patria ut in Milt. cap. 4. *Domi creati decem Praetores.* vide P. Manutium ad Ciceronem lib. 7. ad Fam. Ep. 6. p. 314. & Cel. J. Perizon. ad Sanctii Minervam lib. 4. cap. 4. n. 128. ſed priorem ſententiam amplector.

4 *Et potius diligentiae*] Τὸ *potius* abfuit ab optimis illis membranis: quam germanam *Nepotis* lectionem eſſe jurare liquet. *potius* enim, ut Graeci μᾶλλον, eleganter exaudiebant. Quae res *Dion. Lambinum* turbavit, ut in *Datami* Corn. Nepotis locum gloſſemate de ſuo foedaret, quod & ſe feciſſe gloriatur. *Schottus.* Vide not. ad 14, 8, 1. *Boſius.*

5 *Elegans, non magnificus.*] *Elegantis homo*, ad aetatem Catonis, non in laude, ſed vitio ponebatur. Sic enim ille, lib. de ſaeculi ſui moribus: *Avaritiam omnia vitia habere*

& non intemperanter concupiſcere quod a plurimis videas, continentis debet duci: [4] & [potius] diligentia, quam pretio, parare, non mediocris eſt induſtriae. [5] Elegans, non magnificus; ſplendidus, f non ſumtuoſus; [6] omni diligentia munditiem [7] non (affluentem [8] affectabat. ſuppellex modica, non multa,

bere putabant: ſumptuoſus, cupidus; elegans, vitioſus; irritus qui habebatur, is laudabatur. Ubi *Elegans* qui nimis lacto amoenoque cultu victuque eſſet. Poſt in laudem vertit, ut hoc ipſo loco. Lege *A. Gellium lib.* 10. *Noct. Attic. cap.* 2. &, ſi vacat, ſcriptorem inelegantem, & ferreum, *Jo. Bapt. Pium Annotat. poſterior. cap.* 8. Schottus. Vocem *elegans* inluſtravit Cl. Burmannus ad Phaedrum lib. 2. fab. 2. vſ. 4. & de voce *magnificus* egit Brouckhuſius ad Tibullum 2, 6, 11.

6 *Omni diligentia*] Giſ. *omnique*, An fuit, *omni quidem diligentia*? Boſius.

7 *Non affluentem*] Conjeceram leg. *affluentiam*, cum poſt opinionem meam a veteri libro, & *Lambino* confirmari gaviſus ſum. *Schottus.* Nemo non videt, qui priora cum ſequentibus his confert, melius legi in Mſ. noſtro & duobus Med. codd. & Schoppii libro, *munditiam, non affluentiam.* Ernſt. *Munditiam, non adfluentiam*, etiam e ſuis codd. legunt *Schoppius* & *Ernſtius.* nec aliter laudat *Gronovius ad Livium* 4, 13. eamque lectionem adſerere conatus eſt *Barthius adverſar.* 145, 41. Et ſane videri poſſit ut *eleganti magnificus, ſplendido ſumtuoſus*; ſic *mundiciei*, ſeu *munditiae*, *adfluentia* opponi. Verum cum in aliis codicibus, & ed. Rom. Col. aliiſque legatur *affluentem*, nil mutandum cenſeo. neque enim id a librariis profectum poſſum credere. Alterum autem illud haud dubie gemina, quae in praecedentibus eſt, oppoſitio peperit. *Boſius.* Leid. m. *affluentes.* Voſſ C. *affluentiam.*

8 *Affectabat*] *Ernſtius* e libro ſuo producit *allectabat*, additque *eadem ſignificatione uti hac voce Columellam* 2, 3. Columellae quidem haec ſunt de bovibus: *Cibum cum abſumſerint, ad aquam duci oportet, ſibiloque adlectari, quo libentius bibant.* Quae quomodo huic loco congruant, perſpicere nequeo. Quomodo enim *allectavit mundiciem* Atticus? Quare nihil muto, *Boſius.* Omnes mei *affectabat*, quod verbum inluſtrat Cl. Cortius ad Salluſt. Jug. cap. 66. n. 1.

9 *Ut in neutram partem conſpici*] Vel deeſt hic aliquid, ut integra ſit ſcriptura, ſi ita ſcriptum ſit, *ut in neutram partem nimius conſp. poſſet*: aut, *ut in neutram partem propenſius conſp. poſſet*: aut aliquo alio tali modo: vel verbum, *conſpici*, mendoſum eſt: & pro eo, *propendere*, ſeu aliquid aliud tale reponendum: vel hoc totum, *ut in neutram partem conſpici poſſet*, aliunde profectum, & alienum eſt, non a *Nepote* ſcriptum. Judicet ſolers & acutus lector. *Lambinus.* Lambinus ſincera haec non eſſe exiſtimat. Equidem expungere aut obliterare non ſum auſus, quod & in Giſa-

6 ta, [9] ut in neutram partem conſpici poſſet. [1] Nec hoc praeteribo, quanquam nonnullis leve viſum iri putem. quum inprimis lautus eſſet eques Rom. & non pa-

nii libro ſcripta compareant. *Sim. Boſius* vir doctiſſ. exponebat, *ut neque modica conſpici poſſet, neque multa, ſed mediocris.* Ego vero in m. ſ. ſic repperi: *Supellex modica non multa, ut in neutram partem conſpici poſſet:* qua interpunctione, video facilem locum: ut mediocris ſupellex fuerit, neque plus aequo, neque minus quam oporteret: ut *multa*, & ad exſuperantiam, & ad defectum pertineat: ſed haec conjectura duntaxat mea. *Schottus.* Senſum omnes facile conjicimus. an vero haec verba exprimendo illi ſenſui, amplius deliberandum eſt. Sane illud *multa* ad defectum quoque trahi poſſe, nunquam mihi perſuaderi ſiverim: Jam quomodo illud *conſpici*, nude poſitum quadrabit? *conſpici* enim & *conſpicuum* dicimus; quod magnificum eſt & eminet, non quod deficit. Igitur potius cum *Lambino* credam non eſſe ſincerum h. locum. *Boeclerus.* Torquent ſeſe heic eruditi. Scribo, *modica, non inculta. Incultam* intelligo ſordidam, ipſoque horrore & ſqualore conſpicuam, ut differentem a munditie vulgari. Quo horrore tum non pauci adfectabant famam, quod aliunde vel ex *Seneca* eſt notum. *Schefferus.* Longolius, Gothofredus, Gruterus, alii edidere, *ſupellex non modica, non multa.* quae lectio plana eſt, ſed vereor, ne reclament libri veteres. Sane Rom. vetuſtiſſima priore loco copulam non agnoſcit. quamquam & facile potuit expungi, quod videretur ut in ſuperioribus, ſic & hoc loco e duobus oppoſitis (ut Dialectici vocant) removeri prius, admitti ſive poni poſterius. Quae res & elegantiſſimum *Gronovium* induxit, ut ſicut olim *ad Livii* 22, 24. ita poſtremo *ad* 4, 13. eam, quam nos retinuimus lectionem, tueretur. Omnes enim antitheſes ita eſſe conceptas, ut quid fuerit adfirmet, quid non fuerit neget. *Elegans, non magnificus; ſplendidus, non ſumtuoſus; adfectans munditiem, non adfluentiam:* ſic etiam *ſupellex* ei *modica, non multa*, h. e. modo, non copia, aeſtimanda; inſtrumentum modice, non abundanter, ſufficiens, ut in neutram partem notari poſſet, neque ſordium, quia aderat modus, neque luxus, quia aberat ſuperfluum. Huic ſenſui verba ſatis eſſe exprimendo; neque aut τὸ *multa* ad defectum referendum, aut aliam negationem adjiciendam. *Multum* enim interdum eſſe *nimium*; ut apud Petronium, *Multa loquor*; apud Plautum Menaechm. 2, 2. *homo multus* pro ſatageo; apud Afranium, Nonio laudante, *multa & moleſta* mulier. Denique *conſpici* tam egeſtatem, quam opes dici. Ut apud Ovidium Triſtium 2, 113, 114. domus *neque divitiis, nec paupertate notanda; Unde ſit in neutrum conſpiciendus eques:* (cum quo loco hunc Nepotis etiam nobiliſſ. *Heinſius* comparabat:) & apud Sueton. Claudio c. 4. *quod conſpici & derideri poſſit:* denique apud Livium 34, 4. *quod* ...

parum liberaliter [2] domum ſuam omnium ordinum homines invitaret, ſcimus non amplius, quam [3] terna millia aeris, peraeque in ſingulos menſes, [4] ex ephe-

unaquaeque matronarum *vereatur, aequato omnium cultu, ne in ſe conſpici- atur.* Haec ille pro recepta lectione. Quam & locus Taciti, ab ampliſſ. *Loccenio* laudatus, egregie tuetur. Pari fere ratione Horatius 2. Satyr. 2, 66. *in neutram partem cultus miſerum* dixit, qui inter luxuriae pompam atque avaritiae ſordes media incedit via; ut recte *Torrentius* interpretatur. *Boſius.*

1 *Nec hoc praeteribo*] Abeſt τὸ *hoc* ab ed. Rom. Grut. aliisque: abſorptum, opinor, a voce proxime praegreſſa. *Boſius.* Abeſt Leidenſi & Voſſiano C. *Lautus* non tam ad divitias ejus, ſed ad elegantes ſplendidas ac magnificas epulas, quibus menſam ſuam ſemper inſtruebat, referri poteſt. De qua vocis ſignificatione videndi Heinſius ad Ovid. 4. Met. 762. & Burmannus ad Petronium cap. 26. item Torrenius ad Val. Maxim. lib. 4. cap. 4. n. 26. aliique, a quibus docemur tam *homines lautos* quam ipſam coenam *lautam* dici.

2 *Domum ſuam*] Sic Mſ. Schotti, venuſtius, illo judice, & rectius, quam alii *in domum ſuam.* Cui libens adſentior. Sed & τὸ *ſcimus*, quod paullo poſt ſequitur, ſuſpectum mihi: vereorque, ne ſit ab aliquo, qui ſenſum putabat imperfectum, niſi id insereretur: nempe quia poſt τὸ *patem* τελεία στιγμὴ poſita erat. quam tolli malim. Et ſubjicit Nepos, paucis interjectis. *Aeque hoc non auditum, ſed cognitum praedicamus.* Cur itaque heic diceret, ſe id *ſcire*? Non audeo tamen expungere, nullo praeeunte libro. *Boſius.* Omnes mei *domum ſuam.* quamquam alteram lectionem defendi poſſe ſuperius oſtendimus. Pro *ferre* Voſſ. C. *fore.*

3 *Terna millia aeris*] Lex Furia Teſtamentaria, non plus quam mille aſſium legatum, mortisve cauſſa probibet capere. *Ulp. tit.* 1. § 1. ſed aes pro aſſibus dixit, auctore Varrone 8. de L. L. idem lib. 3. Quod etiam ad h. l. notandum eſt. Vide Cujac. *lib.* 19. *Obſerv.* 31. *ſub fin.* Ernſtius. Parum hoc viſum viris doctis. Nec immerito. Lipſius 4. de magnit. Rom. cap. 9. triginta Philippicis aequiparat; alii aliter. Accuratiſſimo veteris pecuniae interpreti, *Gronovio, de ſeſtertiis* 3. 9. ſunt ſeſtertii IↃCCL., denarii CLXXXVIII. cum dimidio, noſtri coronati XVIII. cum didrachmo & hemidrachmo. Quare *Fr. Hotomannus tract. de re nummaria pag.* 87, 88. mallet, *tricena*: *Manutius* volebat deleri τὸ *aeris*, ſubaudirique *nummum.* quod eſſet, LXXV. ſcutatos. Mihi non liquet: attamen XVIII. coronatos Attico ad expenſas menſtruas ſuffeciſſe, credere non poſſum. *Boſius.*

4 *Ex ephemeride*] Hoc eſt *Diario.* Quanta diligentia veteres Romani in Re familiari fuerint Aſcon. Pedianus his verbis docet ad 3. Verrin. *Moris fuit unumquemque domeſticam rationem ſibi totius vitae ſuae per dies ſingulos ſcribere; quo appareret, quid quisque de reditibus ſuis, quid*

7 phemeride eum expenſum ſumtui ferre ſolitum. Atque hoc non auditum, ſed cognitum praedicamus. Saepe enim, propter familiaritatem, domeſticis rebus interfuimus.

CAP. XIV.

1 Nemo in convivio ejus aliud [1] acroama audivit quam anagnoſten: quod nos quidem jucundiſſimum arbitramur. Neque unquam [2] ſine aliqua lectione apud eum coenatum eſt: ut [3] non minus animo,

de arte, foenore, lucrove ſepoſuiſſet quoque die, & quid item ſumptus damnive feciſſet, Ernſtius.

1 *Acroama*] Vide *Plutarch. Sympoſ. Macrob.* & *Athenaeum. Manutius* recte, quod ſequatur *anagnoſtes*, pro eo qui recitat; non pro re, quae recitatur, exponit: ut Cic. pro Sextio; *Non ſolum ſpectator, ſed actor & acroama.* Schottus. Vide Torrent. ad Sueton. Auguſt. *cap.* 74. *pag.* 113. & Caſaub. *pag.* 150. 8. Plinius lib. 9. Ep. 36. ſcribit, ſe eodem modo coenaſſe: *Coenanti*, inquit, *mihi ſic cum uxore vel paucis, liber legitur.* Ernſtius. Pro *aliud* Leid. m. *aliquid.* pro *anagnoſten* Voſſ. C. *agonaſten.* in quo nec *ejus* legitur. & pro *jucundiſſimum* Leid. & Voſſ. A. *jocundiſſimum.*

2 *Sine aliqua lectione*] Non alienum eſſe videtur ſubjungere verſus Juvenalis Sat 2. de literatis & Platonicis conviviis, qui huic loco non parum lucis afferre poſſunt:

Noſtra dabunt alios hodie convivia ludos.
Conditor Iliados cantabitur atque Maronis
Altiſoni dubiam facientia carmina palmam. Ernſtius. Pro *neque unquam* Voſſ. C. *neque nunquam.*

3 *Non minus animo, quam ventre*] Sic de Platonis coena Timotheus, homo clarus Athenis, & princeps civitatis, cum vidiſſet eum poſtridie: *Veſtrae*, inquit, *coenae non ſolum in praeſenti, ſed etiam poſtero die jucundae ſunt.* Cicero 5. Tuſculana. & Demoſth. orat. περὶ [illegible]. *Coenatum*, ut id per viam moneam, quia quidam his impenſius delectantur, per *oe* ſcriptum repperi: quaſi ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. nam alii *cenas* absque diphthongo malunt. M. Tullius *Convivium* a convivendo derivaſſe videtur. Sic enim Cato Major: *Neque ipſorum conviviorum delectationem voluptatibus corporis magis, quam coetu amicorum, & ſermonibus metiebar. Bene enim majores accubationem epularem amicorum, quia vitae conjunctionem haberet, Convivium nominarunt; melius quam Graeci, qui hoc idem Compotationem, tum Concenationem, vocant.* Sic & *lib.* 9. *ad Familiar.* & Macrob. *lib.* 1. *Saturnal.* Schottus.

4 *Tanta pecuniae*] Voſſ. C. *tanta pecunia.*

5 *In ſeſtertium vicies, &c. neque in ſeſtertium centies*] Sic utrobique integ-

mo, quam ventre, convivae delectarentur. Namque 2
eos vocabat, quorum mores a ſuis non abhorrerent.
Quum [4] tanta pecuniae facta eſſet acceſſio, nihil de
quotidiano cultu mutavit, nihil de vitae conſuetudine: tantaque uſus eſt moderatione, ut neque [5] in ſeſtertio vicies, quod a patre acceperat, parum ſe ſplendide geſſerit: neque in ſeſtertio centies affluentius vixerit, quam inſtituerat, [6] parique faſtigio ſteterit in utraque fortuna. [7] Nullos habuit hortos, [8] nul- 3
lam ſuburbanam, aut maritimam ſumtuoſam villam, ne-

gre ſcriptus Schotti codex, illius ſententia forte pro *ſeſtertiorum*. Quomodo *Hotomannus*, aliique in hujusmodi loquutionibus ſemper *ſeſtertium* gignendi caſu legendum cenſuerunt. Sed verum eſſe *in ſeſtertio centies*, jam *Budaeus* vidit; pluribusque docuere *Scaliger*, & *Gronovius*. vide Indicem. *Boſius*. *In ſeſtertio vicies* itaque eſt in vicies centenis millibus nummorum ſeſtertiorum, non ut Cellarius, & poſt eum Hoogſtratanus *in viginti ſeſtertium millibus*.

6 *Parique faſtigio*] Hinc animi ejus moderationem & aequitatem notam ſibi praedicat *M. Tullius* in *Catone*, quem illi dedicat, *initio*: ingenuitatem, animique magnitudinem, *lib.* 1. *epiſt.* 17. Schottus. *Parique veſtigio* legi volebat *Barthius Adverſar.* 145, 41. de quo amplius cogitandum. *Boſius*. Pro *geſſerit* Voſſ. C. *geſſit*.

7 *Nullos habuit hortos*] Ed. Rom. Col. aliae. *habuerit*. quod, ex prava interpunctione natum puto: nec admittunt, quae ſequuntur, *omnisque ejus p. r. conſtabat &c.* Boſius. Leid. *ortos*.

8 *Nullam ſuburbanam, aut marit. ſumtuoſam villam*] Parum credibile hoc nupero editori, miraturque allatam a Nepote fidem, quippe qui ſaepe domeſticis Attici rebus interfuerit. Cur, quaeſo, o bone? *Habuit*, inquis, *villam Pomponius, & in illa Gymnaſium Amaltheum, ut paſſim a Cicerone traditum. Unde evidentiſſime conſtat, ſumtuoſam etiam fuiſſe illam villam, in qua plenum omnis eruditionis Gymnaſium. In agro etiam Buthrotio praedia habuit.* Scio habuiſſe; ſed unde tu, ſumtuoſa fuiſſe. Sed fac fuiſſe, ſuburbana certe non fuere: quippe in Magna Graecia ſita. Quam lubricum autem illud, *ſumtuoſam fuiſſe villam*, in qua Ἀμαλθεῖον, quia *illic omnis eruditionis* fuit gymnaſium? unde enim noſti, *gymnaſium* illic, & quidem *omnis eruditionis* fuiſſe? Bibliothecae nomen eſſe haud male docti exiſtimant. Si gymnaſium adjunctum habuit, palaeſtrae, non eruditionis, id fuit. Jam unde fidem nobis facies, in ſuburbana fuiſſe villa? Ego ad Epiroticas poſſeſſiones pertinuiſſe puto. Illuc enim profectus erat Atticus, cum iſta de Amaltheo *Cicero* ad eum ſcriberet: ut e proxima *epiſtola* 17. colligo. Conſtat igitur hactenus fides narrationi Nepotis. *Boſius*.

3 At-

neque in Italia, praeter [1] Ardeatinum & Nomentanum, ruſticum praedium: omniſque ejus pecuniae reditus conſtabat [2] in Epiroticis & urbanis poſſeſſionibus. Ex quo cognoſci poteſt, [3] eum uſum pecuniae non magnitudine, ſed ratione metiri ſolitum.

CAP. XV.

[5] Mendacium neque dicebat, neque pati poterat. Itaque ejus [4] comitas non ſine ſeveritate erat, ne-

1 *Ardeatinum*] *Arretinum*, liber calamo exaratus diſertim. Habuit & in *Theſrotia* poſſeſſiones; ut colligo ex *epiſt.* 3. *lib.* 6. *ad Atticum.* Schottus. Etiam Medic. uterque, *Aretinum.* Giſanianus, *Arrentinum.* Ita vero dictum ab urbe Etruriae, Arretio, (ſic enim a Graecis & in vett. inſcriptionibus ſcribitur id nomen) cujus ἐθνικὸν, teſte *Stephano*, eſt Ἀῤῥήτινος. vide *Cluver. Ital. Antiq.* 2. 3. Boſius. Voſſ. A. *Arretinum* C. *Arietinum.*

2 *In Epiroticis*] Lib. 1. epiſt. 5. *Epiroticam emtionem gaudeo tibi placere* &c. Schottus. Leid. *In Epiroticis urbanis poſſ.*

3 *Eum uſum pecuniae*] *Uſum eum* vet. lib. Supra: *Tantum afuit a cupiditate pecuniae, ut nulla in re uſus ſit ea, niſi in deprecandis amicorum aut periculis, aut incommodis.* Schottus. Omnes mei *Uſum eum.* pro *metiri* Voſſ. C. *meriti.* pro *ſolitum* Leid. *ſolum.*

4 *Comitas non ſine ſeveritate; neque gravitas ſine facilitate*] Sic & M. Tullius haec inter ſe comparat in Mureniana: *Si illius comitatem facilitatemque tuae gravitati ſeveritatique aſperſeris.* Et in Laelio: *Amicitiae ad omnem comitatem facilitatemque proclivior.* In Oratore: *Quid tam diſtans, quam a ſeveritate comitas?* In Bruto: *Scaevolae multa in ſeveritate non deerat comitas.* Ad Q. Fratrem: *Summa gravitas cum ſingulari comitate conjuncta.* Et: *Haec illius ſeveritas acerba videretur, niſi multis condimentis humanitatis mitigaretur.* Et ad Cornificium lib. 12. epiſt. de Sext. Aufidio: *Eſt ita temperatis moderatiſque moribus, ut ſumma ſeveritas cum humanitate jungatur.* Idem Gravitatem Comitati ἀντιτίθησι, in Catone majore. *Ego* (inquit Cato) *Q. Maximum, eum qui Tarentum recepit, ſenem adoleſcens ita dilexi, ut aequalem. Erat enim in illo comitate condita gravitas:* Et in Theodoſio Aurel. Victor: *Miſcere colloquia: ſermone cum gravitate jocundo.* Schottus. Idem morum temperamentum in Attico laudat Tullius lib. 3. de Legibus: *Quid elegantia tua eſt dignius? cujus vita & oratio conſequuta mihi videtur difficillimam illam ſocietatem gravitatis cum humanitate.* Loccenius.

5 *An amarent*] *Quam amarent* ſcriptum vidi. Reverenter enim amandum, ut & verearis, & ames. *Schottus.* Atque ſic & Lambinus aliique ediderunt. Sed *an* erat e-

[illegible] tiam

neque gravitas ſine facilitate: ut difficile eſſet intel-
lectu, utrum eum amici magis vererentur, [5] an a-
marent. Quidquid rogabatur, religioſe promitte-
bat: quod non liberalis, ſed [1] levis, arbitrabatur,
polliceri, quod praeſtare non poſſet. Idem [2] in ni- 2
tendo [3] quod ſemel annuiſſet, tanta erat cura, [4] ut
non mandatam, ſed ſuam rem videretur agere. [5] Nun-
quam ſuſcepti negotii eum pertaeſum eſt. Suam enim
[6] exiſtimationem in ea re agi putabat: qua nihil ha-
bebat

bebat

tiam in Rom. Col. Grut. Gothofr. Gebh. meliusque quadrat. etiam Mſ. Ernſtii, *an vere amarent*. Boſius. Voſſiani A. C. *quam amarent*. Pro *polliceri* Voſſ. C. *pollicetur*.

1 *Levis arbitrabatur, polliceri quod praeſtare non poſſet*] Mallem, *poſſes*. Schefferus.

2 *In nitendo q. ſ. annuiſſet*] *Manutio* durum videtur *niti aliquam rem*. niſi hic ad ellipſin confugiamus; quae in compoſitis ab hoc verbo non inſolens. Rutgerſ. *tuendo*. Boeclerus. *Barthius* conjiciebat, *in tenendo*. Nulla emendatione opus. Poteſt enim ἐλλειπτικῶς accipi, ut ſubaudiatur cum praepoſitione pronomen vocabulum relativum. *Boſius*. Omnes mei *nitendo*. atque ita legendum eſſe docet Celeb. J. Perizonius ad Sanctii Minervam lib. 3. c. 8, pag. 449.

3 *Quod ſemel annuiſſet*] Priſca lectio *annuiſſet*, quam probo: eamque Gifanii libro exſtare affirmat *Manutius*. Schottus. Atque ſic & Leid. habuit. Virgilius Aen. 12, 187. *Si noſtrum annuerit nobis victoria Martem*. Similiter Horatius 4. od. 6. *muros*. Val. Flaccus 1, 40 *militiam annuere* dixit. vide *Bucknerum in acceſſion. ad Theſaur. Fabri*. Vulgo edunt, *admiſiſſet*. Boſ. Leid. m. *admiſiſſet*. Voſſ. A. & C. *annuiſſet*. ſed in prioris Voſſiani margine ſcriptum eſt *al. admiſiſſet*.

4 *Ut non mandatam*] Mſ. Cod. Medic. 1. *Ut non mandatum*. Ernſt. Omnes mei *mandatam*.

5 *Nunquam ſuſcepti*] Sic vetuſtus liber; quomodo & *Lambino* leg. videbatur. *Schottus*. Vulgo erat, *nuſquam*; non ita apte. *Boſius*.

6 *Exiſtimationem agi putabat*] Sic in Laelio M. Tullius: *Ut etiam ſi qua fortuna acciderit, ut minus juſtae amicorum voluntates ſunt adjuvandae, in quibus eorum aut caput agatur, aut fama, declinandum ſit de via*. Sic enim in melioris notae libris ſcriptum vidi, itaque legit *Agellius lib*. 1. *cap*. 3. non ut in vulgus editum; *aut de capite agitur, aut de fama*. Idem Papirio Paeto, lib. 9 epiſt. ad famil. *Privatas cauſſas, & eas tenues, agimus ſubtilius, capitis aut famae ſcilicet, ornatius*. Et pro Caecinna, *Agitur jus civitatis, bona, fortunae omnium civium*. Sic auctor de Viris illuſtr. in Ti. Graccho: *Tulit, ut ea familia, quae de Attali haereditate erat, ageretur*. Et Terent. in Heautont. *Non nunc pecunia agitur*. Quod in Phorm. act. 4. ſcen. 3. *Non capitis res agitur, ſed pecuniae*. Schottus. Adde Cl. Burmannum ad

Ovi-

3 bebat carius. Quo fiebat, [1] ut omnia Ciceronum, Catonis, Marii, Q. Hortenſii, Auli Torquati, multorum praeterea equitum Rom. negotia procuraret. Ex quo judicari poterat, non inertia [2] ſed judicio fugiſſe reipubl. procurationem.

CAP. XVI.

1 Humanitatis vero nullum adferre majus teſtimonium poſſum, quam quod adoleſcens idem ſeni Sullae fuerit [3] jucundiſſimus, ſenex adoleſcenti M. Bruto: cum aequalibus autem ſuis, Q. Hortenſio & M. Cicerone, ſic vixerit, ut judicari difficile ſit, cui

Ovidium 5. Metam. vſ. 372.

1 *Ut omnia M. & Q. Ciceronum, &c.*] Quis ſit auctor hujus ſcripturae neſcio, Schottus Lambin. ſuſtinuit. Ipſe ex arbitrio Sim. Boſii edidit, ut vulgo habetur. Jan. Rutgerſ. 2. Var. Lect. cap. 8. emaculat *Catonis, Marii, Hortenſii*, ut edidit quoque Chytraeus. Paullo poſt iterum emendat: *ſic enim omnia de ſtudiis Principum, vitiis Ducum ac mutationibus Reip. perſcripta ſunt.* Gebhardus. Scriptus cod. mendoſe, *ut non Ciceronem Catonis, M. que Hortenſii Auli Torquati.* In Giſaniano, *Catonis Marci, Q. Hortenſii*, & ſaepe vett. cognomen nomini praepoſuere, ut inf. non longe: *Marcelli Claudii, Scipionis Cornelii*; & *Nepos Cornelius*, apud *Plinium* aliquoties. Sed illud *non* ex *omnia* corrupte exſcriptum ab oſcitante librario. *Ant. Auguſtinus* leg. primus docuit: *ut omnia Ciceronum, Marcique Catonis, Q. Hortenſii.* nam enclitica *que* facta, ob ſcripturae, ut ſolet, ſimilitudinem, ex illo Q. praenomine *Hortenſii*. Editi plerique, *ut omnia Ciceronis Marcique Hortenſii*, vitioſe. *Lambinus* vero ſic: *M. & Q. Ciceronum, Catonis, Hortenſii.* Schottus. Ed. Rom: *Ciceronum, Catonis, Marcique Hortenſi.* Ad quam ſcriptorumque codd. lectionem proxime accedit, eique veritati magis congruit: quam nos repoſuimus, praeeuntibus *Rutgerſio var. lect.* 2, 8. *Grutero*, ac *Nath. Chytraeo*. C. Marium filium inter intimos Attici fuiſſe, apparet e *cap.* 1, 4. Gebhardus & Keuchenius cum Lambino *M.* & *Q.* praenomina *Ciceronibus* praefigunt h. m. *Ut omnia Marci & Quinti Ciceronum, Catonis, Marii, Q. Hortenſi*, ſed invitis libris. *Boſius.* Voſſ. C. *Ut omnia Ciceronum, Catonis M. que Hortenſii.*

2 *Sed judicio*] Fortaſſis & ex inſtituto ſectae. Nam Epicureus erat. vide ſupra *c.* 12, 3. Sed illi dicebant, nec privatim nec publice multa agenda Sapienti. *Buchnerus. Schoppius verisim.* 3, 8. in Mſ. repperit, *judicio fugiſſe divino.* Sed diſplicet id *Jo. Iſac. Pontano Analect.* 3, 18. cum in talibus eventuum potius variorum aſſidua & multiplex ruminatio, quam divinitas, judicium ſtabiliat.

cui aetati fuerit aptiſſimus. Quanquam eum praeci- 2
pue dilexit Cicero, [1] ut ne frater quidem ei Quintus
carior fuerit aut familiarior. Ei rei ſunt indicio, prae- 3
ter eos libros, in quibus de eo facit mentionem, qui in
vulgus [jam] ſunt editi, [2] ſexdecim volumina epiſtolarum, ab conſulatu ejus usque ad extremum tempus ad Atticum miſſarum: quae qui legat, non multum deſideret hiſtoriam contextam [3] illorum temporum. Sic enim omnia de ſtudiis principum, vitiis ducum, [4] mutationibus reipubl. perſcripta ſunt, ut nihil in iis non appareat, & facile exiſtimari poſſit, [5] prudentiam quodammodo eſſe divinationem. Non enim [6] Cicero ea ſolum, quae vivo ſe acciderunt, futura prae-

biliat. Mihi gloſſema videtur, ex illo c. 9. 1. natum: *cum ille potius divinus fuerit* Boſ. Diſplicuit etiam Ernſtio.

3 *Jucundiſſimus*] Voſſ. A. C. *jocundiſſimus.* pro *judicari diff.* Omnes mei *judicare diff.* nam in Voſſ. C. *judicaras* certe ſcriptum eſt pro *judicare*, saepius enim ibi infinitivis in e deſinentibus s addi ſolet,

1 *Ut ne frater quidem Quinctius*] Et ne Quincti quidem affinitas tantum in amore momenti apud Atticum, quantum ſimilitudo morum Ciceronis, habeat. Supra c. 5, 3. *Cicero* tamen ſecundas illi a fratre in amando tribuit, *lib.* 1. *epiſt.* 17. Schottus.

2 *Sexdecim volumina*] Neſcio quid cauſſae eſt, cur in ſcripto noſtro, editisque plurimis *undecim* diſerte legatur: etiam in ora M. ſ. adnotatum vidi: ut conſtantiam mireris, cum *ſexdecim* hodie circumferantur. *Schottus.* Sic & Medic. 2. Non miror: Facile enim VI*decim* mutari potuit in *undecim.* Boſius. Leid. m. & Voſſ. A. C. *undecim.*

3 *Illorum temporum*] Sic liber Schotti. Ed. Rom. aliaeque, *eorum temp.* Et paullo ſuperius, *qui in vulgus ſunt editi*, omiſſo τῷ *jam.* Boſius. Pro *deſideret* omnes mei *deſiderat.* iidemque *illorum* pro *eorum.*

4 *Mutationibus reipublicae*] Sic legendum, & ita habet liber antiquiſſimus: quamquam in editione noſtra Ciceroniana impreſſum eſt; *aemulationibus*, minus recte. *Lambinus.* Sic & Mſſ. Gif. ac Schotti. Alterum etiam in ed. Rom. Col. aliisque deprehendas. *Rutgerſius* corrigebat l. c, *ac mutationibus.* quod recepit *Keuchenius* in textum, nec plane rejecerim. Mox Rom. Grut. Keuch. *nihil in his n. a.* Boſius. Conſentiunt & mei. pro *perſcripta* vitioſe Voſſ. C. *ſcripta* pro *his* Voſſ. A. *iis.*

5 *Prudentiam quodammodo eſſe divinationem*] V. C. *quomodo*, ut alibi in Nepote ſeu Aemilio Probo. Sup. c. 5, 1. *Cum ille potius divinus fuerit, ſi divinatio appellanda eſt perpetua naturalis bonitas, quae nullis caſibus augetur, neque minuitur.* Schottus.

6 *Cicero futura praedixit, &c. ut vates*]

praedixit: ſed etiam quae nunc uſu veniunt, cecinit ut vates.

CAP. XVII.

1 De pietate autem Attici quid plura commemorem? quum [1] hoc ipſum vere gloriantem audierim in funere matris ſuae, quam extulit annorum nonaginta, quum eſſet ſeptem & ſexaginta, [2] ſe nunquam cum matre in gratiam rediſſe, nunquam cum ſorore fuiſſe in

vates] De ſua divinatione Cicero ipſe ea ſcribit ad A. Caecinam 6. *fam.* 6. quae lectione & cognitione digna ſunt. adde eundem *Philipp.* 2, 9. 5, 92. Heidmannus. Pauca de multis exempla collegi augurii, & vaticinii Ciceronis lib. 8. epiſt. 11. *ἀποθεσπίζω, noſter Attice, non ariolans, ut illa, cui nemo credidit,* (Caſſandra ſcilicet) *ſed conjectura proſpiciens.*

Jamque mari magno ——
non multo inquam ſecus poſſum vaticinari; Tanta malorum impendet Ἰλιάς. Et libro 8. epiſtola 3. *Et a me eſt (tute ſcis) propter ſuſpicionem hujus impendentis tempeſtatis multo ante proviſum.* Et epiſt. 12. *Scripſeram eas litteras, quarum vaticinationem falſam eſſe cupio.* Et lib. 10. epiſt. 8. *Et tamen, mi Attice, auguria quoque me incitant, quadam ſpe non dubia, non haec collegii noſtri ab Attio, ſed illa Platonis de Tyrannis, &c.* & ſtatim: *Nos tamen hoc confirmamus illo augurio, quo diximus; nec nos fallit, nec aliter accidit. Corruat iſte neceſſe eſt &c.* Idem epiſtola ad Licinium Calvum apud Nonium: *Praeſentit animus, atque augurat quodammodo, quae futura ſit ſuavitas.* Alibi ſaepe, quae non vacat colligere. *Schottus.* Leid. pro *cecinit* male *recinit.* *Canere* proprie dicuntur ſacerdotes oracula a diis edita reddentes hominibus, ſive futura praecinentes. Conſule Servium ad Virgilium 3. Aen. 155, 183, 373, 444, & 457. J. Fr. Gronovium lib. 3. Obſ. cap. 24. p 666. Graevium ad Juſtinum lib. 43. cap. 1. n. 8. & Drakenburgium ad Silium Italicum lib. 13. vſ. 817. ſic Graecis ᾄδειν. Thucyd. lib. 2. cap. 21. lin 28. Χρησμολόγοι τε ᾖδον χρησμοὺς παντοίους.

1 *Hoc ipſum vere*] *Vero* eſt in V. C. Mox *cum eſſet* afuit ab eodem. *Lambinus* vero addit, *cum eſſet ipſe.* *Schottus.* Abeſſe certe nequit. Illud *vero* autem dictum fuerit, ut *falſo, merito,* & ſimilia. Sed magis eſt, ut mendum librarii putemus. *Boſius.*

2 *Se nunquam cum matre in gratiam rediſſe*] Quod antiqua inſcriptione ita exprimitur. (apud Gruter. p. 795. 6.)

DIS. MANIBUS.
M. JULIO. M. F. QUIRINA.
PUDENTI. VIXIT. ANNIS.
LXXXX. CORNELIA. CALLITYCHE. CONJUGI. SUO.
KARISSIMO. FECIT. BENE.
MERENTI. CUM. QUO. VIXIT. ANNIS. LV. SINE.
CONTROVERSIA. ULLA.

Em-

in ſimultate, quam prope [1] aequalem habebat. Quod 2
eſt ſignum, aut [2] nullam unquam inter eos querimoniam interceſſiſſe, aut hunc ea fuiſſe in ſuos indulgentia, ut quos amare deberet, iraſci eis nefas duceret. Neque id fecit natura ſolum, quamquam o- 3
mnes ei paremus; ſed etiam doctrina. nam & principum philoſophorum ita [3] percepta habuit praecepta, ut iis ad vitam agendam, non ad oſtentationem, uteretur.

CAP. XVIII.

[4] Moris etiam majorum ſummus imitator fuit, an- 1
tiquitatisque amator: quam adeo diligenter habuit cognitam, ut eam totam [5] in eo volumine expoſuerit, [6] quo magiſtratus ornavit. Nulla enim lex,

nc-

Ernſtius. Pro *cum eſſet ſept. & ſexag.* Voſſ. C. *ſept. & ſexag.*

1 *Aequalem*] Sic Mſſ. Gif. Schotti Savar. Alii edidere, *aetate aequalem.* Boſius. *Aetate* meis abeſt.

2 *Nullam querimoniam*] Vide Ind. *Boſius.* Voſſ. C. *nullam nunquam i. e. querim.*

3 *Percepta habuerat*] *Habuit* ſcripta lectio, & *iis* pro *his.* Epicuri autem ſectam ſecutus Atticus eſt, ut ſupra admonui. *Schottus.* Voſſ. A. C. *iis.*

4 *Moris autem maj.*] Forſan quis hic praeferret *morum*; ſed ita ſolent Antiqui. Vide Cortium ad Salluſt. Jug. cap. 7. n. 4.

5 *In eo volumine*] Eum librum, *Annalem* inſcripſit; ut auctor in *Annibale* indicat: de quo Attici libro plura *Cicero in Orat. Voſſius de Hiſtoric. Lat.* 1, 11. Loccenius. Adde *not. ad comma proximum.* Boſius. Voſſ. C. *in eo voluminum.*

6 *Quo magiſtratus ornavit*] Malim *ordinavit*, quomodo *Voſſium* legiſſe video 1. *de hiſt. Lat.* 11. reſcribique & *Barthius* volebat *cap* 1. *lectionum Nepotinarum.* *Ordinavit*, i. e. diſpoſuit, &, ut mox loquitur, *ſuo quemque tempore notavit, ordine enumeravit.* Sic apud JCtos *ordinare libellos & teſtamenta* At *magiſtratus ornare* eſt in provincias aut bellum euntes rebus neceſſariis inſtruere. Livius 42, 1. *magiſtratus mulis tabernaculisque, & omni alio inſtrumento ornabantur.* Non novum eſt haec duo verba confundi a librariis. Ut apud *Suetonium Julio cap.* 18, 1. ubi vide doctiſſ. Interpretes *Caſaubonum*, *Torrentium* & *Berneggerum.* Poſſis tamen *ornare* interpretari, elogiis honorare: quod quaternis quinisque verſibus eum feciſſe, infra *comm.* 6. dicitur. *Boſius.* *Ornavit* Leid. & Voſſ. A. Conſulendus de verbis *ornare* & *ordinare* Cl. J. Arntzenius ad Victorem de Viris Illuſtribus cap. 56. n. 1.

1 *Illu-*

neque pax, neque bellum, neque res [1] illuſtris eſt populi Romani, quae non in eo ſuo tempore ſit notata: &, quod difficillimum fuit, ſic [2] familiarum originem ſubtexuit, ut ex eo clarorum virorum propagines poſſimus cognoſcere.
3 [3] Fecit hoc idem ſeparatim in aliis libris: ut M. Bruti rogatu [4] Juniam familiam a ſtirpe ad hanc aetatem, ordine enumeravit, notans, qui a quo ortus, quos honores, quibusque temporibus

1 *Illuſtris eſt populi Ro.*] *Populi R.* Giſanii cod. & editi plerique. [Alii *populo Rom.* vel, P. R.] Cicero in Oratore: *Cognoſcat Orator rerum geſtarum & memoriae veteris ordinem, maxime ſcilicet noſtrae civitatis: ſed & imperioſorum populorum, & regum illuſtrium; quem laborem nobis Attici noſtri levavit labor, qui conſervatis notatisque temporibus, nihil cum illuſtre praetermitteret, annorum ſeptingentorum memoriam unico libro colligavit. Neſcire autem quid antequam natus ſis, acciderit, id eſt ſemper eſſe puerum.* Nec DCC tantum annorum, ſed & Virorum totidem hiſtoriam collegiſſe, ex *Plinii lib.* 35. patebit infr. Et in *Bruto* multa. quibus ſubjungit: *Eam utilitatem habuit Attici liber, quam requirebam, ut explicatis ordinibus temporum, uno in conſpectu omnia viderem.* Et ibidem poſt paullo ex Attici perſona: *Eisque nosmet ipſi ad veterum Annalium* (ſic enim *Manutius* legit) *memoriam comprehendendam impulſi, atque accenſi ſumus.* Ac Ciceroni eum miſiſſe, ex *prooemio de claris oratoribus* patet. Ibidem: *Omnium rerum memoriam Atticus breviter, & perdiligenter complexus eſt.* Meminit & *Cicero epiſt.* 23. *lib.* 12. *ad Atticum.* & Aſconius Pedianus in Piſonianam. *Tradunt & Antiochi regis filio obſidi domum publice aedificatam: inter quos Atticus in Annalibus.* Schottus.

2 *Familiarum originem*]. Quae γενεαλογία Graecis dicitur. Ut nuper *Fulvius Urſinus* Ro. de patria bene meritus, & *Richardus Streinnius* Auſtriacus, & *Reineccius*, German:, de *Familiis* accurate ſcripſere: at nemo eorum, quos quidem viderim, audierim, Familiarum Rom. omnisque Antiquitatis doctior *Ant. Auguſtino*, Archiepiſc. Tarracon. *Schottus.* Joan. Glandorpius huc ſine dubio reſpexit, dum lib. de Familiis Romanis ita ſcribit. *Periit nobis theſaurus ingens omiſſis T. Pompon. Attici familiis, quibus libris nihil eſſe dulcius teſtatus eſt iis, qui notitiam aliquam clarorum virorum expeterent*, Vid. Sup. *in Hannibal cap. ult. comm.* 1. ubi Annalium fit mentio. *Ernſtius.* Adde not. Schotti ad *comma* 6. Ex hoc opere *Voſſius l.* 18. *de Philologia* fuiſſe exiſtimat illa de gente Papiria, quae ſignat *Cicero l b.* 9. *epiſt. ad Papirium Paetum.* Boſius.

3 *Fecit hoc idem*] *Quidem* in vulgatis impreſſum. *Schottus.* Errore ſcil. a pronunciatione orto. *Boſius.*

4 *Juniam familiam*] Medic. 1. *ſummarum familiarum.* An fuit, *Juniorum familiam*, ut mox *Marcellorum, Fabiorum, Aemiliorum*? Statim

buſ cepiſſet: pari modo [1] Marcelli Claudii, Marcel- 4
lorum; Scipionis Cornelii, & Fabii Maximi, Fabiorum, & Aemiliorum quoque: quibus libris nihil poteſt eſſe dulcius iis, [2] qui aliquam cupiditatem habent notitiae clarorum virorum. [3] Attigit quoque 5
poëticen: credimus, ne ejus expers eſſet ſuavitatis. Namque verſibus, qui honore rerumque geſtarum amplitudine ceteros Romani populi praeſtiterunt, expo-

tim edd. vett. *enumeraverit*. Nempe quia librarii τὸ *ut* pro conjunctione cauſſali acceperunt. Deinde *qui a quoque ortus*: nolim contemni. *Boſius*. Leid. & Voſſ. A. C. *enumeraverit*. *Familiam* hic pro gente poni docet Dukerus ad Florum 4, 1, 8. unus Voſſianus C. *a quoque ortus*. Leid. m. *a quo ortus eſt*.

1 *Marcelli Claudii, Marcellorum, &c.*] Sic reſtitui hunc locum fide Medicaei 2, cum hucusque omnes ediderint, *de Marcellorum*, nullo ſenſu. Nam etiamſi cum *Schotto* velis, *ſtirpe*, *origine*, vel quid ſimile exaudiri; verbum tamen deeſt, ad quod praepoſitio referatur. qua expuncta, repetes ἀπὸ κοινοῦ illa, *familiam ordine enumeravit*; & ad *Marcelli Claudii*, *&c. rogatu*. Sic plana omnia. Quare nec in ſequentibus recte a quibusdam editum, *de Fabiorum*: ubi praepoſitionem etiam Mſſ. Gif. ac. Schotti, & ed. Rom. atque Colon. non agnoſcunt. *Mamutius* pro *Aemiliorum* mallet *Corneliorum*: quod Aemilii ad Scipionem nihil pertineant, cujus rogatu eam familiam Atticus enumeraſſe dicitur. Eandem ob cauſſam, opinor, *Lambinus* idem nomen inſeruit, hunc in modum: *Et Fabii Maximi, de Corneliorum, & Fabiorum, & Aemiliorum quoque*; invitis libris. Verum Aemiliorum familiam Scipio haud dubie ob Africanum minorem enumerari voluit, quippe ex Aemiliis ortum, eoque *Aemilianum* vocatum. A. q. ed. abeſt τὸ *quoque*; ſed habuere ſcripti, quos diximus. *Boſius*. Pro *Maximi* Voſſ. A. *Maximii*. *De Corneliorum &c.* abſunt Leidenſi & Voſſianis A. C. Pro *Fabiorum & Aemiliorum* Voſſ. A. *Fabiorum Aemiliorum*. Ceterum notandum hic *Scipionis Cornelii* poni pro *Cornelii Scipionis* & *Marcelli Claudii* pro *Claudii Marcelli*, cognomine Gentilicio nomini praepoſito, id quod obſervarunt poſt alios Dukerus ad Florum 2, 2, 11. & Cortius ad Salluſt. Catil. init.

2 *Qui aliquam cupiditatem*]. Non eſt inſuper habendum, quod e Med. 2. laudat Ernſtius, *aliquam aviditatem*, nam ſic & *Cicero* in Catone *inexhauſtam aviditatem legendi* laudat, 3. *de finib.* 2. Utitur etiam, & a *cupiditate* diſtinguit *Plautus Mercat. prolog. v.* 29. Sed alterum frequenter Nepos adhibet. vide Indicem. *Boſius*. Pro *iis* Leid. m. *his*. Pro *aliquam* Voſſ. C. *aliam*.

3 *Attigit quoque Poeticen*] *Poeticam* Ve. lib. & τὸ *ejus* afuit. *Schottus*. Mox q. edd. *rerum geſtarum*. Sed copulam babebat etiam Mſ. Schotti & ed. Rom. Quae ſi deleatur, lege-

6 potuit: ita, ut [1] ſub ſingulorum imaginibus facta magiſtratusque eorum non amplius quaternis [2] quinisque verſibus deſcripſerit. quod vix credendum ſit, [3] tantas res tam breviter potuiſſe declarari. Eſt etiam liber [4] Graece confectus, de conſulatu Ciceronis. Hactenus Attico vivo [5] edita haec a nobis ſunt.

CAP.

legerim, *honore & rerum g. a.* Boſ. Leid. & Voſſ. A. *poeticam* C. *poticam.*

1 *Sub ſingulorum imaginibus*] Plinius 35, 2. *Imaginum amorem flagraſſe quondam, teſtes ſunt & Atticus ille Ciceronis, edito de his volumine, & M. Varro, benigniſſimo invento, inſertis voluminum ſuorum foecunditati, non nominibus tantum ſeptingentorum illuſtrium, ſed & aliquo modo imaginibus.* Vide quae in Elogia notavi: *Servius in Virgil.* Varronem quoque familias Trojanorum explicaſſe, *D.* vero *Auguſtinus*, Deorum γενεαλογίας, auctor eſt. Supra Nepos: *Et quod difficillimum fuit, ſic familiarum originem ſubtexuit, ut ex eo clarorum virorum propagines poſſemus cognoſcere.* Meſſala quoque Corvinus, jam ſenex volumina de Familiis condidit, ut meminit ibidem *Plinius.* Et Hyginus Auguſti Caeſaris libertus *lib.* 2. *de ſignis coeleſtibus*, *Genealogiarum* libros ſuos nominat. De *Papiria gente* quaedam *Cic. epiſt. ad famil. libro* 9. *epiſt.* 11. De *Portia* & apud *Agellium* 13, 18. ex *M. Tullii Catone minore.* Schottus. Vir incomparabilis *Var. lect.* 3, 3. hoc opus *Amaltheion* dictum cenſet, ac de eo accipit loca *Ciceronis ad Attic.* 1, 11. & 14. & *lib.* 9, 18. ubi legi vult: *Inde exſpecto* Ἀμαλθείαν *illam tuam.* Nollem haec tanto viro excidiſſe. nam ἀμαλθεῖον illud, ſive *Amaltheam*, non libri, ſed loci, nomen fuiſſe, ex *epiſtola* 14. *lib.* 1. & 20. *lib.* 3. colligere eſt, facileque adſentior viris doctis, qui bibliothecam Attici ſic dictam cenſent. Quare neque *libro* 9. *ep.* 18. ei voci locus erit. *Boſius.* Vide & Gronovium ad Ciceron. lib. 1. ad Attic. Ep. 16. in fin.

2 *Quinisque*] Ed. Grut. *quinisve.* Parum intereſt, utrum praeferas: a Mſſ. tamen & edd. vett. non putem recedendum. *Boſius.* Leid. & Voſſ. C. *quinisque.*

3 *Tantas res tam breviter potuiſſe declarari*] Fecit, quod *Catullus* in Cornelio Nepote laudat, ipſum omne aevum tribus explicaſſe chartis. Loccenius.

4 *Graece confectus de Conſulatu Ciceronis*] De quo Cicero lib. 2. epiſt. 1. *Puer tuus mihi litteras abs te, & commentarium Conſulatus mei Graece ſcriptum reddidit*: &c. Scripſerat & Herodes eadem de re, ſed quae Ciceronis in Conſulatu praeclare facta obſcurarent potius, quam illuſtrarent: *lib.* 2. *ep.* 2. *Atticus* etiam quae minus probabat in Ciceronis libris, ea notare miniata cera ſolitus erat. *lib.* 15. *ep.* 14. & *lib.* 16. ep. 21. Nec Bruto omnia probare potuit, quae de *Oratore* conſcripſerat. De qua cera *Ang. Politianus Miſcell cap.* 53. Schottus. *Unus* abeſt Leidenſi & Voſſ. A. ſed C. *& unus.* Pro *de conſulatu*, Voſſ. C. *conſulatu.*

5 *Edita haec a nobis ſunt*] Sic *Lam-*

CAP XIX.

Nunc quoniam fortuna nos ſuperſtites ei eſſe vo- 1
luit, reliqua perſequemur: &, [1] quantum pote-
rimus, rerum exemplis lectores docebimus, ſicut ſu-
pra ſignificavimus, ſuos cuique mores plerumque
conciliare fortunam. Namque hic contentus ordine 2
equeſtri, quo erat ortus, in affinitatem pervenit im-
peratoris [2] divi [Julii] filii: quum jam ante familiari-
tatem

Lambinus. A MſT & edd. vett. *haec* abeſt. *Boſius.* Leid. & Voſſ. A. tamen addunt *haec.*

1 *Quantum poterimus*] *Potuerimus* vulg. codd. habent, non *poterimus*, ut vetuſtus liber. *Schottus.* Leid. & Voſſ. A. C. *potuerimus.*

2 *Divi Julii filii*] Vetuſtus cod. calamo exaratus conciſe, *Divi filii*: eleganter, & venuſte: addit & calculum Giſanii liber, quem *Manutius* inſpexit. Sic enim in lapid. innumeris, & nummis antiquis, in Triumviratu cuſis, quales plurimos videre memini, legitur. IMP CAESAR DIVI F. III. VIR. ITER. R. P. C. Apud *Ant. Auguſtinum* aureum nummum vidi, qui lucem adferet *Suetonio cap.* 63. *libr.* 2. IMP. CAES. DIVI. F. AUGUSTUS: Et in averſa parte hic titulus: C. L. CAESARES. AUGUSTI. F. COS. DESIG. PRINC. JUVENT. [Similem argenteum poſſidet Sereniſſ. Princeps meus DN. BERNHARDUS, Dux Saxoniae; aereum vero, aureumque memorat *Occo in Numiſmatis Impp. Rom. pag.* 65. delineatque *Gutherius de vet. jure Pontif.* 1, 17. ſed omnes in adverſa parte aliam inſcriptionem praeferunt, hanc ſcilicet: CAESAR AUGUSTUS DIVI F. PATER PATRIAE Duos ejusmodi argenteos habebat etiam Lipſiae Henr. Mejerus, unum cum nota denarii X. alterum ſine ea.] Item aereum apud eundem, duobus capitibus, quod rarum eſt, ſignatum: in uno latere DIVOS JULIUS praeferebat; in altero DIVI F. AUG. [Exhibent ac interpretantur *Seb. Erizzus de numiſmatis vett. pag.* 113. *& deinc. Urſinus in Numiſm. famil. Ro. pag.* 136. *ed. Patin.* ac *Fr. Angelonius in hiſtoria Auguſta, pag.* 7.] *Divos* autem pro *divus* vett. dicebant, idque quoties eadem littera repetebatur, ut & *Davos* pro *Davus.* Eſt & penes me aereus denarius Octaviani imagine & titulo; AUG. DIVI F. In averſa parte Tutulus eſt, ſeu albogalerus, pileum Flaminis, ut & fila oſtendunt: eſt & Seceſpita, ſeu ſecuris, & aſperſorium, cui Simpulum vel Simpuvium ſubjacet, ut, in Pontificatu Auguſti Caeſaris in municipio cuſus eſſe videatur. Sic autem legebatur: C. VAR. RUF. SEX. JUL. POL. II. VIR. Q. id eſt, *Cajus Varius Rufus, Sextus Julius Pollio, Duumviri Quinquennales.* [Habes apud *Clariſſ. Patinum in Quintilia, pag.* 237. & in *numiſm. Impp. R. pag.* 37.] *Servius* in illud Virgil. 8. Aeneid. *Divum genus*: *Divi* legiſſe

tatem ejus eſſet conſecutus nulla alia re, quam [1] elegantia vitae, qua [2] ceteros ceperat principes civitatis,

giſſe quosdam refert; recte mea quidem ſententia, idque cum apotheoſi in Deos relati eſſent. Et ſic fere Graecorum natio, etiam in poſterioribus Impp. ut *Dion*, & ex Dione *Xiphilinus* & *Aelianus* de *acie inſtruenda* ad Adrianum Aug. Nervae F. Αὐτόκρατορ Καῖσαρ υἱὲ θεῦ Ἀδριανὲ σεβαστέ. *Imperator Caeſar, Divi fili, Adriane Auguſte.* Sic & Tiberio *Valerius Maximus*, & Domitiano *Martialis* adulantur: ut Julii & Auguſti more, *Divos*, monſtra illa & portenta, etiam vivos adhuc, appellarint. Vitruvius praefat. librorum de Architectura ad Auguſtum: *Cum concilium coeleſtium in ſedibus immortalitatis parentem tuum dedicaviſſet, & imperium ejus in tuam poteſtatem tranſtuliſſet*, &c. Schottus. Locum hunc Auctor ipſe illuſtrat, quando paullo poſt dicit. *Nata eſt Attico neptis ex Agrippa*, & quae ibi ſequuntur plura. *Ernſtius.* Schottiani Giſanianique codicum lectionem magis etiam, quam quos ille laudavit, quibusque ſimiles pluximos cum nummos; tum lapides vett. apud Antiquarios habes, confirmant nummi, in quibus Auguſtus pariter IMP. DIVI F. omiſſo *Caeſaris*, & *Auguſti* nomine, cognomineque, appellatur ut in aereo meo mediae magnitudinis, (cui ſimiles & *Erizzus* ac *Angelonus* exhibent) in cujus adverſa facie duo capita, (Auguſti & Agrippae, ut volunt) cum inſcriptione, quam diximus; in averſa, COL. NEM. & crocodilus palmae arbori alligatus, ac duobus ramis inſiſtens. Et in alio apud *Occonem pag.* 73. in quo eadem inſcriptio, & caput Auguſti, in averſa vero parte; Q. MAXIMO ITER. &c. Nempe cum eousque nemo alius inter Divos relatus eſſet, (nam Cn. Pompeji magni nummus, in quo templum cum hac ſubſcriptione CONSECRATIO, legitur, non una cauſſa mihi ſuſpectus eſt, ut alibi docebo) addito *Julii* nomine, quo is ab aliis divis diſcerneretur, opus non erat. Auguſtus autem ſola *Imperatoris* appellatione, quae illi aeque ac patri Julio loco praenominis decreta fuerat, aliquando deſignabatur. Quare vix dubito, *Julii* nomen heic expungendum eſſe. Quamquam interim non deſunt exempla cum nummorum, ut apud *Occonem pag.* 37, 42, 44. 56. 50; tum ſaxorum, apud *Gruterum pag.* 58, 1. *pag.* 177. 1. *p.* 228. 6. *pag.* 1084. 2. in quibus idem Auguſtus *Divi Julii F.* vocatur. Sed in iis ubique *Caeſaris* nomen praemittitur. Apparet autem ex hoc loco, ſcriptum hunc librum antequam *Auguſti* cognomen ei decerneretur, *Boſius.* Leid. & Voſſ. C. *Divi filii.* Cum Boſio facit Cl. Graevius.

1 *Elegantia vitae*] Sup. c. 13. ſ. *Elegans; non magnificus; ſplendidus; non ſumtuoſus.* Deinde *humiliores* legit ſcript cod. & vulgati. *Schottus.* Sed alterum poſcunt, quae proxime praecedunt, *dignitate pari. Boſius.* Male pro *alia* in edit. Hack. legitur *ulla* pro *quia* Voſſ. C, *quae.* Pro *humiliore* Leid. & Voſſ. A. C. *humiliores.*

2 *Ceteros principes civitatis*] Pompejum opinor, M. Antonium, Ci-

cero-

tis, dignitate pari, fortuna humiliore. [1] Tanta enim proſperitas Caeſarem eum eſt conſecuta, ut nihil ei non

ceronem, &c. *Boſius.*

1 *Tanta proſperitas Caeſarem*] Quorſum de Caeſaris felicitate in Vita Attici? Non ignoro in Caeſarum inaugurationibus jam inde ab exceſſu Trajani optimi Principis acclamari ſolitum; *Sis fortior Caeſare, felicior Auguſto, melior Trajano.* Verum priſcam lectionem facere non poſſum, quin laudem: *Tanta enim proſperitas Caeſarum eum eſt conſecuta.* Quam lectionem confirmat & Giſanii M. ſ. ut ad Atticum pertineat, quem ſingularis Principum favor eſt proſecutus, ut nemini eſſet aequalium inferior, ſed magis beatus. *Schottus.* Mihi, ut quod res eſt, dicam, valde abſurdum videtur, dicere: *Tanta proſperitas Caeſarum conſecuta eſt eum*, pro: tanto Caeſarum favore floruit &c. Sed inde tamen crederem locum ita legendum: *Tanta enim proſperitas eum conſecuta eſt.* De *Attico* loquitur; quod vel ex eo clarum, cum ſequitur, *quod civis Romanus quivit conſequi*, Pronomen *eum*, interpretatus eſt aliquis in margine adſcripta *Caeſaris* appellatione. inde in textum recepta, occaſionem dedit variandi numerum caſumque. Nam Caeſaris felicitas etiamſi hic inſeri potuiſſet, tamen aliis fuiſſet verbis inſerta. poterit etiam ipſe litterarum ductus in pronomine varietati lectionis, & mox conjunctioni, occaſionem dediſſe. Ita nunc ſentio ſcriboque h. l. *Boeclerus.* Suſpicor veram eſſe lectionem, *proſperitas Caeſaris in eum conſecuta eſt. Conſecuta eſt*, abſolute, pro *ſecuta eſt*, ut alibi quoque apud Nepotem. Pro *Caeſaris in eum*, fuit olim contractim, *Caeſar. in eum.* Inde factum, *Caeſarum eum.* Schefferus. Miror non animadvertiſſe interpretes, haec non ad Atticum, ſed Auguſtum, referenda eſſe. Quod vel ex eo, quod nomen illius ſtatim ſubjicit, intelligere poterant. Quid enim eo opus, ſi de eodem heic quoque loquitur. Satis erat, ſi dixiſſet; *Nata eſt ei neptis.* Nunc *Attico* natam ait, ne quis de eo loqui ſe putet, cujus *proſperitatem* modo praedicarat. At *quorſum de Caeſaris felicitate in vita Attici?* Ut explicatius traderet, quod dixerat, ceteros civitatis principes *dignitate pari, fortuna humiliore* fuiſſe. Ait igitur, nemini non parem dignitate fuiſſe, fortuna cunctis ſuperiorem. Parem, quia *nihil ei non tribuit fortuna, quod cuiquam ante detulerit.* Superiorem, quod *conciliarit ei, quod nemo adhuc civis Rom. quiverit conſequi.* Sic enim poſteriora haec e Mſſ. ſuppleri debent; ne bis idem dicat Nepos, verbis diverſis. Nam quod Schottus e ſuo cod. producit, *quam civis R. p. c.* & ad *proſperitatem* Attici refert, nauci non eſt. Lego igitur, *Caeſarem eum eſt conſecuta*: nempe Divi filium. Quoniam librarii de Attico haec acceperunt, pro *Caeſarem* reſcripſere *Caeſarum*: inde tam mira & contorta, *juxta* nata eſt. Addidit autem Nepos provocabulum, ſive famae laudiſque adſpectu & ἐμφατικῶς, quomodo 8, 4, 2. eſt *Pittacus ille*; Et mox v. 4. *idem ille populus*: ſive, ut eo Auguſtum a Julio Caeſare diſcerneret. Quamquam & ab alio adjici potuit, qui

non tribuerit fortuna, quod cuiquam ante detulerit; & conciliarit, [1] quod nemo adhuc civis Romanus
3 quivit conſequi. [2] Nata autem eſt Attico [3] neptis ex Agrippa, cui virginem filiam collocarat. Hanc Caeſar, vix anniculam, Tiberio Claudio Neroni, Druſilla nato, privigno ſuo, deſpondit: quae conjunctio neceſſitudinem eorum [4] ſanxit, familiaritatem reddidit frequentiorem.

CAP.

qui τῷ *Caeſarem* jam in *Caeſarum* corrupto, accuſativum deeſſe ratus, de ſuo ſupplerit. Sicuti contra ea, ſi a Nepote eſt, ab aliis tanquam ſuperflua omitti, aut ab ultima vocis *Caeſarem* abſorberi potuit. Utcunque ſit, *Caeſarem* legendum, ac de eo hanc periodum accipiendam, non dubito. *Boſius.* Leid. m. *Caeſarem eum*: Voſſ. C. *Caeſarum cauſſa*, qui pro *conſecuta*, *ſecutus.*

1 *Quod nemo adhuc civis R. quivit conſ.*] Non potui contemnere hanc optimorum libb. Gif. & Leid. lectionem: praeſertim cum valde frigidum & Nepote indignum ſit, quod adhuc omnes editiones occupaverat, *quod civis R. p. c.* Schotti liber, *quam civis R. p. c.* ut ad eandem, inquit ille, *proſperitatem* referatur. Ego nullum inde ſenſum exſculpere poſſum, niſi addas in praecedentibus, *& plus conciliarit*; aut pro *quam*, legas *quantum*. Sed utrumque aeque ineptum fuerit. *Boſius.* Leid. m. pro *quod*, *quam*.

2 *Nata eſt autem Attico*] Hoc ordine ſer. cod. & *collocarat* uterque ſcriptus, & in Claudio *Tiberii* praenomen afuit. *Schottus.* Antea editi, *Nata autem eſt*, &c. *collocavit.* Boſius. Omnes mei *collocarat.*

3 *Neptis ex Agrippa*] Suetonius in Tiberio cap. 7. *Agrippinam M. Agrippa genitam, neptem Pomponii Attici, ad quem ſunt Ciceronis epiſtolae, duxit uxorem, ſublatoque ex ea filio Druſo, &c.* & Octavio capite 65. *Schottus.* Pro *anniculam* Voſſ. C *amiclam*, cui *Tiberio* abeſt. Pro *Druſilla* Voſſ. A. C. *Druſilia.*

4 *Sanxit*] *Lambinus* leg. putabat, *auxit*: Ernſtius e Medic. codice, *ſic auxit, ut familiarit. eor. redderit clariorem.* Verum nihil mutandum eſt. Senſus Nepotis ille: adfinitate iſta veluti lege & jure, ac religione quadam inter eos contractam neceſſitudinem, & veluti ſanctam effectam: cum antea libere, & fere ſine ulla copula amicitiam colerent. Plus autem eſt *neceſſitudo*, quam *amicitia* aut *familiaritas.* Scriptura Medic. codicis ex ignorantia nata eſt elegantiſſimi loquendi modi. Fors tamen Nepos ſcripſit, *&c. familiar. n. fr.* Boſius. Voſſ. A. *ſanſit.*

5 *Ab urbe abeſſet*] Mſ. Schotti: *ad urbe eſſet*: Reciperem; ſi meliores codd. concinerent. nam ſic fere 12, 3, 4. *tantum ſe ab invidia futuros.* Tacitus 2, 16, 3. *a contumelia, quam a laude, propius fuerit.* Nunc nihil muto. *Boſius.* Unus Voſſ. C *quia ab urbe eſſet.* pro *Litteras* Voſſ. C. *litteris.*

6 *Quid Attico mitteret*] I. e. ſcribere.

CAP. XX.

Quamvis ante haec ſponſalia non ſolum, quum [5] ab urbe abeſſet, nunquam ad ſuorum quenquam literas miſit, [6] quin Attico mitteret, [7] quid ageret, inprimis quid legeret, quibusque in locis, & quamdiu eſſet moraturus: ſed etiam quum eſſet in urbe, & propter ſuas infinitas occupationes minus ſaepe quam vellet Attico frueretur, [8] nullus dies tamen temere interceſſit, quo non ad eum ſcriberet: [9] quum modo ali-

1 (right margin, beside the line "Quamvis ante haec ſponſalia…")

2 (right margin, beside the line "diu eſſet moraturus…")

beret. per literas certiorem faceret. Vide praeter Boſii indicem de hac Elliptica locutione Cl. Graevium ad Juſtinum lib. 5. cap. 3. n. 7. & Cort. ad Ciceron. lib. 2. ad Fam. Ep. 8. quomodo *mittere* pro legatos mittere vidimus ad Themiſtocl. cap. 2. Adde Cel. Burm. ad Ovid lib. 1. Amor. El. 13. vſ. 19. & ad lib. 2. El. 2. vſ. 5. item Cort. ad Salluſt. Catil. 32, 3, & *comparare* pro bellum, exercitum comparare ad Thraſyb. cap. 2. n. 2. Pro *quin* Leid. *cum.*

7 *Quid ageret, inpr. quid leg*] V. C. ſic interpungit, *quid ageret inprimis: quid legeret.* Schottus. Sic & ed. Rom. Sed τὸ *inprimis* magis congruit ad ſequentia. Mox alii, *ſed & cum in u. e.* Mutavit fide ſui codicis *Schottus.* Deinde, Mſ. Giſ. *propter infin. ſuas occup.* Quae varietas facit, ut τὸ *ſuas* intruſum ſuſpicer. *Boſius.* Pro *ſed &* Leid. & Voſſ. A. C. *ſed etiam.*

8 *Nullus dies tamen temere*] Sic editi. Mſ. vero, *Nulla dies tamen interceſſit.* Schottus. Ed. Rom. & Grut. *nullus dies tem. int.* Nempe ob ſimilitudinem nunc vox poſterior a priore, nunc haec ab illa abſorpta eſt. *Boſius.* Pro *interceſſit* Leid. m. & Voſſ. A. *Nullus dies tamen temere interceſſerit.* Voſſ. C. *nullus dies tamen interceſſerit.*

9 *Quum modo aliquid*] *Dion. Lambinus* pro *quo aliquid,* [ut eſt in ed. Col. Grut. aliisque] *modo aliquid* reponebat. Non damno interim priſcam ſcripturam: *quo non aliquid de antiq. ab eo requireret, modo aliquam ei quaeſtionem poeticam proponeret.* Schottus. *Quo non aliquid,* eſt etiam in Rom. Mihi optima viſa ſcriptura codicis Leid. eoque in textum recepi. Scilicet nunc incipit ſpeciatim exponere, de quibus rebus Caeſar ad Atticum ſcripſerit. Neque veriſimile eſt, cotidie aliquid de antiquitate ab eo requiſiviſſe. Scriptum fuit, *quū mō*, indeque natum illud *quo non*; vel e praecedd. repetitum eſt. *Boſius.* Verbum *proponeret* in hac re proprium eſt, pro quo etiam ſimplex verbum *ponere* adhibetur. Vide Interpretes ad Phaedrum lib. 3. fab. 14. v. 8. *Nec quaeſtionis poſitae cauſſam intelligit.* & Davieſium ad Ciceron. de Fato cap. 2. ubi tamen nihil mutandum cenſeo cum Tiberio Wopkens lib. 3. Lect. Tull. cap. 11. p. 297. Cur vero, ſi codicem Baliolenſem pro *contra propoſitum,*

aliquid [1] de antiquitate ab eo requireret: modo aliquam ei quaeſtionem poëticam proponeret: interdum jocans ejus [2] verboſiores eliceret epiſtolas.
3 Ex quo accidit, [3] quum aedes Jovis Feretrii, in Capitolio ab Romulo conſtituta, vetuſtate atque incuria detecta prolaberetur, ut Attici admonitu, Caeſar
4 eam reficiendam curaret. Neque vero ab M. Antonio minus abſens litteris colebatur: adeo, ut accurate ille [4] ex ultimis terris, [5] quid ageret, quid curae ſibi

tum, contra poſitam exhibentem defendere voluerit Daviſius, non legendum conjecit *contra rem poſitam*. Haud diſſimili ſignificatione dixit Noſter in Pelopida cap. 3. §. 1. *Etſi ſejunctum ab re poſita eſt.* Pro *poeticam* Voſſ. C. *petitam*.

1 *De antiquitate*] Id eſt, vel ex antiquitate, ut ſaepe haec praepoſitio ponitur; vel de antiquitate rei cujusdam vel moris Romani. Sed prius malim, atque putarim hoc feciſſe Auguſtum conſilii auxiliique cauſſa; ſi quae res dubia incidiſſet. Multa enim tribuit antiquitati Auguſtus, & citius faciliusque probari exiſtimabat, quae vetuſtatis exemplo probarentur, quod clarum ex *Suetonio cap.* 89. Similiter Severus Imperator litteratos, & maxime hiſtoriarum peritos, ſi quae res incidiſſet dubia, conſuluit, ut ſimilibus exemplis ex antiquitate inſtitueretur, de quo *Lampridius in ejus vita*. Boſius.

2 *Verboſiores eliceret epiſt.*] Ut Cicero quoque ab Attico, *lib.* 16. *epiſt.* 11. Schottus.

3 *Quum aedes Jovis Feretrii*] Admiſſis ad moenia hoſtibus, atrox in ipſo aditu pugna, adeo ut Romulus Jovem oraret, ut foedam ſuorum fugam ſiſteret. Hinc templum & ſtator Juppiter Feretrius dictus, quod pacem ferat. Flor. lib. 1. cap. 1. Vid. etiam Liv. lib. 1. Sextus Aurelius Victor cap. 1. *de Viris Illuſtr.* Meſſal. Corvin. *lib. de Auguſt. prog.* & alii. *Ernſtius*. Scripta lectio: *Cum aedis Jovis Fer. in cap. ab Rom. conſtituta vet. atque incuria tecta prolaberentur.* Quam ita probo, ut vulgatam non rejiciam. Amplius tamen eſt, collapſis tantum tectis, non integro aedificio vitium faciente, Attici ſuaſu a Caeſare templum Jovis ſartum tectum inſtauratum: quod in hoc, quam illo, neceſſitas reficiendi major incumbat. *Schottus*. Mihi recepta verior videtur: etſi altera meretur amplius expendi. Adi Ind. v. *detegi*. Boſius. Pro *admonitu* Voſſ. A. *ammonitu*. Voſſ. C. ita habet *Vetuſtate, atque incuria tecta prolaberentur, ut Attici monitu* &c. Pro *a M.* Leid. m. *ab M.* pro *vero a M. Antonio* Voſſ. C. *vobat M. Antonius*. pro *colebatur* Leid. m. *celebratur*.

4 *Ex ultimis terris*] Ex Aegypto. Vetuſtus cod. *exul tum iis terris* praefert. & ſupra *ab M. Antonio*: quae utraque olim *Lambinus* repraeſentavit, accepta, ni fallor, a *Pet. Pithoeo*, I. C. inſigni. Quidam etiam

Ita,

ſibi haberet, certiorem faceret Atticum. Hoc quale 5
ſit, facilius exiſtimabit is, qui judicare poterit, quantae ſit ſapientiae, eorum retinere uſum benevolentiamque, inter quos maximarum rerum non ſolum aemulatio, ſed obtrectatio tanta intercedebat, quantam fuit [6] incidere neceſſe inter Caeſarem atque Antonium, quum ſe uterque principem non ſolum urbis Romanae, ſed orbis terrarum eſſe cuperet.

Cap.

libri, *exſul cum litteris.* Supra: [c. 9, 2.] *Hoſtis Antonius judicatus, Italia ceſſerat: ſpes reſtituendi nulla erat.* Schottus. In Veterib. libris Mſſ. & editis quibusdam eſt *ex ultimis terris.* Sic Salluſt. Catil. ait *Cn. Pompejus in extremis terris bellum gerebat.* Schotto poſt Manutium ſignificat ex Aegypto. Comment. autem in *Epiſt.* 9. *lib.* 1. *Cic* aliter explicat. *Ernſtius.* Ed. Rom. *exul cum litteris.* Colon. Lamb. & complures aliae, *exul tum his terris*: quod non ſatis elegans mihi videtur, ac vix ita ſcripſerit Nepos. Ut nos, edidere Gothofr. Gruterus, alii: repperitque ſic & *Ernſtius* in Mſſ. codicibus: qui & *Salluſtii* loco firmat. Cicero in Verrem 5, 57. *Illa vox*, CIVIS ROMANUS SUM, *ſaepe multis, in ultimis terris, opem inter barbaros, & ſalutem tulit.* cap. 60. *qui usque ex ultima Syria atque Aegypto navigarent.* Boſius. Recte Schottus Cic. 1. ad Fam. 9. *Recordare enim quibus laudationem ex ultimis terris miſeris*, hoc eſt, ex Cicilia. *Graevius.* Leid. m. & Voſſ. A. *Exul cum litteris* Voſſ. C. *exul tum his terris.* quam lectionem videtur praeferre Clar. Munkerus ad Hygin. fab. 26. ſed Schotti, Boſii, Graevii, ac Broukhuſii ad Prop. 2, 13, 40, ab Hoogſtratano jam citati, ſententiam amplector; conſule etiam Cl. Arntzenium ad Victorem Epitom. cap. 43. n. 1. & Cortium ad Salluſt Catil. cap. 16. n. 5.

5 *Quid ageret, quid*] Sic eaedem membranae: *quid ageret, curae ſibi haberet certiorem facere Atticum*, diverſo longe ſenſu. *Schottus.* Sed praefero vulgatam. *Boſius.* Voſſ. C. *Quid ageret curae ſ. h.*

6 *Incidere*] Sic ed. Rom. Col. Lamb. & quae hanc ſequutae. At Grut. & alii, *intercedere*, Fortaſſe neutrum ab autore noſtro eſt. Poteſt certe poſterius e proximo ſubaudiri; uti c. 8, 2. *uteretur*; & c. 33, 2. *commutare.* Statim *Lambinus* & *Schottus* mallent, *urbis Romae*: quomodo & Gruterus edidit. Non opus. Sic & alii loquuntur, adi Ind. v. *urbs.* In Mſ. Schotti, ac forſan & aliis, τὸ *Romae* a compendio ſcripturae oriri potuit. *Boſius.* Omnes mei *quantam f. incidere n.* Leid. m. & Voſſ. A. C. *urbis Romae.* ſed utrumque recte dicitur. Vide Clar. J. Arntzenium ad S. A. Victorem de Viris Ill. cap. 6. n. 8.

1 *Septem & ſeptuaginta*] Qui eſt annus *Climactericus* hebdomadicus magnus, ducto ſeptenario in undecim. Nam *climactericis* viros praeſtantiſſimos exſtinctos, veteres memoriae monumentaque declarant.

In

CAP. XXI.

1 Tali modo quum [1] ſeptem & ſeptuaginta annos compleſſet, atque ad extremam ſenectutem non minus dignitate, quam gratia fortunaque, creviſſet: (multas enim hereditates nulla alia re quam [2] bonitate eſt conſecutus:) tantaque proſperitate uſus eſſet valetudinis, ut annos triginta [3] medicina non indigu-

In veteri tamen cod. *ſeptem & ſexaginta* duntaxat repperi; nato, ut fit, errore ex ſingularibus numerorum notis additis, omiſſisve. Supra *anno ſexto & ſexageſimo* matrem nonagenariam extulit: & bellum Caeſarianum exortum Nepos ait aetatis Attici *ſexageſimo*. qui eſt U. C. ıɔccıv. Deceſſiſſe vero CN. Domitio L. F. CN. N. Aënobarbo, C. Soſio C. F. T. N. Coſſ. qui eſt annus ıɔccxxı. poſt Ro. condit: Natus itaque Atticus anno DCXLIIII. triennio ante M. Tullium, cui & XI. annis ſuperſtes fuit. *Schottus*. Voſſ. C. etiam *ſeptem & ſexaginta*.

2 *Bonitate eſt conſec.*] Abeſt verbum ſubſtantivum ab edd. vett. moxque habent, *uſus eſt*. Nempe putarunt haec omnia una parentheſi concludi, quod ſecus eſt. Eaedem edd. & Grut. Gebh. Keuch. *annis triginta*: quod neſcio cur mutarint alii. *Boſius*. A meis abeſt quoque. mox pro *tantaque* Leid. *nunquam*. pro *eſſet val.* Voſſ. A. & C. *eſt val.* & pro *annos*, iidem *annis*.

3 *Medicina non indiguiſſet*] Atqui ſemel atque iterum de imbecillitate Attici queritur Tullius in *epiſtolis* ad eum, praeſertim *lib.* 6. annis ante obitum illius XIV. ſcripto; ac ſerius adhuc *lib.* 7, 2. & *lib.* 10, 12. 13. Conjiciebat igitur, in *Analyſi vitae Attici*, ante nos annos XIX. in ill. Lipſienſi propoſita, *theſi* 34. *Jo. Schilterus*, hodie Sereniſſimo Duci Bernhardo a conſiliis aulicis, & JCtus ac Philologus ἐν τοῖς τυχόντων, nobis non magis ſanguine, quam adfectu & amicitia conjunctus, Nepotem ita intelligi ſe velle, Atticum intra XXX. annos nunquam tam acuto decubuiſſe morbo, ut ſingulari Medicorum opera eum uti oportuerit. Cui conjecturae plane acquieſco. Solebant enim priſci Romani ſaepe ſola abſtinentia, aut medicina domeſtica, mederi morbis. Qua de re quaedam habes apud Medicorum hujus aetatis principem, *Guern. Rolfincium*, collegam ac patronum inprimis mihi venerandum, *lib.* 14. *Medicinae ſpecialis commentar.* ὡς ἐν γένει, *ſect.* 1. *cap.* 6. Sane Tiberius Caeſar *eludebat eos, qui poſt triceſimum aetatis annum ad internoſcenda corpori ſuo utilia vel noxia alieni conſilii indigerent*: ut eſt apud *Tacitum* 6, 46, 6. ubi *Lipſium* vide. *Boſius*.

4 *Teneſmon*] *Tenaſmon*, ſcript. codex, [& edd. Rom. ac Col.] ſed Latinis characteribus; alii *teneſmon*; ut & Giſanii cod. Manutius *Tenaſμὸν*, vel *Teneſμὸν*, ἀπὸ τοῦ τείνειν leg. arbitrabatur. Eſt autem *Tenaſmus*, vel *Teneſmus* Corn. Celſo libro

guiſſet: nactus eſt morbum, quem initio & ipſe & 2
medici contemſerunt. nam putarunt eſſe [4] teneſmon:
cui [5] remedia celeria faciliaque proponebantur. In 3
hoc quum tres menſes ſine ullis doloribus, praeter-
quam quos ex curatione capiebat, conſumſiſſet: ſub-
ito tanta vis morbi [6] in unum inteſtinum prorupit,
ut extremo tempore per lumbos [7] fiſtula putris eru-
perit.

bro 4, 18. Graece Τεινεσμὸς, [ſeu potius τεινεσμὸς, vel τεινασμὸς, vide *Rhodium* ad *Scribonii* locum mox laudandum.] cum frequens, ſed irrita, deſidendi deiiciendique cupiditas eſt, cum inflammatione ac tumore ſedis, mucoſa & ſanguinolenta quaedam egerentis. Plinius 28, 14. *ſuillum lac utiliſſimum Teneſmo*: & alibi ſaepe. Et Scribonius Largus capite 142. *Teneſmo eſt irritatio ultimae partis directi inteſtini, in quo ſaepius libet deſurgere ſine cauſſa.* *Deſurgere* autem, pro ire in ſeceſſum ad exonerandum alvum, ut ex Gloſſario veteri explicat doctiſſ. *Turnebus Adverſar.* 17, 17. Schottus. Crebram & inanem voluntatem egerendi. Plin. lib. 28. *Hiſt. Nat. cap.* 14. Eadem explicatio legitur apud Hippocratem *lib.* 2. *Epidem. Sect.* 2. Dyſenteriae adfine eſſe vitium, eamque ſaepe praecedere, & in eo pauca cruenta & mucoſa; cum magna tenſione egeri ſcribit Galen. *comment. ad aphor.* 27. *lib.* 7. Apud Nicandr. Schol. hunc morbum ſuo tempore Βιασμὸν dictum ſcrib. in Alexiph. v. 182. Apud utrumque legitur Τεινεσμὸς. Manutius ſcribit Τεινασμὸς. Jo. Valder. Τεινεσμὸς. Boſius Τεινασμὸς Giphan. Lambin. & J. Savaro *Teneſmus*. Beurerus vero *Tenaſmon* Latinis literis. Manutius ſubſequentibus verbis ſine ullis doloribus probat Τεινεσμὸν non fuiſſe, idque actoritate Cornelii Celſi. *Ernſtius*. Omnes mei *Tenaſmon*.

5 *Remedia celeria faciliaque*] Cujuſmodi fere ſunt, quae recenſent *Celſus* & *Scribonius locis modo laudatis*: *Plinius lib* 20. 6, 9, 12, 17, 21: *lib.* 27, 8: *lib.* 28, 9, 14: *lib.* 30, 7: 32, 6, 9: 33, 6: 34, 18. *Paullus Aegineta* 3, 41: *Alexander Trallianus* 8, 6: *Plinius Valerianus* 2, 24: *Coelius Aurelianus tard.* 4, 6. qui & morbi naturam cauſſasque exponunt. *Boſius*.

6 *In unum inteſtinum*] Corrigebat *Barthius*: *in imum inteſtinum*: credo, quod eam teneſmi ſedem eſſe norat. Et ſane inſolitum non eſt, has voces permutari invicem a librariis. Sic apud *Macrobium in Somn. Scip.* 1, 20. tribus locis *una* vulgo legebatur, pro *ima*, uti recte *Pontanus* emendavit. Sed heic nulla mutatione opus. *Unum inteſtinum* idem eſt, ac ſolum; ut, ſaepe apud Noſtrum. adi Indicem. *Boſius*.

7 *Fiſtula putris eruperit. Atque antea &c.*] Gif. cod. *fiſtulae puris eruperit.* Totus hic locus ſic in noſtris membranis legitur: *fiſtulae puris erumperet.* (& ſpatio quod verſus dirimit, *fiſtulae poris erumperent*, alii *fiſtulae pus erumperet*, alii *fiſtulae putres*

4 perit. [1] Atque hoc priuſquam ei accideret, poſtquam in dies dolores accreſcere, [2] febremque acceſſiſſe ſenſit; Agrippam generum ad ſe [3] arceſſiri juſſit & cum eo L. Cornelium Balbum, Sextumque [4] Peducaeum hos

tres eruperint) *atque hoc priusquam ei accideret poſtquam in dies dolores accreſcere.* Reliqua abſunt, *antea quidem morbi diuturnitatem moleſte ferebat*, & vero a gloſſa huc intruſa ſemper ſuſpicatus ſum, idemque etiam *Jacobo Suſio*, viro doctiſſimo, placere audio: & *Lambinum* recte omiſiſſe video: pugnant enim cum iis, quae non longo intervallo antecedunt: *Cum tres menſes, ſine ullis doloribus, praeterquam quos ex curatione capiebat, conſumpſiſſet.* Schottus. Ed. Rom. Col. *fiſtulae putris eruperit.* Giſanius & Savaro, &, e tribus, ut ait, optimae notae manuſcriptis, Schoppius de arte Critica, pag. 63. *fiſtula puris*, Barthio & Loccenio probantibus. *Rigaltius ad Artemidorum pag.* 21. laudat: *fiſtulae puris erumperent.* Simpliciſſima, eoque mihi veriſſima eſt ſcriptura Medicaei codicis, *pus erumperet.* Quomodo Celſus 6, 18, 2. *ſi pus ex iis* (ulceribus ſcil.) *profluit.* Et paullo poſt: *ſi pus coepit profluere.* Et lib. 5, 28, 8. *ubi adapertus eſt* (furunculus) *& exiit pus.* Ac dubito, an fiſtula ipſa, quae ulceris ſpecies eſt, recte dicatur *erumpere. Naſci* potius & *oriri*, & *aperiri* dicitur. Adſcripſerat autem, ut videtur, aliquis in ora, *fiſtulae* vocem: quae textui intruſa, tot diſcrepantibus lectionibus occaſionem praebuit, cum alii aliter *puris* vocabulum, ut ei reſponderet, transformarent. *Boſius.* Leid. m. *fiſtule puris eruperit.* Voſſ. A. *fiſtulae puris erumperent* Voſſ. C. *fiſtula puris erumperet.*

1 *Atque hoc priusq. ei accideret*] Sic Mſſ. & edd. Rom. Col. ac reliquae pleraeque. Sed Gruter. & quaedam aliae, nonnulla inſerunt, hoc modo: *Atque antea quidem morbi diuturnitatem moleſte ferebat, priusquam hoc ei accideret*: (vel, *accederet*:) *poſtquam vero in dies* &c. Quae unde deſumta ſint; dicere non poſſum. *Schottus* ſuſpicabatur intruſa a gloſſa, quod repugnent praecedentibus. Hoc voluit, opinor; non potuiſſe Atticum *morbi diuturnitatem moleſte ferre, quia ſine ullis doloribus* fuerat. Verum agnoſcit ipſe Nepos *dolores*, etſi non alios, quam *quos ex curatione capiebat.* Et potuere alii ſupervenire, cum jam *vis morbi in unum inteſtinum proruperat*, ante tamen quam *per lumbos pus erumperet*: quod extremo demum *tempore* factum Nepos ait. Jam conſilium de vita inedia finienda *quinto* ante obitum *die*, ut e *cap.* 22, 3. apparet, iniit. Vix igitur *prius, quam* id *ei accideret*, ut per lumbos pus erumperet. nam ab eo tempore dies aliquot ſupervixiſſe credibile eſt. Neque enim ſtatim atque pus erupit, mortem adfert. Immo ob hanc ipſam rem videntur *accreviſſe dolores, febreſque acceſſiſſe.* Non igitur *priusquam ei accideret.* Proinde videtur omnino aliquid deſiderari, ad quod ea verba referantur; cum ad ſequentia vix poſſint. Ac facile fieri potuit ut

hos ut veniſſe vidit, [5] in cubitum innixus: quantam, inquit, curam diligentiamque in valetudine mea tuenda hoc tempore adhibuerim, quum vos teſtes habeam, [6] nihil neceſſe eſt pluribus verbis commemo- 5

ut integer verſus excideret, aut ob illud *prius* τὸ *antea*, tanquam idem ſignificans, cum iis, quae proxime ſequebantur, omitteretur. Quoniam tamen mihi non conſtat, num ea in aliquo Mſ. codice reperta fuerint, nil definire auſim. Praeſertim cum adjici potuerint ab aliquo, qui illa, *hoc priusquam ei accideret*, de univerſis, quae antecedunt, acceperit, cum fortaſſe de *extremo* tantum *tempore* deberet. Ceterum quod in ed. Rom. & poſtrema Boecleri legitur, *accederet*, mendum puto ſive typographi, ſive librarii: nam idem verbum paullo poſt ſequitur. *Boſius.* Omnes mei *accideret.*

2 *Febremque*] Ed. Rom. & Grut. *febresque.* quomodo Ovidius 1. de Ponto 11, 5.

Nec dolor ullus adeſt, nec febribus uror anhelis.

Et paſſim *Cyprianus*, *Tertullianus*, *Lactantius*, ejus aevi alii. *Boſius.* Leid. m. *febresque.*

3 *Arceſſi*] Quaedam exempla habent, *arceſſiri*: unde legendum ſuſpicor, *arciri. arcire* autem dicebant veteres, pro *accire*, ſeu *adcire*; r. pro *d.* quod & alii notarunt, & nos quoedam alio loco admonuimus. *Lambinus.* *Accerſi*, in utroque ſcriptum vidi. Quare neſcio, cur totiens Lambinus *Accerſere* Latinam eſſe vocem neget tam confidenter, & tantum *Arceſſere* in utraque notione, & appellandi, & accuſandi, (Latinae linguae per ſe ſatis inopis, & anguſtae terminos coartans) dici jubeat, contra omnem antiquitatem. *Schottus.* Adde *Pareum Lexico Critico*, & *Buchnerum ad Fabrum, in v. cieo.* Ed. Rom. & Col. habent, *accerſiri.* quod ex *accerſi* (ſic enim Nepotem puto ſcripſiſſe) corruptum videtur. Grutero, Gebhardo, Keuchenio placuit τὸ *arceſſiri.* Boſius. Leid. m. *arceſſiri.* Voſſ. A. *arceſſi.* Voſſ. C. *accerſi.* Sed *arceſſiri* legendum ſtatuerunt Cl. Curtius ad Sall. Jugurth. cap. 62. n. 4. & Oudendorpius ad Frontinum lib. 2. Strat. c. 7. n. 12.

4 *Peducaeum*] De *Sex. Peducaeo* Attici familiari, vide *Ciceronem epiſt.* 1. *lib.* 10. Schottus.

5 *In cubitum innixus*] Non dubitavi veram eſſe hanc librorum Giſ. Schotti, ac Medic. 2. & ed. Rom. lectionem, etiam *Gebhardo* & *Keuchenio* probatam. Abſorpſit in aliis praepoſitionem ultima proximae vocis littera; Inde vulgatum illud *nixus.* Sic autem & *Cicero* loquitur. vide Indicem. *Boſius.* De hoc more loqui incipientium conſule Paſſeratium ad Propertium 1, 3, 34.

Sic ait in molli fixa toro cubitum.

Ubi praeter Paſſeratium & Heinſium etiam Graevius in Epiſt. 139. ad N. Heinſ. legit *nixa toro cubitum.* Hic omnes mei *in cubitum innixus.*

6 *Nihil neceſſe eſt*] Sic Mſſ. Giſ. Savar. Schotti, & uterque Mediceus: nec aliter edidere *Gebhardus* & *Keuchenius.* Reliqui, *nihil opus eſt.* Forſan neutrum a Nepo-

te

morare. quibus quoniam, ut ſpero, ſatisfeci, [1] me nihil reliqui feciſſe, quod ad ſanandum me pertineret, reliquum eſt, ut egomet mihi conſulam. Id
6 vos ignorare nolui. [2] Nam mihi ſtat, alere morbum deſinere. namque his diebus [3] quidquid cibi ſumſi, ita produxi vitam, ut auxerim dolores ſine ſpe ſalutis. Quare

te eſt. Sane Plautus ad hunc modum Captiv. 2, 2, 94. *Nihil eſt, ignotum ad eum mittere: Operam luſeris.* *Nihil eſt*, id eſt, nil attinet, non eſt operae precium, non eſt opus. *Boſius.* Pro *vos teſtes* Voſſ. A. C. *nos teſtes.* & Voſſ. A. C. *neceſſe eſt.* ſed Leid. omittit verbum ſubſtantivum.

1 *Me nihil reliqui feciſſe*] Haec lectio eſt Mſ. Leid. & edd. Rom. Gothofr. Grut. Gebh. Keuch. ſed Col. Lamb. Schotti, & nuperae pleraeque. *nihil reliqui feci*; an librorum vett. auctoritate, *Schottus* neſcire ſe ait: qui haud dubie in ſcriptis ſuis alteram repperit. quae mutari non debet. *Satisfacere*, eſt excuſare, pacare: quo ſenſu Itali dicunt: *Io ſon ſodisfatto*, i. e. acquieſco, contentus ſum. Niſi totum illud, una cum illis *nihil quod ad ſanandum me pertineret*, a mala manu eſt: quod valde vereor. Praeceſſit enim proxime, *ſatisfeci*; ſequiturque ſtatim, *reliquum eſt.* Et jam dixerat, *magnam ſe diligentiam in valetudine ſua tuenda adhibuiſſe.* Boſius. Leid & tres Voſſiani *me nihil reliqui feciſſe.* *Nihil reliqui* eſt Ciceroniana locutio. Vide Graevium ad Ciceron. lib. 4. ad Attic. Ep. 6. pro *ut egomet.* Leid, *& egomet.* ſicut cap. 22. pra *ut non ex vita.* *& non ex vita.*

2 *Nam mihi ſtat alere morbum deſinere*] Veteres Philoſophi, Diogenes Cynicus; aliique praeſertim Stoici αὐτοχειρίαν magni ſemper fecerunt, diſcipulosque ſuos in aſſenſum violenti hujus conſilii traduxerunt, inter quos Seneca facile principem locum obtinet, *Epiſt.* LVIII. LXX. LXXVII. & paſſim in ſuis libris. Et Epictetus apud Arianum *lib.* I. *cap.* XXIV. Docent id quoque exempla tum illa, quae a Seneca laudantur, tum quae heic ſequuntur. Nempe Democriti, de quo haec legimus apud Athenaeum lib. II. Dipnoſ. cap. III. *Fama eſt*, inquit, *Democritum ipſum Abderitem fuiſſe ob ſenectutem pene furioſum, atque, cum vitae pertaeſus eſſet, ſubtrahere ſibi nutrimentum ſingulis diebus conſuevilla. Sed cum dies Cerealium ſacrorum eſſet propinquus, rogantibus mulieribus ne moreretur per id tempus, ut ſacra celebrare poſſent, paruit, & ſibi vas melle plenum adferri juſſit. Inde ferunt hunc virum multos dies vixiſſe, cum ſolo melle veſceretur, atque deficiente melle, poſt hos dies mortuum fuiſſe.* Eodem modo Iſocrates, autore Plutarcho, obiit voluntaria nece, per quatriduanam inediam, recitatis prius trium Euripidis fabularum primis verſibus. Alii tamen dicunt, e vita eum exceſſiſſe, cum novem dies cibo abſtinuiſſet. Plura de voluntaria morte vide apud Cl. virum Carolum Annibalem Fabrotum amicum noſtrum cariſſimum *Exercitat.* V. Elbertum Leo-

Quare a vobis peto primum, ut conſilium probetis meum: deinde, ne fruſtra dehortando 4 conemini.

Cap. XXII.

Hac oratione habita, tanta conſtantia vocis atque 1
vultus, ut non ex vita, ſed ex domo in domum videretur migrare, quum quidem Agrippa eum flens, atque 5 oſculans, oraret atque obſecraret, 6 ne ad id, quod

Leoninum *lib.* IV. *Emendat. cap.* V. *conon.* 8. *cum ſeqq.* Et Caſaubonum *comm. ad Sueton pag.* 134. 15. Ubi viri graviſſimi pie docent, illicitum hunc eſſe vitae exitum, & non tantum cum lege divina, ſed ipſa etiam recta ratione pugnare. Adde ſup. a nobis dicta ad *vit. Timoleont. cap.* 1, 6. Ernſtius.

5 *Quidquid cibi*] *Potioniſque* addit m. ſ. Ceterum *Producere vitam* quid ſit, explicatum a me exempliſque illuſtratum memini *libro* 1: *obſervationum per ſaturam.* Schottus. Statim Mſſ. Leid. & q. edd. addita una voce *dehortando impedire conemini.* Non dubito, aeque ac *τὸ potioniſque*, a gloſſa eſſe. *Boſius.* Voſſ. A. & C. addunt etiam *potioniſque.*

4 *Conemini*] Conari abſolute dictum ad res pertinet magnas, quaeque non facile expediri poſſunt. Pene eſt, ait Barthius, ut fabrilia tractare eos jubeam, qui vocem aliam intendentes, deturparunt, qnod non intellexerunt. *lib.* 29. *Adverſar. cap.* 15. Ernſtius.

5 *Oſculans*] Apage hinc oſcula, ait Schoppius *lib.* 3. *Veriſimil. cap.* 8. non enim aegro, cuique mori certum eſt, competunt. Sanior vetus codex: *flens atque obſecrans oraretne* ſed rigido cenſori Schoppio nou venit in mentem, quod etiam M. Popilius Oppium Gallum familiariſſimum ſuum, moriens ultimo complexu & oſculo dignum judicaverit. Val. Maxim. *lib.* 7. *cap.* 8, 9. ſed in his non ſunt poſitae opes Romanae. *Ernſtius.* Ut ſolebant moribundos Romani: de quo videndus *Kirchmannus* 1. *de funer. Rom. cap.* 5. Non igitur eſt, cur cum *Schoppio* legamus, *obſecramus*, ut jam monuit *Ernſtius.* Boſius.

6 *Ne ad id, quod nat. cog.*] Τὸ *ad* delet *Lambinus* contra libros priſcos. *Schottus.* Lambinum ſequuti alii. Nos diutius exſulare paſſi non ſumus, cum etiam in excerptis Mſ. Leid. & Ed. Rom. Col. Grut. aliiſque inveniremus. Fortaſſe tamen legi debet, *id ad quod n. c.* Mox Lambinus, & poſt eum alii, *obſtinatione compreſſit.* quomodo Plautus Rudent. 5, 3, 46. *Non tacebo unquam alio pacto, niſi talento comprimor.* Et Merc. 2, 3, 6. *Mihi mala res objicitur aliqua Bonum quae meum comprimit conſilium.* Verum reliquae, quas dixi, edd. conſtanter exhibent, *depreſſit.* An fuit, *repreſſit?* quo verbo & alibi non ſemel uſus eſt. *Boſius.* Leid. & Voſſ. C. *ne ad id, quod.*

quod natura cogeret, ipſe quoque acceleraret: & quoniam tum quoque poſſet temporibus ſupereſſe, ſe ſibi ſuisque reſervaret: preces ejus taciturna ſua obſtinatione [1] depreſſit. Sic quum biduum [2] cibo ſe abſtinuiſſet, ſubito febris deceſſit, [3] leviorque morbus eſſe coepit. tamen propoſitum nihilo ſecius peregit. [4] Itaque die quinto, poſtquam id conſilium inierat, pri-

1 *Compreſſit*] In aliis libris eſt *depreſſit*. Id eſt *ſerio contempſit*. Ernſtius. Omnes mei *depreſſit*. & pro *biduo*, *biduum*.

2 *Cibo ſe abſtinuiſſet*. Mſ. Cod. noſter omittit ſe, & eodem ſenſu legit: *cibo abſtinuiſſet*. Verbum hoc & Graecorum ἀπέχομαι diverſis conſtrui caſibus, notum eſt. *Ernſtius*.

3 *Leviorque morbus*] Haec omnia usque ad *elatus eſt* omiſſa ab oſcitante ſcriba, quod, ut ſaepe accidere obſervavi, *deceſſit* bis poſita vox eſt: Et à prima ad alteram gradu facto, media omitti ſaepe ſolere, facile mihi dabunt, qui libros vett. cum recens editis aliquando compararunt. Inedia autem, & cibi abſtinentia, etiam Silium Italicum, & Marcellinum, homines doctos, exſtinctos accepimus. Et Hegeſiae liber eſt ἀποκαρτερῶν: quo vita quidam per inediam diſcedens, revocatur ab amicis. *Cicero* 1. *Tuſc.* Schottus. Adde *Ernſtium ad c.* 21, 6. Boſius. Pro *morbus* Voſſ. A. *moribus*. pro *ſecius* idem *ſecus*. in Voſſ. C. haec deſunt usque ad C. *Soſio*.

4 *Itaque die quinto*] In ſeptimum diem quosdam hoc pacto vitam produxiſſe Lucianus refert tom. 2. p. 389 Add. Hippocr. De Carnib. ſect. 3. *fine*. Ernſtius. Conſule Celeb. Burmann. ad Quinctilian. Declamatione ex novendecim majoribus duodecima cap. 8. in fine.

5 *Cn. Domitio, C. Soſio*] Cn. Domitio L. F. Cn. N. Aenobarbo, C. Soſio, C. F. T. N. Anno ab urbe condita DCCXXI. *Lambinus*. Ante Chriſtum Servatorem noſtrum natum XXX. *Ernſtius*. Pro *Cn.* Voſſ. A. *in*.

6 *In lecticula*] Adi Indicem. *Boſius*. & Laur. Pignorium de ſervis pag. m. 273.

7 *Ut ipſe praeſcripſerat*] Ita ſolebant Romani. vide *Kirchmannum de funer. Rom.* 1, 4. Boſius.

8 *Sepultus eſt juxta viam Appiam*] Quae ſepulcris nobilis teſte, *in Miloniana Tullio*, in qua & Severus conditus teſte *Lampridio*, & Galienus Imp. ut auctor *Victor* noſter. De ſepulcrorum autem viis diſerte *Joannes Kirchmannus de funeribus Rom. capite* 22. *libro* 2. & *capite* 20. cadavera extra Urbem lata, quo de & *Hieron. Magius in Dione Aemili Probi* [*ad* 10, 10, 3.] diſſeruit. *Schottus*. De illuſtribus aliquot ſepulchris in via Appia, vide *Severanum Romae ſubterraneae lib.* 3, 11. Boſius.

9 *Ad quinctum lapidem*] Nam in urbe Rom. ſepeliri nefas; & jam inde a X. Viris lege XII. vetitum; quae his verbis concepta apud *Ciceronem* eſt 2. de *legibus*: HOMINEM. MORTUUM. IN. URBE. NE. SEPELI-

pridie Kalend. Aprilis, [5] Cn. Domitio, C. Soſio Coſſ. deceſſit. Elatus eſt [6] in lecticula, [7] ut ipſe praeſcripſerat, ſine ulla pompa funeris, comitantibus omnibus bonis, maxima vulgi frequentia. [8] Sepultus eſt juxta viam Appiam, [9] ad quintum lapidem, [10] in monumento Q. Caecilii avunculi ſui.

pelito. Neve. Urito. *Credo* (inquit Cicero) *vel propter ignis periculum.* Quod & Divi Hadrianus, & Diocletianus Augg, legibus caverunt l. *Praetor ait.* D. *De Sepulc. viol.* & l *Mortuorum.* C. *De religioſ. & ſumt. funer.* qua de re docte, ut omnia, *Anton. Auguſtinus* in duodecim Tabb. libro ſingulari *de Legibus & SCtis*, quo omnium hactenus diligentiam induſtriamque ſuperavit: idemque *in Feſt. Pompejum*, dict. *Novalis.* Via autem *Salaria* & *Latina* Romae ſepulchra fieri ſolita, obſervavi ex Juvenalis Sat. 1.

—— Experiar quid concedatur in illos:
Quorum Flaminia legitur cinis atque Latina.

Et Satyr. 5.

Clivoſas veheris dum per monumenta Latinae.

Et ex Prudentio lib. 1. contra Symmachum:

Ecce deos Manes cur infitiaris haberi?
Ipſa patrum monumenta probant: DIS. MANIBUS *illic*
Marmora ſecta lego, quacunque Latina vetuſtas,
Cuſtodit mores: denſisque Salaria buſtis. Schottus.

10 *In monumento Q. Caecilii*] Cujus hereditatem crevit ex dodrante; domumque habitavit, & ſepulcrum moriens tenuit: quam & Aeternam Domum vocari in vett. inſcriptionibus, litteratisque lapidibus animadvertere licet. *Schottus.*

CORNELII NEPOTIS
FRAGMENTA,

Quae reperiri potuerunt omnia:

Olim ſummo ANDREAE SCHOTTI ſtudio collecta, ſcholiiſque illuſtrata:

Nunc recenſita, emendata, & alicubi aucta

A

JO. ANDREA BOSIO.

Cujus & breves animadverſiones Schottianis interſeruntur.

CURANTE

AUGUSTINO VAN STAVEREN.

by Google

Digitized by Google

CORNELII NEPOTIS FRAGMENTA,

Quae reperiri potuerunt omnia:

ANDREAE SCHOTTI

Studio Collecta;

Nunc paſſim emendata & alicubi aucta.

Chronicorum Lib. I.

Cap. I.

1 De Homero & Heſiodo inter omnes fere ſcriptores conſtitit, utrumque vixiſſe ante Romam con- 1

ANDR. SCHOTTUS EPISTOLA AD CORNEL. VALERIUM, FRAGMENTIS NEPOTIS PRAEFIXA.

Quis horum, dicet aliquis, Fragmentorum uſus? Nimirum navi tempeſtate amiſſa, factaque inſigni jactura, conſolationi eſſe ſolet, tabulas naufragii reliquas collegiſſe, & Neptuno maris Deo dedicaſſe: bonique conſulenda ſalſamenta, cum deficimur cibo, juxta Graecorum proverbium. Quem equidem amiſſa colligendi laborem, non ſine exemplo ſuſcepi. Nam M. Varronis togatorum doctiſſimi, M. Catonis, reliquorumque, *Vertranius Maurus*, & *Antonius Riccobonus*: M. Tullii Fragmenta, *Car. Sigonius*: eoque diligentius *And. Patricius*: C. Caeſaris, *Fulvius Urſinus*: Salluſtii Hiſtoriarum libros, *Aldus Manutius minor*: & accuratius *Lud. Carrio*, collegerunt. Virgilii vero catalecta, reliquorumque, *Jeſ. Scaliger*, Galliae ocellus: alii alia veterum deperdita contulerunt. Graecorum Poëtarum, Pcëtriarum, Oratorum, & Philoſophorum collectanea praetereo, in quibus *Hertelii*, *Urſini*, & *Stephani Duzzae* ſingularis induſtria eluceſcit. *Boſius.*

1 *De Homero*] Schottus edidit: *Vixit Homerus ante R. C. &c.* Verum ea non ſunt ipſa *Gellii*, nedum *Nepotis* verba, ſed a *Schotto* paullum immutata. Quomodo & in ſequentibus ſubinde veterum ſcriptorum *ſiorde* aliter inflexit, aut ex iis, quae praeceſſerant, ſupplevit, alicubi & de ſuo addidit, quae nuſquam apud illos reperire eſt. Quae omnia nos deinceps ſuo quodque loco indicabimus; ne quis pro Nepotinis accipiat, quae a *Schotto* inſerta aut interpolata ſunt. Et pleraque in ipſo textu ita reſtituimus, ut ipſa ſcriptorum, unde deſumta ſunt, verba, eaque ex optimis editionibus ſcriptisve codicibus correcta, repraeſentaverimus: ut hoc loco factum eſt. *Boſius.*

conditam, ut Cornelius Nepos in primo Chronicorum [1] de Homero dixit, [2] annis circiter centum & ſexaginta.

2 [3] Nepoti, & Lutatio [4] Romam placet conditam [5] Olympiadis ſeptimae anno ſecundo.

[1] Ar-

1 *De Homero*] *Poſt bellum*, inquit Agellius, lib. 17. cap. 21. *Trojanum, ut Caſſius primo Annalium de Homero, atque Heſiodo ſcriptum reliquit, annis plus centum atque* XL. (quidam libri, LX. facili notarum commutatione) *ut Cornelius Nepos in primo Chronicorum de Homero dixit, annis circiter* C. *&* LX. Quem lege & *lib.* 3. *cap.* 11. Cicero primo Tuſculana: *Cum apud Graecos antiquiſſimum e doctrinis genus ſit poetarum* (*ſiquidem Homerus fuit, & Heſiodus, ante Romam conditam, & Archilochus, regnante Romulo*) *ſerius Poeticam nos accepimus.* Legendi *Suidas* & *Lilius Gyraldus.* Schottus. De Homeri aetate plura habes in *Synagoge hiſtoriarum Scaligerana, ſub rege Joas*, & in *animadverſion. Euſebianis ad num.* 908. 965. 996. *&* 1003. *Petavium de doctrina temp.* 9, 30. *Voſſium de Poetis Graec. cap.* 2. ac praeſertim *Salmaſium in Plinianis*, & *Allatium libro de patria Homeri.* Boſius.

2 *Annis cir. centum & ſexaginta*] Sic fere omnes Latini, Apollodorum ſequuti. Graeci valde inter ſe diſcrepant. de quo poſt *Euſebium* & *Syncellum in chronicis*, ac *Synagogen Scaligeranam*, *Salmaſius in Solinum pag.* 866. prolixe. *Voſſius* multo juniorem, & Romulo, aut Numae, aequalem facit. *Boſius.*

3 *Nepoti & Lutatio*] Etiam heic Schottus ediderat: *Roma condita Olymp. ſept.* &c. Nos ipſa *Solini* verba repoſuimus. *Boſius.*

4 *Romam conditam*] *Cincio*, inquit Polyhiſtor *cap.* 1. *Romam duodecima olympiade placet conditam: Pictori, Romam Nepoti, & Lutatio, opiniones Eratoſthenis comprobantibus, Olympiadis ſeptimae anno ſecundo: Pomponio Attico, & M. Tullio, Olympiadis ſextae anno tertio.* Adeo variae ſunt, & repugnantes hiſtoricorum hac de re ſententiae: ſed *Onuphrii Panvinii*, hominis ſane diligentiſſ. ſcrinia compilare religio ſit. *Schottus.* Vide eum in *Commentar. ad* 1. *Faſtorum*, & de tempore Romae conditae plura apud principes Chronologorum, *Scaligerum lib.* 5. *de emend. temp. Petavium de doctrina tempor.* 9, 47. *& deinceps*, ac *parte* 2. *Rationarii*, 3. 2. itemque *Calviſium Iſagog. chronol. cap.* 10. *Jac. Capellum in hiſtor. ſacr. & exot. V. T. anno M.* 3246. *Wilh. Langium de annis Chriſti* 2, 11. *Reinhold Franckenbergerum Compend. chronol. lib.* 2 *ſect.* 2. *cap.* 4. *Aegid Strauchium Breviar. chronolog.* 4, 17. &, qui noviſſime id argumentum diligenter perſequutus eſt, *Riccioliam Chronolog. reform. lib.* 4. *cap.* 2. Boſius.

5 *Olympiadis ſept. anno ſecundo*] Sic & *Polybius*, antiquiſſimam Anchiſenſium tabulam ſequutus, exiſtimavit: ut e *Dionyſio Halicarn.* cognoſcimus. Atque hoc anno ineunte, Periodi vero Jul. 3963. urbem conditam, cenſet quoque, pluribusque docere conatur *Cl. Langius*

[1] Archilochum Nepos Cornelius tradit Tullo Hoſtilio Romae regnante jam tunc poëmatis clarum & nobilem. *A. Gell.* 17, 21.

M. [2] Manlius Romae, qui Gallos in obſidione Capitolii obrepentes per ardua depulerat, convictus eſt conſilium de regno occupando iniiſſe: damnatusque capitis, e ſaxo Tarpejo, ut M. Varro ait, praeceps datus eſt: ut Cornelius autem Nepos ſcriptum reliquit, verberando necatus eſt. 4

[3] Alexander Magnus Pellae oritur, ut Nepos edidit, 5

gius loco modo laudato. Etſi plerique Olymp. ſextae tertio quartove conditam cenſent. Verum res tota adhuc incerta eſt. *Boſius.*

1 *Archilochum*] Atqui *M. Tullius* Romulo regnante poëmatis floruiſſe tradit, *Tuſcul.* 1. & a Romuli exceſſu quadraginta quatuor poſt annis regnare Tullius coepit. Potuit ſane trium Regum aetati ſupereſſe; at tot annis clarum, & nobilem fuiſſe poëmatis, non facile crediderim: vide *Herodotum Clio*, & *Euſebium in Chronicis.* *Terentianus Maurus* hunc in poëtica imitatum eſſe Ariſtophanem ait:

Ariſtophanis ingens micat ſolertia,
Qui ſaepe metris multiformibus novis
Archilochum arte eſt aemulatus Muſica. Schottus.

Clemens Alex. 1. *Stromat.* Simonidi coaevum facit, aitque *jam cognitum fuiſſe poſt Olympiadem* xx. *Euſebius Chronico*, utriusque meminit ad Olympiad. xxix. ann. 2. Alii Olympiade xxiii. floruiſſe ſcribunt. Vide *Voſſ. de poet. Graec. cap.* 3. Boſius. Adde Perizonium ad Aelian. lib. 4. V. H. cap. 14. & ad lib. 10. cap. 13.

2 *Manlius*] De hoc, *Aurelius Victor de viris illuſt. cap.* 24. Quem libellum primi nos, quod praefiſcini liceat, ſuo auctori reddidimus, Cornelio Nepoti, vel Plinio Nepoti ab Italis attributum: Erratque *Catelinus Cotta* J. C. qui in Chronicis, aliter atque in Viris illuſtribus, narrare Nepotem potuiſſe affirmat: niſi pugnantia dicere fas eſt Hiſtorico. Nec enim hac rima commode dilabi Cotta poteſt: cum illa hiſtoriae lex ſit, ne quid falſi & repugnans dicat, auctore *Cicerone.* Schottus. *Marci* praenomen huic *Manlio Livius* quoque tribuit: ſed Diodorus *Aulum*, Dionyſius Halicarn. *Titum* vocat. *Boſius.*

3 *Aimander Magnus*] Obſervarunt rerum curioſi, eadem, qua natus eſt, nocte, Dianae templum, unum in ſeptem mundi miraculis, conflagraſſe Epheſi, *Cicero* 2. *de Div.* Vide *Petrum Victorium Variarum lect.* 16, 15. & *Hadr. Turneb. Adverſariorum* 27, 4. De qua templi deflagratione ejusdem *Solini* liber duorum veterum Toletanae biblioth. ſcripturam repraeſentare. Sic enim legunt, quam vulgati concinnius: *Namque Heroſtratus, ut nominis ſui memoriam fama ſceleris extenderet,*

dit, M. Fabio Ambuſto, Tito Quinctio Capitolino Coſſ. poſt Romam conditam [1] anno trecenteſimo octogeſimo quincto. *Solin. c. 40. Polyhiſt.*

6 [2] P. Terentius maxime familiariter vixit cum Scipione

deret, ſicut ipſe confeſſus eſt, incendium nobilis fabricae manu ſua ſtruxit, adipiſcendae latioris famae. Vetus, & honeſta locutio, ubi *cauſſa* vel *gratia* exaudiatur: in aliis etiam auctoribus redhibitionis jure, Graecorumque exemplo reſtituta *Priſciani* auctoritate, *lib.* 19. *Grammat.* Regnaſſe autem Alexandrum ferunt annos duodecim. Nam annos natus XX. patri Philippo ſuccedens, Macedoniae regnum ſuſcepit, ut *Plutarchus* & *Arrianus* ſcribunt, & aetatis ſecundo & triceſimo obiit, Olymp. 114. Conſules autem hi in Faſtis Capitolinis an. 399. ab U. C. non quadringenteſimo, ut qui Faſtos ſarcinarunt, *Sigonius* & *Onuphrius*, putant: quo *Livius* diſerte *C. Sulpicium Peticum* III. *M. Valerium Poplicolam* Coſſ. nominat, lib. 7. a cujus calculo receſſit *Caſſiodorus*, contra atque iidem annotarunt: quod eſt diligenter a *Mart. Antonio Delrio* civi meo, homine doctiſſ. *in Solin.* obſervatum: qui & haec de conſulib. a veteribus libris afuiſſe monuit. *Oroſius* in annum 409 poſt Rom. cond. natalem retulit, & 526. regnare coepiſſe, *lib.* 3. *cap.* 7, 16. & 20. Schottus. Repoſuimus & heic ipſa *Solini* verba. nam Schottus ediderat, *Alex. M. Pellae ortus M. Fabio &c.* Boſius.

1 *Anno trecent. octog. quinto*] Hunc numerum, ſi *Salmaſio* credimus, omnes libri Mſſ. omnes typis excuſi praeferunt: antiquiſſimi quique pleniſque omnibus litteris, alii numeralibus notis expreſſum. Delrius tamen & Graſſerus ediderunt; *trecent. nonageſimo nono*: uterque Mſſ. codd. inſtructus: quanquam in iis ita ſcriptum hoc loco ſe reperiſſe *Graſſerus* non ait: *Delrius* in ſuis totum hunc locum non haberi teſtatur. *Camers* corrigebat *anno quadringenteſimo*. Ceterum ut vulgo legitur, haud dubie in duobus illis Toletanis repperit *Schottus*. Alias enim varietatem ſcripturae adnotaſſet. Et tamen certum eſt, eo U. C. anno non modo hos, ſed nullos omnino conſules fuiſſe: rexiſſe vero urbem tribunos militares conſulari poteſtate. Quare *Delrius* opinabatur, negligenti librario errandi cauſſam fuiſſe, quod cum anni 384 ultimum tribunum, M. Fabium Ambuſtum; ſequentis anni primo, L. Quintio Capitolino conjunxiſſet; novo quodam emendandi genere, anni 385. eos conſules effeciſſet: deinde animadverſo, Ambuſti Coſ. collegam praenomen *Titi* habuiſſe, L. in T. commutatum. *Salmaſius*, etſi conjecerat leg. anno CCCLXXXXV Nepotemque ſecutum aeram *Pictoris*; mavult tamen hallucinationem *Solini* eſſe, qui & alibi pro libito finxerit paria conſulum, quae nunquam fuere. Aliam enim lectionem vix admittere conſtantem hanc in omnibus libris ſcripturam. De tempore quo ortus Alexander, plura Chronologi paullo ante laudati, & in Chronico ſuo

Digitized by Google

pione Africano, & C. Laelio, &c. quamvis Cornelius Nepos 3 omnes aequales fuiſſe tradat.

CORNELII NEPOTIS
Exemplorum Lib. II.
CAP. II.

4 A virgine Veſtale.

LIB.

ſuo *Jac. Uſſerius.* Boſius.

2 *P. Terentius*] *Schottus* edidit: *P. Terentius Scipionis Africani & C. Laelii aequalis.* Malui ego ipſa *Donati*, ſeu potius *Suetonii*, verba repraeſentare. Integer locus ſic habet: *Cum multis nobilibus familiariter vixit, ſed maxime cum Scipione Africano, & C. Laelio: quibus etiam corporis gratia conciliatus exiſtimatur. quod & ipſum Feneſtella arguit, contendens utroque majorem natu fuiſſe: quamvis & Cornelius Nepos aequales omnes fuiſſe tradat.* Ceterum neſcio cur haec *Schottus* e *Chronicis* deſumta putet, cum ea, quae *Donatus* ſequenti pagina de C. Laelio, ut opinor, ex eodem libro narrat, infra *cap.* 6, 1. inter *incerta* retulerit: neque credo Nepotem, tam multa de Terentio in Chronicis, exiguo libello, ſed potius, in *Viris illuſtribus*, aut alio quodam opere, dixiſſe. *Boſius.*

3 *Aequales omnes fuiſſe*] Quin potius utroque major natu. Terentius enim natus, ſi eidem *Donato* fides habenda, Cn. Cornelio Lentulo, P. Aelio Paeto Coſſ. anno, ni fallor, IϽLIII. poſt U. C. Mortuus vero Cn. Cornelio Dolabella, M. Fulvio Nobiliore Coſſ. anno U. C. DXCV. Scipio vero Africanus minor, natus Ap. Claudio Pulcro, M. Sempronio Tuditano Coſſ. anno IϽLXXX. poſt R. C. quo tempore Terentius ſextum decimum annum agebat. Anno vero triceſimo quinto Andriam docuit: qui eſt U. C. IϽ LXXXVIII. cum Scipio ageret undeviceſimum. Laelius vero Scipionem paullulum aetate anteibat, ut ipſe in ſui nominis dialogo Ciceroniano: *Ut prius, inquit, introieram in vitam, ſic prius exirem de vita.* Ubi tamen Terentium *familiarem ſuum* vocat Laelius; non, ut quidam falſo crediderunt, Cicero, ne majori quidem Africano aequalis, quo moriente Terentius ſedecim fere annos natus erat. *Schottus.*

4 *A virgine Veſtale*] Pro *Veſtali: quia non perſonam, ſed rem ſignificat.* Sic *Soſipater Cariſius.* Schottus. Lege, *quia non rem, ſed perſonam* (vel, *quia perſonam, non rem*) *ſignificat.* Hoc enim diſcrimen paſſim eo libro inculcat; Ablativos ſcil. hujusmodi, ſi homo ſic vocetur, in E; ſi res, in I. finire. In v. *Aedile*, pag. 96. edit. Putſchii: *Nomina quaecunque genitivo ſingulari IS finiuntur, oportet ablativo ſingulari E litera terminari. A prudente, ab homine. quod ſi adjicias aliquid, per I debet dici, A prudenti conſilio.* Et paullo poſt: *Agile, ab agili, ſi de perſona dicatur, dici debet. quod ſi rem ſignificabis, ab hoc agili dici debet.* Pag. 97. *Cereale*, abl-

LIB. V.

2 [1] Cornelius Nepos exemplorum quinto litteris mandavit, [2] multis in Senatu placuiſſe, ut ii, qui redire nollent, datis cuſtodibus ad Hannibalem deducerentur: ſed eam ſententiam numero plurium, quibus id non videretur, ſuperatam, eos tamen, qui ad Hannibalem non rediſſent, uſque adeo [3] inteſtabiles inviſosque fuiſſe, ut taedium vitae ceperint, necemque ſibi conſciverint. *A. Gell.* 7, 18.

CORNELII NEPOTIS

Illuſtrium Virorum Lib. II.

CAP. III.

1 [4] Subinde.

ablativo E terminabitur, ſi homo ſit: Cerealis, ſi res ſit & fructus. Adde *pag.* 102, 106, 108, 111, 115, 119. Quam recte autem iſta ſe habeant, docebit *Voſſius de analogia* 2, 11. Boſius.

1 *Corn. Nepos*] Ipſa ſunt Gellii verba, omiſſa a *Schotto*, qui ſic repraeſentavit hunc locum: *Multis in Senatu placuit, ut qui captivorum Romanorum ab Annibale redire nollent, d. c. ad An. ded. ſed ea ſententia n. pl. q. id n. v. ſuperata: ii t. q. ad A. n. r. v. adeo deteſtabiles inviſique fuerunt, ut t. v. c. n. ſ. c.* inſertis alicubi, quae Gellii non erant; contra ea omiſſis, quae erant. *Boſius.*

2 *Multis in Senatu*] Gemina ſunt, quae in *Cicerone* 1. 13, tametſi non in omnibus editionibus, leguntur: ubi fidem hoſti datam, ſervandam eſſe docet: *Secundo*, inquit: *Punico bello, poſt Cannenſem pugnam, quos decem Hannibal Romam miſit, aſtrictos jurejurando, ſe redituros eſſe, niſi de redimendis iis, qui capti erant, impetraſſent: eos omnes Cenſores quoad quisque eorum vixit, cum pejeraſſent, in aerariis reliquerunt: nec minus illum, qui jurisjurandi fraude culpam inierat. Cum enim permiſſu Hannibalis exiiſſet e caſtris, rediit paullo poſt, quod ſe oblitum neſcio quid diceret: deinde egreſſus e caſtris, jurejurando ſe ſolutum putabat; & erat verbis, re non erat. Semper autem in fide, quid ſenſeris, non quid dixeris, cogitandum eſt.* Haec ille *Schottus*. Habes eandem hiſtoriam, & *lib.* 3, 32. Vide *Boſius.*

3 *Inteſtabiles*] Sic habent edd. quas vidi. quomodo lex XII. Tabularum, tab. 7. *improbus inteſtabilisque eſto.* Et Horatius 2, ſat. 3, 181. *inteſtabilis & ſacer eſto.* Et credibile eſt, *inteſtabiles* habitos, qui fidem deſeruerant, hoſti datam. *Schottus* tamen edidit, *deteſtabiles.* vide quae apud *Gellium* praemittuntur. *Boſius.*

4 *Subinde*] Quo & *Brutus*, & *Caelius*, *frequenter uſi ſunt*. Caſſius lib. 2. Gramm. *Schottus.*

LIB. XV.

[1] Harum partum.

LIB. XVI.

[2] A fratre patruele.

INCERTA QUO LIBRO
Virorum Illuſtr. poſita.

Karthago antea ſpeciem habuit duplicis oppidi, [2] [3] quaſi aliud alterum amplecteretur. cujus [4] interior

5 *Harum partum*] Sic Caeſar in Analogicis, & Ennius. Idem Soſipater: *Jamque fere quatuor partum* pro *partium*: quod hodie obtinet. Sic & 12. *Philippica Ciceronis* M. Antonius Muretus vir doctiſſ. repperit in illis Vaticanae Bibliothecae membranis: *Cum omnes actiones horum menſum*, pro, *menſium*. Et in epiſtola ad Ap. Claudium: *Prope jam undecim menſum provinciam factam eſſe gaudebam*. Et ad Trebatium: *Nam primorum menſum litteris commovebat.* Itaque in Pand. Florent. repperiſſe ſe perpetuo, affirmat *Ant. Auguſtinus*, vir ſummae & fidei & doctrinae. Sic & Fortunatianus in carmine Paſchali: *menſum decus.* Schottus. Vide de his & ſimilibus *Voſſium de analog.* 2. 14. Sed Chariſii locus aliter interpungendus eſt, quam vulgo legitur. Putſchius edidit: PARTUM. *Caeſar de analogicis*, HARUM PARTUM. *Cornelius Nepos in illuſtrium decimo quinto. Et Ennius*, JAMQUE FERE QUATUOR PARTUM. Diſtingue: PARTUM, *Caeſar de analogicis.* HARUM PARTUM, *Corn. Nepos &c.* Boſius.

2 *A fratre patruele*] *Rem neceſſitudinis, ſed perſonam, oſtendat.* Quae *Cariſii*, (ut pleraque illius, mutila ſunt & corrupta,) integra eſſe praeſtare non auſim. Ablativorum enim terminationes, *e*, vel *i*, ſic fere diſtinguit; quod vel rem, vel perſonam deſignent ut ſupra de *Virgine Veſtale.* Sed cum auctorem propediem *Lud Carrio* noſter de vet. libro integriorem dabit. *Schottus.* Verba *Chariſii* haec ſunt, lib. 1 Inſtit. Grammaticarum: PATRUELE. AB HOC PATRUELE. *Cornelius Nepos illuſtrium virorum libr.* XVI. A FRATRE PATRUELE, *inquit, rem neceſſitudinis, ſed perſonam oſtendat*: Quae corrupta eſſe, manifeſtum eſt. & videtur aliquid excidiſſe. Tentabam igitur: *cum non rem neceſſitudinis, ſed perſ. oſtendat.* Repetenda heic quae modo diximus ad illa: *A Virgine Veſtale.* Boſius.

3 *Quaſi aliud alterum*] Subintell. *oppidum*. als wann eine Stadt in der anderen ſtunde. *Aliud* pro *alterum*, ne eadem vox repetenda eſſet. Sic ſaepe *Plautus* & *Appulejus*, ut dudum eruditis obſervatum.

Flo-

terior pars Byrſa dicebatur, [1] exterior Magalia. Hujus rei teſtis eſt C. Nepos in eo libro, qui Vita Illuſtrium inſcribitur. *Serv. ad* 1. *Aen.* 372.

[1] Pro-

Florus 2, 15, 11. *Byrſa, quaſi altera civitas*. Boſius.

4 *Interior pars Byrſa*] Servius ad illud 1. Aeneid.

Mercatique ſolum, facti de nomine Byrſam.

Sic & in Antverpienſi Emporio, Europae celeberrimo Meditullio, *Burſa* (auguſtiſſimum id aedificium, periſtyliis exaedificatum, & inſula) hodieque appellatur, quo bis quotidie mercatores frequentes negociandi cauſſa conveniunt. quod anno CIↃ. IↃ LXXXIII. caſu iterum deflagraſſe audivi: quomodo ſaepe capitolium Romae. A corio ducta appellatio, Carthagine cuo demenſio facta eſt, quod *Byrſam* vocari Graecis *Appianus in Libycis* auctor eſt: unde hodieque crumenas, *burſas* appellamus. Vide & *Euſtathium in Dionyſium Afrum.* (vſ. 195.) Juſtinus 18, 5, 9. Hiſtoriarum Philippicarum: *Empto loco, qui corio bovis tegi poſſet, in quo feſſos longa navigatione ſocios, quoad proficiſceretur, reficere poſſet: corium in tenuiſſimas partes ſecari jubet, atque ita majus loci ſpatium, quem petierat, occupat: unde poſtea ei loco Byrſae nomen fuit.* Sic Athenis ἀκρόπολις erat, in qua Pallas: Romae Capitolium, in quo Jupiter colebatur. Strabo lib. 17. Geographiae: καὶ Καρχηδὼν δ' ἐπὶ χερρονήσου τινὸς ἵδρυται. κατὰ μέσην δὲ τὴν πόλιν ἡ ἀκρόπολις, ἣν ἐκάλουν Βύρσαν, ὀφρὺς ἱκανῶς ὀρθία κύκλῳ περιοικουμένη. *Donatus in Virg.* hoc a ſcriptorib: fictum ait, quod Carthaginenſes nummis ex pelle factis uterentur, ut & *Plato in Dialogis*. Schottus. *Byrſa* idem eſt, ac arx, ἀκρόπολις, quomodo *Strabo* vocat: & *Appianus* τὸ ὀχυρώτατον τῆς πόλεως. Ebr. בצרה *Boſra*, a בצר, quod *munire* eſt. Id Graeci ſuo more mutarunt in Βύρσα. nam quod de taurino corio *Livius* 34, 61. *Appianus Punicis*, *Juſtinus* 18, 5, 9. & 10. aliique narrant, ductum a cordatioribus exploſum eſt. Vide *Scaligerum ad Euſebii num.* 804. & πολυμαθέστατον *Bochartum de coloniis Phoenicum* 1, 24. Boſius. Inſpice etiam, ſi libet, Obſervationes Miſcell. pro Nov. & Dec. 1732. p. 306, 307, & 308.

1 *Exterior Magalia*] Idem Servius Honoratus in 4. Aeneid. *Magalia* Afrorum caſas, & *Mapalia* idem ſignificare denotat, ſed hoc corripere primam, illud producere. Idem 4. Georg. *Et raris habitata mapalia tectis.* Vide *Salluſtium Jugurt.* & *Feſtum*. Cariſius Soſipater: *Magalia*, καλύβαι Ἄφρων. *Mapalia*, καλύβαι ἀγρῶν. Sed utrobiq. Ἄφρων leg. cenſeo. *Schottus*. *Magalia* pro *Magaria*, quod verum nomen eſſe, *Servius* & *Iſidorus Orig.* 15, 12. monent, dictumque a *Magar*, quod Poenorum lingua *villam* ſignificet. Nempe ab Ebr. גור vel גר eſt מגור *magur* habitatio, & ea nominum forma, quae Arabibus uſitatiſſima eſt, מגאר *magar*. vide *Bochart. l. c.* & imcomparabilis *Reineſii* noſtri ἱεροσύλημα *linguae Punicae cap.* 8, 7. Hoc nomine vulgo quaſcunque caſas Afrorum appellatas Grammatici veteres docent. *Chariſii* verba e *lib.* 1. *Grammat. Inſtit.* adduxit *Schottus*. Diomedes lib. 1. *Magalia*, *caſae Afrorum*

[1] Propius Grammatico acceſſi. 3
[2] Albinus, qui cum L. Lucullo conſul fuit, [3] res 4
Romanas oratione Graeca ſcriptitavit. In ejus Hiſtoriae

ſtorum. *Appiano* ea pars Carthaginis dicitur *μίγαρα*; qui & deſcribit. *Magaria* Plautus dixit vero nomine, *Poenul. proem. verſ.* 86. ubi de duabus puellis Carthaginienſibus: *Cum nutrice una periere a Magaribus.* Sic enim Mſſ. Palatini, Grutero teſte. Veteres edd. *Megaribus* habent. quod de loco Carthagine arboribus conſito, moenibusque munito, (quem *Appianus μίγαρα* vocari ait) interpretatur *Petitus miſcellan.* 2, 1. Boſius. Adde Cortium ad Salluſt. B. Jug. cap. 18. n. 8.

1 *Propius Grammatico*] Citat idem *Diomedes* Ciceronis illud ex 1. lib. epiſt. ad Att. *Proximus Pompejo ſedebam*: Et cum accuſandi caſu ex Piſoniana: *Proxime Pompejum ſedebam.* Salluſtius Catilinario: *Primo magis ambitio, quam avaritia, animos hominum exercebat: quod tamen vitium propius virtutem erat.* Sed de Avaritia vide *M. Catonis* verba apud *Agellium* 11, 2. Schottus. Si vulgatam lectionem *Diomedis* ſequimur, haec *Ciceronis*, non *Nepotis*, verba fuerint. Sic enim ex ed. Putſchii verba Grammatici habent: PROPE, *prope me eſt, ut dicit Cicero in Piſonem*, PROXIMUS POMPEJUM SEDEBAM. *Sed & Dativo caſu idem Cicero dixit ad Atticum*, PROPIUS GRAMMATICO ACCESSI. *Nepos in illuſtri.* *Salluſt.* PROXIMA CARTHAGINI LOCA. Sed locus haud dubie corruptus eſt. nam illa *Propius Gramm. acc.* nusquam hodie in *epiſtolis ad Atticum*, quod ſciam apparent. Iſta vero *lib.* 1. *ep.* 14. cujus initium *Vereor, ne putidum ſit*, legimus: *Proximus Pompejo ſedebam. intellexi hominem moveri.* quanquam ibi *Lambinus*, *Simeo Boſius* & *J. Gruterus* emendent *proxime Pompejum*; ſed perperam, ut e *Diomede* colligitur. Sic igitur hunc locum diſtinguendum cenſeo: *Sed & Dativo caſu idem Cic. dixit ad Atticum.* (ſubintellige: *Proximus Pompejo ſedebam*) PROPIUS GRAMMATICO ACCESSI, *Nepos illuſtribus.* *Salluſt.* PROXIMA &c. Atque ſic & *Schottus* videtur interpunxiſſe. *Boſius.* Vide ad Hann. c. 8.

2 *A. Albinus*] Forte ex *M. Catonis vita*, quae & virorum illuſtrium erat, deprompta: nam quod vulgo circumfertur, pars duntaxat eſſe videtur. Refert & *Plutarch. in Catone*, & *Apophtegmatis.* *Scripſeras, inquit, Poſtumius Albine hiſtoriam Graeco ſermone, veniam ut a lectoribus petebas: quem ſubſannans Cato, dandam ei veniam ajebat, ſi decreto Amphictyonum coactus ſcripſiſſet.* Cic. in Lucullo: *Legi apud Clitomachum, cum Carneades & Stoicus Diogenes ad ſenatum in Capitolio ſtarent, A. Albinum, qui tum P. Scipione, & M. Marcello coſſ. Praetor eſſet, eum, qui cum avo tuo Lucullo conſul fuit, ſane doctum hominem, ut judicat ipſius hiſtoria, ſcripta Graece, jocantem dixiſſe Carneadi: Ego tibi, Carneade, praetor eſſe non videor, quia ſapiens non ſum; nec haec urbs, nec in ea civitas. Tum ille, Huic Stoico non videris.* Et 1. de Finibus initio: *A Scaevola eſt Praetor ſalutatus Athenis Albucius, ut lepide Lucilius:*

Grae-

Digitized by Google

ſtoriae [1] principio ſcriptum eſt ad hanc ſententiam: neminem ſuccenſere ſibi convenire, ſi quid in his libris parum compoſite aut minus eleganter ſcriptum foret.

Graecum te Albuti: quam Romanum atque Sabinum
Municipem Ponti, Titi, Anni, Centurionum,
Praeclarorum hominum, ac primorum, ſigniferumque
Maluiſti dici. Graece ergo Praetor Athenis
Id quod maluiſti, te, cum ad me accedis, ſaluto.
χαῖρε inquam, Tite, lictores, turma omni, cohorsque
χαῖρε Tite, hinc Muti jam Albutius, hinc inimicus. Schottus.

3 *Res Rom. orat. Graeca ſcriptitavit*] Romanos qui Graece ſcripſerint, hos memorare licet. *Claudius Aelianus*: ut ipſe de ſe ποικίλης ἱστορίας *lib.* 2. *cap.* 38. & alibi. *Suidas* enim Praeneſtinum facit. *Philoſtratus* vero, licet Romanum, ita Attico tamen ſcripſiſſe, ut Atticis Athenis natus educatusque videatur. Apud *L. Florum*, ſeu quisquis eſt auctor, Epitome Livii lib. 53. *Cajus Julius* ſenator Graece res Romanas ſcripſit. Et *Juſtinus initio Philipp.* Hiſtoriae, multos ex Romanis, etiam Conſularis dignitatis viros, res Romanas Graeco peregrinoque ſermone in hiſtoriam contuliſſe. Errant enim pueriliter, qui eundem Juſtinum philoſophum & Chriſtianum fuiſſe putant. *Pueris nobis*, inquit Cicero Tuſc. v. *Cn. Aufidius, Praetorius in ſenatu ſententiam dicebat, nec amicis deliberantibus deerat, & Graecam ſcribebat hiſtoriam, & videbat caecus in litteris.* Ipſe quoque *Cicero* praeterquam quod verſibus Latinis *de Conſulatu ſuo* libros tres conſcripſit, totidem Graece edidit, qui liber totum Iſocratis μυροθήκιον, atque omnes ejus diſcipulorum arculas, & nonnihil etiam Ariſtotelica pigmenta conſumpſit, ipſamque etiam Graecam nationem conturbavit, & plane a ſcribendo deterruit. Sic *lib.* 1. & 2. *ad Atticum. L. Lucullus* hiſtorias ſuas Graece conſcripſit. *Cic. lib.* 1. *epiſt.* 19. *ad Atticum*, & cum Siſenna hiſtorico ſerio contendiſſe dicitur, proſa ne, an numeris adſtricta oratione, Graeca, Latinave conſcriberet bellum Marſicum; & ſortitum Graecam orationem, *Plutarchus* auctor eſt: quam ipſe hiſtoriam editam viderit. Contra *Ammianus, Appulejus, Macrobius* extra Italicum ſolum nati, Latine ſcripſerunt. Ille ſe Graecum fatetur in *Hiſtoria*, hic Madaurenſem *in Apologia. Macrobius praefatione Saturn.* ſub alio ſe ortum coelo affirmat. Omitto reliquos Afros. *Cyprianum, Tertullianum, Arnobium. Fulgentium*, ceteros. Sed & *in Senecae Rhetoris Controverſiam* 26. de Romanis Graece ſcribentibus dicere memini. *Schottus.* Catonis reprehenſioni reſpondet, Albinique inſtitutum tuetur *Voſſius de hiſt. Graec.* 1, 10. qui & tres illius ex hoc opere verſus, *Priſciano* laudatos, refert. *Boſius.*

1 *Principio*] Macrobius *primo* & ſtatim: *ſi quid in illis libris*. Verum Macrobius non verba, ſed ſenſum verborum Albini retulit. Unde mox pro illis: *Graeca oratio nobis alieniſſima eſt*, poſuit: *& eloquium Graeci*

foret. nam [1] ſum, inquit, homo Romanus, natus in Latio: Graeca oratio a nobis alieniſſima eſt. Ideoque veniam gratiamque malae exiſtimationis, ſi quid eſſet erratum, poſtulavit. [2] Ea quum legiſſet M. 5
Cato: Nae tu, inquit, Aule, nimium nugator es, quum maluiſti culpam deprecari, quam culpa vacare. Nam petere veniam ſolemus, aut quum inprudentes erravimus, aut quum expulſi peccavimus. Tibi, inquit, oro te, quis perpulit, ut id committeres, quod priuſquam faceres, peteres, ut ignoſceretur. Scriptum hoc eſt in libro Cornelii Nepotis [3] de illuſtribus viris.

CORNELII NEPOTIS
Lib. I. de Vita Ciceronis.
CAP. IV.

Cornelius Nepos, & rerum memoriae non indili- 1
gens, & M. Ciceronis, ut qui maxime, [4] amicus

cum a nobis alieniſſimum eſt, forte, ut melius Graeca exprimeret. *Boſius.*

1 *Sum, inquit, homo Rom.*] Neſcio cur *Schottus* verbum *inquit* omiſerit, quod apud *Gellium Macrobiumque* lego. *Boſius.*

2 *Eam quum leg.*] Macrob. *Ea cum leg.* & paullo poſt: *cum imprud. erravimus, aut cum noxam imperio compellentis admiſimus. Te, inquit, oro, quis perpulit, &c. peteres, uti ignoſceretur.* Cetera quae *Gellius* ſubjicit, eodem *Macrobio* abſunt: qui non commemorat, unde haec hauſerit. *Schottus* & *Savaro* e libro *de Catone* deſumta putant, cujus ſupra 24. 1. 5. Nepos meminit. *Boſius.*

3 *De illuſtribus viris*] Cod Tornaeſii addebat: XIII. Quod non puto ſpernendum. *Boſius.*

IN VITAM CICERONIS.

Natus Cicero, anno U. C. IↃCXLVIII, C. Atilio Serrano, Q. Servilio Caepione Coſſ. Adoleſcens contra L. Sullae dominantis opes *pro Sex. Amerino* dixit, quae exſtat oratio. *Off.* 2. Et primam cauſſam in Bruto egit, publicam ſcilicet (nam *pro Quinctio* privatam apud Aquilium Gallum judicem egit) aetatis XXVII. anno, U. C. DCLXXVI. *In Oratore*, adoleſcentulum dicit ſe eam cauſſam egiſſe. vide *Fabium Quinctil. lib.* 12, 6. Dixit & *pro Q. Roſcio Comoedo*, anno IↃCLXXVII. poſt Urbem Cond. *Schottus.*

4 *Amicus familiaris*] Sic edd. Gellii *l.* 15. *c.* 28. quibus utor. *Schottus* copulam addit, *familiariſque.* Boſius.

cus familiaris fuit: atque is tamen in primo librorum, quos de vita illius compoſuit, erraſſe videtur, quum eum ſcripſit [1] tres & viginti annos natum primam cauſſam judicii publici egiſſe: Sextumque Roſcium parricidii reum defendiſſe.

2 Fruſtra [2] Tullium ſuſpicimus. Refert enim Cornelius Nepos, ſe praeſente, [3] iiſdem paene verbis, quibus edita eſt, eam [4] pro Cornelio ſeditioſo Tribuno defenſionem peroratam.

1 *Tres & viginti annos*] Aetatis ſeptimum & viceſimum agebat Cicero, cum Roſcium defendit, ut *Aſconius Pedianus*, diligens ejus interpres, apud *Agellium*, & *Fabius lib.* 12, 6. auctor eſt. De aliis Oratorib. *Tacitus*, ſive is Quinctiliani dialogus eſt: [*cap.* 34. 8.] *Nono decimo aetatis anno, L. Craſſus C. Carbonem: uno & viceſimo Caeſar Dolabellam, altero &* xxx. (alii legunt, *altero &* xx.) *Aſinius Pollio Catonem: non multo aetate antecedens Calvus Vatinium iis orationibus inſecuti ſunt, quas hodieque cum admiratione legimus.* Schottus.

2 *TULLIUS me praeſente*] Conjectura ductus, *Vitae Ciceronis* addidi, in quo ſi quid peccatum, peccatum ignorantia eſt, in tanta rei obſcuritate, a memoriaque longe remota. *D. Hieronymus ep.* 71. *ad Pammachium*, adverſus errores Joannis Hieroſolymitani; (quem eo reprehendit, quod ſe ex tempore de fide, & omnibus Eccleſiaſticis dogmatibus, diſputaſſe gloriaretur:) *Non eſt mirari*, inquit, *Demoſthenem, qui pulcherrimam orationem contra Aeſchinem multo tempore dicitur exaraſſe. Fruſtra ſuſpicimus Tullium. Refert enim Cornelius Nepos ſe praeſente* &c. Schottus. Repoſui & heic verba Hieronymi. nam Schottus aliter inflexerat: *Tullius me praeſente &c. peroravit.* Boſius.

3 *Iisdem quib. edita eſt*] De *Miloniana* ferunt, non iiſdem, quibus habita eſt verbis editam, ſed multo ſpecioſiorem factam, cum Milo eſſet Maſſiliae, quo condemnatus in exſilium profectus erat. *Aſconius Pedianus*, *Fabius lib.* 4. *cap.* 3. & *Dio. lib.* 40. *Hiſt.* Schottus.

4 *Pro Cornelio ſeditioſo Trib.*] De hac ipſe in *Hortenſio*, qui liber ſcriptus erat de laudibus Philoſophiae, apud Lactantium lib. 6. c. 2. *Malle ſe vel unum parvum de Officio libellum, quam longam orationem pro ſeditioſo homine Cornelio.* *Longam* vocat, quod, ut ex *Aſconio Pediano*, cui, quae illius orationis ex naufragio ſuperfuerunt, fere debentur) colligas, viginti amplius folia implere potuerit: cum qua nulla earum, quae exſtant, comparanda eſt. & *Plinius* lib. 1. epiſt. 20. *in hunc grandem librum*, omnia quae per dies quatuor latius dixerat, *coartaſſe* dicit *Ciceronem*; *Nepos* vero *iiſdem, quibus edita eſt, verbis peroratam.* Quae pugnare videntur. Meminit ejus orationis, praeter *Fortunatianum*, & *Marcianus Capella* in *Rhetoricis* uterque ille, *pro Corne-*

CORN. NEPOTIS

[1] *Lib. I. Epiſtolarum ad Ciceronem.*

CAP. V.

Tantum abeſt, ut ego magiſtram eſſe putem vitae 1
Philoſophiam, beataeque vitae perfectricem; ut nullis magis exiſtimem opus eſſe magiſtris vivendi, quam plerisque, qui [2] in ea diſputanda verſantur. Video enim magnam partem eorum, qui in ſchola de pudore & continentia praecipiant argutiſſime, eosdem in omnium libidinum cupiditatibus vivere.

M. TULLII CICERONIS

AD CORN. NEPOTEM.

Epiſtolarum Lib. II.

Itaque noſtri, quum omnia, quae dixiſſemus, dicta 2
eſſent:

ſtio majeſtatis, vocat. Hic, *in oratione*, inquit, *pro Cornelio, primo refutata ſunt crimina, quae ſecuta ſunt Tribunatum: poſt ad ipſum Tribunatum recurſus eſt factus: quae diſpoſitio artificialis, ut diximus, nominatur.* Secundam etiam pro C. Cornelio a *Pediano*, ubi de illius ſeditioſo Tribunatu, aliisque laudari video. *Schottus*.

IN LIBRUM EPISTOLARUM AD CICERONEM.

N*epotis, Tulliique epiſtolas* inſeruimus, tametſi libri *Virorum illuſtrium* ſeries interrumpi videatur, quod nusquam melius collocari poſſent. *Schottus*.

1 *lib. 1, Epiſtolarum*] In editione *Lactantii* lib. 3, cap. 15. Divin. Inſtitution. Plantiniana, a *Mich. Thomaſio*, & nupera Lugdunenſi a *Servatio Gallaeo*, adornata, quibus in praeſenti utor, non invenio, quo libro epiſtolarum haec *Cicero* ſcripſerit. Sic enim Lactantius: *Nepοsque* (vel, ut alii melius; *Nepos quoque*) *Cornelius ad eundem Ciceronem ita ſcribit; Tantum abeſt, &c.* Nec aliter in MſT. ſuis *Thomaſius* legit. Sed neque *Gallaeus*, praeter jam laudatam, ullam hoc loco ſcripturae diſcrepantiam in Variis ſuis commemorat *Boſius*.

2 *In ea diſputanda verſantur*] Sic habent edd. quas modo dixi. Quomodo Plautus prol. Menaechm. v. 50 *Ut hanc rem vobis examuſſim diſputem.* Et Cicero, cum alibi, tum 1. Tuſcul. 4. *Ponere jubebam, de quo quis audire vellet: & id aut ſedens, aut ambulans diſputabam.* quanquam aliter ibi legit *Gebhardus in Crepundiis* 1, 13. & in *notis* ad hunc locum Ciceronis, quae *Gruterianae* editioni inſertae ſunt. *Schottus* ta-

Digitized by Google

eſſent: quae facete & breviter, & acute locuti eſſemus, ea proprio nomine [1] appellari [2] *dicta* voluerunt.

Ad eundem, ex libro incerto.

3 Hoc reſtiterat etiam, ut a te fictis [3] aggrederer donis.

4 Qui habet, ultro appetitur: qui eſt pauper, [4] aſpernatur.

[1] Quid

men: *in ea diſputando verſantur.* haud ſcio, an praeeuntibus libris. *Boſius.* Vide, quae notavi ad Themiſtocl. cap. 9. §. 4.

1 *Appellari dicta voluerunt*] Adeo carum Nepotem Cicero habuit, ut joca ſeria cum illo, prae ceteris libenter communicarit. Vide *epiſt.* 5. *lib.* 16. *ad Atticum.* Ciceronem vero natura dicacem fuiſſe, & jocularibus, (ut fere ingenioſi ſolent, riſus captandi gratia,) quae & dentibus non carerent, mirifice delectatum; ex jocis *lib.* 2. *de oratore* diſcas, quae olim acute *Adrianus Turnebus*, Galliae lumen, explicavit. *Macrobius* etiam *Conſularem ſcurram* ab inimicis, ut a Vatinio, audiſſe, & a L. Papirio Paeto *ſcurram velitem* appellatum, affirmat; *lib.* 2. *Saturn. cap.* 1. Libertumque ejus, Tullium Tironem, de patroni jocis libros compoſuiſſe, *Fabius Quinctil. auctor. lib* 6. *c.* 4. idemque *Macrobius*, quem vide & *c.* 3. *lib.* 2. & *Plin. lib.* 5. *ep.* 3. & *lib.* 7. *ep.* 4. ipſum *Ciceronem Philippica* 2. & *lib.* 9. *ad Papirium Paetum*, ubi multa jocoſa: epiſt. praeſertim 15. *Ego*, ait, (*exiſtimes, licet, quod lubet*) *mirifice capior facetiis, maxime noſtratibus.* Schottus.

2 *Dicta*] Schottus, *dicteria*, quod neſcio quibus in libris invenerit. nam in optimis edd. heic & toto iſthoc capite *dicta* excuſum video. idque recte. Uno tamen loco *Pontanus* e Mſ. cod. *dicteria* reponi voluit, *Boſius.*

3 *Aggrederer donis*] *Paſſive dixit*, ἐνεδρευθῶ, inquit *Priſcianus lib.* 8. *Gramm. de ſignificationibus, vel generibus Verborum.* Boſius. Deponentia ſaepe paſſive uſurpantur: conſule Paſſeratium ad Propertium lib. 1. E. 2. v. 5. ad E. 19. v. 6. & ad lib. 2. El. 16. v. 33. Lambinum ad Horatium 1. Od. 1. v 25. Munkerum ad Hyginum fab. 1. & Cortium ad Salluſt. Catilin. cap. 7. n. 3. Verbum *habere* hic ponitur pro divitem eſſe. Vide V. V. D. D. Burm. ad Phaedr, in Prologo libri 3. vſ. 21. & Drakenburg ad Silium Italicum 5, 264. quomodo Graecis ἔχειν. Euripid. Phoeniſſ. 408. καὶ τὸ μὴ ἔχειν. Conſule Lamb. Bos de Ellipſ. L. Gr. p. 192, 193. & Elſner. ad Euang. Lucae c. 18. comm. 24.

4 *Aſpernatur*] Paſſive ἐξουθενεῖται. Idem *Cicero* ex Oeconomico Xenophontis: *Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur.* paſſive, ἀξιοῦνται. Et Ennius: *Aſſectari ſe omnes cupiunt*: ἀκολουθεῖσθαι. Vide id genus innumera *lib.* 8. *Priſciani*: apud quem & *Cicero* in *Antonium*, *lib.* 11. (lege *libro* 3.) *quem ipſe ementitis auſpiciis vitioſum fecerat. Ementitis*, ψευδέσιν. Boſius.

1 Quid

[1] Quid? oratorum quem huic anteponeſ eorum, qui 6
nihil aliud egerunt? quis ſententiis aut acutior aut crebrior? quis verbis aut ornatior aut elegantior? *Suet. Caeſ.* 55.
[2] Ut Tullius docet, crudelitatis increpans Caeſarem in quadam ad Nepotem epiſtola. Neque enim quidquam aliud eſt felicitas, inquit, niſi honeſtarum rerum proſperitas. Vel, ut alio modo definiam, Felicitas eſt fortuna adjutrix conſiliorum bonorum: quibus qui non utitur, felix nullo pacto eſſe poteſt.
Ergo in perditis inpiisque conſiliis, quibus Caeſar 6
uſus erat, [3] nulla potuit eſſe felicitas. feliciorque meo ju-

1 *Quid? oratorum*] Idem Cicero *ad Brutum* Oratores enumerans, negat ſe videre, cui Caeſar debeat cedere: atque eum elegantem, ſplendidam quoque, ac etiam magnificam, ac generoſam rationem dicendi tenere. Et Atticus ibidem ita judicabat, illum omnium fere oratorum Latine loqui elegantiſſime, ſcripſiſſe & de Analogia ad M. Tullium; verborumque delectum originem eſſe Eloquentiae dicere ſolitum. Sed de his multi multa. *Schottus.* Pro *huic* Schottus edidit *Caeſari.* quod de eo ſermo ſit. Nos verbum Nepoti uſurpatum retinendum putavimus. *Boſius.*

2 *Ut Tullius docet, &c.*] Etiam hoc in loco malui reponi ipſas *Ammiani* ῥήσεις ex Lib. 21. extr. cum *Schottus* recidiſſet, quae illius ſunt propriae: quae tamen vel idcirco retineri debent, quod non ſatis liquet, ejuſdem Nepotis an Ammiani ſint illa, *vel ut alio modo definiam*, & quae ſequuntur. *Boſius.*

3 *Nulla potuit eſſe felicitas*] De hac ipſa Caeſaris felicitate Cicero Philipp. 2. *Caeſar Alexandria ſe recepit felix, ut ſibi quidem videbatur: mea autem ſententia, niſi qui Reip. ſit felix, felix eſſe nemo poteſt.* Ubi, ut ἐν παρόδῳ moneam, in vet. lib. legitur: *mea autem ſententia, qui Reip. ſit infelix, felix eſſe nemo poteſt.* [quae poſtrema ſic & in noſtris membranis lego; nam priora in iis deſunt.] Ut *Nero* Caeſar, & Sylla, quamvis huic *Felicis* cognomen datum. Vide *ad Atticum lib.* 7. *epiſt.* De Auguſti felicitate quaedam ſupra, *in Attici vitam*, [*ad* 25, 19, 1.] Schottus.

4 *Id quod cupierat*] Regnum affectaſſe Manlium, ſervato Capitolio, ſupra in *Chronicis*, ex *Agellio* & *Cicerone Philipp.* 2. Schottus.

5 *Haec quidam veterum*] *Andr. Patricius*, Polonus, cujus ſingularis in Ciceronis reliquiis a *Sigonio* comportandis diligentia, in explicandis induſtria eluxit, non per omnia Tullianis verbis haec eſſe concepta putat: in cujus ſententiam libenter facio ut concedam: tamen quia in his ſcalmis & naufragii tabulis, pleraque talia ſunt, ut iiſdem omnia auctorum verbis perſcripta eſſe praeſtare non poſſimus, nec quem in integro ſitum partes illae tenuerint,

judicio Camillus exſulans, quam temporibus iiſdem Manlius, etiamſi, [4] id quod cupierat, regnare potuiſſet.

8 [5] Haec quidam veterum formidantes, cognitiones actuum variorum, ſtylis uberibus explicatas, non edidere ſuperſtites, ut in quadam ad Cornelium Nepotem epiſtola Tullius quoque teſtis reverendus adfirmat.

9 Sententiae illius Tullianae ignarus, docentis, [6] infelices eſſe eos, qui omnia ſibi licere exiſtimarunt.

Idem

rint, in tanta rerum caligine difficile admodum conjectu ſit; apponere volui: ſive Ciceronis ipſius oratoris eloquentiſſimi verbis conſcripta, ſive Marcellini hominis Graeculi, verbis horridis conſervata ea, ad poſteritatemque tranſmiſſa: quae ſenſum, fide bona, repraeſentarint. Fors ſit merces leviores, craſſo filo, de tantae navis jactura, conſolationem aliquam adferre, preciumque facere, queant: Contenti igitur ſimus hoc Catone. Ceterum de periculis agit, in quae vocari plerumque hiſtorici ſolent; *pericula*, inquit, *veritati contigua*. Non longe abiero. Cremutius Cordus, quod laudato Bruto, Caſſium *ultimum Romanorum* dixiſſet, a Tiberio mori juſſus eſt, ut auctor eſt *Dion*, & *Tacitus Annali* 4, 34. Junius Ruſticus, quod Paeti Thraſeae, & Helvidii Priſci laudes edidiſſet, appellaretque eos viros ſanctiſſimos, Domitianus occidit *Sueton.* Nam paullo aliter *in Agricolae vita Tacitus*: qui Paetum laudaſſet, *Arulenum Ruſticum*; qui Helvidium, *Herennium Senecionem* vocat. Addit, *in libros eorum ſaevitum*, ut & in Cremutii Cordi, de quo diſſerui ad *Senecae Rhetoris Controverſiar. librum* 6. *Praefat.* Nota crudelitas ejuſdem, in Hermogenem Tharſenſem, & Metium Pompoſianum: perſtringitur itaque a *Juven. Satyr.* 7. Schottus *Schottus* edidit: *Quidam vet formidantes ea, quae ſcriptoribus hiſtoriae ſuorum temporum ſolent ſaepe fraudi eſſe, atque invidiae, cognitiones actuum variorum ſtylis jam uberibus expl. non ed. ſuperſtites.* Ingens viri alias non mali audacia! quippe non ſolum pro Ciceronianis venditat, quae *Ciceronis* non eſſe facile omnes perſpiciunt, qui puriſſimi ſcriptoris aurum ab *Ammiani* luto norunt diſcernere: ſed etiam pluſcula de ſuo inſeruit. *Ammianus* enim poſtquam dixerat, ſibi *aduſque confinia propioris memoriae* progreſſo *convenire tam referre a notioribus pedem, ut & pericula veritati ſaepe contigua*, & *intempeſtivi cenſores declinarentur*; ſolum iſta ſubjicit, quae nos hic repraeſentavimus. *Boſius.*

6 *Infelices eſſe*] Suſpicor, vel ab ipſo *Marcellino* conformatum hoc ex ſuperioribus; vel ſane ex eadem *Ciceronis epiſtola* deſumtum: loci affinitate perſuaſus, quod in eodem ipſo 26. *Marcellini* reppererim utrumque: hoc *extremo libro*; illu

Idem ad Atticum de Nepote. Lib. 16. *Ep.* 5.

[1] Nepotis epiſtolam expecto. cupidus ille meorum, qui ea quibus maxime γαυριῶ, legenda non putet? & ais μετ' ἀμύμονα: tu vero ἀμύμων, ille quidem ἄμβροτος. 10

[2] Male narras de Nepotis filio, valde mehercule moveor, & moleſte fero. neſcieram omnino eſſe iſtum puerum. *Ep.* 14. 11

Hic

non procul ab initio. In qua quidem re integrum cuique eſt a me diſſentire: non admodum enim laborabo, ut perſuadeam; nec vehementer contra pugnabo. Non diſſimile illud quod *D. Auguſtinus lib* 5. *Civitatis Dei cap.* 27. laudat: *O miſerum, cui peccare licebat*: quod de C. Cinna ait *Cicero* 5. *Tuſc.* Et in *Hortenſio*, apud eundem *Auguſtinum* lib. 13. cap. 5. de Trinitate: *Velle, quod non deceat, id eſt ipſum miſerrimum: nec tam miſerum eſt, non adipiſci, quod velis, quam adipiſci velle, quod non oporteat. Plus enim mali pravitas voluntatis adfert, quam fortuna cuiquam boni.* Quem locum eo libentius recitavi, ut, qua poſſem, ex eodem *Auguſtino de Vita Beata*, integrarem: truncatum enim hactenus a *Sigonio*, & *Patricio*, hominibus ſane diligentiſſimis, alla tum doleo, & miror. *Schottus.*

1 *Nepotis epiſtolam*] *Homeri* locum reſpexit, ut ſeſe in his epiſtolis, cum ad amiciſſimum familiariſſime ſcriberet. Verſus Homeri eſt: Τῶν ἄλλων Δαναῶν μεθ' ἀμύμονα Πηλείωνα. Explicat vero acute, ut omnia, doctiſſ. *Turnebus* 9 *adverſar cap.* 22. Schottus. De *Nepote* noſtro & *Schoppius* hunc locum accepit in *paradoxis litterariis epiſt.* 5. atque unum trium millium inſtar eſſe poſſe.

Adponemus verba ejus, quoniam lucis aliquid Ciceronianis adferre queunt, & liber in paucorum manibus verſatur. *Attico*, inquit, *ſcripſerat Nepos, maximi ſe Ciceronis epiſtolas facere, vehementerque adeo cupere, ut earum epiſtolarum volumen edatur. Hujus rei Ciceronem Atticus certiorem faciens, ei gratulandum duxit, cum tanti a Nepote fieret, qui praeſertim unus omnium elegantiſſime ſcriberet, & ab ipſo Cicerone alter eſſet, velut ab Achille Ajax, qui Homero deſcribi ſolet fortiſſimus.*

Τῶν ἄλλων Δαναῶν μεθ' ἀμύμονα Πηλείωνα.

Ex Graecorum aliis poſt inculpabilem Achillem.

Reſpondet ergo Cicero, permirum ſibi videri ſuas a Nepote expeti, quem tam elegantis ac faſtidioſi judicii eſſe comperiſſet, ut etiam illa, de quibus ipſe maxime ſibi placeret, aſpernaretur. Ceterum non ſe, ſed Atticum eſſe illum, qui cum Achille comparari debeat, omnique reprehenſione vacet. Nepotem vero prorſus in Latine ſcribendo divinum eſſe, eoque incomparabilem. Boſius.

2 *Mala narras*] De *Cornelii filio* nihil dum repperi: quare valde ambigo, ſitne hic cognationis nomen *Nepos*, vel Caecilii alicujus Metelli cognomen. Superiora vero, quod

 ex

Hic SCHOTTUS inſeruit Catonis & Attici vitas.

CORNELII NEPOTIS FRAGMENTA

Incerta partim quo libro poſita, partim quibus verbis concepta.

CAP. VI.

Nepos auctore certo comperiſſe ſe ait, C. Laelium quondam in Puteolano [1] Kalend. Martiis admo-
1 nitum ab uxore, [2] temperius ut diſcumberet, petiiſſe, ab ea ne interpellaretur: ſerius tandem ingreſſum tri-

de docto homine ſermo fit, ad noſtrum hunc pertinere conjeci, nihil ut affirmem tamen. Suſpicionem propoſuiſſe contentus, ob eam, quae Ciceroni cum Nepote ſumma interceſſit, neceſſitudinem, in iis, quae ad familiariſſimum utriusque T. Pomponium Atticum miſſae ſunt, epiſtolis minime praeteriiſſe: nam & *libro* 2. Nepotis facta mentio eſt. *Schottus.* Vix dubito, haec ad eundem Nepotem pertinere, ad quem praecedens locus: non autem ad Caecilium aliquem, ut *Schotto* in mentem venit. *Boſius.*

1 *Kalend. Martiis*] Quae *Matronalia* dicebantur, eo quod Mariti pro conſervatione conjugii ſupplicabant, & erat dies proprie feſtus matronis. Sic *Horatii Scholiaſtes* in *librum* 3 *Carm. Oda* 8. Hinc *Martialis* easdem *Saturnalia muliebria* vocat, & *Juvenalis*, Kal. Martias, *foemineas.* Vide *Feſtum*, & *Tibullum lib.* 3. & 4. Schottus.

2 *Temperius diſcumberet*] Sic edendum curavi, pro, maturius: licet in vulgus editi libri *Temporius* fere praeferant. O & E frequenter commutari ſolent, ut in *Revorti*, *animadvorti*, *advorſus*, & id genus alia, quae poſt in E converſa. Primum igitur *Temperi*, poſt, *Tempori*, ut *Plautus Perſa*, & *Rudente*. Et Nepotis aequalis *Cicero*, *libro* 9. *epiſtola* 16. ad Papirium Paetum: Ovidius vero & Columella *Temperius* dixere, quod recentius eſt: illud antiquius. Sic & *Pigneri*, & *Pignori* dixiſſe veteres, auctor *Priſcianus libro* 8. Sic legendum illud Juvenalis lib. 3.

—— Viginti millia fenus
Pigneribus poſitis, argenti vaſcula puri.

Et Ovid 7 Metam.

— Quod das mihi, pigneror omen.

Hoc eſt, pigneri accipio. Ad eundem modum *Apellinem* & *Apollinem*; *forda bos*, pro *ferda* dicebant, ut auctor *Sex Pompejus*. *Agraetius* vero litterator hoc diſcrimen collocat: *Pignora rerum*; *pignera liberorum*, & *affectionum.* Legendum igitur in Prudentio libro 1. adverſus Symmachum.

Inde puellarum ludibria, pignera partus

Schottus. Editi omnes, *temporius*, quo cum *Ovidius* & *Columella* que-

que

triclinium dixiſſe, non ſaepe in ſcribendo magis ſucceſſiſſe ſibi: deinde rogatum, ſcripta illa proferret, pronuntiaſſe verſus, qui ſunt in ἑαυτοντιμωρουμένῳ:

Satis pol proterve me Syri promiſſa huc induxerunt.

Donat. in vita Terentii.

L. [1] Otacilius Pilitus Rhetoricam profeſſus, Cn. 2
Pompejum Magnum docuit; patris ejus res geſtas, nec minus ipſius, compluribus libris expoſuit: [2] primus omnium libertinorum, ut [3] Cornelius Nepos opinatur, ſcribere hiſtoriam orſus, non niſi ab honeſtiſſimo quoque ſcribi ſolitam.

Cornelius Nepos in libello, quo diſtinguit litte- 3
ratum ab erudito, [4] litteratos vulgo quidem appellari ait

que utantur, id retinendum cenſeo. Nepotis aevo ſicuti non dicebant *tempere*, ſed *tempore*; ita nec *temperius* ſed *temporius* extuliſſe credi par eſt. *Boſius.* *Temperius* tamen olim Veteres dixiſſe docet Cl. Burmannus ad Ovid. 4. Met. 198 qui Auctori ſuo & Columellae, Codicum auctoritate ductus hanc vocem reſtituit.

1 *Otacilius Pilitus*] Ediderat hunc locum *Schottus* mutilate: *L. Otac. Pil. primus o. l. ſcribere hiſt. orſus, n. n. ab h. q. ſcr. ſolitam. Cn. enim Pompeji M. quem docuit, patrisque ejus res geſtas compl. l. exp.* Vides, nonnulla immutata, quaedam & ranspoſita ab eo eſſe, quae nos e *Suetonio de Cl. Rhet. c.* 3. reſtituimus. *Boſius.*

2 *Primus omnium libertinorum*] Sic Terentius:

Servum hominem cauſſas orare, leges non ſinunt.

Militare etiam ſervi prohibiti. *Macrob* 1. *Saturn. cap* 11. Et *Mamertinus* Coſ. in ſuo ad Julianum *Panegyrico*, queritur, Juris ſcientiam ſic eviluiſſe, ut libertinorum hominum eſſe artificium diceretur. Et *artes liberales* dictae, Martiano Capellae, quod libero, non ſervili homine dignae. *Schottus.*

3 *Corn. Nepos*] Etiam hoc loco integra *Suetonii* verba e cap. 4. de Ill. Gramm. repoſui: cum *Schott.* omiſſis prioribus, tantummodo exhibuiſſet poſteriora, h. m. *Corn. Nepos litterator quidem vulgo appellari ait, &c.* Boſ.

4 *Litteratos quidem*] Locus hic duplici mendo ſuſpectus: nam quod in vulgatis *Tranquilli* legitur, *Corn. Nepos in libello, quo diſtinguit litteratum ab erudito*: putabam *quodam* ſcripſiſſe: & ex compendio litterarum mendum natum: nec enim titulum libri tueri ea ἐπιγραφὴ poteſt; *liber quo diſtinguitur litteratus ab erudito*: Apageſis cum iſtis ineptiis. Deinde ab interpunctione laborat; quod in hanc diem a nemine admonitum, quod ſciam, valde miror: ne quidem ab *Ach. Statio* Luſitano, & *E. Vineto* Gallo, qui Scholiis illuſtrarunt. Equidem ſic interpungebam: *Ceterum proprie ſic appell. poëtarum interpretes, qui a Graecis Grammatici nominentur. Eosdem*

ait eos, qui aliquid diligenter & acute ſcienterque poſſint aut dicere aut ſcribere: ceterum proprie ſic appellandos poëtarum interpretes, qui a Graecis [1] γραμματικοὶ nominentur.

CAP. VII.

1 [2] Praeter Phyſicos, Homerumque, qui univerſum orbem mari circumfuſum eſſe dixerunt, Cornelius

litteratos, (lego *litteratores*) *vocitatos Meſſala Corvinus in quadam epiſtola*: (repetendum ἀπὸ κοινοῦ, *ait*, aut ſimile quid exaudiendum) *Non eſſe ſibi dicens rem cum Furio Bibaculo, nec cum Sigida quidem, aut litteratore Catone: Significat enim haud dubie Valerium Catonem, poetam ſimul, Grammaticumque notiſſimum.* Memini *Jacobum Bongarſium*, quicum Lutetiae mihi omnia amicitiae jura communia, dum *Juſtinum*, Trogi abbreviatorem, quem nuper emendatiorem dedit, moliretur; Mediolanenſem mihi *Suetonii* codicem, formulis centum abhinc annis, & quod excurrit, excuſum oſtendere, in quo ita ſcriptum repperi, *in quadam epiſtola ſcribit*. Quisquis ille fuit, vidit locum corruptum: At quod contra libros ſcriptos de ſuo addidit, non probo. *Agellius lib.* 18. *cap.* 9. in veteri m. ſ. Buslidiano apud Gul. Canterum Novar. lect. libro 10, cap. 6. *Tum ex his qui aderant, alter litterator fuit, alter literas ſciens, id eſt, alter docens, doctus alter.* Et Catullus:

Munus dat mihi Sulla literator.

Cicero quoque 1. de Finibus: *Non ſatis politum iis artibus, quas qui tenent, eruditi appellantur.* Qui vero hic *Sigida*; forte *Ticida* appellandus, de quo idem *Tranquillus in Valerio Catone*, ubi & *Bibaculi* meminit: quod & *Turnebum* animadvertiſſe video *Adverſ.* 13, 11. Schottus. De poſterioribus *Suetonii* verbis facile adſentior, legendum *litteratores vocitatos*; neque Nepotis ea eſſe, ſed ad Meſſalam pertinere. Id enim docent, quae proxime ſubjiciuntur. Quamquam & legi poteſt: *Eoſdem litteratores vocitat Meſſala (vel M. Meſſala) Corvinus.* Sed ἐπιγραφὴν libelli Suetoniani nollem in dubium vocatam. Nam plane eodem modo *Plutarchus* ſuorum uni titulum fecit, πῶς ἄν τις διακρίνειεν τὸν κόλακα τοῦ φίλου. Ut ſimiles aliorum inſcriptiones nunc taceam. *Boſius.*

1 Γραμματικοὶ] Sic reſcripſi editiones *Suetonii* recentiores ſequutus; & poſcere videbatur additum *Graecorum* nomen. nam *Schottus* Latinis litteris nomen id expreſſit. *Boſius.*

2 *Praeter Phyſicos*] Hinc ſumſit Plinius libro 2. cap. 67. *Nepos*, inquit, *de Septentrionali circuitu tradit, Q. Metello Celeri, C. Afranii in Conſulatu collegae, ſed tum Galliae proconſuli, Indos a rege Suevorum dono datos, qui ex India commercii cauſſa navigantes, tempeſtatibus eſſent in Germaniam abrepti.* Strabo vero *Amaſenſis*, nobilis ille Geographus, libro undecimo, *Herodoto in Melpomene*, *Heraclide Pontico*, *Poſidonio*, eadem

lius Nepos, [1] ut recentior, ita auctoritate certior [tradit:] Teſtem autem rei Q. Metellum Celerem adjicit, eumque ita retuliſſe commemorat. Quum 2 Galliis proconſul praeeſſet, [2] Indos quoſdam [3] a rege Bae-

eadem Cornelio Nepoti narrantibus, non credidit, quosdam ab India ad Gades usque & Germaniae littora navigaſſe. De Oceani navigatione, lege & *Senecae Rhetoris Suaſoriam* 1. cui titulum hunc de vet. codice libro 1. Obſervat. per Saturam reddidimus: *Deliberat Alexander an Oceanum naviget.* Schottus.

1 *Ut recentior, ita auctoritate certior, tradit*] Sic in ſcriptis libris repperit *Voſſius*. Vulgo editur: *ut rec. auctoritate, ſic certior tradit. Voſſius* utrumque aeque ineptum exiſtimat, legitque *ut recentior auctor, ita certior.* Atque ſic fere Plinius 6, 27. *Dionyſium terrarum orbis ſitus recentiſſimum auctorem.* Tacitus Agric. 10, 3. *Livius veterum, Fabius Ruſticus recentium eloquentiſſimi auctores.* τὸ *tradit* forſan e *Plinio* huc intruſum eſt quomodo & plurale *tradunt* infra *comm.* 8. inſertum. Sic autem eopſe loco Plinius: *Nepos Cornelius auctor eſt, Eudoxum quendam* &c. vide verſ. 4. *Boſius.*

2 *Indos quosdam*] De veris ſive Aſiaticis plerique accipiunt eorum qui jam olim totum terrarum orbem circumnavigatum volunt. Quibus facile largior, non modo Melam Pliniumque, ſed etiam Nepotem, ipſumque fortaſſe Metellum, eos pro veris habuiſſe. Sed ut ex orientali India, ſive per Aethiopicum, ſive, quod plerisque placere video, per Septentrionalem Oceanum ad Germaniae littora navigaſſe credam, nondum adduci poſſum: qui ſciam, etiam hodie, aut impoſſibile, aut ſaltem difficillimum eſſe, per Septentrionem in Indiam enavigare: in Africa vero exteriori ne unius quidem littoris, aut promuntorii, aut montis, nedum urbis provinciaeve apud Strabonem aliosque veterum mentionem fieri; immo adhuc Ptolemaei aetate creditum, Aſiam ultra mare Indicum Africae cohaerere. Sed de ea re plura nos alibi. *Cornelius Wietflietus* conſtanter tenebat, *Indos hoſce non ex ultimis Orientis aut Occidentis partibus, ſed ex Laboratoris, Eſtotilandiae, aut vicinis terris veniſſe*, ea quidem fiducia, ut confideret *ſecum ſenſurum, quicunque climatis rationem*, & quae de illis terris narrantur, *expenderit.* Sed ei objicit *Pontanus in deſcriptione chorograph. Daniae, pag.* 764. totam illam borealem plagam olim late perviam creditam, & has terras, aeque ac reliquam Americam, veteribus plane incognitas fuiſſe. Verum etſi terrae aut nullae illic eſſe crederentur, aut ignotae eſſent, non tamen eo efficitur, nullos inde incolas ad littora Germaniae tempeſtatibus abripi potuiſſe. Potius illud objecerim, non videri tum eas regiones habitatas. *Voſſius* Indis ſimiles intelligi vult, arbitraturque veros fuiſſe Britannos, glaſto fucatis corporibus Aethiopum colorem imitantes: quis nondum noto iſthoc Britannorum more, Metel-

lo

Baetorum dono ſibi datos: unde in eas terras deveniſſent, requirendo, cognoviſſe, vi tempeſtatum ex Indicis aequoribus abreptos, emenſoſque, quae intererant, tandem in Germaniae littora exiiſſe. *Mela* 3, 5.

3 [1] Largitudo.

4 [2] Eudoxus quidam avorum noſtrorum temporibus, quum

lo pro Indis obtruſi ſint. *Boſius.*

3 *A rege Baetorum*] *Baetorum* nomen ex optimis aliquot codicibus *Melae* reſtituit *Voſſius*; cum in aliis legeretur *Bojorum*, *Botorum*, *Lydorum*, & in editis pleriſque, ut eſt apud Plinium, *Suevorum*. *Baetos* autem interpretatur Batavos, ab agro *Betua* vel *Battua* nomen adeptos, quos & *Strabo* Βάτλες vocet: atque ſic eos appellari ait etiam in lapide in Batavia invento, ubi *cohortis Baetorum* ſub Imp. Antonino fit mentio. Fortaſſis & apud *Strabonem* Βαῖτοι reſcribi debent. *Bojis*, ut recte *Voſſius* monet, nullus heic locus, cum toti ſint mediterranei: *Suevos* libri reſpuunt; *Plinius* autem, ut ſolet, pro *Baetis*, ignoto ſibi, ut videtur, nomine, eos ſuppoſuit. *Boſius.*

1 *Largitudo*] Verba Cariſii: LARGITUDO *nusquam invenitur, niſi apud Nepotem.* Boſius.

2 *Eudoxus quidam*] Ibidem C. Plinius: *Nepos Cornelius auctor eſt, Eudoxum quendam ſua aetate cum Lathyrum regem fugeret, Arabico ſinu egreſſum, Gades usque pervectum. Multoque ante eum Coelius Antipater, vidiſſe ſe, qui navigaſſet ex Hiſpania in Aethiopiam commercii gratia.* Et Martianus Capella, Plinii aemulus, libro 6. qui eſt de Geometria: *Cornelius auctor affirmat, quendam Eudoxum fugientem regis inſidias ex Arabia in Gaditana perveniſſe refugia. Coelius Antipater ſe hominem vidiſſe confirmat, qui negotiationis ardore in Aethiopiam ex Hiſpania navigaſſet. Idem Cornelius poſt captor Indos per Germaniam navigavit.* Quae poſtrema ſe corrupta clamant, leg. que recta interpunctione: *Idem Cornelius poſt: captos Indos per Germaniam navigaviſſe:* Truncata enim ex ſuperioribus Plinii verbis exſcripta quis non videt? *Schott.* Apud *Martianum* malebam olim, *Idem Corn. poſuit, captos Indos per Germ. navigantes.* Quod neque nunc diſplicet. *Keuchenio* tamen duriſſimum videbatur. Vellem cauſſam adjeciſſet. Forſan τὸ *poſuit* ei non placebat. Atqui ſic etiam alii illius aevi locuti. Priſcianus lib. 6. INCUS *etiam* INCUDES; *quod ponit Nonius Marcellus de doct. indagine.* lib. 10. *Nonius Marcellus ſic ponit*; SAPIVI *pro* SAPUI. Et quid dico, illius aevi? Puriſſimi ab hoc loquendi modo non abhorrent. Noſter 16, 3, 1. *ſejunctum ab re poſita.* ubi vid. *not.* Seneca Suaſor. 6. extrema: *Solent Scholaſtici declamatores ponere. Deliberat Cicero,* &c. idem ſuaſ. 1. *Eleganter in C. Caſſii epiſtola poſitum.* Controv. 1. *Durum ſenſum videbatur non pure poſuiſſe in narratione.* Controv. 12. *Haec ſubinde refero, quod aeque vitandarum rerum exempla ponenda ſunt quam ſequendarum.* Quinctilianus 2, 17. *Ponuntur hae quoque in 2. Ciceronis libro de oratore contradictiones.* Plinius 32, 11. *His adjici-*

tum

Digitized by Google

quum [1] Lathurum regem Alexandriae profugeret, Arabico ſinu egreſſus, [2] per hoc pelagus, ut Nepos adfirmat, Gades uſque pervectus eſt. *Mela* 3, 9.

[3] Paphlagonia inſignis loco [4] Heneto, a quo, ut 5 Cornelius Nepos perhibet, Paphlagones in Italiam transvecti, mox Veneti ſunt nominati.

Fauces Oceani T. Livius, ac Nepos Cornelius la- 6 titudinis tradiderunt, [5] ubi minimum, VII M. paſſ. ubi vero plurimum, X M. *Plin.* 3. *prooem. ibid.* 3, 17.

[6] Melpum opulentia praecipuum, quod ab Inſu- 7 bribus, & Bojis, & Senonibus deletum eſt eo die, [7] quo Camillus Vejos ceperit, Nepos Cornelius tradidit. *Plin.* 3, 17.

Ultra Aquilejam VI M. paſſ. Formio amnis, ab 8 Ravenna [8] CLXXXIX. paſſ. antiquus Italiae auctus ter-

mus apud Ovidium poſita nomina Neque refugit priſcis puritate atque elegantia dictionis aequiparandus, *Aug. Buchnerus.* cujus iſta ſunt in commentario nondum edito ad Agricolam Taciti cap. 5. *Confirmat conjecturam noſtram, quod infra cap.* 18. *ponit*, EOQUE INITIO &c. *Boſ.*

1 *Lathurum profugeret*] *Profugere* cum quarto caſu conſtruitur. V. Th. Muncker. ad Hygin. fab. 277.

2 *Per hoc pelagus*] *Africum* addit *Schottus*; & mox edidit *profectus eſt.* Utrumque libris reclamantibus. *Boſ.*

3 *Paphlagonia*] Mutilate Schottus: *ab Heneto Paphlagones.* Boſius.

4 *Heneto a quo Paphlagones*] Solinus c. 44. ex Plinio libro 6, 2. *Paphlagoniae Henetos adjicit Nepos Cornelius, a quibus in Italia ortos cognomines eorum Venetos credi poſtulat.* Citat & *Rodericus*, *Toletanus Archiepiſcopus*, *libro* 1. *Chronicorum Hiſpaniae*, *cap.* 2. forte ex D. *Iſidoro*, quem fere ſequitur. Terentianus Maurus:

Quos Homerus dixit Ἐνετὰς, *ille Venetos autumat.* Schottus.

5 *Ubi minimum*] Mſ. codex Chifletii; *ubi minus.* Boſius.

6 *Melpum*] Sunt qui putent eſſe *Meleium* municipium nobile & ditiſſimum; eſtque in Orbiis. de quibus multa *Zanchius Bergomas ad Petrum Betulium*, & *Gaudentius Merula lib.* 1. *Antiquit. Galliae Ciſalpinae cap.* 9. Schottus.

7 *Quo die Camillus Vejos*] De die nondum in Faſtis aut Diariis comperi: annus eſt in iis Tabulis marmoreis, quo de Vejentibus Dictator primum triumphavit, CCCLVII. *Livius libro* 5. & rurſum *Plinius libro* 33, 7. *Plutarchus Camillo*: *Valerius* 4, 1. *Agellius* 17, 21. *Diodorus*, *Florus*, *Eutropius*; & *Auctor de viris illuſtribus.* Schottus. Pro *tradidit* Schottus edidit, *tradit.* Boſius.

8 *CLXXXIX. paſſ.*]. Sic *Dalechampius* edidit. *Schottus* autem & & *Latius*: CLXXXIX. *M. paſſ.* Et mox:

terminus, nunc vero Iſtriae: quam cognominatam à flumine Iſtro in Adriam effluente a Danubio amne, eidemque Iſtro ex adverſo Padi fauces, contrario eorum percuſſu mari interjecto dulceſcente, [1] plerique dixere falſo, & Nepos [Cornelius] etiam Padi accola. *Plin.* 3. *N. H.* 18.

CAP. VIII.

1 Alpes [2] in longitudinem XM. paſſ. patere a ſupero mari ad inferum, Caelius tradit: Timagenes [3] XX M. paſſ. deductis in latitudinem, Cornelius Nepos CM: T. Livius tria M. ſtadiorum: uterque diverſis in locis. *Plin.* 3, 19.

2 Inter duos Boſphoros, Thracium & Cimmerium, directo curſu, ut auctor eſt Polybius, [4] IOM. paſſuum interſunt. Circuitu vero totius Ponti [5] vicies ſemel centena quinquaginta M. ut auctor eſt Varro, & fere veteres. Nepos Cornelius trecenta millia quinquaginta adjicit. *L.* 4, 12.

[1] In

mox: *antiquus auctae Italiae terminus.* Statim τὸ *tradunt* afuit a duobus Mſſ. & recte. *Boſius.*

1 *Plerique dixere falſo*] *Ariſtoteles de Hiſtor. animalium* 8. & περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων: *Strabo libro* 7. *Geograph. Apollonius Rhodius*, & *Mela lib.* 2. Quos miror omnes cum Nepote, Falſitatis argui. Supra pro *eidemque*, codex Toletanus M S. *eodemque* auferendi caſu praefert. *Schottus.* Atque ſic & e ſuis legebat *Pintianus*; adſtipulante etiam Chifletiano: a quo mox *Cornelii* nomen aberat. In alio fuit, *ex adverſo Padi faucibus.* Forſan legendum eſt, *exadverſus Padi fauces.* quo loquendi modo Nepos, aliique uſi. vide ad 2, 3, 4. Paullo ante in omnibus editionibus inveʼnio, *Danubio amne.* nec ſcripti variant. *Boſius.*

2 *In longitudinem*] Sic editum apud *Plinium. Schottus* tamen, *in longitudine.* Boſius.

3 *XX. M. paſſ.*] Scriptus Toletanus codex, quem inſpeximus, ſic interpungit: XXII. M. *paſſ. deductis. in latitudinem autem Corn. Nepos* CL. M. Schottus. Atque ſic & edd. *Plinii* interpungunt. *Boſius.*

4 *IO M paſſuum*] Haec quoque omnium, quas vidi, editionum lectio eſt. *Schottus*, & reliqui dederant OIM. niſi operarum lapſus eſt. *Boſ.*

5 *Vicies ſemel centena quinquaginta M.*] Tolet. idem: *vicies ſemel M. ut auctor eſt Varro, & fere veteres ſemel quinquaginta. Nepos Cornelius* CCC. *M. L. adjicit.* Schottus.

i hj

[1] In ora Oceani, colonia Auguſti, Julia Conſtantia, &c. & ab ea XXXII M. paſſ. colonia a Claudio Caeſare facta Lixos. Ibi regia Antaei, certamenque cum Hercule, & Heſperidum Horti &c. Exſtat in ea & ara Herculis, nec praeter oleaſtros aliud ex narrato illo aurifero nemore. Minus profecto mirentur [2] portentoſa Graeciae mendacia, de iis & amne Lixo prodita, qui cogitent, noſtros nuper paullo minus monſtrifica quaedam de iiſdem tradidiſſe: praevalidam [3] hanc urbem, majoremque Karthagine magna: praeterea ex adverſo ejus ſitam, & prope immenſo tractu ab Tingi: quaeque alia Cornelius Nepos avidiſſime credidit. *Lib.* 5. *c.* 1. 3

Aliqui inter Pontum & Caſpium mare CCCLXXV M. paſſ. non amplius intereſſe tradiderunt: [4] Cornelius Nepos CCLM. *Lib.* 6, 1. 4

Polybius in extrema Mauritania contra montem Atlantem a terra ſtadia octo abeſſe prodidit Cernen. Nepos Cornelius [5] ex adverſo maxime Karthaginis a con-

1 *In ora Oceani*] Ediderat Schottus: *Minus prof. mir. Gr. mendacia de hortis Heſperidum, & amne Lixo prodita*, &c. Atqui Plinius non de his ſolis loquitur, ſed de aliis etiam de quibus praeceſſerat. Quare quae ex iis neceſſaria videbantur, praemiſimus. *Boſius.*

2 *Portentoſa Graeciae mendacia*] *Et quidquid Graecia mendax Audet in hiſtoria.* Juvenalis Sat. 10. *Lixa, Lybiae civitas*, inquit *Stephanus* ex *Alexandro libro* 1. *Lybicon*; a *Lixo* flumine *Schottus.*

3 *Hanc urbem*] *Lixon*: nam de *Cerne* mox *lib.* 6, 80. Carthagini quoque objacere ſupra Plinius: *A Claudio Caeſare colonia facta Lixos: vel fabuloſiſſime ab antiquis narrata Ibi regia Antaei, certamenque cum Hercule, & Heſperidum horti. Affunditur autem huic aeſtuarium e mari, flexuoſo meatu, in quo Draconis cuſtodiae inſtar fuiſſe nunc interpretantur. Exſtat in inſula, & ara Herculis: nec praeter oleaſtros, aliud ex narrato illo aurifero nemore.* Boſius.

4 *Corn. Nepos* CCLM.] Duo Plinii m. ſſ. CCLM. numerant. *Schottus.* Idque *Pintianus* concinnius cenſet, ne ſit tanta in numero differentia inter Nepotem & ceteros auctores. Quare & nos ita reſcripſimus. nam vulgo erat, CLM, *Boſius.*

5 *Ex adverſo Carthaginis*] Sic & *Hanno*, e quo *Iſ. Voſſius in notis ad Scylacem pag.* 24. Cornelium haec depromſiſſe cenſet, κατωκίσαμεν αὐτὴν ἐν τῷ μυχῷ ... κατ' εὐθὺ κεῖσθαι

Καρ-

continente paſſus mille: non ampliorem circuitu duobus millibus. *Lib.* 6, 31.

6 Nepos Cornelius, qui Divi Auguſti principatu obiit: Me, inquit, juvene [1] violacea purpura vigebat, cujus libra denariis centum venibat; nec multo poſt rubra Tarentina. Huic ſucceſſit dibapha Tyria, quae in libras denariis mille non poterat emi. Hac P. Lentulus Spinther, Aedilis Curulis, primus in praetexta uſus [2] inprobatur: qua purpura [3] quis non jam, inquit, tricliniaria facit? *L.* 9. *c.* 17. & 39.

7 Onychem etiam tum in Arabiae montibus, [4] nec uſquam aliubi naſci putavere noſtri veteres: ſed & in Ger-

Καρχηδόνιος. Atque ſic & *Palaephatum* 32. interpretatur *Voſſius*, cum ait, Κερναίους (ſic enim legi volunt pro Κυρηναίους) Libyam arare κατὰ Καρχηδόνα. quanquam alibi (in *not. ad Melae* 2, 7.) putat, *Palaephatum* ac *Diodorum item Siculum*, confudiſſe *Cernen* cum *Cercinna*, perperam acceptis Hannonis verbis: Κατ' εὐθὺ autem exponit, *in eodem parallelo*: ſed negat, ipſum Hannonem ſic ſenſiſſe. Utcunque ſit, *ex adverſo Carthaginis* non poteſt ita accipi, ac ſi Cernen intra columnas Herculis prope Carthaginem in ipſo ſinu ſitam exiſtimarit. *Boſius.*

1 *Violacea purpura*] De variis purpurae generibus poſt *Plinium*, *Gallium*, *Bayfium*, alios, accurate *Salmaſius in notis ad Tertullianum de Pallio*, & *Octav. Ferrarius in De re Veſtiaria*, praecipue *lib.* 2. *cap.* 7. Qui videri poſſunt. *Boſius.*

2 *Improbatur*] Sic Mſ. Vulgati: *improbabatur*, quod video ſummos viros non improbaſſe. mox *Schottus* ediderat, *nam purpura quis non, inquit, triclinaria facit?* Nos *Pliniana* repoſuimus, quae & viri docti, quos modo laudavimus, non aliter laudant. *Tricliniaria* vero *Salmaſius* ait eſſe accubitalia, quibus accubita vel lecti tricliniares ſternuntur, *in not. ad Tertull. pag* 175. *Boſius.*

3 *Quis non triclinaria facit*] Addit de ſuo Plinius: *Spinther aedilis fuit, urbis conditae anno ſeptingenteſimo, Cicerone Coſ. Dibapha tunc dicebatur, quae bis tincta eſſet, veluti magnifico impendio, qualiter nunc omnes pene commodiores purpurae tinguntur.* Haec poſtrema *Plinio* ab aliquo adjecta aſſerere auderem, niſi in m. ſ. Toletano antiquiſſ. reperiſſem. In Conſulatu vero M. Tullii nimis rotundus numerus eſt, qui eſt in Faſtis Capitolinis extra controverſiam annus IↃCXC. poſt U. C. collega C. Antonio: P. vero Cornelius Lentulus Spinther, Ciceronis inprimis ſtudioſus, Coſ. poſt fuit, anno IↃCXCVI. cum Q. Caecilio Merello Nepote. *Schottus.*

4 *Nec uſquam alibi*] Sic editum in *Plinio*. quod mutari non debuit. paſſim enim Plinius ea voce utitur. *Schottus* tamen habet *alibi*. Et mox, *ſed in Germ. put. viſſis in ſ. primum.*

At

Germania potoriis & primum vaſis inde factis dein pedibus lectorum ſelliſque, Cornelius Nepos tradit magno fuiſſe miraculo, quum P. Lentulus Spinther amphoras ex eo & urceos [1] magnitudine cadorum oſtendiſſet: poſt quinquennium deinde, triginta duorum pedum longitudine columnas vidiſſe ſe.

CAP. IX.

[2] Νέπως δὲ Κορνήλιος οὐχ ὑπὸ γήρως φησὶν οὐδὲ νόσου παραλλάξαι τὸν Λούκουλλον, ἀλλὰ φαρμάκοις ὑπό τινος τῶν ἀπελευ- 1

At longe aliter edd. Dalech. & Latii: *putavere noſtri veteres: Sudines in Germania. Potoriis* &c. Alius legebat, *veteres. In Germania tamen apud Sudines reperitur. Potoriis* &c. Nimis id quidem audacter. Mihi placet emendatio Salmaſii in Exerc. Plin. pag. 558. *Sudines & in Carmania.* Nam paullo poſt idem Plinius de Alabaſtrite, quem eundem onychi facit: *Naſcitur probatiſſimus in Carmania.* Et lib. 37, 2. de gemma onyche: *In gemmam tranſiit ex lapide Carmaniae. Sudines dicit in gemma eſſe candorem* &c. Nos ſcriptorum codd. lectionem repraeſentavimus Dalechampio laudatorum. In Voſſiano mox fuit, *Nepos Cornelius tradidit, magno fuiſſe miraculo.* Boſius.

1 *Magnit. cador.*] Sic MſT. At Ed. Dal. & Latii: *Chiorum magnit. cadorum*, praeeunte *Hermolao Barbaro*; ſuffragante τῷ πάνυ *Gronovio*, qui videndus ad hunc Plinii locum. Fuit etiam in quibusd. libb. *columnam*, pro *columnas*; magisque placet. *Boſius.*

2 Νέπως δὲ Κορνήλιος] Idem Plutarchus in libello: Εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον. Λουκούλλου δὲ Ῥωμαίων οὐ πολλοὺς ἄν τις εὕροι δεινοτέρους στρατηγοὺς ὅτε τῷ πράττειν τὸ φρονεῖν συνῆγεν. ἐπεὶ δὲ μεθῆκεν ἑαυτὸν εἰς βίον ἄπρακτον καὶ δίαιταν οἰκουρὸν καὶ ἀφρόντιν, ὥσπερ οἱ σπόγγοι ταῖς γαλήναις ἐννεκρωθεὶς καὶ καταμαρανθεὶς, εἶτα Καλλισθένει τινὶ τῶν ἀπελευθέρων βόσκειν καὶ τιθασεύειν παρέχων τὸ γῆρας, ἐδόκει καταφαρμακευθῆναι φίλτροις ἀπ᾽ αὐτοῦ καὶ γοητεύμασιν, ἄχρις οὗ Μάρκος ὁ ἀδελφὸς ἀπελάσας τὸν ἄνθρωπον, αὐτὸς ᾠκονόμει καὶ ἐπαιδαγώγει τὸν λοιπὸν αὐτοῦ βίον, οὐ πολὺν γενόμενον i. e. *Inter Romanos non invenies multos Lucullo meliores imperatores, dum is rebus gerendis curam impendit. Ubi vero ſeſe in vitam otioſam domi deliteſcens, & curis vacuus, demiſit, ſpongiae inſtar tranquillitate enecatus & contabeſcens, ac Calliſtheni libertorum uni ſe alendum ſuamque ſenectutem cicurandam tradens, creditus fuit ab eo veneficiis, & amatoriis poculis corruptus, donec Marcus frater, hoc remoto, ipſe reliquam fratris vitam (non longam quidem illam) paedagogi in morem curavit.* Haec ille. Ex quibus patet error eorum, qui *Virorum illuſtrium* auctorem in Nepotis familiam, obtorto collo, retraxerunt: iniqui, me Hercule, Familiarum, legitimorumque liberorum

λευθέρων Καλλισθένους διαφθαρέντα. [1] Τὰ δὲ φάρμακα δοθῆναι μὲν ὡς ἀγαπῷτο μᾶλλον ὁ Καλλισθένης ὑπ' αὐτοῦ, τοιαύτην ἔχειν δοκοῦντα τὴν δύναμιν. ἐκστῆσαι δὲ καὶ κατ[α]λῦσαι τὸν λογισμὸν, ὥστ' ἔτι ζῶντος αὐτοῦ, τὴν οὐσίαν διοικεῖν τὸν ἀδελφόν.

Cornelius Nepos ait: non ſenio, neque morbo alienata mente fuiſſe Lucullum, ſed a quodam liberto Calliſthene venenis corruptum. Datum autem eſſe venenum, ut Calliſthenes impenſius ab eo diligeretur, quod ejuſmodi vi pollere id putaret. Ita vero alienaſſe & ſolviſſe mentem ejus, ut adhuc viventis facultates frater procuraret.

2 Νέπως ὁ Κορνήλιος φησὶν, οὐ Κράσσου, Βρούτου δὲ θριαμβεύσαντος ἀπὸ Λυσιτανῶν θυγατέρα γῆμαι γαῖον.

Cornelius Nepos non Craſſi, ſed Bruti, ejus, qui de Luſitanis triumphavit, filiam nuptum Cajo datam, ait.

3 Ἀννίβας δὲ τῶν μὲν ἄλλων, ἐλάχιστος ἦν λόγος, [2] Μάρκελλον δὲ πεπτωκέναι πυθόμενος, αὐτὸς ἐξέδραμεν ἐπὶ τ[ὸν] τόπον. καὶ τῷ νεκρῷ παραστὰς, καὶ πολὺν χρόνον τήν τε ῥώμην τοῦ σώματος καταμαθὼν καὶ τὸ εἶδος, οὔτε φωνὴν ἀφῆκεν ὑπερήφανον, οὔτε ἀπ' ὄψεως τὸ χαῖρον, ὡς ἄντις ἐργώδη πολέμιον καὶ βαρὺν ἀπεκτονὼς ἐξέφηνεν. ἀλλ' ἐπιθαυμάσας [3] τὸ παράλογον τῆς τελευτῆς, τὸν μὲν δακτύλιον ἀφείλετο

τ[ο]

rorum Cenſores. Sic enim in Lucullo Aurelius Victor, cui nos parenti cum olim partum reddidimus: *Cum alienata mente deſipere coepiſſet, tutela ejus M. Lucullo fratri permiſſa eſt.* De Calliſthene, ut vides, verbum nullum: Aut alio igitur Nepote uſus Plutarchus, aut falſa illa cenſoria Italorum notio eſt, *Hermolai Barbari, Catelliani Cottae, Dominici Machanei,* & aliorum. *Boſius.*

1 Τὰ δὲ φάρμακα &c.] Neſcio cur haec *Schottus* omiſerit, cum & ipſa Nepotis ſint. *Boſius.*

2 Μάρκελλον δὲ πεπτωκέναι πυθόμενος] Cicero Catone: *M. Marcelli interitum ne crudeliſſimus quidem hoſtis ho[no]nore ſepulturae carere paſſus eſt.* Cr[u]deliſſimum autem Hannibalem vocat Livius lib. 27. *Valer.* lib 5. *cap.* [...] *fine: Silius Ital. lib.* 12. *Oroſius* [...] 18. Aurel. Victor. de Viris Illuſtri[bus]: *Marcellus quinquies Conſul, inſid[iis] Annibalis deceptus & magnifice ſep[ul]tus. Oſſa Romam remiſſa, a praed[o]nibus intercepta perierunt.* Quis ſc[it] an haec ad librum exemplorum [...] ubi & Hannibalis mentio fit, pe[r]tineant? *Schottus.*

3 Τὸ παράλογον τὸ τελευτῆς] Ap[ud] *Plutarchum* in edd. Pariſ. & Fra[n]coſ. excuſum invenio τῆς τελευτῆς. [...]

diſc[...]

τὸ δὲ σῶμα κοσμήσας πρέποντι κόσμῳ καὶ περιστείλας ἐντίμως
ἔκαυσε, καὶ τὰ λείψανα συνθεὶς εἰς κάλπην ἀργυρᾶν, καὶ
[1] χρυσοῦν ἐμβαλὼν στέφανον, ἀπέστειλε πρὸς τὸν υἱόν. τῶν δὲ 4
Νομάδων τινὲς περιτυχόντες τοῖς κομίζουσιν, ὥρμησαν ἀφαι-
ρεῖσθαι τὸ τεῦχος. ἀντιλαμβανομένων δ' ἐκείνων, ἐκβιαζό-
μενοι καὶ μαχόμενοι διέρριψαν τὰ ὀστᾶ. πυθόμενος δὲ Ἀννί- 5
βας, καὶ πρὸς τοὺς παρόντας εἰπὼν, οὐδὲν ἄρα δυνατὸν γενέ-
σθαι ἄκοντος θεοῦ, τοῖς μὲν Νομάσιν ἐπέθηκε δίκην, οὐκ ἔτι
δὲ κομιδῆς ἢ συλλογῆς τῶν λειψάνων ἐφρόντισεν. ὡς δὴ κατὰ
θεόν τινα καὶ τὸ τελευτῆς καὶ τῆς ἀταφίας παραλόγως οὕτω τῷ
Μαρκέλλῳ γενομένης. Ταῦτα μὲν οὖν οἱ περὶ Κορνήλιον Νέ- 6
πωτα καὶ Οὐαλέριον Μάξιμον ἱστορήκασι. Λίβιος δὲ καὶ Καῖ-
σαρ ὁ σεβαστὸς κομισθῆναι τὴν ὑδρίαν πρὸς τὸν υἱὸν εἰρήκασι,
καὶ ταφῆναι λαμπρῶς.

Hannibal vero quum reliquos minimi faceret, Marcellum cecidiſſe audito, ipſe ad locum accurrit: cadaverique adſiſtens, diuque corporis robur & formam contempla-

diſcrepant Mſſ. quorum variae in editionibus illis ſubjiciuntur. *Boſius.*

1 χρυσοῦν στέφανον] De Corona antiquitus impoſita mortuis *Cicero pro Flacco*, & *Pet. Victorius* 2, 7. *Variar. lect.* Valer. Max. lib. 5. cap. 1. de Antipatro, & hoc ipſo Marcello: ubi forte *aurea* leg. Ad quem Maximi locum Plutarchum reſpexiſſe autumo in vita Marcelli. ταῦτα μὲν οὖν οἱ περὶ Κορνήλιον Νέπωτα, καὶ Οὐαλέριον Μάξιμον ἱστορήκασι. *Schottus.* De more coronas aureas mortuis imponendi plura habes in Indice, v. *corona.* Apud *Valerium* non opus pro *laurea* reponere *auream*, quanquam & *Freinshemio* ſic viſum, *ad Curtii* 5, 13, 31. Neque neceſſe eſt, in codice *Valerii*, quem *Plutarchus* legit, ſic fuiſſe ſcriptum, uti quidem nuper vir doctus ad hunc Valerii locum cenſebat. Nam ille de corona cadaveri impoſita, cum eoque combuſta; *Plutarchus* autem de ea, quae reliquiis ad filium deſtinatis ſuperimpoſita eſt, loquitur. Neque ſatis conſtat, an *Plutarchus*, ut viri docti volunt, ad ea reſpexerit, quae *Valerius* 5, 1. *ext.* 6. de funere Marcelli retulit. Nam ea pauciora ſunt, quam ut a *Plutarcho* heic laudata videri queant. niſi dicas ſolum hodie Valeriani operis epitomen ſupereſſe: in quam ſententiam *Voſſium de hiſtor. Lat* 1, 24. propendiſſe video. Sed & apud *Plutarchum* heic Mſ. codex Vulcobianus, Οὐατώριον, alius Οὐιτώριον habuit. quod poſterius an heic reponi debeat, diſpiciant doctiores, quamquam non ignoro, *Valerium Max.* alibi *Plutarcho* fuiſſe laudatum. *Boſius.*

platus, neque ſuperbam ullam emiſit vocem, neque vultu laetitiam (ut conſentaneum erat eum, qui tam moleſtum & gravem hoſtem interfeciſſet) prae ſe tulit: ſed inopinatum viri exitum miratus, annulum ei abſtulit, corpus digno habitu ornatum, veſtibusque decentibus amictum cremavit. reliquias in urnam argenteam lectas, aurea ſuperaddita corona ad filium miſit. Sed quidam Numidae, quum in ferentes ea incidiſſent, adimere vi conati ſunt: illis reluctantibus, ac vim vi repellentibus, oſſa disjecta ſunt. Hannibal hoc audito, ad eos qui aderant; Nihil, inquit, utique Diis invitis fieri poteſt: ſumto de Numidis ſupplicio, nullam praeterea de Marcelli reliquiis colligendis curam habuit: ut qui Dei alicujus numine Marcello hunc exitum vitae, & ſepulturae privationem ita praeter omnium opinionem eveniſſe crederet. Haec Cornelius Nepos & Valerius Maximus narrant. Livius & Auguſtus Caeſar, perlatam ad filium Marcelli urnam, & honorifice ſepultas ejus reliquias perhibent.

7 Ἀννίβαν δὲ Μάρκελλος, ὡς μὲν οἱ περὶ Πολύβιον λέγουσιν, οὐδὲ ἅπαξ ἐνίκησεν, ἀλλ' ἀήττητος ἀνὴρ δοκεῖ διαγενέσθαι μέχρι Σκιπίωνος. ἡμεῖς δὲ Λιβίῳ, Καίσαρι καὶ Νέπωτι,

1 *Et Nepoti*] Mirum, a Nepote hoc fuiſſe litteris conſignatum; cum ſupra 23, 5. & 6. invictum Hannibalem faciat. *Boſius.*

2 *Turdos coeptos ſaginari*] In Turdario. Martialis lib. 13.

Inter aves turdus, mecum ſi judice certes:
Inter quadrupedes mattya prima lepus.

Unde in M. Druſo *Virorum illuſtrium* locum recte, ni fallor, emendavimus: *Philippo Conſuli, legibus agrariis reſiſtenti, ita collum in comitio obtorſit, ut multus ſanguis efflueret e naribus: quas ille luxuriam comprobans, morti jam detrudi ſe dicebat.* Nos de vet. libro τυρδίχας: *quem ille, luxuriam opprobrans, muriam de turdis eſſe dicebat*: qua de re plura *lib.* 1. *Obſervationum per Saturam.* Schottus. De turdis & earum ſaginatione ac precio, plura *Lud. Nonnius de re cibaria* 2, 29. qui & cap. 32. pluscula de gruibus ſuppeditabit. *Boſius.*

3 *Ciconias magis placere*] Elegans carmen exſtat in *Petronii Arbitri Satyrico*, de ciconia:

Ciconia etiam grata, peregrina, hoſpita;
Pietaticultrix, gracilipes, crotaliſtria,

Avis

πωτι, καὶ τῶν ἑλληνικῶν τῷ βασιλεῖ Ἰόβᾳ πιστεύομεν, ἥττας τινὰς καὶ τροπὰς ὑπὸ Μαρκέλλου τῶν σὺν Ἀννίβᾳ γενέσθαι.

Hannibalem Marcellus, ut Polybius narrat, ne ſemel quidem vicit, ſed invictus hic vir fuiſſe videtur uſque ad Scipionem. Nos autem Livio, & Caeſari, [1] *& Nepoti, & ex Graecis ſcriptoribus regi Jubae credimus, aliquotiens Hannibalem a Marcello victum, & in fugam verſum eſſe.*

CAP. X.

Cornelius Nepos, qui Divi Auguſti principatu 1
obiit, quum ſcriberet [2] turdos paullo ante coeptos ſaginari, addidit [3] ciconias magis placere, quam grues: quum haec nunc ales inter primas expetatur, illam vero nemo velit attigiſſe. *Plin.* 10, 23.

[4] Apud antiquos piſcium nobiliſſimus habitus acipenſer, &c. Poſtea praecipuam auctoritatem fuiſſe lupo & aſellis, Cornelius Nepos, & [5] Laberius, poëta mimorum, tradidere. 9, 17.

Magnitudo [6] loto arbori, quae piro: quamquam Nepos Cornelius brevem tradat, &c. Vinum quoque exprimitur illi, ſimile mulſo, quod ultra denos dies

Avis exſul hiemis, titulus tepidi temporis,
Nequitiae nidum in cacabo fecit meo.
Quem tamen aliter legit, explicatque *Had. Junius libro* 6. *animadverſorum, cap.* 15. Schottus. Pro *tetigiſſe* apud Plinium invenio, *attigiſſe.* Boſius.

4 *Apud antiquos*] Etiam hunc locum mutilaverat *Schottus*, inſerta quoque vocula, hunc in modum: *Praecipuam olim auctoritatem fuiſſe lupo*, &c. *Boſius.*

5 *Laberius poeta mimorum*] De quo *Macrobius* 7. & *Seneca* noſter *Rhetor Controverſ.* 18. *de parricidii accuſato.* Schottus. Adde *Voſſium de Poetis Lat. cap.* 1. Boſius.

6 *Loto arbori*] Unde Lotophagi, de quibus *Homerus Odyſſ.* 9. & *Scholiaſtes*, & de herba *Theophraſtus lib.* 4. *de Plantis cap.* 9. *Dioſcorides lib.* 1. & *Plinius lib.* 13. Schottus. De utriſque fuſe *Salmaſius* in *Plinianis.* Mox Mſ. Chiſl. *brevem tradit.* Pro *illi*, Schottus *huic*: alii. *illo*; non male. Dein quidam, *ultra duos dies*, Idem *Schottus* omiſit illa, *baccasque contuſas* &c. quae tamen pariter a Nepote ſunt. *Boſius.*

Digitized by Google

dies negat durare idem Nepos; baccasque contuſas cum alica ad cibos dolio condi. 13, 17.

4 [1] Scandula contectam fuiſſe Romam uſque ad bellum Pyrrhi annis quadringentis LXX, Cornelius Nepos auctor eſt. 16, 10.

5 Cornelius Nepos tradit ante Sullae victoriam duo tantum triclinia Romae fuiſſe argentea. 33, 11.

6 Primus invenit lineas colorare, teſta, ut ferunt, trita, Cleophantus Corinthius. [2] Hunc, aut eodem nomine alium fuiſſe, quem tradit Cornelius Nepos ſecutum in Italiam Demaratum, Tarquinii Priſci Romani regis patrem, [3] fugientem a Corintho injurias Cypſeli tyranni, mox docebimus. 35, 3.

Pri-

1 *Scandula contectam*] *Scandula*, quaſi *Scindula*, aſſulae, non ſerra, ſed bipennibus productae: niſi potius a *ſcandendo*. Hinc *ſcandulare tectum* Apulejo libro 3. fabulae Mileſiae, & Juriſconſultis *Scandularii*, *l. Quibusdam. D. de jure immunit.* Vegetius libro 2. de re militari, capite 23. *Tempore hiemis de tegulis, vel ſcandulis: quae ſi deeſſent, certe de cannis, ulva, vel culmo porticus tegeretur*, *Scandulae* autem e robore aptiſſimae. Vitruvius libro 2. cap. 1. *Montium accolae cruſtis marmoreis tecta contegunt; alii plumbi laminis. Septentrionales noſtri harundine domus ſuas operiunt, durantque aevis tecta alta* Idem *Plinius* 16, 33. Penes Germanos tegularum uſum non fuiſſe; ſed materie informi domum tegere ſolitos, auctor eſt *Tacitus*. Culmis etiam tecta concinnarunt, unde *culmina*. Seneca ad Lucilium: *Culmis liberos texit, ſub marmore atque auro ſervitus habitat.* Schottus. In q. libris fuit, *Scandulam non conſpectam fuiſſe Romae.* Dubito, an id admittat hiſtoria. *Boſius*.

2 *Hunc, aut eodem &c.*] Dederat Schottus, *alium fuiſſe tradit Corn. Nepos*, &c. omiſſis illis, *mox docebimus*. Longe alio ſenſu, quam apud *Plinium* legitur. E cujus verbis apparet, Nepotem ſolum dixiſſe, Cleophantum quendam Corinthium ſecutum in Italiam Demaratum, &c. cetera Plinii ſunt. Quare vel totus locus recenſendus erat, vel illa, *aut eod. nomine alium fuiſſe*, omittenda. *Boſius*.

3 *Fugientem a Corintho*] Hic quoque locus, praeter *Livii* & *Ciceronis* auctoritatem *Tuſcul.* 5. veterumque librorum conſenſum, nos manuduxit, ad veram in *Viris illuſtrib.* lectionem conſtituendam, *cap.* 6. *L.* inquit, *Tarquinius Priſcus, Demarati Corinthii filius, ejus, qui Cypſeli tyrannidem fugiens in Etruriam commigravit. Ipſe Lucumo dictus urbe Tarquiniis profectus, Romam petiit.* Aliis vero hic locus falſo perſuaſit, ad Nepotem, ſcriptorem illum *Virorum illuſtrium*, eſſe referendum. *Schottus*.

1 Prae-

Digitized by Google

Primum Romae parietes cruſta marmoris operuiſſe 7
totius domus ſuae in Coelio monte Cornelius Nepos tradidit Mamurram, Formiis natum, equitem Romanum, [1] praefectum fabrum C. Caeſaris in Gallia, &c. Adjecit idem Nepos, eum primum totis aedibus nullam, niſi e marmore, columnam habuiſſe, omnes ſolidas e Caryſtio, aut Lunenſi. 36, 6.

Cap. XI.

[2] Aedis Martis eſt in circo Flaminio architectata 1
ab Hermodoro Salaminio.

[3] Non amplius ter bibere Auguſtum ſolitum ſuper 2
coe-

1 *Praefectum fabrûm C. Caeſaris in Gallia*] Addit C. Plinius: *Neque indignatio ſit, tali auctore inventa re. Hic namque eſt Mamurra Catulli Veronenſis carminibus proſciſſus: quem* [ut res eſt domus ipſius] *clarius quam Catullus dixit habere, quidquid habuiſſet Comata Gallia:* [Namque] *adjecit* [idem Nepos] *eum primum totis aedibus nullam, niſi e marmore, columnam habuiſſe: omnes ſolidas e Caryſtio, aut Lunenſi.* Quem locum ſic εὐστοχώτατα ille *Joſ. Scaliger*, Julii Caeſaris F. Galliae lumen, reſtituit: *quem Metrodorus Scepſius clarius, quam* *Catullus*, dixit. &c. Mox, *Namque idem Nepos*, ὀβελίζει. Catulli verſus apponam.

Quis hoc poteſt videre? quis poteſt pati?
Niſi impudicus, & vorax, & aleo,
Mamurram habere, quod Comata Gallia
Habebat uncti, & ultima Britannia.
Cinaede Romule, haec videbis, & feres?

Schottus. Pro illis, *Namque adjecit idem Nepos*, etiam in q. MSS. ſolummodo legitur unica vox, *addiditque*, & abſunt illa *aut Lunenſi*; ac pro *Caryſtio*, eſt, *a Caryſto* Boſius.

2 *Aedis Martis architectata ab Hermodoro*] Sic & *machinata* παθητικῶς. Salluſtius Hiſt. libro 2 *At Lucullum regis cura machinata fames brevi fatigabat.* Sed de his ſupra ad *Epiſt.* dicere memini. Architecti vero *Hermodori* ſic meminit Vitruvius lib. 3. cap. 1. Architect. *Quemadmodum eſt in porticu Metelli Jovis Statoris Hermodori.* ut emendat *Turnebus lib. 11. Adverſ. cap. 2.* Meminit & *M. Tullius lib. 1. de Oratore.* Schottus. Pro *Aedis* male Schotto editum, *aedes. Aedis*, ἀρχαϊκῶς, pro *aedes.* Boſius.

3 *Non amplius ter bibere*] Sex. Aurelii *Victoris*, vel ut diſertim Jac. Cujacii JCtorum noſtri ſeculi facile principis ſcriptus codex praefert, *Victorini* Epitoma: *Cumque eſſet cibi ac vini multum; aliquatenus vero ſomni, abſtinens, ſerviebat tamen libidini usque ad probrum vulgaris famae.* Sic enim legendum olim docuimus: vini enim natura parciſſimum Auguſtum *libro* 2. *Tranquillus* auctor

Aaa 4 eſt.

coenam, in caſtris apud Mutinam, Cornelius Nepos tradit.

3 [1] In extrema Britanniae parte Memma, quam Cornelius etiam Annalium ſcriptor, narrat metallis plurimis copioſam, herbis frequentem, & his feraciorem omnibus, quia pecora magis, quam homines, alat. Labi vero per eam multa quam maxima relabique flumina, gemmas margaritasque volventia.

EPI-

eſt, *cap.* 77. Schottus. Repoſuimus & heic verba *Suetonii:* nam *Schottus* mutilaverat; *Non a. t. b. Auguſtus ſolitus* &c. omiſſis illis, *Corn. Nepos tradit.* Boſius.

1 *In extrema Britanniae parte*] Saepe multumque dubitavi utri *Cornelio*, *Nepoti* ne, an *Tacito*, cujus hodieque *Annales*, licet mutili, in manibus doctorum hominum verſantur, haec darem: ſed dum inſulam, oras Britanniae legendo, ſaepe etiam in altum evectus, diligenter inveſtigo, *Monam* quidem 14. *Annali*, & in *Agricolae vita* repperi; *Memonae* vero, vel, ut alii libri *Miniae*, nec vola nec veſtigium. *Xiphilinus* vero ex *Dione*: *Britannorum*, inquit, *duo ſunt genera*, *Caledonii* & *Maeatae.* Quae vox Μαιάται a *Mona* longius recedit. Quare in eam veni ſententiam, ut noſtro adſcribendum cenſerem, dum alteruter e tenebris integer appareat: & *Chronica* Nepos, ut dixi, conſcripſit; quos libros fortaſſe Gothus ille *Jornandes*, ſive is *Jordanus* eſt, *Annales* vocavit; ſecutus, ut ſuſpicor, aliquot Gothicarum rerum ſcriptores, quorum, praeter nomen inane, nihil ad nos pervenit: quemadmodum libro priore Epitomam illam *L. Annaei Senecae*, quae vulgo *L. Floro* attribuitur, exſcripſiſſe obſervavi. *Schottus* Plane adſentior *Fr. Lindenbrogio*, Corn. Tacitum ſignificari. nam ex eo magnam partem hanc narrationem hauſtam eſſe, vel illa fidem faciunt, quae *Jornandes* ſubjicit: *Silurum colorati vultus, torto plerique crine & nigri naſcuntur. Calidoniam vero incolentibus rutilae comae, corpora magna &c.* Quae & alia Jornandi dicta, paene totidem verbis in *Agricola Taciti* leguntur. Vide eum *cap.* 10. *& ſeqq.* Perperam igitur inter *Fragmenta Nepotis* relata ſunt. *Boſius.*

IN EPISTOLAM CORNELIAE.

Unde hoc fragmentum ſit, oſtendit *Schottus pag.* 177. Ubi dubitare videtur, an legitimum ſit. Ego non incommode Corneliae adſcribi poſſe putem: ita eleganter ἀρχαΐζει. *Buchnerus.* *Schotti* haec ſunt ea de re verba *in epiſt. ad lectorem*, *Notis* ſuis in *Fragmenta Nepotis* ſubnexa. *Nunc*, inquit, *Corneliae matris Gracchorum (cui eloquentiam, teſte Cicerone & Fabio, acceptam referebant) epiſtolae fragmentum adjiciam: quod legitimumne ſit, aut a declamatore aliquo, ut ſolet, conformatum, nunc non diſputo. Parva ſane papyri jactura, repertum in vet. libro Abbatiae Faeſulanae, mihique ab Ant. Auguſtino Archiepiſc. Tarracon. viro clariſſimo per-*

ka-

EPISTOLA CORNELIAE MATRIS GRACCHORUM.

CAP. XII.

[1] Dices pulchrum eſſe inimicos ulciſci. Id neque 1
majus, neque pulchrius cuiquam, [2] atque eſſe
mihi videtur; ſed ſi liceat republ. ſalva ea perſequi.
Sed quatenus id fieri non poteſt, multo tempore, 2
multisque partibus inimici noſtri non peribunt; atque uti nunc ſunt, erunt potius, quam reſpubl. profligetur atque pereat.

Eadem alio loco:

Verbis conceptis dejerare auſim, praeterquam qui 3
Ti-

humaniter oblatum, poſt idem a Cl. V. Jacobo Bongarſio deſcriptum e Britannico exemplari, e Germania dono miſſum, Cornelianis addendum putavi. Haec *Schottus.* Repperit & *Savaro* in ſuo, & Giſanii Petaviique codicibus *vitae Attici* adjunctam. Pro genuina etiam exhibet, & alicubi corrigit *Pighius tomo* 3. *annalium Rom.* hoc ei titulo praefixo: *Epiſtolarum fragmenta duo Corneliae* P. *F. Gracchorum matris ad* C. *Sempronium filium, Tribunatus plebis Candidatum; ex Corn. Nepotis libro de latinis hiſtoricis.* Quae poſtrema forſan e codice Gif. deſumta ſunt; quo, *Savaro* probari ait, fragmenta haec excerpta eſſe e libro Nepotis *de Latinis hiſtoricis.* Denique ut Corneliae inſigne fragmentum etiam *Janus Rutgerſius* exhibet, ac locis aliquot reſtituere conatur *Variar. lection.* 5, 12. Boſius. In Voſſ. A. *Verba Corneliae Graccorum matris ex Cornelii Nepotis libro excerpta.* Voſſ. C. *Corneliae Graccorum matris ex Cornelii Nepotis libro excerpta.* Epiſtola haec in Voſſ. C. ſequitur Catonis vitam.

1 *Dicis*] Voſſ. A. *dices.* pro *pulchrum* Voſſ. C. *pulcherrimum.*

2 *Atque eſſe mihi vid.*] Tὸ *eſſe* non eſt apud *Pighium.* Idem mox conjicit leg. *eos perſequi.* verſ. 3. idem edidit, *qui Ti. filium necarunt.* malletque ſtatim *quantum tu ob h. r.* verſu 4. idem & Rutgerſius habent: *quos antehac habui liberos.* Et pro *partis eorum* habet *in primeis partis. Partis* autem pro *partes* accipit; recte. ſic enim inflexere veteres. Mox, *uti quam min.* & *advorſum meam ſent.* putatque poſt τὸ *facere* deeſſe verbum *reſiſtereve*, vel ſimile quid. Non opus. *Boſius.* Pro *eſſe mihi* Voſſ. C. *mihi eſſe.* Pro *profligeretur* Voſſ. A. *profligetur.*

Tiberium [1] Gracchum necarunt, neminem inimi-
cum tantum moleſtiae, tantumque laboris, quantum
4 te ob has res, mihi tradidiſſe: quem oportebat o-
mnium eorum, quos ante habuerim liberos, partis
eorum tolerare: atque curare, ut quam minimum ſol-
licitudinis in ſenecta haberem, utique quaecunque a-
geres, ea velles maxime mihi placere: atque uti ne-
fas haberes rerum majorum adverſum meam ſenten-
5 tiam quidquam facere. Praeſertim mihi, [2] cui par-
va pars vitae ſupereſt, ne id quidem tam breve ſpa-
tium poteſt opitulari, quin & mihi adverſeris, &
rempubl. profliges. Denique [3] quae pauſa erit? &
quando deſinet familia noſtra inſanire? & quando mo-
dus ei rei haberi poterit? & quando deſinemus, &
ha-

1 *Gracchum necarunt*] Voſſ. A. *Graccum nechariunt.* Voſſ. C. *Graccum*; qui pro *tantum moleſtiae tantumque*, *tantae moleſtiae mutatumque.* & pro *partes*, partibus. pro *ageres*, *agens.*

2 *Cui parva pars vitae ſupereſt*] Aliter Schottus interpungit: *cui parva p. v. ſupereſt. Ne id quidem &c.* Similiter Pighius: *cui parva p. v. reſtat. Ne id qu. breve ſpatium eam pot. opit.* Et pro *eam* conjicit legendum *jam.* Rutg. mallet interrogative legi: *quin & mihi adverſeris, & remp. profliges?* Boſ. Voſſ. C. *in tam parvas pauſas vitae.* pro *at ne id* Voſſ. A. *ne id.* pro *adverſeris* iidem *adverſes.*

3 *Quae pauſa erit*] Alii: *quae cauſa erit?* corrupte, ut opinor. mox Rutgerſ. leg. *& habentes & praebentes moleſtiis, deſipere?* quod fateor me non capere. Extremo hoc verſiculo idem Rutgerſ. ſcribendum ait *perturbanda reſpubl.* Sed nihil mutandum. *Perpudeſcet miſcenda repub.* dictum, ut *pudet dictu* apud Tacit. Agr. 32, 3. & ſimilia alia. *Boſius.* Voſſ. C. *pauſas.* Pro *rei haberi*, *ei rei* LXVI. pro *abſentes & praeſentes*, *habentes & praebentes.*

4 *Poſt me*] Omiſit Rutgerſ. incertum an ſtudio. Pighius vero, *per me.* Et mox, *ſentiam, ubi non ero. Parentabis &c.* Boſius. Haec verba non habet Voſſianus A. pro *facito* Voſſ. C. *facite.* pro *pudebit.* Voſſ. A. *pudet.* pro *parentabis* Voſſ. C. *parentibus.*

5 *Et invoc. Deum parentem. In eo tempore*] Rutgerſ. edidit: *& invoc. Deum parentem in eo tempore. ne pudet &c.* Sed ait haec parum ſana ſibi videri. Igitur conjicit leg. *invocabis Deum parentem numen. Eo tempore &c.* Nobiliſſ. *Mercerus in notis ad Ariſtaeneti* 2. *ep.* 8. exponebat *Deum parentem*, Θεὸν πατρῷον, ἢ μητρῷον, *Salmaſius in Exercit. Plinian. pag.* 412. putat ſcriptum fuiſſe: *& invocabis D. M. parentis. Eo tempore ne pudeat &c.* Mallem tamen, *In eo tempore.* quomodo & Nepos alicubi ſequutus eſt.

6 Ne.

habentes, & praebentes, moleſtiis deſiſtere? & quando perpudeſcet miſcenda atque perturbanda re-
publ. Sed ſi omnino id fieri non poteſt; ubi ego
mortua ero, petito Tribunatum, [4] poſt me facito,
quod libebit, quum ego non ſentiam. Ubi mortua 8
ero, parentabis mihi, [5] & invocabis Deum paren-
tem. In eo tempore, [6] non pudet te eorum Deum
[7] preces expetere, quos vivos atque praeſentes, re-
lictos atque deſertos habueris? Ne ille [8] ſinat Jupi- 9
ter, te [9] ea perſeverare, nec tibi tantam dementiam
venire in animum; & ſi perſeveras, vereor in omnem
vitam tantum laboris culpa tua recipias, uti in nullo
tempore tute tibi placere poſſis.

6 *Non pudet*] Pighius conjicit, *pudebit*. Mſ. Savaronis: *ne pudet*. Unde Rutgerſ. *ne pudeto*. Salmaſius; *ne pudeat*. Mihi optima videtur, quae in textu habetur. *Boſius.*

7 *Preces expetere*] V. Ind. *preces*. Boſius.

8 *Sinat*] Pigh. *ſinit*. mox Rutgerſ. emendat, *te eo perſeverare*. Et ſtatim: *tu te tibi placare poſſis*. quomodo Horatius 1. epiſt. 18. *quia te tibi reddat amicum*. Alteram tamen Plautus firmat Perſa 1, 1, 30. *Si tute tibi bene eſſe potes pati*. Boſius.

9 *Ea perſeverare*] Voſſ. C. *perſeverare*.

CHRO-

CHRONOLOGIA IMPP. GRAECIAE

APUD

CORNELIUM NEPOTEM,

Per OLYMPIADAS.

Ex Herodoto, Thucydide, Xenophonte, ac potiſſimum Diodoro.

OLYMPIADIS LXII. annus IV. putatur Urbis conditae Varronianus 225, & incidit in annum Periodi Julianae 4185; ante aeram vero Chriſtianam 529.

Cyrus occidit in bello contra Maſſagetas. *Nepos* 21, 1, 2. vide *Petavii Rationar. tempor. parte* 2. *lib.* 3. *c.* 9. *&* 10. *Uſſer. annal. V. T. ad ann. mund.* 3475. *Riccioli Chronologiae reform.* 5, 7, 1. *&c.*

OLYMPIAS LXIII.

1.

2.

3.

4.

OLYMPIAS LXIV.

1.

2.

3.

4. *Darius* Hyſtaſpis F. regnum Perſarum adipiſcitur. 21, 1, 2. *Petav. de doctr. temp.* 10, 18. *Letciol.* 5, 7, 3. *Selden. canon. chron. ad an. P. I.* 4197.

OLYMPIAS LXV.

1.

2.

3.

4.

OLYM-

OLYMPIAS LXVI.

1.
2.
3.
4.

OLYMPIAS LXVII.

1. Circa hoc tempus *Miltiades* Cimonis F. in Cherſoneſum mittitur. *Nepos lib.* 1. *&* 2. vid. *Petav. part.* 1. *R.T. lib.* 2, 8.
2.
3.
4.

OLYMPIAS LXVIII.

1. *Darius* Scythis bellum inferre decernit: pontemque in Iſtro facit. *Nep.* 1, 3, 1.
2. *Miltiades* Cherſoneſo relicta, Athenas redit. 1, 3, 6.
3.
4.

OLYMPIAS LXIX.

1. Athenienſinm auxilio Iones Sardes expugnant. *Nep.* 1, 4, 1. *Herodot.* 7. *Petav. D.T.* 13. & *Ricciol. in chronico magno.* Sed *Uſſerius an.* 3504. quadriennio poſt contigiſſe vult.
2.
3.
4.

OLYMPIAS LXX.

1.
2.
3.
4.

OLYMPIAS LXXI.

1.
2.
3.
4. *Themiſtocles* archon perſuadet Athenienſibus, ut *portum Pyraeei*, *&* *claſſem novam exaedificent.* 2, 2, 1, & 2, 6, 1. *Plut. Herod. Polyaen.* 1. Ita *Simſon in chron. cathol.*

OLYMPIAS LXXII.

1.
2. *Darius* Datin & Artaphernem adverſus Graecos cum claſſe 700 navium

vium mittit. Hi Eretriam capiunt; inde in Atticam accedunt. 1, 4, 1, & 2.

3. *Miltiades* Cimonis Filius Athenienſium Dux Darium vincit, una cum *Ariſtide* cognomento Juſto. 1, 5, 5.

Pugna Marathonia Darius Perſarum rex profligatur. *Herod.* 6. *Thucyd.* 1. *Dionyſ. Gell. & Nepos in Miltiade* c. 5, 5. Alii in ann. 2. aut 1. conjiciunt. Vid. *not. ad l. c. Nepotis*: ibique laudatis adde *Uſſer. annal. V. T. ad ann. M.* 3514. *Ricciol. Chronol. reform.* 3, 3, 7.

4. *Miltiades* Parum infeliciter adgreſſus, in vincula conjicitur, & in iis obit, juxta *Petav.* 1, 3, 2. & *Labbeum*, aliosque. *Nepos* 1, 7, 6. *Plut. Cimone.*

OLYMPIAS LXXIII.

1.

2.

3. *Xerxes* Dario Hyſtaſpis F. mortuo ſuccedit. 21: 1, 2. *Herodot.* 7. Vide *Petav.* 2, 3, 10. *Ricciol.* 5, 7, 4.

4.

OLYMPIAS LXXIV.

1.

2. *Ariſtides* Oſtraciſmo urbe pellitur ab ingratis civibus. *Diod. lib.* XI. *Plut. & Nepos* 3, 1, 2. vid. *not. ad* 3, 1, 5. *Simſon.* ad an. 4. Ol. 73. refert.

3.

4. *Themiſtocles* oraculum interpretatur de muris ligneis. 2, 2, 6.

Xerxes in Aſiam proficiſcitur, & hyeme Sardibus exacta, vere tranſit in Graeciam. *Plutarch. Themiſt. & Ariſtid. Diod.* 11. *Juſtin.* 2. *Nepos* 2, 2, 4. & 5. Vide ibi not. & illic laudatis adjice *Ricciolum* 3, 3, 8. *Selden. Canon. Chron.* 4233.

OLYMPIAS LXXV.

1.

Bellum Perſicum Xerxis in Graeciam: Athenae incenſae. 2. 2, 4. 3, 1, 5.

Ariſtides ante tempus ab exſilio revocatur. *Plut. Nepos* 3, 1, 5. *v. not.*

Pugna ad Thermopylas duce Leonida. qua 300. Spartani caeſi. 2, 3, 1.

Pugna ad Artemiſium Perſarum infelix.

felix. 2, 3, 2. *Xerxes ad Salaminem* victus fugatusque a *Themiſtocle* 2, 4, 5. *&c. Plut. Herod.* 7. *Diod. alii.* vid. *not. ad* 2, 5, 3.

2. *Ariſtides* Athen. & *Pauſanias* Lacedaemon. cum Mardonio pugnant. 3, 2, 1. 2. & 4, 1, 2.

Pugna ad Plataeas, duce Perſarum Mardonio occiſo, & altera eodem die ad Mycalem. 4, 1, 2. *Herodot.* 9. *Diod.* 11. *Plut. Ariſtide, alii.*

3. Athenienſes conſilio *Themiſtoclis* muros ſuos inſtaurant, repugnantibus Spartanis. *Diod. lib.* XI. *Plut. Nep.* 2, 6. *&* 7.

4. Ejuſdem ſuaſu Piraeei portus Athenis abſolvitur. *Diod. ibid. Thucyd.* 1. *Nep.* 2, 6, 2. Sic & *Petavius* ac *Simſonius.* Sed *Uſſerius* conjicit in annum 3. Olymp. 76.

Lacedaemonii Pauſaniam cum claſſe communi in Cyprum mittunt. 4, 1, 4.

Ariſtidis aequitate Graecorum imperium ad Athenienſes defertur, & ſocietatem ineunt. 3, 2, 2. Ejuſdem opera aerarium Graeciae in Delo conſtituitur. 3, 3, 1.

OLYMPIAS LXXVI.

1.

2. *Lacedaemonii* maris imperium affectant. *Diod. Nepos.* 3, 2, 2. *&c.*

3.

4.

OLYMPIAS LXXVII.

1.

2. *Themiſtocles* Oſtraciſmo pulſus, Athenis, & abſens proditionis damnatus, ad Admetum, hinc ad Xerxem (ſive Artaxerxem) fugit. 2, 8, 9. *Diod.* 11. *Plut.* Aliter *Uſſerius.* vide *not. ad* 2, 9, 1.

3. *Cimon* Athenienſium dux vincit Perſas praelio navali ac terreſtri eodem die. 5, 2, 2. & 3. *Diod.* 11. *Plut.*

Bellum in Perſas I. ad Eurymedontem fluv. *Diod. & Polyaen.*

4.

OLYMPIAS LXXVIII.

1.

2. *Ariſtides* obit, ſecundum *Simſon. Nepos* 3, 3.

3. *The-*

3.	*Themiſtocles* Magneſiae moritur. 2, 10, 4. *Thucyd.* 1. vide *Uſſer. a.* 3538. *Petavius* triennio poſt obiiſſe conjicit.	
4.		*Xerxes* Perſarum Rex ab Artabano trucidatus. Succedit *Artaxerxes Macrochir. Diodor. lib.* xi. *Cteſias. Nepos* 21, 1, 5. vid. *Petav R. T. part.* 2. *lib.* 2. 16. *Ricciol.* 5, 7, 4. Sed *Uſſerius* fere novennio integro initium ejus anterius facit, *ad A. M.* 3531.

OLYMPIAS LXXIX.

1.		*Thaſii*, qui ab Athenienſibus defecerant, a *Cimone* victi. *Thucyd. Diod.* xi. *Nepos* 5, 2, 5.
2.		*Bellum in Perſas II.*
3.		
4.		

OLYMPIAS LXXX.

1.	*Cimon* oſtaciſmo ejicitur. 5, 3, 1. *Diodor.* 11.	*Bellum Corinthium* excitatum a Megarenſibus.
2.		
3.		
4.		

OLYMPIAS LXXXI.

1.		
2.	*Cimon* in patriam revocatur. 5, 3, 3.	
3.		Athenienſium cum Lacedaemoniis per *Cimonem* foedus quinquennale. *Diod. lib.* xi. *Thucyd.* 1. *Nep.* 5, 3, 3. *Petav. a. P. J.* 4264. & *Labbeus* in annum 4. Olymp. 82. conjiciunt. Sed *Nepos* quinto exſilii anno id factum ait.
4.		

OLYMPIAS LXXXII.

1.		
2.		
3.	*Cimon* Perſas in Cypro vincit, & maris imperium ſuis vindicat. *Diod Plutarch. Thucyd. lib.* 1. & *Nepos* 5, 3, 4.	*Bellum in Perſas III.* ab Athenienſibus motum.

4. *Cimon* in Cypro moritur. *Auctores iidem.*	*Perſae* a *Cimone* Athen. duce victi pacem cum Athenienſibus componunt. *Diod.* XI. *Thucyd.* 3.
OLYMPIAS LXXXIII.	
1.	*Bellum Lacedaemonium* III. geſtum a Lacedaem. cum Megarenſibus. *Diod. lib.* 12.
2.	*Athenienſes* ad Coroneam victi a Boeotis. *Diod.* 12.
3. *Ageſilaus* naſcitur.	*Bellum Euboicum* duce Pericle cum Euboeenſibus geſtum. *Diod. lib.* 13.
4.	
OLYMPIAS LXXXIV.	
1.	
2.	
3.	
4.	*Bellum Samium*, quo Samii, qui defecerant, anno ſeq. in poteſtatem Athenienſium veniunt Pericle duce. *Diod. lib.* 13.
OLYMPIAS LXXXV.	
1.	*Bellum Byzantium*, quo Byzantii ſubacti. *Diod. lib.* 12.
2.	*Bellum Corinthium* & *Corcyraeum*, Diod. 12. Thucyd. 1.
3.	
4.	*Corinthiorum* & *Corcyraeorum* ad bellum apparatus. *Diod.*
OLYMPIAS LXXXVI.	
1.	*Corcyraei* vincunt Corinthios auxilio Athenienſ. *Diod.* Sed *Petavius R. T.* 1, 3, 6. & *D. T. lib.* 13. ac *Labbeus* in annum ſeq. conjiciunt.
2.	
3.	
4.	
OLYMPIAS LXXXVII.	
1.	*Bellum Peloponneſiacum* incipit. *Diod. l.* 12. *Thucyd.* 2. & 3. non a. anno 2. ut volunt ex *Diodor.* alii. *v. Petav.* 2, 3, 11. *Strauch. breviar. chronol.* 4, 28. *Langium de ann. Chr.* 2, 16.
2.	
3.	
4.	
OLYMPIAS LXXXVIII.	
1.	
2.	Athenienſes duce *Chabria* & Lache-

		te proſpere ad Syracuſas pugnant. *Diod.*
3.		
4.		*Artaxerxi* Reg. Perſarum mortuo ſuccedit Xerxes. *Diod.* Alii biennio poſt id contigiſſe volunt. v. *Syny.* *an.* 3582.
OLYMPIAS LXXXIX.		
1.		
2.		
3.		Inter Athen. & Laced. 50 annorum *induciae* fiunt; poſt annos 8. diſſolutae. *Thucyd.* 5. Alii eas in annum praeced. conjiciunt.
4.		
OLYMPIAS XC.		
1.		
2.		
3.		
4.	*Alcibiades* inſtaurat Rempub. Argivorum. *Diod.*	Athenienſes *bellum Sicilienſe* ſuſcipiunt.
OLYMPIAS XCI.		
1.	*Alcibiades*, Nicias ac Lamachus duces Athen. ad bellum cum Syracuſanis gerendum miſſi. *Diod. lib.* 13. *Thucyd.* 8. *Nep.* 7, 3, 1.	
2.	*Alcibiadis*, quod contra Remp. conjuraſſet, poſtulatio & fuga ad Spartanos. *Diod. Nepos* 7, 3, 3. 7, 7, 2. *alii.*	*Pugna* ducum Athenienſ. cum Syracuſanis. *Diod l.* 13. Alii anno ſeq. contigiſſe putant.
3.		
4.		*Bellum Decelicum. Decelia* munitur a Spartanis *Alcibiadis* juſſu contra Athenienſes, 7, 4, 7.
OLYMPIAS XCII.		
1.	*Alcibiades* exſul agit cum Athenienſ. ut reſtituatur in patriam. *Diod lib.* 13. *Thuc.* 15. *Nep.* 7, 5, 5.	
2.	*Alcibiades* ab Athenienſibus revocatur. *Iidem auctores.*	*Athenienſes* duce Thraſyllo & *Thraſybulo* navali praelio Lacedaemonios ducemque Mindarum vincunt. *Diodor* 13.
3.	*Conon* ſedat Corcyrae ſeditionem. *Diod.*	*Athenienſes* iiſdem ducibus Lacedaem. vincunt navali praelio ad Cyzicum, duce eorum Mindaro occiſo.

ciſo. *Diodor. ibid. Thucyd. Xenoph.* 1. *Uſſerius* id triennio poſterius facit priori.

4. *Alcibiad.* & *Thraſybulus* in Thracia proſpere pugnant. *Diod. ibid.*

OLYMPIAS XCIII.

1. *Alcibiades* Athenas reverſus, fit ſummus Imp. & brevi exſulat. *Diod. ibid. Nep.* 7, 7, 1.

Athenienſium ad Andrum cum *Lacedaemoniis* pugna, ducibus *Alcib. Adimanto* & *Thraſybulo.* Diod. Nep. 7, 7, 1. Athenienſes *Conone* duce male pugnant cum Callicratide ad Methymnam, & altera pugna ad Mytilenem. *Diod. lib.* 13. Factum hoc alii cenſent anno ſeq.

2.

3. *Dionyſius* ſenior Syracuſis tyrannidem obtinet. *Dionyſ. Halyc. l.* 7.

4. *Conon* ad Euagoram Cypri Regem fugit. *Diod.*

Lyſander Athenas capit, & triginta tyrannos eis inponit. 8, 1, 5.

Athenienſes a Lacedaemoniis ad Aegos Potamos a *Lyſandro* debellati. *Diod. l.* 15. *Nepos* 6, 5, 4. 7, 9, 1. 9, 1, 2.

OLYMPIAS XCIV.

1. *Alcibiades* in Phrygiam fugit, & illic opprimitur. *Diod. Plut. Nepos* 7, 10, 6.

Finis belli Peloponneſiaci. *v. Petav. D. T.* 10, 28. *R. T.* 1, 3, 9.

2. *Lyſander* accuſatus, abſolvitur. *Diod. Nep.* 6, 3, 4.

3.

4. *Thraſybulus* devictis tyrannis, Athenienſibus libertatem reſtituit. 8, 3, 1. *&c. Diod.* 13, 14. *Xenoph. rer. Gr.* 2.

OLYMPIAS XCV.

1.

2. *Conon* Athen. exſul Perſicae claſſi praeficitur adverſus Lacedaemonios. *Diod. lib.* 14. *Nep.* 9, 2, 2.

3.

4.

OLYMPIAS XCVI.

1. *Ageſilai* cum Perſis in Aſia bellum. 17, 2, 2. *Diod.* 14.

Lyſander, dux Lacedaem. ad Hali-

um interfectus. 6, 3, 4. *Diod.* 14.

Conon vincit Periarchum Lacedaemon. claſſis praefectum ad Cnidum. *Diod, Xenoph. Plut. Ageſilao. Nep.* 9, 4, 4. Alii anno ſeq. id eveniſſe volunt. vid. *Uſſer. a.* 3610.

Bellum Sociale Lacedaemonium. Lacedaemonii a *Conone* victi, poſt ad Coroneam duce *Ageſilao* proſpere pugnant. *Diod. Nep.* 17, 4, 5.

3. *Conon* muros Athen. ope Thebanorum reſtituit, & a Tiribazo cuſtodiae traditur. 9, 4, 5. 9, 5, 3. *Diod.* 14.

Belli Corinthiaci initium. *Diod.*

4. *Iphicrates* ad Corinthum feliciter pugnat *Diod* 14. & *Nepos* 11, 2, 3. Deponit Imperium, & *Chabrias* ſuccedit.

OLYMPIAS XCVII.

1. *Thraſybulus* cum claſſe miſſus in Thraciam & Lesbum. *Diod.* 14.
2. *Ageſilaus* Rex Lacedaem. agrum Corinthium populatur 17, 5, 1. *&c.*
3. *Thraſybulus* ab Aſpendiis necatus. *Diod.* 14. *Nepos* 8, 4, 4.
4.

OLYMPIAS XCVIII.

1.
2. *Chabrias* Evagorae adjutor datus, totam Cyprum devincit 12, 2, 2. *Xenoph. rer. Gr.* 5. Ita *Uſſer.* a. M. 3617. Alii Olympiade 97. contigiſſe volunt. v. *not.*
3.
4. *Datames* ab Artaxerxe Ciliciae praeficitur. *Diod. Nep.* 14, 1, 5.

OLYMPIAS XCIX.

1.
2.
3.

Lacedaemonii, duce Phoebida, arcem Thebarum Cadmeam occupant. *Diod. Ariſtid. Polyb. Nep.* 16, 1, 2. *Bellum Laconicum Boeoticum.* Diod. *l.* 15. Ariſtides: Iſocr. in Panegyrico.

4.

OLYM-

OLYMPIAS C.

1.

2.

3. *Thebani* exſules ope Athenienſ. Cadmeam recipiunt, 16, 3, 3. *Diod. Xenoph. alii.*

4. *Ageſilai* in Boeotiam expeditio. 12, 1, 2.

Chabriae victoria de Spartanis. *ibid.*

Chabrias Acorin Aegypti R. adjutum profectus, Athenas revocatur. 12, 2, 3. *Diod.*

Idem novo pugnae genere Boeotos ſervat. 12, 1, 2. *Diod.* 15,

Iphicrates ab Athen. auxilio regi Perſarum Artaxerxi mittitur. 11, 2, 4. *Diod.* — *Bellum Lacedaem. I.*

OLYMPIAS CI.

1. *Timotheus* Lacedaemonios ad Leucadem ſuperat. 13, 2, 1. *Diod lib.* 15. *Xenoph. lib.* 5.

Chabriae interfecto ſuccedit Iphicrates. *Diodor. ibid.* Alii tamen Chabriam demum poſt aliquot annos, bello ſociali, periiſſe volunt. vide *Simſon. ad an. M.* 3629.

2. *Lacedaemonii* maris imperium relinquunt *Athenienſibus.* 13, 2, 2. *Diod.* 15.

3. *Timotheus* Corcyraeis contra Lacedaemon. ſubſidio mittitur. *Diod.* 15.

Item *Iphicrates.* Diodor. Xenoph. Frontinus. Nepos 11, 2, 1.

Bellum Lacedaemonium II. inter Athenienſes & Lacedaemonios. *Diod. & Xenoph.*

Iphicrates exercitui conductitio praefectus adverſus Aegyptios proficiſcitur, & paullo poſt Athenas revertitur. *Diod. & aliter paullo Nepos* 11, 2, 4.

Pharnabazus cum *Iphicrate* adverſus Aegyptios profectus.

4.

OLYMPIAS CII.

1.

2. *Epaminondas* Spartanos ad Leuctra profligat. 15, 8, 3. — *Boeoticum Bellum.*

Pugna Leuctrica Spartanorum cum

Thebanis. *Diod. & al. v. Petav. de doctr. temp.* 10, 31. *Selden. can. chron.* Alii in annum ſeq. conjiciunt.

3 Iphicrates Euridicen defendit. 11, 3, 2. *Aeſchin. de falſa leg.*

4. *Epaminondas* Laconiam invadit, Spartam capit, Meſſenem reſtituit. 15, 8, 4. *&c. Diod. & alii.*
Iphicrates Lacedaemoniis adverſus Arcadas auxilio mittitur.
Pelopidas & *Epaminondas* Arcadibus auxilio a Thebanis mittuntur. *Diodor. Plutarch. in Pelop. Juſtin. lib.* 7. *Nepos* 16, 4, 2. *alii.*

Bellum Laconicum Arcadicum Lacedaemoniorum cum Arcadibus.

Boeoti duce Epaminonda in Peloponneſum ingreſſi, & a *Chabria* Athenienſi duce repulſi. *Diod. Xenoph.*

OLYMPIAS CIII.

1. *Pelopidas* ab Alexandro Pheraeo in vincula conjicitur. *Diod. Plut. Nepos* 16, 5, 1. *Pauſanias in Boeot.*
2. *Epaminondas* exercitum Theban. incolumem domum reducit. 15, 7, 2. *Plut. Pelopida.*
Pelopidas liberatur. 16, 5, 2. *Diod.*
3. *Epaminondas* in Peloponneſo bellum gerit. 15, 7, 3. *Diod.*
4.

Thebanorum cum Arcadibus bellum. *Dionyſius* Syracuſarum Tyrannus moritur. *Nepos* 21, 2, 3. *Euſebius in Chronico: alii.*

Bellum Arcadum & Eleorum. Diod. lib. 15. Xenoph. Juſtin. Front.

OLYMPIAS CIV.

1. *Pelopidas* praelio adverſus Alexand. Pheraeum victor cadit. *Plut. Nepos* 16, 5, 4. *Diod.*
Timotheus in Thraciam profectus, Potidaeam, & Toronem occupat. *Diod. lib.* 15.
Cum Olynthiis bellum gerit. *Nepos* 13, 1, 2. *Demoſthen. Olynth.*
2. *Epaminondas* Spartam iterum tentat. Lacedaem. ad Mantineam vincit, ibidemque interficitur. 15, 9, 1. *&c. Diod. & alii paſſim.*
3. *Ageſilaus* & *Chabrias* a Rege Perſarum ad Tachum Aegypti Regem deficiunt. 17, 8, 2. 12, 2, 3. *Diod.* 15. *Polyaen.* 3.
Ageſilai interitus. *Xenophon. Plut.*

Thebani *Epaminonda* perorante de maritimo imperio comparando cogitant. *Diod. Pauſan. Boeoticis.*

Pugna Mantinaeenſis duce *Epaminonda.*

Artaxerxi Mnemoni Regi Perſarum mortuo ſuccedit Artaxerxes Ochus. Alii tamen triennio ante obiiſſe volunt. v. *Petav. D. T.* 10, 29. & l. 13. *Labbeum a. M.* 3688.

Diod.

Diod. Nepos 17, 8, 6.
Datames ab Artaxerxe deficit, 14, 5, 5. *& deinc. Diod.* 15.
Chabrias Nectanebo regnum conſtituit. 12, 2, 1.
4.

OLYMPIAS CV.

1. *Philippus Macedo* regnare incipit. *Diod.* 16. *Juſtin.* 8. *&c.*
2.
3. *Chabrias* cum Charete adverſus Athenienſium ſocios, Chios, Rhodios, Coos & Byzantios, miſſus, in praelio occubuit. *Diod. l.* 16. *& Nepos* 12, 4, 1. *&c.* *Dionis* fuga & praeparatio ad bellum cum Dionyſio. *Diod. ib. Ael. lib.* 12. *Variar. Hiſt. cap.* 44. *Nepos* 10, 4, 1. *&c.* Sed fugam *Simſonius* vult contigiſſe biennio ante.
   Bellum ſociale Athenienſium.
4. *Dionis* felix cum Dionyſio bellum. *Plut. Diod. Nepos* 10, 3, 5.
   Alexandri Pheraei interitus. *Diod. Plutarch. & alii.*

OLYMPIAS CVI.

1. *Iphicrates* & *Timotheus* ab Athenienſibus multantur. 13, 3, 5. *Dion* Syracuſas in libertatem vindicat. *Diod. lib.* XVI.
   Athenienſes cum Sociis acriter pugnant, ducibus Charete, Iphicrate & Timotheo. *Diod. Nepos* 13, 1, 2.
   Naſcitur *Alexander M.* vid. *Petav. R. T.* 2, 3, 12. *Uſſer. a. M.* 3648.
2. *Dion* moritur annos natus circiter LV. *Euſeb. in Chron.* (ubi vitioſe *Dionyſius* pro *Dion* legebatur:) *Nep.* 10, 9, 6. *Petavius D. T. lib.* 13. & *R. T.* 1. 3, 10 *Simſonius*, *Labbeus*, aliique anno ſeq. obiiſſe volunt.
3.
4. *Chares* Seſtum capit. *Diod.*
   Philippus oculum in expugnatione Methones amiſit. *V. Vitas comparatas Schotti.*

OLYMPIAS CVII.

1.
2. *Phocion* Athen. Perſarum dux eſt contra Cyprios. *Diod. l.* 16.
3.
4.

OLYMPIAS CVIII.

1.

2. *Iphicrates* Athen. dux Dionyſii Siculi naves auro donisque Apollini Delphico conſecrandis onuſtas intercipit. *Diod.*

Dionyſius junior Syracuſas recuperat, anno decimo, poſtquam a Dione pulſus erat. 20, 2, 1. *Diod.* 16. *Plut.*

3.

4. *Timoleontis* in Siciliam expeditio. 20, 2, 1.

Syracuſas in libertatem reſtituere conatur. *Diod. Nepos* 20, 3, 3. *Plutarch.*

Hicetas Princeps Syracuſarum a Timoleonte ſuperatus. 20, 2, 3.

OLYMPIAS CIX.

1. *Timoleon*, pulſis Poenis, Syracuſis potitur. 20, 2, 4.

2. Remp. Syracuſar. inſtaurat, ejecto Dionyſio. 20, 3, 1. &c. *Diod.* 16.

3. Contra *Siculos* rem feliciter gerit. *Diod. Nepos* 20, 2.

4. *Phocion* Athen. dux Clitarchum Tyrannum Eretriae a Philippo conſtitutum profligat. *Diod. l.* 16.

OLYMPIAS CX.

1. *Timoleon* Carthaginienſium exercitum ad Crimeſum ſuperat. *Plut. Nepos* 20, 2, 4. *Diod. Polyaen. lib.* 6.

2. *Timoleon* Carthaginienſibus pacem petentibus concedit, & Mamercum capit. 20, 2, 4. *Diod.*
Idem toti Siciliae pacem ac libertatem reſtituit. 20, 3. *Diod.*

Pugna ad Chaeroneam, qua Philippus Athenienſes vicit. *Diod. Dionyſ. ad Ammaeum. Pauſan. in Attic. alii.*

3.

4. *Timoleon* moritur. *Nepos* 20, 5, 4. *Plutarch.*

OLYMPIAS CXI.

1.
2.
3.
4.

Philippus Rex a Pauſania ſatellite occiditur. *Diod. lib.* 16. *Nepos* 21, 2, 1. & *alii. Alexander M.* Philippo Patri ſuccedit.

OLYMPIAS CXII.

1.

2. *Alexander* debellat Darium ad Arbela.

3.		bella. *v. Petav. D. T.* 10, 36. *R. T.* 2, 3, 12. *Strauch. brev. chronol.* 4, 30.
4.		

OLYMPIAS CXIII.

1.		
2.		
3.		*Hephaeſtionis* mors. *Nepos* 18, 2, 2. *Aelian. lib.* 12, 7. & *alii.*
4.		

OLYMPIAS CXIV.

1.		*Alexander* Babylone moritur, vel veneno, vel intemperantia. 21, 2, 1. *Diod.* 18. *Curt.* 10, *alii v. Petav. l. c.* & *in Paralip. p.* 859. *Uſſer. a. M.* 3681. *Strauch. breviar.* 4, 31.
2.		*Antipater* & Craterus Aetoliam deficientem oppugnant. *Diod.*
3.		
4.	*Eumenes* vincit Craterum & Neoptolemum. 18, 3 & 4. *Diod.* Idem ab exercitu Alexandri hoſtis judicatur, & ab Antigono Norae obſidetur. 18, 5.	*Perdiccas* interficitur. 18, 5, 1. *Diodor.* *Antipater* rebus Macedonicis praeficitur. 18, 5, 1.

OLYMPIAS CXV.

1.		
2.	*Eumenes* fit regum tutor, bellumque adverſus Antigonum comparat. 18, 6, & 7.	
3.	*Phocion* ad Antipatrum proficiſci recuſat, & paullo poſt necatur a civib. ſuis. *Plut. Nep.* 19, 4, 3. *Eumenes* in Perſiam copias ſuas hiematum dividit. 18, 8, 1.	*Nicanor* a Caſſandro Athenas miſſus Piraeeum occupat. 19, 2, 5. *Argyraſpidum* phalanx Eumeni adjuncta fruſtra ab Antigono & Ptolemaeo ſollicitatur. *Diod.*
4.	*Eumenes* adverſus Antigonum bellum gerit, & ſatrapae Orientis ſe conjungunt. 18, 2, 1. *&c.*	

OLYMPIAS CXVI.

1.	*Eumenis* cum Antigono anceps praelium. Ab Antigono capitur, & occiditur. *Diod. Nepos* 18, 10, 2. (*Petav. ait anno decimo ab Alex. obitu ſublatum. qui in ann.* 2. *aut* 3. *bujus Olymp. incidit*;)	
2.		
3.		
4.		

CHRONOLOGIA
annorum Catonis,
A. SCHOTTO
AUCTORE.

M. PORCIUS. M. F. CATO CENSORIUS.

Anno U. C.

521. Natus, M. Aimilio Lepido, M. Poblicio Malleolo Coſſ. Sic enim ipſe apud *Cicer. de Seneƈt.* diſſerens: *Anno poſtquam primum Coſ. fuerat Q. Fabius Maximus Verrucoſſus, qui Tarentum cepit, ego natus ſum.* Alii 519. anno natum putant, L. Poſtumio Albino, Sp. Carvilio Maximo Coſſ. In his *Kar. Langius* Gandenſis vir doƈtiſſ. legitque, *Anno poſt Conſul primum fuerat, quam ego natus ſum.* quomodo & in vet. lib. ſcriptum ſe repperiſſe *Aldus Manutius minor* affirmat. [*vide notas ad* 24, 1, 2.]

539. Annos natus XVII. primum ſtipendium meruit, & militavit ad Capuam ſub eodem Fabio IV. Conſule. *Corn. Nepos in vita Cat. c.* 1, 2. Alii XIX. numerant, ut altero anno a primum Coſ. Fabio Maximo natus ſit Cato. [*vide not. l. c.*]

544. Aetatis XXIV. ſi a natali DXIX. numeres, ad Tarentum ſtipendium fecit, Fabio V. Coſ. ut ipſe apud *M. Tullium de Seneƈt.* diſputans.

545. Aet. XXV. Tribunus militum in Sicilia fuit M. Claudio Marcello V. T. Quinƈtio Criſpino Coſſ. *Cicero Cat. majore*, & *Nepos* hic *Cornelius* c. 1, 2. [*vide quae diximus ad eum locum.*] C. Claudii Neronis Coſ. caſtra ſequitur; ſtrenuus habitus & laudatus re bene geſta in praelio Senenſi ad Metaurum, quo cecidit Aſdrubal, exercitu Alpes trajiciens, ut copias cum Annibale fratre conjungeret. *Livius* 27. & *Nepos l. c.*

548. Quaeſtor obtigit P. Scipioni Africano majori, in Africa Proconſuli, a quo perpetuo diſſenſit; Augur, annos natus XXVIII. P. Corn. Scipione Afr. P. Licinio Craſſo Coſſ. *Livius* 29. & *C. Nepos c.* 1, 3. M. Tullius vero *in Bruto, & Catone*, anno inſeq. DXLIX. Cethego & Tuditano Coſſ. Quem locum *Andr. Patricius in* 2. *lib. Cic de Repub.* ſic concinnabat: *Cum eo* (Fabio) *quartum Coſ. adoleſcentulus miles ad*

Capuam

Anno U. C. *Capuam profectus ſum, quintoque anno poſt Tarentum. Tum Quaeſtor: quem magiſtratum geſſi Coſſ. Tuditano & Cethego. Deinde Aedilis. Quadriennio poſt factus ſum Praetor, cum quidem ille admodum ſenex, ſuaſor legis Cinciae, de donis & muneribus, fuit.* Ex *Cic. inf.* ubi de ſodalitatibus & magnae Matris Deûm ſacris, & *in Bruto.* Aliter *Corradus* & *Lambinus*: quorum *hic comm. in Aemilium Probum*, bis Quaeſtorem facit. [*Lambini lectionem probabat etiam Longius. Expungunt autem illa de aedilitate & praetura. quod etiam, ſed paulo aliter, facit Pighius ad an. U. C. 549. vide not. Gruterianas ad Cic. l. c.*] Non ſequor. [*Quaeſturam tamen anno ſequenti demum geſſiſſe, verum eſt. qua de re diximus in notis ad 24, 1, 3.*]

551. Quadriennio poſt Aedilis plebis factus, cum C. Aelio, qui hic *C. Helvius* appellatur, & a *Livio lib.* 32. [*&* 38.] *Cato in Cic. dialogo de Senect.* ut quidem vulgo interpungitur. Agebat tum fort. annum aetat. 31.

555. Praetor quadriennio poſt, Sardiniam provinciam obtinuit. Q. Ennium poëtam inde deduxit. *Liv* 31, *&* 32. *annal ab U. C. Cicero in Cat.* [*ex vulg. lectione*] *& Plut. & Nepos hic c.* 1, 3. A quo poſtea in Graecis, licet ſenex, eſt inſtitutus. *Plin.* 7, 30. *Valer. Max.* 8, 7. *& D. Hieronym. epiſtol. ad Nepotian.*

558. Conſul cum L. Valerio Flacco, quo auctore Romam e Sabinis commigraverat. In hoc magiſtratu totam citeriorem Hiſpaniam quae rebellaverat, pacavit, bello ab Emporiis inchoato: adjuvante P. Manlio Praetore. *Veget.* 2, 3. *&* 1, 8. Hic ejus abſtinentia eluxit, & frugalitas. *Plinius & Appulejus.* Matronis cultum repetentibus Oppia lege ademtum, reſtitit. Lege *Livium* 33, *Plutarch. Valer.* 9, 1. *Nepotem cap.* 2, 1.

559. Hoc anno Proconſul ex eadem provincia de Senatus ſententia triumphavit. *Plut. Faſti Capitolini, Appianus Ibericis, Frontinus, Florus & Zonaras.* [*Nepos l. c.*]

562. Legatus (non, ut *Cic. in Cat.* memoriae vitio, Trib. militum) Manii Acilii Glabrionis Coſ. *Auctor de viris illuſtr. Feſtum* vide in *Ordinarium*; & in *Oratores. Livium* 36. *Appianum*, & *Juſtinum* 31.

569. Aetatis XLIX. Cenſor graviſſimus cum L. Val. Flacco, L. Quintium Flamininum, Titi fratrem, ſenatu movit, & in aerarium redegit, quod ad ſcorti ſpectaculum, Gallum reum jugulaſſet. Luxuriam hominum repreſſit, quae incipiebat pullulare. In quo honore, quod tam ſevere praefuiſſet, *Cenſorii* cognomen tulit. *Livius* 39. *Plut. in Cat.* & *Cicero*, item *in Bruto. Faſti Capitol. Val. Max.* 2, 9. & 4, 5. *Nepos* hic c. 2, 3. & *Seneca Rhetor controverſ.* 2. *ubi plura notavimus.*

Octo-

Anno U. C. 600. Octogenarius jam, [*immo major octogenario*, nec ante *annum* *U. C.* 503. *vide not. ad* 24, 1, 2. & *infra ad annum* 605.] Ser. Sulpitium Galbam, qui Luſitanos Praetor diripuit, vehementi oratione accuſavit. *Auctor. de viris illuſtr. Valer. Max.* 8, 7. Non (ut *Livius* 39. & *Plut.*) nonagenarius. nam octogeſimo quinto aetatis mortuum conſtat.

604. Initio tertii belli Punici Carthaginem, nova moliéntem, delendam cenſuit; certatumque in ea ſententia, de Reip. ſalute & commodo; cum P. Scipione Naſica, qui ſervandam urbem, ne otio & ignavia in luxum juventus Ro. ut accidit, dilapſa, civilia arma tractaret, cenſebat. Pervicit tamen ſententia Catonis. *Livius*, *Florus*, *&* *Auctor de viris illuſtr.*

605. Hoc anno mortuum puto, 85. annos natum, L. Marcio Cenſorino, M. Manilio coſſ. Paterculus vero male, P. Cenſorino, M. Manlio coſſ. *Cicero* Bruto: *Cato*, inquit, *annos quinque & octoginta natus exceſſit e vita: cum quidem eo ipſo anno contra Ser. Galbam ad populum ſumma contentione dixiſſet. Valerius* vero 8, 1. *&* 7. octogeſimum ſextum annum agentem adverſus Galbam peroraſſe ait. *Plinius* 14, 4. ſexcenteſimo U. C. mortuum, rotundo numero dixit. Non recte, ut puto, *Plutarch.* [illegible] Catonem, & *Livius* nonagenario majorem faciunt.

HEN-

Digitized

HENRICI ERNSTII CHRONOLOGIA

HISTORIAE T. POMPONII ATTICI.

Anno Urbis 644. Triennio ante M. Tullium Ciceronem. *Q. Caec. Metello Numidico* & *M. Junio Sulla Coſſ.* Tit. Pomponius Atticus naſcitur. *cap.* 1, 2.

Anno Urbis 666. Ciceronis 20. *Cn. Octavio* & *L. Cornelio Cinna Coſſ.* Athenas ſe contulit Atticus, annum agens vigeſimum tertium: quando anno proxime praecedente P. Sulpitius Rufus Trib. pl. a Sulla interſefectus eſt *c.* 2, 2.

Anno Urbis 674. Cic. 28. *P. Servilio Vatia*, & *Ap. Claudio Pulchro Coſſ.* Athenis Cicero Epicureos, Phaedrum, & Zenonem, frequenter cum Attico audivit, ut ipſe ait *lib.* 2. *de Finib.* & *Tuſcul.* 3. & *Acad.* 1.

Anno Urbis 688. Ciceronis vero 42. *L. Aurelio Cotta*, & *L. Manlio Torquato Coſſ.* aetatis anno 45. cum jam annos 22. Athenis commoratus erat, Romam remigravit. *c.* 4, 5.

Anno Urbis 692. Ciceronis 46. ipſius Attici 49. cum legati locum obtinere poſſet apud Q. Ciceronem Aſiae praetorem; nolebat. Quo anno Romae Coſſ. erant *M. Pupius Piſo*, & *M. Valerius Meſſala. c.* 6, 4.

Anno Urbis 697. Ciceronis 51. *Cn. Cornelio Lentulo*, & *L. Marcio Philippo Coſſ.* pridie Idus Febr. T. Pomponius Atticus Piliam uxorem duxit, annum agens aetatis 54. in quibus nuptiis Cicero coenavit. *Epiſt.* 3. *li.* 2. *ad fratrem.*

Anno Urbis 703. Ciceronis 57. Attici 60 *L. Aemilio Paullo*, & *C. Claudio Marcello Coſſ.* Caeſarianum bellum incidit: quod ſequenti anno prorſus in flammam abiit. *c.* 7, 1.

Anno Urbis 709. Ciceronis 63. Attici 99. *C. Jul. Caeſar*, quum ipſe una cum *M. Antonio* conſul eſſet, a conjuratis in Pompeji curia 23. plagis confoſſus eſt. Sequenti anno Antonius Mutinam circumſedit, Brutumque oppugnavit: hoſtis patriae judicatur. Sed a Lepido recipitur. *cap.* 9. 1. *&* 2.

Anno Urbis 710. Ciceronis 64. Atticus, natus annos 67. matrem nonagenariam extulit. *c.* 17, 1.

Anno Urbis 712. Attici 66. M. Brutus & C. Caſſius ab Octavio, & Antonio ad Philippos victi, ſibimet ipſis violentas manus intulerunt. *c* 11, 2.

Anno Urbis 721. cum Atticus 77. annos compleſſet, deceſſit & ſepultus eſt, qui erat annus 30. antequam DEUS noſter JESUS CHRISTUS in carne apparuit: Cui una cum Patre & Spiritu Sancto ſit laus, Honor & Gloria.

A D-

ADDENDA & EMENDANDA.

Pag. 17. *Qualem cognitum judic.* Vocem *cognitus* inluſtrat cl. Burmannus ad Ovidum 12. Metam. v. 69.

37. In Not. B. lin. 22. pro *proaem* lege *prooem.*

51. A. lin. 12. Adde. De verbo *hortari* conſule Graevium ad Juſtin. 2, 4.

56. In Not. A. lin. 22. Adde. Huc refer, quae notat Cortius ad Cic. 9. Fam. 20, 5. & ad Salluſt. Cat. 12, 4. quomodo & Graeci locuti ſunt, & inter alios Theocritus Idyll. 5. v. 98. dixit ἐς χλαῖναν, ἀντὶ τοῦ εἰς τὸ ἐργάζεσθαι χλαῖναν, teſte antiquo Scholiaſte.

60. B. lin. 34. Adde cl. Burm. ad Quinctilian. Declam. 261.

65. B. lin. 21. pro *Victorium ad Ciceron.* lege *Victorium & Cortium ad Cic.* quem vide & ad Salluſt. Fragm. p. 934.

67. B. lin. 39. Adde, Meos tamen codices defendunt ſatis, quae profert Cortius ad Salluſt. Catil. 51, 11.

76. B. lin. 20. pro 3732. lege 1732.

80. A. lin. 18. Adde Gronovium ad A. Gellium lib. 2. N. A. cap. 22.

102. A. lin. ult. Adde. Quam lectionem etiam praefert Cortius ad Salluſt. Catilin. 44, 5.

114. B. lin. 16. Adde & J. Arntzenium ad S. A. Victorem de Viris illuſtr. cap. 17. n. 4.

141. B. lin. 4. Adde. De hac conſtructione vide Indicem in verbo *dico.* Burm. ad Ovidium 5. Faſt. 597. & Duker. ad Florum 2, 6, 45.

143. B. lin. 19. Poſt *ponenda ſit* adde *vide ibi Cortii notas.*

157. A. lin. 14. Poſt *ſaepius* adde J. Arntzenium ad Victorem de Viris illuſt. 42, 6.

162. B. lin. 37. Adde Cortium ad Salluſt. Jug. 61, 1.

172. B. lin. 29. Adde Gronovium de Centeſ. & Unc. Uſ. pag. 647.

173. B. lin. 17. Lege *Delphos videtur retinendum.*

185. A. lin. 7. Pro *auem* lege *autem.* & B. lin. 7. poſt *Sect.* 38. adde Auctorem vitae Virgilianae p. 3. *Fama eſt, eum libidinis pronioris in pueros fuiſſe, ſed boni ita eum pueros amaſſe putaverunt, ut SOCRATES ALCIBIADEM, & Plato ſuos pueros.*

193. A. lin. 24. Adde. Falſterus in Amoenitatibus philologicis legendum putat *Eumolpidas ſacerdotes a populo coactas.* quoniam nemo ex ejus ſententia in dubium vocare poteſt, quin Eumolpidae fuerint feminae; quem docte refutaverunt Eruditi Lipſienſes in Actis M. Aprilis 1733. p. 175.

218. B. lin. 2. Adde. Suidam in ἐν Κλάρῳ docentem. Σύνηθες τοῖς παλαιοῖς τὸ λέγειν ἐπὶ μὲν τῶν Θεῶν ὁ ἐν Μιλήτῳ, ὁ ἐν Κλάρῳ; ἐπὶ δὲ ἀνθρώπων Ὁ ἘΚ ΚΛΑ'ΡΟΥ, ὁμοίως καὶ ἐπὶ πάσης πόλεως καὶ χώρας.

234. B. l. 29. Pro πρῶτα lege πρῶτε.

259. A. lin. 25. Pro ἐξωσίας lege ἐξουσίας.

261. B. lin. 5. Pro *ex Dimis* lege *ex Dinomis.*

268. B. lin. 20. Pro *faciente* lege *ferente.* Ibid. lin. 18. pro *hec* lege *hic.*

278. A. lin. penult. Adde Burm. ad Quinctilian. Declam. 19, 10.

285.

Addenda et Emendanda.

283. B. lin. 2. Adde. Hanc lectionem praefert Cortius ad Salluſt. Jugurth. 45, 3.
300. A. lin. 28. Pro *& Boſium* lege *& Sim. Boſium.*
303. B. lin. 10. Adde *Threſſa* retinendum: Threſſae enim mulieres Graecis deſpectae erant. Conſule Nobiliſſ. Nic. Heinſium & Burmannum ad Ovidium Ep. 19. Heroid. v. 100. De ſcriptura vocis *Coti* conſule cl. Torrenium ad Valerium Maximum lib. 3. cap. 7. Ext. 7.
317. B. lin. 27. Dele *ſed.*
318. A. lin. 2. Adde cl. Arntzenium ad Victorem de Viris ill. cap. 42. n. 2.
320. A. lin. 33. Pro *qui curru vel navi vehuntur* lege *qui curru vehuntur.*
322. B. lin. 20. Poſt 182. Adde Caſaub. ad Suetonii Caeſarem cap. 76.
352. A. lin. ult. Poſtea comperi de hoc verbo latius diſputaſſe J. Arntzenium ad Victorem de Caeſarib. cap. 16. n. 2.
363. A. lin. 10. Pro *Withoſius* lege *Withoſius.* & B. lin. 9. poſt *vs.* 682. adde J. Fr. Gronovium ad Livium 33, 8.
367. B. lin. 12. Pro ἐκτικὰν lege ἐκτικὰν.
386. B. lin. 1. Pro *nihil ſine* lege *nihil domi militiaeque ſine.*
390. A lin. 32. Adde. Conjecturam Boſii rejicit Tib. Wopkens lib. 2. Lect. Tull. cap. 1. p. 121.
410. B. lin. 21. Pro *Ovidium vs.* 99. lege *Ovidium* 1. *Met.* 99. Et lin. 23. poſt *vs.* 422. adde. Nonnunquam tamen etiam remotioris ſubſtantivi genus praevalet. Vide Burm. ad Ovid. 4. Met. vs. 177, & laudatos Lipſienſes.
412. B. lin. ult. Adde Tennulium ad Frontinum lib. 3. Strateg. cap. 12. n. 7.
469. A. lin. 33. Pro *caeterum* lege *denique.*
478. B lin. penult. Pro *Genitivo* lege *etiam Genitivo.*
487. A. lin. 10 Adde. Recte contra Gebhardum ac Magium Nepotem defendit cl. Boſius. Si de Graecorum nocte in tres tantum vigilias, Romanorum vero in quatuor diviſa, elegantiſſimam diſſertationem legere velis, adi Cel. Drakenburgium ad Silium Italicum 4, 89.
493. A. lin. 9. Pro *Nec neceſſe eſt, ut cum Boeclero forma venuſtus,* lege *Itaque non neceſſe eſt ut ita.*
503. A. lin. 27. De hoc loquendi modo latiſſime egit Cl. Burmannus ad Val. Flacc. 6. Arg. 647.
547. B. lin. 12. Pro *Artzen.* lege *Arntzen.*
582. B. lin. 21. De verbo *convenire* vide Cl. Burm. ad Ovid. 1. Metam. 41.
590. B. lin. 3. Pro *Paſſar.* lege *Paſſer.*
596. B. lin. 26. Pro *Rheda* lege *rheda.*
640. A. lin. 1. Pro *nuſquum* lege *nuſquam.*
642. B. lin. 8. Poſt *Servius fluctuat.* Adde, quae ad vulgatam lectionem Prudentii Cathem. III. 11. *Trina ſuperne regat pietas* defendendam recte adducuntur in Obſerv. Miſc. pro Nov. & Decemb. 1733. p. 321.

IN-

INDEX
IN
CORN. NEPOTEM.

Primus numerus vitam; ſecundus caput cujusque vitae; tertius verſiculum capitis notat. Litterae Fragm. *vel* Fr. *deſignant Fragmenta*; Lamb. Schott. Sav. *ea quae ex commentariis notisque Lambini, Schotti, atque Savaronis*; Boecl. Loccen. Vorſt. *quae ex indicibus Boecleri, Loccenii, Vorſtii ſunt deſumta.*

CURANTE

JO. ANDREA BOSIO.

A.

A Condiſcipulatu conjunctiſſime vivere cum aliquo 25, 5, 3. a fundamentis disjicere arcem *ἐκ θεμελίων, funditus* 20, 3, 3. domum 23, 7, 7. a laſſitudine acquieſcere 14, 11, 3. a puero in exercitibus verſatus, *inde a pueritia* 5, 2, 1. a ſtirpe ad hanc aetatem, *ab initio familiae & originis.* 25, 18, 2. ab adoleſcentia usque ad extr. aetatem 24, 2, 4. ab conſulatu usque ad extr. tempus 25, 16, 3. *In his omnibus tempus ſignificatur.* ab Lacedaemoniis ſumma imperii maris transfertur ad Athenienſes, *illis adempta, confertur Athenienſibus,* 3, 2, 3. ab tam tenui initio tantae opes profligatae, *tam parva occaſione,* 16, 2, 3. *E quibus locis ſimul apparet, τὸ AB etiam ante conſonas poni ſolere: cujus rei exempla praeterea habes* 1, 3, 3. 10, 1, 2. 11, 2, 2. 17, 7, 3. 18, 10, 3. 23, 3, 4. 23, 12, 3. ab aliquo magnas praedas facere 12, 2, 3. *niſi tamen τὸ a gloſſema eſt. v. not.* ab anno vigeſ. *inde ab anno aetatis vic. denuo vide not.* 18, 13, 1. ab janua proſpicere 23, 12, 4. *niſi malis ad praeced. puer referre. v. infr. v.* Janua. ab interitu retraxit Thebas Epamin. 15, 8, 4. ab invidia tantum ſe putabant futuros, *abfuturos, remotos, liberos futuros.* 12, 3, 4.

Abalienare aliquem rebus ſuis, *ad defectionem impellere,* 17, 2, 5. *ſic:* abalienata oppida 22, 2, 2. *adde* alienare.

Abdere ſe penitus in Thraciam 7, 9, 1. *veluti in ſinum ſecuritatis. de eo, qui ſuam fortunam occulere ſtudet.* Boecl. *Sic Caeſar* 6. *B. Gall.* ne deſperata ſalute ſe in Menapiis abderet. *Et Cicero* 13. *ad famil.* 29. abdidit ſe in intimam Macedoniam. *Et* 7, 18. Abdo me in Bibliothecam. *adde infr.* penitus.

Abeſſe tantum a cupiditate pecuniae, ut 25, 12, 2. a ſocietate ſceleris, ut 20, 1, 3. ab inſolentia, ut 17, 5, 2. *adeo vacare his rebus: elegans formula: pro qua alii malunt,* tantum abeſt, ut cupidus eſſet pecuniae, ut potius &c. tantum abeſſe ab invidia, quantum 12, 3, 4. *in edd. vulg. Sed ibi leg. eſt* ab invid. futuros. *vid. not.* tantum abeſt ut putem, *adeo non puto*, Fr. 5,

1. abeſt

1. abeſt hoc a perſona principis, *non decet p. p.* 15, 1, 2. abeſſe ab urbe, *peregre eſſe*, 25, 20, 1. *ubi tamen cod. Schotti*, ab urbe eſſet. *v. not.* abeſt haec urbs ab illa tot millia paſſ. *diſtat* 23, 6, 3. 1, 4, 2. longe aberat ab his regionib. 14, 4, 3.

Abhorrere a conſilio alicujus 1, 3, 3. *opp.* accedere ad conſilium. *ibid.* non abhorrent ejus mores a meis, *de ſimilitudine morum*, 55, 14, 1.

Abjicere aliquid in propatulo *ſinere jacere, tanquam rem vilem*, 23, 9, 3. abjectus *opponitur* florenti 25, 8, 6.

Abit res a conſilio ad vim pugnantium, *in praelio ſcil.* 8, 1, 4.

Abrogare alicui imperium 15, 7, 3. magiſtratum 7, 7, 3.

Abripere, quae regi portantur *intercipere* 14, 4, 2. cives alicujus gentis, *captivos abducere*, 1, 4, 2. abripi vi tempeſtatum, *de navigantibus*, *Fragm.* 7, 2.

Abſcedere oppido, *quod oppugnabatur*, 11, 2, 5. non abſcedere prius, *non deſiſtere a pugna* 15, 9, 1.

Abſens. abſenti imperium abrogatum 7, 7, 3. abſens damnatus proditionis *Themiſt.* 2, 8, 2. ſuſtulit T. Sempronium *Hannibal, ſcil. per Magonem fratrem*, 23, 5, 3. abſenti abrogant magiſtratum *Alcibiadi Athenienſes* 7, 7, 3. abſentem accuſant *Themiſtoclem legati Athen.* 2, 8, 2. reum faciunt *Alcib. Athenienſes*, 7, 4, 3. abſentes damnantur, qui exerc. deſeruerant 18, 5, 3. *abſente bono duae res pejus adminiſtratur* 9, 1, 2. *abſentia levandae invidiae quaeſita* 12, 3, 4. *v. ad utrumque locum not.*

Abſolvi capitis *ſub.* a poena *vel* crimine, *vel* in judicio. *vide Voſſ. de conſtruct. cap.* 26, 1, 7, 6. judicio aliquo 11, 3, 3.

Abſtinere ſe cibo 25, 22, 3. *pro quo vulgo obtinet*, abſtinere cibo. Sic Caeſar B. G. 8. paucis diebus ſeſe cibo abſtinuiſſe. *Cic. 7. epiſt.* 26. me oſtreis & muraenis abſtinebam. *v. Voſſ. de conſtruct. c.* 22. *& Jo. Rhodii Ind. Scribonii.*

Abſtinentia Epamin. tentata, *animi ſcil. adverſus pecuniam invicti* 15, 4, 1. Ariſtidis 3, 1, 2. 3, 3, 2. *Cic. ad Att.* Ep. 17. Sic in provincia nos gerimus, quod ad abſtinentiam, ut nullus teruncius inſumatur &c. *Idem offic.* 2. Nulla alia re conciliare facilius benevolentiam multitudinis poſſunt, quam abſtinentia & continentia. *Lamb. Sic:* abſtinentiae ſigna, *continentiae; opponitur enim* libidini *aut* luxuriae. 17, 7, 4. *vid. not.*

Abſtrahi a re majore 14, 4, 3. *Plus eſt quam* abduci. *nam vim & coactionem involvit. v. Donat. ad Terent. Adelph.* 5, 3, 57. *Lucretius* 3, 261. abſtrahit invitum patrii ſermonis egeſtas.

Abundare copiarum omni genere 18, 5, 2. abundans omnium rerum via 18, 8, 5.

Ac, *pro*, *quam*, aliud facturus, ac pronunt. 17, 3, 4. aliter ac ſperabat 22, 2, 1. non ſecus ac 10, 2, 1. *Proficut.* pari diligentia ac in bello 23, 7, 5. pari ac dictator imperio, *de magiſtro equitum* 23, 5, 3.

Acarnanas (*populum Epiri*) adjunxit Athenienſibus Timotheus 13, 2, 1. *Ita quidem vulgo editur: ſed leg.* Athamanas. *v. not.*

Accedere Africam 23, 8, 1. aſtu 2, 4, 1. Lemnum 2, 1, 4. ad Atticam 1, 4, 2. ad amicitiam alicujus 18, 1, 4. ad conſilium aliquod, *conſenſum & approbationem notat*, 1, 3, 5. *alibi:* ſequi conſilium alicujus v. 6. *cui oppon. mox;* abhorrere a conſilio. ad haſtam 25, 6, 3. *Sic* ad haſtam ſuam accedere *dixit Livius* 43. *alii*, *ad* vectigalia. *vid. Gronov. ad Senec. epiſt.* 101. *& infra v.* haſta. ad manum, *collatis ſignis dimicare* 18, 5, 2. ad rempubl. *capeſſere rempubl.* 9, 1, 1. propius muros 1, 7, 2. accedit mihi animus 1, 4, 5. acceſſerant ad corporis firmitatem plura animi bona, *juncta erant firmitati corp.* 15, 3, 1. acceſſiſſe febrem ſenſit *ſup. revenisse priori morbo* (*cui & rurſus deceſſit c.* 22, 3.) 25, 21, 4. *Alia*

ratione febris accedere *dicitur*, *cum paroxyſmus advenit.*

Acceſſio facta eſt pecuniae 25, 14, 2.

Accelerare ſibi aliquid 25, 22, 2.

Accerſi ad ſe aliquem jubere 25, 21, 4. *Sic enim leg. videtur pro* arceſſi, *vel* arceſſiri, *quae aliis placent. vide notas.*

Accidit caſu, ut 13, 12, 1. hoc ſecunda victoria 16, 5, 4. accidit, ut 7, 3, 2. *&* 25, 20, 3. exiſtimans id quod accidit, *evenit*, *ſubſecutum eſt*, 14, 4, 3. ſicut tum accidit 7, 7, 2. accidit hoc ei. *de novo ſymptomate morbi*, 25, 21, 4. huic, quod ceteris mortalibus 9, 5, 1. calamitas Lacedaemoniis 17, 6, 1. accidunt opera alicujus res adverſae, ſecundae 7, 6, 2.

Accipere calamitatem 9, 1, 3. conditionem, *acceptare*, *ratum habere ad*, *quod offertur* 14, 8, 6. fidem, *relat.* dare 14, 10, 2. imperium ab exercitu 22, 3, 3. injuriam, *adfici injuria*, 25, 11, 5. vulnus 10, 6, 2. 14, 6, 1. 1, 7, 5. celeriter quae traduntur, *de docilitate diſcipuli*, 25, 1, 3. *ubi tamen alii malunt* arripere. *v. not.* libenter, *audire* 23, 2, 4. accipiebat lacrimans talem benevolentiam civium, *excipiebat*, *vel*, *audiebat.* accipitur hoc auribus, *de iis*, *quae fama innoteſcunt*: *oppon.* oculis cernere, 20, 2, 2. *Sic Cicero Phil.* 8, 10. Haec auribus accipere potuiſtis. *M. Seneca ſuaſ.* 1. propitiis auribus accipitur. *Quintilian. declam.* 337. Intelligo averſis aurib. accipi hanc partem orationis. acceptus male, *qui praelio fuſus* 18, 8, 1. *Metaph. deſumta a conviviis. vid. Theſaur. Buchneri.*

Accredere *pro credere*, 14, 3, 4. *quo uſi &* Cic. *ad Att.* 6, 2. Plaut. Aſin. 5, 2, 4. Lucret. 3, 870. Horat. 1. *epiſt.* 15, 25. *Columella* 1, 1, 3. *Ead. ratione Lucretius* 4. *dixit* adopinari.

Accreſcunt dolores 25, 21, 4.

Accubare in acta, *accubitu humili*, 17, 8, 2. in convivio 16, 3, 2.

Accurate ſcribere 6, 4, 1. accuratius agere cum aliquo *majori induſtria rem agere*, 7, 10, 2. accuratiſſime accuſare 6, 4, 2.

Accuſare avaritiam alicujus, *pro*, *accuſare aliquem avaritiae.* 6, 4, 2. *Similiter Cicero* 7. *ad fam.* 17. Superbiam tuam accuſant. *Idem ad Q. Fr. dixit* accuſare inertiam adoleſcentum: *Juſtin.* 2, 15. tarditatem collegarum. *Vorſt.* accuſari hoc crimine 6, 3, 4. 15, 8, 1. crimine Pario 1, 8, 1. *Utrobique ſubaudiendam praepoſit.* de, *docent Schopp. Gramm. Philoſ. p.* 87. *Voſſ. de conſtruct. c.* 26. accuſari capitis 4, 2, 6. *ſubint. in judicio*, *vel in cauſſa*, *actione*, *vel de poena.* proditionis 1, 7, 5. *ſub.* de crimine, *vide Sanctii Minervam lib.* 5. *pag.* 293. *Schopp. Gramm. Philoſ. p.* 63. *Voſſ. l. c. Nec obſtat*, *quod etiam dicimus* damnare aut plectere capite. *nam illic genus poenae*; *hic*, *criminis indicatur.*

Ace *urbs Phoeniciae*; *ſic enim legendum*, *monuit Bongarſ. ad Juſtini prol.* 1. *aliique. vide not.* 14, 5, 1. & 5.

Acer ὀξύθυμος, ὀξύς, *aſper*, *iracundus*, *irritabilis* 13, 3, 5. acrius inſtare 18, 4, 2. premere adverſarios 23, 11, 5. acerrimus vir *promtiſſimus*, *expeditiſſ.* 7, 5, 1. Servius *ad Aen.* 1. quidam acrem in unamquamque rem vegetum ac nimium tradunt. *Sic* acerrima mens Divi Auguſti *ap.* Tacit. *hiſt.* 2, 76, 4. acerrimus leo 18, 11, 1. concurſus *conflictus* 18, 4, 1. acerrime occupatus in apparando, *ſummo ſtudio* 23, 1, 7.

Acerba mors, *luctuoſa tanquam praematura* 5, 4, 3. *Curt.* 9, 6, 19. *metaph. ducta a fructib. arborum*, *qui ante maturitatem acerbi ſunt.* Servius *ad illud Aen.* 6, 429. funere merſit acerbo: Immaturo; a pomis tranſlatione facta. acerbius imperium, *mox verſ.* 3. *expon. quo quis* crudeliſſime ſe gerit. 18, 6, 2. *Sic* acerbitas *rigor. opp.* obſequio, 10, 6, 5. Cic.

Digitized by Google

5. Cic. *ad Q. Fr.* 1, 1. ſi implacabiles iracundiae ſunt, ſumma acerbitas eſt. *Similiter uſi Caeſar* 1. *B. C.* 32. *& Liv.* 44, 10. acerbitas temporis priſtini, *indigna priſt. t. illata* 7, 6, 3. *Ita Tacitus uſurpat* 2. *A.* 71, 3. *& Suet. Calig.* 2. acerbitates rerum & verborum. *Boecl. Adde Tacit.* 30, 71, 4. *& Theſ. Buchneri.*

Acharnana civis *Acharnis oriunda vel illic habitans*, *v. not.* 2, 1, 2.

Acheruns. ab Acherunte redimere. *ab inferis & ſepulcro* 10, 10, 2. *Cic. or. poſt redit. in Senatu dixit* excitare ex Acherunte. Lambinus.

Acies *pro praelio* 23, 5, 4. *ſic:* acie decernere, *vel* contendere 1, 4, 4. acies inſtructa, *opp. praelio fortuito & in itinere commiſſo* 18, 8, 1. acies inſtructa e regione *ſc. hoſtium* 1, 5, 3, navium (*vel* claſſium) conſtituitur 23, 11, 1. in aciem producere aliquot peditum & equitum millia 1, 5, 4.

Acquieſcere, *ſignificanter, de morte, vitam laborioſam ſecuta* 23, 2, 5. acquieſcere a laſſitudine 14, 11, 3.

Acroama 25, 14, 1. *alluditur autem ad acroamata conviviorum* i. e. *ſymphoniacos. vid. Laurent. Pignor. de ſervis, & Muret. l. 6. var. lect. c.* 15. Boecl. *Adde laudatos Ernſtio in not. ad h. l. & Andr. Dounaeum in not. ad Chryſoſtomum pag.* 700. *Buchner. in acceſſ. ad Fabrum.*

Acta 17, 8, 2. *pro littore, e Graeco* ἀκτὴ, *quae proprie vox Attica, juxta Strab. lib.* 1. *& Photium cod.* 279. *Latini praeter Nep. uſi Virg. Aen.* 5. *& Cic. pro Coelio & in Verrem* 5, 31. *ac* 36. *Val. Flacc* 1, 742. *&* 5, 96. *Auſon. in periocha Odyſſeae* 6. *Paulin. epiſt.* 4. *ad Auſonium: Prudent. in Symmach.* 1, 136. *vid. Muret. var. lect.* 1, 3. *Accurſ. ad Auſon. l. c. Brodaei miſcell.* 2, 8. *Turneb. adverſ* 3, 1. *Cujac. obſerv.* 8, 1. *Caſaub. ad Suet. Aug.* 72. *Barth. adverſ.* 44, 11. *Salmaſ. exerc. Plin. p.* 809. *Alard. & Weitz. ad Flacci* 5, 96. *Iſ. Voſſ. addend. ad peripl. Scylacis: & Gloſſae Iſonis ad Prudentii l. c.*

Actaei, *Attici, Athenienſes* 8, 2. 1. *ab Acte, ſive Actaea; ſic enim Attica olim dicta. v. not. & Bochart. Hierozoic. part.* 2. *lib.* 2, 6.

Actor. *vide infr. poſt* agere.

Acumini ingenii inſervire, *excolere acumen ingenii*, 7, 11, 3. Acuminis *voce uſus & Cic. Tuſc.* 1. *&* 1. *de orat.* Lamb.

Acutus ad fraudem *callidus* 10, 8, 1. ſententiis *argutus, de oratore, Fr.* 5, 5. acutum imperatoris cogitatum, *ſubtile, callidum inventum, conſilium*, 14, 6, 8. *Sic:* acute loqui, *de jocis ſive dicteriis, Fr.* 5, 2. ſcribere aut dicere, *Fr.* 6, 3.

Ad adventum imperatorum, *ubi advenerant*, 25, 10, 2. *ſic:* ad famam, *ubi fama exivit.* ad noſtram conſuetudinem, *ſub.* comparata, relata, *vel*, ſi referantur: 15, 2, 3. *vulgo ſic efferunt:* reſpectu noſtrae conſuetud. *vid. Giſan. append. obſervat. p.* 278. *Sic Terent. Eun.* 2, 3, 69. Nihil ad noſtram hanc. *add. Em b. de comment. rat. dic.* 1, 22, 2. ad noſtram memoriam, *uſque ad* 2, 10, 3. *ſic:* ad ſenecturem 11, 3, 3. 25, 5, 1. c. 21. 1. ad extremam aetatem 25, 10, 3. ad eum finem quoad *tamdiu, donec* 15, 2, 5. *al. hi* uſque eo. *vid. not.* ad interneci-onem geſta bella 18, 3, 1. uſque ad Sulpicium & Aurel. conſſ. 23, 7, 1. *In his omnib. terminus ad quem, ſignificatur.* ad Rhodios *de inſcriptio ipſis libro* 23, 13, 2. *ſic:* ad exteros teſtimonium dare alicui 6, 4, 1. ad hanc ſententiam, *in hanc ſent. hoc ſenſu, Fr.* 3, 4. ad quintum lapidem ſepultus *quinto ab urbe lapide* 25, 22, 4.

Adamare 10, 2, 3.

Addere in edictum res novas 24, 2, 3. totidem naves ad ſuperiores 23, 2, 8. addi ut ſupra nihil poſſet 25, 4, 1. *ubi tamen* τὸ addi *quid. omittunt v. not.*

Abdubito illud, utrum ſcientě an imprud. ſit factum 9, 5, 4. *Elez: ſaf-*

formula de re incerta judicium ſuſpendentis. Sic alibi accredere *dixit.*

Addere ad 2, 2, 8.

Adducere exercitus ſubſidio alicui 18, 6, 4. exercitum in eam conſuetudinem, ut 11, 2, 2. aliquem alicui in ſuſpicionem, *ſuſpectum reddere* 23, 2, 2. adduci precibus alicujus, *permoveri* 10, 2, 3. ab aliquo ad deſperationem 18, 12, 1. adduci in opinionem 14, 6, 6. adducitur ſermo ad finem, 15, 3, 4. *vid. not.*

Adeo ut exaudiri poſſet 10, 9, 4. adeoque *& adeo*, 1, 5, 5.

Adeſſe *praeſentem eſſe.* Si adfuiſſet 9, 1, 3. quamdiu adfuit, *opp. mox* abſens: 25, 3, 2. in magnis rebus. *conſilio ſc. & opera.* 10, 1, 3. qui aderant, *ſc. in militia, ſive comitatu*, 4, 3, 2. omnibus periculis *in bello ſcil.* 16, 4, 2. alicui in conſilio 18, 1, 6. *ſic Cic. pro Quintio:* qui tibi in conſilio adſunt. *In Verrem:* ut ſibi in conſilio adeſſem. Lamb.

Adhibere celeritatem 18, 9, 2. curam diligentiamque in tuenda valetud. 25, 21, 5. memoriam nullam contumeliae, *ea ad ultionem non uti* 15, 7, 2. modum *ſc. narrationi* 15, 4, 6. vim 4, 4, 3. adhibetur materfamil. in convivium, *adducitur* praefat. 7.

Adhuc *huc uſque, uſque ad hoc tempus*, 1, 5, 5. *& in quibuſd. codd.* 25, 19, 2. *Sic & alii. vid. Vorſt. de Lat. merito ſuſp. cap.* 18. *& Buchi. Theſ. Fabri. Vulgo* hactenus.

Adjacere mare. *jacere, ſitum eſſe ad mare* 13, 2, 1. *Ita plane Frontinus* 3, 9, 5. ab ea parte murorum, quae mare adjacebat. *Sic recte membranae vett. vid. Keuchen. ad eum locum. Simili conſtructione Lucret.* 5, 545. Uſque adeo magni refert, quid quae adjaceat res. *vid. Ind.* Giſanii. *Subint. vero* ad. *Integre Mela* 1, 7. Hadrumentum &c. hinc ad Syrtim adjacent. *adde infr.* jacere.

Adimantus collega Alcibiadi datus 7, 7, 1.

Adipiſci victoriam 12, 1, 3. gloriam facto aliquo 1, 2, 3. ex re aliqua 12, 2, 2.

Adire ad aliquem 2, 7, 1. 4. 10, 8, 1. 23, 2, 3. adire maximos labores 20, 5, 2. periculum *venire in peric.* 13, 4, 8. *ſic ſaepe* Curtius. *vid. Ind. Freinſh.* aditus ad aliquem patet 1, 8, 4. aditum conveniendi dare petentibus *poteſtatem ſe adeundi & colloquendi*, 4, 3, 3.

Adjungere aliquid, *addere iis, quae dicta ſunt* 15, 10, 4. *& in Mſ. Schotti* 21, 1, 1. *Sic:* hoc adjunxit *ſc. multa quae commemorat* 23, 3, 3. adjungere ſibi aliquem *conciliare, in familiaritatem & amicitiam adſciſcere* 18, 2, 3. adjungere conſilio urbes multas ad amicitiam (aliquorum) *adducere ad ſocietatem & foedus* 7, 5, 6. *Sic* adjungere municipia *dixit Tacit. h.* 1, 70, 3. adjungere bellicoſas (*vel*, reges & bellicoſas) nationes, *aut* reges bellicoſae nationis, *ſc. ad amic.* 23, 10, 2. aliquos ſocios, *facere* 13, 2, 1. amicum ſibi cupiebat adjungi eum, 7, 9, 5. inſula adjuncta oppido *conjuncta, adjacens*, 10, 5, 5.

Adjuvare barbaros, *ſcil. copiis & milite in bello*, 1, 7, 1. adjutum aliquem venire *ad adjuvandum* 20, 2, 4. adjuvari ab aliquo in re quapiam 18, 10, 3. opibus alicujus 20, 2, 2. adjuvari in aliqua re non minus prudentia, quam felicitate: *aeque prudentia ſua, quam fortuna, obtinere, ut res bene ſuccedat*, 1, 2, 2.

Adjutor datus, *collega gerendi belli* 9, 4, 2. alicui 12, 2. 2.

Admetus rex Moloſſorum 2, 8, 3.

Adminiſtrare bellum, *de duce, qui gerit bell.* 12, 2, 1. 18, 5, 1. legationes per aliquem, *adhibere aliq. ad obeundas legationes* 10, 1, 4. provinciam bene, *componere ac tueri* 7, 3, 3. adminiſtratur reſpublic. jure, potentia 24, 2, 2. adminiſtrata eo pejus res eſt, *de damno belli* 9, 1, 2.

Admirari aliquem, *venerationem not.* 10, 2, 3. in re aliqua 1, 13, 5. *ſic*, ad-

Digitized by Google

admirationem ſui injicere alicui *reverentiam* 11, 3, 1. admirabile inprimis hoc fuit in eo, *inſigne ad gloriam* 17, 7, 3. quae videbantur admiranda in Italia Hiſpaniisque *notatu, obſervatu digna*, 24, 3, 4.

Admittere aliquem ad ſe domum, *aditum ei permittere in domum ſuam* 20, 1, 5. admittere aliquid, *agendum ſuſcipere* 25, 15, 2. in edd. vulg. Sed leg eſt *annuiſſet. v. not.* admittere ſcelus, *perpetrare* 15, 6, 3. *ſub.* in ſe, *quomodo Cic. Phil.* 2. Ea in te admiſiſti. Et *auctor ad Herennium*: Adverſarii hoc in *ſe facinus* admiſerunt. Vorſt. admitti, *propria vox de aditu ad principem* 14, 3, 4. *ſic*: nemo ſine hoc admittitur *de magiſtro admiſſionum apud Perſas* 9, 3, 2. admitti ad officium aliquod *adhiberi* 18, 1, 5. in numerum (*praefectorum*) *adſumi, adſciſci inter praefectos*, 6, 1, 5.

Admodum adoleſcentulus *omnino valde* 22, 1, 1. non admodum multi 23, 1, 1.

Adoleſcens, *de viro* 25, 8, 2. *& c* 16, 1. *Ita ſolebant Romani, ap. Sueton. Aug.* 20. *de* 30. *ann. habente.* Boecl. *vid. Manut. Comm. in epiſt. Cic. ad fam.* 2, 1. *pag.* 78. *Pari modo Graeci viros νεανίσκους & κομιδῆ νέους, immo παιδάρια & μειράκια*, Ebraei ילדים *i. e.* pueros *vocant. vide quae diximus exercit. philolog. ad* 2. *Tim.* 2, 22. *c.* 3. §. 9. *&* 10. illuſtris 22, 3, 2. ſeni jucundiſſimus ut ſenex adoleſcenti, 25, 26, 1. ſenem ſeverum aequalibus in familiaritate anteponens 15, 2, 2. adoleſcentulus 24, 1, 1. *de* XXII. *annonorum juvene* 25, 2, 4. *tot enim annos tum Atticus habuit. vid.* Chronologic. Ernſtii. adoleſcentulus quidam Argilius. *de viro* 4, 4. 1. *nam* Thuycid. *Argilium hunc ἄνδρα vocat.* admodum adoleſcentulus. *v.* admodum 22, 1, 1. adoleſcentiae ineuntis vitia *incipientis* 2, 1, 1. *ſic*: ineunte adoleſcentia 7, 2, 4. adoleſcentiae initium durum 5, 1, 1.

Adoptavit Atticum teſtamento Q. Caecilius 25, 5, 2. *v. not.* Ernſtii, Cujac. obſ. 7, 4. Petit. ad LL. Attic. 2, 7.

Adorior *oppugnare* 8, 2, 5. demergere 10, 6, 1. *ut alias*: aggredior hoc facere, *conatum cum effectu notat.* Boecl. *Tueri forſan haec loca poſſunt vulg. lectionem apud Tacitum Agr.* 25, 4. oppugnaſſe ultra caſtella adorti. *vide tamen, quae ad eum loc. Gronovius adnotavit.* adoriri Dodonam, *de conatu corrumpendi ſacerdotes Dodonaeos* 6, 3, 2. imprudentes 18, 9, 6.

Adrumetum, *Colonia Phoenicum in Byzacio*; *vid. not.* 23, 6, 3.

Adſcitus lepor, *opponitur* nativo 25, 4, 1.

Adventare 18, 3, 3. adventat claſſis 1, 7, 4.

Adventus 22, 1, 2.

Adverſi caſus 14. 5, 4. ſi quid adverſi acciderit 14, 5, 3. adverſum tenere proficiſcentibus. *de vento qui proficiſcentibus ſuo flatu eſt contrarius, qui contra ſpirat.* 1, 1, 5. *v. not.* adverſum Athenas, *e regione* 2, 3, 4 *ſic edd. vulg. Sed leg.* exadverſum. *denuo v. not.*

Adverſus arma ferre 17, 4, 6. *Sic Cic.* 1. *offic* 12. qui contra ferret arma. *Auctor ad Heren.* 4, 39. qui contra tulerint arma. *Vellej.* 2, 28, 4. nec tamen in eos, qui contra arma tulerant, ſaevitum. Boecl. *Eſt a. locutio elliptica. Integre Livius* 37, 53. qui adverſus vos arma tulerint. adverſus reſiſtere 16, 1, 3. *Et hunc locum ſimilitudo & conſenſus libror. tuetur.* Boecl. *v. not.* adverſus aliquem eſſe 22, 2, 2. facere 18, 8, 2. ſtare 17, 5, 4. hunc adverſus imperator habitus 9, 2, 2. *In his omnibus hoſtilitas indicatur.* hoc adverſus jus hoſpitii eſt, *repugnat juri hoſp.* 23, 12, 3. adverſus aliquem venire, 23, 4, 2. *mox v.* 4. obviam venire. *Plauto ac Terentio eſt* adverſum ire. *v. Buchn. Theſaur. v. Verſus.* ex adverſo Padi

 fauces

ſauces (*vel* ſaucibus) *Fr.* 7, 8. *niſi tamen legendum eſt* exadverſus. *v. not.*

Adverſari alicui, *de diſſenſione civili* 2, 12, 8.

Adverſarius, *de aemulo, ſive eo qui factionem comparat* 10, 7, 1. in republ. adminiſtranda, *ἀντίτεχνος* 15, 5, 2. *ἀντιτασσόμενος* Plutarch. *in Ariſtide. ἀντιπολιτεία eſt apud* Plutarch. *ἀντιπολιτευόμενος in amat. narrat.* Boecl. adverſarius populus. *hac voce notatur τὸ φιλαίτιον, ſive adverſandi premendique ſuperiores libido* 13, 3, 5. *Ita* Boecl. *Sed Clar. Schefferus referebat ad voc.* potentiae, *v. not.* adverſarii, *obtrectatores, aemuli, qui accuſant in judicio* 13, 7, 3. *&c.* 8, 2. *hoſtes* 2, 4, 3. 14, 6, 2. *& ſaepe.* adverſaria factio 16, 1, 2. *quae mox* cap. 2, 4. *dicitur,* adverſariorum factio.

Adulterii ſuſpicionem habere 15, 5, 5. *vide* habere.

Advocare concionem 7, 6, 4.

Aedes Jovis Feretrii, *templum, fanum,* 25, 20, 3. *ſic*: aedes Minervae 4, 5, 2: Proſerpinae 10, 8, 5. Martis *Fr.* 11, 1.

Aedium locus primus, *πρόθυρον, atrium* praefat. 6. *v.* primus. pars interior praef. 7. *v. not. ad utrumque loc.*

Aedificare claſſem 2, 2, 2. *mox*: efficere. *ſic*: ad aedificandas claſſes 3, 3, 1. *Ita & Cic. pro L. Manil. & Caeſar loquuti : tuetur que Buchn. de commut. rat. dic.* 1. 11, 1. aedificantes Athenienſes *muros ſuos inſtaurantes* 2, 6. 2. aedificator, *qui ſtudio aedificandi ducitur* 25, 13, 1. *ſic Flor.* 1, 8, 4. *& Columella* 1, 4. *v. not.*

Aedificium. non aedificio, ſed ſilva, conſtabat amoenitas domus *non ſtructura ſumtuoſa* 26, 13, 2. *v.* domus.

Aedilis plebis, *ad differ. aedil. curulium & cereal.* 24, 1, 3.

Aegae, *Macedoniae oppidum* 21, 2, 1. *De etymo v.* Bocharti *Canaan* 1, 13. *Ptolemaeo eſt Αἰγαῖα.*

Aegates inſulae 22, 1, 3. *ſitae in mari mediter. juxta Siciliam, vulgo perperam* Aegades. *v. not. De iis prolixe Cluver. Sicil. antiq.* 2, 15.

Aeger vulneribus 1, 7, 5. *ſub. praepoſit.* a *vel* ex.

Aegos flumen, *urbs Helleſponti* 6, 1, 4. 7, 8, 1. 9, 1, 2. *Graecis, ut Xenophonti, Ariſtot. Plutarcho, Diod. Sic. Stephano, Αἰγὸς ποταμοί. Singulari numero, ut noſter, etiam* Plinius 2, 58. *&* 4, 10. *ac* Mela 2, 2. *extulere.* Lamb. *Adde* Scalig. *ad Euſeb. num.* 1551.

Aegyptus *nota Africae provincia,* 18, 3, 2. Aegyptius rex 11, 2, 4. Aegyptia claſſis 12, 2, 3. *Aegyptiorum munera Ageſilao miſſa* 17, 8, 4.

Aemilius *L. Paullus* occiſus 23, 4, 4.

Aemulari aliquem, *contendere de gloria cum eo,* 15, 5, 6.

Aemulatio tantae laudis eſt inter hos 25, 5, 4. *ubi & mox, ſicut & c.* 10, 5. *diſting. ab obtrectatione.* rerum maximarum inter hos intercedit 25, 20, 5. *mox*: incidit. *niſi tamen id a gloſſa eſt. aemulatio ducum* 7, 8, 4. *potentiae inter civitates* 2, 6, 2. *&* 3, 2, 7, 6.

Aeneae coronae Alcibiadi donatae 7, 6, 3. *niſi locus corr. eſt v. not.* ſtatuae pecunia completae 23, 9, 3. Pelopidae interfecto donatae 16, 5, 5. *niſi potius* aereae coronae *fuerunt. de quo adi not.*

Aeolia *Aſiae regio ad mare Aegaeum, inter Troadem & Ioniam. Eam reſtituere Athenienſib. conatur Conon.* 9, 5, 2.

Aeolis, *ejusd. reg. nomen*: Ex Aeolide principes ſecum deducit Darius 1, 3, 1.

Aequalis alicui *vel* alicujus, *ejusd. aetatis ὁμόχρονος.* 3, 1, 1. *ſic*: aequales 15, 2, 2. 25, 1, 3. prope aequalis (*ſ. edd. addunt* aetate) ſoror 25, 17, 1.

Aeque bene uti oculo dextro, *ſub.* ac altero, *vel* ſiniſtro. 23, 4, 3.

aeque

Digitized by Google

aeque bonus paterfam. quam civis, *ſic leg. videtur* 25, 13. 1. *ubi vulgo ed.* neque. Aeque quam *pro* ac *dixere etiam alii. v. Buchn. Theſ. v. Aeque.*

Aequiparare aliquem labore, corporisque viribus 7, 11, 3. aequiparabat dignitatem ipſam urbis portus Piraeei 2. 6, 1. *Sic Virgil.* Nec calamis ſolum aequiparas, ſed voce magiſtrum. Lamb. *Uſi eodem ſenſu Liv.* 37, 53. *Sueton. Aug.* 94. *Ner* 53, *& alii.*

Aequus. non aequus alicui locus, *incommodus ad pugnam* 1, 5, 4. *Caeſari* 6, 34. iniquus. *v. not.* aequam conditionem verſurae non habere *non invenire, qui aequo ac modico foenore mutuam det pecuniam, quo debita ſua ſolvat* 25, 2, 4. *vid. Salmaſ. de modo uſur. cap.* 7. *p.* 300. *& ſeqq*

Aequitas Ariſtidis 3, 2, 2. *conjungitur cum* juſtitia & innocentia, *idemque eſt a lenitas ſive clementia, ut apud Salluſt. Catil. cap.* 9, Buchn. Theſ. *Bocc. exp.* μετριότης, *cui opponitur* πλεονεξία & intemperantia *Pauſan.* V. 3. *Sic*: aequitate ſumma res Cherſoneſi conſtituit *Milt.* 1, 2, 2 *Quod de ead. lenitate exp. Buch. in comment. Sed Cl. Ravius putabat ſimpliciſſime, & ex proprietate vocis intelligendam aequitatem juris, jus aequabile,* ἰσονομίαν, *ubi aliquid* aut omnibus licet facere, aut non licet. *ut loquitur Marius Victorinus in comm. ad Cicer.* 1. *Rhetor. vel, ut eſt apud Livium* 3, 34. omnibus ſummis infimisque jura aequantur. *quomodo & Boeclerus de civili formato ſtatu accepit haec verba.* aequitas animi, *mediocribus & praeſentib. contentus* 8, 2. 4. *quomodo & Cic. in Rullum & de Senect. hac voce uſus. v. Theſ. Buchneri.*

Aequora Indica, *mare Indicum, Fr.* 7, 2.

Aeris terna millia, *Gronovio noſtri coronati* 18. *cum didrachmo & hemidrachmo, ſed locus corruptus videtur, legendumque* tricena, *vel* τὸ aeris *delendum. vid. not.*

Aerarium commune *ſc. civitatis* 3, 3, 3. *ſc. militare* 3, 3, 1. privatum 25, 8, 3. *aerarii augendi ratio* 23, 7, 5.

Aes alienum inveteraſcit indulgendo 25, 2, 5. *vid.* inveteraſco. creſcit multiplicandis uſuris, *ibid.*

Aeſtimare litem. aeſtimata eſt lis ejus tot talentis 1, 7. 6. 13, 3, 5. *damnatus eſt tot talentis. intelligitur enim ipſa pecunia multatitia, aeſtimatione delicti decreta. hinc addit Noſter* 1, 7, 6. *tot talentis aeſtimatam Miltiadis litem*, quantus in claſſem ſumtus factus erat. *ex antecedenti conſequens notatur*, i. e. *ex aeſtimatione delicti, multa. ut lis ſumatur pro diſceptatione litis tota & culpae, quae in judicium vocatur. Sic in crimine repetundarum, aeſtimatio litis & exſilium, ordinaria poena. aeſtimatis, inquam, furtis, auctione quaeritur ex bonis damnati ea pecunia. interdum cum auctario dupli aut quadrupli. Apud JCtos* litis aeſtimationem offerre, *eſt, rei litigioſae pretium perſolvere.* Boecl. *adde Sigon. de judiciis* 2, 23. *& Poliet. hiſt. Fori Rom.* 4, 10. aeſtimatam litem ſolvere populo, *pecuniam multatitiam aeſtimatione delicti decretam*, 5, 1, 1. magni aeſtimata hujus opera 24, 1, 2. *in edd. vulg. Sed leg. eſt* exiſtimata. *v. not.*

Aetas puerilis 25, 1, 2. extrema, *ſenectus* 24, 2, 4. 25, 10, 3. aetas extrema imperatorum, *ultima tempora impp. ſive tempus ultimorum impp.* 13, 4, 4. aetas ejus cecidit in ea tempora, *tempus vitae, vixit iis tempor.* 18, 1, 2. *Sic*: aetas noſtra tulit hunc 25, 12, 4. aetatis ejusdem eſt, *aequalis, vir. eodem tempore* 7, 11, 1. aetatis ſuae primi 11, 1. 4. omnium formoſiſſimus 7, 1, 2. aetatis vacatio *ſenectutis immunitas a bello* 25, 7, 1. *v. not.* aetati omni aptiſſimus, *hominibus cujuscunque aetatis* 25, 16, 1. aetate provectus *ſenex* 20, 4, 1. proximus (*alicui*) *qui vixit prope ad tempus* 2, 9, 1.

Affectare munditiem, *ſectari* 25, 13, 5. *pro quo fruſtra Ernſt. mallet e ſuo cod.* adlectare *v. not.*

Afferre manus (*alicui*) *de interfectione, caede* 20, 1, 4. *Petron.* attuliſſe damnatas manus. adferre alicui vim, *ead. ſignif.* 18, 12, 3. *Sic*: adfertur huic vis 10, 10, 1. *Phraſi eadem uſi Cic. Phil.* 12. *& Ovid. ep.* 17. *ac de arte am.* 1. (*vid. nobiliſſ. Heinſ. not. ad loc. priorem*) *& ſenſu paullo diverſo Juſtin.* 18, 7, 8. non tamen vim adferre religioni auſus eſt. adferre multa nova in re militari, *invenire, excogitare*, 11, 1, 2. affert haec res deformitatem, *deformem efficit* 17, 8, 1. detrimentum rei familiari 25, 2, 3. afferunt hoc nuntii. *nuntiatur hoc* 1, 3, 3. affertur epiſtola ab 16, 3, 2.

Afficere aliquem magnis muneribus *donare* 17, 3, 3. poena 23, 8, 2. poenis gravibus 17, 4, 8. affici exſilio 8, 3, 1. morbo 23, 4, 3.

Affinis *vir ſororis* (*haec enim propria vocis acceptio. v. Savar. ad h. l. & not. in Sidon.* 5. *carm.* 20.) 20, 1, 4. *ita* affinitas 10, 1, 3. affinitate conjungi cum aliquo *tanquam generum cum ſocero* 4, 2, 3. *nam & hi affines ſunt invicem: ſic*: affinitatem alicujus deligere 25, 12, 1. in affinitatem alicujus pervenire, *tanquam avum uxoris privigni illius* 25, 19, 2. ob affinitatem non expers periculi, *tanq. conſobrinus uxori fratris* 25, 2, 1.

Affirmabat, id fore. *denuntiabat, alibi*: 2, 4, 2.

Afflictae res 9, 2, 1, i. e. *inclinatae, acciſae.* Juſtin. 4, 5, 2. dum res quamvis afflictae, nondum tamen perditae forent.

Affluens munditiès, *abundans, luxurioſa* 25, 13, 5. *ubi tamen alii legunt* adfluentiam. *v. not. Uſus ea voce non ſemel Cicero, ut pro Archia, pro Cluentio &c.* Vorſt. affluentius vivere, *ſplendidius* 25, 14, 2.

Afros facilius ſe corrupturum exiſtimabat Lyſander *ſacerdotes Jovis Hammonis in Libya*, 6, 3, 2. Africanorum fortiſſimi Hamilcar & Hannibal 21, 3, 5. Africanae poſſeſſiones, *ſitae in Africa* 25, 12, 4.

Agamemnonis belli gloriam conſequi, *magnam gloriam bellicam* 15, 5, 5.

Agere aliquem ante ſe, ut feram beſtiam, 14, 3, 2. *Sic de adultera Tacitus Germ.* 19, 2. nudatam maritus per omnem vicum verbere agit. agere cum aliquo, *colloqui, conſilia agitare* 10, 2, 5. ut aliquam ſibi uxorem det, *agimus* 14, 3, 2. *tractare, tranſigere* 5, 1, 3. *Sic*: agere per literas quae quis cogitat, *opp.* colloqui cum aliquo, 5, 3, 3. bellum, *adminiſtrare* 23, 8, 1. *quod perperam mutari vult Lambin. v. not.* cauſſam populi, *ſtudere democratiae factionem popularem favere*, 1, 3, 1. gratias diis 20, 4, 3. lege cum aliquo 20, 5, 2. *vide* Lex. rem mandatam ut ſuam 25, 15, 2. egit nihil aliud, quam ut plurimis eſſet auxilio *περὶ σπουδῆς magnae contentionis ac ſtudii; alibi*: nihil aliud molitus eſt. 25, 11, 1. non aliud quidquam egit quam armavit regem 23, 10, 1. Oratores qui nihil aliud egerunt, *qui unice oratorio ſtudio incubuerunt. Fr.* 5, 5. aguntur diligenter vigiliae in caſtris 8, 4, 4. ad agendam vitam uti praeceptis philoſophorum, *ad uſum vitae transferre praecepta: opp.* ad oſtentationem, 25, 17, 3. ſi quid de ſe agi vellent *ſcil. in judicio* 7, 4, 1. agitur id, *conſilia illuc tendunt* 2, 5, 1. reſciit quid ageretur, *i. e. ſtrueretur, pararetur* 14, 2, 4. quid ageretur ignorabant: *additur ἐπεξηγητικῶς* aut quare fieret. *nam quid rei ageretur, videbant: non item cur & quo conſilio. Quare in his omnibus locis ſuband. eſt* negocium *aut* conſilium; *ut in ſimilib. locutionib. volunt Sanctius ib.* 4. *Minervae p.* 292. *&* 324. *S. ap. Gr. Philoſ. p.* 68. agitur in ea re exiſtimatio alicujus, *vertitur* 25, 15, 2. *v. not.* ſi qua res major acta

eſt 25, 4, 4. nullis agi caſibus, *agitari, demoveri a propoſito animi* 25, 9, 1. *Opp.* minui. *Quare quid. legi malunt* augetur, *v. not.* actorem auctoremque in omni procuratione reip. habere aliquem, 25, 3, 2. Buch. *in Theſ. ait* auctorem *eſſe, qui ſuadet praecipitve rem, & rationem gerendi monſtrat*: actorem, *qui adminiſtrat ac curat. Aliter* Ernſtius *v. not. ejus.* Caeſar 1. *Civil.* illo auctore atque agente.

Ager, *regio* 23, 5, 1. ager Troas 4, 3, 3. agro donati liberi Pelopidae 16, 5, 5. agellus *de tenui poſſeſſ.* 19, 1, 4. ager Falernus, *regio Campaniae fertiliſſima ad Vulturnum fl. de qua Cluver. Ital. antiq.* 4, 5. *Merula Coſmogr. ſpecial.* ager Troas, *Phrygia minor, regio Aſiae circa Trojam urbem*, 4, 3, 3.

AGESILAUS *Lacedaem. rex factus in Aſiam bellatum proficiſcitur* 17, 2, 2. *inducias dat Tiſſapherni* v. 3. *& ſervat quamvis perfido* v. 5. *Phrygiam populatur* c. 3. 2. *Epheſi militem exercet* c. 3, 3. *domum revocatur* c. 4, 1. *Athen. & Boeotios apud Coroneam vincit* v. 5. *victoriam clementer exercet* v. 6, 7. *Corinthii belli victor, urbe abſtinet* c. 5, 3. & 4. *conſilium ejus ſubitum* c. 6, 2. *munificentia & modeſtia in cultu* cap. 7. *corporis bonis infelix* c. 8, 1. *contemtus ab Aegyptiis* v. 2. &c. *moritur* v. 6. ſummus dux 12, 1, 2. nomine potius quam poteſtate rex 21, 1, 2. *ei comparatus Chabrias* 12, 2, 3.

Aggredi aliquem, *impugnare* 14, 9, 5. *bello perſequi, bellum inferre*, 14, 4, 1. adverſarios *adoriri, irruere in adv.* 2, 4, 4. aliquem ferro 7, 10, 4. aggredi aliquem abſentem, *accuſatione ſcil. in judicio*, 7, 4, 2. ab aliquo donis factis, *paſſive, pro invadi, tentari*, *Fr.* 5, 3. *v.* Voſſ. *de analog.* 3, 6.

Agis rex Laced. filium relinquit Leotychidem 17, 1, 4.

Agitare aliquid mente 22, 1, 4. *i. e. cogitare. Sic apud* Juſtinum agitare animo. *vid. Ind.* Preinshemii. agitandi equos ſpatium non erat, *exercendi curſu, circumagendi in campo*, 18, 5. 4. agitatur navis in portu, *provehitur, movetur*, 10, 9, 2.

Agnonides (*Athenienſis*) Phocionem proditionis accuſat, 14, 3, 4.

Agnoſcere aliquem *ſcil. quisnam ſit*, 14, 3, 4. natum *ſtatim atque natus fuit, ſc. pro filio; mox*: ſuum eſſe dicere 17, 1, 4. *Sic apud Curt.* 8, 8, 12. *Alexander*: Jovis oraculo agnoſcor. *Et Auguſt. ap. Suet. c.* 65. ex nepte Julia editum infantem agnoſci alique vetuit.

Agreſte amiculum 14, 5, 2. *v.* amiculum.

Agricola ſollers *qui tenet art. agriculturae*, 24. 3, 1.

Agrippa *M. Vipſanius filiam Attici ducit* 25, 12, 1.

Ala equitum, hetaerica dicta *ſc. in exercitu Alex. M.* 18, 1, 6. ei praefuit Eumenes, ibid. & 18, 13, 1. *De alis veterum, praeſertim Romanis, plura Lipſ. de Mil. R.* 3, 7. *Savil. pag.* 381. *Herm. Hugo de milit. eq.* 3, 5. *quaedam & Salmaſ. de re milit. c.* 9. *& Schelius not. ad Higin. pag.* 66. *& deinceps. Cincius apud Gell.* 16, 4. *Alae dictae exercitus equitum ordines, quod circum legiones dextra ſiniſtraque, tanquam alae in avium corporibus locabantur.*

Alacrior ad rem gerendam factus Pauſan. Xerxis voluntate cognita, *amplius excitatus*, 4, 2, 6.

A. Albinus cum L. Lucullo conſul fuit, *Fr.* 3, 4. ſcriptitavit res Rom. oratione Graeca. *ibid.*

ALCIBIADES. Eo in virtutibus & vitiis nihil excellentius 7, 1. *quomodo educatus* c. 2. dux bello Peloponeſ. delectus c. 3. *ab inimicis accuſatus, & a magiſtratu Athen. revocatus ad dicendum cauſſam* c. 4. Lacedaemonem demigrat. ibid. verſ. 6. *hinc ad Tiſſaphernem* c. 5. *reſtituitur inde ab Athen. quorum res*

praeclare gerit. ib. v. 6, 7. *magno applauſu excipitur, abolita devotione* c. 6. *rurſus* in invidiam recidit c. 7. *Philoclen ad occaſionem rei conficiendae fruſtra excitat* c. 8. *ad Pharnabazum ſe confert.* c. 9. *cujus opera perit* c. 10. *ejus elogium* c. 11.

Alcmaeon (*Amphiarai vatis Graeci, & Eriphiles F.*) matricida 15, 16, 2.

Alere morbum deſinere *non ultra fovere, adſumto cibo* 25, 21, 6. idem agellus eos alet, *ſuſtentabit, neceſſariae vitae ſuggeret*, 19, 1, 4. nolo, meis impenſis ali eorum luxuriam *i. e. inſtrumenta illis ſuppeditari lux.* ib. ali publice *ſuſtentari ſumtu publico* 3, 3, 3.

Alexander M. Babylone moritur 18, 2, 1. morbo conſumitur 21, 2, 1. ejus filius *e Roxane ſcil. patri cognomine. vid. not.* 18, 6, 2. liberi *v.* 3. & c. 2, 2. ac c. 13, 3. *vid. infra* liberi. *amici poſt mortem ejus* praefecti *appellati* 18, 13, 2. *poſtea reges.* ibid. 21, 3, 1. *quando & ubi natus.* Fr. 1, 6.

Alexander Pheraeus tyrannus Pelopidam in vincula conjicit 16, 5, 1. cum Epam. bello perſequitur, ibid. v. 2. equum in eum concitat. v. 4.

Alexandrea, *urbs celebris Aegypti*, 21. 3. 4. *v. not.*

Alienum non videtur hoc, *intempeſtivum aut ἄκαιρον* 1, 6, 1. *Sic Cic. Verrin.* 5, 67. non eſt alienum meis rationibus. alienum aes. *vid.* aes. alieniſſimus alicui locus, *ad oppugnandum plane inidoneus. oppon.* opportunus 2, 4, 5. *ſic* Caeſar *B. Gall.* 1, 15. alieno loco praelium committunt. *ſup.* 1, 5, 4. non aequum *dixit.* alieniſſima a me eſt oratio Graeca, *non ſatis adſuetus ſum Graeco ſermoni, non ſatis in eo ſum exercitus*, Fr. 3, 4. alienae eſt civitatis *ſub.* civis; *vel* homo. *Alibi natus, extraneus*, 8, 1, 2. alienae opes *alterius*, 21, 3, 4. 23, 1, 3. alienari timore ab aliquo, *favorem timore in odium mutare* 7, 5, 1. alienatae inſulae *quae defecerant* 5, 2, 4. *ſic* oppida alienata *in quibusd. edd.* (*libri enim meliores habent* abalienata) 22, 2, 4.

Alienigena *peregrinus, quippe extra Macedoniam natus; de Eumene* 18, 7, 1.

Aliquanto ὀλιγοστῶς, *multo, longe, haud paullo* 10, 3, 3.

Aliubi *pro alibi. vid. not.* Fr. 3, 7. *Sic & alii. vid. Theod. Canter. not. ad lib.* 1. *Arnobii pag.* 8. *Reſtituenda haec vox Senecae epiſt.* 92. *in illa ſub finem*: Scit alibi poſitas eſſe divitias, quam quo congeruntur. *Exſerte membranae bibliothecae Academiae Argentoratenſis, olim nobis inſpectae*: ſcit aliubi *poſitas.*

Aliud nihil egit quam ut 25 21, 1. molitus eſt quam ut 6, 1, 4. neque aliud quidquam egit quam armavit 25, 10, 1. nihil aliud quam bellum comparavit, ἰδικτικῶς, (*ſub. enim* egit, *vel* molitus eſt) 17, 2, 4. *Ubique ſingulare ſtudium innuitur.* aliud oppidum complectitur alterum, *pro, alterum opp. v. not.* Fr. 3, 2. alias munitiones incendit, alias disjecit, *quaſdam*, 18, 5, 7.

Alpes Italiam ab Gallia ſejungunt 23, 3, 4. tranſiit eas Hercules Grajus, & poſt eum Hannibal, *ibid.* Alpici, *alpium habitatores. alii malunt* Alpini. *ib.*

Alter collegarum, *ſub.* e numero, *unus ex duobus* 15, 7, 3. *Sic*: alterum cornu, 16, 4, 3. alterae alae, *pro* alteri, 18, 1, 9. *v. not.* altera factio *ſcil.* ἀντίτεχνος 10, 1, 4. *Plura de hoc vocis ſignif. Gronov. de pecun. vet.* 4. 5. altera perſona, *unus ex duobus, quibus reſpubl. plurimum debet. additur*: ſecunda tamen, *ut referatur ad ſuperiorem & primum* 16, 4, 3. Boecl. *Nempe* alter *unus e paribus*, ſecundus *inferior eſt.* *Eumenius panegyr.* c. 14. Rom. eloquentiae non ſecundum, ſed alterum decus. altero tanto longior, 18, 8, 5. Sic *Cicer. de perſ. oration.* altero tanto, aut ſeſqui-

ma-

Digitized by Google

majorem.

Amare litteras 25, 1, 2. amator antiquitatis 25, 18, 1. amatores adoleſcentulorum. *praef.* 4. *v. not. & adde Ritterſh. not. ad Phaedr. fab.* 59. *pag.* 128.

Ambitione magna deducere aliquem, *vehementi ſtudio & contentione, & cum oſtentatione quadam, ſeu, ut alii exp.* φιλοτίμως, *honorifico apparatu ac comitatu.* 20, 2, 2. *Lambinus exp.* gratiam ejus aucupans, *illuſtratque phraſ. Ciceronis, qui* 1. *ad Attic.* 15. ambitioſe corrigere, *& epiſt.* 13. ſine ambitione commendare *dixit. Non ſatis apte, ut arbitror. Fortaſſe magis congruat illud Juſtini* 1, 3. cum admitti magna ambitione aegre obtinuiſſent. ambitus largitiones, *captatoriae donationes in ambiendis per malas artes honoribus. id enim* ambitus *voce notatur.* Boecl. 25, 6, 2.

Amicus non fortunae, ſed hominibus Atticus 29, 9, 5. non amicus populi potentiae *Piſander, non favens, nec* δημοκρατικός, *ſed, ut mox additur,* optimatum fautor, 7, 5, 3. amicus non magis tyranno, quam tyrannis, (*ſeu, ut alii,* tyrannidi) *Philiſtus* 10, 3, 2. *De variis hiſce circa formas imperiorum hominum ſtudiis v.* Clapmar. de arcan. 2, 17. Boecl. *amicus, etſi infirmus, non deſerendus* 25, 8, 6. *amicus nullam ſibi vult ſejunctam ab amico fortunam* 25, 10, 3.

Amicior omnium libertati, quam ſuae dominationi, *qui potius reſpicit libertatem communem, quam quid ſuae dominationi conducat,* 1, 3, 6. amiciores conciliantur homines ea re, *magis amici redduntur* 17, 2, 5, *quam lectionem fruſtra Lamb. ſollicitat. v. not.* amiciſſimus Romanis 23, 10, 2. amice cogitare aliquid de Romanis φίλα φρονεῖν Ῥωμαίοις. Lambin. 23, 2, 6.

Amici Alexandri M. 18, 2, 4. 21, 3, 1. Regis *Perſarum ſc.* 1, 3, 2. *Ita vocantur principum conſiliarii, praefecti, proceres.* Boecl. *Plura de amicis regum eorumque variis generib. Lipſius ad Ann.* 6. *Tac. nota* 29. *& comm. in Senec. de benef.* 6, 33. *num.* 229. *Salmaſ. ad hiſt. Aug. pag.* 47. *&* 306. *Bernegg. ad Sueton. Caeſ. c.* 72. *& in Juſtin.* 9, 8. 17. *ac* 34. 3, 3. *Rave Comm. in Miltiad. Nepotis pag.* 23, *&c. Sic:* amicis uti aliquibus 18, 12, 3. amicorum concilium habere, 15, 3, 5. facultatibus in ſe tuendo caruit; fide ad alios ſublevandos uſus Epamin. 15, 3, 4. *amicorum filias pauperes quomodo dotarit Epamin.* 15, 3, 5. amicis officia praeſtanda ſine factione 25, 8, 4. officia urbana praeſtare 25, 4, 3. amicis ſervire. *vid.* ſerv. cum amicis omnia communia fuere Epamin. 15, 3, 5.

Amicitia Attici & Gellii Cani, *in ludo contracta* ad extr. aetatem crevit 25, 10, 3. ſimulata 10, 3, 1. amicitiae fidem praeſtare 18, 2, 3. locum hunc tenuit apud eum 18, 1, 6. amicitiam alicujus ſequi, *partes, ſocietatem,* 15, 6, 1. gerere abſentem 14, 10, 3. magnam ſibi parere cum aliquo 7, 7, 5. ad amicitiam alicujus accedere 18, 1, 3. in amicitiam intimam alicujus pervenire 7, 4, 3. *alibi:* in intimam familiaritatem, *v.* familiaritas. amicitia ſimulata capi 14, 11, 1. ab amicitia regis deficere, *de rebelli,* 9, 2, 2. in amicitia nunquam cum aliquo eſſe *ſemper inimicum ei,* 23, 2, 4. nemo hunc antecedit 7, 9, 1. plus valet ſimilitudo morum, quam affinitas 25, 5, 3.

Amiculum ſuum minus bene veſtitis dedit Cimon 5, 4, 2. amiculum agreſte duplex, *indumentum humilium* 14, 3, 2. *Virgilio Aen.* 5. duplex amictus; *Horat.* 1. *epiſt.* 17. duplex pannus. Lambin. Octav. Ferrar. *de re veſtiar. part.* 2. *lib.* 1, 9. *&* 10. *putat* duplex veſtimentum *dictum, quod denſum craſſumque ac duplici filo contextum & villoſum eſſet; vel quod duplici panno*

conſertum. Graecis eſt χλαῖνα διπλῆ. *De amiculo idem parte* 1. *lib.* 3, 19.

Amita *Thyi* 14, 2, 4.

Amittere animam *in vulg. edd. ſed aliter MSS. vide not.* & emittere. 15, 9, 3. fidem, *de perfid.* 18, 10, 2. optimates, *eorum favorem* 10, 7, 2. amiſſus *amiſſio, jactura,* 7, 6, 2. *v. not.* amiſſa recuperare. 13, 3, 2. *v.* recup.

Ἀμνηστία *Athenis ſancita a Thraſybulo* 8, 3, 2. *v. not.*

Ammon, (*ſive* Hammon) *cognom. Jovis* 6, 3, 2. *de quo prolixe Voſſ. de idololatr.* 1, 27. & 32. *lib.* 2, 11. *Freinshem. Ind. Curt. Bochart. in Phal.* 1, 1. *Kircher. Obeliſc. Pamphil. l.* 4. *pag.* 270. *ſeqq. & in Oedip. Aegypt. tom.* 1. *ſyntagm.* 3. *&c.*

Ammonitu alicujus 25. 20, 3.

Amoenitas domus, *id quod domui amoenitatis cauſſa conjunctum eſt* 25, 13, 3.

Amor in patriam 8, 1, 1. civium quod exprimit, nullam habet invidiam *opp.* vis. 8, 4, 1. tantum amorem omnium habere, ut 20, 3, 4. non magis amore quam more ductus 5, 1, 12. *elegans* ἀνταναχλάσεις. *Sic Symmach.* 3. *epiſt.* 59. quae dudum aliis ex more delata ſunt, nobis amore ſervata. *Sidon.* 9. *epiſt.* 4. ne forte videatur ipſe plus literas ex more depoſcere, quam nos ex amore dictare. amore populi ſuperari ab aliquo, *favore ac ſtudiis* 10 4, 1. Venereo diligere puerum 4, 4, 1. *niſi tamen gloſſema eſt. v. not.*

Amovetur victus quotidianus *ſubtrahitur.* 18, 12, 3.

Amphipolis *oppid. Thraciae, ſic dictum quod utrinque Strymone fl. allueretur.* Lamb. 5, 2, 2.

Amphoras plumbo complet, ſummas auro & argento operit Hannibal 23, 9, 3. ex onyche oſtendit Lentulus *Fr.* 8, 8.

Amplectitur aliud oppidum alterum *in ſe complectitur, continet, Fr.* 3. 2.

Amplum funus 18, 4, 4. *Alii* munus. *ſed vid. not.* ampliſſima civitas 7, 1, 2. ampliſſimus triumphus 24, 1, 3. amplitudine rerum geſtarum praeſtare ceteros 25, 18, 5.

Amplius, *plus, vel plures:* non amplius quam triduum 22, 2, 4. quam terna millia aeris 25, 13, 16. nolo amplius, quam 100. jugera 8, 4, 2. amplius C millia *ſub.* quam 22, 2, 4. *ſic:* non amplius centum adoleſcentuli 16, 2, 3. non amplius mille hominum, 14, 8, 3. non amplius quaternis quinisve verſibus deſcribere aliquid 25, 18, 6. Sic *Livius* 42. amplius ſeptingenti; *& alibi* plus ſeptingenti, ducenti, *&c. At in ſeqq. idem eſt ac praeterea, ulterius.* neque amplius requiſivit, *ſub. aliquid praeter coronam,* 8, 4, 3. ea de eo praedicarunt, atque hoc amplius 7, 11, 2. neque huc amplius quam pellis eſt injecta, *aliquid praeter pellem,* 17, 8, 2.

Amyntas Macedo 11, 3, 2. ejus filius Philippus rex 21, 2, 1.

An *pro* annon. dubito an hunc primum ponam 8, 1, 1. *v.* dubito.

Anagnoſten jucundiſſimum in convivio audire 25, 14, 1. anagnoſtae optimi 25, 13, 3. *ſervorum nomen qui ſuper menſam legebant librum. v.* Pignor. de ſervis. Boecler. *Adde Meurſ. auctar. philol. c.* 4. *& Theſ. Buchneri.*

Anaſtrophe. hunc adverſus *pro* adv. hunc 13, 4, 3. nihil erat ſuper 7, 8, 1. *& ſaepe alibi.*

Ancipite periculo premi. *utrinque inſtante hoſte* 2, 3, 3. *& ap. Flor.* 4, 11, 6. certamen, *Juſtin.* 13, 9, 9. ancipitib. locis premi 14, 7, 3.

Ancora. in ancoris tenere navem 2, 8, 7. *Sic apud Caeſar.* in ancoris ſtare, conſiſtere. *v. Buchn. Theſ.*

Andocides *unus e decem Graeciae oratorib. de quo vid. Plutarch. in vitis Rhetor. & Photius in Biblioth.* Schott. 7, 3, 2. *Male MSS. quid.* Androclides *vel* Androcides *exhibent.*

Anfractus longior viae 18, 8, 6. & 18.

18, 9, 6. *ſic ap. Cicer. Partit. or.* anfractus (*orationis*) non longus; Lucret. 5. *anfractus impares Solis*: Accium, *laudante Varrone* 5. *de L. Latin.* anfracta terrarum. Lambinus.

Anguſto mari confligere 2, 4, 5. anguſtias quaerere, *ſcil. maris, ne quis multitudine navium hoſtilium circumveniatur*, 2, 3, 2. anguſtiis locorum claudere adverſarios 14, 8, 4. claudi 22, 2, 4. ab hoſtib. 15, 7, 1.

Anicia, *Attici conſobrina, uxor Ser. Sulpicii*, 25, 2, 1.

Anima cum relinquit, *moritur* 18, 4, 2. animam deponere, 23, 1, 3. efflare 4, 5, 4. emittere 19, 9, 3. *ubi v. not.*

Animadvertere aliquid *conſiderare* 15, 6, 2. *conſpicari* 16, 5, 4. in aliquos, *de cenſore propria vox. hinc* animadverſio cenſoria, *diſtincta a judicio, ut tradit Cicero pro Cluentio.* 24, 2, 3. animadverſa varietas fortunae, *obſervata* 13, 4, 1.

Animatae bene inſulae, *in obſequio manentes, oppoſ.* alienatae 5, 2, 4. *apud Suet. Vit.* 7. male animatus exercitus erga Pr. Boecl. *Et ap. Cic. in ep.* ſocii infirme animati.

Animus *pro fiducia conſtantiaque.* animus accedit civibus 1, 4, 5. *quod Caeſar* 3, *B. Civ. ſic extulit:* tantum fiduciae ac ſpiritus Pompejanis acceſſit. animi magnitudinem res exiles etſi non frangunt, tamen imminuunt, *magnanimitatem*, 18, 5, 1. animo bellare cum aliquo, *conſiliis, alios adv. eum concitando, & ad bellum ei infer. inſtigando, cum opere atque manu, quippe opib. deſtitutus, non poſſis*, 23, 1, 3. *Sic*: animo pugnare magis quam corpore 18, 4, 2. animo meditatur proficiſci & regem adoriri, 17, 4, 1. *Utrobique videtur ſuband. praepoſ.* in: *quomodo Terent. dixit* in animo cogitare. & Barnabas ἐν καρδίᾳ μελετᾶς *Abbi Terentio eſt* ſecum meditari. *v. not. & Buchn. Theſ. v.* meditor, *& de commun. rat. dic.* 1, 21, 7. animo iſto eſſe, *id conſilii habere* 18, 11, 4. *v.* eſſe. eodem eſſe erga, *ſcil. hoſtili* 23, 10, 1. magno eſſe, 11, 3, 1. maximo eſſe μεγαλόψυχει, 15, 3, 1. oppugnare imperium aliquod, *fiducia & conſtantia max.* 10, 5, 1. fidenti & infeſto efficere ut 22, 3, 1. animo bono facere aliquid, *propoſito non ſceleſto* 17, 6, 2. aequo ferre aliquid, *ſine indignatione* 10. *ſine obtrectatione* 25, 1, 3. 6, 4. *Suband. a. in his omnibus praepoſ.* cum *Integre Ennius:* Optima cum pulchris animis Romana juventus. *vide inf.* eſſe. animo meditari *conciſe dictum pro* in animo med. 17, 4, 1. *niſi fors leg.* in animo. *vid. not.*

Annibal *vide* Hannibal.

Anno vertente conficere iter, *toto, cujus ſc. curſus natura vertitur eodem, ubi incipit*, 17, 4, 4. Cenſorino *de D. N. c,* 19. *eſt* natura, dum ſol percurrens 12. ſigna, eodem, unde profectus eſt, redit. *Phraſi hac aliquoties uſus Cic. ut* 2. *de nat. deor. or. pro Quinctio, Philipp.* 13. Lamb. annorum octoginta ivit in Aegyptum, ſub. *vir, vel homo cum eſſet*, 17, 8, 2. *ſic*: annorum VII & LX cum eſſet 25, 17, 1. annorum nonaginta extulit matrem, *annos XC natam*, ibid. annorum L imperium 10, 5, 3. multorum tyrannis, ibid. verſ. 2. annos 30. medicina non indigere, *ſub.* per, *vel* intra. 25, 21, 1. *Alia tamen edd.* annis; *ſic ſub. eſſet* in.

in Annali ſuo *ſub.* libro, 23, 13, 1. *vid. Voſſ. de analog.* 1, 41.

Annicula. vix anniculam Caeſar deſpondit neptem Attici, *ſub.* puellam exiſtentem. *ſic* anniculus *L.* 6. *D. de his qui ſunt ſui vel alieni jur. L.* 26. *de pact. dot.* Loccen.

Annuere. quod ſemel annuiſſet, *ſic enim leg.* 25, 15, 2. *v. not. Tranſitive dici volunt. Malim ſubandiri* ob *vel* ad.

Ante.

Ante. ut oſtendimus paullo ante, *ſub.* haec; *in ſuperiore libri parte, in praecedentibus* 25, 10, 1. *& alibi.* ante alios unus cariſſimus, *prae aliis* 25, 3, 1. ante hoc tempus *uſque in h. t.* 13, 2, 3. *Sic*: ante id tempus 3, 2, 3. ante haec ſponſalia 25, 10, 1. ante hujus adventum 22, 1, 2. ante hunc natum 15, 10, 4. ante illum imperatorem, *antequam ille eſſet imperator* 11, 1, 3. 15, 8, 3. ante oculos civium eſſe *ſub oculis, in conſpectu*, 12, 2, 3. ante ſe agere aliquem 14, 3, 2. paucis ante gradibus, quam 4, 5, 2.

Antecedere aliquem *praeferri, ſc. in amicitia* 18, 2, 3. in re aliqua *ſuperare, antecellere*, 7, 11, 4. in amicitia (alicujus) 18, 2, 2. 7, 9, 3. condiſcipulos doctrina tanto, ut: *mox*: ſuperare in artibus 15, 2, 2. aliquem honore 8, 4, 3. fortitudine 23, 1, 1. rerum geſtarum gloria 21, 2, 1.

Anteferre bello pacem, *bellum deponere, pace mutare* 15, 5, 3. libertatem civium fratris ſaluti *malle fratrem interfici, quam libertatem ſupprimi, conf. v. ſeq.* 20, 1, 3. anteponuntur res geſtae hujus omnium virtutibus 15, 1, 4. religionem irae, *illius reſpectu huic frenos imponere* 17, 4, 6. antefertur conſilium alicujus 20, 3, 6.

Anteire aliquem auctoritate 12, 4, 1. virtute 8, 1, 3.

Anteponere aliquem alicui 18, 1, 2. in familiaritate 15, 2, 2. quem oratorum huic antepones *praeferes? Fr.* 5, 5.

Antigonus perſequitur Eumenem 18, 5, 2. obſidet, v. 4. &c. imperium capit 21, 3, 1. in praelio cadit 21, 3, 2.

Antiochus *Magnus, rex Syriae*, rex potentiſſimus 23, 2, 1. non paret conſiliis Hannibalis, *magno ſuo malo* 22, 8, 3. &c. ei legati Rom. Hannibalem in ſuſpicionem adducunt, 23, 2, 2.

Antipater *inter praecipuos amicos Alex. M.* 18, 2, 2. ei ſumma rerum decernitur 5, 1.

Antiquitatis amator Atticus 25, 8, 1. antiquitatem diligenter habuit cognitam, & totam uno volum. expoſuit, ibid. *ea quae complectatur.* ib. v. 2. de antiquitate aliquid requirere ab aliquo, *de reb. & ritib. priſcis*, 25, 20, 4. *v. not.* antiquitate generis florere 1, 1. 1. antiquitus conſtitutum tectum 25. 13. 18, 2.

Antiſtat eloquentia innocentiae, 3. 1, 2. *Verbum elegans, inquit Barthius, ſed non adeo uſu tritum quin ap. paucos reperiatur. v. eum Adv.* 34, 6. *& Lud. Carrion. antiq. lect.* 2, 19. *Savar. ad Sidon.* 7. *ep.* 14.

Antiſtites Jovis, *ſacerdotes* 6, 3, 3.

Antonius M. hoſtis judicatus cedit Italia 25, 9, 2. redit in eam, 25, 10, 1. triumvir reip. conſtituendae 25, 12, 2. abſens litteris colit Atticum 25, 10, 4.

Antonomaſiae exempla. vid. in Laco, Barbarus, Nomen.

Anulum ſuum moriens Alex. M. dat Perdiccae, *tanquam inſign. traditi imperii* 18, 2, 1. *v. not.*

Apenninum tranſit Hannibal, 23. 4, 2. *Mons eſt Italiam dividens, ex Alpibus ortus: Livio aliiſque* Penninus. *de origine nominis poſt alios Bochart. in Canaan* 1, 11.

Aperire, *oſtendere, declarare*, 13. 6, 4. 25, 9, 5. *ſic*: aperuit in bello, qualis eſſet. (*Sic enim leg. eſt; Non, ut vulgo editur*, apparuit. *v. not.*) 14, 1, 4. aperuerunt quid ſentirent, 18, 13, 3. aperit domino navis quis ſit *ſignificat, manifeſtat ſe* 2, 8, 6. *ſic*: aperit huic, quid comperiſſet 4, 4, 5. id ſi ei aperuiſſet 7, 9, 5. aperire alicui ſuos ſenſos 10, 8, 2. aperit ſe res ipſa, *facto ipſo veritas dictorum confirmatur* 4, 3, 7. aperit hoc dementiam ejus, *indicat* 16, 3, 2. apertum eſt mihi, *ſcio* 3, 9, 1. apertum fuit, eum fuiſſe erepturum regi Aſiam *apparuit reipſa* 9, 2, 3.

aper-

Digitized by Google

apertum crimen harum rerum nullum erat, *non ſatis conſtabat de ullo crim. non poterat ullius crim. convinci*, 4, 3, 7. *Sic*: apertum id eſt alicui, *conſtat ei de eo.* 9, 3, 1.

Apollinis conſilium, *Athenienſib. per oraculum Delphicum datum*, 2, 2, 7. Apollini donum dat *Pauſan.* 4. 1, 3. Apollinem conſulunt delecti colonorum Athen. *oraculum Apollinis Delphicum* 1, 1, 2.

Apollocrates Syracuſas obtinet 10, 5, 6.

Apophthegmata Epaminondae 15, 5, 4. & 5. *c.* 6, 3. *c.* 9, 4. *c.* 10, 1. *Phocionis* 19, 4, 1. & *c.* 4, 3.

Apparare bellum magna induſtria, *moliri, comparare*, 17, 3, 2. *Pro quo alibi* ἐνεργητικῶς: in apparando acerrimè eſſe occupatum 23, 7, 1. *adde* comparare. *ſic*: apparatur bellum 7, 3, 2, apparabat has res, *moliebatur* 18, 2, 3. apparatus, *conjung. cum* munitionibus; *de operibus* πολιορκητικοῖς 18, 5, 7. regius *de cultu* 4, 3, 2.

Apparere alicui, *miniſtrare, de honoratiore miniſterio* 18, 13, 1. *cap.* 5, 1. *dixit* ad manum eſſe. *Virg.* 12. *Aen.* in limine regis adparent, *ubi Servius*: Apparent, id eſt, praeſto ſunt ad obſequium. Loccen. apparere res non poſſunt, *niſi clare cognoſci* 14, 1, 2. *Sic*, hoc minus lucide apparet ei 16, 1, 1. apparent armati *conſpiciuntur*, 23, 12, 4. apparet hoc jam omnibus, *ita eſſe intelligitur* 18, 10, 3. apparuit qualis eſſet 14, 1, 4. *in edd. vulg. ſed in melior. lib. eſt* aperuit. *vid. not.*

Appellarunt Athen. illam legem (*de* ἀμνηστία) oblivionis, *Graeca voce* ἀμνηστίας *vocarunt, quae Latinae* oblivionis *reſpondet.* 8, 3, 2. *Sic Auguſtin.* 1. *de peccat. merit.* c. 24. *ait*: *Chriſtianos Punicos baptiſma* ſalutem, *ſacramentum corporis Chriſti* vitam *vocare, vocabulis ſcil. Punicis, quibus Latina iſta ſignificatione reſponderent.* Vorſt. *vide ejusd. miſcellan. Academ.* c. 12. appellaſſe omnes libros hiſtoriarum Origines videtur Cato *inſcripſiſſe, titulum Originum eis impoſuiſſe*, 24. 3, 3. appellari cognomine Juſti, *vocari*, 3, 1, 2. appellari regem, *regis titulo honorari*, 18, 13, 2. appellari cognomine 3, 1, 2. appellatus eſt, ut vellet *compellatus, rogatus* 25, 8, 3, *Sic Plaut. & Terent. ut Phorm.* 15, 8, 22. Demipho te appello.

Appellere claſſem ad Ciliciam 8, 4, 4. appulſa ad Euboeam claſſe 1, 4, 2, *Ita & Cicero ac Livius loquuntur*: *male vero, quibus navis dicitur* appellere. *vid. Cl. Vorſt. de Latin. merito ſuſp. c.* 16.

Appetere majores res, *de incivili elatione* 4, 2, 2. appeti ultro, *haberi in pretio, amari. Fr.* 5. 4.

Appia via 25, 22. 4. *v. not.*

Applicare ſe ad ſocietatem alicujus *accedere* 5, 2, 3.

Apponuntur (*aliena*) cuſtodes, 10, 5, 5.

Apportare. quae apportavit, *ſecum attulit*, 7, 9, 2.

Apprime bonus *valde* 25, 13, 4. *quomodo alii*: apprime doctus, nobilis, obſequens.

Appropinquat adventus hujus 11, 2, 5. ver, 18, 5, 6.

Apud Maſſagetas cecidit *in regione Maſſagetarum.* apud Cadmeam, *juxta, prope*, 15, 10, 3. *ſic*: apud Aegos flumen 6, 1, 4. Artemiſium, 2, 3, 2, apud Mycalen 5, 2, 2. *niſi gloſſema eſt*: *v. not.* apud Rhodanum, Padum, Trebiam, Traſimenum 23, 4, 1. 2, 3. &c. 6, 2. apud Venuſiam c. 5, 3. Zamam c. 6, 3. &c. *Atque ſic & alii. v. not. ad* 23, 4, 1. apud maxim. magiſtratum dicere *coram magiſtratu*, 6, 4, 3. apud aliquem multum valere 9, 2, 1. legati locum obtinere, *in comitatu alicujus*, 25, 6, 4. cum apud eum eſſet ſummum imperium populi, *penes eum*, cum praetor eſſet 19, 2, 4.

Aptus ad omnes res 7, 1, 2.

Apulia, *Italiae regio* 23, 4, 4.

Aquilo ventus 1, 1, 5. *max*: ventus boreas

Digitized by Google

boreas 1, 2, 4. *v.* ventus. a ſeptentrionibus oritur 1, 1, 5.

Arabicus ſinus, *receſſus maris Erythraei ad littora Arabiae*, Fr. 7, 4.

Aram tenens jurat ad eam deductus Hannibal, *more ſc. recepto; de quo vid. not.* 23, 2, 4. in aram confugit Argilius 4, 4, 5. *v.* confug. in ara conſidet v. 4. *pro quo mox;* ſedet. arae paci publice factae 13, 2, 2. aras conſervat omnes apud barbaros Ageſilaus 17, 4, 2.

Arbitrari aliquid non ſine cauſſa, *ſic exiſtimare, opinari* 7, 6, 2.

Arbitrium *electio* 9, 4, 1. arbitrio alicujus rem permittere, *tractationem rei penitus committ.* 22, 1, 3. arbitrio hujus unius geritur reſp. 7, 7, 1. omnia geruntur, *de ſummo imperio* 9, 2, 2. arbitrio ejus hoc fit, 3, 3, 1. alieno vitam dimittere 23, 12, 5.

Arcades, *populus Graeciae in Peloponneſo* 15, 6, 2. Arcadum conventus. *v.* Conv. ex Arcadia hoſpes *e regione Arcadum adveniens* 7, 10, 5.

Arcanum *dominationis, in tranſlatione gentium ſubactarum* 1, 4, 2. *imperii, in demandanda urbium cuſtodia* 1, 3, 2.

Arceſſere aliquem *advocare*, 10, 2, 2.

Arceſſi eum juſſit ad ſe 25, 21, 4. *ubi tamen videtur leg.* accerſi. *v. not. & de utroque verbo, Buchner. Theſ. v. cieo.*

Archias *unus e magiſtratibus Theb.* 16, 3, 2. *niſi nomen corr. eſt.*

Archias hierophanta *Theb.* ibid. *ſed videtur leg.* Archino *vel* Archinoo *v. not.*

Archilochus poëta *quando claruerit*, Fr. 1, 3.

Ardeatinum praedium 25, 14, 3. *ſed leg. eſt* Arreticum. *v. not.*

Arete 10, 1, 1.

Argentea triclinia. *v.* triclin.

Argilius quidam adoleſcentulus, 4, 4, 1. Thucyd. *ἀνὴρ τις Ἀργίλιος; ſcil. ex Argilo Theſſaliae urbe. neque enim puto nomen viri eſſe.*

Argi, *oppidum in Peloponneſo* 21, 2, 2.

Argivi Alcmaeon & Oreſtes, *Argis orti*, 15, 6, 2. in Argivos invehitur Epamin. *cives Argivorum* 15, 6, 1. & 2.

Arguere, *crimini dare*; arguebant, noluiſſe Cymen capere, 7, 7, 2. argui crimine aliquo, *convinci* 4, 3, 7.

Argutiſſime in ſcholis praecipere, *de ſubtilitatibus philoſophorum*, Fr. 5, 1.

Aridaeus 14, 6, 1. *in q. edd. ſed v.* Arſidaeus.

Ariobarzanes praef. Lydiae & Ioniae, 14, 2, 5. ejus filius Mithridates, 14, 10, 1.

ARISTIDES cognomine *Juſtus* appellatus 3, 1, 2. *obtrectatione Themiſtoclis exſul factus*, ibid. *belli Perſici neceſſitate reſtitutus* v. 5. praetor in praelio apud Plataeas 3, 2, 1. *juſtus, aequus, innocens*, v. 2. *abſtinens* 2, 3, 2. *pauper moritur* ibid.

Ariſtomache ſoror Dionis, *uxor Dionyſii ſen.* 10, 1, 1.

Arma pedeſtria, *quibus utuntur pedites* 11, 1, 3. armorum officinae ab Ageſil. inſtitutae 17, 3, 2. arma abjicere noluit Chabrias, *metu flagitii militaris* 12, 4, 3. *v. not.* arma ſumere (*q. edd.* capere) *armari in hoſtem* 14, 4, 5. conferre cum aliquo, *dimicare* 18, 3, 6. ferre cum aliquo contra aliquem, *eſſe in diverſis partibus* 25, 4, 2. adverſus ferre 17, 4, 6. *Sic alii:* contra ferre. *v. ſup.* adverſ. inferre alicui, *bellum inf.* 23, 2, 1. alicujus ſuperare conſilio *vim armatam eludere ſtrategemate* 23, 11, 7. a patria accepta tradere adverſariis non eſt virtutis, *a bello deſiſtere & hoſti cedere*, 22, 1, 6. ad arma vocare vulgus, *ſc. capienda*, 6, 3, 1. armis dimicare cum 1, 1, 2. parem non eſſe (*alicui*) *vi, copiis bellicis, opp.* dolus 23, 10, 4. *ſic:* armis alicujus vinci, *potentia, robore bellico; opp.* conſilio. 2, 4, 1. relictis, regione decedere, *ab armis diſcedere, regionemque liberam relinquere*, 22, 1, 5.

Armare aliquem adverſus aliquem *ad arma inſtigare* 23, 10, 1. armare ſe imprudentia alterius, *ſuis conſiliis ab imprudentia alterius robur mutuari* 10, 8, 3. *v. not.*

Armari ſtudioſe *diſting. ab* ornari. *utrumque de militib.* 17, 3, 2.

Armata navis, *armamentis ſive inſtrumentis nauticis inſtructa : quibus ſi privatur*, exarmari, *vel* exarmata *dicitur. vid. not. & Senec. patrem praef. contr. 7. filium epiſt. 33. & ibi Lipſium.* 10, 9, 2. in Mſ. Boecl. armatorum 10. millia *militum*, 1, 5, 1. armatis ornare navem 10, 9, 2. *ſic Suet. Claudio* : armatos jurare in nomen ſuum paſſus eſt.

Armaturae levis maximus numerus, *ſub. militum* 14, 8, 2. *armatura vetus Athenienſium* 11, 1, 3.

Armenii *ex Armenia Aſiae regione orti*, 14, 8, 2.

Armillae aureae 14, 3, 1. *De hoc ornatus genere poſt alios Ruben. Elect.* 1, 38. *& Tho. Bartholin. opuſculo pecul.*

Arretinum praedium *Attici. ſic leg. v. not.* 25, 14, 3.

Arripere ſtudium litterarum *magna aviditate incumbere ſtudio litt.* 24, 3, 2. *Cic. in re eadem* : Sic avide arripui eas (*Graecas litteras*) quaſi diuturnam ſitim explere cupiens. arripere celeriter quae traduntur, *de ſolertia ingen.* 25, 1, 3. *ex emend. Manutii & plerorumque aliorum : ſed rectum eſt* accipere. *vid. not.*

Ars. arte nova praelium committere, *nova ratione : ſingulari invento* 1, 5, 3. *niſi loc. corr. eſt. v. not. Quanquam ſic & Florus* 4, 2, 32. nova Pompejanorum arte, actis ſub mare funibus. *Noſter etiam* 18, 8, 4. novum conſilium *eod. ſenſu dixit. Nec diſcrepant Mſſ. Boecl. Leid. & Bavarici h. l.*

Arſidaeus filius Datamis 14, 6, 1. *ſic meliores libri. Aliis eſt* Aridaeus. *v. not.*

Artabanus Xerxem interficit 21, 1, 5.

Artabazus (*Pharnaci F. Thucyd.* 1. *Herodot.* 9.) a Xerxe ad Pauſaniam mittitur 4, 2, 5.

Artaphernes claſſi praeficitur a Dario 1, 4, 1.

Artaxerxes Macrochir *rex Perſ.* 21, 1, 3. pulcherrimae corporis formae laudem habet v. 4. *fortiſſimus Perſarum*, ibid. *morbo moritur*, ibid. veniam dat Themiſtocli ad ſe venienti, 2, 9, 1. & c. 10, 1. magnis eund. munerib. donat 2, 10, 2, 3.

Artaxerxes Mnemon, *alius rex Perſ.* 21, 2, 3. juſtitiae fama floruit, v. 4. Aegyptiis bellum illaturus Iphicratem exercitui praefecit 11, 12, 4. *obit* 21, 2, 4. apud eum numero militis fuit Datames 14, 1, 3.

Artaxerxes duo 21, 1, 3.

Artemiſium, *promontorium Euboeae deſcript. a Plutarch. in Themiſtocle*, 2, 3, 2.

Artibus optimis eruditus 25, 12, 4.

Artifices 12, 1, 3. quos cultus domeſticus deſiderat 25, 13, 3. *ad voluptatem & luxum locata eorum opera. ſunt autem ejuſmodi ſervorum nomina :* Gladiatores, agitatores, funambuli, palaeſtritae, pictores, caelatores &c. *vid. Laur. Pignor. de ſervis.* Boecler. *Cic. pro Sex. Roſcio. c.* 41. omnium artium puerulos *dixit.*

Arx Athenarum 5, 2, 5. *Simpliciter* arx *dicitur* 2, 2, 8. *De ea plur. Meurſius integro libro, quem Cecropiam inſcripſit.*

Arx munita ad urbem obſidendam 20, 3, 3. *mox* : propugnaculum tyrannidis, *impoſita cervicibus urbis, ut loquitur Curtius* 7, 7, 1. *& c.* 6. clauſtrum perdomitorum *vocatur urbs ſimili de cauſa condita. Tac. Agr.* 16, 1. ſedem ſervitutis *memorat.* Boecl.

Arx oppidi 16, 1, 2.

Aſcendere gradum eum, *ad eum honorem* 19, 2, 3. *ſic & Cic. pro Mur. & 2. offic. ſub fin.* Lamb. navem *in Mſ. Leid. (ubi reliqui habent* conſcend. *v. not.)* 23, 7, 6. in navem 2, 8, 6. *in edd. vulg. Sed ibi vid. leg.* deſcendere. *v. not.* in triremem

mem 7, 4, 3.
Aſciſcere civitatem, *jus civitatis, civem fieri* 25, 3, 1.
Aſellis *piſcib.* olim praecipua auctoritas *in cibis* Fr. 10, 2.
Aſia *una e trib. Orb. vet. partibus*, 1, 3, 1. ſuccubuit Europae *i. e. Aſiatica vis (Perſarum) Europaeis (Graecorum viribus) ſuccubuit* 2, 5, 3. Boecl. Aſiae pars 18, 3, 2. qui Aſiam incolebant Graeca ling. loquentes 1, 2, 2. *v. not.* in Aſiam tranſit Alcib. 7, 9, 3.
Aſpendii 14, 8, 2.
Aſpergi infamia 7, 3, 6. *Sic & Cic. pro Coel. c.* 10. aſpergi rumore Curt. 10, 10, 8: contumelia, *Apulej.* 8.
Aſperitas *difficillima natura, quales δύσκολοι vocantur Graecis* 25, 5, 1. *diſting. a ſeveritate, cujus exceſſus eſt. v.* Boecler. *Ind. Vellej.*
Aſpernari condirionem, *recuſare pactionem* 5, 1, 4. aſpernatur pauper *deſpicitur, paſſive Fr.* 1, 4. *v. not.*
Aſpicere hunc in acie nemo auſus fuit ἀντιβλέπειν, ἀντοφθαλμεῖν, *rectis & irretortis oculis intueri.* Lamb. 15, 8, 3. *v. not.* aſpiciunt hunc milites, *reverentur*, 12, 4, 1. aſpectu ipſo cuivis injicere admirationem ſui, *ob formam imperatoriam ſcil.* 11, 3, 1. *denuo v. not.*
Aſpis *Cataoniae dynaſtes* 14, 4, 1.
Aſportare ſua aliquo, *illuc conferre* 2, 2, 8. *Vetus Onomaſticon* Fricaeo *in not. ad Apul. p.* 209. *laudatum:* Aſportare, ἐμφέρειν. *Cl. Vorſtius malebat*, ἐκφέρειν. *Gloſſarium:* aſportavit, ἐξηνέγκατο. aſportare aliquid ſecum *in Mſ. Schott. & q. edd.* 23, 9, 5. *ſed leg. eſt* ducere. *v. not. Sic &c alii paſſim. de quo adiſis Vorſt. de Latin. mer. ſuſp. c.* 14.
Aſſecla praetoris, *de legato ejus* 25, 6, 4. *Sic* aſſeclae legatorum, *Cic. in Verr.*
Aſſimulare conſuetudinem caſtrorum *factis ſc. caſtrorum ritu ignibus*, 18, 9, 4.
Aſty (*Graecum eſt* ἄστυ, urbs, oppidum, *de Athenis peculiariter & ἐξοχῆς ritu dictum*) 2, 4, 1. 7, 6, 4. *v. Interpp. ad Terent. Eun.* 5, 5, 17. *Savar. ad Sidon.* 1, *ep.* 6. *Voſſ. Inſtit. Orat.* 4, 10, 5. *&c. Non continere tamen hoc nomine Pyraeeum, cen, et Buchn. Theſ.*
Aſyli *periphraſis* 4, 4, 4.
Athamanes, *gens Epirotica Acarnaniae & Aetoliae vicina. Sic enim leg. eſt, non* Acarnanes, 13, 2, 1. *v. not.*
Athenae civitas clariſſima 8, 2, 1. ſplendidiſſima 7, 11, 2. antiquitate, humanitate, doctrina praeſtat omnes 25, 3, 3. propugnaculum eſt barbaris oppoſitum, ἔρεισμα καὶ φυλακτήριον τῆς Ἑλλάδος. *Pindaro & Ariſtidi ob id dictum.* Boecl. 2, 7, 5. ceteris gentibus imperare conſueverat 9, 3, 4. victae Lacedaemoniis ſerviunt 7, 9, 4. 8, 1, 5. liberantur per Cononem 9, 4, 4. devictae *a Laced. ſcil.* 9, 1, 2.
Athenas incendio delet Xerxes 2, 4, 1. Athenarum arx ex manubiis ornata 5, 2, 5. Athenis duae factiones 19, 3, 1. *De hac urbe, ejusque varia fortuna, egregie Meurſius in Athenis Atticis, & Fortuna Attica egit.*
Athenienſes colonos Cherſoneſum mittunt 1, 1, 1. auxilium a Laced. petunt 1, 4, 3. *bellum contra Darium comparant* 1, 4. & 5. praelium committunt & profligant Perſas 1, 5. *quale praemium Miltiadi tribuerint*, 1, 6. *quale Thraſybulo* 8, 4, 1. inſulas, quae barbaros adjuverant, bello perſequuntur 1, 7. *Miltiadem multant* 1, 7. & 8. claſſem aedificant, 2, 2, 2. 3. petuntur a Xerxe, *bello ſc.* 2, 2, 6. Apollinis conſilio oppidum relinquunt v. 8. *confligant cum claſſiariis Xerxis*, 3, 1, 2. triplicem Piraeei portum conſtituunt 3, 6, 1. victoria Marathonia & Salaminia magnam gloriam conſequuti v. 3. *legatos Spartam mittunt* 2, 6. & 7. *cur urbem muris ſepſerint* 2, 7, 4, 5. *Themiſtoclem expellunt, damnant & proſequuntur*, 2, 8. Amphipolim novo. in coloniam mittunt. 5, 2, 2. *exiſtimantur*

inſultant Ariſtidem. 3, 1, 2. Cimonem 5, 3, 1. revocant eund. v. 3. bellum indicunt Syracuſanis 7, 3, 1. capitis damnant Alcibiadem 7, 4. recipiunt c. 6. magiſtratum ei abrogant, c. 7. exhauſti *pecunia* 7, 8, 1. *Chabriae ſtatuam ponunt* 12, 1, 3. *Euagoram adjuvant* 12, 2, 2. oppugnant Chium c. 4. Samum, & capiunt 13, 1, 2. undique bello premuntur 13, 3, 1. expellunt & damnant Phocionem 19, 3. & 4. Athenienſes clari viri quem exitum habuerint 20, 4, 3. Athenienſium dominationem refringere *conantur Laced.* 6, 1, 4, 5. opes ſeneſcunt 7, 5, 3. indicunt Lacedaemoniis bellum 9, 2, 4. 17, 4, 1. cum Boeotiis aliiſque ſociis vincuntur apud Coroneam 17, 4, 5. Athenienſium claſſis *contra Xerxem*, 2, 3, 2. muros reſtituit Themiſt. 2, 6, 1. *quales illi* verſ. 4. ſub Athen. poteſtatem redigit Milt. Lemnum 1, 1, 3. & c. 2, 4. Cyclades 1, 2, 5. Athenienſ. fit hoſtis bellumque infert Darius 1, 4, 1. 2. Athenienſes belli navalis peritiſſimos facit Themiſt. 2, 2, 3. ad eos ſummam imperii maritimi transfert Ariſtides 3, 2, 3.

Athletae 12, 1, 3. ad Athletarum uſum pertinet magnitudo virium 15, 2, 4.

Atque. cum totidem navibus atque erat profectus *quot nav.* 1, 7, 4. pari atque ille imperio eſſe *quo* 23, 2, 2. alio atque videri volebat *quam* 2, 6, 3. *ſic*: alia atque antea ſentire 23, 2, 2. atque etiam *& praeterea* 18, 8, 7.

Attendere animum ad cavendum 7, 5, 2.

Attica *regio Graeciae, ubi Athenae ſitae* 1, 4, 2. 7, 5, 7. Attici *Athenienſes* 8, 2, 1. in edd. vulg. *ſed ibi leg.* Actaeorum. *v. not.*

ATTICUS (*T. Pomponius*) *equeſtri loco bene educatus eruditusque* 25, 1, 1. &c. *Cinnano tumultu Athenas ſtudiorum cauſſa migrat* c. 2, 2. *liberalitate Athenienſes devincit* v. 4. &c. *a quibus ample honoratur* c. 3. *Syllae gratus* c. 4, 1. & 2. *amicos Romae non deſtituit* v. 3. *redit Romam* v. 5. *Caecilii, avunculi obſequio conciliati heres fit* c. 5, 1. & 2. *Ciceroni & Hortenſii aemulis perfamiliaris* v. 4. *bellis civilibus, honoribus, litibus, praefecturis abſtinuit* cap. 6. *Caeſari gratus, nec Pompejo inviſus* c. 7. *aerarii privati factionem disjecit* c. 8. *Brutum abjectum levat, nec Antonium potentem adulatur* v. 6. *rurſum ejuſdem Italia pulſi uxorem & liberos, ac familiares tuetur* c. 9. *a quo reduce & potente conſervatur* cap. 10. *prudentia ejus in civilibus turbis* v. 6. *fides & liberalitas erga amicos* cap. 11. *quorum pericula & incommoda levavit* cap. 12. *induſtria ejus & moderatio in re familiari.* cap. 13. *in conviviis & voluptatis inſtrumentis cautio* cap. 14. *virtutes* [illegible] cap. 15. c. 16. c. 17. *ſcripta & libri* cap. 18. *cum Auguſto affinitas & familiaritas* cap. 19. & 20. *morbus & conſilium finiendae vitae* cap. 21. *obitus ac exſequiae* cap. 22. *Atticus ſcripſit hiſtoriam* 23, 13, 1.

Attingere aliquem *exponendo ſcil. de eo* 21, 1, 1. poeticen, *aliquid operae in illo ſtudio ponere* 25, 18, 5. Siciliam, *eo pervenire* 10, 5, 3. ſummas *ſub.* rerum, ἀκροθιγῶς διηγεῖσθαι *opp.* res explicare. 16, 1, 1.

Avare multa facere 6, 4, 1.

Auctor. (*ſic enim ſcribendum, non* autor, *vel* author. *vid. Buchn. Theſ. in Autor. & Vorſt. de Lat. mer. ſuſp. c. 25. quoſque hic laudat.*) 16, 1, 3. hunc auctorem probamus, *huic potiſſimum credimus* 2, 10, 4. auctor actorque in omni procurat. reip. *v. ſup.* actor. auctores Cadmeae oppugnandae, *quorum* impulſu *ut c. 1, 2. loquitur*, Cadmea occupata. 16, 3, 3.

Auctoramentum *ſic nonnulli legunt pro* ornamentum 25, 7, 2. *v. not.*

Auctoritas magna apud omnes in hoc eſt 1, 8, 4. *ſic*: auctoritas tanta eſt in illo ut 13, 3, 2. ejus eſt in hac re magna, *ipſius auctoritati hic magnopere creditur* 6, 4, 1. aucto-

ritati majorum natu cedere 13, 3, 4. auctoritatem magnam pugna aliqua ſibi conſtituere 9, 5, 2. auctoritate tantum poſſe apud aliquem, ut 10, 3, 3. auctoritate atque conſilio alicujus bellum indicere 7, 3, 1. alicujus impelli 1, 5, 2. moveri tantum, ut *ad fidem ſcil. habend.* 9, 4, 1. auctoritate plurimum valere apud exercitum 5, 2, 1.

Audax & factioſus *θρασύτερος, ςασιαςικὸς* 6, 1, 3. audacius inſtare hoſtes, *ſive* hoſtibus 15, 7, 1.

Auderi. ſi animadverterent, auderi (*vel, ut alii,* audere, *ſc. eos*) dimicare 1, 4, 5. *v. not.*

Audire, quod quidem nos audierimus, 3, 1, 3. *Formula elegans corrigendi, quae generalius dicta ſunt; cui aequipollent iſta:* quod quidem ſciam, meminerim, &c.

Audiendo facillime diſcitur 15, 3, 3. audiendi ſtudioſus, *φιλήκοος*, 15, 3, 2. male inſuetus. *Sic paſſim veteres. v. Theſ. Buchneri.*

Audientes dicto duci copiae, *obedientes, obſequentes,* 11, 1, 2. imperatoribus 6, 1, 2. juſſis magiſtratuum 17, 4, 2. regi 14, 2, 3. *Dicto ex conſuetudine formulae ſemper ad* audiens *refertur.* Boecler. *v.* Gronov. *ad Liv.* 29, 20. *&* Th. Buchneri. *itemque Cl. Vorſtius de Lat. falſo ſuſp. p.* 134. *& deinc.*

Augere divitias a patre relictas muneribus tyranni 10, 1, 2. gloriam a patre acc. virtutibus 13, 1, 1. officium aliquod alia liberalitate 25, 2, 6. gratia alicujus poſſeſſiones ſuas 25, 12, 2. augeri adjuvarique ab aliquo, *promoveri ad majora ope conſilioque alicujus* 19, 2, 3. augentur cives agro, urbibus, *locupletantur* 13, 1, 3. augetur alituque luxuria horum meis impenſis, *fovetur, creſcit,* 19, 1, 4. multis rebus ſimultas horum 10, 3, 1. augentur opes alicujus, *de potentia* 8, 2, 4.

Aulicorum invidia 14, 5, 2.

Avertere puppes *navium, de recedentibus* 23, 11, 6. avertere aliquem a ſocietate alicujus 7, 4, 7. averſum ferro transfigere aliquem, *a tergo,* 14, 11, 5.

Aviditatem notitiae clar. virorum habere, *ſic* 25, 18, 4. *MS. Med.* 2. *pro* cupiditatem. *v. not.*

Avocare cives a bello 15, 5, 3. *Proba lectio: nam* avocandi *verbum de otio & voluptatibus frequenter uſurpatur. v.* Gronov. *ad Liv. epit.* 69.

Aurelius *C. conſul* 23, 7, 1.

Auri magnum pondus, *magna vis auri* 15, 4, 1.

Auribus accipere 20, 2, 2. *v. ſup.* accip. ad aures regis perveniunt conſilia. 1, 3, 6. *Similiter Graeci:* εἰς θεῶν ὦτα ἦλθον *v.* Zenob. 3, 9.

Auſpicii regii ſimulacrum 18, 7, 2.

Autem. *Saepe inſervit connexioni, ſic:* De pietate autem Attici &c. 25, 17, 1.

Αὐτοματίας ſacellum *Deae* 20, 4, 4. *vid.* Plutarch. *περὶ εἱμαρμένης: & Gyrald. in hiſt. deor. ſyntag.* 16. *Non aſſequuntur rem, qui per caſum, (ut fecit Oruſerius) ſive, ut Lambinus,* per caſum fortuitum *vertunt. Melius Xylander,* Fortem Fortunam. *Coluit haud dubie cum Siculis hoc numen Timoleon, eo reſpectu, quo fortuna omnium actionum laborumque humanorum domina & moderatrix credita eſt, ut ſit illa ipſa ἀγαθὴ τύχη, cui multa Graeci Romanique monumenta conſecrarunt, & cujus cultum ex veteri autumat* Selden. de Diis Syr. ſyntagm. 1. c. 1. *Retulit ad hujus Deae auſpicia ac numen quicquid habuit Timoleon ſucceſſuum, unde patet ſcil. ex ipſa hiſtoria, qualis Dea, & quo fine culta.* Boecl.

Autophradates, Lydiae ſatrapes perſequitur eos, qui ab Artax. defecerant, 14, 2, 1. *De orthographia nominis hujus v. Keuchen. ad Frontin.* 1, 4, 5.

Avunculum habere aliquem 25, 5, 1.

Auxilium ſalutis ſuae petere, 25, 10, 5. auxilio eſſe alicui, quibus rebus quis poteſt, *promptitudo adjuvan-*

juvandi ſignificatur 25, 11, 1. alicui venire 8, 3, 1. proficiſci 13, 1, 3. auxilio celeri opus eſt 1, 4, 3. auxilio ejus expugnata urbs, 1, 4, 1. auxilia petere, impetrare *militaria ſc. ſive copias auxiliares*, 22, 2, 3. *Haec enim proprie dicuntur* auxilia. *vid. Theſ. Buchn. & Lipſ. de mil. R.* 1, 7.

B.

Babylon. Babylone moritur Alex. M. *urbe Chaldaeae.* 18, 2, 1. 21, 2, 1.

Baebius Cn. Tamphilus conſ. 23, 13, 1. M. Tamphil. conſ. ibid.

Bagaeus ad Alcib. interfic. mittitur. *ſic Mſſ.* 7, 10, 3. Lamb. *ed.* Bagoas, *quod nomen Perſicum fuiſſe, quo ſpadones deſignarentur, obſervant* Freinshem. *Ind. Curt.* Hornius *ad Sulpic. pag.* 323. *alii. v. not.* Reſtituendum forſan & Arriano Indicis pag. 546. ubi vulgo eſt μαγαῖος

Balbus *L. Cornelius* 25, 21, 4. *v.* Cornel.

Barba promiſſa, *ſeu, ut alii*, prolixa 14, 3, 1. *v. not.*

Barbarus *per antonomaſiam de Xerxe* 2, 4, 5. *de Pharnabazo duce Perſico*, 9, 4, 3. *de Tiſſapherne ſatrapa Perſ.* 17, 3, 1. barbari *de Perſis* 1, 7, 1. 3, 2, 1. *de Thracibus* 1, 2, 1. *de Aſpendiis* 8, 4, 4. barbari quidam *indefinite* 18, 3, 5.

Barcas cognomine Hamilcar 12, 3, 1. *v. not.*

Beatus, ὄλβιος. homo non beatiſſimus, *non ditiſſimus, qui non quidem in magna re neque tamen pauperrimus eſt.* 17, 8, 2. *v. Theſ. Buchn. v.* Non. beatae vitae perfectrix non eſt philoſophia, *Fr.* 5, 1.

Bellum Aegyptium *in Aeg. geſtum* 14, 3, 5. civile Caeſarianum 25, 7, 1. Corcyraeum 2, 2, 1. Corinthium 17, 5, 1. Peloponneſiacum 7, 3, 1. 8, 1, 3. 9, 1, 1. 16, 1, 3. Perſicum 2, 2, 3. Punicum I. 22, 1, 1. II. 22, 4, 3. I. & II. 24, 3, 3. ſociale 11, 3, 3. Troicum *ad Trojam geſtum*, 14, 2, 2.

Bellum inteſtinum exardeſcit diuturnitate mali externi 22, 2, 1. navale 2, 2, 8. omne conſertur circa Corinthum, *illa ſedes belli legitur* 17, 5, 1. conflatur inter Aegypt. & Perſ. 12, 2, 3. ſedatur 14, 8, 6. belli calamitates, *quas bellum parere ſolet*; *bellicae*, 22, 1, 3. gloria Agamemnonis *bellica, reb. bello geſtis parta* 15, 5, 5. magna Pauſaniae 4, 5, 4. *Sic:* belli geſta Hannibalis *in* Mſ. Boecl. 23, 13, 13. *v. not.* belli imperitus dux 15, 7, 1. peritus 15, 3, 1. belli inſcientia 15, 7, 4. propter belli diuturnitatem, deſertae regiones & urbes 20, 3, 1. *belli praetextus, auxilium hoſtibus latum* 1, 4, 1. 1, 7, 1. ὀλιγωρίας *impotentiae aliorum* 6, 1, 4. ad belli utilitatem pertinet velocitas 15, 2, 4. bello anteferre pacem 15, 5, 3. bellum agere, *opp.* ſuſcipere, 23, 8, 3. *v. not.* apparare magna induſtria 17, 3, 2. comparare omni ratione, 10, 5, 1. comp. adverſus aliq. 18, 7, 1. componere *pacem facere* 22, 1, 5. conficere cum magno labore & longinquo temp. 2, 4, 4. totum delere, *eleganter de ſubito & inſperato fine impoſito, hoſtibus impetu oppreſſis.* Boecl. 7, 8, 6. *Barthio mira locutio videbatur.* ducere, *trahere, per moram gerere, opp.* conficere, bello decernere, debellare. Boecl. 7, 8, 1. 14, 8, 5. *v. inf.* ducere. facere alicui, *inferre* 10, 4, 3, & 17, 2, 1. *Sic Cic.* 6. *Verr. & Catil.* 2. *Tacit.* 3. *Ann.* 18, 1. *&c.* gerere adverſus aliquem, cum aliquo, 12, 3, 1. *v.* cum. in aliquem 6, 1, 1. inferre alicui terra & mari, 21, 1, 3. in Italiam 21, 4, 2. 2, 2, 4. bellum clam parare alicui, *comparare adverſus* 7, 9, 5. renovare 3, 2, 3. 22, 1, 4. ſuſcipere adverſus aliquem 14, 8, 6. bello exercitatus 15, 5, 4. ſtrenuus 12, 1, 3. ſuperiores 7, 4, 7. devincere totam inſulam 12, 2, 2. perſequi aliquos 9, 4, 1. 16, 5, 2. premi undique

INDEX

13, 3, 1. opprimi 14, 9, 1. ſubigere *urbem aliquam*, 13, 1, 2. in bello nihil contemnendum 8, 2, 3. bello paritur pax 15, 5, 3. a bello avocare aliquem, ibid.

Bella geſta Hannibalis 23, 13, 3. *niſi c Mſ. Boecl. leg.* belli. ad internecionem 18, 3, 1. bellorum duces 24, 3, 4. bella multa adminiſtrare 12, 2, 1.

Bellare 2, 5, 1. adverſus aliquem 2, 9, 2. cum aliquo 20, 2, 3. 21, 2, 2. animo cum aliquo. *v.* animus 23, 1, 3. bellatum mittere aliquem 9, 2, 2.

Bellicoſus, *πολεμιστής*, 20, 2, 2. bellicoſae nationes 23, 10, 2. *ſi tamen integer eſt locus. v. not.* bellicoſiſſimae gentes, 22, 4, 1.

Bene. *cum nota approbationis: ita Graec. ſuum καλῶς.* Boecl. 8, 4, 2.

Beneficio aliquo uti, 25, 3, 1. beneficia accipere 25, 11, 5. meminiſſe, praecepta retinere memoria, ibid. tribuere, ibid.

Bene meriti, *qui nobis benefic. contulere* 18, 6, 5.

Benevolentia civium, *pro pignoribus & document. benevol.* 7, 6, 3. benevolentiam magnam alicujus conſequi 14, 5, 2. benevolentia tenere, quod alii imperio 20, 3, 5.

Benignitas, *beneficentia, de praeſtito auxilio* 20, 2, 2.

Beſtiae ferae *comparatus captus hoſtis* 14, 3, 2. *ut alibi* leoni 18, 11, 1.

Bithyni, *incolae Bithyniae* 23, 11, 4. Bithynia *provincia Aſiae minoris* 23, 11, 2.

Blandus *diſting. ab affabili* 7, 1, 3.

Blito Sulpicius *hiſtoricus Rom. in 4. edd. & Mſ. Boecl.* 23, 13, 1. *v. not.*

Boeotii (ſive Boeoti) 15, 8, 3. bellum indicunt Lacedaemoniis 9, 2, 4. 17, 4, 1. *apud Mantineam fortiter pugnant* 15, 9, 1. & 2. magis infirmitati corporis, quam ingenii acumini inſerviunt. 7, 11, 3. *quod alibi ſic effertur:* plus ei genti virium ineſt, quam ingenii 15, 5, 2. *v. not. ad utrumque loc.* & *adde Jo. Ruald. in vita Plutarchi c. 3.*

Bonus civis, *ſignificanter de eo, qui habitus ſtatusque civilis amans, officiis civilibus ſervit*, Boecl. 11, 3, 2. paterfamilias 25, 13, 1. vir 25, 12, 4. BONUS, *cognomen in virtutis honorem Phocioni datum* 19, 1, 1. *Graece χρηστός, quod Loccen. pro* leni & benigno *capiendum exiſtimat, quemodo Nepos* 1, 8, 3. *bonitatis voce uſus eſt &c.* bono animo facere, *conſilio non ſceleſto* 17, 6, 2. boni omnes comitantur funus Attici 25, 22, 4. bonarum rerum ignorantia, *ἀβελτερία* vel *ἀβελτηρία.* (*nam & Graecis ἀβέλτερος explicatur, τὸ βέλτιον μὴ γινώσκων*) 17, 8, 5. *conſtat autem hoc vitium ruſticitate ſiniſteritate & ſenſuum; ἀγροικία, ἀχρειότης, ἀναισθησία.* Boecl. *v. not. Lucret.* 1, 728. regio rebus opima bonis. *Et* 3, 1018. explere bonis rebus.

Bono quodam naturali lucrifacere quaedam *ſcil. obtinendas apud omnes gratias* 8, 1, 3. bona multa ab natura habere *dotes animi corporisque*, 10, 1, 2. animi *virtutes* 15, 3, 1. bona *alicujus* (*i. e. poſſeſſiones*) publicare 7, 4, 5. 23, 7, 7. alicujus vendere 25, 12, 3. *ſc. tanquam proſcripti.* bona neque plura reminiſci, neque majora conſequi poſſet hic, quam vel fortuna vel natura (*ei*) tribuit, *de eximiis naturae ac fort. dotib. quib. Alcib. excellebat.* 7, 2, 1.

Bonitas excellens hominis, *virtus & moderatio animi* 20, 5, 1. bonitatis Attici exemplum *morum facilitatis. Indicatur τὸ ἠθικὸν καὶ εὐόμιλον, quod Porphyrogeniti characteres Ulyſſi tribuunt.* Boecl. 25, 10, 3. *ſua* bonitate conſequi aliquid 25, 21, 1. bonitas naturalis perpetua, *τὸ εὐσταθὲς τοῦ φρονήματος notat, & moderati caſtique judicii conſtantiam* 25, 9, 1. *conſ. v.* 7. & 25, 7, 3. *Θαυμαστὴ παρὰ πάσας τὰς πολιτείας μεταβολὰς ἡ εὐστάθεια. Plutarch. in Ariſtid.* Boecl. bonitate retinere poteſtatem,

tem, *aequitate civilis imperii, lenitate*, 1, 8, 3. *v. not.*

Boreas ventus, *qui antea Latine*, aquilo 1, 2, 4.

Borni *caſtelli nomen in Cherſoneſo Thraciae ad Propontidem. Ortelius inter Pactyen & Byſanthen collocat.* 7, 7, 4.

Brevi *ἐνδεικτικῶς*, 2, 4, 4. *Integre*: brevi tempore 1, 2, 1. 2, 1, 4. *ſub. in, vel a.*

Brutus M. (*interfector Caeſaris*) adoleſcens familiariter utitur Attico 25, 8, 1. proficiſcitur in exilium v. 5. ejus familiaris C. Flavius v. 3. interitus c. 11, 2. abjecto Italiaque cedenti *pecun. mittit Att.* c. 8, 6. penes Brutos eſt reſpubl. Rom, 25, 8, 1.

Byrſa *interior pars Carthaginis.* Fr. 3, 2. *v. not.*

Byſanthen (*ſic nonnulli leg. ubi alii:* Byziam, Bizam, *vel* Bizam *exhibent*) munit Alcibiades, *oppidum ſ. caſtellum Thraciae. v. not.* 7, 7, 4.

Byzantium *urbs Thraciae, hodie* Conſtantinopolis, 4, 2, 2.

Byzantii bello ſubacti 13, 1, 2.

Byzia *caſtelli nomen* 7, 7, 4. *in edd. vulg. Sed ibi* Ortelius *&* Voſſius *ſequunt* Byſanthen. *v. not.*

C.

Cadere praelio, *de morte bellica proprie* 4, 1, 2. in bello 14, 1, 4. in praelio 14, 6, 1. cadit horum imperii majeſtas, *evertitur imperium* 16, 2, 4. *in edd. vulg. ſed leg. eſt* concidit. *v. not.* res cadit praeter opinionem, *id eſt, evenit* 1, 2, 5. *Metaph. a luſu alcae. v. Theſ. Buchn.* cadere in ſuſpicionem alicujus, *ſuſpectum fieri* 4, 2, 6. *Sic Cic. pro Mil. & Philipp.* 11. Lamb, aetas ejus cecidit in ea tempora, 18, 1, 2. *ubi tamen alii* incidiſſet. *v. not.*

Cadorum magnitudine amphorae ex onyche, *Fr.* 8, 7.

Cadmea *vel* Cadmia, *arx Thebana, dicta a Cadmo conditore Thebarum*, occupatur a Phoebida Laced. 16, 1, 2. recuperatur a Pelopida c. 3, 3. 15, 10, 3. apud eam pugnatur cum Laced. 15, 10, 3.

Caduceum *κηρυκεῖον*. tabellarius cum caduceo, *caduceator, κῆρυξ*, 23, 11, 1. *De forma caducei, poſt alios Phil. Caroli ad Curtium* 3, 1. *Ego in nummis & ſigillis vett. varias obſervavi: de quib. forſan alias.*

Caduſii, *inter mare Caſpium & Pontum ſita gens* 14, 1, 4. *v. Strab.* 11. *Steph. & Plin. N. H.* 6, 17.

Caecilius *Q.* eques *R.* difficili natura 25, 5, 1. teſtamento adoptat Atticum v. 2.

Caedes magna fit, *multi occiduntur, ut mox additur*, 15, 9, 2. caede confecta 10, 10, 1.

Caerimonia ſumma colitur hoc ſacrarium, *ſanctitas religionis inviolabilis notatur* 2, 8, 4. *Sic Tac.* 14, 22, 7. caerimoniam loci *appellat.* Boecler.

Caeſar (*ſc. Julius*) occiſus 25, 8, 1. ejus interfectores 25, 8, 3. *ſummus orator* Fr. 5, 5.

Caeſaris (*ſc. Octavii*) potentia 25, 12, 2. proſperitas 25, 19, 3. ei conjunctus familiaritate int. M. Agrippa c. 12, 1. Atticus cap. 19, 2, 4.

Caeſarianum civile bellum, *inter Caeſarem & Pompej.* 25, 7, 1. *v. not. Ernſtii.*

Calamitas illa accidit, *clades*, 9, 1, 3. *ſic*: calamitatem accipere 9, 1, 3. calamitatem eam moderate ferre, *de caecitate* 20, 4, 1. calamitates belli, *τὰ δεινὰ πολέμου* 22, 1, 3.

Calces remittere, *rejicere, calce ferire de equis* 18, 5, 4. *v. not.*

Calefieri, *ſcil. exercendo agitandoque, de equis* 18, 5, 4.

Calidus *L. Julius, poëta* 25, 12, 4. *niſi corruptum eſt. v. not.*

Callias *Athenienſ. divitiis clarus* 5, 1, 3. *De eo & duob. aliis hoc nomine plura Gronov. obſ.* 4, 8.

Callicrates civis Athen. *Dionem interfici curat.* 10, 8, 1.

Callidus homo, *verſutus.* vir, *qui*

 co-

conſilio pollet 14, 10, 1. callida liberalitas, *inſidioſa*, *capiatoria*, *quae non honeſti ſtudio ſed tempori datur & utilitati* 25, 11, 3. ratio *conſilium prudens*, *opp.* demens 4, 3, 1. callidum inventum *ſtrategema* 18, 5, 4. callidiſſimus omnium vir πανοῦργος καὶ πολύβουλος 23, 9, 2. *ſic Tacit. h.* 23, 1. callidus rei militaris imperator 23, 5, 2. callide cogitare, *perite*, *ſollerter*, *ſapienter*, *ut nihil te lateat*, *fugiatque* 14, 8, 4. *Ita* callide intelligere *dixit Terent. Andr.* 1, 2, 27. Buchner. *Adde comment. Boecleri pag.* 31. *& deinc.* callidiſſime conjicere de futuris, *perſpicaciſſime & providentiſſime* 2, 1, 4. *vid. denuo Boecl. comment. p.* 21. *& ſeqq.* calliditate omnes vincere *ſollertia* 18, 1, 3.

Calliphron *ſaltator* 15, 4, 1.

Calliſtratas *Athenienſium legatus* 15, 6, 1.

Camillus felicior Manlio *Fr.* 5, 7.

Camiſſares pater Datamis 14, 1, 3.

Campus. in campo caſtra ponere 23, 5, 4. campeſtria loca 18, 5, 6.

Canere, *vox propria de oraculis*, *vatibus*, *poëtis*. cecinit, ut vates 25, 16, 4.

Canes venatici 16, 2, 5,

Canus *Gellius* 25, 10, 2. *v. not.*

Cannenſis pugna, *apud Cannas pugnata* 23, 5, 4.

Cantare ad ſonum chordarum 15, 2, 1. tibiis carmina, ibid.

Capere aliquid conſilii novi 18, 8, 4. conſilia inimica patriae, ſib 4, 3, 3. de ſummis rebus 18, 7, 2. dolores ex curatione *morbi* 25, 21, 3. fructum oculis ex caſu alicujus, *oculos oblectare*, *paſcere*, 18, 11, 2. *v. inf.* ocul. de rep. nihil praeter gloriam *ex adminiſtrat. reip.* 15, 3, 4. honores, divitias per aliquem 25, 7, 2. imperium *invadere* 21, 3, 1. locum editum *occupare* 17, 6, 2. magiſtratus ſummos 19, 1, 1. naves 9, 4, 4. 50. talenta vectigalis ex caſtro aliquo 7, 9, 3. urbem 15, 5, 6. aliquem conſilio, perfidia, 14, 11, 5. humanitate adeo, ut 7, 9, 3. elegantia vitae 25, 19, 2. *Utroque loco idem eſt ac conciliare ſibi*; *metaph. a captivis ducta.* capere praedas 14, 10, 2. taedium vitae *Fr.* 2, 2.

Capi bello 21, 3, 3. conſilio *opp.* circumveniri multitudine 18, 5, 3. dicto, ſecunda fortuna alicujus *ſubigi* 1, 2, 5. dolo 14, 10, 1. *decipi*: *non enim Dat. captus*, *ſed interfectus eſt. ſic*: capi ſimulata amicitia 14, 11, 5. miſericordia alicujus 2, 8, 7. humanitate & doctrina alicujus, *affici*, *delectari* 25, 4, 1. capiuntur honores 25, 6, 2. *captos cives quomodo redemerit Epamin.* 15, 3, 5.

Capeſſere remp. *Cicer.* accedere ad remp. *de gerendis magiſtratib.* Boecl. 2, 2, 1. *Similiter Vellej.* 2, 94, 3. Tacit. 11, 24, 2. 12, 41, 1.

Capillo longo eſſe 14, 3, 1.

Caput interfecti relatum ad mandantem 7, 10, 6. caput Graeciae, *urbs domina*, *princeps*, *imperans ceteris* 15, 10, 4. capitis accuſari 4, 2, 6. abſolvi, *de reo capitis*, *cui vita conceditur* 1, 7, 6. damnare 4, 3, 4. damnari 7, 4, 5. 18, 5, 1. *Sunt autem hae omnes loquutiones ellipticae ac ſubaudiendum* in cauſſa, (*quae vox in verbo* accuſare *continetur*) in judicio, in *vel* de crimine, de damno, *vel ſimile quid. vid. ſupr.* accuſare: *Nec obſicit*, *quod etiam dicitur*. damnare capite. *nam & heic praepoſ.* de *ſubint. debet. Altero autem ablativo* crimine *in his talibus opus non eſt*: *cum alter ille ſufficiat. Cum autem dicimus* arguere criminis, damnare ſceleris, *pariter ablativus alius cum praepoſit. ſubaud. eſt*, *quicunque demum fuerit*, *nam ut a verbo Genitivum regi credamus*, *analogia Latini ſermonis non patitur.* capitis cauſſam dicere, *v.* dicere. 11, 3, 3. 19, 2, 3. capitis judicium 15, 5, 8. periculum adire *vitae* 13, 4, 5.

Capitulatim, κεφαλαιωδῶς. *ſummatim* 24, 3, 3. *Uſus & Plin. N. H.* 2, 12.

Capitolium *arx Rom.* 25, 20, 3. *De*

eo poſt alios prolixe pec. tract. Juſt. Rycquini.

Cappadoces 14, 8, 2. Cappadocia Eumeni data *Aſiae regio* 18, 2, 2.

Captiani, *gens Aſiatica* 14, 8, 2. *Ubi tamen Schott. legend. conjicit* Caſpiani *Lesten.* Capſiani *a Capſa urbe Africae, de quib.* Salluſt. *Jug.* 89, 5. *v. not.*

Capua *urbs Campaniae* 23, 5, 1.

Cardaces *genus militum apud Perſas, male vulgo* Gardates 14, 8, 9. *v. not.*

Cardianus, *ex urbe Cardia in Cherſoneſo Thraciae (de qua Stephanus, Plin.* 4, 11. *Ptolemae.* 3, 12. *& Scholiaſt. Ariſtoph. ad Aves) ortus* 18, 1, 1. *v. not.*

Cares Lemni incolae *e Caria Aſiae regione, oriundi* 14, 1, 3. Caria 17, 3, 1.

Carere facile aliqua re, *non admodum deſiderare rem* 19, 1, 3. *ſic:* caruit amicorum facultatibus in ſe tuendo, *non eſt uſus. nam opp. mox* fide uſus eſt. *Neque igitur recte vir doctus refellit Lambinum, qui* carere *exp.* uti nolle. *Et* carere *non ſemper neceſſitatis eſſe, τὸ* facile *in exemplo. praeced. oſtendit.* patria, *de exſule* 16, 1, 4. ſuſpicione, *de quo nulla eſt ſuſpicio,* 4, 3, 5.

Carior fit aliqua re omnibus obſervantia alicujus 25, 6, 5. *v. not.* carius nihil habere exiſtimatione ſua 25, 15, 2. cariſſimum habere aliquem *maxime diligere, sq. amicum* 25, 10, 5.

Caritas patriae 7, 5, 1. 7, 8, 1. 15, 4, 2. *v.* patria. *Caritatem* ita diſtinguit *Cic. in partit. orat.* 16. ut *Caritas* ſit deorum, patriae, parentum, & *amor* fratrum, conjugum, liberorum, familiarium. Boecl.

Carthago. *v.* Karthago.

Caſa *domus exigua, tugurium,* 7, 10, 4. *ex emend. Schoppii. v. not.*

Caſſander *unus e ſucceſſor. Alex. M.* nomen regium ſumit 18, 13, 3. Macedonia pellitur 19, 3, 2. cum eo ſentiunt optimates Athen. 19, 3, 1.

Caſſius C. *interfector Caeſaris floret,* 25, 8, 1. *exſulat v.* 5. *interit* c. 11, 2.

Caſtrum 7, 9, 3. 18, 5, 9. *munitus muro locus. niſi poſter. loco leg. eſt:* caſtra *de quo v. not.* caſtellum *exig. caſtrum (vide tamen Theſ. Buchn.)* aedificare, *adornare,* 23, 12, 3. in caſtellum confugere 18, 5, 3. in caſtello ſe tenere 23, 12, 3. munitiſſimum 8, 2, 1. caſtella communire, *exſtruere, ut ſint clauſtra ſervitutis* 7, 7, 4. caſtellis idonea loca 1, 2, 1. caſtellis munita regio 14, 4, 2.

Caſtra *in pl. noto ſignif. militaris.* caſtra fiunt 1, 4, 5. caſtra nautica, *de ſtatione navium.* 23, 11, 6. *Liv.* 30, 9. caſtra navalia *dixit.* Gebhard. *vid. Cl. Scheffer. de Mil. nau. vet.* 3, 4. caſtrorum conſuetudo, *ſcil. reguium faciend. de quibus Lipſ. in milit. Rom. v. not.* 18, 9, 4. caſtra habere alicubi 23, 5, 1. juxta hoſtes 7, 8, 5. ponere 14, 11, 4. in campo 23, 5, 4. his locis 14, 6, 2. loco idoneo facere 1, 5, 2. movere 14, 8, 4. *ſic:* caſtra moventur, ἀναζυγῆς γινομένης, 18, 12, 4. caſtra alicujus ſequi, *militare apud aliq.* 24, 1, 2. 25, 7, 2. in caſtra proficiſci cum aliquo, *in militiam ire* 23, 2, 4. caſtris uti, *bello operam dare, bello exerceri, opp.* palaeſtrae 15, 5, 4. in caſtris eſſe cum aliquo, *ut modo* caſtra ſequi, 23, 13, 3.

Caſum alicujus lacrimare, *acerbam fortunam* 7, 6, 4. *niſi leg.* caſu. *v. not.* caſu accidit, ut 23, 12, 1. *ubi τὸ* caſu *Lamb. perperam ſuperfluum putat.* caſu alicujus retardari, *caede in praelio lethaliter vulnerati* 15, 9, 2. ex caſu alicujus fructum oculis capere, *infortunio; de captivo* 18, 11, 2. caſu locus incenſus, *forte fortuna,* 1, 7, 3. caſus mirabiles, *eventus memorabilis obſervationis* 20, 5, 1. caſus adverſos hominibus, ſecundos fortunae ſuae tribuunt reges 14, 5, 4. *v. not.* caſibus nullis agi, minui, *varietate ſc. temporum eventuumque* 25, 9, 1.

Cataonia *regio Aſiae, Cappadociae vi-*

cina, cujus & Plinius 6, 2. *meminit* 14, 4, 1.

CATO XVII. annorum, ſtipendium primum meruit 24, 1, 2. Quaeſtor, Aedilis pl. v. 3. Praetor v. 4. Conſul *triumphavit* c. 2, 1. Cenſor *luxuriam coercuit* v. 3. inimicitias ſuſcepit reipubl. cauſſa v. 4. *ejus elogium* c, 5, 1. *ſtudia* v. 2. *ſcripta* v. 3. &c. *dictum elegans* Fr. 3, 5.

Catullus *poeta elegantiſſ.* 25, 12, 4.

Catulus *Q. Lutatius pacem facit cum Karthag.* 22, 1, 6.

Cauſſa damnationis, *movens aliq. ut damnet alium*, opp. *criminis ſeu praetextui*, 1, 8, 1. cauſſam interponere, *praetextum, colorem*, πρόφασιν, 2, 7, 1. interſerere, 1, 3, 1. *v. not. & Th. Buchn. ac Boecl. chreſtomath. Terent. ſic*: cauſſam bellandi reperire 22, 3, 1. idoneam nanciſci 2, 6, 1. hanc cauſſam dictitabant eſſe belli 6, 1, 4. cauſſam omnem transferre in aliquem *culpam rejicere, &, ut mox additur*, illius opera factum contendere ut. 15, 8, 1. cauſſam dicere, *ſc. in judicio* 7, 4, 3. capitis, *in judicio capitali pro ſe verba facere* 11, 2, 3. 19, 2, 3. judicii publici agere, *de cauſſidico*, Fr. 4, 1. cauſſa cognita, *in judicio examinata* 7, 7, 6. cauſſa tua; mea iſtud facio, *quoniam mea intereſt*, 15, 4, 4. ſuper cauſſa tali mitti, *negocio*, 4, 4, 1.

Cedere, *praebere ſe neceſſitati, non luctari adverſus impotem. popul.* 3, 1, 3. *Tale eſt*: cedere invidiae 5, 3, 2. cedere alicui in re nulla, 12, 2, 3. alicujus auctoritati, *i. e. alicui, propter auctoritatem* 13, 3, 4. pertinaciae 22, 1, 6. Italia 25, 9, 2. *ſic Juſtin.* 31. 5. *qui & cedere alieno regno dixit* 29, 2. cedere hoſti, *de duce belli*, 22, 1, 2. *ſic*: cedere loco, *in praelio ſc.* 12, 1, 2. ceſſerunt haec ei proſpere *de rebus geſtis, ſecundoque eventu* 14, 1, 2.

Celare aliquem *quod paratur* 23, 8, 6. celare commiſſa 15, 3, 2. celari hoc non potuit ei 7, 5, 2. celatum eſt hoc minus diligenter 9, 5, 3.

Celebrare *ſc. funus, de officio exſequiarum.* 20, 5, 4. hoc celebratum eſt fama 12, 1, 3. maxime 11, 2, 1. *Sic. Cic.* omnium ſermone celebratum, *pro dom. & pro Cluent.* Lamb.

Celebritas. in celebritate verſari, *in loco aedium, quo plures commeant, quem multi aſſidue celebrant & frequentant* praef. 6. *Cic.* 3. *ad Att.* 7. Odi celebritatem, fugio homines. *Et* 12, 13. Me haec ſolitudo minus ſtimulat, quam iſta celebritas. *Sic apud Tacit. h.* 2, 64, 1. celebritas viarum; & *ap. Quintilian. decla.* 265. celeberrimae viae. *Et ap. Cic. in Part. Orat.* celebres loci *opp.* deſertis. v. Schopp. Veriſ. 2, 10. Gronov. *obſ.* 3, 16. & *Theſ.* Buchneri.

Celeria remedia 25, 21, 2. *Vir clariſſ. exp. laxantia, digerentia, reſolventia, quae* pellunt obſtantia, *ut* Horat. *loquitur Sat.* 2, 4. *Neſcio, an hunc ſenſum admittat, quod additur*, faciliaque. celerius factum, *praeſentiore conſilio* 14, 6, 8. celeritate conſequi aliquid *conficiendarum rerum* 14, 6, 2. tanta uti, *ſc. expeditionis, itineris*, 17, 2, 2. & cap. 4, 4. *ſic*: celeritas conſilii univerſis ſaluti fuit 17, 6, 2. celeritate ingenii omnes vincere, ἀγχινοία, 18, 1, 3. celeriter arripere quae traduntur: *ſignif. docilitas ingenii*, 25, 1, 3. *v. not.* effecta claſſis, *intra breve tempus*, 2, 2. 3. pervenire ad principatum 5, 2, 1. pecunia deeſſe coepit 10, 7, 4. poenitet hunc ejus facti 5, 3, 2. reperire quae opus 2, 1, 3. *v. not.* reſtituitur haec urbs 16, 3, 1.

Cenſoris munia 24, 2, 3.

Cenſorius, *qui aliquando cenſuram geſſit*, 24, 1, 1. *Alii* Cenſorinus *vel* conſobrinus. *male. vid. not.*

Centenius C. praetor cadit 23, 4, 3.

Cera circumfundunt Amici Ageſilaum *ſc. ut ſervaretur a corrupt.* 17, 8, 7. *v. not.*

Ceraunus *cognom.* Ptolemaei 21, 3, 4. *quod ideo nactus eſt, quod in bello quaſi fulminaret.* Lamb.

Cernitur hoc oculis, *plus eſt quam quod opp.* accipi auribus 20, 2, 2.

Certamen eſt mihi cum hoc de principatu, *aemulatio*, 2, 6, 3.

Certum hominem ad aliquem mittere, *Thucyd. ἄνδρα πιστόν*, 4, 2, 4. certos homines mittere ad aliquem 7, 10, 1. ad montes 18, 9, 3. certos praeficere forib. qui non diſcedant 10, 9, 1. *de deſtinatione peculiari ad res obeundas. ſic eleganter dicimus:* per certos homines omnia reſcire poterat. Boecl. certam diem praeſtituere alicui 12, 3, 1. certiorem facere aliquem id agi 2, 5, 1. certe, *vel* certo, vincere 22. 1, 4. *ſi integer eſt locus. v. not.*

Ceryces, *ſic nonnulli legunt* 7, 4, 5. *&* 7, 6, 5. *ſed v. not.*

Ceterum, *ſed* 18, 8, 5. ceterus regius cultus, *reliquus*, 14, 3, 1. cetera Graecia *reliqua pars Graec.* 4, 2, 4.

Cethegus *P. Corn. coſ.* 22, 13, 1.

CHABRIAS Athen. *clarus invento quodam in praelio* 12, 1, 1. & 2. *item bellis in Europa & Aegypto, Cypro* c. 2, 1. & 2. *Aegyptios ſponte juvat & ideo domum revocatur* c. 3, 1. plurimum aberat patria v. 3. telis hoſtium perit c. 4, 3.

Chalcioecus, 4, 5, 2. *aedes Minervae Lacedaemone, ita dicta quod aereum eſſet* templum, *ut Livius ait, ſive quod aedificatum a Chalcidenſib. v. not. Niſi malis ipſius deae nomen eſſe; ſane ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς τῆς χαλκιοίκου vocant Thucyd. lib. 1. Diod. Sic. 11. Themiſtocl. epiſt. 2. Polyaen. 8. Pauſan. Phocicis, & Laconicis &c. τὸν ναὸν τῆς χαλκιοίκου Chryſermus apud Stobaeum 157. & ex eo Plut. in parall. Gr. & Rom. & lib. de fluminibus: ſicuti τὸ τῆς χαλκιοίκου τέμενος Polyb. 4. Polyaen. 2. & Plut. in apophth. Lacon. Pluſcula de eo Meurſ. miſcell. Lacon. 1, 3. Deſcribit Pauſanias Laconicis.*

Chalcis *urbs Euboeae* 13, 3, 5.

Chaones *gens Epirotica* 13, 2, 1.

Chares Athenis honoratus & potens 12, 3, 4. plurimum in Sigaeo vixit, ibid. adverſus eum ſubornat Phocionem Demoſthenes 19, 2, 3. non ſatis in eo praeſidii creditur 13, 3, 1.

Charonis *Theb.* domus 16, 2, 5.

Cherſoneſus *ſc. Thraciae peninſula κατ᾽ ἐξοχὴν ſic dicta Straboni* magna, In eam coloniam deducit Miltiades, totaque regione potitur 1, 1. & 2. perpetuam ibi dominationem obtinet 1, 8, 3. inde Athenas demigrat 1, 3, 6.

Chiliarchus Tithrauſtes ſecundum gradum imperii tenet *apud Perſas* 9, 3, 2. *v.* Freinsh. *Ind. Curtii.*

Chium oppugnant Athen. *inſulam maris mediterr. quae hodie* Scio *dicitur*, 12, 4. 4.

Chorda. ad chordarum ſonum ſaltare, *citharae ſcil.* 15, 1, 1.

Cibaria cocta dierum decem, 18, 8, 7. *v. not. uſi & Cicero ac Caeſar hac voce. v. Theſ. Buchn. Frontinus etiam dixit* 4, *c. ult.* cibaria parare. *Salluſtio & Plauto ap. Varron.* 6. *de L. Lat. eſt* cibus coctus.

Cicero *M. Tull. aequalis Attici & amicus* 25, 1, 4. c. 9, 3. *ejus epiſtolarum ad Atticum elogium* c. 16, 3. & 4. *Hortenſii in eloq. aemulus* c. 5, 4. *invisus Antonio & infenſus*, cap. 10, 4. c. 9, 3. futura praedixit, ut vates c. 16, 4. *quando primam cauſſam judicii publici egerit*, Fr. 4, 1. defenſionem pro Cornelio iiſd. paene verbis, quib. edita eſt, peroravit. *ibid.* v. 2.

Ciconiae in deliciis ciborum *Fr.* 10, 1.

Cilices *e Cilicia, reg. Aſiae min. oriundi* 18, 8, 2. Ciliciae portae. 14, 7, 2. vid. portae.

CIMON Athenienſ. *ob parentis multam in vincula compactus* 5, 1, 3. *a ſorore liberatur* v. 4. ad principatum pervenit c. 2, 1. *ejus res geſtae* cap 2. *oſtraciſmo ejicitur* cap. 3. revocatur cap. 3, 3. ejus liberalitas c. 4. mors c. 3, 4.

Cinnanus tumultus *a L. Corn. Cinna Conſ. excitatus. v. not. Ernſtii.* 25, 2, 2. Cinnanae partes, *qui Cinnae cauſſam tuebantur*, ibid.

Circa. qui circa ſunt, *amici*, ſui 18, 10, 4. *οἱ περί τινα. ſic* Livius 1, 40. *de comitatu Tarquinii regis*: qui circa erant. *v. Caſaub. ad Sueton. Caeſ. c.* 27. *& Theſ. Buchn. Terent. Eun.* 3, 5. 35. quae circum illam eſſent. *Seneca controv.* 11. illi circa erant ſodales.

Circiter annos 80, 24, 8, 4. circiter millia trecenta 23, 6, 3.

Circulus 15, 3, 3. [*Gr.* κύκλος] *coetus vulgo coeuntium ac fabulantium, qui collatis capitibus videntur veluti orbem facere, ait* Lipſius. *Notandus hic mos in circulis philoſophandi differendique, Sophiſtis uſitatus. hi enim ubi ſcirent convenire frequenter homines, in foro, in circulis, diſputationes & ἐπιδείξεις ſuas recitabant. hoc Senecae ep.* 40. *&* 54. *eſt* circulari. *ſcil. circulis ſe venditare, aut, ut Lipſ. recte explicat, circulos quaerere, aut facere: accipitur enim* circulandi *vox de erronibus, vagantibusque ſophiſtis, qui eloquentiam ſuam per urbes circumferebant. de quibus v. Creſoll. theatr. Rhet. l.* 3, *c.* 3. *quem loca Senecae diſtinxiſſe accuratius mallem. Non enim ſtatim ſunt περιοδευταί qui* circulantur: *& genius dictionis & conſuetudo differendi magis, quam genus vitae, exprimitur interdum notione* circulantium, Boecl.

Circumdare domum multitudine *cingere* 23, 12, 4. circumdari amiculo *veſtiri* 14, 3, 2. circumdatur portus moenibus 2, 6, 1.

Circumfundere aliquem cera *de cadavere* 17, 8, 7. circumfundi concurſu hoſt. 12, 4, 2.

Circumiri multitudine 2, 3, 2. 14, 6, 2. *pro a multitudine. Sic Cic. Philipp.* 13. circumiri totius belli fluctibus. circumiri ab hoſtibus, *integre*: 14, 7, 3. *quomodo & Frontinus loquitur* 2, 3, 17.

Circumſideri in caſtello, *obſideri* 18, 5, 4.

Circumvehens Peloponneſum *ſc. claſſe* 13, 2, 1. *circumvehens* dixit auctor pro *circumvectus*: ut *equo vehens* pro *equo vectus*. Boecl. *Videtur autem ſuband.* ſe circum. *niſi poſterius ex ipſo verbo ad accuſat. loci trahere mavis.*

Circumvenire multitudine, *alibi*: claudi 18, 5, 2. *& in Mſ. Bavar. pr.* 2, 3, 2. *ubi vide in not. locum ſimilem Salluſtii.* circumventus inſidiis 23, 4, 3.

Circus Flaminius Fr. 11, 1.

Citari victorem *voce praeconis declarari, proclamari*, praef. 5. *Pertinet huc proprie locus Cic. ep. lib.* 5, 12. praecones ludorum gymnicorum, cum ceteris coronas impoſuerunt victoribus, eorumque nomina magna voce pronuntiarunt, cum ipſi ante ludorum miſſionem corona donantur, alium praeconem adhibent, ne ſua voce ipſi ſe victores eſſe praedicent. Boecl.

Citerior Hiſpania 24, 2, 1. *Tarraconenſis provincia. vid.* Hiſpania.

Citharizare, κιθαρίζειν, *canere cithara* 15, 2, 1.

Citium *oppid. Cypri, patria Zenonis Stoici*, 5, 3, 4.

Civis bonus habetur Atticus, *ob virtutes & officia ſocietatis civilis* 25, 13, 1. civis Archarnana, *oriunda Acharnis*, 2, 1, 2. cives gentis alicujus 1, 4, 2. cives ſui *ejuſdem civitatis membra*, 1, 1, 1. *ſic*: civium aliquis 15, 3, 15. civium caedes fit 15, 10, 3. in aliquem animi placati 11, 3, 2. civibus ſuis donat L talenta Conon *civitati ſuae*, 9, 4, 5. poenas dare 1, 3, 1. cives civib. parcere aequum 8, 2, 6. *captos quomodo redemerit Epam.* 15. 3, 5.

Civilis victoria omnis funeſta *a civib. in bello civ. reportata*, 15, 10, 3. *civiles clades hoſtibus produnt remp. ubi.* 17, 5, 4. civiles fluctus *de bellis civ.* 25, 6, 1. *ſic*: civiles procellae 25, 10, 6. *v. inf.* fluctus. *civilibus bellis alterutra pars offenditur* 25, 2, 2.

Civile jus 5, 2, 1. *v.* jus.

Ci

Civilitas Ageſilai in cultu victuque 17, 7, 3, & 4.

Civitas Romana amittitur alia adſcita, *jus civit.* 25, 3, 1. ampliſſima 7, 1, 2. clariſſima 8, 2, 1. ſplendidiſſima 7, 11, 2. civitas quae libertate uſa eſt, ἡ δημοκρατουμένη πόλις 1, 8, 3. univerſa deſcendit obviam Alcibiadi, *cuncti cives ſ. incolae*, 7, 6, 1, *Sic Graeci*: πᾶσα ἡ πόλις. civitatis alienae eſſe *ſub.* hominem, civem, *vel ſimile quid; i. e. alienigenam*, 18, 1, 2. *Sic*: civitatis ejuſdem eſſe 2, 9, 1. civitates potentiſſimae 5, 3, 3. civitatum magnarum & liberarum commune vitium *ibid.* omnium eadem natura 1, 6, 1.

Clandeſtina conſilia, *occulta molitio* 23, 2, 2.

Clarus vir 4, 3, 7. clariſſimus vir 2, 8, 7. claritate praeſtantes viri *celebres* 18, 3, 3.

Claſſis 70. navium 1, 7, 1. 100. nav. 2, 2, 2. 300. nav. 2, 3, 2. 500. nav. 1, 4, 1. 1200. nav. longarum 2, 2, 5. claſſis communis Graeciae 2, 3, 2. 3, 2, 2. 4, 2, 1. claſſis confligit cum, *claſſiarii* 2, 4, 3. *ſic alibi*: naves ſuperant Euboeam. Vorſt. *v.* navis. claſſi praeficere aliq. *Archithalaſſum conſtituere*, 1, 4, 1. claſſem aedificare 2, 2, 2. 3, 3, 1. comparare 1, 4, 1. contrahere 9, 4, 4. efficere celeriter 2, 2, 3. dare alicui 1, 7, 1. claſſe proficiſci *ſub.* cum *vel* in. *mox v.* 5. navibus, 1, 1, 4. claſſe appulſa ad Euboeam 1, 4, 2. cum claſſe mittere aliq. 4, 2, 1. in claſſe eſſe cum aliquo, *de collega Praefecti ſ. Archithalaſſi* 3, 2, 2.

Claſſiarii, *milites claſſ.* 1, 7, 3. & alibi. *v. Cl. Schaeffer. de Milit. Nav.* 2, 3.

Claſtidium *opp. Galliae Ciſpadanae hodie* Chiaſteggio, 23, 4, 1. *v. not.*

Clavam gerere manu 14, 5, 2.

Claudere hoſtem anguſtiis locorum 14, 8, 4. urbem obſidione 15, 8, 5. operibus 1, 7, 2. *Caeſ. circumvenire.* claudi anguſtiis loci 15, 7, 1. 22, 2, 4. multitudine, *circumveniri* 15, 5, 3. *Proprie venatorium verbum eſt, & militare. v. Theſ.* Buchneri. ad claudendum filium, 4, 5, 5.

Claudius *M. Coſ.* 23, 7, 6.

Claudus altero pede 17, 8, 1.

Clementia in captos uti 7, 5, 6. eſt in victoria *opp.* crudelitas, 20, 2, 2. clementiam violare, *facere quod clementiae officio indignum* 7, 10, 3.

Cleon Halicarnaſſeus 6, 3, 5.

Cleophantus Corinthius *Fr.* 10, 6.

Clypeis maximis uti 11, 1, 3.

Cnidus *inſ.* 9, 4, 4.

Coarguere tyrannidem alicujus, *cum exprobratione tyrannidis convincere*, 15, 6, 4.

Coelum veſperaſcit 16, 2, 5. in coelum efferri laudib. *valde extolli*, 10, 7, 3. *ſic* in coelo eſſe, coelum tenere, tangere, & in coelum abire *dicuntur, qui beatiſſimi ſibi videntur.* de quo vid. *Buchn. Theſ.* *adde Senec. de benef.* 1, 13. *Petronius*: Nunc in coelum abiit, & Trimalcioni tapanta eſt.

Coenare apud aliquem 23, 12, 1.

Coepit hic operam dare *dedit op.* 9, 5, 2. *ſic*: coepit orare 4, 4, 8. petere 23, 2, 4. coepit pugnari cum 15, 10, 3. coepta eſt deſiderari diligentia 15, 7, 1. coepta ſunt conjici vaſa 23, 11, 5.

Coercere manibus procacitatem, *punire pariter ac inhibere* 20, 5, 2.

Cogere. quod cogit natura, *ad quod* 25, 22, 2. *niſi leg. eſt* ad quod. *v. not.* cogit hic equos verberib. exſultare 10, 8, 5. eos ſatis habere, ſi 20, 2, 4. medicos dare ſoporem 10, 2, 5. cogunt illi eum jurare 10, 8, 5. coactus eſt muros reficere 13, 4, 1. vetuſtate, *ſc. tecti labeſcentis* 25, 13, 2. coactus odio civitatis 13, 3, 5.

Cogitare. quae cogitas, *v. ſeq.* quae volebas. 9, 3. 3. cum cogitaſſet, facere audebat 14, 7, 1. *diſting. a* facere, conari, *ita ut conſilium primo & deliberatio adhiberi, deinde maturari factum intelligatur. Cicero etiam hac voce ſignificanter utitur*, de

de actu animi commentantis, rem ſecum expendentis, peragentis. ſic cogitare de rep. *orat. de prov. conſ.* 13. *Verrem autem ait* ingenio & cogitatione nulla fuiſſe. Boecler. quae cogitarant, latere arbitrabantur, *de ſcelesto transfugii conſilio* 17, 6, 3. *Paullo poſt dixit*: quod fuerat ad perniciem cogitatum, i. e. *inſidioſe ſtructum* 14, 6, 8. cogitata patefacere, *moliriones* 4, 3, 1. *alii leg.* conflata. *v. not. Conjurationi & inſidiis propriam vocem, notarunt pridem docti. v. Cl. Bernegg. ad Juſtin.* 21, 4, 4. *e. Cicero in Miloniana, Clodii* cogitatos furores c. 32. cogitatum facinus c. 17. *eadem notione nominat. C,* 25. *ἐπεξηγηματικῶς loquitur*: ſi hunc de tua vita nefarie aut nunc cogitare aut molitum aliquando aliquid putas. Boecl. *Voce* cogitata *ſimiliter uſi Ter. Phor.* 1, 5, 53. *Vellej.* 2, 13, 4. *& alicubi Cicero.* cogitare amice aliquid de aliquo *φίλα τινὶ φρονεῖν*, 23, 2, 6. cogitabat corripere omnium partes *moliebatur* 18, 2, 3. cogitatum imperatoris acutum, *pro celeriter reperto conſilio, vel ſtrategemate* 14, 6, 8. cogitatione omni ferri ad liberand. pats. *omnia illuc conſilia vertere* 7, 9, 4. cogitare callide 14, 8, 4. *de agitatione & exercitatione animi, facienda & eventura praemeditantis, quae qualis ſit, peto ex loco Liviano de Philopoem.* in comment. [*p.* 38.] Boecl.

Cognomine appellatur Bonus Phocion. *ab integrit. vitae* 19, 1, 1. Juſtus Ariſtides, *cap.* 5. *abſtinentiam ſingul.* 3, 1, 2. *Mos paſſim obvius ap. Graecos Latinosque: rarus primo honor & glorioſus: mox ridiculis ſaepe ambitione vulgatus obſolevit.* Boecl.

Cognoſcere librum, *legere, ἀναγινώσκειν*, 6, 4, 3. *ſic*: litteras 14, 5, ſententiam alicujus, 20, 3, 5. *ſic*: facile omnium animos *penetrare ſenſu animi*, 10, 8, 2. ſibi eſſe percundum 4, 4, 1. *ſc. e litteris.* hunc cognovit puerum in ludo, *de imitio familiar.* 25, 16, 3. cognoſci memorem gratumque, *reperiri* 25, 9, 5. cognitum talem judicare aliquem *factis ſpectatum* 1, 1, 1. cognitam diligenter habere antiquitatem *perſpectam* 25, 18, 1. non auditum, ſed cognitum praedicare aliquid, *compertum propria experientia, non aliorum relatu*, 25, 13, 7. cognito hoc reſponſo *audito intellectoque* 13, 7, 4. cognita cauſſa *in judicio diſceptata & examinata* 1, 7, 6. *ſub.* 2, *i. e. poſt cognitam cauſſ. ſic*: cognita voluntate hujus 4, 2, 6. quibus cognitis 9, 4, 1. nemo niſi induſtria cognita, *ſpectatae induſtriae. Subaud. autem nomen cum praepoſ. ut integre ſit*: homo *vel* vir cum ind. cogn. *Verſ.*

Cohortatio militum fit, *ad milites*, 23, 11, 1.

Coire, *conſpirare* 16, 2, 3. cum aliquo *ad ſocietatem factioſi conſilii accedere* 25, 8, 4. coire ſocietatem cum aliquo 9, 2, 2. *Sic ſaepe Cic. & alii. v. Sanctium Minerv. l.* 3. *p.* 151. *lib.* 4. *p.* 340. *Voſſ. de analog.* 3. 4. *Qui hanc integram putant locutionem, in priori v. ſubaud. eſſe τὸ* ſocietatem *vel* coitionem. *Ego utramque ellipticam cenſeo, ſed magis priorem. Integrum fuerit* coire itum (*ſ.* viam, *vel* coitum) ad ſocietatem.

Colere agros *ut ſervos* 4, 3, 6. ſacellum ſanctiſſime *de cultu religioſo in ſacello fieri ſolito* 20, 4, 4. *ſic*: ſacrarium ſumma colere caerimonia 2, 8, 4. coli litteris ab aliquo *de commercio epiſtolarum familiarium* 25, 20, 4.

Collabefieri ab aliquo teſtula 3, 1, 2. *eleganti metaphor. ſignificante. dignitate, ſtatuque velut, ſuo pelli. Tacit. Ann.* 4, 60, 4. ſi jam labefactum demoviſſet. *Ann.* 6, 29, 5. Mamercum labefecit Macronis odium.

Collaudare aliquem 4, 2, 5. officium alicujus 25, 4, 2.

Collegam habere aliquem in conſulatu, cenſura 24, 1, 1. collegae dantur huic *ſc. gerend. bell. in imperio*

perio

perio militari, aut gerenda repub. 7, 3. 1. c. 7, 1. 15, 7, 3. collegas exſpectare, *ſcil. legationis* 2, 7, 1. habere hos 15, 7, 3.

Colligere manum, *copias* 7, 7. 4. colligere ex fuga reliquos 23, 6, 4.

Collis Quirinalis 25, 13, 2. *MSS. quid, in valle. v. not.*

Collocare multitudinem in agris *ſc. deductos colonos* 1, 2, 1. *h. e. agros adſignare, quos colant, ibique domicilium figant.* Buchn. alicui filiam 25, 19, 4. *ſic*: collocari, *ſc.* in matrimonium, *qua integra phraſi Cic. uſus eſt*: *elocari* 3, 3, 3. *ſic*: ſi virgo nubilis propter paupertatem collocari non poſſet 15, 3, 5. collocata in littore praeſidia *poſita, conſtituta* 3, 11, 4.

Colloqui per internuntios 7, 5, 3. colloquendi dies *colloquio deſtinatus* 4, 11, 2. colloquendi tempus ſumere 14, 11, 1. colloquium alicujus petere 14, 10, 3. in colloquium venire de re 14, 11, 1, in colloquio aliquamdiu eſſe, *de ipſo actu colloquendi* 14, 11, 3.

Colonos mittere aliquo 1, 1, 1. arceſſere Corintho 20, 3, 1. *deducendi, collocandi, muniendi, ordinandi ratio.* 1, 2. *tot. colonia a Cimone conſtituta Amphipoli* 5. 2, 2. in coloniam mittere aliquos, *deducere eo colonos*, ib. *Sunt autem coloniae civitates ex alia civitate veluti propagatae, Gell.* 16, 13. *quarum deducendarum cauſſas ceteraque expoſuit Sigon. de antiq. jur Ital. l.* 2. *c.* 2. *De jure earum ap. varias gentes memorabilia ſunt quae collegit Henric. Valeſius in annot. ad collectan. Conſt. Porphyrog.* Boecl. *Athenienſium colonias collegit & digeſſit* Meurſ. *Fortun. Attic. cap.* 6. *Lacedaemoniorum idem in miſcellan. Lacon.*

Columnae 12. pedum ex onyche, *Fr.* 8, 7.

Comites de ſuis adjungere alicui, 17, 6, 3.

Comitari *ſc. funus* 18, 13, 4. 25, 22, 4. *Eſt enim inter voces huic officio proprias, quas Kirchm. de funer. l.* 2. *c.* 10. *refert*: ſequi, proſequi, exſequi, comitari funus, ire, venire exſequias. Boecler. Adde Heinſium ad Ovidium Ep. 11. Heroid. *v.* 119.

Come ingenium *facile ad audiendum praeceptorem & artes capiendas.* Loccen. *v. not.* 10, 1, 2.

Comitas mira, *pro civilitate cultus & affabilitatis* 1, 8, 4. *quomodo & alibi principib. viris ſaepe* comitas *tribuitur; ut Patribus ap. Liv.* 5, 3. *&* 7. *&c. Auguſto ap. Suet. c.* 53. *Tito ap. eund. c.* 8. *& Tacit. hiſt.* 5, 1, 2. *Druſo Ann.* 1, 33, 4. *adde Theſ. Buchneri. Sed in MS. Dan. & Schotti erat* communitas; *idque rectius videtur. v. not.* comitas ejus non ſine ſeveritate eſt 25, 15, 1. *v. not. & Tacit. Ann.* 2, 72, 3. *Ann.* 6, 50, 1.

Comitium *ſcil. Spartae, Xenophonti τὸ ἱερεῖον,* 17, 4, 2. *Uſus eſt, ut alibi ſaepe, Romana voce, quae Graecae reſponderet, ob ſimilitudinem. nam ut Spartae in ἱερεῖον, ſic Romae in comitio populus conveniebat.* Comitii *a. vocem habes & apud Ciceronem or. pro Sextio, Livium* 40, 29. *Plin. H. N.* 18, 15. *Tacit. An.* 13, 58. *& Agr.* 2.

Comitia amicorum, *ſcilicet quibus agitur de amicorum dignitatibus* 25, 4, 4. *Ad haec ventitare, ibique petitionem amici auctoritate & ſuffragio juvare, officii erat.* Boecl.

Commeare. commeant omnes hac via. 18, 8. 1. *quandam conſuetudinem, frequentiam, ſtudium hac voce notari, obſervat* Boecl. *Chreſtomath. Ter.*

Commeatu omni privare urbem *annonae ſubvectione*, 1, 7, 2. *ſic*: commeatibus privatur civitas, *intercipitur ei portus & ſubvehendi facultas* 29, 2, 4.

Commemoravi de eo ſupra, *dixi, narravi*, 10, 6, 1. commemoratur hoc in virtutibus alicujus, *praef.* 1.

Commendare alicui regnum, *tradere, ſucceſſorem facere* 18, 2, 2. *dicitur ea vi, qua morituri neceſſitudines ſuas aliaque amicis* commendare *dicebantur. vid. Briſſon.* 7. *formul.*

Boe-

Boecler. *Terent. Ad.* 3, 5, 11. ille tibi moriens nos commendavit. *Adde* Theſ. Buchneri. commendatio tanta oris atque orationis ut 7, 1, 2. *de oratione commendata viribus actionis, ut loquitur Quintil.* 11, 3. *naturalique vultus gratia & pronuntiandi excellentia valente.* v. Creſoll. *lib.* 2. *vacat. autumnal. p.* 213. Boecl. *Tacito hiſt.* 3, 1. *eſt* decor oris. commendationem aliq. conſequi in laedendo aliquo 25, 9, 2. *ubi vulgo* commoditatem *edunt.* v. *not.* commendatur non minimum dignitas corporis *laudatur.* 10, 1, 2. *Lamb. tamen mallet* commendat. v. *not.*

Comminus pugnare 12, 4, 3.

Commiſerari fortunam alicujus *ſcil. ſermone* 17, 5, 2. *ſic apud Salluſt. Jug.* miſerando caſum ſuum. Vorſt. *Et ap. Tac.* 3. *A.* 17, 1. caſum alicujus miſerari.

Committere aliquid *de crimine* 3, 1, 3. praelium, *initium facere conflictus*, 3, 6, 3. *ſic & ap. Juſtin.* 2, 12, 7. 15, 4, 22. & 22, 6, 6. *Apud Flor. ſimiliter* acies commiſſa, bellum commiſſum, *pro incepto.* v. *Ind. Freinſhem.* committere praelium ſtatim *ſimpliciter de conflictu* 23, 11, 3. vi ſumma 1, 5, 2. alicui imperium poteſtatem 6, 1, 5. *ſic ap. Liv. & Frontin.* committere alicui remp. v. *Gronov. ad Liv.* 27, 7. committere ſe fluctibus civilibus, *mox:* dare 25, 6, 1.

Commiſſa celare, *tacere fidei ſuae concredita* 15, 3, 2. *Horat.* 1. *Sat.* 3. commiſſa tacere. *Et* 1. *ep.* 18. commiſſumque teges. Lamb.

Commoda populi. *ita,* τὸ κοινῇ συμφέρον *in democrat. vocatur. ut* adverſus commoda populi ſtetiſſe, *ſit pro crimine majeſtatis* 19, 4, 1. Boecl. *ſic ap. Vellej.* 2, 13, 3. commoda plebis.

Commode ſaltare, ἐμμελῶς, εὐσχημόνως, *perite, concinne, eleganter, & ad modos ac numeros apte, ſic ap. Suet. Aug.* 79. commoditas membrorum *pro concinnitate.* verba facere, *de eo, qui nativum linguae leporem exprimit,* 2, 10, 1.

Commoditatem aliquam conſequi in laedendo alio, *emolumentum, lucrum, quaeſtum* 25, 9, 2. *in edd. vulg. ſed leg. eſt* commendationem. v. *not.*

Commovere ſe non ſunt auſi, *eleganter de molitione nefaria, cohibita atque veluti conſtricta* 17, 6, 3. commoveri nuncio aliquo, *erigi, excitari ad rem accuratius agend.* 14, 7, 1. nova re, *perturbari* 14, 6, 6. his rebus 7, 10, 2. 20, 1, 6. hoc ſermone *irritari* 10, 2, 5. commotus hoc nuncio rediit. *pro quo alibi* ἀπαθητικῶς *dixit,* hoc nuncio rediit. 4, 3, 5.

Communire caſtella 7, 7, 4. loca caſtellis idonea 1, 2, 1.

Communis infimis, κοινός, *de popularitate &* δημοκρατίᾳ 25, 3, 1. *itaque* τὸ δημοκρατικὸν *notatur voce* communitatis *apud auctores. qui de facilitate explicant, non ſatis diſcernunt vim locorum.* Boecl. v. *Theſ.* Buchneri. communis affinis *ſc. & meus & fratris* 20, 1, 4. communis claſſis Graeciae, *a tota Graecia comparata,* v. claſſis. communi utilitati parere 7, 4, 6. commune aerarium 3, 2, 2. v. *not.* vitium in magnis civitatib. 12, 3, 3. jus gentium, v. jus 2, 7, 4. odium *quod uterque gerebat erga alium* 14, 10, 4. communia multa imperatorib. cum militib. & fortuna 8, 1, 4. communitas mira in hoc eſt, *ſic q. MSS.* 1, 8, 4. *ubi alii* comitas. v. *not.* communiter cum his diem deligere, *communi conſilio* 16, 2, 2.

Commutare aliq. in tecto *aedium ſc. immutare, innovare,* 25, 13, 2. commutatus vitae ſtatus, *genus vivendi diverſum,* 10, 4, 5.

Commutatio rerum tanta ſit ut *fortunae ſtatusque imperii ac belli* 7, 5, 5. commutatio ſubita conſequitur res proſperas 10, 6, 1.

Comparare bellum, *ut parare, inſtruere,*

ſtruere, *moliri* 10, 5, 1. 17, 2, 4 adverſus aliquem 18, 7, 1. claſſem 1, 4, 1. claſſes 17, 2, 1. copias 17, 2, 3. exercitus 14, 4, 1. 23, 3, 2. pedeſtres 17, 2, 1. *Sic Livius.* 42, 30. quod arma, milites, claſſem comparaſſet. *Ead. ratione* Caeſar B. G. 7: 12. praeſidium, *i. e. militem praeſidiarium*, comparare *dixit*. factionem *excitare* 10, 6, 3. iter ad regem, *de itineris deſtinatione & praeparatione* 7, 10, 3. manum *ſc. militum* 10, 4, 3. milites ad reſiſtendum, *inſtruere*, *ordinare* 14, 4, 4. comparatur hic cum primis aetatis ſuae, *par primis habetur*: *elogium magni ducis* 17, 1, 1. comparatum erat incendium ad interimendum virum, 6, 10, 6. *Sic Cic. Orat.* ad delectationem, comparatum genus. Vorſt. ad comparandum dato tempore, ἐγλειπτικῶς *ſubaud.* bellum. 8, 2, 2. *v. not. Ciceroni pro Plancio eſt* dari ſpacium comparandi.

Comparativus pro abſolut. elegantiae ſerviens. leviora, *pro* levib. 15, 1, 1. acerbius imperium *pro* acerbo 18, 6, 2. obſcuriora geſta *pro* obſcuris 14, 1, 1. res major *pro* magna, 2, 1, 3. majores natu *pro* magno 2, 2, 8. *Sic* contumacius ſe gerere 5, 2, 5. audacius inſtare 15, 9, 2. licentius diſpertiri 10, 7. *pro* contumaciter, audacter, licenter. *In quib. omnib. tamen intenſio quaedam ſignificatur: ut cum dicimus* paullo, aliquanto leviora, &c.

Comparere. comparet in his libris multa diligentia, *conſpicitur*, *&c.* 24, 3, 4. *ſic Cicer. in orat. perf.* In Thucydide ornamenta comparent. Lamb.

Compellare aliquem fratricidam, *increpare*, *convitio objurgare*, 20, 1, 5. *Buchn. in Theſ. Fabr. ait idem fere eſſe ac* accuſare, *ut apud Suet. Caeſ.* 17. compellare majorem poteſtatem, *explicante Caſaubono*. compellari hoc crimine *de eo qui in judicio convenitur ſuper crim.* 7, 4, 1. *niſi tamen locus corr. eſt. nam ſcripti codd. aliter legunt. v. not.*

Compellere hoſtem intra moenia, *al.* rejicere &c. 17, 5, 3. *de iis, qui eruptionem infeliciter tentarunt.* compellere eo aliquem, ut 22, 2, 4.

Comperire aliquid ex litteris 4, 4, 5. ab aliquo rem geſtam 4, 3, 4. de ſcelere filii 4, 5, 3.

Complecti; *de luctantibus* 15, 2, 5. *vid. Hieron. Mercurial. de art. gymn.* l. 2. c. 8. complexi inter ſe, *de ſerio pugnantibus* 18, 4, 2. [*Diod. Sic.* συνεπλάκησαν ἀλλήλοις, *&*: συμπλεκόμενοι τοῖς σώμασι] *Hinc vocis tranſlatio & uſus artis luctatoriae patet, qui innuitur loco Nepotis priore.* Boecl.

Complevit tot annos, *ſcil. vivendo* 25, 21, 1. *Cic. de ſenect. c.* 5. Gorgias centum & ſeptem complevit annos.

Completa ſunt horum adventu decem millia *i. e. effecta* 1, 5, 1.

Complura caſtella 14, 10, 2. teſtimonia 13, 4, 2. *in edd. vulg. Sed in noſtra eſt* pleraque. *v. not.* compluribus locis 5, 4, 1. 14, 11, 2.

Componere bellum, *pacem facere* 22, 1, 5. 7, 8, 3. *ſic Pollio ap. Cic.* 10. *ep. ad fam. & Vellej.* 2, 25, 1. *Eod. ſenſu Horat.* 4. *Carm.* 14. *extr.* arma compoſita *dixit*.

Compoſito; *de induſtria*, ἐκ παρασκευῆς, *Plauto de compacto*, 14, 6, 6. *Donat. ad illud Ter. Phorm.* 5, 1, 29. Compoſito factum eſt: Sic, *inquit*, veteres: nos ex compoſito. ut: Compoſito rumpit vocem, & me deſtinat arae. *qui Virgilii verſus eſt Aen.* 2, 139. parum compoſite, *mox*: minus eleganter. *utrumque de puritate ſermonis*, Fr. 3, 4.

Comprehendere aliquem 4, 4, 3.

Comprimere preces alicujus taciturna obſtinatione *inhibere* 25, 22, 2. *in edd. quibuſd. nam in aliis eſt* depreſſit. *v. not.*

Comprobatum hoc eſt publice 23, 3, 1.

Conari. prius cogitare, quam conari, *προστεταγμένῳ πράγματι*, *ipſum actum notat. efficiunt rem dare* 14, 7, 1. ea re fallere 2, 7, 2. fruſtra dehortando, *niti, laborare* 25, 21, 6. multa ſtulte, *ſuſcipere, factitare* 23, 8, 3. a conatu retinendi deterreri 14, 4, 5.

Conata perficere, *deſtinata*, *ſignificanter* 10, 8, 5. *vid. Taubm. ad Plaut. Merc. prol.* 39. *ſic Caeſar B. G.* 1, 3. *& Suet. Galb. c.* 17. *Lucretius* 3, 386. *dixit* conata patrare, *Accius apud Nonium & Vellejus* 2, 29, 1. exſequi, *Juvenalis Sat.* 13. peragere. *Reponunt nonnulli hanc vocem &* 4, 3, 1. *v. not.*

Concedere aliquo habitatum 2, 8, 1. concedere alicui aliquem, *captum bello reddere* 25, 7, 3. principatum imperii 13, 2, 2. non concedere (alicui) principatum *ſe ſupponere dominationi ejus*, 10, 6, 1. non conceditur hoc legibus, *leges vetant* 2, 10, 5.

Conceptis verbis dejerare auſim, *formula aſſeverandi*, *Fr.* 12, 3.

Concidere multa millia adverſar. *ſecunda producta; delere, interficere* 24, 8, 3. Alpicos 23, 3, 4. *ſic*: conciduntur nonnulli ab inſectis 10, 10, 1. celeriter perfugae 14, 6, 6. *de magna & ſubita clade. eſtque ubique haec vox inter eas, quae cum pondere & gravitate & fundamento αὐξήσεως dicuntur.* Boecl. vid. Cort. ad C. Caeſar. de Rep. Ord. Ep. 1. cap. 5. n. 1. concidere, *ſecunda correpta; ſcil. ex vulnere* 15, 9, 1. conjectu telorum 16, 5, 4. concidere hoc crimine, *everti, ſubverti* 19, 2, 4. vitio adverſariorum 17, 5, 2. *Sic*: concidit majeſtas imperii Laced. 16, 2, 4. *v. not. Pertinet huc cognata tranſlatio*, collabefieri, *v. ſupra.* Boecl.

Conciliare ſervitutem *civib. ſuis ſcil.* 15, 5, 3. *Lambin. exponit, quaerere, comparare. Niſi fors capiendum commendandi notione & inſinuandi, ut ſaepe. Ut ſenſus ſit: blandiente otii nomine: paulatim civibus tuis ſervitutem, quae ſub iſto otio certa latet, velut acceptam reddis. facis, ut quod omnium noxiſſimum eſt, velut profuturae tranquillitatis elegio placeat ameturque.* Boecl. conciliare tantum otium toti inſulae, ut *acquirere, comparare*, 20, 3, 2. conciliare (alicui) reges, *adjungere partib. alicujus, pertrahere in ſociet. conſiliorum*, 23, 10, 1. *niſi τὸ* conciliabat *a gloſſa eſt. v. not.* pacem, *facere. mox:* componere bellum, 22, 1, 5. conciliare pacem inter duas civitates 5, 3, 3. *de eo, qui medius & veluti arbiter pacis intervenit, offenſasque conciliat. ſic Cic.* 10. *fam.* 27. *& Ter. Haut.* 5, 5, 2. conciliant fortunam ſui cuique mores, *efficiunt, &, ut alibi loquitur, fingunt.* 25, 19, 1. conciliantur huic homines amiciores *benevoli redduntur* 17, 2, 5. *quam lectionem fruſtra ſollicitat Lambinus. v. not. Cic. pro Dejot.* quocum mihi reſpub. amicitiam conciliavit. *Idem*: Virtus & conciliat amicitias & conſervat. conciliari mihi talem virum cupio *amicum fieri* 2, 10, 1. conciliare nuptias 25, 5, 3. conciliator nuptiarum 25, 12, 2. *proxenetes, προμνηστρίας bono & honeſto ſignificatu, ſic alii. v. Mercer. not. ad Nonium pag.* 96.

Concilium amicorum habere, *conventum* 15, 3, 5. concilium populi habetur in theatro, *concio* 20, 4, 2. *ſimiliter Liv.* 24, 37. *vid. Gronov. ad Liv.* 44, 2. *ubi prolixe oſtendit, quomodo differant* conſilium *&* concilium, *quae ſaepe in libb. confunduntur.*

Concinnus in brevitate reſpondendi, *cujus breve reſponſum aptiſſime congruit. appoſitae reſponſiones cum ſuavitate dicti notantur.* Ἀποφθεγματικὸς *Graecis eſſet talis homo* 15, 5, 1. Boecler. *Cic. Bruto*: ſententiae venuſtae & concinnae. *Horat.* 1. *Sat.* 3. concinnus amicus Poſtulat ut videatur. Lamb.

Concio convocatur, *coetus populi* 7, 6, 4. concio populi 20, 5, 3. in con-

Digitized by Google

concionem populi prodire, *εἰς τὴν ἐκκλησίαν*, vel *εἰς τὸ βῆμα.* Lamb. *de judicio publico, quod in concione ſc. habebatur*, 2, 1, 3.

Concitare equum in aliquem, 16, 5, 4. *& alibi* concitato equo vehi ad hoſtem 14, 4, 5. concitant vaſa jacta riſum pugnantibus *movent*, 23, 11, 5. (*ubi vulgo eſt* excitarunt) *Sic & Cic. de orat. & in eund. modum alii*, concitare iram, *&c.* concitat odium Hamilcaris bellum Punic. II. *conflat, commovet, &, ut Livius loquitur, conciet, cauſſa eſt odii*, 22, 4, 3. concitata multitudo *a Themiſtocle in Ariſtidem* 3, 1, 3.

Conclave 10, 9, 1. *Donat. ad Ter. Eun.* 3, 5, 35. Conclave eſt ſeparatior locus in interiorib. tectis, &c. *Gloſſ. Graecolat. οἶκος ἐσώτερος καὶ μάχαιρα*, conclavis.

Concludere uno volumine, *complecti* 15, 4, 6. concluſio *pro obſidione* 18, 5, 7. *ſic Caeſ. 2. B. Civil.* concluſio Maſſil. *Male Lambinus cap.* in hoc concluſo loco. *v. not.*

Concupiſcere majora 4, 1, 3. *alibi:* majores res appetere 4, 2, 2. *de molitionibus elatorum & inquietorum hominum; qui ſuo ſtatu non contenti, ambitioſe res novas quaerunt.* Boecl. plura; quam quis efficere poſſit, *moliri* 2, 5, 1. intemperanter concupiſcere aliquid *vehementer* 25, 13, 4. *ubi alii male* imperanter, *vel* imperative. *vid. not.* concupiſcere tyrannidem *adſpirare ad tyr.* 7, 7, 3.

Concurrere ad opprimendum aliquem, *certatim operam conferre* 18, 3, 1. concurrere cum aliquo, *de μονομαχία* 18, 4, 2. in navem regis *concurrere, veluti agmine facto adoriri navem* 23, 10, 5. concurrentes inſidiatores 14, 9, 5.

Concurſus magnus eſt *populi ſcil. ſtudio ſpectandi* 14, 3, 3. *ſic:* concurſus magni fiunt 19, 4, 1. *Laetitia connotatur. ſic ap. Vellei.* 2, 103, 4. concurſu civitatis. uno concurſu, *unica pugna* 5, 2, 3. concurſu acerrimo pugnare, *de conflictu praelii* 18, 4, 1. *ſic:* in concurſu *de praelio navali* 23, 11, 4. in concurſu praelii 8, 1, 4. motus concurſusque; *militum pugnantium* 11, 1, 4.

Concutere opus alicujus, *labefactare potentiam* 15, 6, 4.

Condiſcipuli 15, 2, 2. 25, 1, 3. condiſcipulatus *συμμαθητεία*, 25, 5, 3. (*ubi tamen alii*, diſcipulatu, *vel* condiſciplina. *v. not. Linſtn.*) Uſus & Juſtin. 12, 6, 17.

Conditio *pro pactione.* conditionem accipere, *ſc. oblatae pacis* 14, 8, 6. *Donat. ad Ter. Andr.* 1, 1, 52. conditio eſt pactio certam legem in ſe continens. *ſic:* conditiones non conveniunt *ſc. belli componendi*, 23, 6, 2. *vide inf.* convenire. his conditionib. pacem fecit 8, 3, 1. *alibi:* his legibus 13, 2, 2. de conditionibus tractare, *ſc. deditionis faciendae*, 18, 5, 7. conditionem aequam verſurae non habere, *copiam, facultatem*, 25, 2, 4.

Conditio *de matrimonio.* nullius non conditionis poteſtatem habere, *nuſquam repulſam metuere*; 25, 12, 1. conditionem talem aſpernari; *ſc. matrimonium ſororis, pecunia emtam, cum homine non tam generoſo, quam pecunioſo*, 5, 1, 4. *Sic enim hunc locum cum Gebh. accipio. Paſſim autem ita loquuntur veteres;* Sueton. Galba *c. 5. alii:* ita dicimus: filiae conditionem quaerere *&c.*

Conditor urbium viſus Timoleon *quia eas inſtauraverat, ac refecerat* 20, 3, 2. *Sic alii:* condere urbem; gentem, imperium; *eſt perpolire, corrigere, & quaſi ex integro reſtituere. v. Freinshem. ad Flor.* 1, 3, 1. & *Barth. ad Statii* 4. *ſilv.* 3, 72. *ita noſter alibi.* conſtituere urbem *eod. ſenſu dixit.* 15, 8, 9.

Conduci mercede, *praef.* 4. conductitius (*al.* conductus) exercitus 11, 2, 4. *v. not.* conducti ex Graecia 14, 8, 2. conductitiae catervae 12, 1, 2. *de mercenariis militibus, qui ferme delectui domeſtico opponuntur.*

Google

Conferre ſe Athenas *proficiſci* 25, 2, 2. ad aliquem, *confugere : ut cum eo ſimus ac moremur*, 7, 5, 2. 9, 2, 1. conferre ſe ſuaque in naves, *transferre* 2, 2, 7. nihil in domum ſuam, *in ſuos uſus convertere* 17, 7, 3. legem in perniciem civitatis, *adhibere, uſurpare, legi obſequendo perniciem patriae afferre* 15, 7, 5. arma cum fortiore, *congredi* 18, 11, 5. conferre pecuniam *ſc. ad ſublevandos amicos* 15, 3, 6. *ſic :* collata ſunt 470. talenta Delum ; *contributa in commune aerarium*, 3, 3, 1. conferre facta clarorum virorum, *comparare* 23, 13, 4. ligna circa caſam *ut eam incendamus* 7, 10, 4. conferuntur ei munera a rege *donantur* 17, 7, 3. collatum eſt omne bellum circa Corinthum, *tota moles belli Corinthum tranſlata, verſa in Cor.* 17, 5, 1. *Sic* arma undique collata *Lucan.* 5. orbitatem geminatam in unum tempus collatam *Quinctilian. decl.* 537. caſtra aliquo conferre *Tacitus* 1, 8, 6. *dixit.*

Conficere per aliquem quod ſtudes, *agere, peragere* 9, 3, 3. orationes *conſcribere* 24, 3, 3. legitima, *ſeu, ut alii* legitimos, *v. inf.* legitima. conficere iter *peragere* 17, 4, 4. tertiam partem itineris 18, 8, 6. dimidium ſpatium *ſc. itineris* 18, 9, 1. bellum 2, 4, 4. conficere gerentes bellum, *debellare* 6, 1, 1. *Eſt autem proprio gladiatorum & beſtiariorum. v. Donat. ad Ter. Eun.* 5, 4, 1. *& Theſ. Buchneri.* conficere aliquem incendio *interimere* 7, 10, 4. dum res conficeretur, *ageretur* 20, 1, 4. ne res conficeretur, *ne fieret, quod ſuaſerat Milt.* 1, 3, 5. quibus rebus confectis 16, 3, 3. conficitur caedes 10, 10, 1. *alibi :* fit 15, 9, 1. res divina 23, 2, 4. confecti Graeco ſermone libri 23, 13, 2. conficere magnam multitudinem ſerpentum, *colligere, conquirere,* 23, 10, 5. *Alii :* grande peculium, pecuniam innumerabilem, tot talenta. *v. Gronov. ad Liv.* 29, 35. *& ad Plin. N. H.* 35, 7. *In Boecl. tamen erat,* feciſſet, *de quo nos in not.*

Confidere talem futurum aliquem 1, 1, 1. *Plus eſt quam* ſperare, *cui opponitur. Sic Seneca ep.* 16. Jam de te ſpem habeo, nondum fiduciam.

Configere. confixi ceciderunt *ſc. telis* 14, 9, 5.

Confinis Cappadociae gens 14, 4, 1.

Confirmare quid ſatis, *fidem rei ſufficientem facere* 14, 11. *ſic :* confirmare fide ſe fore proprium alicujus, *data fide ſe alicui addicere, promittere operam ſuam*, 6, 1, 5. confirmare conjurationem 10, 8, 3. *v. not.* decreta populi, *approbare, rata habere* 19, 3, 2. exercitum, *fiducia ſcil. & bona ſpe complere,* Θαῤῥύνειν τὸ ϛρατόν. Lamb. 17, 2, 5. inſulas bene animatas *in officio, obſequio & fide retinere nutantes* 5, 2, 4. 17, 2, 5. confirmare odium hereditate relictum, *augere, vehementius exercendo* 23, 1, 3. confirmatur regnum Perſarum *ſtabilitur* 3, 3, 5.

Conflatur bellum 12, 2, 3. 18, 9, 1. *ſic loquuti & Hirtius de B. G.* 8, 6. *& de B. Alex. c.* 1. *Vellej.* 2, 55, 2. *& Cic. Philipp.* 2. *qui & pro Cluent. dixit* conflare ſeditionem ; *ſicut alii* invidiam, odium *&c.*

Conflictari non ſimplici fortuna 20, 1, 2. morbo 10, 2, 4. *ſic Cic.* conflictari moleſtiis ; *Caeſar :* gravi annona ; *Tacitus:* tempeſtatibus ; *Celſus :* doloribus. Lamb. cum adverſa fortuna 16, 5, 1. *quaſi dicas : cum fortuna, repugnante corporis, tenui decertare, colluctari, contari, collidi.* Conflictatio *enim* (*ut docet Donatus ad Terent. Andr.*) *eſt corporum tactus invicem & colliſio.* Lamb. *Superior formula,* affligendi ; *haec* pugnandi *notionem habet.* Boecl.

Confligere *praeliari* 1, 5, 4. claſſe 7, 8, 2. paucis navibus adverſus claſſem 23, 8, 4. confligere cum aliquo 18, 8, 1.

Confluere ad, *de copia & ſtudio concurrentium ad aliquem* 7, 6, 1. *ſic & Cic.*

Digitized by Google

Cic. pro Planc. Vellej. 2, 55, 2. *&* 2, 80, 4. *Curt.* 10, 4, 15. *Juſtin.* 1, 7, 9. *&c.*

Conſodi conjectu telorum 16, 5, 4.

Conſugere ad aliquem, *tanquam ad praeſidium inſaniae ſortis* 11, 3, 2. in aram 4, 4, 5. *antea:* in ara conſidere. *ſaluti tuendae ſc. tanquam in aſylo. Mos paſſim obvius. v. not.*

Congerere undique quod idoneum ad muniendum 1, 6, 5. *Sic Curt.* 8, 2, 24. caedi arbores, & ſaxa congeri jubet. Gebu.

Congredi *ſc. ad colloq.* 24, 11, 2. *dimicare armis* 14, 8, 1. *ita:* congredi cum aliquo 23, 1, 2. congredi, *bellum gerere* 23, 6, 2.

Congruit hoc ſententiae deorum, *ad illam accommodatur, refertur, conſentit cum ea,* 6, 3, 5.

Conjicere tela in hoſt. 14, 9, 5. *hinc:* conjectus telorum 16, 5, 4. conjicere callidiſſime de futuris, *divinare* 2, 1, 4. *ſic:* conjiciunt hoc omnes ex eo 18, 2, 2. conjicere ſe in ſacrarium, *propere illuc confugere, ſecuritatis ſcil. cauſa* 2, 8, 4. in templum ex fuga 17. 4, 6. *Sic Terent. Heaut.* 2, 3, 36. continuo ſe conjecit intro. conjici in vincula 1, 7, 6. 4, 3, 5. 9, 5, 3. in cuſtodiam 16, 5, 1. 19, 3, 4. *Sic & Ulp. loquitur L.* 3. *de cuſt. & ext. reorum; ac Scaevol. L.* 4. *§. Item. ad L. Jul. majeſt.* Savaro. 19, 3, 4. 16, 5, 1.

Conjugii ejus cupidus, *ſcil. contrahendi cum ea muliere* 5, 1, 3.

Conjuncta Cappadociae Paphlagonia *vicina cohaerent* 14, 5, 6. conjungi affinitate cum 4, 2, 3. conjunctus cognatione propinqua *praef.* 7. *Vellejo* 2, 41, 2. conjunctiſſimus ſanguine. *quomodo & ap. Cic. Verr.* 5, 67. conjunctus ſanguis *civium Rom. adde or. pro Planc. c.* 11. conjunctus alicui intima familiaritate 25, 12, 1. *Pro his alibi* conjunctus *abſolute, pro neceſſario amico, vel propinquo* 25, 7, 2. *ut ap. Curt.* 6, 11, 20. conjuncti ſontium. *v. not.* conjuncte vivere cum 25, 10, 3. *Item:* conjunctiſſime 25, 5, 3. *de familiaritate.* conjunctio *ſc. affinitatis* 25, 19, 4. conjunctim petere auxilium ſalutis *ſc. & ſuae & ejus, quem cariſſimum habebat, non ſuae ſolum, ut ibid. additur,* 25, 10, 5.

Conjuratio, *conſpiratio, aut juxta Lamb.* συνωμοσία. *v. not.* 10, 8, 3.

CONON *egregius terra marique bellator* 9, 1, 1. ad Pharnabazum ſe confert cap 2, 1. *uſui eſt adverſus Lacedaemonios* v. 3. *accuſat Tiſſaphernem ap. Artaxerxem* c. 3, 2. *donatur muneribus & bello praeficitur* c. 4, 1. &c. *Lacedaemonios apud Cnidum fundit* v. 4. *dum patriae ſtudet, a Tribazo in vincula conjicitur* c. 5, 2. &c. plurimum Cypri vixit 12, 3, 4. ejus memoriam renovat ſtatua filii juxta paternam poſita 13, 2, 3.

Conquirere quos poſſumus *ſc. colonos* 20, 3, 1. ſocios, *quos adſciſcamus ſc.* 10, 8, 3. proſcriptos, *de inquiſitione proſcriptorum & inquiſitoribus* 25, 11, 1.

Conſcendere navem 14, 4, 3.

Conſcii *conjurationis ſcil. ſeu, ut q. Mſſ. addunt,* facinoris. *ſic:* tam multis conſciis 1, 3, 6. res multis conſciis quae geritur, effertur 10, 8, 4.

Conſciſcere ſibi necem *Fr.* 2, 2.

Conſcribere in periculo. *Sic vulgo editur* 15, 8, 2. *Sed rectum eſt* inſcribere. *vid. not.* librum gravem multis verbis *ſcil. teſtimonii,* 6, 4, 2. conſcriptus liber de hiſtoricis: *factus, compoſitus* 10, 3, 2.

Conſcripti patres 23, 12, 2. *De ſenatu Romano uſurpatur, qui tanquam ſolenni titulo ita compellari, vocarique conſuevit.* conſcripti *alias ii proprie dicebantur, qui a Bruto primum lecti in ſenatum, expulſo regno,* οἱ καταλεχθέντες εἰς τὸ βουλευτικὸν συνέδριον. *vide Liv.* 2, 1. *Nec ignorari interim debet, etiam primos illos ab Romulo inſtitutos centum ſenatores,* πατρίκιοι ἐλέγοντο *dici Halicarnaſſeo l.* 2. *antiq.* Boecl. *ad.* *Theſ.* *Buchn.*

Conſectari praedones 2, 2, 3. ſingulos adverſarios 2, 4, 4. *cum ſtu-*

dio & labore conquirere , perſequendo ſc.

Conſentire in laudando uno aliquo, *convenire , pariter laudare* , 7, 11, 1. (*ubi tamen forſan leg. eſt* conſcierunt. *v. not.*) ad aliquem opprimendum , *conſpirare* 14, 5, 2. *ſic* conſentire cum aliquo de urbe tradenda 19, 2, 2. conſenſio magna multorum , *magna conſpiratio* 7, 3, 3. *ita* : globus conſenſionis , *conſpirantium* 25, 8, 4. *Uſus & Cicero, ſed in bonam partem , orat. poſt red. ad Quir. c. 8.*

Conſequi benevolentiam magnam regis *adipiſci* 14, 5, 2. commendationem (*vel* commoditatem) aliq. in aliquo laedendo 25, 9, 2. gloriam belli 15, 5, 5. tantam apud omnes gentes, ut 2, 6, 3. familiaritatem alicujus re aliqua 25, 19, 2. hereditates multas non alia re, quam bonitate 25, 11, 1. dominationem non vi, ſed ſuorum voluntate 1, 8, 3. conſequi multum in eo , 17, 2, 5. conſequi aliquid facile aliqua re *perficere* 23, 10, 5. *ſic* : id qua ratione conſecutus ſit 6, 1, 2. conſequi, *abſolute.* conſequuntur legati 2, 7, 2. conſequitur deſiderium rei 5, 3, 2. *Curt.* 8, 8, 23. crudelitatem ſera poenitentia conſecuta eſt. conſequitur id dictum invidia , *magnam id dicenti invidiam conflat* 10, 6, 4. conſecuta eſt commutatio 10, 6, 1. conſecuta eſt eum magna proſperitas , *magnam adeptus eſt proſp.* 25, 19, 3. *ſic Ter. Phorm.* 5, 1, 24. matrem mors conſecuta eſt. *vide Jo. Rhodii indicem Scribonianum.* conſequi fugientem *adſequi* 22, 7, 7.

Conſerere manum 14, 8, 4. 17, 3, 6. cum aliquo 23, 4, 2. *eſt , juſto praelio contendere. Aliis* conſerere praelium , *de quo Cl. Vorſtius ad Sulpicii* 1, 36.

Conſervare aliquem *ſc. vivum.* 18, 10, 3. *in pleriſque edd. vulg. ſed rectius eſt* ſervare. inducias 17, 2, 4. fidem , 17, 2, 5. religionem *ib. in MS. Dan. ubi vulg. eſt.* ſervare. jusjurandum , 23, 2, 5. *ubi alii* ſervavi *edidere.* conſervare ſimulacra, aras *honore eorum & jus tuendi ſupplices non imminuere* 17, 4, 7. exercitum *ſc. incolumem* 14, 2, 1. conſervatis legibus *i. e. obſervatis* 25, 6, 2.

Conſidere in ara , *de ſupplice* 4, 4, 4. *ſic de Helena Virgilius* : Aris inviſa ſedebat.

Conſilium , *στρατήγημα , art , prudentiae callidum & ſubitum inventum, quale eſt illud Themiſtoclis* 2, 6, 5. *& Datamis* 14, 6, 3. Boecl. *Sic* : conſilium prudentiſſimum 18, 7, 5. conſilii celeritas 17, 6, 2. conſilium tale capere 23, 9, 3. hoc conſilio 1, 5, 3. conſilio alicujus vinci magis quam armis 2, 4, 5. conſilio , quam vi *dicerent Livius ac Tacitus. Sic* : conſilio ſuperare arma alicujus 23, 11, 7. tali percellere , profligare aliq. 14, 6, 8. conſilium novum , *alibi* [1, 5, 3.] nova ars, *de ſingulari invento , aut ex re & tempore capto conſilio* 18, 8, 4. Boecl. conſilium Apollinis , *de reſponſo* 2, 2, 7. repentinum , *ſubito captum , propoſitum inopinatum* , 4, 4, 5. conſilii maximi vir , *de ipſa facultate ingenii prudentia* 14, 1, 1. *ſic* : conſilii plenus 4, 1, 2. 7, 1, 4. conſilii magnitudine ſuperare omnes 14, 1, 2. conſilio ſemper vincere 11, 1, 2. conſilii mei hoc non eſt , *i. e. judicii & arbitrii in eligendo* 9, 4, 1. *ſic Cic. ad famil.* 3, 2. Quid efficere poſſis , tui conſilii eſt. Lamb. ad conſilium aliquod accedere *probare conſil.* 1, 3, 5. in conſilium dari alicui , *de adjutoribus datis* 13, 3, 2. conſilium id inire , *deſtinare* 25, 22, 3. mutare , 18, 9, 6. alicujus ſequi *imitare factum , inſtitutum* , 14, 6, 3. conſilio alicujus moveri , *parere alicui* 10, 1, 3. conſilio privato , publico facere aliquid *per ſe , aut publica auctoritate* 16, 1, 2. *Caeſar* 3. *B. Civ.* una ex his navib. privato conſilio adminiſtrabatur. Loccen. a conſilio alicujus abhorrere 1, 3, 5. a

con-

conſilio abit res ad vires (*vel vices*) pugnantium 8, 1, 4. *v. not.* conſilia Lyſander init, reges tollere, *pro tollendi per Graeciſmum, de facinoſ. molition.* 6, 3, 1. conſiliis clandeſtinis operam dare, ut 23, 2, 2. conſiliorum omn. eſſe participem, *mox*: omnium rerum: v. 6. *inter requiſita ſcribae eſt ap. Graecos* 18, 1, 5. a conſiliis interiorib. removeri, *ſecretis*, 23, 2, 2. conſilium *pro ipſis hominibus in conſilium adhibitis.* ex conſilii ſententia 19, 4, 3. *Ciceronis Verr.* 3, 44. *& ad Att.* 10, 7. *eſt* de conſilii ſententia. conſilii voluntate cognita 18, 12, 3. *Sic* ad conſilium referre de *re aliqua, dicuntur principes aut duces belli, cum amicis & legatis ac tribunis deliberantes,* 18, 12, 1. *v. Gronov. ad Liv.* 44, 1. *& obſerv.* 3, 22. in conſilio ſemper adeſſe alicui, *eſt omnium conſiliorum eſſe participem, ut ibid. additur,* 18, 5, 6. *v.* adeſſe. *Sic Seneca de clement.* 1, 9. amici quos in conſilium rogaverat. *Ubi male Piſcator. mutabat*: in concilium.

Conſiſtere, *de acie inſtructa* 11, 2, 1. conſiſtit huic ſpes in ſe locique natura 4, 8, 3.

Conſobrina Pomponii Anicia 25, 2, 1.

Conſpicere locum quendam *digito monſtratum oculis conſectari, intueri* 14, 11, 5. in neutram partem conſpici poſſe, *i. e. ut nec defectum ad ſordes, nec exceſſum ad luxum interpretari ſive notare poſſis, ut Buchn. in Theſ. exponit.* 25, 13, 5. *v. not. Nempe* conſpici *dicuntur, quae velut eminent ac prae aliis notantur. Livius* 21, 4. *de Hannibale*: Veſtitus nihil inter aequales excellens: arma atque equi conſpiciebantur. *Idem* 35, 42. Regem conſpici debere. *Seneca* 3. *de beneficiis*: Beneficia conſpici volunt.

Conſpectus. in conſpectum alicujus venire, 9, 3, 2. 14, 10, 3. a conſpectu ſuorum recedere, *abſentia a patria notatur*, 12, 3, 4. ex conſpectu ingrator. hominum morte accedere 20, 1, 6. locus, qui eſt in conſpectu, *in propinquo, ut conſpici queat*, 14, 11, 4.

Conſtantes inimici *perpetui* 6, 2, 2. conſtantia praeferre aliquem alicui *conſtantiorem habere* 8, 1, 1. conſtantia vocis atque vultus Attici *morientis* 25, 22, 1.

Conſtat hoc inter omnes, *de notitia* 7, 1, 1. conſtat reditus pecuniae in his poſſeſſionibus, *conſiſtit* 25, 14, 3. *ſic*: conſtabat amoenitas domus non aedificio, ſed ſilva 25, 13, 2.

Conſtituere aliquid. (*vid. de hoc verbo Gronov. obſ.* 1, 1.) res quas Lyſander Athenis conſtituit, *quae ipſo auctore agenteque ſunt conſtitutae in procuratione reip. ſc.* ἐκείνου τῆς πολιτείας ἡγεμόνος 7, 10, 1. Boecler. conſtituere aciem navium, *inſtruere ad proel. naves* 23, 11, 1. oppidum, *condere* 5, 2, 2. pacem 13, 2, 2. res ſumma aequitate *quaſi fundare & firmiter ſiſtere, ut facile dejici nequeant*: *de ordinato regionis ſtatu* 1, 2, 2. *vid. Buchner. Theſ.* v. Statuo. *ita*: Cherſoneſum *v.* 4. conſtituendae reip. triumvir *ordinandae, inſtaurandae.* 25, 12, 2. *v.* Triumvir. conſtituere poteſtatem Xviralem, *inſtituere* 6, 2, 1. portum triplicem *aedificando communire* 2, 6, 1. alicui ſtatuam, *ponere*, 12, 1, 3. vineas, teſtudines. *mox* ſtatuere, 1, 7, 2. conſtituere urbem, *deſertam everſamque de integro condere, incolis & rep. formare* 15, 8, 5. *ubi tamen opt. libri habent* reſtituta. *quomodo & in loco* παραλλήλῳ *habetur* reſtituere 16, 4, 3. *v. not. & ſupra* condere. conſtituere, quantum quiſque daret, *definire, de arbitrio, judicio, conſilio* 3, 3, 1. conſtituere de aliquo, *ſententiam ferre* 18, 12, 1. conſtituere ſibi magnam auctoritatem pugna aliqua *comparare, ſtruere, vel & firmare.* 9, 1, 2. claſſem apud fluv. *collocare* 7, 8, 1. regnum alicui, *ſtabilire* 12, 2, 1. domicilium ſibi alicubi 2, 10, 2. *ſedem domicil. legere.* conſtituit deſciſcere *decernit. ſtatuit,* 14, 1, 5. *Sic ſaepe*

Cicero. Voſſ. conſtitutum antiquitus tectum, *aedificat.* 25, 13, 2.

Conſuevit hoc ſanctum eſſe apud omnes gentes *conſuetudine quadam religio rei apud omnes ſervata eſt* 16, 5, 1. civitas Athen. imperare cet. gentib. *diuturnitas praerogativae & potentiae ſignificatur* 9, 1, 4. conſuevere magiſtratus ſimul epulari *ſolent* 16, 2, 2. conſuevit haec vivere cum illo *de conſuetudine ſtupri* 7, 10, 6. *ubi tamen quid. expungunt τὸ* vivere. *v. not.*

Conſuetudo vitae, *inſtitutum.* 25, 14. 2. *ſic Ter. Heaut.* 2, 3, 42. cotidianae vitae conſuetudinem. *Eand. phraſin Adel.* 5, 3, 34. *reponit* Guyetus. *v. not. ejus.* conſuetudinis atque vitae alicujus imago 15, 1, 3. in conſuetudinem eam inducere milites, ut *ſic adſueſacere*, 11, 2, 1. conſuetudine, qua tum res gerebantur 25, 12, 3. *εὐφημιστικῶς hic mitigatur ea voce, quod ad vim dominationis clarius referendum erat.* Boecler. *ſic:* conſuetudo regum *ingenium* 14, 5, 4. conſuetudine ſua devincire ſibi aliquem *ὁμιλία, convictione, familiaritate*, 25, 1, 4.

Conſulere Apollinem, *conſilium ab Apoll. petere.* 1, 1, 2. conſulere ſibi *proſpicere, providere, niſi tamen gloſſema eſt.* *v. not.* 2, 8, 5. 25, 21, 5. *ſic:* conſulere rebus ſuis 6, 2, 3. *Bene notanda eſt ἔμφασις horum locorum, & phraſeos indoles. cum enim de ultimo veluti remedio cogitatur, Latine* conſulere ſibi *quis dicitur. Apud Caeſarem lib. 2. de bell. civ. Gaditani denuntiant Gallonio, ut ſua ſponte excederet Gadibus, ſi id non feciſſet,* ſibi conſilium capturos. *Alibi :* perterritis omnibus quisque ſibi conſulebat. *Effertur etiam ita :* ſalutis ſuae rationem habere. ſalutem ſibi (*fuga e. g.*) petere. ſibi, qua pote, ſalutem quaerere. Boecler. *v. Curt.* 5, 11, 2. *& Gronov. ad Liv.* 21, 16. *Cicero dixit* conſulere rationib. ſuis, *in epiſtolis.* conſulere male patriae, *utilitati ejus*

negligere 15, 10, 4. *novum afferre* 19, 2, 2. conſultum mittere *ſc. ad oraculum* 2, 2, 6.

Conſul (*praecipuus inter ordinarios Romae magiſtratus*) P. Corn. Scipio 23, 1, 3. 23, 4, 1. C. Flaminius 23, 4, 3. Romanorum C. Lutatius 22, 1, 3. iterum, P. Scipio Afric. 24, 2, 2. Ti. Sempron. Gracchus 23, 5, 3. conſul quinquies, *ſive* quintum 23, 5, 3. *v. not.* conſules C. Terentius & L. Paullus 23, 4, 4. Romae annui bini creabantur 23, 7, 4. conſulum praefecturae delatae Attico *a conſulibus, ut cum iis proficiſceretur in provinciam* 25, 6, 4. Quibus conſulibus, *quo anno* 22, 13, 1. *ſic :* conſulibus M. Cl. Marcello, Q. Fabio Labeone : L. Aemil. Paullo, & Cn. Baeb. Tamphilo : P. Corn. Cethego, M. Baeb. Tamphilo, ibid. M. Claudio, L. Furio 23, 7, 6. L. Cornelio, Q. Minutio 23, 8, 1. Conſulib. Q. Fabio Max. M. Claud. Marcello 24, 1, 2. L. Cotta & L. Torquato 25, 4, 5. Cn. Domitio, C. Soſio, 26, 22, 3. i. e. *eo anno ſub cujus initium hi conſules magiſtratum inierunt, ſolenni conſuetudine deſignandi temporis, Romanis ſcriptoribus.* Conſularis L. Flaminius, *qui geſſerat honorem conſulatus* 23, 12, 1. *ſic :* conſulares aliquot 23, 4, 4. conſulatum gerere cum aliquo. 24, 2, 1. *alibi :* in conſulatu collegam habere aliquem 24, 1, 1. in conſulatu priore *cum primum conſulatum gereret*, 24, 2, 2. de conſulatu Ciceronis liber 25, 8, 6.

Conſumere plurimum ſtudii in armis, *ſc. tractandis, de exercitio, quo diſcuntur αἱ μεταχειρίσεις τῶν ὅπλων* Boecl. 15, 2, 5. tot talenta in oppugnanda urbe 13, 1, 2. tot menſes in morbo, *tam diu aegrotare.* 25, 21, 3. conſumi morbo *interire* 21, 2, 1.

Contegere aliquem veſte *induere* 14, 3, 1.

Contemnere morbum *non admodum curare, tanq. levem* 25, 21, 2. *Sic :*

Con-

contemnentibus res illa perniciei fuit *negligentib. ut rem periculo carentem* 8, 2, 2. contemni in bello nihil debet, ibid. v. 3. contemtus eſt a tyrannis, 8, 2, 2. *mox:* deſpectus v. 3. *v. infra* deſpicere.

Contendere, ſua opera hoc factum *affirmare* 15, 8, 1. ſuam aetatem tuliſſe &c. 25, 12, 4. ap. aliquem, falſa ei eſſe delata, *aſſeveranter dicere* 2, 7, 2. quo contenderat *i. e. quo curſum direxerat* 13, 3, 4. 14, 6, 2. contendit Lacedaemonem 5, 3, 3. *Sic enim legendum e Mſſ. & vett. edd. v. not. Et* contendere Abydon. Juſtin. 2, 13, 6. ad Pruſiam, 32, 4, 5. Thebas, *Frontin.* 1, 4. Savaro. *Idem Juſtinus dixit* contendere Megaram 2, 8, 3. in Aſiam 5, 2, 2. in Graeciam 11, 2, 5. rus urbanum 32, 2, 3. contendere per loca ſola, *proficiſci* 18, 8, 6. contendere poſſe 15, 2, 5. *de curſu accipit Lambinus, vultque hanc eſſe ſententiam: eousque cucurriſſe, donec etiamnum currendo poſſet contendere; neque tantopere ſe currendo defatigaſſe, ut pedibus currere amplius non poſſet. Malim de lucta accipere (nam & luctantis eſt contendere) & ad τὸ* ſtans *referre. quomodo & Gronovius id videtur accepiſſe, vide not.* contendere cum barbaro, *bellum gerere* 9, 4, 3. contendere acie, *ſic q. mſſ. & edd.* 1, 4, 4. *ubi tamen alii habent* decernere. *v. not.* cum aliq. de principatu, *aemulationis certamen not.* 3, 1, 1. contendere inimica mente, *de acri concurſu in prael.* 18, 4, 2.

Contentio eſt inter hos, utrum, *acris & ambigua deliberatio* 1, 4, 4.

Contentus domo ea, 17, 7, 4. *Sic:* fortuna illa 7, 9, 4. honore *ſc. delatarum praefecturarum* 25, 6, 4. ordine equeſtri 25, 9, 1. contenti erimus uno teſtimonio *ſatis erit retuliſſe unicum teſtim.* 13, 4, 1.

Contexta hiſtoria, *opp. rebus ſparſim in epiſt. memoratis* 25, 16, 3.

Contigit ei, ut liberaret patr. *de rebus raris & praeclaris* 8, 1, 2. *Sic:* contigit huic uni, quod neſcio an ulli, ut 20, 1, 1. *Similiter Cicero ad Att.* 14. *poſt epiſt.* 77. contigit tibi, quod haud ſcio an nemini, ut ſumma ſeveritas, popularis eſſet. *Qui locus favet lectioni Lambinianae,* an nulli. *v. not. Vellejus* 2, 124, 2. Soli huic contigit paene diutius recuſare &c. *Et c.* 61, 3. Qui honor non alii contigerat.

Contineri beneficiis, odio alterius *ſcil. in amicitia. συνέχεσθαι, arctiſſime cohaerere* 14, 10, 4. contineri hoſpitio alicujus, *eſſe inter eos, qui foedere hoſpitii cum aliquo ſunt conjuncti* 6, 1, 5. *v.* hoſpit.

Continens. in continenti *ſub.* terra, *i. e. perpetua ſ. continua, non cincta mari, non interciſa: opp.* inſulis 1, 7, 3. *ſic, addita voce, quae modo ſubaudiebatur:* continens terra 2, 3, 2.

Continens ἐγκρατὴς 15, 3, 2. continentiae hoc ſignum eſt. *& mox:* continentis debet duci 25, 13, 4. *quid proprie noſcetur, exemplo locus ipſe explicat.* Boecl.

Contra ea, *pro quo alii ſimpl.* contra *praeſ.* 6, 9, 5, 4. 7, 8, 4, 15, 10, 4. ac fortaſſis & 15, 5, 6. *ubi v. not. adde Schopp. Inſtit. Gramm. pag.* 176. *ed. noviſſ. ſic & Caeſ. B. G.* 5, 29. *B. Civ.* 3, 74. *Salluſt. orat. ad Caeſar. princ. & alii loquuntur.*

e Contrario, 22, 1, 2. 11. 1, 4. *& in vulg. libris* 18. 1, 5. *ubi tamen rectius alii,* contrario *ſine praepoſ. Quomodo & Cicero locutus. vide Cl. Vorſt. de Latinit. merito ſuſp. cap.* 2. *p.* 27.

Contrahere claſſem, *comparare* 9, 4, 4. *ut ap. Vellej.* 4, 2, 2. *ſc.* 11. exercitum 14, 3, 5. contractae erant paulo ante copiae, *nuper conſcriptae, & ut adjicitur:* inexercitatae, 18, 3, 3. *Aliter* contrahere copias, *eſt diſperſas in unum conducere, colligere* 14, 7, 2. 18, 9, 1, 2. *quomodo ſaepe Curtius.*

Contumacius ſe gerere *de rebellione ſeu defectione* 5, 2, 5. *v. not.*

Contumelia (*exheredationis ſc.*) ſine induſtria non extinguitur 2, 1, 3. *v. not.*

Digitized by Google

Convenire. convenit hoc moribus illorum, *moribus gentis receptum eſt*, praef. 2. non convenit hoc prudentiae ejus, *non decet virum tam prud.* 18, 11, 3. *ſic*: negavit id convenire ſuae virtuti 17, 5, 3. non convenit *abſolute*, *i. e. non conſtat inter hiſtoricos.* Lamb. 23, 13, 1. ut conveniret Lacedaemoniis cum rege, *ut tollerentur controverſiae*, *pax conciliaretur*, *inter Lac. & r.* 17, 2, 3. *v. not.* convenire hoc in illum videtur, *ipſi hoc factum tribuendum videtur. ſuſpicio hujus rei in illum competit* 7, 3, 4. quae convenerant inter regem Pauſaniamque *de quib. pacti fuerant* 4, 4, 2. *Sic Petronius*: pariter ſecundum lectum conciderunt; ut putares hoc conveniſſe. *Ita*: non convenere conditiones, *pro*, *non convenit de conditionibus* 23, 6, 2. *ſic ſolent veteres. Livius* 30, 40. ſi conditiones convenirent pacis. *Et c.* 43. ſi pax conveniſſet. *Salluſt. Jug.* 45. pax convenit. *Juſtin.* 30, 3, 13. pax non convenit. *Adde Giſan. obſerv. Lat. L. pag.* 51. *Gronov. not. ad Statii Theb.* 6, 630. *& de pecun. vet.* 3, 13. *princ. ac Theſ. Buchneri.*

Convenire aliquem, *accedere* 10, 8, 3. 4. *&* 15, 4, 1. conveniendi alicujus poteſtatem habere 7, 9, 5. conveniendi alicujus gratia venire 10, 9, 2. aditum petentib. dare 4, 3, 3. convenire in colloquium 23, 6, 2. *v. not.* ad defendendum, *coire*, *congregari* 13, 4, 2.

Conventus Arcadum, *magnus ſenatus Arcadum*, *οἱ μύριοι. v. not.* 15, 6, 1. legationum 15, 6, 4. *v. inf.* legationes.

Convertere ad ſalutem quod ad perniciem fuerat cogitatum 14, 6, 8. *Terent. Andr.* 4, 1, 48. non poſſe jam ad ſalutem converti hoc malum. convertere ad ſe oculos omnium, *aſpici ab omnibus*, *aeſtimatione & admiratione virtutis*, *potentiae* 7, 3, 5. Boecl. *ſic Curt. de matre ac conjuge Darii* [illegible] *& de Roxane* 8, 4, 24. [illegible] convertere in ſe omnium mentes *dixit Flor.* 2, 17, 4. totum terrarum orbem, *Vellej.* 2, 31, 1. animum adoleſcentis regis *Livius* 24, 5. convertit ſe ad eum civitas, *opinione omnium deſtinabatur*, *qui libertatem & ſtatum reip. redderet* 25, 8, 1. *Cicero* 14. *ep. ad Attic.* 20. *ita effert*: reſp. pendet a Bruto, ab illo ſervabitur: Boecl. *Hac ipſa vero phraſi uſus idem in Somn. Scip. c.* 2. *qui locus iſtar* παραφράσεως *erit.* In te unum, *inquit*, atque in tuum nomen, ſe tota convertet civitas: te ſenatus, te omnes boni, te ſocii, te Latini intuebuntur: tu eris unus, in quo nitatur civitatis ſalus, &c. *Seneca de Clem.* 1, 4. Sequitur, ut is quoque carior ſit, in quem ſe reſpub. convertit. converſa ſubito fortuna eſt, *commutata* 25, 10, 1.

Convictus, *συμβιωσις*[illegible] 25, 8, 2.

Convivae Attici animo & ventre delectati 25, 14, 1. quales ab eod. vocati *v.* 2. convivio uxores Romani adhibebant, Graeci non item, *praefat.* 6. *&* 7. *v. not.* in convivio Attici anagnoſtae auditi 25, 18, 1.

Cooritur riſus 15, 8, 5.

Copiae *ſc. militum*, copiarum omne genus 18, 5, 2. copias ſuas deducere in camp. 1, 4, 2. barbarorum disjicere 1, 2, 1. educere ex urbe 1, 5, 2. traducere *ponte*, *alibi*: trajicere: *& mox v.* 4. tranſportare 1, 3, 1. copiis exiguis dimicare 1, 4, 5. cum tantis copiis Europam invadere, ut 2, 2, 4. copiis pedeſtribus plus valere quam navibus 7, 8, 2. pellere adverſarios 23, 11, 7.

Copioſa via, *mox*: omnium rerum abundans. *opp.* loca deſerta. 12, 8, 5. *Sic ap. Cic. pro Archia*: urbs copioſa, *in qua omnium rerum eſt copia.* Vorſt.

Copulam manu gerere, *ζεῦγλα*, *vinculum*, *lorum*, *quo ligantur canes venatici. Ovidius Triſt.* 5, 19. Lu-

Lucanum

ſtantem fruſtra copula dura tenet. *De cane venatico loquitur. adde Barth. adverſ.* 18, 14. copula talium virorum, *de Attico, qui inter aemulos, Cic. & Hortenſium, interceſſit veluti medius, effecitque ut nulla inter eos intercederet obtrectatio.* 25, 4, 5. *Sic Julia, Pompeji & Caeſaris* copula *fuit: qui enim illa neceſſitud ne continebantur adhuc, ſoluto per mortem Juliae foedere, ad arma prorupere.* male cohaerentis pignus concordiae, *Vellejo ob id dicitur.* Boecl.

Coquitur ei coena, *apparatur* 5, 4, 3. cocta cibaria 18, 8, 7. *v. not.*

Corcyram ſub imperium Athen. redigit Timoth. 13, 2, 1. demigrat Themiſtocles 2, 8, 3, Corcyraeum bellum *cum Corcyraeis geſtum* 2, 2, 1. Corcyraeos frangit claſſis Athen 2, 2, 3.

Corinthus a tyranno liberatur, 20, 1, 1. eam oppugnare non vult Ageſilaus 17, 5, 3. circa eam confertur omne bellum 17, 5, 1. Corinthium bellum unde appellatum, ibid. *Diodoro, Pauſaniae, aliis,* πόλεμος Κορινθιακός. *v. not.* Corinthii ſaepe adjuti Dionyſiorum opibus 20, 2, 2.

Cornelius L. coſ. 23, 8, 1. Cornelius Cethegus. *v.* Cethegus.

Cornelius *Scipio. v.* Scipio.

Cornu alterum tenere *de parte aciei* 16, 4, 3. quo cornu rem geſſit 23, 8, 4. *v. not. & de duob. aciei cornibus Lipſ. de Mil. Rom.* 2, 7. in cornibus jumentorum deligata ſarmenta 23, 5, 2.

Corona aurea Romanis a Karthag. legatis donatur 23, 72. *Inter dona victoribus aut praepotentib. cultus cauſa & gratulationis mitti ſolita per legatos, ſaepe* coronae aureae *memorantur. Ap. Curt.* 4, 2, 2. *Tyrii Alexandro coronam auream, donum ferebant. v. Cl. Berneg. ad Juſt.* 11, 10, 10. e Boecl. *adde not. ad* 7, 6, 3.

Coronis aureis donati Olympii victores & Alcibiades 7, 6. 3. *vid.* Olymp. coronis aureis donatus interfectus Pelopidas 16, 5, 5. *quadratae immanive intelligit Paſchalius de Coron. l. 7. c. 5. Alias etiam in coronis mortuorum aureae memorantur. Sic honoris ergo* auream coronam *Caſtricio mortuo imponendam Pergamenos decreviſſe, auctor eſt Cicero in orat. pro Flacco c. 31. v. Kirchm. de ſun. l. 1, 11. Verum, ut dixi, haec nihil ad h. l.* Tropaea, coronae, arma, *ap. Plutarch. juncta ſatis oſtend. ſenſum,* Boecl. *Add. Pet. Fabri Agoniſtic. pag.* 325. *Dalechamp. ad Plin.* 21, 3. *Freinshem. ad Curt.* 4. 5, 11. *Sic:* corona aurea cadaveri Marcelli impoſita Fr. 7, 3. *ubi vid. notae.* coronae, *inter munera Aegyptiorum miſſa ad Ageſil.* 17, 8, 4. *convivales, ſed pretioſas intell. Paſchal. de Cor.* 2, 3. Boecl. *Magius papyraceas fuiſſe putat. v. not.* corona [honoris] facta duabus virgulis oleaginis a populo Ath. data Thraſybulo 8, 4, 1. *v.* oleag.

Coronea, *urbs Boeotiae* 17, 4, 5.

Corpus mortui *cadaver.* 4, 5, 5, corporis dignitas non minimum commendatur (*ſive, ut Lamb.* commendat) 10, 1, 2. firmitas 15, 3, 1, corporis maximi homo 14, 3, 1. corpore & ſtatura (*al.* corporis ſtat.) ſimilis 14, 9, 3. corpore exiguo eſſe 17, 8, 1. in corpore fingendo naturam maleficam naciſci, ib.

Corripere & complecti partes omnium, *omnium potentiam ad ſe trahere* 18, 2, 3. Diod. Sic. *lib.* 18. *eſt* τῶν ἄλλων ἡγεμόνων περιαιρεῖσθαι τὰς ἐξουσίας. *Tacit. A.* 11, 8, 4. neque cunctatur quin proximas praefecturas corripiat. Gebh.

Corrumpere Delphos, *ſacerdotes orac. Delphici* 6. 3, 2. aliquem pecunia 15, 4, 1. corruptus a rege, *ſc. pecuniae aliave, qua perſidia emitur, ratione* 1, 7, 5. corruptis civitatis moribus *depravatis, perverſis*, 25, 6, 2.

Cotta L. Coſ. 25, 4, 5.

Cotys *rex Traciae* 13, 1, 2. ejus filia 11, 3, 4.

Craſtinus. in craſtinum differre rem *ſc. diem* 16, 3, 2.

Craterus *unus e ducibus Alex. M.* 18, 2, 2. cadit 18, 4, 1.

Creantur praetores 1, 4, 4. reges 23, 7, 4.

Creber ſententiis *de bono oratore Fr.* 5, 5.

Credere fortunas ſuas fidei alicujus 23, 9, 3. pecuniam alicui ſine foenore, *mutuo dare* 25, 9, 5. credere alicui plurimum de re aliqua, *fide digniſſ. judicare in eo argumento* 9, 5, 4. credimus, *pro, ut credimus* 25, 18, 5. vix credendum ſit 25, 18, 6. creditur huic cuſtodia pontis, *pons tuendus committitur* 1, 3, 2. *ſic Terent. Heaut.* 1, 5, 2. eis commiſi & credidi. *Petron.* crede ratem ventis, animum ne crede puellis. Buchn.

Cremare mortuum, 7, 10, 7. *v. not.*

Creſcere aes alienum multiplic. uſuris non patiebatur Atticus 25, 3, 5. dignitate, fortuna, gratia 25, 21, 1. fama, opibus, *v. not.* 7, 7, 5. crevit amicitia extr. aetatem *aucta eſt in ſenectutem uſque* 25, 20, 3. crevit virtutum laude, quoad vixit, Cato 24, 2, 3. creſcunt opes Lacedaemoniorum 7, 5, 3.

Cretenſium avaritia deluſa 29, 9, 2. & 3.

Crimen harum rerum apertum, *delictum* 4, 3, 7. crimine Pario accuſari, *notanter ſic ponitur crimen, quo accuſatur quis, ut opponatur cauſſae, qua damnatur.* Boecler. 1, 8, 1. crimina adverſariorum *criminationes, obtrectationes* 15, 7, 3. Burm. ad Ovid. 1. Met. 766. in crimen vocari *accuſari* 13, 3, 5. *Ovid. de Ponto* 4, 14. inque novum crimen carmina noſtra vocat. crimine aliquo compellari ab inim. *accuſari*, 7, 4, 1. *ubi tamen alii leg.* compelli in contentionem. *v. not.* invidiae accuſari, ibid. *niſi malis cum ed. Ultraj. legi* invidia criminis.

Crimeſſus *Siciliae flumen, aliis* Crimiſus, *Graecis* Κριμισσὸς *aut* Κριμισὸς *&* Κριμινὸς; *de quo ejusque nomine, ac vero ſitu Cluver. prolixe Sicil. ant.* 2, 2. *Originem nominis inveſtigat Bochart. de col. Phoen.* 1, 29.

Crithothen *urbem Helleſponti* accipiunt Athen. 20, 1, 3. *Sic enim vid. legendum. Vulgo eſt* Erichthonem. *In MSS. q.* Crithonem. *v. not.*

Critias Athenienſ. tyrannus mittit ad Lyſandrum 7, 10, 1. dux tyrannorum Athen. cadit in praelio 8, 2, 7.

Crudelitas Lyſandri 6, 2, 1. eſt in victoria 30, 2, 2. crudelitas civium erga nobiles 7, 4, 4.

Cruentare manus ſanguine ſuorum, *de iis, qui ſe miſcent bellis civilibus* 15, 10, 3.

Cubitus. in cubitum innixus 25, 21, 5.

Culei a milit. comparati, *facci, una cum utribus, inter vaſa militaria, trajiciendo amni, &c.* 18, 8, 7.

Culpae ſuae tribuere aliquid 7, 6, 2, alicujus omnia tribuere 7, 7, 2. culpa (*vel, ut alii,* culpa ſua) rem male gerere 11, 1, 2.

Cultus domeſticus, *uſus familiae* 25, 13, 4. quotidianus 25, 14, 2. cultum veſtitumque mutare 4, 3, 1. cultus parſimonia 7, 11, 4. *hac voce notantur ea, quibus in externo paratu, famulitio, veſtitu, & ſimilibus indigent homines aut utuntur.* Boecl. cultus regius, *mox:* ornatus 14, 3, 1.

Cum, *Adverb. temporis.* cum bellum inferre voluit, *quo tempore* 11, 2, 4. cum primum potuit, *ubi primum, ut primum* 20, 3, 4. *Notanda eſt elegans hujus vocis & veluti tranſpoſita uſurpatio, ad hunc modum:* dimidium ſpatium confecerat, cum allata eſt ſulpicio, *pro, cum dimid. ſpat. confeciſſet, allata eſt ſ.* 18, 9, 1. *ita ſaepe Curtius & Poetae. Virg. Aen.* Vix e conſpectu Siculae telluris in altum Vela dabant, cum Juno &c. Voſſ. *v. Bang. obſ. philol. lib.* 2, *pag.* 1182. cum eo perveniſſet, *de futuro*, 1, 2, 4. cum, *conjunctiv.* cum humanitas, tum comitas, *eleganti copulandi ſignificatu,*

Digitized by Google

gnificatu, *de quo idem Bang. pag.* 1276. *Turſellin. de partic. Lat. L. cap.* 39. *Buchn. Theſ.* cum gloria, tum etiam licentia 18, 8, 2. *Sic & Cicero. vid. Turſell. l. c.* cum non petivit, *cum interim non peteret*, 14, 10, 3. *ſic*: cum ſuperior praelio diſceſſiſſet, cum exercitus ter ei juraſſet, cum ei eſſet infenſiſſimus, *cum tamen, etſi &c.* 18, 10, 2, & 3. cum tantis rebus praefuiſſet 3, 3, 2. *Sic Seneca contr.* 10. Latronis admirator erat, cum diverſum ſequeretur dicendi genus, *quem locum perperam ſollicitat Schultingius. Quomodo & Cicero ac Horatius hac particula uſi. v. Giſan. append. obſerv. pag.* 291. cum quidem. *v.* quidem.

Cumcum adeo excellebat. *Sic Mſſ. Dan.* 3, 1, 2. *pro* quamquam. *Sic & alios loquutos, docet nobil. Heinſ. ad Ovid.*

Cum *praepoſitio.* cum eo, *ope & tempore ejus* 15, 10, 4. *in q. edd. Sed leg. eſt* contra ea. *v. not.* cum aliquibus eſſe *praeſentia aut ſocietas indicatur*, 18, 10, 2. *Sic*: cum Aegyptiis bellum gerere *adv.* regem *in ſocietate Aegyptiorum* 12, 3, 9. cum quibus ne arma contra te ferrem 25, 4, 2. *vide ſup.* bellum. cum offenſione magna civium redire 1, 7, 4. cum ſumma offenſione alicujus remanere 25, 7, 4. *comitante, ſubſequente offenſ. Ad hunc modum Juſtinus* 7, 2, 5. cum amore popularium adminiſtrato regno. Vorſt. cum tanto ſcelere domum redire, *admiſſo tali ſcelere; vel, macula ſceleris inquinatum*, 22, 1, 6. cum epiſtola mittere aliquem ad 4, 2, 5. cum imperio habere aliquem apud exerc. *praefeciſſe exercitui* 23, 7, 3. *Sic Cic. pro Flacco*: qui nuper ſummo cum imperio fuerit. Vorſt.

Cuncta Graecia *univerſa* 2, 9, 4.

Cupere. cupit ſe tecum adfinitate conjungi 4, 2. 3. uterque ſe principem eſſe 25, 20, 5. *in quibus vulgo* τὸ ſe *omittitur. v. inf.* ſe.

Cupidus. nullius rei cupidus, niſi ſingularis imperii 21, 2, 2. non cupidior ſalutis, quam fidei *ſcil. amico opprimendo ſervandae.* 18, 3, 1. cupidiſſimus litterarum 24, 3, 1. cupide elaboro, *vehementer ſtudeo* 3, 1, 4. cupiditas hujus major intercedit ea in re *impetus animi cupientis* 10, 1, 3. cupiditatem habere noticiae clar. virorum *ſtudium* 25, 18, 4. ad cupiditatem imperii trahi conſuetudine 1, 8, 2. cupiditate bellandi flagrare 22, 1, 3. incendere aliq. 23, 2, 1. mirabili pugnandi flagrare 1, 5, 1. cupiditate aliqua rapi in Macedoniam *vehementiore deſiderio* 18, 6, 2. cupiditate diſſentire *ſc. imperii; non odio tyrannidis, ut additur*, 20, 2, 3. a cupiditate pecuniae tantum abeſſe ut 25, 12, 2. cupiditatibus turpiſſimis imbui, *volupt.* 10, 4. 3.

Cura, *ſtudium, diligentia.* curam diligentiamque adhibere 25, 21, 5. curae ſibi habere aliquid 25, 20, 4. cura omnes vincere 18, 1, 3. magna cuſtodire 23, 9, 4. non ſine cura rem adminiſtrare 9, 4, 3.

Curo per hunc ut id fiat 15, 4, 5. curare praeceptum diligenter, *efficere* 18, 9, 5. curare aliquem interficiendum, *de auctore, & mandante* 20, 1, 4. 10, 6, 3. curare rem deportandam ad 18, 13, 4. reficiendos muros 9, 4, 5. legem ferendam *de legislatore* 8, 3, 3.

Curatio *ſc. morbi* 25, 21, 3.

Currendo exerceri 15, 2, 5. *vid. Hier. Mercurial. l.* 1. *c.* 10. curſor 1, 4, 3. *v. not.* curſum dirigere aliquo, ὁ πλόος, *de navigatione* 1, 1, 6. *ſic etiam Caeſ. B. civ.* 3, 25. *Vellej.* 1, 4, 1. *&* 2, 19, 4. *Curt.* 10, 1, 17. *Cic. de nat. deor.* 2, 131. *Juſtin.* 22, 5, 1. *loquuti. Hinc paſſim* curſus *pro maritima profectione, ſeu potius ordine ejus. Ut apud Cic. ad fam.* 13. *ep.* 68. ex quibus cognovi curſus navigationum tuarum. *adde Clar. Vorſt. de Lat. falſ. ſuſp. c.* 3. *pag.* 22. *&* currere *pro* navigare. *vide Lamb. ad Horat. l.* 1. *oda.* 28. *Et*

apud

apud noſtrum tranſcurrere Helleſpontum *in q. edd.* 18, 3, 3.

Cuſtos gazae regiae 14, 5, 3. cuſtodem in hortis imponere (*vel, ut alii*, ponere) *qui fructus cuſtodiat* 5, 4, 1. *v. not.* cuſtodes pontis 1, 3. 1. corporis, *σωματοφύλακες* 14, 9, 3. *ap. Alexand.* 18, 7, 1. *qui quales fuerint, explicat Curt.* 5, 1, 42. *ubi v. com. Freinsh.* cuſtodes appoſiti puero, *luxuriae correctores* 10, 4, 5. *Sic Horat.* 3. *od.* 4. nequitiae appoſitus cuſtos. *ubi v. not. Lamb. & ſup.* apponere. cuſtodibus datis *praeſidio militari, a qua captivi deducerentur, Freinsh.* 2, 2. cuſtodum praefectus *ſc. qui captivos cuſtodiebant* 18, 11, 1. cuſtodib. ſepire domum 10, 9, 1. a cuſtodibus ſe ſubducere 7, 4, 4.

Cuſtodia, *vincula, captivitas. hinc*: in cuſtodiam dare aliquem 18, 11, 1. conjici 19, 3, 4. cuſtodia eadem teneri *eodem carcere* 5, 3, 1. penes quem ſumma eſt imperii cuſtodiae 18, 11, 3. cuſtodia illa creditur huic *pontis tuendi cura* 1, 3, 2.

Cuſtodire templum ab aliquo 23, 9, 4.

Cyclades inſulae *maris Aegei, circulari figura ſitae, vulgo Inſulae Archipelagi*, a Miltiade ſubactae 25, 2, 5.

Cyme, *urbs maritima Aeolidis in ora ſinus Smirnaei, hodie* Focja nova, *clara clade Turcarum an.* 1650. *vide Ferrar. Lex. Geogr. cum addit. Baudrandi. Memorant Mela* 1, 18. *Plin. N. H.* 5, 30. *& epitome Stephani.* 7, 7, 1.

Cyprus, *inſula Aſiae in mari Syriaco.* In eam mittitur cum claſſe Pauſanias 4, 2, 1. Cypri bellum gerit Chabrias 12, 2, 2. *ſub.* in inſula, *vel* regno. *Sic & alii loquuti, ut docet Voſſ. de conſtruct. cap.* 25. Cypriorum claſſem capit Cimon 5, 2, 2.

Cyrenae, *urbs Libyae, praecipua provinciae Cyraenaicae, ubi hodie regnum Barcae, verſus Syrtim magnam: vulgo* Cairoan. *Meminit Strabo, Plinius, alii.* 17, 8, 6. Cyrenaei, 23, 8, 1.

Cyrus (*major*) rex Perſarum, in praelio cadit 21, 1, 2. Cyrus (*minor*) frater Artaxerxis *Mnem.* bellum fratri parat 7, 9, 5. ſuperatus a fratre opera Tiſſaphernis 9, 3, 1. *De nomine* Cyri, *poſt alios Rupert. ad Beſold. Uſſer. annal. V. T. tom.* 1. *pag.* 146.

Cyzicum obſidione liberat Timotheus 13, 1, 2.

D.

Damnare aliquem capitis 4, 3, 4. *& alibi.* damnari capitis 18, 5, 1. proditionis 2, 8, 2. ſacrilegii 7, 6, 4. *Ubique* de crimine *ſubaudiri volunt Sanctius, Scioppius in Gramm. Philoſ. & Voſſ. de conſtr. c.* 26. *repugnante Cl. Vorſtio de Latin. merito ſuſp. c.* 19. *qui mallet Graeciſmum eſſe, ac ſubaud.* ἕνεκα; *vel ſuppleri vocem* nomine. *quod poſterius etiam Scioppio in acceſſionibus ad Minervam Sanctianam pag.* 293. *in mentem veniſſe video. Non nego id ſubaudiri poſſe: ſed tamen nec alterum plane improbare auſim; cum diſerte veteres dixerint* damnare crimine diri fati, impudicitiae, adulterii, mortis, ſceleris; *ſum*, accuſare crimine inceſti, arguere crimine pigritiae, furibundae mentis, abſolvere crimine commotae mentis. *vide Sanctium p.* 293. *unde ſimul patet, etiam ad τὸ* ſceleris *vocem* crimine *ſubaudiri poſſe*, & mortis *quoque vocem heic uſurpari: quod utrumque negabat vir doctus. In aliis a. exemplis, ubi illud* crimine *locum non habet, Ablativus alius ſubaudiri poteſt; aliculi & ipſum nomen* damno, *ut heic in duobus prioribus exemplis.* damnari timore, *populi ſcil. de cauſa impellente*, 2, 8, 1. damnatus voti 20, 5, 3. Damnari voti, *eſt, neceſſitate perſolvendi voti obligari. Sic Vergil.* reus voti. Lambin. *Macrobius* 3. *Saturn.* 2. *Haec vox, ait*, voti reus *propria eſt ſacrorum, ut REUS vocetur, qui ſuſcepto voto ſe nu-*

numinibus obligat : DAMNATUS autem , qui promiſſa ſolv. adeoque compos voti factus. vid. omnino Briſſ. Form. 1. Boecl. *Adde Gruter. not. ad Livii l.* 8. *& Interpp. ad illud Virg. Eclog.* 5, 80. damnabis tu quoque votis. *Atque ſic & Livius ſemel iterumque loquutus ; ut docet Voſſ. l. c. qui ſupplendum exiſtimat* obligatione *aut* perſolutione, *aut ſimili voce. Poſſis & ſubaudire* de damno, *ut* voti *vocabulo res vota deſignetur, ſicuti cum dicimus* potiri votis, *ſub.* rebus. damnatio, *de mulcta impoſita* 1, 8, 1.

Damon, *muſicus* 15, 2, 1. *vid. not.*

Dare petentib. aditum conveniendi 4, 3, 3. alicui annum temporis de his rebus 2, 9, 4. *v. not. Paullo aliter :* dato tempore ad comparandum *relicto ſpatio temporis conjuratis, quo compararent bellum* 23, 2, 3. donum Apollini victoriae ergo, *offerre, conſecrare*, 4, 1, 3. *vide infra* donum. alicui fidem *jurare* 23, 2, 4. fidem de re, *ſuper re* 14, 10, 1. filiam in matrimonium 22, 3, 2. filiam nuptum 4, 2, 2. & 10, 1, 1. imperium urbis, *praeficere urbi* 1, 3, 1. *ſic ſaepe Curt. ut* 3, 3, 1. *&* 3, 13, 14. dare manum *ſive potius* manus, *v. not. victum ſe confiteri* 22, 1, 4. occaſionem ſui opprimendi 10, 4, 1. operam ut 2, 7, 1. operam honoribus, *capeſſere honor.* 24, 1, 1. operam palaeſtrae, *ſtudere.* 15, 2, 4. operam rei familiari *ſcil. tuendae augendaeque* 25, 4, 3. poteſtatem *ſc. belli gerendi* 17, 2, 2. praeſidii quod ſatis eſt 2, 8, 5. ſignum *ſc. rei patrandae* 1, 7, 3. ſignum pugnae 23, 11, 1. ſignum praelii 11, 2, 2. tantum pecuniae ad claſſes aedificandas *conferre* 3, 3, 1. *Sic :* quantum quiſque daret *ad ſublevandos amicos ſcil.* 1, 3, 5. tempus, diem, *ex compoſito, praefinire* 16, 2, 5. tempus litteris *impendere, tribuere* 2, 10, 1. teſtimonium ad 6, 4, 1. vela ventis, *de navibus in altum provectis* 23, 8, 2. veniam *concedere, annuere poſtulatis* 2, 10, 1. eam veniam, *in eo annuere* 4, 4, 6. 10, 2, 2. 18, 6, 4. *v.* venia. dare alicui jusjurandum, *jurare* 23, 2, 5. *ſic* Plaut. *Moſtell.* 5, 1, 36. *&* Ter. *Hec.* 4, 4, 75. alicui claſſem 1, 7, 1. crimini, *arguere* 15, 8, 2. decem millia peditum 1, 4, 1. id negotii 9, 4, 1. populo talenta aliquot muneri 17, 8, 6. negotium alicui, qui ſimulet ſe inimicum 10, 8, 2. ut interficiat, 7, 10, 4. poenas civibus *puniri* 1, 3, 5. poteſtates ſummas amicis 16, 1, 4. alicui ſoporem, *porrigere medicamentum ſoporiferum* 10, 2, 5. *ſic* dare medicamentum *Curt.* 6, 10, 34. venenum, *id.* 10, 10, 14. *&c.* ſtatuam *ponere* 13, 2, 3. ſupplicium multitudine aliqua *ſc. caeſorum hominum. vid.* ſupplicium. *puniri propter aliquem* 17, 5, 2. verba, *re & facto per dolum eludere* 23, 5, 2. veſtitum ſuum, *permutatione facta* 14, 9, 3. ſororem ſuam uxorem *collocare, concedere, de marito illius alteri conjuge ſua cedente*, 5, 1, 3. librum teſtimonii loco 6, 4, 3. aliquem in cuſtodiam, *in vincula conjicere* 18, 11, 1. ſe duritiae *operam dare. de inſtituto vitae* 7, 11, 4. *Sic Cic. Verr.* 5. dare ſe labori atque itineribus ; *& alibi :* rei familiari vitaeque ruſticae. ſe fluctibus civilibus, *committere* 25, 6, 1. ſe totum reip. 2, 1, 3. *Ita q. edd. ſed rectius alii*, dedere. ſe adverſariis alicujus *applicare ſe illis, in eorum partes concedere*, 25, 9, 2. *v. not. ſic* dare ſe legionibus *ap. Tacit. Ann.* 1, 31, 1. *& ap. Terent.* dare & dedere ſe alicui. *v. Chreſtomath. Boecleri.* ſenatum legatis, *diem dare, ut ſenatum adire, mandataque ſua & poſtulata exponere poſſint* 23, 7, 6. *propria vox. vide Briſſon. form. l.* 2. Boecl. *Sic apud Liv.* 35, 33, *&* 40. concilium datum legatis. datur hoſti locus nocendi *occaſio* 22, 1, 2. huic facultas perorandi, dicendi cauſam 29, 4, 2. alicui aliquis adjutor 9, 4, 2. 12, 2, 2. *ſc. in bello.* ſumma belli *committitur* 16, 5, 1.

huic

huic facultas vivendi pro dignit. *relinquitur* 25, 2, 2. accubanti epiſtola *offertur* 16, 3, 2. datur occaſio a fortuna 1, 3, 3. dantur dotes filiabus Ariſt. de aerario 3, 3, 3. alicui in conſilium duo ſapientes *tanquam adjutores & conſiliarii* 13, 3, 2. collegae *duci belli* 7, 3, 1. data occaſione 22, 1, 2. data dextra recipere in fidem 2, 8, 4. dati ad ſupplicium, *publico ſupplicio affecti* 4, 5, 5. datum muneri caſtellum 23, 12, 3.

Darius Hyſtaſpis F. Perſarum rex 21, 1, 2. *adverſus Scythas infeliciter bellat* 1, 3, 3. *Graeciae dominatum agitat* 1, 4, 1. &c. *pugna Marathonia vincitur* 1, 5, 5. Darii regis praefectus *Ochi ſc.* 7, 5, 2.

DATAMES *bello Artaxerxis in Caduſios illuſtratus, patri ſucceſſit* 14, 1, 4. *adverſus defectores quoque magni fuit ejus opera* c. 2. 1. *Thyum vincit capitque* v. 4. *quem inſolito ornatu regi adducit* cap 3, 2. &c. *Aſpim imprudentem opprimit* c. 4, 5. *hinc benevolentia regis, aulicorum invidia* c. 5, 2. *quorum inſidias Pandates Datami aperit* v. 3. *&c. igitur deficit a rege* v. 6. *adverſus Piſidas proficiſcitur* c. 6, 1. & 2. *defectionem ſoceri egregie diſſimulat* v. 3. *&* 4. *hoſtem vincit* v. 7. *a filio proditur regi* c. 7, 1, *cujus exercitum ingentem adverſus ſe miſſum concidit* c. 8, 3. *ad pacem invitatur* v. 5. *mox inſidiis appetitur, quarum primas diſentit* c. 9, 1. &c. *denique Mithridates imagine amicitiae virum illicit.* c. 10. *& in colloquiis per fraudem interficit* c. 11.

Datis claſſi Perſ. praeficitur 1, 4, 1.

Dea pax 13, 2, 2. *nam ethnici* πάντα *θεοποιοῦσι, praeſertim* τὰ ἠθικὰ, *virtutes, vitia &c.* Boecl.

De exercitu non amplius hominum mille cecidit 14, 8, 3. non poteſt reperiri, neque de Graecis rebus, neque de Ital. quod 24, 3, 2. de ſervis ſuis fideliſſimum miſit *ex* 2, 4, 3. *Sic*: de ſuis triginta habuit ſecum 8, 2, 1. de his qui 2, 9, 1. *Ita Livius* 38, 54. Quem eam rem velit Senatus quaerere de iis, qui praetores nunc ſunt. quid facerent de reb. ſuis, *alias*, rebus ſuis, *vid. inf.* facere. 2, 2, 6. de vehiculo loqui *ex*, *de eo qui inſidet veh.* 20, 4, 2. de rep. nil capere praeter 15, 3, 4. de quotidiano cultu nihil mutare, *ex*, 25, 14, 2. de aliquo ſupplicium ſumere *ab aliquo, ut loquitur Valer. Max.* 4, 1. *Quomodo Terent.* De Davo ſupplicium. Vorſt. de ſua re in jus ire *propter negocium proprium* 25, 6, 3. de templo efferri *ex* 4, 5, 4.

Debere *de honeſtate, ſive eo, quod fieri decet.* hic debet ſuos noſſe 9, 4, 1. debent hi habere partem regni 10, 2, 4. quantum deberet paterfam. tantum operae dedit rei fam. 25, 4, 3.

De neceſſitate. debent bello exercitati eſſe, qui 15, 5, 4.

De aere alieno debere, eos longius non eſt paſſus, *de aeris alieni ſolvendi tempore obſervato* 25, 2, 4.

Debilitantur animi militum *terrentur* 14, 6, 1. debilitari invidia civium, *premi, collabefieri* 33, 1, 2. debilitari *dicuntur etiam* opes adverſariorum, *potentia inclinata & decreſcente h. e. frangi, imminui.* 17, 5, 2.

Debitum naturae reddere, *mori* [illegible] *mortis* 21, 1, 5. *Nam, ut ait Flaccus,* debemus morti nos noſtraque. *Sic fere Cicero pro Cluentio*: & naturae & legibus ſatisfecit: quem leges exſilio, natura morte multavit. Lamb. *Idem Phil.* 14. *extr.* O fortunata mors, quae naturae debita, &c. *Lucret.* 3, 985. vitaque mancupio nulli datur, omnib. uſu. *Plura Gebh. ad h. l.*

Decedere, *mori* 3, 3, 3. 21, 2, 3. *ſub.* de vita. decedere morte ex conſpectu hominum *ſignificanter de morte voluntaria taedio ingratitudinis ſumta* 20, 1, 6. decedere in vinculis 5, 1, 1. in magna paupertate 3, 3, 1. decedere de foro. *publico abſtinere & luce fori*, 25, 10, 2. decedere Sicilia 22, 1. 5. ex provincia,

tia, 24, 1, 3. decedit febris, *deſinit &c.* 25, 22, 3. *ut ap. Cicer.* 7. *ep.* 2. *& ad Att.* deceſſit quartana: *& ap. Ter.* decedit ira *Hec.* 3, 5. 55. poſt deceſſum Dionyſii, *diſceſſum, poſtquam Syracuſis exceſſiſſet*, 20, 2, 3.

Decemplex (*ſic MSS. male v. Lamb.* decuplex) numerus hoſtium *δεκαπλάσιος, decem partibus ſuperior* 1, 5, 5. *v. Paſchal. de Coron.* 5, 33. Boecl.

Decemviri in civitatibus *6*, 1, 5. *v. not.* decemviralis poteſtas, *de eorundem imperio* 6, 2, 1.

Decelia, *penult. producta*, Δεκέλεια, *Frontino* 1, 3, 9. Decelea, (*ubi v. not. Keuchenii*) *oppidum Atticae* 7, 4, 7.

Decernere cum aliquo, *dimicare, confligere* 23, 4, 1. exercitu integro 18, 9, 6. claſſe 23, 10, 4. *v not. Similiter Curt.* 3, 1, 1. Darius ſtatuit ipſe decernere. *& paſſim Cic. aliique. Integrum eſt* decernere acie 1, 4, 4. (*niſi tamen ibi leg. eſt*, contenderent *vel* cernerent. *de quo v. not.*) *ſive* praelio decernere, *ut ap. Juſtin.* 13, 8, 4. *Simplici* cernere, *ſic uſi Lucret.* 5, 394. *Ennius Ann.* 6. *& in Medea, Virgil. Aen.* 12, 709. *Plaut. Bach.* 3, 2, 15. *&c. utrumque factum imitatione Graecorum, quibus κρίνειν τὸ πόλεμον & διακρίνειν, eſt praelio dimicare, & ſignis collatis concurrere.* decrevit bellum inferre, *conſtituit* 1, 3, 1. decreverunt illud tempus exſpectandum 7, 4, 2. decernere alicui honores, 7, 7, 1. ſtatuas 1, 6, 4. *decreto publico conferre. proprium in hac re id verbum fuit. vid. Emund. Figrel. de ſtatuis illuſtr. Rom.* 6, 15. decreta populi *Athen.* 19, 2, 3.

Decertare claſſe, *ſic q. edd.* 23, 10, 4. *ſicut* acie. *MS. Schotti* 1, 4, 4. *Sed aliter utroque loco libri meliores. v. not.*

Decidere ex equo in terram 18, 4, 2. decidere, *dejici de fortuna, de ſtatu ſuo*, 18, 11, 5. *nam* cadere *&* decidere *dicuntur, qui adverſam fortunam incurrunt. Vide Laberii mimos.* Buchn. h. l. *qui & Laberianos verſus exhibet emendatque in Theſ. v.* cado. *Iis ſimile eſt illud Senecae contrpv. lib,* 3. *praef.* Saepe illi bene ceſſit, ſaepe decidit.

Declarare quid in re aliqua *oſtendere, documentum ejus dare* 11, 3, 2. imaginem conſuetudinis atque vitae alicujus *exprimere ſcribendo* 15, 1, 3. res tantas tam breviter *ſufficienter explicare verbis paucis* 25. 18, 6. declaratur navis ducis, *oſtenditur quae ſit* 23, 11, 2.

Decorum moribus noſtris, *praef.* 6. *τὰ πρέποντα intellig. honeſta aut honeſto non adverſa.* Boecl.

Decurrere in ſpatio, *de equis exerceri curſu ſolitis* 18, 5, 5. *Eleganter Virgil.* 5. *Aen.* Pelago decurrit aperto. *Cic. Tuſc.* 5. Video calcem, ad quem cum ſit decurſum, *Lucret.* 4. *tranſlate dixit* ſpatium decurrere amoris. Lamb. *Alii* vitae, *vel aetatis.*

Dedere ſe *de victo* 14, 4, 5. ſe totum reipub. *de rudimentis civilium officiorum*, 2, 1, 3. *v. not.* ne dederetur timet Hannibal, *ſc. Romanis* 23, 9, 1. qui eum dedi volunt, *tradi in ſuam poteſtatem* 23, 12, 2. deditum eſſe alicui, *ut praeceptori diſcipulus, diligentia, ſtudio, amore* 15, 2, 2. deditus rebus Venereis 7, 11, 4. vino, epulis, 16, 3, 1.

Deducere aliquem ſecum, *ſibi adſciſcere comitem* 25, 4, 2. ex provincia *Romam ſc.* 24, 1, 3. copias in camp. 1, 4, 2. regem, *ex Tracia ut huc veniat efficere, accire* 7, 8, 3. *ubi tamen alii leg.* inducere. *ſed ſine neceſſitate. v. not.* Deducere *aliquando idem eſt ac* perducere, conciliare. *v. Suet. Caeſ. c.* 50. *& ibi not. Torrentii ac Berneggeri.* qui initio deduxerant, *coloniam ſc.* 20, 3, 2. deducere aliquem a victu priſtino, *demovere, abſtrahere* 10, 4, 5. deduci aliquo velle 15, 4, 5. *ubi tamen alii legunt* duci. deduci ad regem

Digitized by Google

admiſſionis cauſſa ſc. 23, 11, 2. deducitur claſſis in praelium 23. 11, 1. ſermo ad finem 15, 3, 3. *ubi male alii*, adductus *vel* perductus. deducta eo eſt multitudo, *vel*, *ut alii*, res militum, *ad id periculi ventum* 15, 7, 1. *v. not. Sic Quintilian. decl.* 337. ſi eo me deduxit error.

Deeſſe alicui de fama dimicanti, *in judicio non defendere* 13, 4, 3, deeſſe tanto viro non poterant malefici *neceſſe erat eum habere maleficos* 22, 3, 2. nullus honor huic defuit, *ita circumloquitur* honoratiſſimum 20, 3, 5. nulli defuit fides ejus, opera, res familiaris *omnibus fide officioque praeſto fuit* 5, 4, 3. nemini res ulla defuit *omnia neceſſaria ſuppeditante Attico.*

Defendere aliquem, *deſertioni opponitur* 18, 10, 2. aſty *adverſus hoſtes*, 2, 4, 1. *alibi*: tueri oppidum, 1, 3, 2. deos ac penates ſuos ab hoſte 2, 7, 4. ſe a navib. hoſtium 23, 10, 5. ſe moenibus 1, 4, 4. 2, 4, 2. defendi opib. alicujus 11, 3, 2. defendi ab aliquo in judicio, 19, 2, 3. *ſic*: ad defendendum aliquem convenire 13, 3, 2. & defenſio, *excuſatio in judicio facta* 15, 8, 1. & *Fr.* 4, 2.

Deferre aliquid ſenatui, *exponere, referre* 23, 12, 2. *vid. not. ſic*: deferre de re q. 14, 7, 1, deferre ſummam imperii ad aliquem *committere alicui*, 23, 3, 1. *ſic*: defertur ad hunc ſumma rerum 18, 5, 1. defert huic fortuna aliquid: *mox*: conciliat; & *paullo ante*: tribuit. 25, 19, 3. *v. not.* deferri ei juſſit munera, *afferri* 25, 4, 2. deferri in Ciliciam: *ſc. itinere* 14. 4, 4. delatum Karthaginem, *nunciatum* 23, 3, 1. delati honores, poteſtates *collati* 19, 1, 2. delatas ſibi praefecturas accipere *oblatas* 25, 6, 4. *Utroque loco alii variant. v. not.* delatum accipere nolle, *oblatum*, *de pecunia opp.* ereptum 15, 4, 5. *ſic de veſtib. Tacitus* 13, 13, 6.

Deficere *ſc. ab obſequio* 5, 2, 4. ab amicitia alicujus 9, 2, 2.

Degredi a ſuis, *longius provehi* 16, 5, 4.

Dejerare *valde & ſancte jurare*, *Fr.* 12. 3. *ſic Plaut. Men.* 5, 2, 63. *Terent. Eun.* 2, 3, 39. & *Hec.* 5, 2, 5. *Utroque loco Donat. exp.* valde jurare.

Dejicere ſe e ſuper. aed. parte 10, 4, 5. in mare 12, 4, 3. hoc dejecto, *de eo qui cecidit in pugna*, *ſignificanter* 8, 3, 1. *v. de hoc ſignif. vocis Taubman. ad Virg.* Boecl. *Sic* dejicere hoſtem *dixit Claudian. de bello Get. v.* 164. numeroſos ducis artus, *idem alibi*: dejectum ab hoſte *Curt.* 3, 5, 5. dejectum fratrem *Seneca Thebaid. v.* 637. *Reſpondet Graecorum* καταβάλλειν, *quo primum in ea ſignificatione uſus Homerus rhapſ.* 2. *Diodorus* 14. κατεπλήξαντο τοὺς Λακεδαιμονίους, καὶ σχεδὸν τριάκοντα κατέβαλον. *Lib.* 16. οὐκ ὀλίγους κατέβαλεν. *Hinc* ἀκατάβλητος, *invictus.* Dejicere *proprie ſacrificiorum verbum eſt. Flaccus Argonaut.* 1, 191. Et Zephyris Glaucoque bovem, Thetidique juvencam Dejicit Antaeus. *Mactantur igitur tyranni ut victimae. Seneca Herc. Oet. v.* 921. Victima haud ulla amplior Poteſt magisque opima mactari Jovi, Quam rex iniquus. *Juſtinus* 5, 10. Tyranni ut pacis victimae trucidantur. *Plutarch. Dione*: ἐγχειρίδιον καθάπερ ἱερεῖον τὸν Δίωνα ἀποσφάξαι. *Haec fere* Gebhardus. *Sic* dejectae cohortes *ap. Caeſ. B. Civ.* 1, 46. dejecti hoſtes *ap. Lucan.* 2, 694. *v. Buchn. Theſ.* dejiciuntur hermae, *diturbantur* 7, 3, 2.

Deinde poſt *pleonaſtice* 18, 5, 5. *v. not.*

Delectari aliquo, *alicujus convictu & familiaritate* 10, 2, 3. facto 14, 3, 4. animo, ventre, *de conviviis* 25, 14, 1.

Delecta manus *militum ſc.* 1, 1, 4. 16, 4, 2. *non ſemper praeſtantiam notat haec vox, ſicut vulgo exiſtimant, ſed certos homines ad negotium deſtinatos nominatoſque &c.* Boecl. *ſic*: de-

delecti mittuntur 2, 3, 1. delecti ex his 1, 1, 2. delectus eſt, qui conſtitueret, *delatum eſt ad eum rei arbitrium &c.* 3, 3, 1.

Delectus novi, *de milit. recens lectis* 23, 6, 4.

Delegare *quem* ad volumen *aliud*, *ablegare, remittere.* 24, 3, 5. *ubi tamen alii mallent* relegare. *Sed. v. not.*

Delere impetu aliquo totum bellum, *v.* bell. 7, 8, 6. Delere urbem *idem Curt. dixit* 5, 7, 10. *&* 9, 4, 7. deleti ſunt barbari *penitus fugari* 4, 1, 3. *ſic* deletae cohortes *Tac. hiſt.* 4, 18, 2. copiae *h.* 2, 14, 7. exercitus *h.* 2, 26, 3. *& ap. Curt.* 4, 9, 22. deleta ſana *eſt in q. edd. ſed in Mſſ. eſt* deſerta. 20, 3, 2. *v. not.*

Deliberare. tu delibera, utrum colloqui malis 9, 3, 3. *At in illo:* deliberantibus Pytia reſpondit, *idem eſt ac conſulere oraculum* 2, 2, 6. *ſic:* deliberatum mittuntur delecti 1, 1, 2. *Schoppius* 2. *veriſim.* 10. *cum his comparat illud Cic.* 1. *offic.* deliberanti conſilium dare: *& alterum* 5. *Tuſcul.* nec amicis deliberantib. deerat. *itemque Senecae verba extr. epiſt.* 3. cum rerum natura delibera: illa dicet tibi. *adde Giſan. obſerv. Lat. L. pag.* 63. *& qui loca ab eo adducta, ut ſolet, deſcripſit, Pareum in Lex. Crit.* Conſultandi *verbo ſic uſus Tac. An.* 2, 54, 4. *cum* conſultantes *vocat, qui Apollinis Clarii oraculum conſulerent. Sicuti viciſſim* conſulere *interdum eſt deliberare, conſultare. ut apud eund. Tacit.* 15, 25, 2. conſuluit inter primores civitatis Nero, bellum anceps, an pax inhoneſta placeret. *adde Pareum in Lexico Crit.*

Delicate facere multa odioſa *molliter, voluptarie* 7, 2, 3.

Deligere ducem 15, 7, 1. ad bellum gerend. 6, 3, 5. *ſic:* delectus dux 20, 1, 3. deligere diem, ad 16, 2, 2. delectus *v. ſup. poſt* delectare.

Deligata in cornibus juvencorum ſarmenta 23, 5, 2.

Delphi *urbs Boeotiae,* 1, 1, 2. 2, 2, 6. Delphos corrumpere conatur Lyſ. *oraculum Delphicum* 6, 3, 2. Delphici dei reſponſum *Apollinis in oraculo Delph.* 4, 5, 3. *ubi tamen τὸ* dei *in q. MSS. deeſt. v. not. De urbe & oraculo hoc plura, poſt alios, nobiliſſ. Olaſenius de oraculis gentil.* 2, 2.

Delus (*una Cycladum inſularum in mari Aegeo. vid. Buchn. Theſ.*) aerarium commune Graeciae 3, 3, 1.

Demades (*orator Athen.*) *Athenas tradi cupit Antipatro* 19. 2, 1.

Demaenetus, *Athen. petulans homo* 20, 5, 3.

Demergere hunc dementi ratione; cogitata pateſacere 4, 3, 1. *Sic ap. Virgil.* mala falx. *Ecl.* 3. *qua quis male utitur, ut Servius ait.* Vorſt. Ita Cic. Philipp. 2, 7. Quid eſt dementius, quam objicere alteri ſalutaria? fortuna adoritur *deprimere* 10, 6, 1.

Demetrius, (*rex Aſiae*) *Antigoni filius,* in cuſtodia generi perit 21, 3, 3.

Demetrius Phalereus *Athen.* in factione optimatum erat 19, 3, 1. ei 300. ſtatuas decrevit pop. Athen. 1. 6, 4. *v. not.*

Demigrare Lacedaemonem *confugii cauſa* 7, 4, 5. Corcyram, *alibi:* concedere 2, 8, 3. demigrare ex inſula, *quam ſc. incoluerant* 1, 2, 5. *Uſus & Caeſ.* 4. *B. Gall. ac Cic. pro Rabir. & alibi.* Loccen. demigrationis ſocietatem petere *ſc. in coloniam* 1, 1, 2.

Democratia Athenis reſtituitur 8, 3, 1.

Demoliri arcem 20, 3, 3. propugnacula tyrannidis 20, 3, 3. tectum 4, 5, 2. *Ita Curt.* 8, 10, 30. *Similiter Cic.* demoliri parietem; partem muri &c.

Demoſthenes (*celeberrimus Athenis orator, immo Graecorum oratorum princeps*) in exilium pulſus 19, 2, 2. proditus a Phocione *v.* 3.

Demum. nunc demum 20, 5, 3.

Denique, *praeced. unico membro, & ſequente voce* poſtremo: 18, 12, 1. *q. d. breviter, uno verbo, &c. ſic ſaepe alii. v. Freinsh. Indd. Flor. & Curt. Eodem, ut videtur, ſenſu eſt* pla-

Digitized by Google

pluribus membris praecedd. uſurpatur 16. 4, 3. & 21. 2, 2.

Denuntiare, denuntiant, ſe damnaturos *cum imperio & ſeveritate edicunt* 12, 3, 1. *ſic Curt.* 7, 7, 25. *&c.*

Depellere de provincia aliquem *de ſucceſſore in regenda provincia* 24, 2, 1. hoſtem terra *profligare* 7, 8, 3. Sicilia 20, 2, 2. periculum *evadere* 4, 3, 5. *ut ap. Tac. h.* 4, 42, 2. depellere praeſidia barbarorum ex his regionib. 4, 2, 1. ſervitutem a *civitate* 20, 1, 1. depelli á gradu, 2, 5, 1. *v.* gradus. a re ea *eleganter, cum conſilio demovemur* 14, 7, 3.

Deponere prius animam quam odium, *de inexpiabili odio* 23, 1, 3. Deponere odium *uſitatum, ſed animam, rarius. dixit tamen Propertius.* Lamb. *Sic alibi:* ponere vitam 4, 5, 5. *ubi v. not.* deponere pecuniam in templo, *ſc. cuſtodiae & ſecuritatis cauſa* 23, 9, 3. *Mos paſſim obvius: v. not. ad h. l. & ad* 3, 3, 1. deponere imperium 20, 3, 4.

Depopulari regionem 17, 3, 2.

Deportare. ad deportandum eum miſſa navis, *ad vehendum. de eo, qui ſevera denunciatione magiſtrat. vocatus erat dom.* 7, 4, 3. deportare oſſa alicujus ad *v.* oſſa 18, 13, 4. triumphum ex provincia 24, 2, 1.

Deprecari pericula, incommoda amicorum *ne illos affligant* 25, 12, 2. *Sic* deprecari bellum, & mortem, *Juſtin.* 8, 2, & 11, 9. Vorſt.

Deprimere naves, *demergere* 9, 4, 4. deprimere preces alicujus obſtinatione diuturna, *contemnere. ſic Mſſ. & edd. vet.* 25, 22, 2. *Male Lamb.* compreſſit. *v. not.*

Depugnare. ad depugnandum cogi *ad prael. committendum* 2, 4. 4.

Dercyllus, *Antipatri praefectus Atticae* 19, 2, 4.

Deſcendere in Graeciam, *de adventu Xerxis per mare* 3, 1, 5. *Graeci ἀνάβασιν vocant.* Schott. deſcendit civitas univ. his obviam in Piraeeum 7, 6, 1.

Deſciſcere 22, 2, 2. ab aliquo 7, 5, 1, 14, 5, 5.

Deſeri ab aliquo in bello 14, 2, 4. deſeruit eum nulla in re, *de fidei conſtantique opera* 23, 8, 3.

Deſiderat haec obſonii genera tempus praeſens *poſcit* 17, 8, 4. artifices quos deſiderat cultus domeſticus, *quib. opus eſt ad cultum dom.* 25, 13, 3. non multum deſideret hiſtoriam, qui *expetat* 25, 16, 3. deſiderat illius imperatoris opera, *opus eſt eam ſollicitare* 15, 5, 3. *Sic:* deſiderari coepta eſt diligentia Epaminondae, *hunc potius praeeſſe cujus virtus ſpectata erat, omnes cupiebant* 15, 7, 1. [illegible] *inſtar eſſe poteſt ad hunc l. ille Taciti de Agric* 41, 3. cum damna damnis continuarentur, poſcebatur ore vulgi dux Agricola, comparantibus cunctis vigorem, conſtantiam, & expertum bellis animum, cum inertia & formidine eorum, *qui tum res gerebant ſc.* [*v. not. ad* 6, 3, 2.] *Eodem ſenſu dicitur de abſente & exule:* confeſtim notae virtutis deſiderium conſecutum eſt 5, 3, 2. Boecl. Cimonem Athen. in bello, in pace, diu deſideraverunt, *de mortui deſiderio* 5, 4, 1. *hoc ſenſu clare loquitur Plin. Paneg. de Nerva cap.* 10. eo ipſo carus omnibus ac deſiderandus, quod proſpexerat, ne deſideraretur. Boecl.

Deſiſtere moleſtiis *Freinsh.* 12, 6. de contentione, *controverſiam omittere* 13, 2, 2. non deſtitit inimicitias ſuſcipere *ſemper ſuſcepit* 24, 2, 4. juvare patriam 17, 7, 1. nunquam deſtitit animo bellare 23, 1, 3.

Deſperare de rebus ſummis 18, 9, 2. deſperavit praeſtare ſe poſſe, quae pollicitus erat 2, 10, 4. non deſperatur de virtute eorum *crederetur, adhuc eſſe aliquid in virtute eorum praeſidium* 1, 4, 5. deſperati, *abjecti afflictique* 25, 8, 6. deſperatis rebus generi, *id eſt, cum deſperaſſet, generi conata ſucceſſura aut eventum habitura* 14, 6, 3. deſperatis re-

rebus provinciarum 25, 8, 5. *cum diffiſi eſſent provinciis: quae illis datae fuerant: Cretae & Lybiae.* P. Manut. *v. not. noſtras.* ad deſperationem pervenire 22, 2, 3.

Deſpicere aliquid *negligere, non curare, tanq. rem cura & ſollicitudine indignam* 16, 3, 1. rei familiaris fructus, *non cupere reditus;* *honore contemtum* 25, 6, 4. deſpectus, *qui non metuitur: paullo ante:* contemtus 8, 2, 2.

Deſpondet vix anniculam virginem Caeſar Neroni 25, 19, 4. *Magna ea, vulgo etiam, licentia ſponſaliorum, nullo aetatis reſpectu. hinc* immaturitas *ſponſarum ab Auguſto lege coercita. Suet.* 34. *vid. Lipſ. ad* 3. *A. Tacit.* Boecl. *add. not. Loccenii. Ceterum etiam ex h. l. apparet non eſſe perpetuum diſcrimen inter* ſpondere *&* deſpondere, *Donato traditum ad Ter. Andr.* 1, 1, 75.

Deſtinavit praeoccupare *conſtituerat, in animo habebat,* 18, 2, 4. *antea:* cogitabat *v.* 3. *Sic aliquotiens Curtius & Tacitus: ap. quem* deſtinata *hoc ſenſu legas* 4, 40, 9. *Videtur autem ſubaud.* in animo. *Eſt v. proprie verbum ſagittariorum. v. Ind. Freinſhemii.*

Deſtitui ab aliquo, *de rejectis precibus negatoque auxilio* 7, 5, 4.

Detecta aedes vetuſtate, *tecto vetuſtate corrupto prolapſoque* 25, 20, 3. *Aliter Mſ. Schotti. v. not. Verum* detectam aedem *etiam Livius dixit, de ablato, ſed data opera, tecto, lib.* 42, 2, *&* 7. *& Metaphorice apud Plautum hominem cum aedificio comparantem. Moſtell.* 1, 2, 60. *& ſc.* 3, 6. *Philolaches ait, ignaviam eſſe grandinem, imbrem & tempeſtatem illam, quae modeſtiam omnem, verecundiam & virtutis modum, qua* tectus *fuerit, ſibi* detexerit.

Deterreri a conatu reſiſtendi *de pertimeſcente hoſtem, eique ſe dedente* 14, 4, 5. *Sic:* non deterreri religione ab incepto (*quae duae poſtremae voces abfuere ab opt. libris. v. not.*) 20, 5, 8. *At paullo latius accipitur in ſeqq.* deterrebantur a deditione *deducebantur a conſilio dedendi ſe fiducia adventantis claſſis regiae* 1, 7, 4. deterritus ab ea voluntate (*deponendae tyrannidis ſc.*) conſilio 10, 3, 3.

Deterior peditatu, ἀδύνατος, *inferior; infirmior* 18, 3, 6. *ſic:* melior peditatu, *inſtructior, validior.*

Deteſtans compellabat impium i. e. *deteſtabatur & vocabat imp.* 20, 1, 5. deteſtabilis & inviſus. *Ita Schottus edidit Fr.* 2, 2. *ſed leg.* inteſtab. *v. not.*

Detrahere de aliquo, *de invidioſa & obtrectatoria depreſſione* 12, 3, 3. *Ita Cic. pro Rabir. c.* 7. quo facilius de hoc ſenatu detrahere poſſitis. *Paullo ante dixerat:* in invidiam vocatis. *Et Philipp.* 2, 1. An in ſenatu facillime de me detrahi poſſe credidit? *Ap. eund. Q. Fratr:* qui de ſe detrahere volunt. *Ammian. Marcell.* 30, 29. de fortib. detrahebat, ut ſolus videretur bonis artib. eminere. *Sic:* detrahere de rebus geſtis alicujus, *obtrectando ea imminuere* 20, 5, 3. detrahere pondus, *ſc. loricarum, leviores loricas invenire* 11, 1, 4. detrahere multae partes novem *minuere multam demendo partes novem* 13, 14, 1. ſignum *ſc. epiſtolae,* 4, 4, 1. detraxit ei multum, quod alienae erat civitatis *decerpſit, detrivit,* ſub. *de auctoritate & Macedonum favore,* 18, 1, 2.

Detrimentum exiſtimationis nullum facere 24, 2, 4. rei familiari adfert peregrinatio 25, 2, 3. ſine detrimento exercitus ſe expedire *ſalvo atque integro exercitu* 23, 5, 2.

Detrudere aliquem ad fortunam humiliorem ex regno, *ſignificanti & ordinaria metaphora, qua faſtigium, aſcenſio, dejectio, de magnatum fortuna uſurpantur* 20, 2, 2. Boecl. *Vet. Scholiaſtes Horatii:* de ima detruſus. *v. Pricaeum ad Mileſ. Apulej. pag.* 393.

Devehi nave Corinthum 10, 4, 1.

Devenire domum alicujus. *Sic libb. vet.* 16, 2, 5. *v. not.* in urbem 16, 5, 1.

Devertere Thaſum, *ſc. ex itinere in urb.* 6, 2, 2. *Sic enim leg. eo loco, non* divertiſſet. *ita namque loquntos veteres, docet Dauſquius in Orthographia. quomodo & Cic. ad Attic.* 3, 7. *dixit* itineris cauſſa devertere; *& in Philipp.* devertere Maſſiliam. *Reponit hanc vocem Lambinus etiam* 16, 2, 5. *ſed ſine cauſſa. v. not. ad eum loc.*

Devia itinera, *occulta & inſueta* 18, 3, 5.

Devincere bello totam inſulam 12, 2, 2. dev. exercitum hoſtium *penitus vincere, ad internecionem caedere, ut ad reſurgendum nullae vires reſtent.* 1, 2, 2. *ſic:* devictae Athen. copiae 9, 1, 2. devicti Athenienſ. *ib. c.* 2, 2. *ut apud Curt.* 9, 2, 23. Perſae. devincere virtutem alicujus, *ſignificanter, deprimere, inutilem reddere. de obtrectantibus* 23, 1, 2.

Devincire ſibi aliquem conſuetudine ſua, *benevolum reddere* 25, 1, 4. dev. aliqu. liberalitate, *mox.* ſuum reddere, *valentiore ſignificatu* 7, 3, 4.

Devocare *eſt vocare de foro ad coenam.* 5, 4, 3. *Uſus eo verbo, praeter Cic. & Horat. a Lamb. laudatos, etiam Plin.* 34, 8. *& ex emend. Gronovii, ſed alio ſenſu* 35, 7. *Male a. mutat h. l. Lamb. v. not. Et pejus etiam alii:* denotaret.

Devovere aliquem, *de publico devotionis ritu* 7, 4, 5. *& c.* 6, 5. *De verbo & more, v. Briſſon. form.* 1. *& Plutarch. in Alcib. It. Lamb. qui exponit denique, pro,* aqua & igni interdicere. *firmat mentio* pilarum, *quae adhibitae inter infamiae notas & proſcriptionis. Nec diſplicet interpretatio: ita tamen ut omnino execrationis quiddam ac dirarum habuiſſe, iſta excluſio relegatioque videatur.* Boecl.

Devotio in pilis ſcripta, *de elogio ſive indice devotionis* 7, 6, 5.

Deus Delphicus, *pro Apolline* 4, 5, 3. *ubi tamen in opt. libris vox* Dei *aberat.* dii publici, patrii, penates 2, 7, 4. *Conjunguntur, ut* publici *notent religionem & ſacra univerſa: & quoniam unaquaeque civitas certos ac veluti proprios deos habebat, adduntur* patrii: penates *autem ſua cujusque domeſtica ſacra notant. Majoris expreſſionis cauſſa, id innuitur quod alias voce* divinorum *notatur, in formula veteri:* divina humanaque omnia. *item per* aras; *ut in illa:* aras focosque *Mens loci: religionem, ſacra, templa, communi gentium jure, tum caeteris praeſidiis tum moenibus defendi poſſe ac debere. Nominatur quod eſt potiſſimum, nec excluduntur, quae ad* humana *&* focos *pertineat.* Boecl. deorum numen facit cum iis qui fidem ſervant 17, 2, 5. *niſi tamen locus corruptus eſt; ut doctiſſ. Scheffero viſum. vid. not.* ſine deorum numine nihil rerum humanarum agitur 20, 4, 4. deos ſibi iratos reddunt perjuri 17, 2, 5.

Deuti victo *pro* abuti, *ut videtur,* 18, 11, 3. *Male antea vulgati,* ſe uteretur. *v. not.*

Dextra fidem dare 14, 10, 1. dextra recipere aliq. in fidem 18, 11, 3. *De hoc more v. not. ad utrumque loc. & Freinsh. ad Curt.* 6, 4, 14.

Diadema (*regium capitis inſigne*) cum ſceptro in ſella poſitum 18, 7, 2. *Ita ſolebat in aula fieri & tabernaculo regis. quem morem hic obſervare jubet Paſch. de coron.* 10, 10. *ut imitatum intelligamus Eumenem uſitatum regni ſchema, repoſcendique & aſſervandi diadematis conſuetudinem.* Boecler. *add. not. & laudatos Freinshemio ad Curt.* 10, 6, 15.

Dianae templum *ap. Gortynios* 23, 9, 3.

Dibapha Tyria, *purpurae genus,* Fr. 8, 6. *de quo videndi, quos in not. laudavimus. Tertull. de Pall. c.* 3.

Dicere. qui diceret ne ab exercitu diſcederet, *educeret, vetaret diſcedere, de nuncio a rege ad ducem miſſo* 14, 5, 1. dicere cauſſam 7, 4, 3. capitis, 11, 3, 3. 19, 2, 3. *in judicio capitali pro ſe reſpondere. Sic:* dicere pro ſe, *in judicio ſcil.* 1, 7, 5.

mox:

nox: verba facere. dicere diſerte 15, 3, 2. in dicendo exercitatus 15, 5, 2. dicendo valere 7, 1, 2. *Haec vox proprie eloquentiam notat & artem.* dicitur matrem Pauſ. vixiſſe eo temp. *refertur, traditur, ſub.* dictum *vel ſimile quid. Vulgo Graeciſmum eſſe cenſent: ſed Latinam conſtructionem eſſe, ac alteram potius vulgatam* dicitur mater vixiſſe *Graecam, docet Schopp. in Gramm. philoſ. & paradoxis litterar. adde Heinſ. ad Ovid. Faſt.* 4, 507. dicta eſt ei provincia, *deſtinata, opp. datae* 18. 2. 2. *ſic* dos dicta *ap. Cic. pro Flacc. & Nonium in* Dicere. & dicere diem. *v. Salmaſ. de modo uſur. c.* 16. *& Nic. Heinſ. ad Ovid. Faſt.* 6, 594. & ad 11. Metam. vſ. 213.

Dictitare. vulgus dictitabat tyrannum non ferendum *crebro jactabat*, 10, 7, 3. dictitant hanc ſibi eſſe belli cauſſam *praetendunt*, προτασίζετι, *hoc utuntur praetextu* 6, 1, 4.

Dictator Fabius 23, 5, 1. Dicebatur *hic magiſtratus (i. e. dicendo creabatur) hinc* dictator, *a propria voce*, αὐτοκράτωρ στρατηγὸς *Polyb. dicitur* 3. *hiſt.* ultimum rebus trepidis conſilium, *Liv.* 4, 56. *quo Romani ad vindicandam maximis periculis remp. uſi, Vellej.* 2, 28, 2. *quem loc. feliciter reſtituit Gerard. Voſſius.* Boecl. *Adde not.* Boecleri *ad eum loc.*

Dictum *de oratione captioſa* 1, 2, 5. *de ſententia ſ. verſu Homeri* 10, 6, 4. dicta [*vel* dicteria] proprio nomine appellata, quae facete & breviter & acute loquuti eſſemus, *Fr.* 5, 2. *v. Boecler. Chreſtomath. Ter. & Theſ. Buchn.*

Dicto audiens alicui, *obediendi ſignif.* 6, 1, 2, 11, 2. 1, 14, 2, 3. juſſis alicujus 17, 4, 2. *v.* audiens.

Dicis cauſſa 25, 8, 5. προφάσεως ἕνεκα, λόγῳ χάριν, *verbo, non re: in ſpeciem, ſimulacri cauſſa, perfunctorie, non ex animo. v. Petr. Pithoeum ſubſeciv. part.* 2. *c.* 8. *Manut. ad loc. Nep. noſtri, ubi exempla congeſſit. Taurello & Cujac. tribuitur formulae ubique ferme depravatae reſtitutio. Explicant & per illud Graec.* ἀφοσιώσεως χάριν: *quod tamen ſua cautione non caret.* Boecl. *Ita ſcil. hunc locum, praeeunte Cujacio obſerv.* 10, 37. *legunt Manutius, Lambinus, Schottus, Boeclerus, Eraſtius, & cum iis alii. Formulam autem* dicis cauſſa *praeter jam dictos & laudatos Schotto ac Eraſtio in not. ad h. l. illuſtrant etiam Brodaeus miſcell.* 10, 18. *Duaren. diſp. anniverſ.* 1, 47. *& comm. in L.* 7. *D. de Pactis, Ant. Auguſtin. Emendat.* 2, 1. *Lael. Biſciola ſubſeciv.* 8, 12. *Briſſon. de verb. ſignif. lib.* 4. *Elmenhorſt. ad Apul. l.* 1. *de philoſoph. not. & in Ind.* Schott. *obſerv. hum.* 5, 33. Rittershuſ. *lect. ſacr.* 3, 12. Salmaſ. *defenſ. miſcell. c.* 17. *&c. Verum in omnib. Mſſ. & edd. vett. Nepotis legitur* necis cauſſa. *v. not. noſtras.*

Dies. quem diem ſic univ. civit. proſecuta eſt. *i. e. quem diſceſſum, ſive quod diſceſſus ejus tempus.* Dies *pro eo quod per diem accidit. v. not. & quos ibi laudavimus. Ita Joann.* 12, 27. *& Marci* 14, 35. ὥρα *pro eo quod in ea ſuſtinendum erat.* dies induciarum praeteriit, *ſc. ultimus, terminus, tacta.* 17, 3, 1. *de qua vid. H. Grot. de J. bell. & pac.* 3, 21, 4. *Poſſis etiam capere, pro* tempore induciarum *toto,* Boecl. *Sic Cic. ep.* 14. *ad Tironem:* dies promiſſorum adeſt. Locc. diem obire, *mori, ſubint.* ſupremum. *quae integra phraſis reperitur* 1, 7, 6. 7, 10, 6. 10, 2, 5. 20, 5, 4. 21, 1, 2. *v. inf.* ſuprem. diem certam praeſtituere alicui *ſc. ante quam redire debeat domum* 12, 3, 1. diem noctemque navem in ſalo tenere 2, 8, 7. *Sic:* dies noctesque iter facere 14, 4, 4. in diem emere, *ut ſolvas poſt aliquod tempus ſive ad certum diem* 15, 9, 5. *Sic in jure. R.* in diem addictio. *item* ad diem pecunia promiſſa. *L.* 77. *de verb. oblig.* in diem legatum. *L. un. §.* 3. *quand. dies uſus-*

ſuſfr. leg. cet. Loccen. usque ad hanc diem *hoc tempus* 23, 2, 5. die ipſo colloquendi (*paullo ante* tempus *dixerat*) 14, 11, 2. die natali maxima fecit praelia Tim. 20, 5, 1. in dies 25, 21. 4. dieb. paucis *ſub.* in; *intra paucos dies* 23, 10, 4. *v. Verſt. de Lat. falſo ſuſp. pag.* 222.

Differre in nulla re a privato 17, 7, 4. differre rem in craſtinum, *rejicere* 16, 3, 2. differendo negare 5, 4, 2. *φράσις γνωμικὴ, cujus fundamentum explicare illa Senecae poſſunt* 1. *benef.* 1. diſtulit, i. e. timide negavit. *& mox*: qui tarde fecit, diu noluit. *it. lib.* 2. *c.* 5. tarde velle, nolentis eſt. Boecl. dilato rumore, *emanato, diſperſo* 10, 10, 1. *Ita plane loquitur & Sueton. Aug.* 14. *Idem in Jul.* 13. fama diſtulit. *Tacito abſolute eſt* differtur *An.* 3, 12, 6, *&* 4, 25, 5. *Simili phraſi Terent. Heau. prol.* 15. differre rumores; *Tacit. A.* 1, 4, 2. *ac Petron.* differre aliquem rumoribus; *Sicuti Livius* 34, 49. ſermonibus. *Virgilius Aen.* 8. Diditur hic ſubito Trojana per agmina rumor.

Difficillima natura, *ſub.* homo *vel* vir 25, 5, 1, *quam &* aſperitatem *vocavit, qua praediti vocantur Philoſopho δύσκολοι, δυσάρεσοι, qualem ἠθοποιεῖ Terent. in ſuo Demea; in quo tamen & alia concurrunt.* difficile fuit judicare 25, 12, 5. *ſicut* difficile ſit judicari 25, 16, 1. ut difficile ſit intellectu 25, 15, 21.

Dignus memoria, *ἀξιομνημόνευτος, celebrari dignus ad poſteros* 13, 4, 4. ſi qua digna memoria erunt, *digna cognitu* 15, 1, 4. non ſatis dignum ſummorum virorum perſonis genus ſcripturae *conveniens, congruens, ex illorum dignitate*, praef. 2. *v. not. Sic ap. Val. Max.* 9, 2. tormenti genus haud dignum paſſo, auctorib. digniſſimum.

Dignitas. ad hanc dignitatem perduxit hunc agellus, *de honorib. ſummisque poteſtatib. a populo delatis*, 19, 1, 4. *Sic* dignitate regia eſſe *non auctoritatem modo, ſed poteſtatem regiam notat* 1, 2, 3. dignitas equeſtris, *de ordine & nobilit. equitum R.* 25, 1, 1. dignitati ſervire, *conſulere exiſtimationi & honori ſuo* 25, 6, 5. dignitas magna corporis, *auguſta corporis forma, conſiſtens in magnitudine, proportione, & pulchritudine,* Loccen. 10, 1, 2. dignitas honeſta, *maſcula & viro digna pulchritudo, ſi tolerari debet haec lectio.* 18, 11, 5. *grandius dicitur, quam venuſtas, aut pulchritudo. ita* dignitas formae *ſaepe, τὸ εἶδος ἄξιον τυραννίδος. [v. Theſ. Buchneri.] etiam de feminis uſurpatur.* Zenobiam dignitate formae haud degenerem reputatam, *auctor eſt Tac.* 12, 51, 4. *i. e. ex forma ſupra vulgarem auguſta, pro generoſa agnitam.* Boecl. *adde not. ad h. l.* dignitate portus urbem aequiparat *pro ſplendore & viſendae rei ſpecie* 2, 6, 1. dignitate vitae omnes ſuperare 7, 11, 2, *cum* ſplendore *jungitur, intelligiturque τὸ σεμνοπρεπὲς μεθ' εὐπρεπείας καὶ χάριτος.* Boecler. pro dignitate vivere 25, 2, 2. *Intelligitur hic dignitas vitae exacta ad τὰ καθήκοντα, quae bonum ſt. virum decet.* Boecl. pro dignitate hominis amplo funere efferre eum *prout meretur illius conditio ac fortuna* 18, 4, 4.

Digrediens *paullo ante diſcedens*, 14, 11, 4.

Dilabi, *fuga, & diſceſſione; qua quisque poteſt, ſalutem petere* 7, 2, 2. *Exempla & amplior. expoſit. v. ap. Muret. var. lect.* 11, 5. Boecler. dilabuntur copiae ſimul cum nuncio *de nuda diſceſſione* 18, 3, 4.

Dilegere affinitatem alicujus *eligere: ſic MS. Schotti* 25, 2, 1.

Diligere puerum amore Venereo 4, 4, 1, (*niſi tamen poſteriora verba a gloſſa ſunt, quod Piccarto viſum*) *v. not. ſic*: diligi turpius quam par eſt 22, 3, 2. diligi quam metui maluit *Timoleon* 20, 3, 4. diligens veritatis, *φιλαλήθης* 15, 3, 1. dili-

gente

Digitized by Google

gente patre uti 25, 1, 1. *i. e. amante: niſi malis pro parco accipere, quomodo Ciceronem ea voce uti obſervant Giſan. obſ. L. L. pag. 70. Schopp. ep. de diſc. Lat. L. pag. mihi 94. & Pareus in Lex. Critico.*

Diligens imperator (*al.* imperii) *de ducis induſtria & ſtrenua adminiſtrat.* 9, 1, 2. *Tali loquendi formula Tac.* ſtrenuus militiae 3. H. 42, 6. *&c.* Boecl. diligentia multa compararet in his libris 24, 3, 8. *auctoris ſcil.* diligentia omni adfectare munditiem *omni ſtudio* 25, 13, 5. minus diligenter hoc celatur *proditur, detegitur ex negligentia* 9, 5, 3. diligentia Epaminondae deſideratur, φιλοπονία, 15, 7, 1.

Dimicare, *pugnare, praelium committere* 7, 8, 2. *mox*: confligere v. 3. *ſic*: dimicare armis. armis cum. dimicare adverſus quem, *reſiſtere, in aciem exire ad.* 1, 4, 5. dimicare de ſumma imperii 23, 8, 3. de ſummis rebus 18, 10, 3. dimicare equitatu 18, 3, 6. in terra 2, 3, 1. *Paullo latiore ſignificatu* dimicare cum aliquo *eſt bellare*, 9, 4, 3. *ſic*: dimicatur in Aſia *bellum geritur* 17, 2, 1, dimicare de fama *in judicio, ſub.* conſervanda, 13, 4, 3. *Sic*: *Cic. pro Arch.* dimicare de vita. Voſſ.

Dimittere imperium *deponere* 20, 2, 3. vitam 23, 12, 5. *amittere, ut loquitur Horatius* 1, 1. *ſeu negligere. ſic*: occaſionem 1, 3, 3. *&c. quod* περιφραστικῶς *eſt*, tempus rei gerendae 7, 8, 6. *Priore formula uſus & P. Syrus*: Cavendi nulla dimittenda occaſio. *itemque Caeſ. B. G.* 5, 57. *poſteriore idem Caeſ.* 2. 21. *Curtius dixit* opportunitatem dimittere 4, 4, 1. non dimittere a ſe praeceptorem, *non deſinere ejus diſciplina & inſtitutione uti* 15, 2, 2. dimiſit eum nusquam ab ſe, *retinuit in convictu aſſiduo*, 25, 4, 2. dimittere aliq. ſaucium ac fugatum 23, 4, 1. neminem niſi victum dimiſit 23, 3, 3, *Elegans formula, qua Graecorum* δρασκιμέτης *ꝗ* ἐνέργεια περὶ τὰς μάχας μετ' εὐτυχίας *notatur.* Boecl.

Dinon *hiſtoricus* 9, 5, 4. *vid. not.*

Diomedon Cyzicenus Epaminondam fruſtra tentat corrumpere pecunia 15, 4, 1. & ſeqq.

DION Syracuſanus *deſcribitur a bonis fortunae, animi, corporis* 10, 1, 1. & 2. *Dionyſio intimus* v. 3. *legationibus adhibitus* v. 4, 5. *Platoni Syracuſas accito deditus* c. 2. 2. & 3. *ſimultatem tacitam cum Dionyſio exercet* c. 3, 1. *mox ſuſpectus Corinthum dimittitur* c. 4, 1. *uxore & filio ſpoliatur* v. 3, 5. *bellum parat tyranno* c. 5, 1. *Syracuſis potitur & ad pactiones tyrannum redigit* v. 3. &c. *adverſis conflictatur* c, 6. *multa impotenter agit* c. 7. *a Callicrate quodam ſimulata amicitia decipitur* c. 8. *& interficitur* c. 9. *poſt mortem converſo affectu deſideratur* c. 10. *ejus caedis mentio etiam* 20, 2, 1.

Dionyſius prior *diligit Dionem* 10, 1, 3. &c. c. 2. 1. *ejus cauſſa Platonem accerſit* v. 2. *ſomno ſopitus obit.* v. 5. *idem fortis, continens, ambitioſus, felix* 21, 2, 2. & 3.

Dionyſius filius *Platonem & Philiſtum accerſit* 10, 3, 1. &c. *Dionem ingenii praeſtantia ſuſpectum Corinthum dimittit* c, 4, 1. *a quo bello petitus ad pactiones redigitur* c. 5, 5. & 6. *Dione interfecto rurſum Syracuſis potitus eſt.* 20, 2, 1.

Dionyſiorum tyrannis 10, 1, 1.

Dionyſius *Theban. muſicus* 15, 2, 1.

Dirigere curſum, quo intend. *navigando provehi, ad term. itineris contendere* 1, 1, 6. *v. ſup.* curr. eo dirigere navem *ſc. ad portum.* 12, 4, 2.

Diſcedere ab aliquo *abire* 7, 8, 5. domos ſuas 2, 4, 2. diſcedere inter ſe longe, *a ſe invicem* 18, 8, 3, hoſpes qui nunquam diſcedere voluerat *qui ſemper eum comitatus fuerat* 7, 10, 5. diſcedere a judicio capitis 15, 8, 5. *ſic*: diſceſſerat aliquoties liberatus *ſc. a judicio*, 19, 2, 3, diſcedere pari praelio,

lio, *ut neuter vicerit*, *aequis manibus abſcedere* 2, 3, 3, diſceſſit ſuperior, *victoriam reportavit* 14, 8, 4. 22, 1, 2. 23, 1, 2. ſuperior praelio 18, 10, 2. *reſpondet formulae antea laudatae*, victum a ſe dimittere. Boecl. diſcedere infectis rebus a pugna, *omittere oppugnationem*, 1, 7, 5. *ubi tamen illa* a pugna *melior. libris abſunt. v. not.*

Diſcere, *cognoſcere*, *intelligere* praef. 3. *ſicut* docere *aliquando eſt exponere. v.* docere. diſcitur facillime ex hoc *quod quis* ſtudioſus eſt audiendi 15, 3, 2.

Diſciplina militari erudire exercitum 11, 2, 4. nobilitari 11. 1, 1.

Diſcrimen. in magno diſcrimine eſſe *periculo* 14, 5, 4.

Diſertus 13, 1, 1. diſerte dicere 15, 3, 2 diſertiſſimus omnium Graecae linguae eloquentia 7, 2, 1. *in libris vulg. & Mſſ. Boecl. ac utroque Bavarico. Verum in aliis eſt* ditiſſimus. *v. not.*

Discumbere temporius *maturius coenare Fr.* 6, 1.

Disjicere copias alicujus *diſſipare* 1, 2, 1. *Ita Caeſ. B. G.* 1, 25. disjecta phalange. *Tac.* 2. *A.* 45, 3. disjectas per catervas. disjicere munitiones 18, 5, 7. arcem a fundamentis *deſtruere*, *demolire* 20, 3, 3. *ſic*: domum 23, 7, 7. disjecta moenia 20, 3, 2. *ſic & Livius* 24, 2. disjectus eſt ille globus conſenſionis *diſſipata ſocietas*, *privato aerario conſtituendo deſtinata* 25. 8, 4.

Diſpalati in agris 6, 1, 2. diſpalata multitudo 23, 5, 2. *palabundi & diſperſi paſſim vagantesque. Cic. & Caeſ.* palantes. *Seſenna hiſt.* 3. diſpalati ab ſignis, diſperſi omnes ac diſſipati. *v. Nonium c.* 1. 250. *Gellius* 1, 11. ne ſparſi diſpalatique prorueren*t*. *paullo diverſo ſignificatu Salluſtius* (*ſive quis alius auctor eſt*) *epiſt.* 2. *de rep. ord. cap,* 11. Haec multitudo in artes vitasque varias diſpalata, nullo modo inter ſe congruens. *nam hic animorum deſtractio & ſeparatio*, *ibi corporum*, *innuitur.*

Diſpenſare pecuniam 9, 4, 1. *de ii*, *quem* ταμίαν *Graeci vocant*, *pecuniis cogendis*, *adminiſtrandisque praefecto.* diſpenſator *aliquando dicitur*: (*ſervile alias id nomen*:) *v. Marcell. Donat. in Suet. Auguſt.* 67. *Adde Theſ. Buchneri & ibi laudatos.*

Diſpertire bona militibus 10, 7, 1. ſervis unguenta, coronas, menſam ſecundam 17, 8, 4. diſpartiuntur regna familiaribus, *paſſive* 18, 2, 1.

Diſplicet hujus conſilium plerisque *non probatur* 2. 3, 1. huic crudelitas illius *improbatur* 10, 1, 3. pluribus cum nonnulli dicunt *nolunt adſentiri* 4, 5, 5.

Diſpoſiti ab imperatore milites, *in acie ſtantes paullo ante*: ordinati, 11, 2, 2.

Diſputare de rep. *diſſerere* 15, 3, 3. *mox*: ſermonem habere. in diſputanda Philoſophia, *ſeu*, *ut Schottus edidit*, diſputando verſari. Fr. 5. 1. *v. not.*

Diſſentire ab aliquo 24, 1. 3. diſſenſio oritur inter hunc & illum *diſſidium*, *unde mox* factio 10, 6, 3. diſſenſione unius disjicitur globus conſenſionis *quod ille conſentire nollet* 25, 8, 4.

Diſſidere ab aliq. *de rege bellum cum alio gerente* 23, 10, 2.

Diſſimilis hujus, factis, moribus 12, 3, 4.

Diſſociati civium animi, *de civ. diſcord.* 25, 2, 2.

Diſſolvere regiam poteſtatem, *abrogare. ita Graeci* καταλύειν. 6, 3, 5. diſſolvitur ſocietas, *ſc. inter amicos Alex.* 21, 3, 2.

Diſſolutus, *neglectum legis*, *boni moris*, *exiſtimationis ſign.* 7, 1, 4. *haec* diſſolutio (*ita enim vocat Treb. Poll. in Valer. jun.*) contemtum *parit*: *ſicut flagitia & iniquitas principum*, timorem. *Ut ſententioſe locutus ſit* Pollio, *cum dixit*: Non eſt quidquam ad audaciam malis, ad ſpem bonorum bonis promtius, quam cum vel malus timetur,

tur,

tur, vel diſſolutus contemnitur Imperator. *in Gallien. cap.* 5. Boecler.

Diſtineri litibus, *vexari ac diſtrahi* 25, 9, 4.

Diſtrahi. non prius diſtracti ſunt quam *de pugnantibus & inter ſe* complexis 18, 4, 2.

Diſtrictus tantis bellis, *occupatus* 23, 13, 2.

Diverſi diſcedunt, *in diverſas partes* 14, 11, 3 *poëta*: quo diverſus abis? *Aen.* 5, 166. Boecl.

Dividere agros civibus *partiri, diſtribuere, aſſignare*, 5, 2, 5. bona *civium; paullo ante*: diſpartire militib. 10, 7, 2. inter ſe bona publicata 8, 1, 5. copias hiematum, *in hiberna diſpartiri* 18, 8, 1. *ubi tamen alii leg.* dimiſit. *v. not.*

Divinus (*de Attico*) 25, 9, 1. *qui ea parte prudentiae, quae* divinatio *ſive* providentia *dicitur, valet. rectitudine, inquam, conſtantiaque conſilii ac propoſiti. Ita* Boecl. *Videri poſſit potius idem eſſe ac divinandi peritus, (quomodo alios hac voce uſos, docent Buchner. Theſ. Pareus in Lex. Crit. Reineſ. epiſt. ad Fred. Helmium, aliique:) ſiquidem* divinatio *in ſeqq. retineri deberet. Sed ea merito ſuſpecta eſt, legendumque forſan* divina; *ut ita vocetur* bonitas naturalis. *Vide paullo poſt* divinare. divina res conficitur *ſacrificatur, Jovi hoſtiae immolantur* 23, 2, 5. *Nonius c.* 4. facere rem divinam, religionibus exhibere. *v. not. in Sidon.* 5. *ep.* 17. Savaro. *Sic Cic.* 1. *divin.* cum res divina fieret. *Et* divinam rem facere, *Plautus ac Livius*: res divinas perficere, *Virgil. Aen.* 8. Loccen.

Divinare de exitu. ἴδοξε θεῶν τινὰ χρησμὸν εἰρηκέναι, *inquit Diodor.* 17, 6, 1. divinatio eſt prudentia 25, 16, 4. *v. not.* divinatio appellanda eſt perpetua naturalis bonitas 25, 9, 1. *Ita quidem libri omnes editi ſcriptique. ſed Buchnerus mallet legi* divinitas, *quod etiam Schotto in mentem venerat, v. not. Conjecturae ſummi viri favent, quae toto iſthoc capite ſubjiciuntur. niſi tamen malis* divina *legere, de quo nos in Addendis ad notas h. l.*

Dives. ditiſſimus eloquentia Graecae linguae 7, 2, 1. *ubi vulgo eſt diſertiſſ. v. not.*

Divitiſſimus. 19, 1, 2. *denuo notas adi.*

Divitias orbis terrarum accipere nolle pro carit. patriae ὑπερβολικῶς *de ſummo pretio*, 15, 4, 2. divitiis ornare cives 2, 2, 3. *alibi*: locupletare.

Diutina contentio 13, 2, 2. pax 15, 5, 4.

Divum. ſub divo 4, 5, 2. *& juxta Savar. & alios* 18, 5, 7. (*Sed v. not.*) i. e. *in aperto aëre, non ſub tecto. Scripturam hanc è MSS. Codd.* Noſtro, *itemque* Lucretio 4, 211. Ciceroni 1. *in Verr.* c. 19. Horatio 3. *Od.* 3, 23, 2. *Od.* 18, 13. ac 3. *Od.* 2, 5. Suetonio *in Jul.* 72. & *Aug.* 82. *dudum* Giſanius, Torrentius, *aliique aſſeruere. Antea namque fermo ubique* ſub dio *legebatur; quod* Feſtus ὑπὸ τοῦ Διὸς *dictum vult. Rectius* Varro de L. Lat. 4, 10. *qui ab antiquo* Diovis *derivat. Unde* Horat. 1. *Od.* 1. ſub jove frigido, *i. e. ſub divo, in aëre frigido.*

Divus, ἀποθεωθεὶς *conſecratus.* Abſolute ponitur pro Julio Caeſare, 25, 19, 2. *conf. not. nam & hoc inter arcana firmandae dominationis flagitia inventum.* Boecl.

Docere, *exponere, narrare* 1, 6, 1. 16, 4, 1. *oſtendere, demonſtrare*, 14, 5, 3. 17, 2, 1. docere lectores exemplis 25, 19, 1. docere aliquem muſicam *praef.* 1.

Docilitas ingenii 25, 1, 3.

Doctor literarum graecarum 23, 13, 3.

Doctrina multa comparet in hoc libro, *eruditio* 24, 3, 4. doctrina, non natura ſolum, hoc fecit 25, 17, 3. doctrinae, *doctrinarum cognitio & profectus* 15, 2, 2, doctrinae pue-

puerilis aetatis, *quae tradi ſolent pueris*, 25, 1, 2.

Dodona. *Urbs Chaoniae in Epiro: Jovi ſacra. Pro oraculo Dodonaeo ſive potius ſacerdotibus oraculi* 6, 3, 2. *v. Plutarch. in Lyſandro.*

Dodrans. ex dodrante heres 25, 5, 2. *novem partes hereditatis intelligend. cum dodrans novem partes ſive uncias aſſis ex 12. ſc. alias ſignificet. Nam* aſſis *vocabulo hereditatem totam; 12. partibus aſſis partes hereditatis appellari omnes noverant.* v. Budae. *de aſſe.* Donat. *ad Suet. Jul.* 83. &c. Boecl. *add. not.* Ernſtii & Gronov. *de pecun. vet.* 3, 10.

Dolopes Scyrum obtinent, 5, 2, 5. *populi Theſſaliae.*

Dolor deſiderii, *ex deſid. concept.* 25, 4, 5. tantum indulſit dolori, ut eum pietas vinceret 21, 1, 4. *Senſus: indignatione juſta in ſcelus matris & vindictam ita exarſit, ne obliviſceretur interim, matrem eſſe, ſuper cujus facinore doleret. Igitur filii officia animoque dolor irritati conjugis eſt coërcitus.* Boecl. dolore incendi 6, 3, 1.

Dolo pugnant, qui pares non ſunt armis 23, 10, 4.

Domeſticis rebus (*vel, ut alii,* opibus) robuſtus 23, 10, 2. *v. not.*

Domicilium, *ſedes* 17, 3, 1. ſibi conſtituere, *habitandi locum* 2, 10, 2. domicilium imperii orbis terrarum erat in ea urbe, *de Roma* 25. 3, 3. *quaſi fortuna imperii ibi habitaret.* Tac. *caput rerum* 1. A 47, 1, *urbs, unde in omnia regimen* 3. A. 47, 2. Cicer. *domicilium imperii atque gloriae* 1. *de orat.* 23. Flor. *deſtinata hominum ac deorum domicilio civitas* 1, 13, 18, Id. *Imperii ſedem caputque terrarum* vocat 1, 7, 8. &c. v. Clapm. *de arcan.* 2, 20.

Dominatio perpetua 1, 8, 3. *pro imperio & poteſtate. Ita enim συνωνυμικῶς vocatur* 1, 3, 5. dominatio unius libertati omnium *oppoſit.* 1, 3, 6. dominatio, *de intemperantia, qua in aliis affectatur imperium* 2, 7, 6. *Sic:* impotens Athenienſium dominatio 6, 1, 4. *de imperio ut capto occupatoque, adeoque de tyrannide. Sic:* dominatio Perſarum 1, 8, 4. v. Clapm. *de arcan.* 3, 2. *ejusmodi dominationis cupiditas & cura intelligitur in Lacedaemoniis* 2, 7, 6. v. Clapm. 3, 7. *ejus parandae artes & flagitia* 6, 1, 4. & 5. *de quibus* Idem 2. c. 9, 15, & 19. *Alia dominationis flagitia* 8, 1, 5. *v. eundem* Clapm. 5, 5, 10. *tale eſt* 10, 4, 3. & 4. *adde* Juſtin. 1, 7, 12. *ubi not.* Cl. Bernegg. *dominationis firmandae obvia flagitia ſuſpicio & crudelitas* 12, 2, 2. Boecl.

Dominatus. *pro μοναρχίᾳ oppoſ.* regno, *quod nomine tale eſt, non poteſtate* 21, 1, 2.

Dominus navis, 2, 8, 6. *v. navis.*

Domus. *pro aedibus.* Domus (*ejus*) ſic erat inſtructa, ut nulla in re differret cuivis inopis atque privati, *Graecorum* imitatione, pro *à cujusvis inopis atque privati v. not.* 17, 7, 4. domi nati domique facti artifices Attici, *in domo ejus geniti, educati, inſtituti, non aliunde emti conductive* 25, 13, 4. domus amoenitas non aedificio ſed ſilva conſtabat, 25, 14, 2. in domum (*vel, ut alii, domum*) ſuam nihil unquam contulit Ageſilaus 17, 7, 3. domum Hannibalis a fundamentis disjecerunt Poeni, *tanquam proditoris & majeſtatis rei* 23, 7, 7. *Sic Romani etiam ſolebant. Notum eſt* Aequimelium *apud* Livium 4, 16. *Sic M. Flacci & Saturnini penates ab imis fundamentis eruti ſunt. v.* Val. Maxim. 6, 3. Politicos *paſſim, & in his* Biccart, *obſervat. dec.* 3, 1. in domo ſua facere myſteria, *domi ſuae, ut vulgo loquimur,* 7, 3, 6. domo ſe tenere 15, 10, 3. *Sic* Cicero *pro domo ſua: domo me continebam.* Virgilius *Georg.* 3. *Hunc quoque, ubi aut morbo gravis aut jam ſegnior annis deficit abde domo.* Domus *pro loco domicilii.* Domum Cherſoneſi habere, *domicilium & fixam ſedem* 1, 2, 4. domi creati decem

prae-

Digitized by Google

praetores, *in ipſa urbe Athenarum* 1, 4, 4. domo proficiſci 1, 1, 5. 1, 2, 4. domo nuntius ei venit. *Lacedaemone* 17, 4, 1. domos ſuas diſcedere, 2, 4, 2. Domus *pro familia ſeu gente.* domus & familiae Philippi inimiciſſimi 18, 6, 3. in domum alicujus plurima mala inferre, *familiam alicujus multis damnis afficere* 2, 9, 2.

Domeſticae res, *vires propriae, inteſtinae* 23, 10, 2. domeſtico ſummo genere *erat* 18, 1, 3. ita *πρωτεύοντα* domi nobilis.

Donari magnis muneribus 2, 10, 2. 9, 4, 2. praemiis, 17, 3, 2. coronis aureis 7, 6, 3. *v. Coron.* monumento ſepulchri 10, 10, 3. *v.* ſepulchr.

Donicum *pro donec* 22, 1, 4. *qua voce* & Plautus, Cicero, Lucretius, alii *uſi. v.* Soſipat. Charis. *lib. 2. Inſtit. Gramm.* p. 178. *&* Giſan. *Ind. Lucret.*

Donum Deo dare 4, 1, 3. *inter ſolennia. Sic enim ſcrib.* D. D. *vel* D. P. i. e. *donum dedit, donum poſuit. Vide de more toto diis dona figendi, dicandi, ſacrandi, iisque inſcriptiones addendi* Briſſon. *formul.* lib. 1. *&* Tomaſin. *de Donariis. Proprie reddidit* Poëta *μνῆμα ἀνατιθέναι. v. not.* Dono ſibi dati Indi quidam a Rege Baetorum *Fr.* 7, 2.

Dotibus de aerario communi datis collocatae Ariſtidis filiae 3, 3, 3. *Notandus mos, quo Reſp. olim virorum bene meritorum filias pauperes ab indotatis nuptiis liberalitate ſua vindicavit, ut loquitur* Val. Max. 4, 4, 10. *ubi Romanis quoque hanc laudem defert.* Boecl.

Druſilla natus Tiberius Claudius Nero, *Conjuge ſcil. Tib. Claudii Neronis, quae poſt Auguſto nupſit, Livia Druſilla*, 25, 19, 3.

Dubium nemini eſt 9, 1, 3. dubium eſſe nemini debet 23, 2, 5, ſine dubio 17, 7, 1. *hae formulae affirmant rem.*

Dubito, an Thraſybulum primum omnium ponam, *eleganter pro; annon ponam, vel, eo inclino, ut ponam* 8, 1, 1. Cl. Vorſtius *ſic reddidit: fortaſſe ponendus eſt.* non dubito fore pleroſque, qui *&c. Praef.* 1. non dubitabat ſe conſecuturum 7, 9, 5, ſe habiturum 6, 3, 5. nemo dubitabat aliquid de pace eſſe ſcriptum 23, 11, 2. Cicero & Terentius *dixiſſent: quin futuri ſint, quin conſecuturus ſit., quin habiturus ſit, quin ſcriptum ſit.* Lambin. non dubitavit committere praelium 23, 11, 3. confligere 16, 5, 3. *de fiducia & promto conatu.* ne dubitaret ducere 23, 2, 4. venire 17, 4, 1. *ut omnino veniret*, vel, *ne differret ducere, venire.* ita Flor. 1, 7, 6. & Curt. 6, 4, 14. Terentius *dixiſſet: ne vereretur ducere, venire.*

Ducere exercitus 18, 13, 1. exercitum adverſus aliquem 15, 7, 3, naves ex Syria in Aſiam 23, 8, 4. aliquem in errorem, *ſic vulg. edd. ſed nos e MS. edidimus* inducere 23, 9, 3. aliquem in convivium *praef.* 6. *pro quo Noſter ibid. v. 7. dicit:* adhibere aliquem in convivium. ducere feram beſtiam captam, *vinctam agere* 14, 3, 1. duxit ſecum Hamilcar filium Hannibalem in Hiſpaniam, *de contubernio* 22, 3, 1. ducere aliquid ſecum, *de auro ſ. theſauro* 23, 9, 4. ducere, *exiſtimare, credere* 7, 7, 2. ducere laudi, *tribuere Praef.* 4. ducere bellum, *protrahere* 14, 8, 5. *ita ſaepe* Cic. Cael. alii. *opp.* ſedare bellum *ibid. v. ſeq.* ducere bellum quam diutiſſime, *eod. ſignif.* 7, 8, 1. *Quanquam* Cl. Vorſtius, *quem vide, priore loco* duci bellum *interpretatur* bellum geri. *Non*, inquit, *dicit Cornelius, Autophradatem, quod videret bellum duci majore Regis calamitate quam adverſariorum, feciſſe eum belli compendium & celeriter bellum confeciſſe, ſed hortatum eſſe ad pacem.* ducere tempus quam longiſſime, *cunctando extrahere* 2, 7, 1. *ita* Cic. *Verrin.* 3. Tac. 2. *A.* 34, 5. Caeſari 1. *B. G. eſt* diem

Digitized by Google

diem ex die trahere. Loccen. ducere uxorem 15, 5, 5.

Duci adverſus aliquem *ſc. militatum.* 18, 3, 4. duci *ſc. cum praeſidio. ſic vulg. edd. ſed nos edidimus*: deduci, 15, 4, 5. duci ad mortem 19, 4, 1. duci non magis amore, quam more *impelli, moveri* 5, 1, 2. *v. ſupra.* amor. caritate patriae 7, 5, 1. ſtudio philoſophiae, *teneri* 25, 12, 3. ſuſpicione falſa 10, 10, 1. omnium opinione victorem, *credi, exiſtimari* 17, 3, 6. poena dignum 3, 1, 3. duci continentis debet, non intemperanter concupiſcere 25, 3, 4. *v.* Ellipſis.

Ductor legatus, *fortaſſis princeps legationis v. not.* 15, 6, 1.

Ductus, *opera in gerendo adminiſtrandoque bello. Sic*: Pauſaniae ductu Barbari apud Plataeas deleti ſunt 4, 1, 3. quorum ductu res male geſtae, 14, 5, 4. *differt ductus ab auſpiciis, quippe quae ad ſummam fati & fortunae pertinent; interdum tamen conjunguntur, ubi idem auctor actorque.* Boecl. *v.* Briſſon *form.* 4. *add.* Boecl. *de auſpic. reg.* 1, 11.

Dulcius nihil poteſt eſſe his libris, *ſc. cognitu* 25, 18, 4.

Dum, *donec.* expectandum, dum ſe ipſa res aperiret 4, 3, 7. *ita ſaepe* Cicero. Dum *de re praeſenti.* dum res conficeretur, procul in praeſidio fuit 20, 1, 4. Terentius *dixiſſet*: interea dum res conficeretur, *vel*, dum res conficeretur, inter ea procul &c.

Duplicare modum haſtae, *duplo fere longiores facere haſtas, quam fuere antea* 11, 1, 4, *v. not.*

Duplici amiculo circundatus 14, 3, 2. *v.* amiculum.

Duritia *ſc. in victu cultuque* 7, 11, 4. *Sic* Plautus *Moſtell.* 1, 2, 75. parſimonia & duritia diſciplinae aliis eram. Loccen.

Durum adoleſcentiae initium, *aſperum & calamitoſum* 5, 1, 1.

Dux manus, *qui parti copiarum praeeſt* 16, 4, 2. opp. Imperatori, *qui totis.* dux Spartae, *a Spartanis conſtitutus* 4, 2, 3. dux ſummus 9, 2, 3. dux poſtulatus a Corinthiis 20, 2, 1. dux fortis & prudens 9, 4, 3. dux belli imperitus 15, 7, 1, & 4. Ducum vitia 25, 16, 4. ducum princeps, *praecipuus* 14, 5, 1. *Dux non eſt a majoribus rebus ad rem parvam abſtrahendus, ibidem.* Duce mutato mutatur fortuna 7, 5, 5. 22, 1, 2. *Ducis reſpectu bellum timetur* 9, 4, 3. *Ducis praeclari abſentia quid noceat* 9, 1, 2. *Ducis pernicies certum victoriae apud hoſtes momentum v. Grut. diſc. ad illud Tac.* 4. *H.* 34, 9. *ac forte Civilis lapſu equi proſtratus; credita per utrumque exercitum fama, vulneratum aut interfectum, immane quantum ſuis pavoris, & hoſtibus alacritatis indidit.* duce Pauſania Mardonius fugatur, i. e. *Pauſaniae opera* 3, 2, 2. 4, 1, 2. duces bellorum 24, 3, 4. duces mari, θαλαττοκράτορες, 13, 2, 2. duces & terra & mari, *de principatu in Graecia* 3, 2, 3.

Dynaſtes Paphlagoniae (*de Paphlagonia v. infr. ſuo loco*) 14, 2, 2. dynaſtae 17, 7, 3. *Non aſſequitur uſum hujus vocis Marcell. Donat. ad Sueton. Tiber.* 26. *dum de magiſtratu plurium & proceribus civitatis capit. Unde nunquam in ſingulari* dynaſtam *apud ſcriptores obſervari, ait; quod vel ex Noſtro promtum eſt refellere. Ne arceſſamus rem longius, locus, qui prae manibus, uterque lucem adfert dubiis ſcriptorum aſſertionibus. In priore enim Thyus* dynaſtes Paphlagoniae *vocatur. interpretetur nobis Athenaeus; ille* regem Paphlagoniae *vocat.* (*ſicut ipſe Nepos c.* 3, 4. nobilem regem.) *recte. ita enim vocari poſſunt & ſolent reguli, toparchae &c. ut mox patebit. ita Scriptura cujuſlibet civitatis dominum* regem *vocat. Strabo Perſidis, Mediae, Aſſyriae, Parthiae toparchas,* dynaſtas *appellavit. Quos* reges *etiam dici potuiſſe probatur exemplo reguli Adiabenae, quem Strabo in* 16. *vocat ſimpl.* ἄρχοντα principem: *Joſephus vero* regem.

qui

qui & alibi Abennerigum quendam *Σπασίνου χάρακος βασιλέα* regem caſtri Spaſini *nominat. quem Caſaub. (qui in exerc. 2. ad Baron. annal. haec differit) non multo fuiſſe majorem re*ge Yveteti Normanico *ſuſpicatur. Adhibeatur jam alter Nepotis locus, ubi diſerte* reges, dynaſtae, civitates *diſtinguntur: ut* dynaſtae *non intelligantur* magiſtratus civitatis, *ſed reguli, & certi loci tractusque domini. Tales ferme hodie Comites, Barones &c. Gradus. Cicero Philip.* 11, 12. *ita exprimit*: reges, tetrarchas, dynaſtas. *Scriptor de bell. Alex.* 64. reges, tyrannos, dynaſtas: *Ceterum* Paphlagonum (dynaſten, *cum Cappadociae ſatrape, exarcho Longobardorum, Cretenſium Coſmis &c. comparat Alex. genial. dier.* 4, 23. *quem vide.* Boecl.

E.

E Contrario 11, 1, 4. 22, 1, 2. *& in quibusd. edd.* 18, 1, 5. *v. ſup.* contrario. e regione, *ex adverſo* 1, 5, 3. e repub. gerere honores, *ad utilit. publ.* 25, 6, 2. e vultu cujusdam intelligere aliquid 4, 5, 1.

Edere. edit in vulgus Mithrobarzanem profectum ſuo juſſu, i. e. *vulgo rumorem ſpargit* 14, 6, 3. *ſub.* rumorem, *vel ſimile nomen.* Neque enim *poſtrema iſta cum verbo* edit *conſtruuntur, ut vult vir doctus. Plene Liv.* 3, 33. ad rumores hominum de unoquoque legum capite editos. *Curt.* 3, 3, 7. Vatum reſponſo, quod edebatur in vulgus. Edere per litteras, quae quis cogitat, ſic edd. vulg. 9, 3, 3. *ubi nos edidimus* agere *v. not.* editi in vulgus libri 25, 16, 3. *ſic & Tacit.* 15, 63, 4. editis mandatis per alium conficere, quod quis ſtudet 9, 3. 3. *ſic Cicer. dixit* edere poſtulata *Verr.* 5. *& JCti* edere actionem, rationes, inſtrumenta &c. Lamb.

Editus locus, *altior* 17, 9, 2. editum conclave 10, 9, 1. *v. not.*

Edictum cenſoris 24, 2, 3.

Educati in domo alicujus 7, 2, 1.

Educere copias ex urbe 1, 5, 2. ex claſſe 5, 2, 3. e navibus 1, 7, 2. educere exercitum 14, 6, 5. in aciem 18, 3 6.

Efferre, quae attuleris, *aſportare* 15, 4, 5. fortuna extulit hunc, *evexit* 10, 6, 1. *ſic:* efferre laudibus, *extollere* 7, 11, 1. 6, 4, 2. efferri in coelum laudibus 10, 7, 3. efferri aliquem amplo funere, *exportare, ἐκφέρειν,* 18, 4, 4. ſuo ſumtu 5, 4, 3. matrem 25, 17, 1. *propria vox de ſepultura v. Kirchm. de fun. initio l. 2. Hoc ſenſu* efferri 10, 10, 3. 3, 3, 2. 25, 22, 4. elatus ſemianimis de templo 4. 5, 4. ſemivivus ex acie 18, 4, 4. efferri ſecunda fortuna, magnis opibus 7, 7, 3. *ſic:* efferri victoria, *inſoleſcere, in ſuperbiam corrumpi* 4, 1, 3. elata elatius *v. infra.*

Efficere nihil non poſſe, *omnia obtinere poſſe, quae cupis* 7, 7. 2. per aliquem, ut, *curare, ut eſt in qu. edd.* 15. 4, 5. effecit his rebus, ut 17, 3, 3. 25, 12, 1. efficere claſſem 2, 2, 3. *ante* aedificare.

Efflare animam, *mori* 4, 5. 4.

Effringere fores, 10, 9, 6.

Effugere invidiam 2, 8, 1, inſidiantes ſibi 23, 6, 4. effugere ex praeſidiis 18, 2, 5. ex vinculis publicis 4, 2, 2.

Effuſi honores, *largi nimium, & qui ad prodigalitatem quandam interpretari poſſunt,* Buchn. tenuibus & raris *opp.* 1, 6, 2. *Sic effundere fortunas & pecuniam dicuntur prodigi, metaph. ab aquis ducta.* effuſae largitiones, *immodicae* 25. 6. 2.

Egredi navi 7, 6, 3. egredi extra vallum nemo eſt auſus. *caſtrorum vall. intellig.* 23, 5, 2.

Ejicere urbe & inſula ſeſſores veteres 5, 2, 5. aliquem ex rep. 7, 4, 6. in exilium 16, 1, 4. in ignem veſtes, *projicere. nam bona eſt lectio.* 7, 10, 5. *v. not.* ejici ex civitate 2, 8, 1.

Ejus-

Digitized by Google

Ejusmodi. id ejusmodi erat, ut, *eleganter de effectu & ἐνεργείᾳ* 10, 7, 2.

Elabi 18, 4, 1.

Elaborare cupide, ut &c. *niti, contendere* 3, 1, 4.

Elata opibus inſula 1, 7, 2. elata res, *divulgata* 10, 8, 4. *Ter. Phor.* 5, 7, 65. vides tuum peccatum eſſe elatum foras.

Elatius ſe gerere, *inſolentius* 4, 2, 1. *Floro* 1, 26, 8. efferre ſe altius & incivilius: *Tacito* 1. *A.* 12, 6. plus quam civilia agitare. *v.* Gronov. *ad Liv.* 37, 12.

Elegans, non magnificus, *ſit oppoſitio inter cultum domeſticum, vel cum modo & munditie, vel cum ſumtu & ſplendore diſpenſatum* 25, 13, 5. Boecl. *v. not. add.* Boecl. *Chreſtomath. Terent.* elegantiſſimus Poëta 25, 12, 4. elegantia vitae, *ad univerſi moris condecentiam referenda eſt* 25, 19, 2. *ſic ab* elegantia vitae *M. Servilium Tacitus* 14, *A.* 19, 2. *ob* eleganter actam vitam *Zenonem quendam Livius* 35, 31. *commendant. add.* Scheffer. ad *Phaedr.* 2, 5.

Elephantus ornatus. *ſic enim leg. non* oneratus, *ut Schottus vult.* 23, 3, 4. *v. not.* elephanto ferociſſimo *comparatus Eumenes captivus* 18, 11, 1.

Elicere epiſtolas alicujus *ſc. occaſione ſuppeditata reſcribendi* 25, 20, 2.

Elis 7, 4, 4. *Urbs Eleae, regionis Peloponneſi, primaria, Homeri aetate vici formam adhuc habens, paulatim vero vicinorum huc commigrantium multitudine & opibus aucta.* Ubb. Emmius *gr. vet. tom.* 1. *lib.* 2. *pag.* 24. *ſeqq.*

Ellipſis *Nominis* Pactum, *vel ſimilis*: quae Regi cum Lacedaemoniis eſſent 7, 10, 2. *v. notas.* Navis *vel ſimilis*: ut haberet, qua fugeret ad ſalutem 10, 9, 2. *v. not.* Eſt civitatis ejus, partium harum, pluris, virtutis tuae; *ubi ſemper nominativus aliquis ſub audiendus. v. eſſe civitat.* Ellipſis *pronom. frequ.* miſeranda vita, qui ſe metui quam amari malunt, *pro, eorum*, qui ſ. m. q. a. m. 10, 9, 5. *ſic*: c. 8, 4. conveniunt, cujus de periculo timebant, *pro ejus cauſa, cujus d. p. t. Talia ſunt* 2, 9, 1. 12. 4, 1. 14, 9, 4. 17, 3, 2. 20, 2, 4. *&c.* Ellipſis *Verbi ſubſtantivi una cum nomine*: non liberalis ſed levis arbitrabatur 25, 15, 1. contentis debet duci 25, 13, 4. *ſubaudiend. eſſe rem, negotium, opus &c. v. eſſe* Ellipſis *Verbi jam ante poſiti*: nihil commutavit, niſi quid vetuſtate coactus eſt *ſc. commutare* 25, 13, 3. non concupiſcere, quod a plurimis videas *ſc. concupiſci, ibid. v.* 4. parati facere, quod ipſum vidiſſent *ſub. facere* 14, 9, 4. cum tempore ipſo perveniſſent, quo ſtuduerant *ſc. pervenire* 16, 2, 5. eo venit, quo ſtuduerat *ſc. venire* 14, 4, 4. Ellipſis *Participii*, exiſtens *vel verbi ſubſtantivi cum adverbio* cum: ſeni Sullae fuit jucundiſſimus Atticus adoleſcens, *cum eſſet adoleſcens, Gr.* νεώτερος ὢν 25, 16, 1. (*niſi quis* τὸ *adoleſcens pro participio habere malit.*) Eumenes poſt Alexandri mortem, Imperator, exercitus duxit, *cum eſſet Imperator* 18, 13, 1. tribunus plebis interfectus eſt, *cum eſſet tribunus plebis* 25, 2, 1. quem puerum Pauſanias dilexerat, *cum eſſet puer* 4, 4, 1. Epaminondae eloquentia eluxit Spartae, legati ante pugnam Leuctricam, *cum eſſet legatus* 15, 6, 4. *ultima tamen verba ſuſpecta eſſe in not. diximus.* Eumenes annorum XLV. *ſc. cum eſſet* 18, 13, 1. qui ex intimis regis ab amicitia ejus defecerat, *cum eſſet ex intimis regis*, 9, 2, 2. Ellipſis *Adverbii* utpote *vel* quippe: ille, qui in aliqua re vellet patrem imitari, morem ei geſſit, *ille, utpote qui in aliqua re &c.* 10, 3, 1. *Adverbii* ſicut *vel ſimilis*, attigit poëticen: credimus, ne ejus expers eſſet ſuavitatis, *pro*, ſicut credimus 25, 28, 5. *Adverbii* ſa-

tius

Digitized by Google

tius *vel* potius: ſtatuit congredi, quam refugere, *pro* ſatius ſtatuit &c. 14, 8, 1. *ſic ſaepe Tacitus. v.* Voſſ. *de conſtruct. c.* 9. Ellipſis *Praepoſitionis* ex: perſuaſit populo, ut ea pecunia claſſis aedificaretur *ex ea pecunia* 2, 2, 2. *v. not. Praepoſitionis* per *vel* intra: anno xxx. medicina non indiguit, *intra annos &c.* 25, 21, 1. *Praepoſitionis* in: bello cognitum eſt, *pro*, in bello 2, 2, 3. & mari & terra bellum inferre, *pro*, in mari, in terra 2, 2, 4. eſſe periculo, *v.* eſſe. ſenectute obire *v.* ſeneſt. incidit in invidiam, quam pater ſuus, *pro*, in quam 5, 3, 1. *v. not.. Huc pertinent* ea aetate, dignitate regia eſſe &c. Ellipſis *Conjunctionis* &: equis, armis, viris, pecunia Africam locupletavit 22. 4, 1. adoleſcens illuſtris, formoſus, *ib.* c. 3, 2. *ſic ſaepe* Cicero, alii. *Conjunctionis* ut: ſuaſit, ne ſe moveret & expectaret 18, 6, 2. petierunt a rege, ne inimiciſſimum ſuum ſecum haberet ſibique dederet 23, 12, 2. ſcripſit, ne timeret, ſtatimque ad ſe veniret 24, 10, 4. *niſi dicas latere in his & ſimilibus* τὸ ut *in praeced.* ne. his dat negotium, ad Dionem eant, *pro* ut ad Dionem 10, 9, 3. *Conjunctionis* quam: non amplius centum adoleſcentuli 16, 2, 3. *v.* amplius. *Conjunctionis* ſi, *verbo tamen in participium mutato*: quibus ſe oppreſſo nulla ſpes ſalutis relinqueretur, *pro*, ſi oppreſſus eſſet, 1, 3, 2.

Eloquentia, *inter artes viri civilis & ad magna nitentis* 5, 2, 1. *eloquentia Epaminondae armis paria facit ibid.* v. 4. *v.* Paſchal. *legatum.* eloq. Platonis 10, 3, 3. antiſtat eloquentia innocentiae, *id eſt*, *ſuperat eam*, *valet contra eam* 3, 1, 2. *cum ſcil. ejus fraude damnantur boni*, *ut* Quinct. *ait* 2, 16. eloquentiae principatum tenere 25, 5, 4. eloquentiae ſatis habebat Cimon. 5, 2, 1. *modus loquendi paſſim ſcriptorib. frequentatus*, *v.* Savar. *ad Sidon.* 9. *epiſt.* 9. eloquentia linguae Graecae diſertiſſimus omnium, *vel*, *ut alii*, ditiſſimus 7, 2, 1. *v. not.*

Elpinice Cimonis ſoror 5, 1, 2.

Eluceſcere virtutibus, *inclareſcere* 4, 1, 1. elucet ex his illud, *illud potiſſimum & ad gloriam illuſtre eſt* 12, 1, 1. eluxit eloquentia ejus &c. 15, 6, 4. *illuſtri argumento cognita eſt.*

Emax, *qui emendi ſtudio ducitur* 25, 13, 1. *v. not.*

Emere in diem *v. ſupr.* dies.

Emendata *dicuntur* vitia virtutibus, *quorum turpitudo per virtutes poſtea extincta ac oblitterata eſt* 2, 1, 1.

Emergere altius, *attolli honoribus*, *potentia*, *auctoritate* 2, 3, 3. *ſic habent qu. edd. nos è MSS. melioribus edidimus* eminere altius. *v. not.* emergere ſe ex malis 25, 11, 1. *ſic plane* Terent. *Andr.* 3, 3, 30. & alii vett. *v. not.* Loccen. *Tali formula dicitur*: abſtinere ſe cibo 25, 22, 3. erumpere ſe foras, *apud* Caeſar. *v. not.* Ernſtii.

Emetiri *peragere.* emenſi quae intererant, *Fr*, 7, 2.

Eminere altius, *honoribus*, *potentia &c.* 12, 3, 3. *v. not.*

Emittere exercitum in Aſiam *bellatum mittere*, 17, 2, 1. animam *exſpirare*, *exanimari* 15, 9, 3. *v. not.* emitti *ſc. ex cuſtodia* 5, 1, 1.

Emphyletus 19, 4, 3. *v. notas.*

Enarrare vitam 16, 1. 1. *oppon.* hiſtor. ſcrib.

Ennius Q. poëta à Catone Rom. deductus ex Sardinia, magnique aeſtimatus 24, 1, 3.

Enumerare, *per ſeriem narrare* 6, 2, 1. & 23, 5, 4. familiam, *de genealog.* 25, 18, 3.

Enuntiare, *deferre*, *revelare rem ſecretam* 4, 4, 6. *v. not.* Ernſt. *ſic ſaepe* Cic. *It.* Caeſ. *B. G.* 5, 58. Juſtin. 5, 1, 1. Curt. 3, 6, 7. *Add.* Gronov. *ad Liv.* 9, 16.

Eo, *in eum ſtatum.* Eo deducta erat illa militum multitudo errore ducis, ut & 15, 7, 1. eo res utrorumque perduxit, ut &c, *ibid. c.* 8, 4.

G g g

8, 4. eo, *ad illud tempus.* usque eo ferrum in corpore retinuit, quoad renunciatum eſt viciſſe Boeotios. *ibid. c* 9, 3. eo, *ideo.* eo nolebant confligere claſſe, quod pedeſtribus copiis plus quam navibus valerent 7, 8, 2. eo non accidit, quod nunquam cum forti ore ſum congreſſus 18 11, 5. eo, *intendendi vim in ſeqq. habet:* id illi usque eo deſpexerunt, ut 16, 3, 1. is usque eo vitae ſtatum commutatum ferre non potuit, ut 10, 4, 5. hoc usque eo tota Graecia fama celebratum eſt, ut 12, 1, 3. usque eo *pro* adeo. *Sic ſaepe* Cicero. Sed tum abfuit, eoque pejus res adminiſtrata eſt, 9, 1, 2 neque eo magis ex praelio exceſſit, 18, 4, 2. *Sic:* neque eo magis arcem Thebanis reddiderunt 16, 1, 3. neque eo magis carebat ſuſpicione 4, 3, 5. neque eo magis potenti adulatus eſt Antonio 25, 8, 5. neque eo ſecius Athenienſibus officia praeſtabat 1, 2, 3. neque eo minus privatis publicisque rebus interfuit 20, 4. 1,

Eodem, *in eundem locum,* poſtquam eodem perfugit 10, 5, 1, eodem, unde erat profectus, ſe recepit, 13, 3, 4.

EPAMINONDAS *Thebanus, honeſte natus* 15, 2, 1. *diligenter educatus, ib. &c. bonis animi ac virtutibus egregius* c. 3, 1. *&c. abſtinentiae exemplum edit* c. 4, 1. &c. *dicta ejus acuta* c. 5. & 6. *patiens fuit injuriarum* c. 7. *retinet imperium diutius, quam per leges licebat* c. 7, 4. & 5. *accuſatus ut ſe defenderet* c. 8. &c, *fortis in morte* c. 9. *uxorem nunquam duxit* c. 10, 1. *bello civili abſtinuit* v. 3. *Thebas ſolus illuſtravit* v. 4. *Epaminondae impetus* 11, 2, 5.

Ephebus factus eſt, *ad pubertat. venit* 15, 2, 4. v. Interpp. *ad Ter. Andr.* 1, 1, 24.

Epheſus 17, 3, 1. *olim a Caribus & Lelegibus habitata, poſt Colonia Athenienſium & Ionum, principe Androclo, Codri poſtremi regis Attici filio, aucta, inter urbes Ioniae poſt Miletum multis ſaeculis maxima, ditiſſima, potentiſſima, Aſiae totius intra Taurum montem emporium nobiliſſimum.* Ubb. Emmius *tom.* 1. *vet graec. pag.* 106.

Ephemeris 25, 13, 6. diurnum *Latini vocant. ſignificat hic, libellum quotidianarum expenſarum & erogationum* v. *Theſ.* Buchn. & Ernſt. *ad h. l. add.* Loccen. *Aliud ſignific.* diurni commentarii *ap. Suet. Aug.* 64. *in quos etiam dicta & ſermones annotabant. v.* Caſaub. *ad illum loc.*

Ephori Lacedaemoniorum 2, 7, 2. *penes hos ſummum imperium.* ib. *ephoris licet regem vinculis indere* 4, 3, 5, *de horum poteſtate & offic. v.* Nicol. Cragium *de rep. Lacedaem. l.* 2. *cap.* 4. *add.* Ubb. Emmii *tom.* 3. *Graeciae vet. pag.* 122. *ſeqq.* Arniſae. *de Repub.* 2, 6, 2. §. 30. *ſeqq.* & Meurſ. *Miſcell. Lacon.* 2, 4.

Epigramma, *inſcriptio, titulus, elogium; qualia donis addumtur, quae diis ſacrabant* 4. 1, 3. Briſſ. *formul.*

Epirus, *regio Graeciae trans ſinum Ambracium verſus occidentem in ora maris Ionii.* Ubb. Emmius *tom.* 1. *vet. graec. pag.* 54. in Epiro Olympias habitat 18, 6, 1.

Epirotes Pyrrhus 21, 2, 1. Epirotae 13, 2, 1.

Epiroticae poſſeſſiones, *quas habet aliquis in Epiro* 25, 14, 3.

Epiſtola *Themiſtoclis ad Artaxerxem* 2, 9, 2. &c. epiſtolae vincula lacerare, *vulgo laxare* 4, 4, 1. *v. not.* epiſtolam ſolvere 23, 11, 3. epiſtolam accipere ab aliquo ad aliquem 4, 4, 1 epiſtolae *Ciceronis ad Atticum* 25, 16, 3. epiſtolae verboſiores 25, 20, 2.

Epulari luxurioſius 4, 3, 2.

Epulum magiſtratuum Thebanorum ſolenne 16, 2, 2.

Equum concitare in aliquem 16, 5, 4. equo concitato vehi. 14, 4, 5. equi militares *in conctuſione, arte ſervati, ne ſcil. eorum praeter conſuetudinem otiantium pedes* (*quod* Plutarch. *l.* 5. *convival. probl.* 4. *ait*)

Digitized by Google

aii) vitium contraherent, 18, 5, 4. Boecl.

Equitatu ſuum omni praeeſſe 23, 3, 1. equitatus hoſtium arborum tractu impeditus 1, 5, 3. *gaudet enim campo potius.* v. Herm. Hugonis *comm. de militia equeſtri l.* 4. *c.* 5. equitatu valere 18, 3, 6.

Equeſtris dignitas 25, 1, 1. *ordo medius tertiusque Romae Plebi & Patribus inſertus, ut loqu.* Plin. 33, 1. *v. iterum* Hugon. *l.* 5. *c.* 1.

Eretria *Euboicarum civitatum maxima.* capitur 1, 4, 2. *fuit & alia ejusdem nominis urbs in Theſſalia*, *v.* Ubb. Emm. *tom.* 1. *vet. graec. pag.* 41. *&* 66.

Erga Romanos confirmavit velut hereditate relictum odium paternum 23, 1, 3. erga Italiam eodem animo fuit *ib.* c. 10, 1. erga regem commune odium ſuſceperant, 14, 10, 3. erga nobiles crudelitas 7, 4, 4. erga Romanos odium 22, 4, 3. *in his omnibus* erga *in malam partem accipitur.*

Ergo. victoriae ergo donum Apollini dare, *i. e. pro conceſſa victoria, in memoriam victoriae* 4, 1, 3. *Solennis eſt in ejusmodi donariis hujus vocis uſus.*

Erichthon *Urbs Helleſponti* 13, 1, 3. *hoc nomine ſignificatur, ſed mendoſe. vera lectio eſt* Crithote. *v. not.*

Erexit eum haec contumelia *i. e. ad induſtriam & emendationem excitavit, exacuit* 2, 1, 3. *cum fundamento ſententioſo. quaedam enim ingenia* frangit contumelia *& ad deſperationem negléctumque infamiae abjicit; quaedam* erigit *inſtigatque, ut dedecus in gloriam vertere contendant.* Boecl. *v.* Freinsh. *&* Loccen. *ad illud Curtii* 7, 2. 38. Incitabat virtutem ignominiae demendae cupido.

Eripere. Aſiam Ageſilaus regi fuiſſet erepturus, *bello adempturus* 9, 2, 3.

Error. errore ducis in diſcrimen ductus exercitus, *ducis culpa* 15, 7, 1. his in errorem inductis, *calliditate deceptis, ut crederent, meum aurum & argentum eſſe, quod maximam partem plumbum erat* 23, 9, 3.

Erudire exercitum diſciplina militari 11, 2, 4. de qua *inprimis* Veget. *l.* 1. *c.* 13. *&c.* & H. Hug. 3, 1. erudire filium doctrinis 25, 1, 2. erudiri ab aliquo 7, 2, 1. eruditus ſic, ut &c. *ſcil. variis diſciplinis & artibus* 15, 2, 1. eruditus litteris, ſermone 2, 10, 1. *de eo, qui linguae alicujus notitiam ſibi comparavit.* optimis artibus 25. 12, 4. *capio de rectiſſimis atque honeſtiſſimis ſtudiis rationis & officii, quae* Cicero *vocat* 1. *de invent.* 1. Boecl.

Erumpere. erumpit pus per lumbos, *vel, ut alii*, fiſtula puris *aut* putris *v. not.* 25, 21, 3.

Eruptio ex oppido hoſtili 8, 4, 4.

Eryx 22, 1, 2. *mons poſt unam Aetnam reliquos Siciliae magnitudine ſuperans, in cujus vertice templum Veneri poſitum erat, quae propterea Poëtis Erycina dicitur.* Horat. *lib.* 1. *carm. od.* 3. *ceterum ſic quoque appellata urbs fuit inter faſtigium & radices montis illius ſita, quae nunc vicus vallis Mazarae vel Trapano del Monte vocatur.*

Aſcendere. eſcendit in navem omnibus ignotus nautis, 2, 8, 6. *ſic pro* aſcendit *e Mſ. P. Dan. edidimus, nulli dubitantes, quin genuina ſit lectio. Nam & aliis vett. ſcriptoribus Paulo Diacono, Tacito, Ciceroni, Salluſtio, Varroni, Plauto idem verbum reſtituerunt* Muretus; Carrio, Janus Guilielmus, Gruterus, Schoppius, alii. *inprimis vid.* Gronov. *ad Liv.* 2, 28. add. Pare. *Lex. Crit.*

Eſſe alicubi, *degere* 23, 12, 3. eſſe, *exſtere & quidem cum emphaſi.* ſunt aliquot ejus libri, *i. e. exſtant, habentur, circumferuntur* 23, 13, 2. effecit, ut eſſet pecunia, quae Romanis ex foedere penderetur, *id eſt, haberetur* 23, 7, 5. eſſe *pro fore.* poſt Peloponneſium bellum Athenasque devictas cum Thebanis ſibi rem eſſe exiſtimabant 16,

1, 3. v. Buchn. *de commut. rat. dic. pag.* 128: cum jam in eo eſſet, ut oppido potiretur *integrum eſt: in eo ſtatu vel in eo loco*, 1, 7, 3. cum jam in eo eſſet, ut comprehenderetur, 4, 5, 1. v. Gronov. *ad Liv.* 7, 35. Si ille non fuiſſet, 9, 2, 3. *pro quo Comici*: absque illo fuiſſet. *vid. Cl. Vorſt. de lat. merito ſuſp. pag.* 80. niſi ille fuiſſet, Sparta futura non fuiſſet 17, 6, 1. *ubi ſimul elegantiae ſervit duplex ejusdem verbi ſignificatus.* Eſſe *enim primo opem, auxilium, operam notat: mox pro, durare, conſiſtere, ſuperesse uſurpatur. deſiiſſet eſſe Sparta (actum de ea erat) absque hujus viri opera fuiſſet ac virtute.* Boecler. *Sic* Livius 2, 10. & 24, 34. *vid. not. ad* 15, 10, 4. Florus 2, 3, 5. *actum erat de Roma, niſi Marius illi ſeculo contigiſſet*, Cicero *Cat. Maj. Si ſenes nulli fuiſſent, nullae omnino Civitates eſſent.* & ali. Quae tyrannis paucis annis ante fuerat, *viguerat* 1, 8, 1. ſic fuit apud Athenienſes, *cum de more loquimur.* 1. 6, 2. *ubi aliquid ſubaudiendum eſt ex antecedentibus.* Cum quid eſſet, renunciaſſet, 23, 12. 5. eſſe *per ellipſin abſorbetur*: *vid.* Ellipſis.

Eſſe civitatis ejus 2, 9, 1. civitatis alienae 18, 1, 2. *In his vulgo genitivum exiſtimant à vero ſubſtantivo regi. Sed recte notarunt* Schoppius *in Gramm. philoſoph.* Voſſius *in lib. de conſtruct.* & Boeclerus *in Chreſtomath. Terent. pleroſque ejusmodi locutiones ellipticas eſſe; ac ſi ſuppleantur ellipſes, multum Grammaticarum obſervationum minui poſſe. Sic igitur* in his locis. *ſuppl. vox* Civis. *v. gr.* eſſe civitatis ejus, vel civitatis alienae *ſcil.* civem. *Similiter & in ſequentibus ſubaudiri certa nomina debent.* Eſſe ejusdem aetatis *ſub. hominem vel virum* 7, 11, 1. optimarum partium, *ſub. hominem vel ſectatorem* 25, 6, 1. arma adverſariis tradere non tuae virtutis *ſub. res, negotium, opus*, 22, 1. 6. id arbitrium non eſt mei conſilii, *ſc. res* 9, 4, 1. *vid. conſilium.* potius diligentia quam pretio parare non mediocris eſt induſtriae *ſub. res &c.* 25, 13, 4. eorum retinere uſum benevolentiamque inter quos &c. magnae eſt ſapientiae *ſub. res &c. ib. c.* 20, 5. *Huc pertinent illa, in quibus praeter nomen ſubaudiendum etiam eſt infinitivus verbi ſubſtantivi. v. g.* non intemperanter concupiſcere continentis debet duci, *ſub. rem eſſe* 25, 13, 4. Atticus polliceri, quod praeſtare non poſſet, non liberalis ſed levis arbitrabatur, *ſub. rem eſſe, ibid. c.* 15, 1. *In his vero, in quibus verbum ſubſtantivum aeſtimandi ſignificationem habet, duobus nominibus genitivus ſupplendus eſt, hoc modo*: ejus opera fuit magni *ſcil. pretii opera. pro quo* 24, 1, 2. *Noſter ita: ejus opera aeſtimata eſt magni.* unus homo quam civitas fuit pluris *ſc. pretii res* 15, 10, 4. videbant Eumene recepto omnes prae illo futuros parvi *ſc. pretii homines* 18, 10, 4.

Eſſe auxilio alicui 25, 11, 1 eſſe calamitati *ſc. recipientibus & nimium confidentibus* 14, 6, 6. 16, 3, 1. *nam ſubaudiendus eſt Dativus perſonae, ubi expreſſus non eſt.* curae alicui 25, 12, 5. gloriae magnae, *ut in quibusd. eſt codd. v. not.* 8, 4, 1. indicio alicui 6, 3, 5. 20, 2, 3. 25, 16. 3. invidiae alicui. 10, 4, 2. laetitiae alicui 13, 2, 2. malo alicui 7, 7, 3. opprobrio alicui 9, 3. 4. perniciei, ſaluti alicui 8, 2, 2. 12, 4, 2. 2, 8, 3. ornamento alicui 10, 2, 1. praemio alicui 4, 4, 6. 23, 10, 6. praeſidio alicui 9, 2, 1. 17, 7, 2. ſpectaculo populo *praefat.* 5. turpitudini alicui, *ib.* uſui omnibus 9, 2, 4. *In his omnibus, ſi credimus* Sanctio & Schoppio, *neuter Dativus ab orationis aliqua parte pendet. Verum tametſi de Dativo perſonae, qui jam compoſitae orationi accedit, eoque haut male Dativus acquiſitionis dicitur, eis valde aſſentimur; alterum tamen Dativum, qui commodum*

aut

aut incommodum ſignificat, atque adeo ad ipſam orationem componendam pertinet, omnino putamus alicunde regi. Interim notari hoc debet, poſſe ſenſui convenienter verbum ſubſtantivum explicari per τὸ afferre, Dativo rei in accuſativum mutato, ut ita eſſe auxilio alicui *ſit* afferre auxilium alicui; eſſe calamitati, afferre calamitatem; eſſe curae, afferre curam: *& ſic deinceps. videri &* Voſſius *poteſt, de conſtruction. cap.* 34. *Porro quod Noſter* 25, 16, 3. *habet*, (ei rei ſunt indicio ſexdecim volumina epiſtolarum) *in eo vocabulum* rei *putamus explere vicem Dativi perſonae, ut proinde tertius aliquis Dativus isque perſonae ſubaudiendus non ſit, neque praeterea dicendum*, ei rei, *poni pro* ejus rei *ut vult Vir doctiſſimus* h. l.

Eſſe abſtinentia magna 3, 3, 2. aetate ea, ut 1, 1, 1. animo iſto 18, 11, 4. animo eodem erga aliquem, 23, 10, 1. mente eadem 23, 2, 5. tanta ferocia, ut 22, 1, 5. praecipua fide erga aliquem 6, 2, 2. invidia minore 18, 7, 2. tantis opibus, ut 20, 3, 4. cura tanta, ut 25, 15. 2. dignitate regia 1, 2, 3. dignitate honeſta & viribus ad laborem ferendum firmis, neque tam magno corpore, quam figura venuſta 18, 11, 5. animo magno & corpore, imperatoriaque forma 11, 3, 1. ea fama, qua, 18, 3, 4. gloria magna in muſicis 15, 2, 1. *heic gloria perſonae tribuitur; alibi rei, ut*: corona honoris, Thraſybulo data, magna fuit gloria. *ſenſus: magnam Thraſybulo attulit gloriam*, 8, 4, 1. genere ſummo domeſtico 18, 1, 2. liberalitate magna 5, 4, 4. natu magno 13, 3, 1. pari imperio atque alius eſt, *de belli ducibus* 14, 3, 5. poteſtate perpetua 1, 8, 3. propitia voluntate 10, 9, 6. prudentia ſingulari & induſtria in rebus omnibus 24, 3, 1. ſagacitate magna 7, 5, 2. eodem ſenſu quo, i. e. *ingenio*, 7, 5, 3. eſſe pari periculo 22, 2, 1. magno periculo 23, 9, 2. 14, 5, 3. *& juxta qu. Mſſ.* 10, 8. 2. *v.* not. *add.* Schopp. *Veriſim.* 4, 14. majori periculo 10, 2, 4. *ad eundem modum* & Cicero *locutus* 4. *ad fam.* 15. *&* 8, 2. *itemque* Petronius, Livius, *alii. Ceterum in hujusmodi locutionibus ſupplendae ſunt praepoſitiones*, cum, in, *&c. nam integre dicitur* eſſe cum abſtinentia, poteſtate, &c. in aetate ea, in gloria, in periculo, &c.

Eſſe ab invidia tantum, quantum quis a conſpectu ſuorum receſſit, *i. e. abiiſſe, remotum eſſe* 12, 3, 4. adverſus aliquem, *belligerare* 22, 2, 2. ante oculos civium, *verſari* 12, 3, 2. apud aliquem, *de amicis, qui ap. aliq. vivunt* 18, 12, 2. eſſe apud aliquem, *pro* exiſtimari, haberi ab aliquo. *v. g.* nullius momenti apud exercitum eſſe 7, 8, 4. erat ſumma laus apud Perſas fortiter venari 7, 11, 5. eſt hoc multo apud Graios honorificentius, quam apud Romanos 18, 1, 5. eſſe legationis jus apud omnes gentes ſanctum conſuevit 16, 5, 1. ne lectores, quae ipſis leviora ſunt, pari modo apud ceteros fuiſſe arbitrentur 15, 1, 1. *Ubi recte annotat Cl. Vorſtius eodem ſenſu dici* eſſe alicui *&* eſſe apud aliquem. *Sic enim* Noſter *paſſim*: non eadem omnibus ſunt honeſta atque turpia, i. e. *judicantur, putantur praef.* 3. Cimoni non fuit turpe ſororem germanam in matrimonio habere *ibid.* 4. i. e. *a Cimone non fuit nefas habitum, uti paullo poſt loquitur &c. Sic quoque* Virgilius *Ecleg.* 5. *verſ.* 52. an quicquam nobis tali ſit munere majus, *a nobis habeatur. Eclog.* 7. *verſ. ult.* ex illo Corydon Coridon eſt tempore nobis. *a nobis habetur, ducitur. & alibi.* eſt apud hunc ſummum imperium populi *i. e. habet in populum* 19, 2, 4. eſſe cum aliquo, *ὁμιλεῖν de convictu* 22, 3, 2. 7, 10, 5. eſt huic ſoci-

etas cum illo 7, 10, 2. *Sic Mſ. B ceteri & qu. edd. nos edidimus: quae regi cum Lacedaemoniis eſſent*, ſubintell. *pacta vel tale quid. v. n. t. & Sciopp. Veriſim.* 4, 8. eſſe in amicitia cum aliquo 23, 2, 4. eſſe hoc in animis debet, *obſervari animis* 8, 2, 3. eſſe in colloquio, *colloqui* 14, 11, 3. in faſtigio ſummo 25, 10, 2. *opp.* in periculo ſummo *ibid.* in tuto 2, 9, 2. *opp.* in periculo *ibid. Thucyd.* ἐν ἀσφαλεῖ, ἐν ἐπικινδύνῳ. in diſcrimine magno 14, 5, 4. in exilio cum aliquo 8, 3, 3. in foro *i. e. fori ſtudiis & civilibus artibus operam dare* 24, 1, 1. *vid. forum.* in fuga, *meditari fugam, adornare* 2, 4, 3. in magiſtratu 12, 4, 1. in obſidione, *obſideri* 18. 5, 6. in poteſtate ſua 25. 6, 1. in ſimultate cum aliq. 25, 17, 1. in ſpe magna provinciae bene adminiſtrandae, *de ſpe aliorum, provinciam bene adminiſtratum iri* 7, 4, 3. in ſumma laude 11, 2, 4. in timore 1, 8, 4 in vinculis 9, 5, 3. 18, 11, 3. pater, quantum in ſe fuit, Thracem me genuit 11, 3, 4. erat in eo cum ſumma humanitas, tum mira comitas 1, 8, 4. erat in puero ſumma ſuavitas oris ac vocis 25, 1, 3. erant in eadem epiſtola, quae ad. ea pertinebant &c. *ſc. ſcripta* 4, 4, 2. arripuit, quod in praeſentia veſtimentorum fuit, *ſc. ad manum* 7, 10, 5. eſſe penes hos videtur Reſpub. 25, 8, 1. eſt penes hunc ſumma imperii cuſtodiae 18, 11, 3. eſſe ſub adverſarii poteſtate 10, 5, 5. ſub imperio ejus eſt phalanx &c. 18, 7, 1.

Etiam tum 23, 4, 3.

Et mari & terra 2, 2, 4. 22, 1, 2.

Etruria *ſive Hetruria, quae aliis veterum Tuſcia, nunc la Toſcana dicitur* 23, 4, 2. *pars Italiae notiſſima, inter mare Tyrrhenum ad occaſum & meridiem, montem Apenninum ad ſeptentrionem, & Tiberim fluvium ad ortum.*

Evadere. timeo quorſum haec evadant 10, 8, 1.

Euagoras 12, 2, 2.

Euboea 1, 4, 2. 2, 3, 2. *Inſula Graeciae orae Atticae poſt promontorium Sunium, iterumque Boeotiae & Locrenſi & Malienſi objecta, & pelago non lato ab iis dirempta.* Ubb. Emmius *tom. 1. vet. graec. p.* 141.

Eudoxus *Fr.* 7, 4.

Evitare odium 10, 8, 2. periculum 14, 2, 4. tempeſtatem, *proprie* 13, 3, 3. *metaphorice, de fuga periculi* 7, 4, 4.

EUMENES Cardianus *ſcriba primum Philippi* 18, 1, 5. *deinde Alexandri v.* 6. *poſt cujus mortem Cappadociae praefectus deſtinatur c.* 2, 2. *Leonnati inſidias vitat v.* 5. *Perdiccae fidus c.* 3, 1. *pugnat cum Cratero & vincit c.* 4, 1. *&c. damnatur capitis c.* 5. 1. *obſeſſus callidum uſurpat inventum v.* 4. *evadit v.* 7. *Olympiadi prudenter conſulit c.* 6, 2. *& ſubvenit v.* 5. *adverſus Antigonum bellum ſuſcipit v.* 7, 1. *imperii auctoritatem apud ſuos commento aſſecutus v.* 2. *vincit Antigonum c.* 8, 1. *veteranorum licentia impeditur v.* 2. *&c. Antigonum adventantem deludit arte c.* 9. *cui perfidia militum deditur c.* 10, 2. *& conſervaſſet ille v.* 3. *niſi invidia conſilii totius obſtitiſſet c.* 12. *igitur in duram cuſtodiam conjectus c.* 11, 1. *&c. inſciente denique Antigono interficitur c.* 12, 4. & *ab eo honorifice funeratur c.* 13, 4.

Eumenes rex Pergamenus Romanus amicus, *vincitur aſtu Hannibalis* 23, 11.

Eumolpidae, 7, 4, 5. *familia ſacerdotum Athen. ab Eumolpo dicta, quos & concilio publico aliquando praefuiſſe, auctor eſt* Alex. *ab* Alex. 4, 11. *adde* Lamb. *in h. l.* Meurſ. *Eleuſin.* c. 13. & Loccen. *Ind.*

Evocare aliquem, *accire, ad ſe vocare* 9, 5, 3. *alibi*: excire.

Europa, una e tribus Orb. vet. partibus 1, 3, 1. 12, 2, 1. 2, 2, 4. Europae ſuccubuit Aſia, *de Graecorum viribus* 2, 5, 3. *v.* Aſia.

Europaei adverſarii, *ab Europa hoſtes*,

ſtes 18, 3, 2.

Eurybiades *rex Lacedaemoniorum*, 2, 4, 2.

Euridice mater Perdiccae & Philippi 11, 3. 2.

Euryſthenes, *rex Spart.* 17, 1, 2, 17, 7, 4.

Ex *originis ſignificationem habet, ſive* (1.) Nativitatem alicujus *exprimas, ut*: ex fratre & ſorore nati, 14, 2, 3. *Sive* (2.) Cauſam rei, *ut*: qua ex re majoribus rebus praeeſſe coepit, 14, 2, 1. qua ex re iratus, privatus in urbe manſit 24, 2, 2. qua ex re nobilis inter aequales ferebatur 25, 1, 3. *ubi* qua ex re *integre ponitur pro* quare, i. e. *ob quam cauſam. Sic*: ex quo accidit, ut, *unde* 25, 20, 3. ex quo fiebat, ut, 7, 7, 2. qua ex re creverat cum fama tum opibus *ib. v.* 5. ex eo facile conjici poterit, 13, 4, 2. ex quib. civib. de ceteris poſſent judicare 15, 6, 2. ex aliqua re adipiſci gloriam 12, 2. 2. *Sive* (3.) Reditus, *ut*: ex metallis redit pecunia publica 2, 2, 2. ex metallis pecunias magnas facere 5, 1, 3. ex novis vectigalibus ut eſſet pecunia, effecit 23, 7, 5. *Sive* (4.) Sumtus, *ut*: ex praeda tripodem aureum Delphis poſuit 4, 1, 3. ex hoſtium praeda muros reſtituere 13, 4, 1. ex ſua re familiari *ib.* 1. *ibid.* ex ſua re familiari dabat, quae amicis opus fuerant 25, 7, 1. ex manubiis ornare arcem 5, 2, 5. ex pecunia publica claſſem aedificare. *ſic q. edd. nos ſine provocabulo edidimus* ea pecunia, *v. not.* 2, 2, 2. *Sive* (5.) unum aut aliquot e multis, *ut*: ex ephoris quidam huc deſcenderunt 4, 4, 4. Tiſſaphernes, qui ex intimis Regis ab amicitia ejus defecerat 9, 2, 2. ex his rebus memoria dignis elucet maxime inventum ejus, quod &c. 12, 1, 1. *Sive* (6.) ſtatum priorem *ut*: ex hieme maxique ſcopuloſo navem ſervare 25, 10, 6. ex procellis civilib. ad incolumitatem pervenit *ibid.* ex bello otium inſulae conciliavit 20, 3, 2. *Sic Velleius*: ex conſulatu ſortitus eſt Aſiam 2, 33, 1. ex conſulatu obtinebat Hiſpaniam 2, 78, 3. *ubi Voſſius* ex conſulatu *male interpretatur* conſul. *vid. Theſ.* Buchn. *ſic Suetonius & alii ſaepe. vid.* Boecl. *ind. Vellej. v.* ex. *Sive* (7.) Patriam aut locum, *ut*: ex Arcadia hoſpes quidam erat cum eo 7, 10, 5. (*ubi tamen alii omittunt praepoſitionem. v. not.*) *Sic Thucyd.* ἐκ Λακεδαίμονος Παυσανίας Xiphlin. [illegible], ὁ ἐκ Βοιωτίας φιλόσοφος ille ex ultimis terris certiorem fecit Atticum 25, 20, 4. *ſic enim legend. pro*: exul cum his terris. *v. not.* ex inſula conſpiciebatur lucus 1, 7, 3. ex quo loco poſſet audiri, ſi quis quid loqueretur 4, 4, 4. ex proximo locum ſors obtulit 16, 2, 1. ex fuga plerique ſe in templum Minervae conjecerunt 17, 4, 6. ex una urbe noſtra totam Graeciam liberavi, *de copiis ex una urbe petitis* 15, 5, 6. *ſive* (*denique*) Modum, ut: ex ſententia rebus peractis, *ex voto* 22, 3. 1. minus ex ſententia rem geſſerat 7, 7, 1. ex conſilii ſententia in cuſtodiam conjectus 19, 3, 4. ex more Perſarum ad chiliarchum acceſſit 9, 3, 2. ex pacto poſtulat, ut, κατὰ συνθήκας 1, 2, 4. ex Senatus conſulto his reſponſum eſt 23, 7, 3. ex foedere pecunia Romanis pendebatur *ibid. v.* 5. *in quibus tamen quinque ultimis exemplis etiam cauſa facti ſimul aſſeritur.*

Exacui ira, *irritari, exaſperari. reſpondet Graeco* [illegible] 11, 4, 1.

Exadverſum Athenas, *e regione*, *Gr.* ἀντιπέρας Ἀθηνῶν, 2, 3, 4. Terentius *nunc cum Dativo conſtruit, nunc abſolute uſurpat. vid. not.* Cicero *dixit* exadverſus, *quomodo & Noſter*: cum exadverſus Thraſybulum fortiſſime pugnaret; *quanquam obſiſtendi ſignificatu* 8, 2, 7. *Ceterum alibi ita Noſter*: ex adverſo Padi fau-

fauces, *niſi forte leg.* exadverſus, (*v. not.*) Fr. 7, 8.
Exagitatus a Graecia 2, 9, 4, *Buchn. Theſaur.*
Exanimari, *de moriente* 15, 9, 4.
Exardeſcit bellum 22, 2, 1. *Sic Tacit. H.* 2, 27, 2. gravis alioquin ſeditio exarſerat *& ib.* 38, 2. prima inter patres plebemque certamina exarſere. *Et Cicero paſſim. Metaph. ab incendio deſumta.*
Exaudiri foris potuit 10, 9, 4.
Excedere ex acie 23, 6, 4. ex praelio 18, 4, 2. *de ſauciis aut pulſis.* excedere pugna, *deſiſtere* 15, 9, 2.
Excellere abſtinentia 3, 1, 2. excellens in vitiis & virtutibus 7, 1, 1. excellens bonitas 20, 5, 1. excellentes imperatores *praef.* 8. viri 15, 4, 6. excellentiſſimi reges 21, 1, 2.
Excellenter pronunciare 25, 1, 3.
Excipere hoſtium impetum, *hoſti incurrenti ſe objicere* 12, 1, 2. excipere natantem. *ſuſcipere.* 12, 4, 3. *vid.* Giſan. obſerv. LL. p. 87. excipere has partes, *in ſe ſuſcipere negotium* 13, 8, 3. invidiam, *ſubire* 14, 5, 2. exceptis Hamilcare & Hannibale, vir omnium barbarorum fortiſſimus, 14, 1, 1.
Excire aliquem aliquo, *evocare* 23, 8, 1.
Excitare aliquem adverſus aliqu. *inſtigare* 23, 10, 1. riſum alicui, *i. e. movere* 23, 11, 5. *ſic in vulg. edd. ſed nos edidimus ex Mſ.* Boecl. *concitare.*
Excludi reditu in Aſiam, 2, 5, 1. *Sic Cicero* 3. *Verrin.* anguſtiis temporis excludi.
Excogitare, *reſpondet* Ariſtotelico [illegible], *quo facultas expediti in actu civili conſilii notatur* 2, 1, 4. excogitatum eſt a quibusdam, *de ſingulari invento firmandae molitionis cujusdam* 25, 8, 3. Boecl.
Excurſiones, *quae praedae ab hoſte agendae cauſa fiunt ſcil.* 1, 2, 1. barbarorum 2, 6, 2.
Excutere ſudorem, 18. 5, 5.
Exemplum devotionis, i. e. *formula deſcripta, deſcriptio,* [illegible] 7, 4, 5. exemplum bonitatis Attici 25, 10, 1. exemplum illius utinam ſequi imperatores noſtri voluiſſent 17, 4, 2. exempli gratia proferre, 6, 2, 1. *Cic. ſolet dicere.* exempli cauſa. *ut Or. pro Mur.* 2. *in Verr. & Philipp.* 13. exemplis rerum docere lectores 25, 19, 1.
Exercere. in filium (*ſic nos edidimus. alii:* in filio) fortuna ſaevitiam (*alii:* vim. *v. not.*) exercuit 10, 6, 2. exercere remiges 10, 9, 1. exerceri currendo, luctando 15, 2, 5. *gymnaſticis operibus vox idonea, nec minus armorum tractandorum meditationi apta & ſolennis.* Boecl. exercentur equi ſtantes 18, 5, 4. *agitationis ſc. novo genere, & loco ambulationis ſc. novo genere, & loco ambulationis, curſusque equeſtris uſurpato* Boecl.
Exercitatus bello 15, 5, 4. in dicendo 15, 5, 2. *prima facultas utrobique notatur.* exercitatiores copiae nullae quam Iphicratis 11, 2, 1. exercitationum (*ejusmodi militarium*) genera, *& armorum officinae memorantur* 17, 3, 2. *&* 3. *quibus effectum eſt, ut Ageſilaus haberet* exercitatiſſimum exercitum, *ibid. quam rem copioſe exemplis ducum locisque ſcriptorum illuſtrat H. Hug. milit. equ.* 3, 1. Boecl.
Exercitus victor, *victoriis clarus & formidabilis* 17, 4, 2. exercitatiſſimus & ornatiſſimus 17, 3, 3, *ita* v. 2. ſtudioſius armari, inſigniusque ornari *conjunxit. omnino enim ſplendor armorum cultusque militaris, diligentia laudata veteribus & utilis. v. iterum H. Hug. l.* 3. *c.* 3, *&* 4. exercitus contrahitur 14, 3, 5. exercitus *Karthag.* facit imperatorem 22, 3, 3. 23, 3, 1.
Exhauſtus, *cui pecunia deeſt & inſtrumenta belli cetera* 7. 8, 1. exhauſtis patriae facultatibus, *conſumtis* 23, 6, 2. *Metaph. a fontibus & puteis deſumta.*
Exheredatus *pro abdicato ob vivendi licentiam & diſſolutionem* 2, 1, 2. *Ab-*

* bat*

ſiat abdicat pater filium dum vivit, exheredat poſt mortem v. not. & Theſ. Buchn. v. Dicare. *Ceterum pro* exheredatus *Imperator* & *Salvianus forte dixiſſent* exhereditatus. *etſi minus concinne: v. eund. Theſ. v.* Haeres.

Exiguus, *brevis ſtaturae* 17, 8, 1. *ſed ibi leg.* corpore exiguo. *v. not.* exigua manus 1, 5, 5.

Exiles res, *tenues, calamitoſae, de difficultatibus a fortuna adverſante objectis* 18, 5, 1. Boecl.

Exilium. in exilium proficiſci 25, 8, 5. in exilium aliquem ejicere 16, 1, 4. exilio multari *ib.* 2, 3. exilio decem annorum multari 3, 1, 2. 5, 3, 1.

Eximere de numero proſcriptorum 25, 10, 4.

Eximie collaudari ab aliquo 17, 1, 1.

Exire, *proficiſci domo* 2. 6, 5. *in hoſtem & bellum* 17, 6, 1. 7, 4, 2. ex navi 2, 8, 7. in terram *ſc. ex nav.* 7. 8, 6. *ſic:* in littora *Fr.* 7, 2. claſſis exit *ſcil. ad bellum* 7. 3, 2. exit fama, *emanat &c.* 17, 2, 1, de pecunia, quam magnam ſecum portabat 23, 9, 2. *ſic quoque Livius* 3, 81. *Gr.* ἐξῆλθεν ἡ φήμη, *Math.* 9, 26. Loccen. *Suet. Ner.* 53. *exierat opinio.* in turbam exit, ſe relictum 14, 6, 3. *in quo ſubjectum eſt* ſe relictum eſſe, *praedicatum* exit in turbam. *Similiter ut ap. Suet. Galb.* 20. exierat in vulgus reſpondiſſe eum. *aliter Gell.* 12, 12. ea res in vulgus exivit. *Cicero pro Roſc. conjungit* exire & in vulgus emanare. nil glorioſum exiit ex ore ejus. 20, 4, 2. *Cicero in Vatinium c.* 2. *non puta fareſſe* verbum ex ore exire cujusquam, *quod non jucundum & honorificum ad aures tuas accidat.* Idem *in Orato: ut* verbum ex ore nullum *niſi aut elegans aut grave* exeat.

Exitus. hunc exitum plerique habuerunt, *de fine vitae* 19, 4, 3. *plene:* talem vitae exitum habuit 18, 33, 1. exitus in omnibus partibus aedificii habere, i. e. januas 23, 12, 3.

Exiſtit vis, *eleganter, pro, exoritur* 7, 3, 3.

Exiſtimare. hoc quale ſit, facilius exiſtimabit is, qui &c. *i. e. animadvertet* 25, 20, 5. ut facile exiſtimari poſſit, prudentiam eſſe quodammodo divinationem, *i. e. colligi, judicari,* 25, 16, 4. *Caeſar de B. C.* exiſtimari non poterat, *an &c. ſic ſaepe* Terent. *& alii* hoc non minoris exiſtimamus, quam &c. *i. e. aeſtimamus* 24, 1, 3. *ſic* magni ejus opera exiſtimata eſt in praelio, *i. e. aeſtimata ibid. v.* 1. *vid. not.* exiſtimare de aliquo male, *ſermones not. ſequiores* 10, 7, 3. *ut ap. Senec. epiſt.* 31. *& de ira* 3, 22. *auctorem dialogi de cauſis corrupt. eloqu. cap.* 1, 3. *& Macrob.* 2. *Saturn.* 4. *ita:* bene de aliquo exiſtimare *ap. Cic. ad fam.* 16, 4. *ſic* Suetonius: *opinari de aliquo male. in Aug. c.* 51. Vide ibi Caſaub. *& Calig.* 27.

Exiſtimatio *pro judicio, aeſtimatione.* exiſtimationis malae veniam gratiamque poſtulavit, *Fr.* 2, 4. *ſic Tacitus Hiſt.* 4, 7, 3. exiſtimatio Senatus. *add. Gronov. ad Liv.* 4, 41. *eodem ſenſu Cicero:* artificii alieni exiſtimator. *de Orat.* exiſtimatio *pro bona fama.* exiſtimationis nullum detrimentum fecit 24, 2, 3. ſuam exiſtimationem in ea re agi putabat; qua nihil habebat carius 25, 15, 2. bonam exiſtimationem opulentiſſimo regno praepoſuit 17, 1, 3.

Exordiri. ut explicem, quae exorſus ſum, *quae ſuſcepi ſcribenda, Graec.* ἐπιχειρεῖν *praeſ.* 8. *ita:* de quo exorſi ſumus ſcribere 16, 1, 4. *confer:* ſed ſatis de hoc; reliquos ordiamur 7, 11, 6.

Expectare. huic ſuaſit, expectaret, quoad Alexandri filius regnum adipiſceretur, 18, 6, 2. putabant exſpectandum, dum ſe ipſa res aperiret, *de omittendis ſuſpicionibus* 4, 3, 7. illud tempus expectandum decreverunt, quo exiſſet

 iſſet

iſſet 7, 4, 2.

Expectatio magna fuit ejus viſendi 7, 6, 1.

Expedire rem, *de ancipiti negotio* 18, 9, 2. *Cicero* 2. *de off. conjungit* rem expedire & conſilium ex tempore capere. *Lamb.* expedire ſe, *de eo, qui multitudine circumventus eſt*, 18, 5, 3. *& de clauſo locorum anguſtiis* 23, 5. 2 e vinculis 4. 3, 5. expedire aliquem, *proſcriptorum numero eximere* 25, 12, 4. expedire *neutr.* non idem ipſi & mihi expedit, *de diverſo, ut hodie loquuntur, ratione ſtatus* 1, 3, 5.

Expeditus. impediri non poterat, quo minus ad dimicandum manum haberet expeditam 14, 6, 2. *de militibus cape, & intellige facultatem dimicandi non impeditam loco aut praeciſam. Sic apud* Tacitum H. 2, 8, 3. expeditiores milites, *minus impediti ad dimicand. pondere arm. &c.* 11, 1, 4.

Expellere ex arce, *de vi bell.* 15, 10, 3 ex civitate *de exſilio* 7, 6, 2. *alias:* ejicere e civitate 2, 8, 1. ejicere ex republ. 7, 4, 6. & pellere patria *ſubaud. praepoſit.* 3, 1, 3, 15, 6, 3. *Sic:* expelli Athenis 3, 3, 3. *Livius* 2, 6. *qui nos extorres expulit patria.* expelli *ſine caſu & praepoſit. eodem ſenſu* 3, 1, 4. expelli in exſilium 19, 2, 2. *niſi in exilium gloſſema eſt, v. not.* expelli poteſtate, *imperio privari* 1, 3, 5.

Expulſor tyranni 10, 10, 2. *inter elogia mortui. quales praedicationes eſt videre apud* Tac. 2. A. 73. Sueton. *Oth.* 12. Herod. *in Commod.* 3, 11. *& paſſim apud alios.*

Expenſum ſummi ferre, *in rationes eorum referre, quae erogamus & expendimus* 25, 13, 6. *v. Buchn. Theſ. in* Acceptum & Expenſa, *& Loccen. Ind.*

Experiri inimicum *ſentire, pati hoſtilia ab* 2, 9, 4. omnia primum *&c.* 14, 2, 3. *eſt ſententia & phraſis* Terent. *in Eunuch. Act.* 4. *ſc.* 7. *omnia prius experiri verbis, quam armis, ſapientem decet.* experiri Romanos, *cum iis de imperio certare* 22, 4, 1. Lamb. *quali locutione Poëta dixit Eccl.* 3. *vis ergo inter nos, quid poſſit uterque, viciſſim experiamur.* i *&* 7, *ten: tandem Turnum experiatur in armis.* experiri legibus 20, 5, 2. *eſt, lege cum aliquo agere, ut Noſter ibidem loquitur. quod Buchnerus Theſ. ſic exponit:* actionem alicui intendere ſecundum legum praeſcripta. *v. infr. Lex.* natura experta videtur in hoc quid efficere poſſit 7, 1, 1. *magni ingenii periphraſis.*

Expers conſilii, *non conſcius* 17, 6, 1. litterarum Graecarum, *ignarus hiſt. & ver. Graec. praef.* 2. periculi, *immunis* 25, 2, 1. ſuavitatis poeticae, *carendi not.* 25, 18, 5.

Expetere preces ab aliquo *v.* preces.

Explicare alicujus res *ſc. geſtas, i. e. prolixe narrare & accurate* 16, 1, 1. *opp.* ſummas tantummodo attingere *ibid.* exponere rationem geſtorum alicujus 14, 1, 2. ut ea explicem, quae exorſus ſum *praef.* 8. quorum vitas ſeparatim complures ante nos explicarunt 15, 4, 6. Imperatores Romanorum explicare 23, 13, 4. explicari non potuit multitudo, *in acie ſcil. propter loc. anguſt.* 2, 4, 5.

Explorare, *in rem praeſentem venire* 2, 7, 2. de voluntate alicujus 23, 2, 2. exploratores locorum ante colloquium mittere *moris erat* 14, 11, 2. *v. not.*

Exponere. de hoc alibi plura ſunt expoſita, *de ſcriptione hiſt.* 10, 3, 2. *ſic* exponere de virtutibus alicujus 16, 1, 1. *pro quo in praefat.* 3. *dixerat: exponere alicujus virtutes.* exponere de vita excellentium imperatorum *praef.* 8. *v. not.* viros claros verſibus 25, 18, 5. antiquitatem totam in aliquo volumine 25, 18, 1. aliquem e nave, *verbum nauticum* (*v.* Giſan. *obſ.* p. 90.) 2, 8, 7. Caeſar *de B. C.* 1, 31. in terram exponere *plene dixit. Add.* Buchn. *Theſ.*

Expoſcere aliquem, *petere ut tradatur, dedatur* 23, 7, 6. *ſic:* expoſci-

tur

Digitized by Google

tur publice Themiſtocles, *ad ſupplicium*, περὶ τιμωρίαν, *ut in ea re loqu.* Diod. Sic 2, 8, 5. *Caeſari B. Civ.* 3, 110. *& Hirtio* 8, 38. *eſt* depoſcere.

Exprimere imaginem vitae, *de ſtop*γεύειν 15, 1, 3. *ſic fere Cic. pro Roſc.* ut expreſſam imaginem vitae noſtrae quotidianae viderimus. *Laml.* *Et pro Arch.* quam multas nobis imagines non ſolum ad intuendum, verum etiam ad imitandum, fortiſſimorum virorum expreſſas, ſcriptores, & Graeci & Latini reliquerunt. *Vorſt.* coronam amor civium non vis expreſſerat. *i. e. amor civium cauſa coronae erat* 8, 4, 1.

Exprobrare alicui de uxore &c. 15, 5, 5. *ſub famam.*

Expugnare urbem 1, 4, 1. vi, 1, 7, 1. 23, 3, 2.

Exſculpere 4, 1, 4. *non dubitaverim verum eſſe, quanquam Lambinus & Magius malunt* exſcalpere. *vid. not. ap.* Thucyd. 1. ἐκκολάπτειν. *Dicitur autem* verſus exſculpere, *qui literas exſtantes abradit, atque ita ſuperficiem lapidis aut ligni rurſus planam reddit. Contra* ſculpere verſus *dicendus is erit, qui literas in ſuperficie lapidis aut ligni exſtantes facit. Ceterum* ſculpere *&* exſculpere verſus *dicitur, quia ipſae literae vel ſculpuntur vel exſculpuntur, quomodo* verſus ſcribere *dicitur is, qui ipſas literas ſcribit. Sed* ſculpere verſus *etiam is dici poſſit, qui in lapide, ligno vel aere literas depreſſas & refugientes faciat. Si ergo Lacedaemoniorum quoque tales fuerint,* exſculpſiſſe *illi dicendi erunt, quod lapidi aut ligno eam adhuc partem demerent, in qua literae fuerunt excavatae, atque ita ſuperficiem rurſus planam redderent.* Vorſt.

Exſilium. *v.* exilium.

Exſpectare. *v.* expectare.

Exſplendeſcere clarius &c. *vox valida & efficax, ad radios ingenii & praecellentiam ſe erumpentem* 25, 1, 3. Boecl. *ſimiliter* Suet. *Tito c.* 3.

Exſtare volebat memoriam ejus rei, *durare, conſervari, manere, non interire* 20, 2, 2. *Sic Cicero pro Roſc.* exſtant expreſſa veſtigia ſceleris, *& 1. de Orat.* exſtant libri, ſcripta, monumenta, picturae.

Externum malum, *de bell. ext.* 22, 2, 1.

Extimeſcere potentiam alicujus 1, 8, 1.

Extinguere liberos, *e medio tollere &c.* 25, 9, 2. *ſic* Ter. *Hec.* 5, 1, 23. *& paſſim* Juſtinus, Tacitus, *&c.* extinguere aliquos, *ſcil. expugnando, perdere* 17, 5. 4. contumeliam induſtria, *veluti redimere, aut memoriam contumel. delere* 2, 1, 3.

Extrahere copias ex hibernaculis *ſc. ad faciendum iter* 17, 3, 4. *Aliter & venuſtiore ſignif.* extrahere ſe ac ſuos omnes incolumes, *ſcil. e caſtello, ſubducere,* 18, 5, 7. *plene* Terentius *Phorm.* 1, 4, 3. neſcio quomodo me ex malis extraham.

Extrema aetas, *i. e. extrema pars aetatis, de ſenectute* 24, 2, 3. 25, 10, 3. extrema aetas imperatorum Athenienſium, *de ultimis Imperatoribus* 13, 4, 4. *Sic:* extremo tempore, *ſcil. morbi* 25, 21, 3. extremo tempore, *ſcil. vitae ſuae, tandem* 14, 10, 1. 15, 9, 1. extremis temporibus, *ſc. vitae ſuae,* 19, 2, 1. *ſed* 22, 1, 1. *Subaud. Punici belli.* extremo bello, *de fine belli* 9, 1, 2. ſed extremo, cum prope jam ad deſperationem perveniſſent 22, 2, 3. *ubi* extremo *ut adverbium ponitur, & ſubaud.* in tempore *vel* periculo. *Cicero dixit* ad extremum 2. *de Orat: Quinque faciunt quaſi membra eloquentiam: invenire quid dicas, inventa diſponere, deinde ornare verbis, poſt mandare memoriae,* tum ad extremum *agere & pronunciare.*

Extructa ſatis altitudo muri, *educta, exaggerata* 2, 6 5.

Exul. exul tum his terris 25, 20, 4. *Sic qu. edd. ſed nos edidimus:* ex ultimis terris. *vid. not.* exules occupant Thebas 15, 10, 3. exilio

Digitized by Google

8. annorum multari, *poena oſtraciſmi legibus definita* 3, 1, 2. 5, 3, 1. *v. oſtrac.* exilio affici 8, 3, 1.

Exultare, *de equis, verberibus ad ſubſultandum coactis* 18, 5, 5. *oppon.* remittere calces. *ibid.*

F.

FAbius Q. Maximus dictator Rom. *in agro Falerno Hannibali ſe objicit* 23, 5, 1. *calidiſſimus imperator ib.* v. 2. Q. Fab. Max. Coſ. 24, 1, 2.

Fabiani milites *συνεκδοχικῶς de praeſtantibus militibus* 11, 2, 4. Loccen. *putat vel ad* 300. *Fabios, vel ad milites Q. Fabii Maximi reſpici. Alias* Fabiani *tribus nomen ap.* Suet. *Aug.* 40.

Facere quod alteri inutile eſt 2, 7, 3. facere audet, quod cogitavit, *rem deliberatam efficere &c.* 14, 7, 1. *v. not.* facere nihil reliqui, quod ad ſanandum ſe pertineat, *i. e. experiri omnia* 25, 21, 5. facere verſuram publice *ib.* 2, 4. *v. verſura.* facere ſummam. *ſc. pecuniae* 15, 3, 6. facere myſteria, *celebrare* 7, 3, 6. *v. myſteria.* opus, *de munitione* 2, 6, 5. poſtulata, *annuere &c.* 7, 8, 4. imperata, *quae Dux mandat,* 18, 9, 2. naufragium, *de clade navali,* 2, 7, 5. caſtra, *ponere* 1, 5, 2. ignes 18, 9, 3. poteſtatem ſui, *de committenda pugna, manum cum hoſte conſerere* 17, 3, 6. *de praeſentia, ſiſtere ſe* 23, 9, 1. praelium 2, 9, 3. 12, 1, 1. praelium navale 23, 10, 5. pugnam 9, 5, 2. *Tacit.* 3. *Ann.* 21, 5. *proſperam adverſus Numidas pugnam fecit.* verba, *orat. habere* 7, 6, 4. bona, *de beneficiis praeſtitis, facere quod alteri utile eſt* 2, 9, 2. *quod apud Plautum Caſin.* 2, 8, 32. *de venerea voluptate invenitur.* pacem, *a bello deſiſtere* 10, 5, 5. detrimentum exiſtimationis, *pati, ſubire* 24, 2, 4. *ſic Cicero lib.* 7. *ep. ult.* damnum facere *pro* pati *dixit & alibi.* iter. 2, 5. 2. *ſic Curtius* 4, 10, 18. *iter facienti ſpado unus ex captivis nunciat &c.* Facere caedem alicujus, *perpetrare* 8, 3, 3. finem belli 22, 1, 3. finem libri 23, 13, 4. finem vitae, *de acerſita morte* 20, 1, 6. magnam multitudinem ſerpentum, *colligere* 23, 10, 5. *ſic in MS. Boecl. & alias* Noſter: *cum amplius centum millia facta eſſent armatorum* 22, 2, 4. *Sic* Salluſt. *exercitum facere* ap. Senec. epiſt. 114. *ſed nos edidimus conficere. v. not.* Facere bellum alicui, *movere adverſus* 10, 4, 3. 17, 2, 1. *v. bell.* inſidias alicui, *ſtruere* 7, 9, 2. Facere aliquem heredem, *inſtituere, ſcribere,* 25, 5, 2. aliquem miſſum, *dimittere captiv.* 18, 11, 3. aliquem reum, accuſare 7, 4, 3. aliquem certiorem, 14, 11, 1. (*aliquem*) civem, *aſciſcere* 25, 3, 1. aliquem imperatorem, *creare* 22, 2, 3. multa meliora, *emendare* 11, 1, 2. *Horſum pertinent & illa, in quibus* facere *aeſtimandi ſignificationem habet, & alter accuſativus eleganter omittitur.* Facere aliquem pluris 11, 3, 4. facere aliquem tanti, ut 13, 4, 3. *ſc. pretii hominem. v. Voſſ. de conſtruct. c.* 29. *Sic* facere aliquid lucri *ſc. rem, de gloria capta, quae alteri debebatur* 8, 1, 3. *vid. Lucrum.* Facere male & injuſte 2, 7, 6. crudeliter avareque multa, *de ſolitis magiſtratuum vitiis, avaritia & ſuperbia* 6, 4, 1. negligenter & malitioſe 7, 7, 2. pulcre aliquid poſſe, *de opera prompte obeunda,* 25, 15. 3, parum aliquid alicui 23, 11, 1. non fecit id fruſtra, *conatus eventum habuit* 23, 2, 2. Facere ab aliquo praedas 12, 2, 3. *annotat hic* Gebhardus *vix inveniri* alibi hanc phraſin, *niſi ap. Cicer. in Verr.* Vorſtius *tamen recte affert verba Caeſaris lib.* 4. *B. G. quanta praedae faciendae facultas daretur.* adverſus aliquem, *de hoſtilitate, (interdum enim* facere, *pro,* pugnare *ſumitur. v. Buchn. Theſ.)* 18, 8, 2. *oppon.* ſtare cum aliquo, *adjuvare aliquem, ibid.* apud aliquem verba, *oration. habere* 2, 10, 1. cum aliquo amicitiam 7, 4, 7. 14, 10, 2. cum aliquo ſocietatem 2, 8. 2. 9, 2, 2.

Digitized by Google

(*ubi mox : coire ſocietatem cum aliquo*) 15, 6, 1. (*ubi mox : amicitiam alicujus ſequi*) & 18, 2, 4. animadvertit Deorum numen facere ſecum 17, 2, 5. *i. e. ſtudere ſibi, ut ibid. loquitur.* de re aliqua mentionem, 7, 5, 3. de aliquo mentionem *de tota vita alicujus expoſita* 15, 4, 5. *add.* 22, 3, 1. de aliquo librum, *componere* 24, 3, 5. miſerunt Delphos conſultum, quidnam facerent de rebus ſuis, *quid inceptarent, conſilii caperent*, 2, 2, 6. *v. not.* ex urbe eruptionem, 8, 4, 4. *Sic* Flor. 3, 20, 14. Tacit. 2. *Ann.* 7, 1. *& alii.* ex metallis pecunias, *reditus fodin. metall. intellig.* 5, 1, 3. *ſic quoque* Cicero 1. *divin. & Verrin.* 4. *ac* Salluſtius. in aliquem impetum, *adoriri* 14, 9, 4. in flumine pontem 1, 3, 1. in ſtudiis progreſſum, *proficere* 24, 3, 2. inter hunc & illos pacem, *de reconciliatione* 8, 3, 1. pro aliquo verba, *de Συνηγορία judiciali* 1, 7, 5. ſub terra locum 4, 4, 4. Faciebat, ut ei ipſi numerarent pecuniam, *curabat numerari* 15, 3, 6. faciam, ut ſcias 23, 10, 6. non imprudenter feceris, ſi quid &c. 23, 2, 6. *Sunt inter iſtos verbi hujus uſus, qui ſuſpecti eſſe poſſunt; Sed vide Cl. Vorſtium de Latinit. falſ. ſuſp. c. 9. p. 95. ſeqq. Ceterum* facere *interdum in macrologia uſurpatur, ut :* certum hominem ad eum mittas face, *i. e. mitte* 4, 2, 4. face *autem eſt pro* fac, *ut ap. Plautum.* neque hoc ſolum in Graecia fecit, ut templa Deorum ſancta haberet, *id eſt, habuit* 17, 4, 7. *ſic paſſim* Comici, *praeſertim* Plautus, *&* Cicero, Suetonius, Victruvius, Ovidius, Plinius junior, *alii. v. Buchn. de commut. rat. dic.* 1, 21, 3, *pag.* 330.

Fio. fit caedes civium, *caeduntur* 15, 10, 3. ſumtus in claſſem, *impenditur* 1, 7, 6. fiunt ſumtus 10, 7, 2. fiunt inſidiae ab, 10, 8, 4. fieri pluris 14, 5, 2. *aeſtimari*, quid his fieri vellet, *de his*, 17, 4, 6. quo fiebat, ut 10, 2, 1. *integre.* ex quo fiebat, ut 7, 7, 2. quo factum eſt, ut 2, 3, 4. *integre* : ex quo factum eſt, ut 7, 7, 3. quibus rebus fiebat, ut 1, 2, 3. ut ibi de eo legibus fieret judicium 19, 3, 4. factus ad rem gerendam alacrior 4, 2, 6. factus domi *i. e. educatus, inſtitutus ductu artificum.* 25, 13, 4. factus eſt ephebus 15, 2, 4. facta ei poteſtas manendi 25, 11, 1. facta duabus virgulis oleaginis corona 8, 4, 1. facta cohortatione militum (*i. e. ad milites*) 23, 11, 1. factum eſt aequitate ejus, ut, *effectum, impetratum, res eo deducta* 3, 2, 2. factum eſt adverſariorum immodeſtia 6, 1, 2. eo facto, *per id, hac ratione* 17, 5, 2. quo facto, *qua cauſa, qua ex re*, 6, 1, 2. 14, 5, 2. 16, 1, 3. 23, 3. 4. 25, 5, 1. *Sic* Vellej. 2, 76, 3. in quo facto 4, 2, 6. facto quid opus 18, 9, 1. facta ſunt amplius centum millia armatorum, *collecta* 22, 2, 4.

Factum illuſtre 3, 2, 2. magnificentiſſimum 8, 1, 4. praeclariſſimum 20, 1, 5.

Factio *de ſtudiis & partib. ut vocat Tacitus.* 10, 6, 3. factio adverſaria, *pro viris adverſ. fact.* ἀντιπολιτευόμενοι 16, 1, 2. 19, 3, 2. Polyb. ἀντιπαραγωγή. 2. factio adverſariorum 16, 2, 4. factionis principes 16, 1, 4. ſine factione amicis officia praeſtanda exiſtimabat 25, 8, 4. *i. e. ſine pactione & conſpiratione occulta : haec enim factio eſt. Nam amicitia actiones liberas habet. Erat autem duplex reſpectus in Bruto, quatenus amicus Attico erat (talem enim fuiſſe cum ex hoc, tum ex cap. 14. liquet) & quatenus adverſarum Antonio partium dux erat. Ceterum hoc ſibi dudum graviſſimis rationibus propoſuerat Atticus, civilibus bellis partibusque ſe non miſcere. Ut itaque id ſervaret ac tueretur, nec interim tamen amicis deeſſet, operam ſibi dandam exiſtimavit. Noluit itaque aſſentiri Flavio in privatum aerarium Bruto conſtituendum, neque deſeruit tamen Brutum, cum afflictus neceſſitate ope amici indigeret. Pari ratione Antonii ſociis uxorique affuit pari laborant. fortuna, eorum adverſos caſus levans, non*

ejus

Digitized by Google

ejus partis firmans arma. Ita ergo & ſuum propoſitum tenuit, & utrique officium praeſtitit, quod amicus amico debebat. Buchn. *in comment.* factiones duae Athenis 19, 3, 1.

Factioſus 6, 1, 3. factioſus & potens 17, 1, 5.

Facete loqui *Fr.* 5, 2.

Facies terribilis 14, 3, 1. facies *contemtibilis* 17, 8, 1. facies *pro forma & modo totius corporis*, 17, 8, 1. *quomodo veteres proprie hanc voc. uſurparint, docet* Gell. 13, 28. *adde* Philipp. Carol. *animadv. in eund. loc.*

Facile intellectu 10, 9, 5. *Sic*: facile carere aliqua re 19, 1, 3. adeo facile perpeſſus eſt paupertatem, ut &c. *aequo animo tulit* 15, 3 4. quo facilius ſub divo interiret 4, 5, 2. facilius ſe Afros corrupturum exiſtimans 6, 3, 2. ibi facillime ſuam fortunam occuli poſſe 7, 9, 1.

Facilitas gravitati *miſta* 25, 15, 1. *v.* Comitas.

Facinus praeclariſſimum, *factum*, 20, 1, 5. *ſic*: pulcherrimum *Ter. Ph.* 5, 6, 31. & Sall. *Cat.* 20. rarum *Tacit.* 3. *A.* 21, 1. *v. eund.* 15, 49, 4.

Facultas ita vivendi non datur, *copia, poteſtas, occaſio* 25, 2, 2. *v. not.* facultates ingenii, *dotes, δυνάμεις* 15, 1, 4. facultates amicorum, *opes* 15, 3, 4. & 5. *ſic*: facultates patriae 23, 6, 2.

Falernus ager 23, 5, 1. *in mediterraneis Campaniae. v.* Cluver. *Ital. antiq.* 4, 5.

Fallere. cum ea te conari fallere 2, 7, 2. cives tuos fallis verbo, *falſi tituli ſpecie* 15, 5, 3. fefellit eum haec res, *contra opinionem cecidit* 10, 5, 4. non fefellit eum, *ut praedixit, accidit* 7, 8, 6. fefellit eum opinio 17, 3, 5. fefellerunt eum multum Jovis Antiſtites, *ſpem ejus deſtituerunt* 6, 3, 3. falli *opinione ſc.* 15, 5, 6.

Falſo. ſperans ibi facillime ſuam fortunam occuli poſſe. falſo, 7, 9, 1. *inter ſuaviores elegantias merito reponenda & haec formula.* Boecler. *Nam* falſo *tantundem hic valet, quantum valent haec*: at falſo ita ſperavit. *Vorſt.*

Falſum. neque id falſum, *ſcil. quod dixerat Eumenes* 18, 11, 5.

Fama eſt 2, 10, 4. exit 17, 2, 1. exiit de 23, 9, 2. facti pervenit ad 14, 2, 4. perfertur in Graeciam 2, 2, 6. perfertur in Siciliam 10, 2, 2. fama magna eſt integritatis ejus vitae 19, 1, 1. fama rei perterriti 25, 4, 2. *Haec ad nuntios & rumores pertinent; illa ad ſignificatum laudis & gloriae*: fama majorum 10, 1, 2. fama felicitate magis quam virtute parta 6, 1, 1. famae ſervire 2, 1, 3. *v. ſervire.* famam ſui relinquere 6, 13, 1. de fama dimicare, *ſc. in judic.* 13, 4, 3.

Fames. fame plures quam ferro interiere 22, 2, 4. fame fatigatus triduum 18, 12, 4.

Familia optima, eademque vix mediocris 25, 19, 3. familiarum origines Attico memoratae, *Genealogica ejus* 25, 18, 2.

Familiaris, *qui cum aliquo eſt* 7, 10, 5. familiares, *Alex. M. amici* 18, 2, 1. familiarior 25, 16, 2. familiaris Cic. ut qui maxime, *de amico ſummo Fr.* 4, 1.

Familiariſſime aliquo uti, *de ſumma amicitia* 17, 1, 1.

Familiaritas hujus, *cum hoc* 25, 10, 1. familiaritatem alicujus conſequi 25, 19, 2. ad familiaritatem intimam alicujus pervenire 18, 1, 4. *ſic*: familiaritate alic. intima uti 25, 9, 3. &c. conjunctum alicui eſſe 25, 12, 1.

Fanum 17, 4, 8. Neptuni 4, 4, 4. *v. not.*

Faſtigium, *oppon.* periculum 25, 10, 2. faſtigio pari ſtare in utraque fortuna, *par cultus ac vitae modus intellig.* 25, 14, 2.

Fatigare lectores, *ſimilitudine, narratione & multitudine exempl.* 6, 2, 1. fatigari fame 18, 12, 4. *ſic Cic.* 3. *off.* vinculis & carcere, & igne fatigare, *Tacit. h.* 5, 3, 3. fatigabat inopia aquae.

Favere partibus Cinnanis, *de ſtudio par-*

partium 25, 2, 2.

Fautor optimatum 7, 5, 3. naturam fautricem habere in tribuendis animi virtutibus, *de natura propria* 17, 8, 1. *oppon. mox*: naturam maleficam nanciſci, *Similiter locuti* Terent. *&* Cic. *v. Buchn. Theſaur.*

Febris, *ſeu, ut alibi*, febres. *v. not.* 25, 21, 4.

Felicitas *quid* ſit, *Fr.* 5, 6.

Felicitas Timoleontis 20, 2, 1.

Fere, *ſcilicet. praef.* 2.

Feretrius 25, 20, 3. *cognomen Jovis, de quo inter alios* Freinsh. *ad Flor.* 1, 1, 10. *b.*

Ferocia. tanta fuit ferocia, ut &c. *de animoſa elatione* 22, 1, 5. *mox* v. 6. pertinacia.

Ferociorem reddidit civitatem, *propenſiorem ad bellum, bellicoſiorem, fortiorem* 2, 2, 1. *Ita* Tacitus *H.* 2. 24, 3. *ferociſſimos auxiliarium* pro *fortiſſimis dixit. &* Livius 3, 47. *ferociter facta. v.* Nonium *in Ferox.* ferociſſimus elephantus 18, 11, 1.

Ferocius loqui, *elatius, arrogantius* 18, 11, 4. *ſic* Cic. *Philipp.* 2. *plane reſpondiſti ferociter. &* Plaut. *Amphitr.* 1, 1. *ferociter legatos increpant.*

Ferre arma adverſus, *abſolute. v. adverſus.* 17, 4, 6. ferre arma cum aliquo contra aliquem 25, 4, 2. ferre calamitatem moderate 20, 4, 1. *tolerare, ſuſtinere*, fortunam ſapienter 20, 1, 2. laborem 18, 11, 5. injurias 15, 3, 2. aliquid aequo animo *ſine invidia & aemul.* 25, 1, 3. non tulit hoc aequo animo, *impatienter tulit, indoluit* 10, 6, 4. *alibi*: aliquid indigne ferre 18, 1, 3. *inter formulas meliores eſt haec, cum & animum alicujus re quap. commotum & praevertendi ſtudium notamus* 7, 10, 3. nemo poteſt hunc ferre, *de homine difficili, aſpero, non tolerabili* 25, 5, 1. tyrannum non ferendum dictitabant *i. e. tollendum e medio* 10, 7, 3. ferre fructum pietatis, *referre, reportare, adipiſci* 25, 5, 1. *ſic* Sulpic. Sev. 1, 51. *ibique a filiis interfectus, dignum ſe exitum tulit.* Et Noſter *alibi*: Si fecerit, nullius rei a ſe repulſam laturum 4, 2, 5. ferre alicui opem 18, 6, 3. ſumtui expenſum, *expenſos ſumtus in commentarium referre* 25, 13, 6. *v. ſup. expenſ.* ſi tuliſſet ita fortuna, *ſi ita accideret* 18, 6, 4. tulit hunc aetas noſtra elegantiſſimum poëtam 25, 12, 4. ferre ſuffragium, *de judic.* 18, 5, 1. *de ſententia per calculos* 15, 8, 5. ferentem ad ſe conſpicit, *ad ſe ferri* 14, 4, 5. *nempe activum pro paſſivo hic ponitur, ſicut alibi* geſtare, movere, vehere *pro* geſtari, moveri, vehi. *v. Voſſ. de analog.* 3, 3. *Lectionem autem vulgatam tuetur auctoritas Mſſ. etſi Lambinus mallet*: ad ſe ruentem, *vel*, ſe ad ferentem.

Ferri lectica 23, 4, 3. ferri omni cogitatione ad liberand. patriam 7, 9, 4. magno odio in aliquem, *de ſtudio animi, contentione, affectu* 25, 10, 4. ferri praecipua laude, *celebrari* 25, 10, 6. fama 18, 3, 4. *ita*: ferebatur nobilis inter aequales 25, 1, 3. fertur navis tempeſtate Naxum, 2, 8, 6.

Ferrum *pro gladio* 14, 11, 5. *ſic*: ferro interfici 21, 1, 5. ferro hoſtium interire, *i. e. armis* 1, 3, 4. ferro aliquem aggredi, *de vi armatorum* 7, 10, 4. *mox*: *manu aliquem ſuperare.* ferrum, *pro ſpiculo, quod haſtile praefixum eſt* 15, 9, 3.

Feſtum habere alicujus natalem diem, *ſolennis inſtituta feſtivitas intellig.* 20, 5, 1.

Ferus. nemo tam ferus fuit, quin &c, *i. e. tam durus, immobilis, implacabilis* 7, 6, 4. fera beſtia 14, 3, 2. *pro quo vulgo* fera *omiſſo ſubſtantivo, ut* frigida *pro* frigida aqua.

Fictilia vaſa 23, 10, 4. *fictiles lagenas vocat* Juſtin. 32, 4, 6.

Fidere pecunia, *ſpem conficiendi aliquid inde ſumere* 6, 3, 5. victoria, *fiduciam victoriae habere tanquam certae* 12, 1, 2. *priore loco praepoſ.* in *poſteriore, ſi proba lectio eſt (nam Mſſ. aliter legunt v. not.)* de *ſubintelligitur*: fidenti animo, 22, 3, 1. *de eo, qui ex ſucceſſu animoſus eſt.*

Fides vix facta his eſt, Ageſilaum eſſe unum ex his &c. *vix perſuaſi ſunt, ut crederent* 17, 8, 3. *Sic Suetonius Veſp. c.* 7 cum vix fides eſſet, rem ullo modo ſucceſſuram. (Vide Duk. ad Flor. 3, 16, 6.) *Refert huc Vir doctiſſimus illud* Juſtini 23, 1, 4. ut vero mortis ejus fides adfuit, omnes barbarae gentes ut parentem luxerunt; *at ego ibi mallim* τὸ fides *pro* argumento *ſumere faciente fidem, quomodo ap. Eundem* & 9, 2, 15. *ſumo: ea primum* fides *inopiae Scythicae fuit.* fidei alicujus aliquid credere, *committere alicui quid tanquam homini bonae fidei, aut bona fide ſervandum* 23, 9, 3. fidem maximam habere alicui 10, 5, 6. 14, 11, 2. fidem ſingularem ei in omnibus ejus periculis praebuit 25, 4, 4. fidem ſi mihi, quam poſtulo, dederis, *ſi promiſeris, quod cupio* 23, 2, 4. fidem de aliqua re dare dextra 14, 10, 1. fidem de aliqua re accipere *ib. v.* 2. fidem amittere maluerunt, quam eum non prodere 18, 10, 2. fide praecipua fuit ea civitas erga Athenienſes, *conſtantiſſime omnium adhaeſit illis* 6, 2, 2. *v. praecipuus.* fide mala facere, ut &c. 14, 6, 6. ſe fore alicujus proprium, fide confirmare *ſc. data*, 6, 1, 5. fide ſumma in pactione aliqua manere 17, 2, 4. *pro quo alibi integre:* in fide manere 18, 4, 3, homo ſine fide, τῶ ἀπατῆσαι ὑδ' ὁτιῦν φροντίζων 10, 8, 1. *v. not.*

Fiducia nimia magnae calamitati ſolet eſſe 16, 3, 1. *intellig. ſecuritas ex confidentia.* fiduciam habere rei potiundae, *ſpes certa, & pluſquam ſpes* 17, 4, 2. fiducia Antiochi Karthaginenſes ad bellum inducere, *i. e. oſtenſa ex Antiochi armis & ſocietate fiducia* 23, 8, 1.

Fidus. pacem non fidam futuram putabat, *non ſervatum iri* 14, 8, 6. *Ita* fidus *non tantum de homine, ſed & de iis, quae ſunt hominis & ad hominem pertinent, dicitur: qualis epitheti tranſlatio in omnibus linguis eſt frequens.* Vorſt. *ſic ap. Virgil.* mala falx. *v.* demens.

Figura venuſta, *de congruo totius corporis habitu* 18, 11, 5. *oppon. in magno corpori. Faciunt ad mentem loci illa* Taciti *Agric.* 44, 2. *ſi habitum ejus poſteri noſcere velint, decentior quam ſublimior fuit &c.* Boecl.

Filius. C. Marius, filius, *pro quo Schottus nulla neceſſitate legit:* C. Marius, Caji F. 25, 1, 4. *v. not. Solebant enim veteres eam vocem abſolute ponere, quem ſcribendi modum etiam Sulpicius Severus imitatus eſt* 2, 23. Antiocho filio interfecto. *neque enim* τὸ Antiochi *excidit, aut* Antiocho puero *legendum, ut volebat Druſius. Qui aeque male eundem Scriptorem ibid.* 24. *emendavit, & pro* Demetrii filius *repoſuit* Demetrius, Demetrii filius. *Legendum autem eſſe* Demetrius filius *nullus dubito. Sic quoque vox* Patris *abſolute uſurpatur. Suetonius Jul. Caeſ. c.* 52. Curio pater quadam eum oratione omnium mulierum virum & omnium virorum mulierem appellat. *Idem Aug. cap.* 71. acceſſerunt convivae Vinicius & Silvius (*Caſaubonus malebat* Silius *vel* Salvius) pater. *& alibi.* filius Cononis *acceptam a patre gloriam multis auxit virtutibus* 13, 1, 1. *ejus ſtatua veterem patris renovavit memoriam ibid.* 2, 1. *filio regnum a vivo patre non tradendum* 21, 3, 4. a filio interficitur parens, *ibid.*

Filiae Ariſtidis *aluntur publice & dotantur* 3, 3, 3. filiam alicui in matrimonium dare 22, 3, 2. alicui collocare 25, 19, 4. alicui deſpondere *ibid.*

Fingere fortunam ſibi, 25, 11, 6. *pro quo ibid.* 19, 1. *conciliare ſibi fortunam.* fingere ſe, *effingere ſuos mores in rectitudinem officiorum vitae. Artis enim vocabulo, venuſte ad vivendi habitum fatumque tranſlato, res non parvae aut rudis elaborationis notatur.* Boecl. *Sic:* ſi ipſe fingere

(ſe

(ſe *v. Addenda ad notas h. l.*) vellet. *i. e. voto & cogitationibus exemplum veluti proſperitatis ſuae formare* 7, 2, 1. Boecl. in fingendo corpore naturam maleficam nactus Ageſil. *v. not.* 17, 8, 1.

Ficta dona *Fr.* 5, 3.

Finire. ubi vitam finierat 4, 5, 5. *ſic vulgo. Nos e melioribus Mſſ. edidimus:* ubi vitam poſuerat. *v. not.*

Finis. finem belli facere 22, 1, 3. libri facere 23, 13, 4. vitae facere, de *accerſita morte* 20, 1, 6. ad eum finem, quoad &c. *tamdiu, donec* 15, 2, 5. *mox c.* 9, 3. uſque eo. *v. not. ad* 15, 2, 5. *Sic Cicero action.* 1. *in Verr.* uſque ad eum finem, dum judices rejecti eſſent. *Et* 1. *de nat. Deor.* uſque ad eum finem, dum poſſint ſe ipſa defendere. *Vorſt. Adde ejus Librum de latinit. falſo ſuſp. cap.* 3. *pag.* 25. Nizolii Indicem & Parei Lex. Crit.

Fio. *v. ſup. poſt* facio.

Firmae copiae, *reſpect. peritiae bellandi, indurata bello manus* 18, 3, 3. *ſic* firmus exercitus *ap. Vellej.* 2, 29, 1. firmae vires ad laborem ferendum, *de eo, qui invictus laboris, operis, &c.* πόνοις ἀντέχων ῥᾷστα 18, 11, 5. firmiſſimi amici, *conſtantiſſimi* 6, 2, 2. firmitas corporis, *exercitatione parta ſcil.* 15, 3, 1. *ab hac robur & agilitas. v.* Mercur. 4, 2.

Fiſtula putris erupit per lumbos: *ſic* Lambinus *curavit edi;* Savaro *autem:* fiſtula puris: *quod* Loccenius *in Ind. probat, deſcribens puris fiſtulam ex Hippocr. de fiſtulis, & Celſo de re med.* 5, 18. *quod ſit ſinus altus, anguſtus, calloſus & purulentus, ex abſceſſibus plerumque conflatus. Probat &* Barthius, *aliique. Nos tamen lectionem Medicaei codicis* pus erupit, *genuinam putamus eſſe, &* fiſtulae *vocem textui ex ora intruſam. v.* not.

Flaccus L. *Valerius* 24. 1, 1. *& c.* 2, 2.

Flagitium. cum flagitio domum redire, *cum dedecore ex armis relictis* 22, 1, 6. *Proprie vox militaris eſt, ut* Donatus *ad Ter. Eun.* 2, 3, 90. *exponit. v. Buchn. Theſ.*

Flagrare cupiditate bellandi 22, 1, 3. Juſtinus: *bello flagrare* 31, 3, 10. pugnandi 1, 5, 1. audiendi alicujus 10, 2, 2.

Flaminius *C. Coſ. occiditur* 23, 4, 1. *v. not.*

Flamininus *L. Quintius* Conſularis. 23, 12, 1. *v. not.*

Flaminius Circus *Fr.* 11, 1.

Flavius C. 25, 8, 3.

Flectere iter ſuum 18, 9, 6. *de alia via tent.*

Florere, *de potentia & excellentia imperii* 18, 1, 2. fama juſtitiae 21, 1, 4. modeſtia ſua, majorum gloria 1, 1, 1. rebus quibusdam, *ſc. geſtis* 5, 3, 1. in re militari 15, 5, 3. florens, *adhuc vivens, ſuperſtes* 25, 11, 4. florens regnum 21, 2, 3. pars florens *oppon.* abjecta 25, 8, 6. *ſic* florentes, *ſtantes adhuc ſuo faſtigio, valentes* 25, 11, 4. *oppon.* afflicti.

Fluctus civiles. *ita comparantur civiles turbae: quibus & proſterni multa, ſicut procellis ac tempeſtate; & jactari omnia, ſicut fluctibus: & implicari, ſicut circulo quodam perniciei, videmus* 25, 6, 1. Boecl. *add. not.*

Flumen. pontem fecit in Iſtro flumine, 1, 3, 1. apud flumen Strymona 5, 2, 2. apud Aegos flumen (*v. tamen ſupra* Aegos) 6, 1, 4. 7, 8, 1. 9, 1, 2. apud flumen Nilum 18, 5, 1. *Addit in his* Noſter *per* ἐπεξήγησιν *Proprio Nomini Appellativum Nomen, quod in ſequentib. etiam facit.* Oppidum Amphipolim conſtituit 5, 2, 2. in oppido Citio eſt mortuus 5, 3, 4. vento aquilone venit Lemnum 1, 1, 5. vento borea domo profectus eſt *ibid.* 2, 4. naves triremes totidem ad ſuperiores addunt 2, 2, 8. navem triremem armatis ornat 10, 9, 2. *Similiter locuti* Caeſar Livius *&* Curtius, *v. Sanctii Minerv. lib.* 4. *de Ell. p.* 284, 300, *&* 321. *add. Buchn. de comm. rat. dic.* 1, 13, 5. *p.* 227. ſeq.

Foederata civitas 23, 3, 2.

Foenus, *de uſuris* 25, 9, 5.

Digitized by Google

Forem. *pro*, eſſem. quam vere de eo forec judicatum &c. 6, 3, 5. ut ſaepe ad deſperationem forent adducti 8, 12, 1.

Fores aedificii 23, 12, 4.

Foris. *adverb. in loco*: ut foris exaudiri ſtrepitus poſſet 10, 9, 4. *adverb. de loco*: foris flagitantes telum, *ab iis qui foris adſtabant* ibid. 6. mox: *Lyco per feneſtras gladium dedit.*

Forma corporis ampliſſima pulcherrimaque 21, 1, 4. imperatoria, *Imperatore digna*, (*quae longe lateque oſtentat imperatoriam, ut de Trajano* Plin. *Paneg. cap.* 4.) 15, 3, 1. Dioni *egregia voce* σεμνοπρεπὴς τῷ προσώπῳ *dicitur. Sic* Jul. Capitolinus *Pertinace c.* 12. ſtatura imperatoria. *v. Savar. hic & ad Sidon.* 1. *ep.* 2. *p.* 8. *add. not.* formam alicujus cognoſcere, *mox explicatur*: qualis ſit &c. 18, 11, 2,

Formoſiſſimus aetatis ſuae Alcibiades 7, 1, 2. *Unde ejus vultus paradigma proverbiale formae ſpecioſiſſimae. v. copioſiſſimae doctrinae virum* Caſp. Barth. *adverſ.* 52, 5. Boecler. *add. not.*

Fors. *pro caſu.* ut quemque ex proximo locum fors obtuliſſet, 16, 2, 1. *Sic* Livius 31, 41. *ex emend. Gronovii*: *caſtra, quo fors tuliſſet loco, ſine ullo diſcrimine poſita.* Tacitus 14. Ann. 5, 5. *verum Aceronia contis & remis, & quae fors obtulerat, navalib. telis conficitur.*

Fortis ac ſtrenuus, *conjunguntur* 15, 7, 3. 14, 7, 1. fortis manu 4, 1, 2, 14, 1, 3. *& alibi*: forti animo cedere invidiae alicujus 5, 3, 2. fortiſſimi habentur, qui & potentiſſimi 18, 3, 4. fortiter venari 7, 11, 5. *nam veterum venationes ad fortitudinem ſpectabant praecipue. vid. Xenophon.* Boecl. *Et Ariſtoteles* 1. *Polit. cap.* 8. θηρευτικὴν *dicit eſſe* μέρος τῆς πολεμικῆς *Athenaeus vero lib.* 19. *ait ad venationem procedere juvenes tanquam ad meditationem bellicorum periculorum* Voſſ.

Fortuna (1) *pro rerum humanarum domina, uti Cicero eam pro M. Marcello deſcribit.* fortuna ſua mobilitate, quem paullo ante extulerat, demergit 10, 6, 1. ſaevitiam ſuam in filium exercuit (*v. not.*) *ibid.* 2. tribuit (ei) multa eaque magna bona 7, 2, 1. nihil ei non tribuit, *de ſingulari felicitate* 25, 19, 3. obſtat conſiliis 10, 9, 2. nos ſuperſtites Attico eſſe voluit 25, 19, 1. in praelii concurſu plurima (ſibi) vindicat 8, 1, 4. *v. not.* fortunae munus 25, 3, 3. *oppon.* prudentiae ſpecimen *ibid.* in quo fortunae varietas eſt animadverſa 13, 4, 1. fortunae tanta varietas iis temporibus fuit, ut modo hi modo illi, &c. 25, 10, 2. quibus in bello pepercerat fortuna 8, 1, 5. quamdiu fortuna paſſa eſt 23, 13, 3. ut ſi in ſua manu eſſet fortuna 13, 3, 4. *Sic* Lambinus *& alii legend. putant, & intellig. de obſequio fortunae ſemper faventis, nunquam adverſantis; quo eodem ſenſu* Curtius 10, 5, 35. *Alexandrum dixit* ſolum omnium mortalium fortunam in poteſtate habuiſſe. *Verum nos edidimus*: ut in ſua navi eſſet fortuna *v. not.* ſi ita tuliſſet fortuna, 18, 6, 5. *Scilicet tanquam de Dea ita loquuntur gentiles: cum illarum rerum, quae ſuas cauſas & interiores rationes hominibus non produnt, adminiſtrationem volunt innuere: ſive eventum potius. nam ignoratio & neglectio virtutis adminiſtrantis, ut ſic dicam, tot illas* ἀντιστάσεις ἐν προκειμένῳ, *quod Ariſtoteles diceret, peperit, quas nec hodie ſatis vitatas, oſtenſa vera hujus loci philoſophia, pudefecit ſerio* Barclaji *diſſertatio Argenid. l.* 4. Boecl. (2) *pro ſucceſſu.* fortuna ſecunda res magnas geſſit 22, 4, 1. fortuna ſecunda adverſariorum capti 1, 2, 5. idem cum proſpera fortuna prope ad annum LXXX. perveniſſet 19, 2, 1. *Sic enim Schotto leg. videtur, non* eidem, *quod in libris tum manu exaratis tum impreſſis invenitur.* (3) *pro ſtatu.* fortunam ſui

ſui cuique mores fingunt 25, 11, 6. *mox:* conciliant *ibid.* 19, 1. *vid. not. ad loc. prior.* converſa ſubito fortuna eſt 25, 10, 1. fortuna ſecunda fundum emit, 25, 9, 5. in ſecunda quam in adverſa fortuna inconſideratior fuit 9, 5, 1. ſecundam quam adverſam fortunam multo ſapientius tulit, 20, 1, 2, cum adverſa fortuna conflictatus eſt 16, 5, 1. fortuna non ſimplici conflictatus in his rebus eſt 20, 1, 2. *i. e. fortuna varia, vel utraque, ut alibi loquitur.* in utraque fortuna pari ſtetit faſtigio, *pari modo ſe geſſit, cum ſeſtertium vicies, atque, cum centies haberet* 25, 14, 2. fortuna non metimur magnos homines, *ſed* virtute, *i. e. nec ob ſecundam magnos, nec ob adverſam viliores cenſemus* 18, 1, 1. pari fortuna perculſi 25, 11, 2. fortunam Graeciae commiſeratus eſt 17, 5, 2. alienam opulentium fortunam pauperes iniquo animo intuentur 12, 3, 3. qua fortuna non erat contentus 7, 9, 4. non fortunae ſed hominibus amicum eſſe 25, 9, 5. hujus ſi virtuti par data eſſet fortuna 18, 1, 1. fortunam nullam ſejunctam ſibi eſſe ab eo volebat 25, 10, 5. fortunam ſuam occulere, *ſtatui ſuo & celebritati latebras quaerere tum famae tum ſecuritatis* 7, 9, 1. fortuna humiliore princeps civitatis 25, 19, 2. Reges caſus adverſos tribuunt hominibus, ſecundos fortunae ſuae 14, 5, 4. *non acceperim ſimpliciter pro felicitate cum* Lambino; *ſed pro* auſpicio majeſtatis regiae; *quo ſenſu* Tacitus *dixit: pleraque auſpiciis Principum ac conſiliis, quam telis & manibus geri, quo pertinet* fortuna Imperii, fortuna pop. Rom. fatum urbis &c. *v. de re ipſa* Gruteri *diſcurſ. ad Tac.* 1. Boecl. *add. diſſert. ejus de auſp. Reg.*

Fortunae *plur. pro opibus, facultatibus, bonis.* fortunas ſuas fidei alicujus credere 23, 9, 3.

Forum. in foro eſſe coepit 24, 1, 1, *fori ſtudiis & civilis actus rudimentis operam dare. Utebantur enim Romani foro tanquam ſchola omnium pacis artium, civitatiſque diſciplinam ibi diſcere & tractare moris erat. Ergo* Tacitus *Agr.* 39, 3. ſtudia fori & civilium artium decus *conjungit*, militarique gloriae *opponit.* Boecl. de foro decedere, *publico abſtinere, civilis actus lucem latendi cauſſa declinare* 25, 10, 2. Boecl. *oppon. apud Terent. & Senec.* uti foro. *v. Toeſ. Buchn.*

Forenſis opera. *v.* opera.

Frangere. Corcyreos fregit, *bello debilitavit, vicit & victis ſuperbiam ademit*, 2, 2, 3 *ſic:* Thaſios opulentia fretos ſuo adventu fregit 5, 2, 5. non fregit cum contumelia, *de abjectione animi* 2, 1, 2. *opp.* erexit *ib. ſic:* etſi res exiles animi magnitudinem non frangebant, tamen imminuebant, 18, 5, 1. frangi cura rerum quarundam, *angi vehementer &c. de aegritudine animi* 10, 7, 3. *Sic:* caſu alicujus, *Suet. Aug. c.* 65.

Fratrem tyrannum interficiendum curavit; *ſc. libertatis publicae vindicandae ergo* 20, 1, 4.

Fraternus ſanguis 20, 1, 4.

Fratricidam cum impiumque deteſtans compellavit 20, 1, 5.

Fraus. ad fraudem acutus 10, 8, 1.

Fregellae, 23, 7, 2. *Latii oppidum clarum, a L. Opimio exciſum Anno 630. ab V. C. ut Livius refert. vide* Cluver. *Ital.* 3, 8.

Frequentes delati honores 19, 1, 2. frequentior familiaritas, *de crebriore convictu uſuque &c.* 25, 19, 4. frequentiſſimus conventus legationum, *de magno conſeſſu ac numero* 15, 6, 4.

Frequentia vulgi maxima, *de comitat. fun. ſcil.* 25, 22, 4. *Ita in vet. inſcript.* elatus eſt &c. frequentia maxima, *apud* Kirchm. *de funer.* 2, 2.

Fretus non tam ſuis copiis quam odio tyranni, *confiſus* 10, 5, 3. freti opulentia, *elati* 5, 2, 5. *alibi:* opibus

bus elati 1, 7, 2. *Sic* Tacitus *Ann.* 6, 31, 2. *ſuperbiam in nos, ſaevitiam in populares ſumſit, fretus bellis, quae ſecunda adverſum circumjectas nationes exercuerat.*

Frui aliquo *converſari cum aliquo* 25, 20, 2. pace diutina 15, 5, 4.

Fructus rei familiaris, *lucrum, commodum, quo res familiaris augeri poteſt* 25, 6, 4. fructus, *hortorum & praediorum ſcil.* 5, 4, 1. fructum pietatis ferre, *praemium &c.* 25, 5, 1. fructum oculis capere ex caſu alicujus, *delectationem v.* ocul. 18, 11, 2.

Frumento donavit Athenienſes Atticus 25, 2, 6.

Fruſtrari ſeipſum, *nocendi ſignif.* 23, 2, 6. *ſic ſaepe Caeſar, ut B. G.* 3, 15. 4, 14. *B. Civ.* 2, 32. & 42, 3, 97. &c. Gebh.

Fugam alicujus ſublevare, *de expulſo & hoſte judicato* 25, 2, 2. fuga periculum evitare 14, 2, 4. ſalutem petere 23, 11, 4. ex fuga plerique in templum Minervae ſe conjecerunt 17, 4, 6.

Fugare, *vincere & fugare* 15, 5, 6. fugare claſſem 13, 2, 1. hoſtem uno praelio 23, 4, 4.

Fugere procurationem reip. *abſtinere ea &c.* 25, 15, 3. haec Dionyſium non fugiebant, *ſatis intelligebat haec* 10, 2, 1.

Fulget indoles virtutis in eo 18, 1, 4. *elucet, exſplendeſcit*, Suet. Tit. 3. *in puero ſtatim corporis animique dotes exſplenduerunt.*

Fulvia uxor Antonii 25, 9, 2.

Fundamenta. arcem, domum a fundamentis disjicere, i. e. *funditus*, ἐκ θεμελίων 20, 3, 3. 23, 7, 7. Sic *a radicibus* ap. Phaedrum, *a ſtirpibus* apud Salluſtium.

Funditores 14, 8, 2.

Funeſta victoria, *illaetabilis, deteſtanda* 15, 10, 3.

Fungi munus militare, 14, 1, 4. *ſimilia exempla cum quarto caſu collegit h. l.* Lambinus & Kirchmajerus *add.* Voſſ. *de conſtr. c.* 22. & Buchn. *de commut. dic. rat.* 1, 20, 1. *pag.* 309. fungi munere ſervorum, *de Helotis* 4, 3, 6. potius barbarorum quam civitatis more fungar, *eleganter, de uſurpatione moris patrii aut peregrini* 9, 3, 4. functus ſummis honoribus 2, 7, 1. *qui magnis rebus praefuit, multum in imperiis magiſtratibusque verſatus eſt, ut haec* παρεκβατικῶς *cauſſa repetantur ex* 1, 8, 2. 3, 3, 2. *ſic plane* Suet. *Aug.* 2. & *Calig.* 26.

Funus militare honeſtumque 18, 13, 4. funus nullius ex ſuis vidit, *de morte &c.* 21, 2, 3. funeris pompam *ultima voluntate prohibet Atticus* 25, 22, 4. *funeris publici honor* 10, 10, 3. funere amplo efferre 18, 4, 4.

Furius *L. Coſ.* 23, 7, 6.

Futurorum conjectatio, inter dotes ingenii prudentiaeque 2, 1, 4. *v. Comm.* Boecler. *p.* 22. *ſeq.*

G.

GAlea venatoria, *ex hirſutis pellibus conſuta* 14, 3, 2. *Probat enim in conjectaneis ſuis ad Varronem* Scaliger, *ex diverſis animalium pellibus galeas olim fuiſſe confectas. adde* Veget. *lib.* 11. *c.* 17.

Gardates 14, 8, 2. *ſic habent plerique libri; ſed nos edidimus* Cardaces *Briſſonium & Schottum ſecuti. v. not.*

Gaudere. gaviſus magnopere tot hominum ſalute mittit &c. 4, 2, 5.

Gazae regiae cuſtos 14, 5, 3. γαζοφύλακες, γαζοφυλακῖται *appellantur illi Perſarum praefecti. vid.* Briſſ. de regn. Perſ. l. 1. *theſaurarii, arcarii, ut habet* vet. interp. Eſther. 3, 9. *ubi v. annot.* Druſii. *add.* Freinshem. *ad Curt.* 5, 1, 20. Pricaeum *ad Act.* 8, 27. &c. Curtio *l. c. dicitur* regiae pecuniae cuſtos. *Eſt autem gaza Perſis propria vox de pecunia reg. quod vel ex* Curt. 3, 13. *conſtat. plura* Druſius in Obſervat. & Freinshem. *Ind. Curt.*

Gellius *Q. Canus* 25, 10, 2.

Geminus *Servilius* 23, 4, 4.

Genealogias claror. virorum 25, 18, 2. &c.

Gener regis *pro marito filiae regis* 9, 2, 1.

1. *pro marito ſororis*, 4, 1, 2. *ſi* Cujacio *obſ.* 6, 17. *aliuque credimus. ſed v. not.* gener ſocerum in vinculis habet 21, 3, 3.

Gens pro regione interd. ponitur. Sic: in Lucanis abſens 23, 5, 3. in Sabinis verſatus eſt 24, 1, 1. ex Medis ad adverſariorum hibernacula pervenit 8, 8, 4. in Perſas proficiſci 16, 4, 3. 17, 4, 1. *ſic*: in Hirpinis *Vellej.* 2, 68, 3. gens Cataonia *pro regione* 14, 4, 2. gentis Graeciae duces 21, 1, 1. gentes maximae, bellicoſiſſimae 22, 4. 1. gentium jus commune, v. jus 2, 7, 4. *gentium quarundam notae & characteres* 1, 11, 3. *&c.*

Genus antiquum, *famil.* 14, 2, 2. honeſtum 15, 2, 1. ſummum 7, 1, 2. 18, 1, 3. generis antiquitas a majorum gloria *diſtinguitur, quae ſcil. facta potius reſpicit* 1, 1, 1. genus, *gens, natio.* genus Macedonum 21, 2, 1. *ſic*: tres ſunt praeterea ejuſdem generis *ibid. c.* 1, 3. genere Graecus 1, 3, 4. *ſic vocatur, qui genus quidem ex Graecis ducit, domo tamen & patria Graecus non eſt.* Buchn. genus, cujus generis cum magnus numerus eſſet, *eleganter pro ſimplici relativo ad praeced.* colonos 1, 1, 2. *ſic*: curſor ejus generis, qui &c. 1, 4, 3. generis ejus multitudinem magnam diſpalatam immiſit, *jumentorum ſcil. in terribil. ſpeciem adornatorum* 23, 5, 2. genus quoddam hominum, quod Helotes vocatur 4, 3, 6. utrumque genus hominum, *& qui, & qui* 18, 11, 2. omni genere copiarum abundare, *tam equitatu, quam peditatu, ib.* 5, 2. genus ſcripturae, *ratio &c.* praef. 1. genera exercitationum 17, 3, 3.

Generatus ab origine ultima ſtirpis Romanae, *oriundus* 25, 1. 1. *v. not.*

Generoſus, *de nobili famil. dicitur* 2, 1, 2. 5, 1, 3. generoſa fama majorum, *fama ex majoribus generoſis &c.* 10, 1, 2. generoſa ſtirps Eumeni defuit, 18, 1, 2. *v. not.* generoſi condiſcipuli, *γενναῖοι, animo erecto excelſoque praediti* 25, 1, 3. generoſae, *foeminae nobiles* 25, 12, 1.

Gerere conſulatum, *adminiſtrare* 24, 2, 1. *ſic*: gerere imperium 15, 7, 5. magiſtratus 13, 3, 1. praeturam 25, 6, 4. rempub. 7, 7. 1. *ſic*: non poteſt bene geri reſpubl. multorum imperiis, 10, 6, 4. *ubi Mſſ. Schotti* regi. *v. not.* gerere honores 25, 6, 2. res magnas, *efficere* 22, 3, 3. *de actu rerum, qui diſtinguitur a conſilio* 2, 1, 4, *ſic*: nulla res major gerebatur ſine eo 2, 1, 3. res nulla geſta eſt publica, de qua prius ſit decretum, quam &c. 20, 3, 5. his de rebus ſi quid geri volueris 4, 2, 4. haec dum geruntur, 14, 5, 1. quae dum in Aſia geruntur, *in tranſitione ad novam narrationem* 23, 12, 1. quae gererentur, fieri praecepto ſuo ait 10, 8, 4. *ſic in Mſſ. Boecleri. v. not. ſic*: poſt rem geſtam 23, 5, 3. *& abſolute*: geſta ejus pleraque 14, 1, 2. gerere rem multis conſciis 10, 8, 4. gerere rem male, *uti adverſa fortuna* 1, 3, 3. 2, 5, 1. rem male culpa 11, 1, 2. res male 7, 5, 3. 22, 1, 2. gerere bellum, *de ducis officio* 2, 2, 1. gerere bellum inter ſe 21, 3, 2. *ſic*: gerebatur bellum inter eos & mari & terra 23, 10, 2. bellum in aliquem, 6, 1, 1. bellum cum aliquo adverſus aliquem, 12, 3, 1. gerere amicitiam, *exercere*, 14, 10, 4. inimicitias 25, 11, 5. gerere morem voluntati alicujus, *parendi notione* 14, 4, 3. *ſic*: gerere morem alicui 10, 3, 1. *ſic*: geſtus eſt ei mos 2, 7, 3. gerere veſtem 14. 3, 1. galeam venatoriam in capite *ibid.* v. 2. gerere ſe ſic, ut 25, 3, 1. gerere ſe contumacius 5, 2, 5. ſe crudeliſſime 18, 6, 3. ſe elatius 4, 2, 2. ſe parum ſplendide 25, 14, 2.

Germana ſoror *ὁμοπάτριος, conſanguinea, eodem patre nata, ſed non eadem matre.* praef. 4. *v. not. ad* 5, 1, 2. *adde de vocis uſu* Giſan. Obſ. LL. p. 101. & qui verba illius pro more deſcripſit, Pareum in Lex.

 Crit.

Crit. *ubi inprimis laudatur l. 1. C. Theod. l. 2. t. 19. de inoffic.*

Germania, *provincia Europae maxima.* in Germania potoria vaſa ex onyche facta, *Fr.* 8, 7. in Germaniae littora Indi quidam exiere *ibid.* 7, 2. *v. not.*

Gladius. gladium per feneſtras dedit 10, 9, 6. gladii minuti, *breviores* 11, 1, 3. gladios obruere 14, 11, 2. *v.* obruere.

Globus. ſic ille conſenſionis globus hujus unius diſſenſione disjectus eſt, *de numero conſpiratorum, factione, coborte, turba* 25, 8, 4. *ubi* Buchnerus *annotat*, globum *a Nepote vocari illos, qui Bruto & Caſſio privatum aerarium conſtituere paraverant, & conſpiraverant quaſi, & factionem fecerant. vid. ejus Theſ. Sic ap. Vellej.* globus conjurationis 2, 58, 1.

Gloria. gloria majorum *ſc. ob merita* 1, 1, 1. rerum geſtarum 21, 2, 1. gloriae inſolentia 17, 5, 2. *v. infr.* inſolentia. *Cognatas voces conjunxit Caeſar* l. 1. B. G. c. 14. quod ſua victoria inſolenter gloriaretur. *Verſt.* gloriae comes invidia 12, 3, 3. gloriam belli magnam turpi morte maculavit 4, 5, 4. Agamemnonis belli gloriam ſibi videbatur conſecutus 15, 5, 5. praeter gloriam nihil de republ. cepit 15, 3, 4. gloriam paternam tueri 19, 1, 3. gloriam a patre acceptam multis virtutibus augere 13, 1, 1. gloria inveterata 18, 8, 2. magna fuit gloria honoris corona 8, 4, 1. *v.* eſſe abſtinentia.

Glorioſum *ἀλαζονικὸν* 20, 4, 2. *ſic ap.* Plaut. *glorioſus miles.* Lamb.

Golonae, *locus in agro Troade* 4, 3, 3.

Gongylus Eretrienſis 4, 2, 2.

Gortynii. 23, 9, 1. *Gortyn ſive Gortyna, urbs Cretae, etiam Strabonis aetate clara, Cnoſſo finitima, nunc exiguus pagus. v. Steph. de urbib. & Ubb. Emm. tom. 1. vet. graec. p. 138. adde Plin. 4, 12. Ceterum Nummum* ΓΟΡΤΥΝΙΩΝ *vide ap. Carol. Patin, Theſ. Numiſm. cap. 3. p. 22.*

Gracchus *T. Sempronius* inſidiis periit 23, 5, 3.

Graccho C. filia Bruti nuptum data, Fr. 9. 2.

Gradus, *proprie.* paucis ante gradibus, quam qui ſequebantur, in aedem Minervae confugit, 4, 5, 2, gradus, *improprie*, eodem gradu fuit ap. Alexandrum, *ſc. honoris & amicitiae* 18, 1, 6. *ſic*: gradum quem tenebat, auctus adjutusque a Demoſthene aſcenderat 19, 2, 3. *Plene* Curtius: *adfirmans eundem illis amicitiae gradum patere ap. Regem* 5, 10, 10. *quo propiore gradu amicitiae me contingis, hoc majus eſt diſſimulationis tuae facinus* 6, 7. 32. *Et* Livius: *in eum gradum amicitiae regis acceptus erat* 35, 18. *ſic* Valer. Max. *his gradibus officiorum juventem ad regium faſtigium erexit* 5, 1, 1. *Et Noſter:* gradus primus capeſſendae reipubl. fuit bello Corcyraeo 2, 2, 1. qui ſecundum gradum imperii tenebat, *de proxima a rege dignitate* 9, 3, 2. *Eſt & gladiatorium vocabulum* gradus. *unde Noſter*: gradu a Themiſtocle Xerxes depulſus eſt, *i. e. victus eſt* 2, 5, 1. *elegantiſſime enim haec metaphora a pugnantibus ad conſilii & propoſiti ſtatum & captam veluti ex arte & ratione opportunitatem transfertur. ut* depelli gradu *dicatur, cujus ſtatus ita conturbatur, ut ſi quis in pugna de loco dejicitur.* Cic: 1. *off.* 23. *proverbium*: de gradu dejici (*quo etiam* 16. *ad Att. ep.* 16. *uſus eſt*) *ad perturbationes animi tumultuantis & a ſtatu rationis quaſi diſcedentis venuſte accommodat.* Eadem locutione *in oratione Caeciniana dicitur*, de ſtatu demovere. *ubi vide, quae* Petrus Faber *erudite annotavit.* Boecl. *adde eund. Agoniſt.* 1, 11. *&* Lipſ. *Saturnal.* 2, 20.

Graeca oratio, *ſermo graec.* Fr. 3, 4. graeca lingua loquentes 1, 3, 2. 10, 1, 4. graeci genere 1, 3, 4. *vid. genus.* graeci libri Hannibalis 23, 13, 2. graecae litterae, *de lingua graec.* 23, 13. 3. *pro rebus & hiſtoria Graecorum* praef. 2. (*v. not.*)

Grac-

Graece loqui 25, 4, 1. graece conſectus liber 25, 18, 6.

Graecia *pro regione.* omnes Graeciae civitates 9, 5, 2. cetera Graecia 4, 2, 4. Graecia *pro incolis Graeciae* 1, 6, 3. *ſic*: Graeciae arma, 2, 4, 5. *v.* Barth. *adverſ.* 20, 21. Graeciae liberandae occaſio 1, 3, 3. totam Graeciam liberavit Miltiades, *ſc. a Perſis*, *ib.* 6, 3. cunctam Graeciam Conon a Lacedaemoniis liberavit 9, 4, 4. univerſam Graeciam in libertatem vindicavit Epaminondas, 15, 8, 4. Graeciae principes Thebani 15, 5, 4. &c. graecia gens, *graeca vel Graecorum* 21, 1, 1. *v. not. Sic*; Graecia civitas 7, 7, 4. *ubi* civitatis *vocem male ejicit* Lambinus. *v. not.* Vellej. 1, 4, 3. magna vis Graeciae juventutis. *ita enim legend. ex editione Rhenani. v. tamen Boecl. not. ad h. l.*

Grajus *adject.* ἑλληνικός. quas (*ſcil.* Alpes) nemo unquam cum exercitu ante Hannibalem, praeter Herculem Grajum tranſierat 23, 3, 4. quo facto is hodie ſaltus Grajus appellatur *ibid.* Lipſius *cent.* 1. *ad Belg. ep.* 93. *uterque, inquit*, (Hercules & Hannibal) *per Alpes ivit, ſed non ſignate eaſdem earum partes. quae mens & in Solini, fortaſſe & in Aemilii Prob. verbis. Sed vide not.* Grajus *ſubſtant.* Ἕλλην. Grajorum virtutes *praef.* 3. Grajorum praeda locupletari 7, 7, 4.

Grammatici *quinam Graecis dicantur* Fr. 6, 3. *quem locum illuſtrabunt, quae erudite congeſſere* Wower. *de polym. c.* 4. *&* Voſſ. *de art. Gramm.* 1, 1. *& ſeqq.*

Grandis liber 6, 4, 2. *ita quidam Mſſ. codd. verum Nos edidimus* gravis. *v. not.*

Gratia *pro grati animi memoria.* gratiam alicui pro meritis referre 2, 8, 7. ſatius duxit, ſi ita tuliſſet fortuna, perire bene meritis referentem gratiam, quam ingratum vivere 18, 6, 5. in aliqua re maximas alicui gratias agere atque habere 20, 4, 3. (v. Cort. ad Sall. Jug. c. 110. n. 4.) magnam ab aliquo inire gratiam, *valde aliquem demereri*, 7, 9, 5. *ſic* *Terentius Eun.* 3, 5, 9. *ubi vide Donat. item Plautus Ciſtellar.* 2, 3, 84. *A pleriſque tamen Mſſ. Nepot.* illud ab eo *abeſt. v. not.* gratia *pro amicitia & benevolentia.* gratia alicujus augere poſſeſſiones ſuas 25, 12, 2. in gratiam redire cum ſuis 7, 5, 1. in gratiam redire cum rege 14, 8, 5. nunquam cum matre in gratiam rediit, *i. e. uti mox loquitur*, nunquam cum matre in ſimultate fuit. *Ponitur n. conſequens pro anteced.* 25, 17, 1. gratia *de eo, qui gratus ap. alios eſt.* gratia multum valere ap. aliquem 9, 2, 1. eſt in illo adoleſcentulo magna gratia 25, 2, 4. propter gratiam honores non petiit, cum ei paterent *ibid.* 6, 2. propter ſuam gratiam nullius conditionis non habere poteſtatem *ibid.* 12, 1. gratia *pro venia.* gratiam malae exiſtimationis, ſi quid eſſet erratum, poſtulavit, i. e. *veniam erratorum, ne quis ſiniſtre ea interpretaretur* Fr. 3, 4. gratia, *cauſſa, ergo.* hujus accuſandi gratia 9, 3, 2. *& paſſim.*

Gratus, *beneficii memor.* quae ipſe tribuerat beneficia, tamdiu meminerat, quoad ille gratus erat, qui acceperat 25, 11, 5. gratus, munus gratum acceptumque 23, 7, 3. quae omnia ap. Graecos & grata & laude digna dicuntur. 15, 1, 2.

Gratis, *abſque praemio* 15, 4, 2.

Gravis, *ſcil. moribus*, σεμνός 15, 3, 1. gravis liber 6, 4, 2. *v. not.* gravis morbus 23, 4, 3. hoc ſi tibi grave eſt 9, 3, 3. tres graviſſimi hiſtorici, 7, 11, 1.

Gravitas (*morum ſcilicet*) cum facilitate 25, 15, 1. gravitas Lacedaemoniorum, *in ſuſpendenda, dum res penitiſſime exploraretur, fide* 4, 4, 3. Boecl.

Grenium in Phrygia caſtrum 7, 9, 3.

Gubernator *ſcil. navis* 12, 4, 2. 25, 10, 6.

Digitized by Google

10, 6. *propria nauticae rei vox. vid.* Scheffer. *de Milit. nav.* 4, 6.

Gymnaſium Timoleonteum 20, 5, 4.

Gynaeconitis *eſt Graecum γυναικωνῖτις ſive γυναικωνίτις, ιδ*... *dicitur n. utrumque.* praef 7. *gynaeceo γυναικωνιτιν locum in aedibus i. e. ſolis mulieribus ad habitand. datum, facit* Grapaldus *de part. aed. l.* 2. *cap.* 5. Boccl. *add.* Victruv. 6, 10. *& ibi not.* G. Philandri.

H.

Habere amatores quam plurimos *praef.* 4. bona multa ab natura 10, 1, 2. exitum vitae talem vel talem 18, 13, 1. *ſic*: habuerunt hunc exitum plerique clari viri 19, 4, 3. habere maximam fiduciam potiundi regni 17, 4, 2. ſummum imperium *ib.* 2, 3. tantum amorem omnium, ut &c. *adeo ab omnibus amari, ut &c.* 20, 3, 4. *ſic fere* Cicero 2. de offic. *maxime neceſſarium eſt familiaritates habere fidas amantium nos amicorum & noſtra mirantium.* habere nullam invidiam, *non invidioſum eſſe* 8, 4, 1. laudem formae 21, 1, 4. liberos 25, 7, 2. naturam fautricem, in tribuendis animi virtutibus 17, 8, 1. obtrectatorem 15, 5, 2. ornamentum ab aliquo, *accepiſſe ab aliquo honores, dignitates, opes* 25, 7, 2. tempus morandi 1, 1, 6. quinquagena talenta vectigalis ex caſtro 7, 9, 3. *ſic qu. edd. ſed nos edidimus* capere. *v. not.* poteſtatem cujusvis conditionis *ſcil. quaerendae, impetrandae* 25, 12, 1. poteſtatem alicujus conveniendi 7, 9, 5. cupiditatem notitiae clarorum virorum, *cupidum eſſe cognoſcendi res claror. viror.* 25, 18, 4. nihil negotii, *de re facili & expedita* 18, 12, 2. *Sic Cicero paſſim.* praeceptorem 15, 2, 2. provinciam, *de praefecto provinc.* 14, 1, 3. ſocietatem cum aliquo 4, 3, 1. 12, 2, 3. maximam ſpem in aliquo 7, 3, 5. ſpem victoriae poſitam in alicujus pernicie 18, 11, 2. antiquitatem adeo diligenter cognitam, ut &c. *i. e. cognoviſſe, ſcire, tenere,* 25, 18, 1. Philoſophorum praecepta ita percepta, ut &c. *percepiſſe, ib.* 17, 3. *ſic*: quos relictos atque deſertos habuiſti, *i. e. reliquiſti atque deſeruiſti* Fr. 12, 8. *Ita Suetonius Aug.* 94. cum Auguſtum incognitum alias haberet. *Quam figuram Graeci μακρολογίαν, Latini* productionem *vocant. vid.* Buchner. *de commut. rat. dic.* 1, 21, 1. *add. cl.* Voſſ. *de latinit. falſo ſuſpect.* c. 7. tot annos, *de aetate tot ann.* 25, 7, 1. ſatis eloquentiae, ſummam liberalitatem, magnam prudentiam 5, 2, 1. feſtum alicujus diem natalem, *celebrare* 20, 5, 1. ſancta deorum templa, *non violanda ducere* 17, 4, 8. *ſic Cicero pro Arch.* poetae ſemper apud omnes ſancti ſunt habiti. *Verſ.* habeo vos teſtes, 25, 21, 5. habere timorem, 7, 3, 5. habere aliquem cum imperio ap. exercit. 23, 7, 3. habere exercitum, ap. *verſari cum exercitu* 7, 5, 3. caſtra nautica juxta hoſtes 7, 8, 5. caſtra alicubi 23, 5, 1. contentionem cum aliquo, *diſceptare &c.* 17, 1, 2. aliquem ſecum, *convictum notat ὁμιλίαν,* 25, 4, 1. 10, 4, 1. *receptare* 23, 12, 2. non plus habuit ſecum, quam triginta de ſuis, *de comitatu* 8, 2, 1. habere aliquem ad manum, *uti alicujus miniſterio* 18, 1, 5. nihil carius exiſtimatione ſua 25, 15, 2. aliquem cariſſimum, *inter cariſſim. ponere* 25, 10, 5. conf. 7, 11, 6. aliquem collegam in conſulatu cenſuraque 25, 1, 1. conſilii principem, *uti aliquo collega & princip. conſ.* 25, 8, 2. aliq. inimicum, *odio haberi ab aliquo* 14, 5, 4. aliquam in matrimonio *praef.* 4, *&* 5, 1, 4. 10, 1, 1. habere concilium amicorum, *convocare amicos* 15, 3, 5. *ſic*: *cum ibi concilium populi haberetur* 20, 4, 2. judicium nullum habuit, 25, 6, 3. *de Attico, quem Mamutius* ex-

exiſtimat judicem inter litigantes nunq. fuiſſe. Boecler. habere orationem 25, 22, 1. quaeſtionem de aliquo, *de cognitione judiciali* 7, 4, 1. ſermonem de aliqua re, *pro quo paullo ante* diſputare de aliqua re, 15, 3, 3. habere tempus morandi 1, 1, 6. habere alicui fidem 2, 7, 2. 10, 5, 6. 14, 11, 12. alicui honorem praecipuum 9, 1, 1. alicui honorem quemvis *ibid.* 3, 4. alicui honores omnes publice 25, 3, 1. alicui maximas gratias in aliqua re 20, 4, 3. *quam loquendi rationem male* Lambinus *negat Latinam eſſe. vid.* Buchn. *Theſ. v. Gratia.* habere iter, *faciendum deſtinaſſe.* 18, 8, 7. habere ſibi aliquid curae, *diligenter curare* 25, 20, 4. non habuit id ſatis, ſed etiam &c *non contentus fuit id feciſſe* 15, 4, 5. ut Lacedaemonii ſatis haberent, ſi ſalvi &c. *ibid.* 8, 4. *vid. infr.* ſatis. quemadmodum ſe haberet, *ut valetudo ejus comparata eſſet* 10, 2, 4. ita ſe habet reſpubl. 22, 2, 1. ut haberet, qua fugeret ad ſalutem, *ſc. navi* 10, 9, 2. *vid. not.* habere ſuſpicionem adulterii, 15, 5, 5. *hic* ſuſpicionem habere *idem eſt ac* ſuſpectum eſſe; *Ciceroni vero lib.* 8. *ad famil. epiſt.* 15. *eſt* ſuſpicari, *quando inquit: Suſpicionem nullam habebam te reipubl. cauſa mare tranſiturum.* non dubitabat ſe habiturum ſententiam deorum, *ſe adepturum, ſc. corruptis ſacerdotibus* 6, 3, 5. qui habet, *dives, opulentus* Fr. 5, 4. *mox oppon.* qui eſt pauper. *ſic:* ὁ ἔχων, *&*, ὃς ἔχει Matth. XIII. 12. XXV. 29. &c. negabant oportere extra Peloponneſum ullam urbem haberi 2, 6, 2. omnium rerum particeps eſt habitus. *in conſilium adhibitus* 18, 1, 6. haberi in ſummis ducibus 12, 1, 1. numero ſapientum 8, 4, 2. numero ſacrilegorum 17, 4, 8. *ſignif. reputari, poni &c. ſic:* habetur nefas *praef.* 4. habitus eſt imperator 9, 2, 2. quando modus ei rei haberi poterit? *Fr.* 12, 6. haberi male ab aliquo *vexari, detrimentis multis affici* 18, 12, 1. *ſic* Caeſ. *B. Civ.* 1, 6, 3.

Habitare bene, *commoda habitatione uti* 25, 13, 1.

Haliartus 6, 3, 4. urbs Boeotiae ampla & locuples, arcto loco inter imminentem montem & lacum Copaidem, nec procul a lacu alio minore & Permeſſo oppido. Bellô Macedonicô contra Perſea Regem, cujus partes foverat, prorſus deleta a Romanis, ut tempore Strabonis nihil Haliarti ſupereſſet. Ubb. Emmius *tom.* 1. *vet. graec. p.* 43.

HAMILCAR *Karthagin. primum imperator fortunam Karthag. in melius convertit* 22, 1, 2. *ejus in pace facienda conſilium & pertinacia v.* 4. *&c. res trepidas rurſum reſtituit, fines imperii propagat, otium reddit tota Africa c.* 2, 2 *&c. Hasdrubali filiam collocat c.* 3, 2. *in Hiſpania res magnas gerit c.* 4, 1. *in praelio cadit v.* 2. *odium ejus in Romanos v.* 3. *Hamilcar & Hannibal fortiſſimi & callidiſſimi Africanorum* 21, 5, 5. *imo omnium barbarorum* 14, 1, 1.

HANNIBAL *Karthaginenſis major ceteris imperatoribus* 23, 1, 1. *adv. hoſtem invictus, ſuorum invidia debilitatur v.* 2. *hereditario in Romanos odio Philippum, mox Antiochum concitavit c.* 2, 1. *apud quem in ſuſpicionem adductus purgat ſe v.* 3. *&c. novem annos natus in militiam ductus v.* 3. *juravit inimicitias cum Rom.* 4. *imperator fit minor quinque & viginti annis natus. c.* 3, 2. *Hiſpaniam triennio ſubigit, Saguntum expugnat* ibid. *Pyrenaeum ſaltum tranſit v.* 3. *Alpes v.* 4. *apud Rhodanum, Padum, Trebiam Romanos vincit c.* 4, 1. *&.* 2. *apud Traſimenum rurſus, quamvis aeger oculis v.* 3. *ut &. in Apulia v.* 4. *Fabium ſtrategemate deludit c.* 5, 2. *Minutium, Sempronium Gracchum, Marcellum vincit v.* 3. *in Italia ſemper proelio ſuperior v.* 4. *revocatus domum, cum Scipione de pace fruſtra agit cap.* 6, 2. *mox pulſus Adrumeti*

contrahit copias v. 3. *&* 4. *interim pace cum Romanis facta res in Africa gerit c.* 7, 1. *ex quo imperio dom. revocatus praeturam laudabiliter gerit. v.* 4. *&* 5. *deinde metu deditionis profugus ad Antiochum, domi exul judicatur v.* 6. *&* 7. *denuo Karthaginenſes ad bellum conatur inducere c.* 8, 1. *confligit adv. Rhodios v* 4. *Antiocho fugato Cretam profectus c.* 9, 1. *aſtu quodam opes ſuas ſervat v.* 3. *hinc ad Pruſiam venit, eumque adverſ. Rom. inſtigat c,* 10, 1. *Eumenem mirabili dolo ſuperat v.* 4. *&c.* 11. *repetitus a Romanis & mox in caſtello ſuo circumſeſſus venenum ſumſit c.* 12. *de tempore mortis ambigitur c.* 13, 1. *Graecas literas didicit v.* 2. *quos rerum ſuarum ſcriptores nactus ſit, v.* 3, *Laudatur* 21, 3, 5. 14, 1, 1. *Marcello interfecto, quomodo ſe geſſerit* Fr. 9, 3. *&c. ab eod. victus eſt*, ibid. v. 6.

Haruſpex 20, 1, 4.

Haſdrubal *male audit ex contubernio Hamilcaris* 22, 3, 2. *fit ejus gener.* ib. *ſuccedit ei. v.* 3. *mores vetuſtos pervertit.* ibid.

Haſtae brevis modus duplicatus 11, 1, 4. *v. ſupr.* duplicare. ad haſtam publicam nunquam acceſſit 25, 6, 3. Manutius: *bona civium Romanorum publicata, quae ad haſtam in auctione veniebant, nunquam emit. Nam ſi quando bona proſcriptorum hoſtiumve manubiae, aut praedae venales forent, vectigaliave locarentur, uſus obtinuit, ut haſta poſita venirent, quae* publica *dicta eſt, ut habet* Alex. ab Alex. *l.* 3. *c.* 16. *add.* Keuchen. *ad h. l.*

Haſtile 15, 9, 3.

Helleſpontus *modo fretum inter Seſtum & Abydum ſignificat, modo regionem freto adjacentem, inde a Dardano usque ad Cyzicum.* quem pontem in Helleſponto fecerant, 2, 5, 1. quae pars Aſiae inter Taurum montem jacet atque Helleſpontum 18, 9, 2. Helleſpontum copias trajecit 17, 4, 4. Helleſpontus deſciverat *ab Athenienſib.* 13, 3, 1. Helleſpontum receperat 7, 5, 6. Pauſaniam Helleſpontum miſerunt 4, 2, 1.

Helotes εἵλωτες (*MS. Dan.* Illotae *pro* Ilotae) *ſervi Lacedaemoniorum* 4, 3, 6. *de quib. v.* Nic. Crag. *de rep. Laced.* 1, 11. *add.* Ubb. Emm. *tom.* 3. *Graec. vet. p.* 139. *ſeq. &* Mag. ac Lamb. *ad h. l.* Meurſ. Miſcell. Lac. 2, 6.

Helvius C. 24, 1, 3. *alii*: Aelius *vid. not.*

Hemerodromoe *graec.* ἡμεροδρόμοι 1. 4. 3. q. d. curſores diarii. *vid. Suidas & not. Primae ejus muneris partes (inquit* J. Rave *in comm. ad h. l.) olim in eo ſitae erant*, ut ſub manum annunciari cognoſcique poſſit, quid geratur, *interprete Suetonio. Nobis hodie*, die Poſt. *Antiquiſſimum ſane inſtitutum.* Perſarum *initio, quibus* Angari & Aſtandae *dicti*, *de quib.* Herodot. 8, 98. Xenoph. *Cyr. Paed. l.* 8, 3. *Deinde* Graecorum, *ut h. l. Tandem ab Auguſto ad Romanos tranſlatum, de quo operae pretium eſt videre* Sueton. 2, 49. *&* Symmach. 10. *ep.* 37. *E recentiorib. v.* Briſſon. *de regn. Perſ. p.* 147. Caſaub. *ad Suet. l. d.* Lipſ. *centur. epiſt. ad Ital. & Hiſp.* 59. *p.* 363.

Hephaeſtio *magni aeſtimatur ab Alexandro* 18, 2, 2.

Heraclides *interficitur* 10, 6, 5.

Hercules, *ex Herculis progenie principes* 17, 1, 2. Hercules Grajus *ante Hannibalem Alpes cum exercitu tranſiit* 23, 3, 4.

Heres ex dodrante 25, 5, 2. *vid. Dodrans.* hereditate relicta ab avunculo domus 25, 13, 2. hereditate relictum odium 23, 1, 3. hereditates bonitate conſecutus eſt Atticus 25, 21, 1.

Heredium 24, 1, 1. *i. e. praedium parvulum teſte* Feſto. Varro lib. 1. de R. R. cap. 10. *Antiquus noſter ante bellum Punicum pendebat bina jugera, quod a Romulo primum dicebantur viritim: quae, quod heredem ſequerentur*, heredium *appellarunt. adde* Beroald. *in Plin. l.* 39. Grapald.

pald. *pro horto olim uſurpatum ait, ipſumque hortum pro villa*, Apulejus *in Floridis*, herediolum *uſurpat* κλημάτιον. *adde not.* Ernſtii. & Auſon. *Idyll.* 4.

Hermes Andocidis 7, 3, 2. hermae *ib. Statuae erant Mercuriales quadratae ſine manibus & pedibus, de quibus vide* Thucydidem lib. 6. & *ejus Scholiaſten.* Boecl. *adde* Suidam & Magium, Lambinum & Keuchenium *ad h. l. itemque* Figrel. *de ſtatuis illuſtr. Rom. cap.* 17. *Syntagma* de Hermis, Hermathenis, Hermerotis & Hermeraclis *adſectum habuiſſe* Feſtcem Oſium, *diſco ex elogii:* Jac. Philippi Tomaſini; *ſed neſcio an prodierit.*

Hermodorus Salaminius *Fr.* 11, 1.

Hetaerice 18, 1, 6. *ita vocabatur haec ala equitum ap. Maced. ab amicitia & veluti ſodalitate regia. vid. quae* Lambinus *heic congeſſit.* Boecl. *Dici* Arriano *lib.* 5. *videtur* τὴν ἑταίρων τὸ ἄγημα, & *lib.* 6. ἵππος ἡ ἑταιρική. *v. not.*

Hiberna ad uſum belli ſumere 18, 8, 3.

Hibernacula 17, 3, 4. 18, 8, 4. *pro hibernis (ut ap.* Salluſt. *Cat.* 123. *ubi v. not.* Dan. Parei.) *alias* hibernacula *pro ipſis tentoriis ſumuntur, ſive pro pellib. ſub quibus antiquitus milites hiemabant.* Boecl.

Hic, haec, hoc. *pronomen demonſtrativo relativum.* falſa his eſſe delata contendit 2, 7, 2. in his bonis ingenium docile 10, 1, 2. complures urbes expugnaverant; in his Byzantium 7, 5, 6. ab hoc tamen viro Sciſmas deſciit, 14, 7, 1. huic ille, fallis, inquit 15, 5, 3. imperium his erat abrogatum *ibid.* 7, 3. hanc legem cum reipublic. cauſſa latam videret *ibid.* 7, 4. omnium his temporibus potentiſſimus Rex 23, 2, 1. atque hic tantus vir tantisque bellis diſtrictus 23, 13, 2. ſunt aliquot ejus libri; in his ad Rhodios de Cn. Manlii Vulſonis in Aſia rebus geſtis *ibid.* hujus bella geſta multi memoriae prodiderunt *ibid.* 13, 3.

Hiems *pro tempeſtate* 25, 10, 6. *v.* Serv. *ad illud Virg. Aen.* 1. *Emiſſamque hyemem ſenſit Neptunus.* & v. Not. hiemale tempus 14, 6, 1.

Hiemare, hiematum reducere exercitum aliquo 17, 3, 2, cumque in Mediam hiematum coegit redire 18, 8, 1. in finitima regione hiematum copias divitit *ibid. vid. not.* Caeſar B. C. 1, 37. *dixit*: legiones circum aliqua loca hiemandi cauſa diſponere.

Hierophantes 16, 3, 2. *genus ſacerdotii Atticenſis. v.* Alex. ab Alex. *l.* 4, 7. *l.* 5, 17. *add.* Meurſ. *Eleuſin. c.* 13. Elmenhorſt. & Herald. *ad lib.* 5. *Arnobii*, & Jac. Gothofred. *not. ad L.* 14. *Cod. Theod. de Pagan. ſacrif. & templ. Qui pleraque veterum loca collegerunt.*

Hilaritas, *voluptas animi ex ridiculo &c.* 15, 8, 5.

Hipponicus 7, 2, 1.

Hipparinus 10, 1, 1.

Hippo 22, 2, 4. *Urbs valentiſſima totius Africae, quae Diodoro Stephano & aliis Hippuacra dicitur. Ceterum latere in Hippone barbarum nomen a Graecis interpolatum ſuſpicatur* Sam. Bochartus *Geogr. Sacr. part. poſter. lib.* 1. *cap.* 24.

Hirta tunica, *hirſuta, hiſpida* 14, 3, 2. *ſic*: hirta toga *apud* Sil. Ital. 1, 6, 10. & *in* dialogo *de cauſ. corr. eloq.* 26, 2.

Hiſpania citerior 24, 2, 1. *i. e. Tarraconenſis provincia. Cum enim antiquitus in tres partes diviſa eſſet Hiſpania, a Romanis poſtea in duas* Citeriorem & Ulteriorem (*quae Baeticam & Luſitaniam veterum complectitur*) *diſtingui coepit. vid.* Merul. *in Hiſpan.* Joan. Gerundenſem *Paralip. Hiſpan. l.* 1. & Cluverii *introductio. Geograph. l.* 2. *c.* 3. qui *veteribus annotata collegere.* Hiſpaniae gentes ab Hannibale ſubactae 23, 3, 2.

Hiſtaſpes Darii pater 21, 1, 2.

Hiſtiaeus Mileſius 1, 3, 5.

Hiſtoria & vitâ *opp.* 16, 1, 1. illa eſt *ſcriptio publico actui rerum aptior id eoque inſtructior*; haec *privatim morib. ſervit, ideoque ſimplicior. Plutarchus Alexandri principio*: ὔτε γὰρ ἱστορίας γράφομεν, ἀλλὰ βίους. Boecl. *adde ejus Librum comment.* hiſtoria contexta temporum *opp. ſparſis per epiſt. narrationibus* 25, 16, 3. hiſtoriam temporum quorundam relinquere 2, 9, 1. hiſtoriae Catonis 24, 3, 3. hiſtoriis magis quam vulgo notus 16, 1, 1. *ſic libri vulgati; ſed nos edidimus* hiſtoricis *v. not.* hiſtoria olim non niſi ab honeſtiſſimo quoque ſcribi ſolita. *Fr.* 6, 2.

Hiſtoricus 9, 5, 4. 10, 3, 2. *hiſtoricus qui vitas ſcribit, qua utatur methodo, quoque ſcriptionis inſtituto* 15, 1, 3. *confer* praefat. 1, & 3. *ejus cura in inſtruendo lectore ſervandoque ſcriptionis modo* 16, 1, 1. *in brevitate* 13, 4, 2. *in eruendo obſcura & explanando* 14, 1, 2. *in obſervando memorabilia* 15, 10, 4. *nihil omittendo, quod ad ſcopum pertinet*, 15, 1, 3. *ejus cautio in delectu circa diſſenſum ſcriptorum* 6, 1, 2. 7, 2, 3. 9, 5, 4. 2, 9, 1. 2, 10, 4. *ad eam mentem* Livius 22, 7. *Fabium, inquit, aequalem temporibus hujuſce belli, potiſſimum auctorem habui &c.* hiſtorici tres graviſſimi, Thucydides, Theopompus, Timaeus, 7, 11, 1. *hiſtoricorum diſſenſus*, 23, 13, 1. *in judicio de perſonis* 7, 11, 1. de hiſtoricis liber Nepotis 10, 3, 2.

Homerus (*Poeta ſine exemplo maximus*) 14, 2, 2. Homeri verſus 10, 6, 4. rhapſodiae, *ibid. v.* rhapſ. *quando vixerit Fr.* 1, 1.

Homo maximi corporis 14, 3, 1. homo Romanus Fr, 3, 4. homo magnus, *vir magnus* 4, 1, 1. homines magni 18, 1, 1. *ſic quoque* Livius 30, 10. *&* Cicero *ad Attic.* 2. ep. 2. magnus homo es, *ironice ap.* Martial. 9, 50. *Ponitur haec vox aliquando eleganter pronominis vice, ut* 18, 2, 3. 18, 4, 4.

Honeſto loco *ſcil. ortus* 18, 1, 5. honeſtum genus 15, 2, 1. *v. not.* honeſta dignitas, *de pulcritud. virili* 18, 11, 5. *ut ap. Ter.* honeſta forma, facies. *v. theſ. Buchneri.* non eadem omnibus honeſta, *ap. omnes decora*, πρέποντα praef. 3.

Honos regni *pro ipſo regno* 17, 1, 4. honores rari, tenues, glorioſi, effuſi, obſoleti 1, 6, 2. frequentes 19, 1, 2. Miltiadi talis honos tributus eſt, *de victoriae praemio. ibid. v.* 3. honos praecipuus habitus ei eſt, *de praecipua dignitate collata, ut ex ſeqq. apparet* 9, 1, 1. *ſic* Terentius, *quanquam per Sarcaſmum, Eunuch.* 5, 7, 22. hic pro illo munere tibi honos eſt habitus *add.* Buchn. *Theſ. v. Honor.* non eſt grave quemvis honorem habere regi 9, 3, 4. huic omnes honores, quos poſſunt, publice habent 25, 3, 1. *honores, quomodo petendi, capiendi, gerendi* 25, 6, 2. honoribus operam dare, *accedere ad hon. & remp. capeſſere &c.* 24, 1, 1.

Honoratus & potens 12, 3, 4.

Honorificus. quod multo quam ap. Romanos honorificentius ap. Grajos eſt, *quod majorem honorem ap. Grajis confert, quam &c.* 18, 1, 5.

Hortari ad pacem amicitiamque 14, 8, 5. hortari milites, *allocutione praelio firmare* 1, 6, 3. legati hortabantur accipere, *ut acciperet* 19, 1, 2. *Similiter & aliis hortandi Verbis infinitivus ſubjicitur.* Juſtinus 29, 4, 5. *multis promiſſis impellit Aetolos bellum adverſus Philippum ſuſcipere.* Vorſt.

Hortatu illius Romam demigravit 24, 1, 1.

Hortenſius Q. princeps eloquentiae, Ciceronis aemulus 25, 5, 4.

Horti Cimonis 5, 4, 1.

Hoſpes ex Arcadia 7, 10, 5. hoſpites ad eum defendendum convenerunt 13, 4, 2. hoſpitem tanti fecit, ut mallet *&c. ib. v.* 3.

Hoſpitium. hoſpitio alicujus uti 5, 3, 3. hoſpitio alicujus contineri 6, 1, 5. *v. contineri.* hoſpitium mihi eſt cum illo, *de jure hoſpitii* 2, 8. 2.

quam

quam hoſpitii, ſanctiora jura patriae duxit eſſe 13, 4, 3. illud recuſavit, quod adverſus jus hoſpitii eſſet 23, 12, 3. *Antiquitus enim, ut fere inquit* Buchnerus *Theſaur.* (*v.* Hoſpes) *ita ſolebant hoſpitia contrahi, ut ab hoſpitib. dimidiatae acciperentur teſſerae mutuo: cujuſmodi teſſeram, ſi quis afferebat deinceps, (quam ob cauſſam diligentiſſime aſſervabantur) agnoſci poterat, & tanquam hoſpes atque amicus vetus hoſpitio excipi. Atque hoc jus ad liberos etiam tranſibat. Deique hoſpitalis reverentia religioſe colebatur. Hactenus* Buchnerus, *qui ex* Livio *praeterea obſervat hujuſmodi hoſpitia non privatos modo, ſed Reges, viros Principes & Civitates ſolitos fuiſſe conjungere, vel parandae potentiae vel ſtabiliendae cauſſa.* Ceterum totam hanc rem *de more ac jure hoſpitii ap. veteres, tum de neceſſitudine ac religione hoſpitalis foederis copioſe illuſtravit* Jo. Guil. Stuckius *antiquit. convival. L. 1. c. 27. add.* Jac. Phil. Tomaſini *librum de teſſeris hoſpitalitatis anno* 1647. *Utini editum.*

Hoſtiae 23, 2, 3.

Hoſtis *hoſtis in ſua terra invadendus* 17, 2, 1. 23, 8, 3. *imparatus a paucis vincitur, paratus vix magno exercitu* 14, 4, 3. hoſtem judicare aliq. 9, 4, 1. *hoſtes non temere credunt, quae palam pronuntiantur* 17, 3, 4. hoſtem eſſe alicui, 1, 4, 1. naves in hoſtium veniunt poteſtatem 7, 5, 5. pares eſſe hoſtes neque mari neque terra poſſunt *ib.* 6, 2. Marium hoſtem judicatum juvit opibus ſuis 25, 2, 2. hoſtis Antonius judicatus Italia ceſſit *ibid.* 9, 2. *Enimvero eos, qui contra patriam arma cepiſſent, vel a rep. defeciſſent, resque novas moliti eſſent, moris erat, hoſtes a Senatu judicari. inquit* Briſſon. 2. *formul. ubi plura vid.* Boecl.

Hujuſmodi. id hujuſmodi erat, ut &c. *ſequebatur ex eo, fiebat, is erat effectus ejus rei* 10, 7, 2.

Humanitas ſumma 1, 8, 4. *humanitate capiuntur homines* 7, 9, 3. humanitate civitates omnes praeſtant Athenae 25, 3, 2.

Humare aliquem, *cremati alicujus cineres collectos humo operire, ſepelire* 18, 13, 4. *v. not.*

Humilis. nemo tam humilis erat, cui non ad Miltiadem aditus pateret, 1, 8, 4. humilis veſtitus, *vilior* 17, 8, 2. humilia, *infra dignitatem honeſti viri poſita* praeſ. 5. humiliore fortuna, *inferiore* 25, 19, 2.

I.

JAcere, *de ſitu.* haec gens jacet ſupra Ciliciam 14, 4, 1. pars Aſiae, quae inter Taurum montem jacet atque Helleſpontum 18, 3, 2. portus jacens inter Cyrenas & Aegyptum 17, 8, 6. *v. cl.* Voſſ. *de Latinit. falſo ſuſp. c.* 13. *pag.* 151. Jacens, *de eo, qui in pugna cecidit* 8, 2, 6.

Jactari fluctibus maritimis 25, 6, 1.

Jam tum 15, 2, 1. jam tum illis temporibus 8, 2, 4. cum illo veniſſet Tiſſaphernes, jam Ageſilaus magna praeda erat potitus 17, 3, 5. hic cum jam animo meditaretur proficiſci in Perſas, nuntius ei domo venit *ibid.* 4, 1. *ſic edidimus ex Mſ. Dan. v. not.* cum jam haud ita longe abeſſet, obſiſtere ei conati ſunt *ib.* 4, 5.

Janua. puer ab janua proſpiciens 23, 12, 4. *Pignor. de ſervis p.* 214. *exiſtimat ſervulum ſignificari, qui clauſtris januae praeeſſet, qualem Laevius apud Gell.* 12, 10. clauſtritumum *dixit. alii τὸ* ab janua *ad verb.* proſpexit *referunt.*

Jaſon tyrannus 13, 4, 2.

Icetas vincitur 20, 2, 3.

Ictus lapide 21, 2, 1.

Id quod 14, 4, 3. 20, 1, 2. 21, 2, 2. *eleganter, pro,* quod, *vel* quod etiam. id Karthaginem delatum eſt, *ſubaud. factum* 23, 3, 1.

Idem. ſatrapes idemque gener regis 9, 2, 1. idem continens &c. 15, 3, 1.

Digitized by Google

1. *copulae vicem praeſtat eleganter.* iidem illi Eumolpidae ſacerd. 1, 1, ſ. c. 7, 6, 5.

Idoneus. idoneo loco caſtra fecerunt, 1, 5, 2. idoneus locus ad caſtra ponenda 14, 11, 4. idonea cauſſa, *ſpecioſa & opportuna* 2, 6, 2. idoneum tempus, *opportunum &c.* 25, 2, 2.

Igitur. Eumenes igitur intelligebat, ſi copiae *&c.* 18, 3, 4. *Sic qu. edd. Sed nos expunximus τὸ* igitur, *quod pro* inquam, *vel*, ut coepi dicere, *Lambinus & Boeclerus poſitum poſt longiorem* ἐπιμελῶς *ac ſuſpenſionem coeptae narrationis putant. add. not.*

Ignis in caſtris; qua conſuetudine habitus 18, 8, 7. 18, 9, 3.

Ignorare aliquem, *non noſſe* 3, 1, 4. *ſic* Terent. *Heaut.* 1, 1, 52. *erras, ſi id credis, & me ignoras, Clinia. &* Suet. *Vitell.* 17. *ſciſcitantes quisnam eſſet: nam ignorabatur. Similiter* Tac. *hiſt.* 3, 74, 1. *& h.* 4, 36, 4. Gif. *obſerv. pag.* 112. ignorare te nolui iſta, *docere volui &c.* 25, 21, 5. ignorantia bonarum rerum, ἀβιλτερία 17, 8, 5. *v.* bon.

Ignoti, *active, qui non norunt* 17, 8, 1. *ſic* Cic. 5. *ad fam.* ignotis nota faciebant. *Et* 5. *in Verr.* producere ad ignotos. *Lamb.*

Ille. *celebritatis, famae, laudis reſpectu additum.* Pittacus ille 8, 4, 2. Pylaemenes ille 14. 2. 2. ille vir, 25, 13, 1, non ille quidem major, *abundat eleganter, non ſine nervo tamen*, 18, 1, 1. ab illo eodem vita privatus dicitur 21, 3, 4. ille ipſe: illi ipſi. *v. not. ſic quoque* illud *uſurpatur cum nota celebris aut uſitatae ſententiae, veri verbii &c.* praeceptum illud 8, 2, 3. *Ceterum in his exemplis:* moneo, ne 7, 8, 5. illud recuſavit, ne 23, 12, 8. illud unum intelligi volumus 25, 11, 3. illud ſine dubio: neminem *&c.* 8, 1, 1. *v. not.* illud addubitat, utrum 9, 5, 4. *ſatis elucet* ἔμφασις δεικτική, *in rei vel denuncianda magnitudine ac momentis, vel excipienda diſtinguendave gravitate, vel ſectanda ad praecipuum docilitate. Aliter & cum figura diſſimulationis ac mitigationis, in re, cui vocabulum detrectatione judicii, ponere nolumus, uſurpatur ibi:* ſecutum eſt illud, cum reſp. &c. 25, 8, 1. Boecl.

Illuc. Sed illuc redeamus 17, 4, 3. Sed illuc revertor 10, 4, 5. *in digreſſionibus finiendis.* Vorſt.

Illudere aliquem, *callido invento fallere* 23, 10, 1. *v.* Voſſ. *de conſtruct. c.* 43. *&* Boecl. *Chreſtom. Ter.*

Illuſtris adoleſcens, *generis reſp.* 22, 3, 2. illuſtris res pop. Roman. ἀξιομνημόνευτόν τι 25, 18, 2. illuſtre factum in re militari 3, 2, 2. illuſtre eſt ei maxime, *inſigne ad famam* 21, 1, 3. illuſtriores legationes 10, 1, 4. illuſtriſſimum proelium, *celeberrimum* 4, 1, 2. quod quidem ſub ipſam proſcriptionem perilluſtre fuit, *quod praecipue tum intelligi & judicari potuit* 25, 12, 3. Vorſt.

Illuſtrari, *notum clarumque fieri, ad famae celebritatem pervenire*, 2, 1, 4. *niſi malis idem eſſe, ac dignitatib. publicis & magiſtratib. ornari: quod ſuadere videtur id, quod ſequitur c.* 2, 1. Primus gradus capeſſendae reip. *&c. Sic vet. lapis Ferrariae in aedibus Fr. Guicciardini:* ORNAMENTIS DECURIO. NATUS ILLUSTRATUS. *Similiter accipiendum eſt illud* Salviani *lib.* 4. ut pauci illuſtrentur, mundus evertitur; unius honor orbis excidium eſt. *v. Buchn. Theſ.*

Imaginem conſuetudinis atque vitae alicujus exprimere, *mores & vitam alicujus deſcribere* 15, 1, 3. imagines cl. virorum 25, 18, 6.

Imbui cupiditatibus 10, 4, 3.

Imitari aliquem aliqua in re velle 10, 3, 1. conſuetudinem gentis, *moribus ejus vivere* 7, 11, 5.

Imitator. moris majorum ſummus imitator fuit 25, 18, 1.

Immerentes, *innoxii, inſontes* 10, 10, 1.

Imminere, *moliri oppreſſionem* 18, 10, 8.

Im-

Imminuere animi magnitudinem, *minus quam* frangere 18, 5, 1.

Immittere jumenta *ſc. ad hoſt. caſtra* 23, 5, 2.

Immoderata licentia, *vulgi ſcil. libertatem ſuam intemperanter habentis & in licentiam vertentis* 7, 4, 4. Boecl.

Immodeſtia, *de licentia milit. & dedignatione parendi* 6, 1, 2. 7, 8, 5. Boecl.

Immolare hoſtias Jovi 13, 2, 3. *v.* Briſſ. *form.* 1. *non eſt hic victimarii aut popae, ſed ſacerdotis aut magiſtratus, qui ſacra facit.* Boec.

Immortalis. memoria immortali retinere beneficia percepta, *ἀείμνηστῶς de diligenti, perpetua memoria* 25, 11, 5. immortalis pugna *dicitur, cujus gloria eſt immort.* 15, 10, 2. immortales dii 20, 5, 3. *ἐπίθετον ſolenne.*

Immutatus. mirabiliter vulgi immutata eſt voluntas 10, 10, 2. *ſic* Lambinus *edidit. Nos e libris melioribus:* mutata.

Imparatus. exiſtimabat facilius ſe imprudentem imparatumque parva manu oppreſſurum, quam paratum quamvis magno exercitu 14, 4, 3. *ſic qu. edd. ſed τὸ* imparatumque *genuinum non videtur v. not.* omnes imparatos imprudenteſque offendit 17, 2, 2.

Impedimenta 8, 2, 5. *ſignificatione militari, pro ſarcinis, inſtrumentis, vehiculis, ipſiſque jumentis, quae expeditionum neceſſitatibus & victuris ſerviunt.* Boecl.

Impedire aliquem multum 9, 2, 3. ne quis impediretur, quo minus &c. 5, 4, 1.

Impelli auctoritate alicujus, *moveri* 1, 5, 2. ad perniciem alicujus, *concitari &c.* 14, 5, 4. ne hujus quidem indicio impulſi ſunt, ut 4, 4, 3.

Impendere, *imminere, de mox futuris* 18, 10, 3.

Imperare. quae civitas ceteris gentibus imperare conſuevit 9, 3, 4. imperare crudeliter, *ſcil. in magiſtrat. gerend.* 4, 3, 3. quantum quiſque daret, pro cujusque facultatibus imperabat 15, 3, 5. *ubi lenius quam pro conſuetudine vocis* imperare *ſignificat* non nolentibus praeſcribere. *Boecl.* maritimis civitatibus naves longas imperabat 9, 4, 2. victor privatis pecunias per epiſtolas imperabat, 25, 7, 3. *de mandatis eas res jure poteſtatis exigentibus.* Boecl. *add.* Freinshem. & Loccen. *Ind. Curt.* illo imperante, *ſummam belli adminiſtrante* 14, 5, 3.

Imperata facere, *i. e. quae dux mandat* 18, 9, 2. *Tacitus* imperium ducis *vocat. Sic enim H* 1, 84, 3. parendo potius quam imperia ducum ſciſcitando res militares continentur.

Imperator, *Dux*, *στρατηγὸς* 1, 1, 3. 5, 2, 2. *& paſſim. ſic* imperator magnus 24, 3, 1. ſummus 7, 1, 2. imperator exercitus duxit, *cum ἐμβολὴ ſive copia, fuit dux exercitus* 18, 13, 1. cum proſcriptus praemiis imperatorum vulgus conquireret 25, 11, 1. *ubi per* imperatores *intellig.* Octavius, Lepidus & Antonius, *quia eo tempore in armis erant. v. not.* cujus exemplum utinam imperatores noſtri ſequi voluiſſent, 17, 4, 2. *v.* not. *imperatorum Athenienſium extremi* 13, 4, 4. *imperatores Romanos explicavit Nepos* 23, 13, 4. illa omnia communia imperatoribus cum militibus & fortuna 8, 1, 4.

Imperatoria forma. *v.* form. 11, 3, 1. *τὸ βασιλικὸν τὸ στρατηγικὸν* vocat *Plutarchus in Arato. Sic* Juſtinus 6, 5, 5. *in Iphicrate ait* Imperatorias artes *fuiſſe.* Vorſt.

Imperium, *ἀρχή.* imperium majus eſt nactus, *de prolatis finibus* 1, 6, 4. imperii ſingularis perpetuique cupidus, i. e. *monarchiae* 21, 2, 2. imperii maritimi ſumma a Lacedaemoniis tranſlata ad Athenienſes 3, 2, 2. hic ſimul atque imperii

rii potitus eſt, perſuaſit &c. 17, 2, 1. imperium quinquaginta annorum 10, 5, 3. nullum imperium tutum eſt niſi benevolentia munitum. *ib.* imperio Regis non parebat, *detrectabat imperium, ut Livius alicubi loquitur* 14, 4, 3. in qua urbe domicilium orbis terrarum eſſet imperii 25, 3, 3. ſub imperio Lacedaemonior. cuncta fuit Graecia 9, 4, 4. *annotat ad h. l. Keuchenius ſumi* imperium *pro* θαλασσοκρατία verum neſcio, an *bene. Obſtat enim* Lacedaemoniorum imperii majeſtas, *quam infra appellat Noſter* 16, 2, 4. *v. majeſtas.* neque priſtinum imperium recuperarunt, *ſc. in ceteram Graeciam* 17, 7, 1. cum primum potuit, imperium depoſuit 20, 3, 4. quod ceteri reges imperio potuerunt, hic benevolentia tenuit *ib.* 3, 3. nonnullae inſulae propter acerbitatem imperii defecerant 5, 2, 4. quibus ſingulis ipſarum urbium perpetua dederat imperia, *de tyrannide principibus a Dario conceſſa* 1, 3, 1. qui ſummas imperii tenebant, *cum perpetuo imperio praeerant ib.* 3, 5, qui tum ſummae imperii praeerat 2, 4, 2. ſi ſpecie imperii bellum videretur adminiſtrare 18, 7, 2. neque id magis imperio, quam juſtitia conſecutus eſt, *non tam poteſtate juriſdictionis, quam aequitate adminiſtrationis* 1, 2, 3. ſic fere ibid. 8, 3. *non vi, ſed ſuorum voluntate.* Loccenius *autem ſtrictam h. l. poteſtatem imperandi aut vim intelligit*, Ravius *imperium militare*, Gebhardus *imperii violentiam.* fiebat, ut perpetuo imperium obtineret *ibid.* 2, 3. ſic: *perpetuam Cherſoneſi obtinuerat dominationem ib.* 8, 3. qui amici Alexandri M. poſt obitum ejus imperia ceperunt 21, 3, 2. multorum imperiis bene geri reſpubl. non poteſt 10, 6, 4. *Eſt interpretatio verſus Homerici:* οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω. *v. not.* imperium, *magiſtratus.* penes quos ſummum imperium erat, *de Ephoris Lacedaemonior.* 2, 7, 2. cum apud eum ſummum eſſet imperium populi 19, 2, 4. Plutarchus στρατηγὸν καὶ ἄρχοντα *vocat*, i. e. praetorem. *Lamb.* decem delegerat, quibus ſummum imperium poteſtatemque omnium rerum committeret, 6. 1, 5. imperium, *de militari praefectura.* quo imperio pleraſque inſulas ad officium redire coegit 1, 7, 1. ejus imperii memoria 3, 2, 2. imperio pari eum atque illos eſſe juſſit 14, 3, 3. illi ſumma imperii tradita eſt. *ibid.* pari abſens imperio praeficitur 7, 5, 4. horum imperio tanta commutatio rerum facta eſt, ut *ibid.* 5, 5, qui ſummum imperium tum inter praefectos habebat regios, *praecipuus ſeu ſummus dux erat* 17, 2, 3. *ſic:* ſummi imperii potiri, *de ſummo belli duce* 18, 7, 1. cujus ſub imperio phalanx erat Macedonum *ib.* ob eam rem imperium his abrogabatur, *de imperio ducum bellicorum* 15, 7, 3. imperii diligens 9, 1, 2. *ſic in quibuſd. ed. nos vero edidimus* imperator diligens. *v. not.* quo imperio pleraſque inſulas ad officium redire coegit 1, 7, 1. multum in imperiis magiſtratibusque verſatus, (*ſi genuina eſt lectio*) 1, 8, 2. *v. not.* & *Addenda ad not. h. l.* imperium, *de praefectis cuſtodiae* 18, 11, 3.

Imperitus belli 15, 7, 1.

Imperite aliquid facere 20, 3, 5.

Imperſonalis locutio pro perſonali, reditum eſt, *pro* redierunt 15, 8, 1.

Impertiri debet his doctrinis aetas puerilis, *impendi* 25, 1, 2. *neglecta eſt puerilis diſciplinae. ſic Tacit.* 14. *A.* 16, 3. ſapientiae doctoribus tempus impertiebat. *&c.* 21, 6. aures ſtudiis honeſtis impertire.

Impetus. eo impetu totum bellum delevit, *de repentina oppreſſione hoſtium* 7, 8, 6. impetus hoſtium, *incurſus* 12, 1, 2. *it. de hoſtis urgentis vi* 11, 2, 5. impetum facere, *impreſſionem* 17, 3, 1. in aliquem 14, 9, 4. impetu primo reſiſtentes pellit,

lit, 14, 6, 7.

Impiger, *ſcil. in negotiis ſuſcipiendis* 13, 1, 1.

Impius, *de fratricida* 20, 1, 5.

Implacabile odium 14, 9, 1. *ἀκατάλλακτον.* Livio 25. & Cic. *de Aruſp. reſp.* inexpiabile bellum.

Implicari in morbum 5, 3, 4. 17, 8, 6. Livius, Lucretius *aliique dixerunt: morbo implicari.* implicitus magnis rebus, *ex difficultate coeptorum in varias emergendi anguſtias conjectus* 4, 4, 6. implicatus utraque tyrannide Dionyſiorum, *neceſſitudinis ſc. & familiarit. ratione* 10, 1, 1.

Imponere cuſtodem in hortis fructus ſervandi gratia 5, 4, 1. *v. not.* imponere alicui vadimonium, *i. e. neceſſitatem vadisdandi* 20, 5. 2. *v. vadim.* impoſitum telum, *infeſſum, &, ut paullo ante loquitur*, obrutum, *ſc. terra*, 14, 11, 3. imponere alicui, *verba dare, fucum facere* 18, 5, 7, *ſic* Cicero 2. *ad Q. Fr. cui egregie impoſuit Milo noſter.* Lamb. *Eſt a. locutio elliptica, in qua Buchnerus (Theſ. v. pono.) accuſativum* fraudem *ſubaudiend. putat; Sanctius* clitellas, *cujus Minervam vide* p 291. *Voſſius de Conſtruct. cap. 23. arbitrabatur* onus, *vel* ridiculi quippiam *κατ' ἔλλειψιν ſubtractum.*

Impotens dominatio, *de intemperantis imperii inſolentia & abuſu poteſtatis* 6, 1, 4. Boecl.

Imprudens, *inſcius* 6, 4, 3. & 14, 4, 3. *ita:* illo ſciente an imprudente ſit factum, addubitat 9, 5, 4. imprudentem hoſtem opprimere, *nec opinantem* 18, 8, 6. imprudentem parva manu opprimere 14, 4, 3. *opp.* paratum magno exercitu *ibid.* imparatum imprudentemque aliquem offendere 17, 2, 2.

Imprudentia praetorum 15, 7, 4. imprudentia alterius ſe armare *v. arm.* 10, 8. 3.

Impugnare prior voluit, *de ſingulis qui alteri ictum inferre priores conantur* 8, 2, 6. impugnare aliquem, *adverſ. aliq. pugnare* 15, 10, 3.

Impulſu perpaucorum arcem occupavit 16, 1, 2.

In, *cum accuſativo.* admirandum in modum patiens 15, 3, 2. bellum in aliquem gerere, *adverſus aliquem* 6, 1, 1. In filium ſaevitiam ſuam exercuit, 10, 6, 2, fundum in diem emere 25, 9, 5. *v. dies.* dolores accreſcunt in dies, *ſc. ſingulos ib.* 21, 4. in ſingulos menſes *ib.* 13, 6. in, *cum ablativo.* in terra dimicare 2, 3. 1. pari fortuna in terra uſus eſt 5, 2, 3. in bello & in pace eum deſideraverunt 5, 4, 1. in Iſtro flumine pontem fecit 1, 3, 1. quem pontem in Helleſponto fecerat 2, 5, 2. in epiſtola aliquem collaudare 4, 2, 5. cum ei in ſuſpicionem veniſſet, aliquid in ea epiſtola de ſe eſſe ſcriptum 4, 4, 1. erant in eadem epiſtola, quae ad ea pertinebant, *&c. ib.* 4, 2. in ara conſidere, ſedere 4, 4, 4. & 4, 4, 5. in urbe comprehendi 4, 5, 1. in itinere inſidias ſibi fieri intellexit *ibid.* cum jam in eo eſſet, ut comprehenderetur *ib. v. eſſe.* Inpraeſentia, *eo tempore* 2, 8, 4. 7, 10, 5. & *in Mſſ.* 23, 6, 2. *v. praeſentia.* in praeſenti, *ſc. tempore* 7. 4, 2. & 25, 12, 5. *v. praeſens.* in pueritia nobilis ferebatur, *puer cum eſſet*, 25, 1, 3. *ſic:* quod in ſenectute adverſus populi commoda ſteterat 19, 4, 1. in tanta paupertate deceſſit, ut &c. *tam pauper. &c.* 3, 3, 2, *ſic:* in ſumma paupertate paternam tueri gloriam, 19, 1, 3. *ſic:* neque in ſeſtertio vicies parum ſe ſplendide geſſit, neque in ſeſtertio centies affluentius vixit 25, 14, 2. ne qua in re jure plecteretur cavit, *ne quam ob rem* 25, 11, 6. *ſic:* in quo cum reprehenderetur 15, 10, 1. in eo reprehenſus eſt 4, 1, 3. qua in re dignitati, & tranquillitati ſerviebat 25, 6, 5. in quo divitiis ornavit Athenienſes 2, 2, 3. in eo conſequi ſe multum dicebat 17, 2, 5. in quo facto, *interim dum id fit* 4, 2, 6. in his rebus, *dum hae res gereret* 20, 1, 2. in aliqua re maximas diis gratias age-

re atque habere 20, 4, 3. quo in numero fuerunt L. Torquatus &c. 25, 1, 4. in eis praetoribus Miltiades, *inter eos praet.* 1. 4, 4. *ſic*: in ejus virtibus commemoratur faltaſſe eum *&c. praef.* 1. nemini in eisdem gentibus turpitudini fuit *ib.* 5, in his urbibus Byzantium 7, 5, 6. *ſic*: in primis omnium Perſarum & manu fortis & conſilii plenus 4, 1, 2. in primis lapidem attulit *ibid.* 5, 3. in primis (*ſc. ejus factis aequitatis eſt*,) quod ejus aequitate factum eſt, ut *&c.* 3, 2, 2. in primis dicendo valebat 7, 1, 2. in primis literarum ſtudioſus 25, 1, 2. in primis bene habitavit *ib.* 13, 1. cum imprimis lautus eſſet eques Rom. *ib.* 13, 6. *Interdum tn. adverbialiter* inprimis *pro* praeſertim *uſurpat Nepos. ut*: inprimis quod nobilis rex in poteſtatem inopinanti venerat 14, 3, 4. inprimisque commiſſa celans 15, 3, 2. inprimis quid legeret 25, 20, 1. in Miltiade erat humanitas, comitas 1, 8, 4. in eo uno erat tantum, ut &c. *is unus tantum poterat*, *ut &c.* 18, 12, 2. in hoc tantum fuit odium multitudinis 19, 4, 4. hoc in tempore 1, 5, 1. in eo tempore *Fr.* 12, 8. in nullo tempore *ib.* v. 9. *ſic* Terentius *Andr.* 4, 5, 24. *in tempore hoc.* Suetonius *Tib.* 60. *in paucis diebus. & Claud.* 18. *in tempore hiberno.* Plautus *Captiv.* 1, 2, 64. *in his diebus.* & alii. *In his omnibus & ſimilib. exemplis vulgo putant praepoſitionem abundare; ſed falſo. Nam potius eſt, cur dicamus eam ſubaudiri in vulgatis illis*: hoc tempore, his diebus &c. *vid.* Voſſius *de Conſtruct.* c. 44.

Inanis. cum comperiſſet, naves paene inanes relictas, *i. e. vacuas, de vulgo Athenienſium, qui praedatum in terram exierat* 7, 8, 6.

Incendere aliquem cupiditate bellandi 23, 2, 1. quo dolore incenſus iniit conſilia tollere *&c.* 6, 3, 1. incenſus ira equum in eum concitavit 16, 5, 4. adeo incenſus erat, ut leniri non poſſet, *adeo irritatus, infeſtus* 18, 10, 4. *in his omnibus emphaſis eſt.*

Incendium. ut incendio conficerent, quem manu ſuperari poſſe diffidebant 7, 10, 4. arcem incendio delevit 2, 4, 1. captam aliquam urbem incendio delere 11, 2, 5.

Inceſtus Oedipi 15, 6, 1.

Incidere in invidiam 5, 3, 1. in morbum 10, 2, 4. in periculum 25, 10, 4. incidit aemulatio inter hos, *contingit &c.* 25, 20, 5. incidit bellum iſtud, cum haberet &c. *exortum eſt, cum &c.* 25, 7, 1. incidere (*ſecunda producta*) in pila lapidea incidere devotionis exemplum 7, 4, 5. *infra*: devotionem in pilis ſcribere *ibid.* 6, 5. *v.* pila.

Inceptum, *propoſitum.* ab incepto non modo non deterritus, ſed &c. 10, 8, 5. *vide tamen not.* id ſi feciſſent, incepta proſpera futura 1, 1, 3. *ſic* Terentius *Heaut.* 1, 1, 67. & 4, 6, 7. *alibi* inceptus, ut *dixit Noſter.* Epaminondae retardavit inceptus 11, 2, 5. *v. not.*

Incitare omnes ſtudio ſuo, *ſcil. ad diligentiam* 25, 1, 4.

Incivilitas ſive inſolentia 4, 3, 1. *&c. per notas deſcripta.*

Inclinatae jam erant tyrannorum copiae, *fugam ſpectabant*, *vel*, *pugna deſierat eſſe* ἰσόῤῥοπος 16, 5, 4. *ſic quoque* Vellej. 2. 55, 1, *Et ap.* eund. 2, 52, 3. *ac* Suet. *Caeſ.* 62. inclinata acies. *ap.* Flor. 4, 7, 12. inclinatum cornu. *ap.* Cicer. 2. *fam. ep.* 16. inclinata fortuna.

Incognitus, *cujus animus virtusque incognita* 15, 4, 3. incognitum illi nihil de his fuit 24, 3, 2.

Incolumitas. ad incolumitatem pervenire, *e periculo ſervari* 23, 10, 6.

Incolere regionem 1, 2, 5. Aſiam 1, 3, 2.

Incommodus. non incommodum videtur 21, 3, 5. *alibi*: non alienum videtur 1, 6, 1. incommoda amicorum, *pericula adverſa* 25, 12, 2.

Inconſideratior in ſecunda quam in adverſa fuit fortuna 9, 5, 1.

Digitized by Google

Incredibilis virtus belli 21, 1, 4. incredibili felicitate Dionyſium tota Sicilia depulit 20, 2, 1. incredibile dictu 23, 6, 3. *formula αὐξητικῶς. ſicut & priora vim ſignif. intendunt.* Boecl.

Incuria, *de neglig. circa cur. aedif.* 25, 20, 3.

Incurrentes, *qui in hoſtem impetum faciunt* 12, 1, 2. *ſic* Curt. 9, 5, 8. Flor. 1, 9, 7. *&c.*

Index, *qui rem defert.* 4, 4, 4. *ſic* Juſtinus 32, 2, 9. & 32, 3, 1. immittere indices, torquere indices. *Vorſt.*

Indicium, *narratio, manifeſtatio, confeſſio*, 4, 4, 3. indicium, *argumentum*, hic qua fuerit abſtinentia, nullum eſt certius indicium, quam quod deceſſit *&c.* 3, 3, 2, quam vere de eo foret judicatum, oratio indicio fuit, quae &c. 6, 3, 5. illum non odio tyrannidis diſſenſiſſe, ſed cupiditate, indicio fuit, quod noluit &c. 20, 2, 3. ei rei ſunt indicio ſexdecim volumina epiſtolarum 25, 16, 3. *v. eſſe auxilio.*

Indicare ſe, *ſeipſum prodere &c.* 4, 4, 3. *v. not.*

Indi quidam vi tempeſtatum ex Indicis aequoribus in Germaniae littora abrepti Q. Metello Celeri a Rege Baetorum dono dantur. Fr. 7, 1. *v. not.*

Indicere alicui bellum 2, 8, 1. 5, 3, 2. 14, 2, 5. *denuntiatio hoſtilis intellig.*

Indidem. habuit obtrectatorem Meneclidem quendam indidem Thebis, *i. e. ex iiſdem Thebis*, 15, 5, 2. *ita* Cicero pro Roſc. Amerino: *quos homines? indidemne Ameria? an hoſce ex urbe ſicarios?* Lambin. *Utitur & alibi eadem voce* Cicero, *ſed ſine addito ſubſtantivi caſu. v. g.* 3. de orat. *unde ſimile duci poteſt, indidem verbum tranſlatum lumen afferet orationi.* Uſi etiam Plautus Ciſt. 1, 1, 64. *& Mil. Glor.* 2, 2, 79. Gell. 6, 10. Apul. *de Mundo &c. ſed diverſo ſignificatu. V. Gloſſ.* Indidem *αὐτόθεν.*

In diem aliquid emere 25, 9, 5. *v.* dies. in dies *ſc. ſing.* 25, 21, 4. *v.* Linacr. *de emend. ſtruct. Lat. ſerm.* l. 1. *de adverb.*

Indigere opis alicujus 5, 4, 2. armorum 8, 2, 6. alienarum opum, *de exule* 21, 3, 4. & 23, 1, 3. *v. opes.* indigere medicina 25, 21, 1. pecunia 17, 7, 2.

Indignari. id factum multi indignabantur, *indigne ferebant (quomodo* 18, 1, 3. Nepos *loquitur)* 10, 4, 2. *Gr. ἀγανακτεῖν.* Lamb.

Indignum fide ſua nihil fecit 14, 5, 5. indigna, *δεινὰ, iniqua, miſeranda* 19, 4, 3.

Indiligens 25, 4, 3. non indiligens rerum memoriae, *de bono hiſtorico* Fr. 4, 1.

Indoles, virtutes 18, 1, 4.

Inducere in inſidias, *pellicere &c.* 23, 5, 3. ad bellum, *permovere* 23, 8, 1. Plato Alcibiadem induxit commemorantem ſe pernoctaſſe &c. *i. e. perſonam ei tribuit ejus ſermonis gratia. (propria ſcenae & ſpectaculorum vox.)* 7, 2, 2. induci ad credendum, *adduci, quomodo & legitur in quibuſd. Mſſ.* 9, 3, 1.

Induciarum ſpecie paratur acrius bellum 17, 2, 3. indutias ab aliquo petere eaſque impetrare trimeſtres *ibid.* inducias ſine dolo conſervare *ib.* 2, 4.

Indulgere alicui, *favoris honoriſque ſignif. quem exhibemus viro bene merenti* 10, 2, 1. Boecl. indulgere, *de creditoribus ſolutionem debiti non urgentibus, ad moram conniventibus* 25, 2, 5. Boecl. *Eſt n.* indulgere *proprie* non urgere. *vid.* Caſaub. *ad Perſ. Sat.* 5, 5, 7. ſic educari eum juſſit, ut indulgendo turpiſſimis imbueretur cupiditatibus, *dum ei indulgeretur, de diſſoluta educatione* 10, 4, 3. nihil indulgere alicui ad violandum alium 25, 9, 3. *hoc ſenſu dixit* Tac. 1. A. 9, 4. *Auguſtum multa Antonio, multa Lepido conceſſiſſe.* indulgere dolori 21, 1, 4. *ejus impetum ſequi, obſequi dolori* 21, 1, 4, indulgere ſibi, *licentiae*

Digitized by Google

ſignificatu 6, 1, 3. ſibi liberaliter, *ſplendidius vivere* 12, 2, 3.

Indulgens pater, *in laude pon.* 25, 1, 2. *ut apud* Tac. indulgentia matris, *de materna cura circa educat.* Agric. 4, 3. *Alia eſt ap.* Horatium: *blanda patrum indulgentia. de qua v.* Quinctilian. *Inſt. Or.* 1, 2.

Indulgentia in ſuos, 25, 7, 2. *nam haec vox ſignificanter de affectu neceſſitudinum, & facilitate συγγενικῆς ὁμιλίας uſurpatur.* Boecl.

Induſtria *φιλοπονία* 24, 3, 2. ſumma, *de ſtudio actus civilis & officiorum vitae* 2, 1, 3. quorum in ea re egregia induſtria fuiſſet, *qui curas id ſibi habuiſſent* &c. 17, 3, 2. magna induſtria bellum parare. *ib.*

Ineſt illi genti plus virium quam ingenii 15, 5, 2. ineſſe in uno homine tantam diſſimilitudinem tamque diverſam naturam admirabantur, 7, 1, 4. *v. not. ſic* Terentius Eunuch. 1, 1, 14. *in amore haec omnia inſunt vitia. Et* Cicero *paſſim.* Tacitus hiſt. 4, 27, 6. cum dativo: *tanta illi exercitui diverſitas inerat licentiae patientiaeque.*

Inexercitatae copiae 18, 3, 3.

Infamis, *per flagitia* 15, 10, 1.

Infamia aſpergi 7, 3, 7.

Infamatus a pleriſque, *vituperatus* 7, 11, 1. *de hiſtoricae ſcriptionis teſtimonio.*

Infectis reb. 1, 7, 5. *non effectis.*

Infelices, qui omnia ſibi licere exiſtimarunt *Fr.* 5, 9.

Inferior copiis, *de minore numero copiarum* 14, 8, 4. peditatu inferior 18, 3, 6. *ſic Ernſtius in ſuo codice legit pro* deterior, *quod retinuimus, v. not. Sic* Sulpic. Sever. 1, 50. *multitudine inferior non auſus manum conſerere muris ſe tuebatur.*

Inferre alicui arma 23, 2, 1. bellum 1, 3, 1. terra & mari 2, 2, 4. 21, 1, 3. inferre bellum in Italiam, *bello Italiam petere, vel eam ſedem bello legere* 22, 4, 2. inferre ſigna, *ire in hoſtem* 14, 6, 5. inferre pluxima mala in domum alicujus, *vexare, detrimentis afficere dom.* 2, 9, 2. inferri aliquo *dicitur* corpus mortui *ſepeliendum ſcil.* 4, 5, 5. *eſt enim inter verba ſolennia rei funebris.* v. Kirchmann. 3, 22.

Infeſtus Romanis animus, *de hoſtili odio* 22, 3, 1. cum ei fuiſſet infeſtiſſimus 18, 10, 3.

Inficiari, *negare.* non eſt inficiandum Hannibalem praeſtitiſſe &c. 23, 1, 1.

Inficias ire aliquid, *negare* 15, 10, 4. Voſſ. *de anal.* 1, 47. *dictum vult, ut* ire exſequias, ſuppetias: *ac utrobique ſubintellig. praepoſitionem* ad. *Eſt a.* inficias *ἄρνησιν, ut Gloſſae* Philoxeni *interpretantur.*

Infimus. ad infimos montes certos homines mittit, *ad radices montium* 18, 9, 3.

Infinitum bellum, *inexpiabile, implacabile* 14, 10, 3. infinitae occupationes, *maximae &c.* 25, 20, 2.

Infirmus *ſcil. viribus armorum* 18, 3, 1. infirmiſſimi, *ſc. potentia &c.* 2, 6, 3.

Infodere, *de ſepultur.* 4, 5, 5.

Ingenium docile, come, aptum, ad artes optimas 10, 1, 2. ingenii celeritas 18, 1, 3. docilitas 25, 1, 3. facultates 15, 1, 4.

Ingratus. ingratum vivere 18, 6, 5. ingrati cives 5, 3, 2. homines 20, 1, 6. ingrata civitas 13, 3, 5.

Ingratiis. hoc eo valebat, ut ingratiis ad depugnandum omnes cogerentur, *vellent nollent* 2, 4, 4. *v. not.*

Injicere admirationem ſui, *eleganter, pro,* excitare, (*quo* Cic. *uti ſolet*) 11, 3, 1. alicui ſuſpicionem 18, 9, 4. terrorem 23, 5, 1. timorem 10, 7, 1. & 7, 3, 3. non amplius, quam pellis eſt injecta, *de ſtrati tegumento* 17, 8, 2.

Inimicitias ſuſcipere 16, 1, 3. cum aliquo ſuſcipere (*ſic edente* Lambino. *v. not.*) 14, 10, 2. reipubl. cauſſa ſuſcipere 24, 2, 4. *Sic* Tacitus 3. *Ann.* 54, 10. *dixit: graves offenſiones pro republ. ſuſcipere.* utens liberalitate nullas inimicitias

Digitized by Google

geſſit 25, 11, 5.
Inimicus alicui 25, 10, 4. conſilia cum patriae tum ſibi inimica capiebat, *de ſeditioſis & periculoſis molitionib.* 4, 3, 3. *inimicorum delatio quomodo accipienda* 14, 9, 2. inimiciſſimus alicujus 18, 6, 3. 14, 5, 4. inimiciſſimum ſuum *vocant Romani Hannibalem* 23, 12, 2. inimicos ulciſci pulchrum, *& quatenus*, *Fr.* 12, 1.
Inire conſilium aliquod, 25, 22, 3. inire gratiam ab aliquo, *mereri ap. aliquem* 7, 9, 5. *v. gratia.* iniit conſilia, reges Lacedaemoniorum tollere 6, 3, 1. talem iniit rationem ad hunc interficiend. *&c. tale cepit conſilium* 23, 10, 2.
Iniens adoleſcentia, *incipiens*, *prima &c.* 2, 1, 1. 7, 2, 2. *ſic* ineunte Januario, ineunte aetate *ap. Cicer.* ineunte vere *ap. Caeſ.* ineunte vita *ap. Gell. legimus.* Buchn. *Sic* Virgilius Ecl. 4, 11. *Teque adeo decus hoc aevi, te conſule, inibit.* h. e. *incipiet.* Vorſt.
Initium. hoc initium fuit ſalutis Atticorum 8, 2, 1. Dionis & Dionyſii ſimultatis tale initium fuit 10, 3, 1. ab tam tenui initio tantae opes ſunt profligatae, *a tam tenui occaſione* 16, 2, 3. initio, *pro ab init.* 8, 1, 5. 23, 11, 5.
Injuria. ſi quam injuriam acceperat, malebat ulciſci quam obliviſci 25, 11, 5. non ſolum populi, ſed etiam amicorum ferebat injurias 15, 3, 2. fuit patiens, ſuorumque injurias ferens Civium *ib.* 7, 1. *ſc. quas intulere cives. Sic* injurias adoleſcentium *Terentius dixit And.* 2, 1, 53. patriae injuriae, *illae*, *quas pertulit patria* 9, 5, 1. injuriarum obliviſci 18, 6, 2.
Innixus in cubitum (*ſic. n. legend. v. not.*) 25, 21, 5. *ita* Plinius N. H. 7, 53. *C. Servilius Panſa, cum ſtaret in foro ad tabernam hora diei ſecunda, in P. Panſam fratrem innixus abiit.* Cicero de Aruſp. reſp. *etenim vix haec, ſi undique fulciamus, jam labefacta, vix inquam innixa in omnium noſtrûm humeris cohaerebunt.*
Innocentia, *abſtinentia*, *continentia*, opp. *avaritiae*, *v. not.* 3, 2, 2,
Innoxius plectitur 1, 8, 4.
Inopia publica 25, 2, 4. *v.* Reipub. indig.
Inopinanti venit in poteſt. 14, 3, 4. inopinatae res, *felicitas ſpe uberior* 10, 6, 1.
Inpraeſentiarum. *v.* praeſens.
Inprimis. *v.* in *&* primus.
Inquit 7, 8, 5. 23, 2, 3. & 4. *eleganter poſt primas orationum, quae referuntur, voces: quomodo &* Cicero aliique. *v.* Cl. Vorſtii *de latinit. merito ſuſp. c.* 24. *pag.* 205. *ſeqq.*
Inſciente eo 18, 12, 4. *inſcio. ſic*: inſcientibus illis 23. 9, 4. *ita* Cicero Philipp. 2, 37. *non inſciente te.* & Philipp. 12, 4. *inſcientibus iis, qui bellum gerunt, de pace decernere.* inſcientia belli, *imperitia &c.* 15, 7, 4.
Inſcriptionis exempl. in dono 4, 1, 3. *in damnatione* 15, 8, 3. *&c.*
Inſequi, *vexare*, *aggredi* (*extra bell. ſignif.*) 25, 9, 2. *&c.*
Inſervire ſtudiis gentis, *imitari mores & conſuetud.* 7, 11, 3. magis firmitati corporis, quam ingenii acumini, *ſtudere*, *operam dare. ibid.* Sic: *non tam magnitudini virium ſervire quam velocitati* 15, 2, 4. inſervire temporibus 7, 1, 3. *v. tempus.*
Inſidiae fiunt ab aliquo alicui 10, 8, 4. 4, 5, 1. Juſtinus 11, 7. 1. *inſidiae parantur ab aliquo alicui.* inſidias facere alicui 7, 9, 2. *ſic quoque Cic. prooem. act.* 1. *in Verr.* Lamb. inſidiis circumvenire aliqu. 23, 4, 3. nunquam ſine inſidiis eſſe, *peti ſemper inſidiis* 23, 12, 2. inſidiis eum interficere ſtuduit 14, 9, 1.
Inſidiator ſingularis perpetuique imperii 21, 2, 2. *v. not.* oppon. *amicus tyrannidi* 10, 3, 2. inſidiatores in eum faciunt impetum, qui ſuppoſitus erat 14, 9, 4.
Inſidiari alicui 23, 6, 4.
Inſignius ornari 16, 3, 2.
Inſolens. nihil unquam inſolens ex ore ejus exiit, *de elato ſermone* 20, 4, 2.

Digitized by Google

4, 2. inſolentia, *elatio* 15, 5, 5. tantum abfuit ab inſolentia gloriae, ut &c. 17, 5, 2. *Fortaſſe nihil inſolens habet haec locutio, ut mutanda ſit,* inſolenti gloria. *erit enim hic* gloria *ipſe ſenſus gloriae ex re bene geſta, ex quo facile oritur elatio inſolens & inſultandi libido.* Boecl. *adde not.*

Inſtare hoſtes audacius, *urgere* 15, 9, 1. hoſtes acrius 18, 4, 2. ſic *utrobique MSS. Codd. v. not.*

Inſtat tempus proficiſcendi, *adeſt* 7, 4, 1. inſtans periculum, *imminens, impendens* 4, 3, 5. de inſtantib. judicare *praeſentibus. opp.* futuris 2, 1, 4.

Inſtituere officinas armorum 17, 3, 2. pulvinar deae 13. 2, 2. *v. pulvinar.* inſtituit tempus quaerere 7, 5, 1. inſtituit hiſtorias ſcribere, *ſecum conſtituit, de capto conſilio* 24, 3, 3. *Sic:* inſtituit ceteros tueri 25, 11, 2. inſtituerunt tempus ejus interficiendi quaerere 7, 5, 1. inſtituerat ſacrificare, *coeperat* 23, 2, 4. *ſic*: non affluentius, vixit quam inſtituerat 25, 14, 2.

Inſtitutum vitae, *ratio, conſuetudo* 25, 7, 1. inſtituta patriae, *reſpicitur ad formam reip.* 17, 4, 1. inſtituta *pro moribus* praef. 3. uti eodem inſtituto *ib.* 4.

Inſtruere aciem 1, 5, 3. inſtructa acie confligere *opp. fortuito praelio, quod in itinere ſumitur* 18, 8, 1. domus ſic erat inſtructa, *cultus domeſticus notatur* 17, 7, 4. inſtruere muros, *aedificare, exſtruere.* 2, 6, 4. *v. not.*

Inſuetus malo audiendi, *de eo, qui ſiniſtre de ſe opinantes aegre fert* 10, 7, 3. *nec tam aſſuetudinem, quam patientiam negat &c. ſic,* inſuetus contumeliae *Cic. 2. ad Att.* 21.

Inſula. cum incolas ejus inſulae (*Lemni*) ſub poteſtatem redigere vellet Athenienſium 1, 1, 4. Cares ex Inſula (*Lemno*) demigrarunt *ib.* 2, 4. inſula (*Scyro*) ſeſſores veteres ejecit 5, 2, 5. inſula, *pro incolis inſulae.* opibus elata inſula (*Parus*) 1, 7, 2. inſulae nonnullae propter acerbitatem imperii defecerant, 5, 2. 4. inſulas bene animatas confirmavit, alienatas ad officium redire coëgit. *ibid.* pari felicitate ceteras Inſulas (*Cyclades*) ſub Athenienſium redegit poteſtatem 1, 2, 5.

Integrior exercitus *opp.* laſſo 18, 9, 6. integritas vitae 19, 1. 1.

Intelligere. e vultu ephori cujusdam inſidias ſibi fieri intellexit, *cognovit*, 4, 5, 1. *ſic*: ex quo intelligi poteſt, *cognoſci* 15, 10, 4. *alibi*: judicari 25, 15, 3. *ſic*: quem unum Alexander, quod facile intelligi poſſet, plurimi fecerat. 18, 2, 2. ut facile intelligi poſſet inimica mente contendiſſe *ibid.* 4, 2. intelligi non poterat, quare id fieret, *nemo poterat cogitatione adſequi* 23, 11, 5, ut intelligi non poſſet, uter eum plus diligeret, *ut dijudicari non poſſet* 25, 5, 4. illud unum intelligi volumus, *de eo, quod praecipue notari cupimus ib.* 11, 3.

Intemperanter concupiſcere 25, 18, 4. intemperantia *immodeſtia, inſolentia & licentia militis.* 18, 8, 2.

Intemperantia, *ἀκολασία, incivili, elatio, inſol.* 1, 2, 3.

Inter ſe, *pro, invicem.* inter ſe complexi in terram ex equis deciderunt 18, 4, 2. inter ſe obtrectarunt 3, 1, 1. cum inter ſe timerent 10, 4, 1. *Sic* Cicero *paſſim. Eſt a. locutio elliptica. Integre dicitur* ſibi inter ſe *aut* ſe inter ſe; *quomodo Cicero de Amicit.* colent ſe inter ſe. *Verſ.* inter quos maximarum rerum non ſolum aemulatio, ſed obtrectatio intercedit 25, 20, 5, *conf. ibid.* 5, 4.

Intercedit cupiditas major in hac re. *intervenit conſiliis melioribus* 10, 1, 3. interceſſit nullus temere dies, *ferme ſingulis diebus* 25, 20, 2. intercedit aemulatio hujus rei inter illos 25, 20, 5. *conf. ib.* 5, 4. obtrectatio inter illos. *eſt inter illos. ibid. &c.* querimonia inter eos, *accidit, intervenit* 25, 7, 2.

Intercipere moram alicujus. *v.* mor. 11, 2, 3. *ſic* Lamb. *ſed e Mſſ. leg.* inter-

Digitized by Google

terfecit. *v. not.*
Interdici non poteſt ſocero gener, *contubernium & convictus generi* 22, 3, 2. *utrumque latine.* interdicitur mihi *haec res & hac re*, *aliter tamen Mſ. v. not.*
Intereſſe pugnae 3, 2, 1. rebus domeſticis alicujus 25, 13, 7. rebus privatis, publicis 20, 4, 1. *plusquam nudam praeſentiam notat.* neque res ulla niſi tempus intereſt, *nullius rei niſi temporis diſcrimen intercedit* 18, 8, 3. quae intererant, *interjacebant, de regionib. longo terrarum ſpatio interjectis. Fr.* 7, 2.
Interficere hoſtes 14, 6, 4. maximos duces 18, 12, 1. interficere inſidiis, *δολοφονεῖν* 14, 9, 1. interfici dolo 21, 3, 4. interfectus exercitus hoſt. *deletus occidione* 3, 2, 1. *ſic*: moram Laced. interfecit. 11, 2, 3. *v. not.*
Interfectores Caeſaris, *percuſſores* 25, 8, 3.
Interim. cum interim non deſtitit patriam juvare 17, 7, 1.
Interimere. interemtus ferro Xerxes, 21, 1, 5. *v. not.*
Interire ferro hoſtium, inopia 1, 3, 4. in vinculis 5, 1, 4. ſub divo 4, 5, 3. interit pecunia, *prodigitur* 2, 2, 2. *v. not.* Ernſtii.
Interitus. poſt ejus interitum, *mortem* 15, 10, 4.
Interior pars aedium *praeſ.* 7. *oppon.* primus locus aedium.
Interiora conſilia, *ſecretiora* 23, 2, 2.
Internecio. ad internecionem geſta bella 18, 3, 1. *ad partis, aut partium interitum. ἄχρι τοῦ πολέμου, v. not.*
Internuntii 7, 5, 3.
Interpellari *impediri Fr.* 6, 1.
Interponere cauſſam 2, 7, 1. *alibi*: interſerere 1, 4, 1. *eodem ſignif.* προφασίζεσθαι, *praetextu uti.* Caeſ. 1. *de bell. Gall.* 42. nolebat colloquium interpoſita cauſſa tolli; *ubi Metaphraſtes* προφάσει [illegible]. interponere, *de judicio ſententiaque ſcriptum inſerta* 16, 3, 1. interponere ſe, *ope ſua intervenire, facultatem rei conciliare, pecunia mut. juvare* 25, 2, 4. 25, 9, 5. Boecl.
Interpretari, *rationem rei reddere* 25, 3, 1.
Inteſtabilis. uſque adeo inteſtabiles inviſique fuerunt, ut &c. *deteſtabiles, exſecrandi.* Fr 2, 2. *v. not.*
Inteſtinus, *domeſticus, interior.* inteſtinum bellum 22, 2, 1. *ſic* Cic. ad fam. 11, 24. *inteſtinum urbis malum.* Lamb. & 10. ad Brutum: *ingraveſcit indies inteſtinum malum, nec externis hoſtibus magis, quam domeſticis laboramus.* inteſtinum *ſubſtantive.* vis morbi in unum inteſtinum prorupit 25, 21, 3 *v. not.*
Intimus alicui 10, 1, 3. intimi regis 9, 2, 2. intima amicitia 7, 5, 3. familiaritas 18, 1, 4. 25, 9, 3 intime uti aliquo 25, 5, 4.
Intrare caſtra 14, 2, 1. limen 10, 9, 4. portum 12, 4, 1.
Introire. primus in Thraciam introiit 7, 7, 4.
Introitus aedis 4, 3, 3.
Intueri faciem alicujus 17, 8, 1. intueri non aequo animo fortunam alienam, *invidiae* πάσχειν 12, 3, 3. id novum intuens progredi non eſt auſus 12, 1, 2. *ſic qu. edd. ſed nos edidimus* contuens, *quod idem eſt ac* contemplatus. *v. not.* haec ille intuens cum neſciret &c. *conſiderans* 10, 8, 1. *conf.* 12, 2. 3. intuebatur potius, quid ſe facere par eſſet, quam quid alii laudaturi forent, *ſpectabat, agebat* 25, 10, 1. id potius intuebantur, quod ipſorum dominationi, quam quod univerſae Graeciae utile eſſet 2, 7, 6.
Invadere region. cum magnis cop. 2, 2, 4.
Invehi multa in aliquem 15, 6, 1. nonnulla in aliquem 20, 5, 3. *alicujus exagitandi ergo, probra ſpargere &c. ubi ſimul,* multa & nonnulla *in quarto caſu Graecorum imitatione uſurpata, obſervabis.* Boecl. *conf. not. ad* praef. 2.
Inventum, *εὕρημα, conſilium, ars, ſtrategema*

tagema, 12, 1, 1. callidum 18, 5, 4. *ſollers* 18, 7, 2. πλάσματα ϗ στρατηγήματα *vocat* Halicarnaſſ. *l.* 3.

Inveteraſcit aes alienum 25, 2, 5. Ernſtius *exponit*: extinguitur. *v. ejus not. Sed* Loccenius *in Ind. Philol. negat alio ſignificatu heic accipiendum eſſe, quam quo* Cic. *lib.* 3. *de Rep. ap. Auguſtin. de C. D.* 22, 6. Caeſ. 1. *B. G. & B. Civ.* 110. Tacit. 11. *A.* 25, 10. *uſi ſunt: quib. idem eſt ac* vetus fieri. *idque ſuadere illa v.* 4. neque longius quam dictum eſſet, &c. *nam utroque loco idem dici.*

Inveterata gloria, licentia 18, 8, 2. ſervitus 20, 1, 1.

Invictus morior, *vox Epam. morientis* 15, 9, 4.

Invidere aliquid, *pro, ob aliquid* 8, 4, 2. *vid. tamen* Voſſ. *de conſtruct. c.* 34.

Invidus potentiae populus, *qui ob pot. invidet* 13, 3, 5.

Invidia. aulicorum invidiam excipere 14, 5, 2. *v. not.* civium ſuorum invidiam non effugit 2, 8, 1. invidiam vulgi effugere 12, 3, 2. invidiam verebatur, quam effugere non potuit 18, 7, 1. incidit in eandem invidiam, quam pater ſuus 5, 3, 1. in invidiam recidit 7, 7, 1. cives propter invidiam eum praeficere exercitui noluerunt 15, 7, 1. invidia ducum Antigono eſt deditus, *ſc. qua invident* 18, 10, 2. Cicero *Tuſc.* 3, 9. *mallet vitandae ambiguitatis ergo* invidentiam *dici.* corona a populo data nullam habuit invidiam 8, 4, 1. id factum magnae fuit invidiae tyranno 10, 4. 1. id dictum magna invidia conſecuta eſt 10, 6, 4. invidiam lenire obſequio *ibid.* 6, 5. *mox oppon.* invidiam acerbitate opprimere. *ibid.* invidia gloriae comes 12, 3, 3. invidiae crimen, *ex invidia impoſitum, ſive, ubi invidia pro crimine ſufficit* 7, 4, 1. invidia minore eſſe, *minus ſentire invidiam, minus peti invidia* 18, 7, 2. invidia civium debilitari 23, 1, 2. invidia laudem virtutis nonnulli obterebant 20, 1, 5. tantum ab invidia ſe putabant futuros, quantum &c. 12, 3, 4.

Invitus. invito aliquo elabi non poſſe 18, 4, 3.

Invocati, *non vocati ad coenam* 5, 4, 3. *v. not.*

Inutile 2, 7, 6. Schopp. *Veriſim.* 1, 20. *damnoſum, exp. illud Lucilii allegant*: Servus nec infidus domino, nec inutilis ulli.

Jocus. ne joco quidem mentiebatur Epam. 15, 3, 1.

Iones 1, 4, 1.

Ionia, *Aſiae minoris regio* 1, 3, 1. 7, 5, 6. 9, 2, 1. 9, 5, 2. 14, 2, 4.

IPHICRATES *Athen. diſciplina militari nobilis* 11, 1, 1. *in qua multa meliora & nova attulit v.* 2. *praeſertim in armatura, quam expeditiorem reddidit v.* 4. *ejus res geſtae c.* 2. *dotes c.* 3, 1. *&* 2. *dictum v.* 4. *plurimum in Thracia vixit* 12, 3, 4.

Iphicratenſes milites, *pro praeſtantibus* 11, 2, 4.

Ipſe, *auget vim exprimendi, addita velut ἐμφάσεως nota.* ille ipſe, qui tum flebat 7, 6, 4. illi ipſi eum in his maxime admirabantur *ibid.* 11, 5. illi ipſi cuſtodes 10, 9, 6. ipſe ſe indicavit 4, 4, 3. ipſa res ſe aperit 4, 3, 7. ipſo aſpectu cuivis injiciebat admirationem ſui 11, 3, 1. ipſo die, 23, 10, 5. ipſo tempore 16, 2, 5. *definit praeciſe tempus &c. Sic quoque uſurpatur* 23, 6, 4. quos non ſolum effugit, ſed etiam ipſos oppreſſit, *qui ſc. ſe opprimere conabantur.*

Iraſci iis nefas, quos amare debemus 25, 17, 2. iraſci patriae nefas duxit Epam. 15, 7, 1.

Iratus ex ea re 24, 2, 2.

Ire, *cum exercitu ſcil.* 17, 3, 5. *ſic*: obviam hoſtibus 1, 4, 4. alicui ſubſidio 17, 8, 2. ire ad ſcenam, *praef.* 4. *v. not.* ſpectatum ludos 21, 2, 1. ire in jus de re aliqua 25, 6, 3. *notat diſceptationem rei, & litigationem ap. judicem. Nota ſunt verba ſolennia, quibus experiundi juris cauſſa, veteres ad praetorem ſe mutuo evocabant?*

Digitized by Google

bant: in jus eamus, in jus ambula. de *quib. v.* Briſſ. form. *l.* 5. *a pr.* Boecl.

Irrita futura, quae regi cum Lacedaemoniis eſſent, *non valitura* 7, 10, 2.

Is. dixit ſe eum eſſe, qui &c. 17, 5, 3. *ſic*: non ſum is, qui *&c. non ejusmodi homo, vel tali animo praeditus &c. Sic* Cicero 1. Academ. quaeſt: *Zeno nullo modo is erat, qui nervos virtutis incideret.* Vorſt. *add. ejus lib. de latinit. falſo ſuſp. cap.* 5. ei rei ſunt indicio 25, 16, 2. *v. eſſe auxil.* ea tribuit illi, ut plura a parente proficiſci non potuerint, *talia ac tanta* 25, 9, 4. *v.* Th. Linacr. *l.* 2. *cujus exempl. tamen ex Virg. Aen.* 1. non ea vis animi, *rejectum* a Scaligero *de cauſſ. lat. ling. l.* 6. *c. ult.* Boecler. ea, *per eam viam*, 2, 5, 2: *ſic*: qua. *utrobique ſuband.* via, *vel* in via, *ſicut & in v.* hac. *neque enim adverbia ſunt, ut vulgo credunt, ſed pronomina ſexti caſus.*

Iſmenias captus 16, 5, 1.

Iſter *Europ. fluv.* 1, 3, 1.

Iſtria *unde dicta Fr.* 7, 8.

Ita, *adeo, admodum.* non ita magnae copiae 16, 2, 3. haud *vel* non magna cum manu 4, 1, 2. 14, 6, 1, haud ita longe abeſſe 17, 4, 5. hanc poſt rem geſtam non ita multis diebus 23, 5, 3. poſt, neque ita multo 5, 3, 4. *alibi*: neque ita multo poſt 21, 3, 4. v. Turſellin. *de particul. c.* 84.

Itaque, *pro*, quare, ergo, igitur *paſſim, pro* & ita 7, 4, 2. *ſic* utique, *pro*: *& uti*, quoque, *pro*: *& quo. vid.* utique *&* quoque. *Interdum tamen connexioni tantum inſervit.* itaque hic fecit, ut vere dictum videatur &c. 15, 11, 6. *Vorſt.*

Itemque 23, 7, 1. & 3. *copulat & comparat ſimul.*

Iter facere 2, 5, 2. cum iter per Thebas faceret 16, 1, 2. iter ſuum flectere 18, 9, 6. iter comparare ad aliquem 7, 10, 3. in itinere cum aliquo confligere 18, 8, 1. *oppon.* non inſtructa acie. ib. *itineribus occulte uendum in bell.* 18, 8, 6. & 7.

Iterum conſul, *ſecundum* 23, 5, 3. primum, iterum, tertio 23, 6, 1. *ita Cicero ſaepe.*

Jucundiſſimus eſt mihi, *in convictu ſcil.* 25, 16, 1.

Judicare de inſtantibus 2, 1, 4. judicare aliquem exulem, *judicio exilium decernere* 23, 7, 7. aliq. hoſtem (*v.* hoſt.) 9, 4, 1. *ſic*: hoſtis judicatus 25, 2, 2. ſi judicandum eſt utilitate, *ſecundum utilitatem* 25, 11, 3. id judicari poteſt ex ipſis rebus &c. *intelligi, cognoſci* 25, 11, 4. *ſic*: ex quo judicari poterat &c. *ibid.* 13, 3. ut judicari poſſit 15, 3, 4. 25, 5, 3. judicari, *intelligi, cognoſci* 25, 5, 3. 15, 3, 4.

Judicium fit de hoc, *habetur* 19, 3, 4. judicium habere (*v. hab.*) 25, 6, 3. in judicium venire 15, 8, 2. a judicio capitis maxima diſcedere gloria *ibid.* 8, 5. ille ſui judicii potius intuebatur &c. *homo αὐτογνώμων* 25, 10, 1. *in bonam partem: qui ſuo potiſſimum judicio ſibi ſtandum ea temporum perturbatione intelligebat. Quanquam de lectione loci diſceptatur. v. not.* Suet. Tib. 18. *arbitrii ſui contentusque ſe uno.* judicio fugit reip. procurationem, non inertia, 25, 15, 3. judicio omnium magnus 2, 1, 1.

Judicia privata 2, 1, 3. *in his Themiſtocles rudimenta civilis peritiae actuque ponebat. Porro de publicis privatisque Athenienſium judiciis v.* Car. Sigon. *de rep. Athen. l.* 3. *cap.* 1. Boecl. *add.* Ubb. Emm. *tom.* 3. *vet. Graec. p.*41. *& ſeqq.* Sam. Petit. *Comm. ad leg. Attic. lib.* 4. *&c.*

Jugera agri 8, 4, 2.

Julii divi filius, (*ſi genuina eſt lectio, v. not.*) 25, 19, 2.

Jumentum, *de equis* 18, 5, 4. in jumentorum cornib. deligata ſarmenta incendit Hannibal 23, 5, 2. jumentis junctis vehi, *κομίζεσθαι ἐπὶ ζεύγους* Plutarch. 20, 4, 2. Boecl.

Junia familia 25, 18, 3.

Jupiter Ammon 6, 3, 2. Feretrius 25, 20, 3. *vid. ſup. Amm. & Feretr.* Opt. Max. 23, 2. 3. Jovis antiſtites 6, 3, 3.

Jurare. aram tenentem jurare juſſit, (*ex ritu ſatis noto. v. not.*) 23, 2, 4. *add.* Lamb. *h. l. & Clar.* Berneg. Juſt. 24, 2, 8. *& not. Schott.* jurare Callicratem cogunt in aedem Proſerpinae deductum (*ex eod. ritu*) 10, 1, 5. *v. not.*

Jus. communi jure gentium aliquid facere 2, 7, 4. *additur* communi, *quia cum naturali coincidit. eſt enim omnino defenſionis jus, (de quo ſermo eſt) ab ipſa natura profectum. vide Pet. Fab. ſemeſtr. 1, 3. Seneca ep. 48.* commune jus generis humani, *& de Clem. 1, 18.* commune animalium jus *vocat. Apul. in apol. & Metam. 3.* commune jus humanitatis, *& Cic.* jus communis humanitatis. *Cimon* magnam prudentiam juris civilis habebat, *ſc. Athenienſis* 5, 2, 1. *v. not. Ernſtii.* in jus de ſua re nunquam iit, *in propria cauſa* 25, 6, 3. patriae ſanctiora jura, quam hoſpitii, eſſe duxit, *de officiis patriae & hoſpitib. praeſtandis* 13, 4, 3. quod adverſus jus hoſpitii eſſet, 23, 12, 3. *v. hoſpitium.* cum legationis jure ſatis tectum ſe arbitraretur 16, 5, 1. *v. legatio.* jure ſuo nonnulla (plurima) vindicare, *merito* 8, 1, 4. jure adminiſtrare rempublic. 24, 2, 2. *oppon.* potentia eam adminiſtrare. *ibid.*

Jusjurandum alicui datum ſervare 23, 2, 5. *Ergo ut dicitur* fidem dare *&* fidem ſervare, *ita etiam* jusjurandum dare *&* jusjurandum ſervare; *quia videlicet jusjurandum, quod alicui datur, fidem, i. e. promiſſionem in ſe continet; & qui ſe aliquid facturum jurat, idem promittit ſe facturum. Eſt autem* dare *in iſtis phraſibus nihil aliud quam* facere; *cujus generis plura vide p. 124. & 125. lib. de Latinit. falſo ſuſp.* Vorſt.

Juſſa magiſtratuum 17, 4, 2.

Juſſu populi, *formula δημοκρατικὴ* 13, 4, 3. juſſu ephorum 17, 4, 1. *Sic vulgo. Genuinum autem putamus eſſe* miſſu Ephorum. *v. not. & infr.* miſſu.

Juſtus *cognomen Ariſtidis* 3, 1, 2. *vide ap.* Plutarch. *in Ariſt. prolixam hujus nominis commentationem, quam more ſuo, philoſophandi cauſſa inſerit.* Boecl. juſtus tyrannus, *de Miltiade, qui poteſtatem neque per vim ceperat, neque immoderate geſſerat* 1, 8, 3. *vide in. notas. & v.* tyrann.

Juſtitia, *pro aequitate civilis animi ac ἰσονόμια* 3, 2, 3. *v. verſ. praeced.*

Juvare aliquem opibus ſuis 25, 2, 2.

Juvenis. me juvene Fr. 8, 7.

Juxta theatrum occiſus eſt 21, 2, 1.

K.

Kalendae. pridie Kalend. Aprilis 25, 22, 3.

Karthago 21, 2, 1. *Fuit maxima totius orbis terrarum & potentiſſima urbs, ſecundum Suidam. Et habuiſſe initio tertii belli Punici intra ſe quidem civium ſeptingenta millia, in Lybia vero trecentas urbes ſub ditione ſua dicitur. v.* Bochart. *geogr. Sacr. part. 1. lib. 4. c. 20. pag. 286. & part. poſter. lib. 1. c. 24. adde ejuſd. part. poſter. cap. 35.* Karthago ſpeciem duplicis oppidi habuit Fr. 3, 1. *v. not.*

Karthaginienſes *apud Crimeſſum fluvium Timoleon fugat* 22, 2, 4. *C. Lutatius ſuperat* 22, 1, 3. *Karthaginienſes pacem faciunt cum Romanis, ib. 1, 5. conf. 23, 7, 1. auxilia petunt a Romanis* 22, 2, 3. *legatos cum donis Romam mittunt* 23, 7, 2. *Hannibalem domum vocant ib.* 7, 4. Karthaginienſes duo, Hamilcar & Hannibal, omnium barbaror. fortiſſimi 14, 1, 1. *Ceterum* Karthaginenſis *legendum, an* Korthahinienſis. *v. notas ad* 22, 1, 1.

L.

Labeo Q. Fab. *Coſ.* 23, 13, 1.

Labor. animi laborem perferre 7, 1, 4.

Digitized by Google

7, 1, 4. *oppon.* remittere ſe *ibid.* labor rei militaris, *de rebus bello geſtis* 19, 1, 1. multis variiſque perfungi laboribus, *de variis caſibus* 23, 13, 1.

Laborioſus, *laborum tolerans* 7, 1, 3. 13, 1, 1. laborioſius id ei, an glorioſus fuerit, difficile fuit judicare, 25, 12, 5. v. Savar. *ad Sidon. 3. epiſt. 9.*

Laboro quaerere de hac re, *annitor, ſtudeo &c.* 16, 3, 1.

Lacedaemonii. a Lacedaemoniis auxilium Athenienſes petunt 1, 4, 3. a Lacedaemoniis cuncta Graecia liberatur 9, 4, 4. Lacedaemonii principes Graeciae 6, 1, 4. terra marique duces 3, 2, 3. Lacedaemoniorum potentia 7, 9, 3. tyrannis, i. e. *inſolens in ceteros Graecos dominatus* 15, 6, 4. Lacedaemonii intelligunt de principatu ſibi cum Athenienſib. certamen fore 2, 6, 3. tyrannos imponunt Athenienſibus 8, 1, 5. Athenienſibus bellum indicunt 5, 3, 2. auxilio privati ſociorum 15, 6, 4. retinent arcem Theb. 16, 1, 3. in ſocietate, quam cum Artaxerxe fecerant, non manent 9, 2, 2. poſt Leuctricam pugnam nunquam ſe refecerunt 17, 7, 1. eorum potentia percuſſa 16, 2, 3. eorum reges duo 17, 1, 2. 6, 3, 1. Lacedaemonii victus atque cultus parſimoniae dediti 7, 11, 4. omnia ad oracula referebant 6, 3, 1.

Lacerare vincula epiſtolae 4, 4, 1. *vulgo laxare. v. not.*

Laco, *per antonomaſiam, pro Ageſilao* 13, 1, 3. 17, 2, 3. & *ibid.* 2, 4. *Ad quem ultimum locum annotat Vir doctiſſimus* Ageſilaum *propterea antonomaſtice Laconem a Nepote vocari, quod morum Laconicorum obſervantiſſimus totoque orbe longe celebratiſſimus fuerit: eique ſententiae argumento eſſe, quod ſimiliter Lacones* Pauſaniam, Lyſandrum *alioſque Lacedaemoniorum duces non vocet Nepos. Malt. Nam & a Noſtro* Lyſander *ſic dicitur, & ab aliis alii, v. not. ad* 7, 10, 2. *& infr.* Paphlago. *Factum autem illud eſt Graecorum imitatione, ne paullo ante uſurpatum Proprium Nomen, ſi denuo repeteretur, aures offenderet. Vide* Buchner. *de commut. rat. dic.* 1, 10, 1.

Laconica *ſc. regio* 13, 2, 1.

Laceſſere hoſtem *oppon.* cedere 22, 1, 2.

Lacrymare caſum alicujus, (*ſi vera eſt lectio*) *illacrymare caſui* 7, 6, 4. *v. not. & Addenda ad not. h. l.* lacrymans accepit talem benevolent. civ. ſuor. *ibid.* 6, 3.

Laedere. nonnulli laeſam ab eo pietatem putabant, *de Timoleonte, qui interficiendum fratrem tyrannum curaverat* 20, 1, 5. *ſic* Cicero pro Sex. Roſc. Amer. *vultu ſaepe laeditur pietas. Sic* laedere fidem, pudorem, exiſtimationem *apud bonos Auctores paſſim.* Lamb.

Lamachus, *unus e Collegis Alcibiadis* 7, 3, 1, *v. not.*

Lameſtius 20, 5, 2.

Lamprus *muſicus* 15, 2, 1.

Lampſacum, (*alii* Lampſacus) 2, 10, 3. *Urbs inſignis cum portu optimo, circiter initia Helleſponti, per quem Propontis in mare Aegeum exitur, Callipoli in Cherſoneſo Thracia ſitae oppoſita. v.* Ubb. Emm. *vet. gr. tom.* 1. *lib.* 6. *p.* 95.

Laelius C. Terentiae aequalis Fr. 2, 6. & 6, 1.

Laetitia minus diuturna 7, 7, 1.

Lapis, *de milliario* 25, 22, 4. *nam ap. Rom. milliaria lapidum intervallis cum ſignis & numeris ſuis notabantur. v. Theſ.* Buchn.

Largitio magiſtratuum 1, 6, 4. ea interit pecunia 2, 2, 2. ea pervertuntur mores Karthaginienſium 22, 3, 3. largitiones effuſae 25, 6, 2. *fere in malam partem uſurp. haec vox, de iis, quae ambitus cauſa donantur. vide* Muret. in 1. A. Tac. Boecl.

Largitudo *Fr.* 7, 3.

Laſſitudo. a laſſitudine acquieſcere 14, 11, 3. laſſitudinem militum ſedare 18, 2, 6.

Digitized by Google

Latere, *occultum eſſe, ignorari* 17, 6, 9. *de diſſimulatione imperii eleganter* 18, 7, 3.
Lathyrus Rex *Aegypti*, *Fr.* 7, 4.
Latini ſermonis nativus lepor 25, 4, 1.
Laudare conſilium alicujus 17, 6, 2.
Laudatio. ſimulata laudatione adoleſcentulos recuperavit 17, 6, 3.
Laus liberandar. Thebar. propria eſt Pelopidae, *de ejus gloria ex Thebis liberatis* 16, 4, 1. ceterae laudes communes ſunt cum Epaminonda *ib.* laus rei militaris, *de fama rebus bello geſtis parta*, 1, 8, 4. virtutum, *ex virtutibus* 24, 2, 4. hujus victoriae vel maxima fuit laus, quod &c. *victoria in eo eſt laudabilis, quod &c.* 17, 4, 6. laudi id ducitur *praef.* 4. laudem praecipuam habere ampliſſimae corporis formae, *ob ampliſſ. corp. formam potiſſimum laudari* 21, 1, 4. laude praecipua ferri 25, 10, 6. in ſumma laude eſſe, *laudari* 11, 2, 4. magnis in laudibus eſt, *variatio ejus, quod modo dictum erat* laudi ducitur. *praef.* 5. *v. not.* laudibus efferre 7, 11, 1.
Lautus eques Rom. 25, 13, 6. *pro divite. v.* Gif. *obſ. L. L.*
Laute vivere, *ſplendide, liberalius ſibi indulgere* 12, 3, 2.
Laxare vincula epiſtolae. 4, 4, 1. *Quanquam nos edidimus* lacerare. *v not.*
Lectica fertur aegrotus Hannibal, *ſcil. militari* 23, 4, 3. *v. not.* lecticula elatus Atticus 25, 22, 4. *ſc. funebri, quae* λίχη *Graecis. ea nobiliores & ditiores: ceteri ſandapila efferebantur. v.* Kirchman. *de fun.* 2, 9. Boecl.
Legere milites 4, 1, 2.
Lectio. nunquam ſine aliqua lectione apud eum coenatum eſt 25, 14, 1.
Lectoris ſatietas & ignorantia 16, 1, 1. *quarum haec ſcil. ex nimia brevitate, illa ex multitudine.* Boecl.
Legatus, qui eloquentia omnes praeſtat 25, 6, 1. legatus ductor, *v. ductor.* legatus in Perſas eſt profectus 16, 4, 3. legatus, *de aſſecla praetoris* 25, 6, 4. *v. aſſecla. adde* Sigon. *de ant. jur. provinc.* 2, 2. *legati cautio circa morem ſuae civitatis obſervandum* 9, 3, 4. *v.* Lamb. *adde not. ad h. l.* legati Pruſiae Romae apud L. Qu. Flaminium Coſ. coenant 23, 12, 1, legati Karthaginienſes Romam venerunt *ibid.* 7, 2. legati Romani Karthaginem venerunt *ibid.* 7, 6. legati ſociorum omnium convenerunt 15, 6, 4. legati tres Athenas miſſi ſunt 2, 7, 3. legatos Athenas miſerunt Lacedaemonii, ſc. *de non inſtruendis muris* 2, 6, 4. *ſc. Themiſtoclem accuſatum ibid.* 8, 2 antiſtites jovis legatos Lacedaemona miſerunt, *ſc. Lyſandrum accuſatum* 6, 3, 3. legatos queſtum mittere, quod &c. 12, 3, 1. *legati Roma in Bithyniam miſſi Hannibalis expoſcendi gratia* 23, 12, 2. *domum ejus circumdant v.* 4. legatis ſenatum dare, 23, 7, 6. *v.* dare. *legati quales mittendi* 2, 7, 2, & 3.
Legationis jus ſanctum ap. omnes gentes 16, 5, 1. *v.* Grot. *de jur b. & p. l.* 2. *c.* 18, & Paſchal. *itemque* Marſelarium, *qui hoc omne argumentum prae ceteris illuſtrarunt eximie.* legationem ſuſcipere, *obeundam in ſe recip.* 2, 6, 5. legationes adminiſtrare fideliter, obire diligenter 10, 1, 4. legationes illuſtriores *ibid.* coram frequentiſſimo legationum conventu, *per Metonymiam, de legatis ipſis* 15, 6, 4. *Sic* Juſtinus 30, 3, 5. *dum haec aguntur, interim legationes Attali regis & Rhodiorum, injurias Philippi querentes, Romam venerunt.* aliique. Sic Tacitus *ſervitia* pro *ſervis* Ann. 15, 69, 1. poſuit: *Veſtinus imminentes foro aedes, decoraque ſervitia, & pari aetate habebat.* Et 12. Ann. 17, 1. dicit: *ſervitii decem millia offerebant. add.* Buchner. *de commut. dic. rat* 1, 4, 5.
Lemnus non vult ſe dedere 1, 1, 5, dedit ſe 1, 2, 5.
Lenire invidiam obſequio 10, 6, 5.

nomen tyranni humanitate 10, 1, 4. *ſic* Lambinus *edidit*; *Nos*: tegere. *vid. not.* leniri, *mitigari* 18, 10, 4.

Lentulus Spinther *Fr.* 8, 7.

Leoni acerrimo ſe comparat Eumenes captivus 18, 11, 1.

Leonidas rex Laced. 2, 3, 1. *de quo plura* Schott. *ad Senec. Suaſor.* 2.

Leonnatus. *unus ex Alexandri amicis* 18, 2, 4.

Leotychides 17, 1, 2.

Lepor nativus, *de ſuavitate linguae nat.* 23, 4, 1. *v.* nativus.

Lesbus 12, 3, 4. *inſula in Aegeo pelago magnitudine ſoli Euboeae concedens, inque meridiem a Septentrione porrecta. v.* Ubb. Emm. *tom.* 1. *vet. gr. p.* 149.

Leto affici ab aliquo, *paullo ante*: in praelio occidi ab aliquo 21, 3, 2.

Levare. ſaepe ſuis opibus inopiam Athenienſium publicam levavit 25, 2, 4. *paullo ante*: pecunia ſublevavit & juvit opibus ſuis.

Leucoſyri 14, 1, 3. *qui nunc Cappadoces.* Lamb. *ſic dicti ad differentiam fuſci coloris Syrorum.* Loccenius *ex Euſtath. ſchol. in Dionyſ.*

Leuctra *vicus Boeotiae, de quo vide* Meurſ. *Laconic.* 4, 7. accidit Lacedaemoniis calamitas ap. Leuctra 17, 6, 1.

Leuctrica pugna 15, 6, 4. 15, 10, 2. 16, 4, 2. poſt eam ſe nunquam Lacedaemonii refecerunt. 17, 7, 1. *pugnae hujus iconem habes ap.* Jo. Arcerium *in notis ad Aeliani Tactica.*

Levis, armatura, *pro militibus levis armat.* 14, 8, 2. levis, *expeditus* 11, 1, 4. levis 25, 15, 1. *de eo, qui plura promittit, quam praeſtat, non tam facilitate officii, quam temeritate linguae.* Boecl. *oppon.* liberalis. *ibid.* leve judicari aliquod genus ſcripturae *praef.* 1. *mox*: non ſatis dignum ſummorum virorum perſonis *ibid.* levior eſſe coepit morbus, *remiſit* 15. 22, 3. haec leviora ſunt mihi, *mox*: ap. me 15, 1, 1. *vid.* eſſe ab invid.

Lex de prohibendis ſepultura proditoribus *ap. Athen.* 2, 10, 5. *v.* Lambin. & not. noſtr. *ad h. l. Fit ejusdem legis etiam mentio ap. interpretem Homeri adde* 19, 4, 4. lex oblivionis, ἀμνηςίας 8, 3, 2. *vid. not.* lex de non retinendo ultra praefinit. tempus imperia 15, 7, 5. lege agere cum aliquo, *mox*: legibus experiri 20, 5, 2. *legitimis actionibus experiri. Sicut enim ejus, qui jus reddebat, eſt* jus dicere; *ita is, qui jus ſuum perſequebatur, & aliquid eorum, quae lege continebantur, apud praetorem, aut jus dicentem, in jure obibat,* lege agere *dicebatur. v.* Briſſon. *c. form.* & Sigon. *de judic. l.* 1. *c.* 7. & 9. Boecl. leges patriae, *forma libertatis* 20, 1, 3. civitatibus leges libertatemque reddidit, αὐτονομίαν 20, 3, 2. *leges conjunguntur hic recte cum* libertate, *quae ademtis legibus tollitur; relictis remanere videtur. Quo ſenſu* Rhodii *ap.* Liv. 32. *Karthago libera cum ſuis legibus eſt.* Boecl. legibus eorum licet cuivis ephoro hoc facere Regi 4, 3, 5. legibus Athenienſ. emitti e cuſtodia non poterat, *per leges illorum* 5, 1, 1. ut ibi de eo legib. fieret judicium *ſecundum leges* 19, 1, 4. *legib. an cum pernicie civitatis parendum* 15, 7, 5. *vid. not.* his legibus pacem conſtituerunt, ut &c. 13, 2, 2. *alibi*: his conditionibus pacem fecit 8, 3, 1.

Legitima poena, *legibus definita* 3, 1, 5. legitimi quidam confecti, *judices delegati veluti & extraord. conſtituti* 19, 4, 2. Boecl. *Gebhardus neutro genere accipit, & legitima confecta exponit, quae lege ad accuſandum & audiendum reum, nec non reliquum judicii ordinem ſunt conſtituta, quomodo* Cicero *ad Anton.* cedo illa legitima, quae Coſſ. populum jure rogaverunt. *Hanc expos. ſequitur &* Buchner. *in Theſ.*

Libenter aberat Athenis 12. 3, 4. *paullo ante*: non libenter erat ante oculos ſuorum civium *ib.* 3, 2.

liben-

Digitized by Google

libenter de his detrahunt, quos eminere vident altius, *ibid.* 3, 3.

Liber de hiſtoricis Cornelii Nepotis 10, 3, 2. *liber graece confectus de conſulatu Cic.* 25, 18, 6. multis verbis librum gravem conſcripſit, *ſc. teſtimonii* 6, 4, 2. *mox:* teſtimonii loco librum tradidit *ib.* 4, 3.

Liberae civitates, *δημοκρατούμεναι* 12, 3, 3. *alibi:* quae libertate utuntur. 1, 8, 3. *vid.* libertas.

Liberare obſidione urbem aliq. 13, 1, 2. patriam, *ſc. a ſervitute* 7, 9, 4. patriam a tyranno 8, 1, 2. 13, 1, 2. liberari poena 3, 2, 1.

Liberator patriae 10, 10, 2. *not.*

Liberalis. non liberalis ſed levis arbitrabatur polliceri &c. 25, 15, 1. *v.* levis.

Liberalitas Cimonis 5, 4, 1. *& ſeqq.* liberalitas Cononis in cives 9, 4, 5. liberalitas temporaria, callida, *quae temporis & ſpei cauſa fit* 25, 11, 3. *v. not.* liberaliter polliceri, *prolixe, ample* 6, 4, 2. Cic. *de petit. conſul. dixit* large & honorifice promittere.

Liberalius indulgere ſibi quam ut &c. 12, 3, 2.

Liberi benemeriti viri, agro donati 16, 5, 5. liberi Alexandri 18, 2, 2. *c.* 6, 3. *& c.* 13, 3 *Accipiunt nonnulli de unico e Roxane filio;* (cui itidem ut Patri nomen Alexander fuiſſe ex idoneis Auctorib. docet Freinshemius ad Curtii 10, 6, 9.) *quomodo* liberorum *vocem uſurpari, praeter Lambinum, & Magium* (*v. not.*) annotarunt Philipp. Caroli & *Thyſius ad Gell.* 2, 13. *Etſi & ſingulari numero* liber, *pro,* filio, *reperitur. v. Voſſ. de Analog.* 1, 42. *& Barg. obſ. Philol. lib.* 1. *p.* 318.

Liberius vivere, *de licentia morum &c.* 2, 1, 2. *ſic* Cic. *pro Coel.* ſi vidua libere vixerit. Locc.

Libertas, *δημοκρατία* 20, 3, 1. *ſic:* civitas quae libertate uſa eſt, *ἡ δημοκρατουμένη πόλις* 1, 8, 3. *eodem ſignif.* libertas civium, *unius tyrannidi oppoſita* 20, 1, 3. libertas populi 7, 3, 3. libertatis ſpecies, *pars, indicium* 20, 5, 2. libertatis ſpes, *qua ſervi ducuntur* 4, 3, 7. libertas dicendi, quae quis volt 20, 5, 2. libertati omnium amicior, quam ſuae dominationi, 1, 3, 6. in libertatem vindicare patriam ex ſervitute 8, 1, 2. libertatem parat reddere Dionyſius 10, 3, 3. *ſic* Sueton. *de* Aug. 28. *de reddenda rep. bis cogitavit.* pro libertate fortius loquuntur boni, quam pugnant 8, 2, 4.

Libet interponere hoc loco 16, 3, 1. *ſervit haec formula, cum tacita veluti παρεκβατικὰ, inſerendis in hiſtoriam judiciis, obſervationibus, egreſſionib. locis memoralibus.* Boecl.

Libido, *de voluptatib. & mollitie,* (*opp. mox:* abſtinentia) 17, 7, 4. libidinoſus 7, 1, 4. in omnium libidinum cupiditatibus vivere, *de philoſophis, quorum vita & doctrina plurimum diſtant* Fr. 5, 1.

Librarii 25, 13, 3. *ſervi quorum opera in exſcribendis & curandis libris veteres utebantur, v.* Pign. *de ſerv. p.* 113. Boecl.

Licentia civium immoderata, *notatur intemperantia libertatis, τὸ ὀχλοκρατικὸν ἐν τῇ πόλει* 7, 4, 4. licentia inveterata *de militarem diſcipl. dedignantib.* 18, 8, 2. licentius diſpertivit militib. bona eorum, quos ſciebat adverſus ſe ſentiſſe, *de vi dominat.* 10, 7, 1. ſi eſſet licitum per ſuos 18, 10, 3. *ſi licuiſſet.*

Licet Ephoro cuivis hoc facere Regi 4, 3, 5.

Lignea moenia, *aenigmatice, de navibus in reſp. oracul.* 2, 2, 6.

Ligures 23, 4, 2.

Linteae loricae 11, 1, 4. *v. not.*

Lis. litem aeſtimatam populo ſolvere non poterat 5, 1, 1. *alibi:* pecuniam qua lis aeſtimata eſt 1, 7, 6. lis ea *vel* ejus L *vel* C talentis aeſtimata eſt *ibid.* 1, 7, 6. & 13, 3, 5. *v. aeſtim.* litib. diſtineri 25, 9, 4. *v.* diſt.

Literas publice mittere aliquo, 11, 3, 4.

Digitized by Google

3, 4. literis coli ab aliquo, *de familiarit. epiſtolaris commercii* 25, 20, 4.

Litterae *pro ſtudiis.* litterarum inprimis ſtudioſus 25, 1, 2. litteris nonnihil temporis tribuere, *de duce bellico* 23, 13, 2. litteras amare 25, 1, 2, litterae Graecae, *pro lingua graeca.* litterarum graecarum doctor 23, 13, 3. *niſi malis, de rebus ac monumentis Graecorum accipere, quo ſignif.* litterarum graecarum expers *praef.* 2. *&* rudes litterarum Graecarum 16, 1, 1. *dicuntur. v. not. ad praef.*

Litterati *quinam olim dicti*, *Fr.* 6, 3.

Litteratiſſimi pueri, *in familia Attici* 25, 13, 3. *eruditi enim etiam mancipia erudita habere ſtudebant.* Boecl. *v. in. not.*

Locus. locus ſacer, profanus, privatus, publicus, 2, 6, 5. *v. not.* locus primus aedium, πρόθυρον *praef.* 6. *denuo v. not.* locus non aequus, *iniquus & incommodus* 1, 5, 4. *eodem ſenſu:* alieniſſimus alicui 2, 4, 5. *v. aequus & alienus.* ad caſtra ponenda idoneus 14, 11, 4. locus ſollerter captus, 14, 7, 3. *loci auxilium quale ſit* 14, 8, 3. *loci religioſi, in bello etiam, tuentur ſupplices* 17, 4, 6. eo loco eum ire, quo ipſe conſueverat, juſſit *ſc. in agmine militari* 14, 9, 3. hoc loco non eſt praetereundum factum Pharnab. *in tranſitione* 6, 4, 1. *Sic:* hoc loco non eſt praetereunda gravitas Lacedaemoniorum 4, 4, 3. loci quibus pauci multis poſſunt reſiſtere 8, 5, 2. loca campeſtria, plana 18, 5, 6. caſtellis idonea 1, 2, 1. loca deſerta, *ſc. ob aquae penur.* 18, 8, 5. *mox:* loca ſola *ibid.* 8, 6. loca ſanctiſſima 25, 3, 2, locorum anguſtiae 25, 5, 2. loca multa expugnare 17, 3, 5. locus, *pro occaſione, ſive tempore. (nam ut* ſpatium, *& locum & tempus ſignificat; ſic* locus *eand. ſignificandi amplitudinem ſortitur. v.* Boecl. *Chreſtom. Ter.)* ut quemque ex proximo locum ſors obtuliſſet, eo patriam recuperare nitebantur, *h. e. prima quaque occaſione* 16, 2, 1. locum nocendi dare 22, 1, 2, *mox:* occaſionem dare *ibid.* locus *pro familia.* loco honeſto eſſe, *e familia honeſta* 18, 1, 5. locus, *pro officio, dignitate, conditione, gradu.* Cum tredecim annos eundem locum ap. Alexandrum obtinuiſſet, *ſc. apparitoris* 18, 3, 1. locum legati obtinere 25, 6, 4. locum ſecundum imperii tenere 18, 4, 1. *alibi:* gradum 9, 3. 2. hunc tenuit locum amicitiae ap. Philippum 18, 1, 6. *mox:* gradum *ibid. Huc pertinent:* loco ſcribae aliquem habere ad manum (*niſi illud* ſcribae loco *a gloſſa eſt. v. not.*) 18, 1, 5. loco teſtimonii librum tradere 6, 4, 3. *ac fortaſſis in his omnibus metaphora ſumta eſt a ſpectaculis, in quibus ſuus cuique locus ab Aedilibus deſtinabatur.* Boecler. *Chreſtomath. Terent.*

Locupletia munera, *larga, magna*, 8, 4, 2. locupletiſſima regio 17, 3, 1.

Locupletare exercitum 7, 5, 7. *Gr.* ἐμπλῆσαι στρατιώτας, *vel* πλῆρες ποιῆσαι τὸ στράτευμα παντοίας ὠφελείας *Gebh.* multitudinem excurſionib. 1, 2, 1. regionem aliquam equis, armis, viris, pecunia 22, 4, 1. milites praeda magna 17, 1, 2. locupletari praeda barbarorum.

Longae naves. *v.* nav. 2, 2, 5.

Longum eſt enumerare praelia 23, 5, 4. *formula praeciſionis.*

Longius, quam dictum eſt, debere, *diutius* 25, 2, 4.

Longinquius tempus, *longius* 2, 4, 4. *ſic* longinqua oppugnatio *ap. Caeſ.* 3. *Civ.* 80. *& ap. eund.* longinqua conſuetudo, longinquitas temporis *&c. v.* Gronov. *obſerv.* 4, 11.

Longus *Tiberius* 23, 4, 2. *Collega P. Corn. Scipionis Coſ.*

Loqui. quem turpiter diligi loquebantur, *perhibebant, ferebant* 22, 3, 2. loqui Graeca lingua 1, 3, 2. 10, 1, 5. liberius 10, 7, 3. fortius quam pugnare 8, 2, 4. facete, breviter, acute *de jocis & dicteriis Fr.*

Fr. 5, 2.

Loricae linteae. 11, 1, 4. *v. not.*

Lotus arbor *Fr.* 10, 3.

Lucani *pro regione Lucan.* 23, 5, 3. *v.* gens.

Lucide id apparet, *perſpicue* 16, 1, 1. *ſic* Cicer. 2. de orat. *lucide breviterque aliquid definire.*

Lucretius 25, 12, 4. *Poeta ingenio & facundia praecellens. v.* Gell. 1, 21. *add. Barth. Adverſ.* 42, 26. & 43, 2.

Lucrum. ille univerſa (*quae Alcibiades bello Peloponneſio geſſerat*) naturali quodam bono (*i. e. ſingulari naturae felicitate*) fecit lucri, 8, 1, 3. *h. e. factum eſt, ut ipſi (ſc. Thraſybulo) non Alcibiadi, collegae ejus, praeclare geſta tribuerentur. Omnino enim τὸ* ille *Thraſybulum refert. Ceterum putat h. l. Vir doctus* aliquid lucrifacere *dici pro* facere lucrum alicujus rei. *Verum quid opus eſt? Malim ſubaudire* rem, *vel ſimilem accuſativum, qualis & in aliis ejusmodi ſtructuris καθ' ἔλλειψιν ſubtrahitur. Eſt enim in illa locutione* facio *aeſtimandi verbum, ſicut & in his* Plaut. *Moſtell.* 1, 1, 57. orationis operam compendii face & *Poenul.* 1, 2, 138. curam hanc facere compendii potes. *Nam & heic ſuband.* rem, *vel ſimile quid.*

Luctando exerceri 15, 2. 5.

L. Lucullus 25, 5, 1. & *Fr.* 9, 1.

Lucus *incerto caſu* accenſus 1, 7, 3.

Lumina oculorum, *pro oculis* 20, 4, 1.

Lupo, *piſci*, praecipua auctoritas in cibis *Fr.* 10, 2.

Lutatius C. fudit Karthag. 22, 1, 3.

Luxuria pullulans reprimenda 24, 2, 3. luxuria enervatur Dionis filius, *ſc. per ingens flagitium dominationis.* 10. 4, 3. luxuriam liberorum alere atque augere ſuis impenſis 19, 3, 4.

Luxurioſe vivere 7, 11, 5.

Lycus, *Pater Thraſybuli* 8, 1, 1.

Lyco *Syracuſanus* 10, 9, 6.

Lydi 14, 8, 2.

Lydia, *regio Aſiae* 9, 2, 1. 14, 2, 5.

LYSANDER *Lacedaemonius Athenienſes jam diu in Peloponneſios bellum gerentes caſu conficit* 6, 1, 2. *hinc elatus & dominationi ſuae ſtudens Xviros conſtituit paſſim v.* 3. *&c. quae poteſtas ſublata rurſum* c. 3, 1. *crudelis manet & perfidus* c. 2. & 4. *reges abrogare molitur, ideoque oracula corrumpere inſtituit* c. 3, 1. &c. *ſed judicio liberatur* c. 3, 4. *denique occiditur apud Haliartum* ib. *a Pharnabazo deluſus egregia accuſatione* cap. 4. *faſtioſus & potens* 17, 1, 5. *muros diruit Athen.* 9, 4, 5.

Lyſimachus 3, 1, 1. *alius* 18, 10, 3. praelio cadit 21, 3, 2.

Lyſis Tarentinus, *Philoſophus Pythagoreus & Epaminondae praeceptor* 15, 2, 2.

LLS. 25, 4, 4. *Seſtertium antiqui his modis exprim.* IIS. HS. LLS. *duarum librarum & ſemiſſis charactere. ſuperpoſita lineola, millenarii index, ſeſtertium in neutro ſignif. vid.* Budae. & Glarean. *de aſſe. it.* Heniſch. *& praeſertim tabulas Scoppianas, quas in indice Suetoniano commendamus. Eas, ſed ad veriorem ſententiam correctas, ſuis* de pecunia vetere *libris ſubjunxit* Gronovius *p.* 889. *ſeqq. v. inf.* ſeſtert.

M.

Macedones veterani 18, 10, 2. Macedonum militum fama 18, 3, 4.

Macrochir (*Longimanus*) Artaxerxes dignitate formae & virtute praeſtans 21, 1, 4.

Maculare gloriam belli magnam turpi morte 4, 5, 4.

Magis. hujus conſilium pleriſque diſplicebat & in terra dimicari magis placebat 2, 3, 1. animo magis etiam quam corpore pugnarunt, *adhuc magis* 18, 4, 2. non magis amore quam more ductus 5, 1, 2. non magis eos in ſua poteſtate exiſtimabat eſſe, quam qui &c. 25, 6, 1. neque id magis imperio quam juſtitia conſecutus eſt, *aeque juſtitia atque imperio* 1, 2, 3. neque eo magis ex praelio exceſſit,

Digitized by Google

ceſſit, *nihilominus in praelio perſeveravit* 18, 4, 2. *Sic*: neque eo magis carebat ſuſpicione 4, 3, 5. arcem Thebanis reddiderunt 16, 1, 3. adulatus eſt Antonio 25, 8, 6. *v. eo.* quo magis praeceptum illud omnium in animis eſſe debet 8, 2, 3. nequeo eo magis 18, 4, 1. non magis quam 5, 1, 2.

Magalia, *ſeu, ut alii,* Magaria, *pars exterior Karthaginis, Byrſam amplectens. Fr.* 3, 2. *v. not.*

Magiſter equitum pari ac dictator imperio 23, 5, 3. *per turbulentas rogationes ita acciderat. alias enim dictatoris imperio parebat. v. de hoc officio erudite & copioſe diſſerentem.* H. Hug. *milit. equ.* 5, 2. Boecl.

Magiſtra vitae an ſit Philoſophia *Fr.* 5, 1. magiſtri vivendi *ibid.*

Magiſtratus, *de munere ac poteſtate ſuperiorum.* qui tum maximum magiſtratum Thebis obtinebat 16, 3, 2. magiſtratum abſenti abrogabant, *praeturam bellicam, imperium militare* 7, 7, 3. in eo magiſtratu, *cum ei poteſtati praeeſſet, cum Karthagine rex eſſet* 23, 7, 5. cum magiſtratus gerere deſiſſet 13, 3, 1. in magiſtratibus multum verſatus 3, 8, 2. *ubi tn. Mſſ. aliter. v. not.* magiſtratus, *de iis, qui magiſtratum gerunt.* ad magiſtratum ſenatumque Lacedaemonior. adiit 2, 7, 4. ego te tradam magiſtratui, *ſc. ad poenam* 15, 4, 3. poſtquam de reb. ſuis geſtis ap. maximum magiſtratum dixerat, i. e. *apud Ephoros Lacedaemonior.* 6, 4, 3. dies, quo maximi magiſtratus ſimul conſueverant epulari, *ſc. Thebanorum (vid. not)* 16, 2, 2. his magiſtratibus legati Romam venerunt, *cum hi Conſules eſſent* 23, 7, 2. largitione magiſtratuum corruptus populus 1, 6, 4. cum publica pecunia largitione magiſtratuum quotannis interiret, 2, 2, 2. abſentium magiſtratuum juſſis dicto audiens fuit 17, 4, 2. *magiſtratus (Romanos) ornavit in volumine quodam Atticus* 25, 18, 1. v. ornare.

Magneſia. *urbs Aſiae ap. Meandrum fl.* 2, 10, 4.

Magnus timor 7, 3, 3. magnus concurſus 14, 3, 3. magnus homo 4, 1, 1. *Sic*: magnos homines virtute metimur non fortuna 18, 1, 1. *v. homo.* magnus imperator 24, 3, 1. vir omnium judicio magnus 20, 1, 1. magnus hoc bello Themiſtocles fuit nec minor in pace 2, 6, 1. magni fuit ejus opera, *ſc. pretii res vel opera* 9, 1, 1. 14, 1, 4. *ſic*: Cicero *ad fam. l.* 15. *ep.* 15. magni erunt mihi tuae literae. *v.* eſſe civitat. *add.* Voſſ. *de conſtruct.* c. 29. magno natu eſſe, *de ſenect.* 4, 5, 3. *v. natu.* magno & animo & corpore eſſe 11, 3, 1. magna multorum conſenſio 7, 3, 3. magna amicitia *ib.* 7, 5. magna gratia *ib.* 9, 5 magna benevolentia 14, 5, 2. magna feſtinatio 9, 5, 3. *Sic vulgo. Sed Nos pro* magna feſtinatione *edidimus* magna de re, *ſecuti Mſſ.* Gif. Dan. & Savar. *v. in not.* magna corporis dignitas 10, 1, 2. magna ſpes 13, 3, 2. magna expectatio 7, 6, 1. magna pecunia 7, 9, 2. 23, 9, 2. magna laus 15, 2, 3. magnae divitiae 10, 1, 2. magnae res *ib.* 1, 3. 16, 2, 3. magnum periculum 23, 9, 2. major annis ſexaginta natus deceſſit 21, 2, 3. major res nulla gerebatur ſine eo, *majoris momenti* 2, 1, 3. *ſic*: ſi qua res major acta eſt, non defuit 25, 4, 4. majorum rerum nihil adverſum alicujus ſententiam facere *Fr.* 12, 5. *At* majores res appetere, *de ambitioſis novisque conſiliis* 4, 2, 2. *ſic*: majora concupiſcere, *ſcil. quam quae privatum & ſubditum decent* 4, 1, 3. majores natu, *ſeniores, qui ſuperiori aetate vixere* 11, 1, 1. *v.* Giſan. obſerv. L L. *ſic*: majores auctores *ap. Columell.* 9, 13. majores natu, *ſeniores, ſed coaevi* 2, 2, 8. *ſic*: majorum natu auctoritas 13, 3, 4. *Alibi ſimpliciter* majores, *pro priſcis.* majorum inſtituta *praef.* 3. majorum more honores petere, *ut fieri ſole-*

ſolebat priſci reipubl. temporib. 25, 6, 2. majores, *de parentibus, avis &c.* majorum gloria 1, 1, 1. à majoribus accepta equeſtris dignitas 25, 1, 1. maximi exercitus 21, 1, 3. maximi ignes 18, 9, 4. maximum ſtudium 14, 4. 1. maximi corporis homo 14, 4, 1. maximus magiſtratus, *ſupremus* 6, 4, 3. 16, 3, 3, *ſic*: maximi magiſtratus *ibid.* 2, 2. *v. not.* maxima claſſis 2, 5, 3. maxima fides 10, 5, 6.

Magnificus, *opp.* elegans 25, 13, 5. *v. explicat. h. l. apud* Baptiſt. Pium *annot. poſt. c.* 8. *add. not.* magnificentiſſimum factum 8, 1, 5. *illuſtriſſ.*

Magnitudo voluminis, *modus, quantitas praef.* 8. animi 2, 10, 1. 8, 1, 1. 21, 3, 5. *primo loco notatur generoſitas animi nihil abjectum ſentientis agitentiſque; reliqui ad militiae laudem pertinent.* Boecl. magnitudo rerum geſtarum 11, 1, 1.

Magnopere delectari 14, 3, 4. gaudere 4, 2, 5. laudari 1, 3, 6. *pro*, magno opere: *quomodo* Plautus Caſ. 2, 7, 7. *expetiviſſe opere tam magno ſenem, ne ea mihi daretur.*

Mago, *frater Hannibalis* 23, 7, 1. *domum revocatur ibid.* 7, 4. *fraternis calamitatibus involvitur.* c. 8, 2. *ejus interitus. ibid.*

Majeſtas. quorum imperii majeſtas ab hoc initio perculſa cecidit, 16, 2, 4. *de ſummo imperio, quod penes Lacedaemonios & terra & mari erat.* conf. 3, 2, 3. *alibi* Lacedaemonior. tyrannis 15, 6, 4.

Male rem gerere, *infeliciter pugnare* 1, 3, 3. 21, 5, 1. 11, 1, 2. *ſic*: male geſtis rebus 7, 5, 3. *Livius lib.* 1. *opponit* bene rem gerere, *feliciter pugnare.* Voſſ. male accipi, *fugari* 18, 8, 1. male audire 10, 7, 3.

Maledici non deſunt magnis viris 22, 3, 2. maledicentiſſimus hiſtoricus 7, 11, 1.

Maleficam naturam in corpore nanciſci, *de errore ac deformitate naturae in corpore* 17, 8, 1. *oppon.* habere naturam fautricem *ibid.* Ovid. *in epiſt. dixit* naturam difficilem. *Si mihi difficilis formam natura negavit.*

Malle. potius augeri patriae opes, quam regis maluit 9, 5, 2. qui malunt ſe metui, quam amari 10, 9, 5. maluit ſe diligi, quam metui 20, 3, 4. ſe capitis periculum adire quam deeſſe &c. 13, 4, 3. *v. infr.* Se.

Malum externum, *de bello cum ext. geſto* 22, 2, 1. malo eſſe alicui, *nocere*, 7, 7, 3. *v. not.*

Malitioſe facere, *cum quis culpa ſua & de induſtria rem male gerit* 7, 7, 2.

Mamercus, *dux Italicus capitur* 20, 2, 4.

Mamurra eques Rom. *Fr.* 10, 7.

Manceps 25, 6, 3. *qui a populo aliquid emit, conducitve. ejus rei quoniam ſublata manu indicium facit, ſeque auctorem profitetur,* manceps *dicitur. v.* Sigon. *de antiq. jur. civ. Rom.* 2. 4. *vide inf.* Praes. Boecl. *adde not.*

Mandata res, *de negotio, quod quis in ſe procurandum ſuſcepit* 25, 15, 2. *oppon.* ſua *ibid.* mandatis editis per me conficies, quod ſtudes, 9, 3, 3.

Mandrocles 14, 5, 6. *v. not.*

Manere, *expectare hoſtem*, 2, 4, 2. manere in fide 18, 4, 3. in pactione 17, 2, 4. in ſocietate 9, 2, 2. in officio, *ſc. fidei & obſequii* 9, 3, 1. 18, 6, 4. *oppon.* deficere ab aliq. 9, 3, 1. *vid. de his & ſimilib. formulis* Pricae. *ad Apulej. Mileſ.* 2. *p.* 110. & Gronov. *ad Statii Theb.* 6, 630. *Graeci dicunt* ἐμμένειν ταῖς διαθήκαις *quos Latini imitati videntur. Nam eodem modo Cicero pro domo ſua*: in fide manere, *ad Attic.* 7, 15. in conditione manere. *Caeſar. l. B. G.* in eo, quod convenit, manere. *Livius* 35, 12. in ſocietate Romana manere. *Poetae omittunt praepoſitionem. Sic Virgil.* 2. *Aeneid.* tu modo promiſſis maneas. *Voſſ.* manet amicitia inter eos, *durat, conſtat* 21, 3, 3. *Sic*: memoria laudis manet 13, 2, 3. manere, *ratum eſſe* 7, 10, 1.

M.

Digitized by Google

M. Manlius *Fr.* 1, 4.

Mantinea, *urbs Arcad.* 15, 9, 1.

Manubiae 5, 2, 5. *praedam, ſive pecuniam ex praeda redactam intelligi oſtendit* Gell. 13, 23. Boecl.

Manus. ſua manu ſcripſit, ne timeret, 25, 10, 4. aliquem ad manum habere, *miniſterio alicujus uti* 18, 1, 3. Locc. *indic. philolog. exponit* amanuenſem, *ſeu* librarium, *cujus miniſterio in ſcribendo utimur. qui Suetonio in Aug.* 67. a manu *dicitur.* ut ſi fortuna in ſua manu eſſet, *in ſua poteſtate* 13, 3, 4. *ſic in quibuſdam Mſſ. ac edd. ſed nos edidimus* in ſua navi. *v. not.* manus dare, *de ſuccumbentibus* 22, 1, 4. *Eſt a. tranſlatio a gladiatorib. ducta. v. not.* manus *pro vi & armis.* manus afferre alicui 20, 1, 4. manu eum ſuperari poſſe diffidebant, 7, 10, 4. *paullo ante:* ferro eum aggredi non audebant *ibid.* manus aliquo porrigere, *de extorſionibus, quibus exhauſtum immodicis ſumptibus aerarium repletur* 10, 7, 2. *v. not. & inf.* porrigere. manum conſerere, *acie contendere* 14, 8, 4. 23, 4, 2. *alibi:* ad manum accedere 18, 5, 2. manu fortis 14, 1, 3. 15, 3, 1. 21, 1, 4. manus, *de exercitu & copiis.* manus delecta 1, 1, 4. 16, 4, 2. exigua manus 1, 5, 5. haut ita magna manus 4, 1, 2. manus mirabili flagrat cupiditate pugnandi 1, 5, 1. manum colligere 7, 7, 4. comparare 10, 4, 3. ad dimicandum expeditam habere 14, 6, 2. *v.* expeditus.

Marathon. *campus clade Perſarum & Miltiadis trophaeo inſignis* 1, 4, 2.

Marathonia pugna 1, 6, 3. 2, 2, 6. Marathonium tropaeum, *pugna, ſeu pugnae gloria* 2, 5, 3.

Marcellus *M. Claud. Coſ.* 23, 13, 1. 24, 1, 2. *quinquies Coſ. ap. Venuſiam cadit* 23, 5, 3. *quomodo morte ejus audita Hannibal ſe geſſerit, & quomodo corpus ejus tractarit.* 21. 9, 3. & ſeqq. *an Hannibalem vicerit,* ib. v. 7.

Mardonius *quis* 4, 1, 2. *a quo victus,* ibid. *adde* 3, 2, 1.

Mare Pamphylium 23, 8, 4. rubrum 23, 2, 1. ſcopuloſum 25, 10, 6. mare tutum reddere 2, 2, 3. *maris principatus controverſus* 13, 2, 2. mari duces Athen. *ibid.* mari res magnas gerere 9, 5, 1. mari & terra bellum alicui inferre 2, 2, 4. *alibi:* terra marique 21, 1, 1. mari & terra duces erant Lacedaemonii 3, 2, 3.

Maritimi imperii ſumma ab Lacedaemoniis transfertur ad Athenienſes 3, 2, 2. principatum Lacedaemonii Athenienſibus concedunt 13, 2, 2. maritimi praedones, *piratae* 2, 2, 3. fluctus 25, 6, 1.

Marius hoſtis judicatus juvatur ab Attico 25, 2, 2.

Marmoris cruſta primum parietes operuit Mamurra *Fr.* 10, 7.

Maſſagetae populi Scythiae Aſiaticae 21, 1, 2.

Mater patri praelata a Meneſtheo 11, 3, 4. *filii poenam promovet* 4, 5, 3. mater timidi flere non ſolet, *proverbium,* 8, 2, 3. materfamilias *praef.* 6.

Matricida *μητροκτόνος* 15, 6, 2. *v. de hac voce* Savar. *ad Sidon. carm.* 3.

in Matrimonio habere aliquam *praef.* 4, 9, 1, 2. 10, 1, 1.

Maturare alicui mortem, *accelerare* 12, 4, 2. *ſic* Cicero pro A. Cluent. *huic mortem maturabat inimicus.* concitatus eſt ad maturandum. *ſcil. inceptum* 10, 8, 5.

Mature decedere, *cito; ante tempus* 25, 2, 1.

Maxime, *praecipue.* cum ullius omnium maxime floreret 1, 1, 1. *ſic:* cum unus in civitate maxime floreret 5, 3, 1. uni huic maxime indulgebat 10, 2, 1. Ciceronis, ut qui maxime amicus fuit *Fr.* 4, 1. *formula αὐξητική.*

Media 18, 8, 1. *Aſiae regio ab Occaſu tranſverſa oblique Parthiae occurrens. v.* Plin. *N. H.* 6, 26.

Medi. ex Medis, *pro; e Media* 18, 8, 4. *v. gent.*

Medica veſtis, *fluida & perlucida* 4, 3, 2. v.

Digitized by Google

2. *v. not. adde* Freinshem. *ad Curt.* 6, 6, 4. *&* Briſſon. *de regn. Perſ.* 2.

Mederi ſatietati lectoris, *ne ſatietate obtundatur, cavere* 16, 1, 1.

Medicina annos XXX. non indiguit Atticus 25, 21, 1.

Medicus. quo ille commotus, patri (*Dionyſio*) ſoporem medicos dare coëgit 10, 2, 5.

Medimnus (*& medimnum*) *Graecorum menſura, Romanos ſex modios capiens* 25, 2, 6. *vel ſeptem. vid.* modius. *adde* Petit. *comm. ad LL. Attic. lib.* 1. *p.* 5.

Mediocris. non mediocris eſt induſtriae, *eximiae, ſingularis* 25, 13, 4.

Meditari animo aliquid, *conſtituere ap. ſe* 17, 4, 1. meditor hoc facere 22, 4, 2.

Melle (cera) cadaver alicujus circumfundere 17, 8, 7. *vid. not.*

Melpum *opp. Italiae Tranſpad. Fr.* 7, 7.

Memor gratusque, *quodam ſententiae genere juncta* 25, 9, 5. memor virtutum priſtinarum 23, 12, 5. *non tam memoria, quam memoriae efficacia & inſtinctio ad aliquid notatur.* Boecl.

Memoria laudis 13, 2, 3. laboris militaris, *fama* 19, 1, 1. imperii, *gloriae ex geſto imp.* 3, 2, 2. memoria contumeliae 15, 7, 2. memoria duplex de interitu ejus, *fama* 23, 8, 2. memoria teſtatior 7, 4, 5. memoriae prodere aliquid *vel* de aliqua re 2, 10, 5. 7, 1, 1. 11, 3, 1. memoriam veterem patris renovavit juxta poſita recens filii ſtatua 13, 2, 3. ad noſtram memoriam manſerunt monumenta ejus, *uſque ad noſtra tempora* 2, 10, 2. *ſic paſſim* Cicero, Livius, *alii.* maxima poſt hominum memoriam claſſis, 2, 5, 3. *ſic*: maximi poſt hominum memoriam exercitus 21, 1, 3. unus poſt hominum memoriam cognomine JUSTUS appellatus eſt 3, 1, 2. *ſic ſaepiſſime & alii locuti. Quin* Cicero *interdum conjunctim* memoria temporaque. *v. g. orat. in P. Servil. Rullum*: me perlongo intervallo prope memoriae temporumque noſtrorum, primum hominem novum conſulem feciſtis. *Vorſt.* memoria dignus dux, *memorabilis* 13, 4, 4. 21, 1, 1. memoria digna, *res memorabiles* 15, 1, 4. memoria immortali retinere beneficia percepta 25, 11, 5.

Mendacium neque dicebat, neque pati poterat, *de Attico, qui neque mentiebatur ipſe, neque mentientem alium ſuſtinere & auſcultare poterat* 25, 15, 1. *Ex quo loco claret, non eſſe perpetuum diſcrimen inter τὸ* mendacium dicere *&* mentiri, *de quo Gellius N. A. l.* 11. *c.* 11. *Similiter* mendacium dicere *pro* mentiri *uſurpat Plautus Bacchid.* 3, 4, 30. Vorſt.

Meneclides, *obtrectator Epaminondae* 15, 5, 2.

Menelai portus 17, 8, 6. *vid.* Strab. *lib.* 1. *& ult.* Lamb.

Meneſtheus, *filius Iphicrat.* 11, 3, 4. *matrem pluris facit, quam patrem.* ibid. *fit praetor* 13, 3, 2. *Ed. Ultraj. Longol. & Mag. leg.* Mneſtheus. *quomodo Virgil. Aen.* 4, 288. Mneſthea Sergeſtumque vocat. *Sed Graecis quoque eſt* Μενεσθεύς.

Mens, *propoſitum, conſilium* 16, 1, 4. hac mente 9, 4, 4. 10, 9, 1. 20, 1, 4. 17, 4, 4. *Alibi dixit*: hoc conſilio 22, 1, 5. mente eadem eſſe 23, 2, 5. ſi ſana mens eſſet 17, 5, 2.

Menſam ſecundam ſervis diſpertiit 17, 8, 4. *ſic* Cicero ad Attic. 14, 21. *haec ſcripſi ſeu dictavi, appoſita ſecunda menſa, apud Veſtorium.* Horat. ſerm. 2, 2, 121. *tum penſilis uva ſecundas & nux ornabat menſas cum duplice ficu. Et* alii. *Scilicet bellaria per* menſam ſecundam *intelliguntur*, (*Gr.* τρώγματα, τραγήματα,) *quae poſt alios cibos convivis jam cibo potuque ſatiatis apponebantur, ad eorum appetitum quaſi denuo excitandum. de quorum inſtructu. vid.* Stuck. *antiq. conviv.* 3, 2. *&* Buleng. *de conviviis* 2, 39.

Men-

Mentio. de quo mentionem Plato in Sympoſio facit, *cujus rei meminit, quam rem narrat* 7, 2, 2. *Sic:* de quo ſupra mentionem fecimus, *cujus vitam ſupra explicavimus* 15, 4, 5.

Mentiri. ne joco quidem mentiebatur Epam. 15, 3, 1.

Mercenarii ſcribae, *non ſine nota vilis animi & operae haec vox, honeſtis ac induſtriis viris, qui fidem potius, quam lucrum ſpectant, majorumque, rerum auctores ſunt &c. opponitur* 18, 1, 5. *ita paſſim ap. auctores:* mercenaria opera, mercenarii homines &c. **cum quodam contemtu dicuntur. Boecler.* mercenarii milites 20, 1, 3. deſciſcunt 22, 2, 2.

Merere ſtipendium, *militare &c. v.* ſtip. 24, 1, 2.

Mereri bene de rep. 19, 2, 2. mox opp. *male conſulere patriae.* meritus optime de illo 4, 4, 6.

Meritis multis magnisque ap. aliquem valere 9, 3, 1.

Meſſena *reſtituta* 15, 8, 5. 16, 4, 3.

Metalla. ex metallis facere pecuniam 5, 1, 3. *Sic:* ex metallis redire pecunia *dicitur* 2, 2, 2. *intellig. fodinae metallicae. Sic quoque* Tacitus, Plinius, Solinus, *alii. vid.* Buchn. *Theſaur.* v. metallum.

Metellus Q. Celer. *Fr.* 7, 1.

Methodus vitarum ſcribendarum 15, 1, 4.

Metiri aliquem fortuna, virtute, *aeſtimare e fortuna, e virtute* 18, 1, 1. uſum pecuniae non magnitudine, ſed ratione 25, 14, 3.

Metui malle, quam amari periculoſum 10, 9, 5. diligi quam metui ſe maluit Timoleon 20, 3, 4. *v. not. Sic de Alexandro M.* Juſtin. 9, 8, 18. amari pater malle; hic metui.

Mycythus 15, 4, 1.

Migrare. non ex vita, ſed ex domo in domum videbatur migrare, *de Attico in morte conſtantiam vocis atque vultus ſervante* 25, 22, 1.

Miles jure ſuo nonnulla ab imperatore vindicat 8, 1, 4. milites regiam tuentes ap. Perſas 14, 1, 3. milites Fabiani, Iphicratenſes *pro praeſtantibus* 11, 2, 4. milites veterani imperare poſtulant 18, 8, 2.

Militiae Romanae initium annus XVII. aetatis 24, 1, 2. *v.* Lipſ. *de milit. Rom. lib.* 1. *Dial.* 2.

Militaris rei labor, *res bello geſtae* 19, 1, 1. in re militari multa partim nova attulit, partim meliora fecit 11, 1, 2. militari diſciplina nobilitatus *ib.* 1, 1. veſtitu ornatus, 14, 9, 3. militares equi 18, 5, 4.

Mille militum 1, 5, 1. mille hominum 14, 8, 3. *Sic enim recte dici Gellius* 1, 6. *oſtendit.* decem millia paſſuum 1, 4, 2. decem millia armatorum *ib.* 5, 1. multa millia adverſariorum 14, 8, 3. *Scil.* τὸ mille *ſemper adjectivum plurale ἄκλιτον eſt, & generum omnium. Et ſubaudiri in primis iſtis duobus locis* manus *vel* numerus *aut ſimile quid debet. Sic enim integre Virgil. Aen.* 10, 167. Sub quo mille manus juvenum *&c. Val. Max.* 8, 15. Senatus, qui mille hominum numero conſtat. *& alii. Millia vero plurale quidem adjectivum eſt, ſed neutrum & declinabile. Et materiae congruenter ſuppleri aliquo ſubſtantivo debet, quod genere & numero eidem reſpondeat: quomodo v. g.* 1, 4, 2. ſpatia 1, 5. 1. & 14, 8, 3. corpora *ſubaudiend. vid.* Paſcaſ. Groſipp. *paradox. liter. epiſt.* 14. & Gronov. *de pecun. vet.* 3, 10.

MILTIADES *colonos Cherſoneſum ducit* 1, 1. *Lemnum & Cycladas capit* c. 2. *conſilium dat excutiendae dominationis Perſicae* cap. 3. *Marathonia pugna vincit* c. 5. *quale praemium victoriae ceperit* c. 6. *a Pari oppugnatione caſu abſtrahitur* c. 7. *ob id damnatus in vinculis moritur* c. 7. *vera damnationis ejus cauſſa* c. 8. *Laus ejus* 1, 1, 1. 1, 2. 3. 1, 8, 4.

Minervae aedes 4, 5, 2. templum 17, 4, 6.

Minuere religionem, *violare* 17, 4, 8. minuuntur opes 7, 10, 3.

Minus diligenter 9, 5, 3. minus bene veſtitus 5, 4, 2. minus diutur-

nus 7, 7, 1. minus ex ſententia, *ibid.* minus lucide 16, 1, 1. minus movere aliqu. 2, 4, 3. minus probatus 2, 1, 2. minus proſpere 14, 6, 1. minus proſpere geſta 7, 7, 2. minus robuſtus 23, 10, 2. impediri quo minus 5, 4, 1. recuſare quo minus 15, 8, 2. *In his negationis vicem eleganter explet haec particula; in ſequentib. tantum minus.* cum minus, quam vellet, moveret eum 2, 4, 3. minus ſaepe, quam vellet 25, 20, 2. ornatus non minus concinnus in brevitate reſpondendi, quam &c. 15, 5, 1. non minus bonus paterfamilias, quam civis eſt habitus 25, 13, 1. non minus multos amavit, *ſc. quam amatus eſt a multis* 7, 2, 3. neque minus multas urbes conſilio ad amicitiam adjunxerant, *ſc. quam expugnaverant multas ibid.* 5, 6. minus diebus triginta *ſubaud. quam* 2, 5, 2. nemo minus fuit emax, minus aedificator illo, *i. e. quam ille* 25, 13, 1.

Minime. dedit operam, ut quam minime multa veſtigia ſervitutis manerent 20, 3, 3.

Minutius Ruf. M. F. 23, 5, 3. Q. Minutius Coſ. 23, 8, 1.

Mirabilis cupiditas, *vehemens, ingens* 1, 5, 1. quod omnibus mirabile viſum eſt 18, 5, 6.

Mirabiliter vulgi mutata eſt voluntas 10, 10, 2.

Mirus. mira comitas, *magna* 1, 8, 4. mirum omnibus id videbatur 11, 3, 4.

Mirari. ſic ſe gerendo minime eſt mirandum, ſi vita ejus ſecura fuit 5, 4, 4. *ſic:* neque id mirandum, ſi non facile ad credendum inducebatur 9, 3, 2. ait ſe mirari, quare jam tertium diem ſic teneretur 18, 11, 3.

Miſcere plurima coepit, *de ſeditioſis & turbulentis molitionibus* 4, 1, 3. *ſic Cicero pro Mil.* quanto ille plura miſcebat. *Phaedrus Fab.* 2. Procax libertas civitatem miſcuit. *Loccen.* Tac. H. 1, 53, 2. *Caecina aegre paſſus miſcere cuncta ſtatuit.*

Miſeranda vita, *deploranda* 10, 9, 5.

Miſereri aetatis *i. e. ſeneƈt.* 19, 4, 2. *ſubint. vox* cauſſa, *ut docet* Voſſ. *de conſtruƈt. c.* 27.

Miſericordia alicujus capi. 2, 8, 7. miſericordia odio ſuccedit 10, 10, 2.

Miſſum fieri, *dimitti* 18, 11, 3.

Miſſu Ephorum, *mittentibus ephoris* 1?, 4, 1. *ſic enim legendum. v. not. Similiter Solinus c.* 2. ad quem legatus venerat miſſu Marſiae regis. (*uti quidem* Salmaſ. *cum locum correxit.*) *Et* alii *paſſim.*

Mithridates Ariobarzanis fil. 14, 4, 5. 14, 10, 1.

Mithrobarzanes 14, 6, 2.

Mittere aliquos in coloniam 5, 2, 2. legatos 2, 6, 4. legatos de aliqua re ad aliquem 19, 3, 2. nuntium alicui 7, 4, 3. literas & nuntios aliquo conſultum utrum &c. 13, 6, 1. *ſic:* literas Athenas publice miſit, ſibi proclive fuiſſe &c. 13, 3, 4. mittere literas ad aliquem 25, 20, 1. mittere aliquid muneri alicui 4, 2, 3. Attico miſit, quid ageret, *nunciavit, ſcripſit* 25, 20, 1. *Sic* Cicero ad famil. 11, 8. *Polla miſit, ut ad te, ſi quid vellem, darem literarum. &* Livius 36. *ad M. Boebium miſit, Antiochum in Italiam impetum feciſſe, &c. Adde* Gronov. *not. ad Liv.* 8, 22. *Sic quoque Graecor.* ἐπιστέλλειν *ſaepe idem eſt ac literas dare, per literas certiorem facere. Plene alibi:* eodem ut ſequerentur, ad Timotheum & Iphicratem nuncium miſit 13, 3, 4. de ſervis ſuis, quem habuit fideliſſimum ad regem miſit, ut ei nunciaret &c. 2, 4, 3, ex his delecti Delphos deliberatum miſſi ſunt 1, 1, 2. miſſi ſunt delecti, qui Thermopylas occuparent 2, 3, 1.

Mitylenaei *multa millia jugerum agri Pittaco muneri dantes* 8, 4, 2.

Mixtura virtutum & vitiorum in Pauſania 4, 1, 1. in Alcibiade 7, 1, 1. *Alia ejuſdem mixturae exempla videſis ap.* Mich. Piccart. *obſ. hiſtorico-polit.* dec. 1. c. 2.

Mne-

Digitized by Google

Mnemon Artaxerxes juſtitiae fama florens 21, 1, 4. pepercit matri, uxoris interfectrici. *ibid.*

Mobilis populus, *inconſtans* 13, 3, 5. mobilitas fortunae, *inconſtantia*, *varietas* 10, 6, 1.

Moderata vita, *civilitatis nomine & bonitatis*, *quam alibi vocat* 13, 4, 2.

Moderate ferre, *aequo animo*, *non impatienter* 20, 4, 1.

Moderatio *in omni cultu ſcil.* 25, 14, 2.

Modeſtus, κόσμιος Lambin. 15, 3, 1.

Modeſtia, *civilis communique ſenſui & legibus congruens animus intellig.* 1, 1, 1. *de civilitate obſequii in patriam* 17, 4, 2. Boecl.

Modii ſeptem faciunt medimnum Athenienſem 25, 2, 6. *ſic enim legend.* *v. not.* *Sane* Alex. ab Alex. 2, 20. *ita diſtinguit* : *ut* modios *quidem* ſex, medimnum *facere*; Athenienſem *autem* medimn. ſeptem modiis *conſtare dicat.*

Mocilla *L. Julius* praetor 25, 11, 2.

Modica ſuppellex 25, 13, 5. *opp.* multa.

Modus. admirandum in modum 15, 3, 2. pari modo 14, 10, 2. non pari modo 20, 1, 5. tali modo 25, 21, 1. modum adhibere, *ſcil. in proferenda* 15, 4, 6. modus haſtae, *quantitas*, 11, 1, 4. *ſic* : modus menſurae 25, 2, 6. *ſic quoque ap.* Gell. 1, 1. modus plantae Herculis, *& ap. alios* modus jugeri, agri, tumuli, olivae, &c. v. Rhodii *Lexic. Scribonianum.*

Moenia lignea, *aenigmatice de navib.* 2, 2, 6. moenibus circumdare 2, 6, 1. ſe defendere, *opp.* obviam ire hoſti 2, 4, 2. 1, 4, 4.

Moleſtum non eſſe alicui, *i. e. nullas alicui pecunias imperare* 25, 7, 3.

Moliri, *de conatu rei magnae* 7, 10, 1. *de factioſis conſiliis* 6, 1, 4. moliri multa *de Philippo Maced. dominationem moliente* 13, 3, 1. *molitiones viribus majores* 9, 5, 1.

Moloſſi, *gens Epirotica* 2, 8. 3.

Momenti nullius eſſe, *auctoritate ſc. amiſſa* 7, 8, 4.

Monere, *ſignificanter*, *cum denuntiatione monere* 7, 8, 5.

Mons. ad infimos montes 18, 9, 3. *v.* infimus.

Monumentum, *ſepulchrum* 25, 22, 4. monumentum ſepulcri 10, 10, 3. *v. not.* monumenta, *indicia rei memoriam conſervantia* 2, 10, 3. *a monendo enim deducit Varro.* Boecl.

Moram Lacedaemoniorum interfecit, *manum*, *cohortem* 11, 2, 3. *Erat autem* μόρα *ſive* μοῖρα, *multitudo* 500. *aut* 900. Lamb. *Add.* Crag. *de rep. Lac.* 4, 4. *&* Meurſ. *lect. Attic.* 1. 16.

Mora nulla eſt 9, 3, 3. *ſc. in me* vel *per me*, *quemadmodum alii plene locuti. Virgilius Ecl.* 5, 52. in me mora non erit ulla. *Terent. Andr.* 3, 4, 14. per hunc nulla mora eſt.

Morari alicubi 24, 1, 1. 12, 3, 2. in montibus 23, 5, 1.

Morbus oculorum 23, 4, 3. morbo conſumi 21, 2, 1. morbo mori 2, 10, 4. morbo perire 21, 3, 3. morbus levior eſſe coepit 25, 22, 3. in morbum incidere 10, 2, 4. morbo graviter conflictari *ib.* in morbum implicitus 5, 3. 4. & 17, 8, 6. *v.* implic.

Mors. honeſtam mortem praeſtare turpi vitae exiſtimat Chabrias 12, 4, 3. *mors heroica Epaminondae* 15, 9, 1. mors turpis 4, 5, 4. ex ingratorum hominum conſpectu morte decedere, *ſc. voluntaria* 20, 1, 6. quae lex morte multabat, ſi quis &c. 15, 7, 5. morte ab aliquo multari *ibid.* 8, 3.

Mortales 9, 5, 1. *per Synecdochen pro hominibus*, *quomodo & alii.* Cicero : *unus omnium mortalium ſine ulla dubitatione deterrimus.* Plinius 12, 17. *tanta mortalibus ſuarum rerum ſatietas eſt.* Salluſtius B. Jug. *multos mortales cum pecore atque alia praeda capit.*

Mortiferum vulnus, *mortale*, *letale*, θανάσιμον 15, 9, 3.

Mos a majoribus traditus 17, 1, 2. moris majorum ſummus imitator 25, 18, 1. *ſic* : more majorum honores petere 25, 6, 2. *ſc. ſine fuco, &*

Digitized by Google

& fallaciis, *ut* Cicero *explicat. provocabatur autem in plerisque rebus cum pondere & proverbiali veluti formula*, ad morem majorum *i. e. instituta inde a majoribus propagata.* Boecler. non magis amore quam more ductus, *conſuetudine*, *inſtituto legibus permiſſo* 5, 1, 2. *v. amor.* mores civitatis 25, 6, 2. more Athenienſium nefas hoc eſt 7, 3, 6. more Perſarum 14, 10, 1. moribus ipſorum hoc convenit *praef.* 2. moribus Lacedaemonior. ſumma virtus in patientia ponebatur, *ſecundum mores Lacedaem.* 7, 11, 4. *Sic*: noſtris moribus Muſice abeſt a principis Perſona 15, 1, 2. moribus noſtris nefas habetur *praef.* 4. moribus noſtris hoc decorum eſt *praef.* 6. morib. eorum id non fit 22, 3, 2. mores patrios mutare, *conſuetudines patrias*, *inſtituta patria* 4, 3, 1. *Sic*: mores Graecorum ſequi in narrando *praef.* 3. more civitatis ſuae fungi 9, 3, 4. *v. fungi.* morum ſimilitudo plus valet in amicitia, quam affinitas 25, 5, 3. vocabat eos, quorum mores a ſuis non abhorrebant 25, 14, 2. morum praefectus, 22, 3, 2. fortunam ſui cuique mores fingunt 25, 11, 6. & 19, 1. *v.* Eraſm. *Chil.* 2. *cent.* 4. *proverb.* 30. *itemque not. noſtr. ad loc. prior.* morem gerere alicujus voluntati, *obedire* 14, 4, 3. *ſic*: mos ei geſtus eſt 2, 7, 3. mos crudelitatis, *de crudelitate ipſa* 8, 3, 1.

Movere ſe *ſc. ex priſtina habitat.* 18, 6, 2. neque ſe quoquam movit ex Urbe 25, 7, 1. Phrygiam prius depopulatus eſt, quam Tiſſaphernes usquam ſe moveret 17, 3, 2. movere caſtra 13, 8, 4. 18, 12, 4. movere, *perſuadere* 2, 4, 2. hoc nuncio motus domum rediit 4, 3, 5. tantum auctoritate ejus motus eſt, ut &c. 9, 4, 1. ejus conſilio multum movebatur 10, 1, 3. ſuaque omnia, quae moveri poterant, aſportant, *bona mobilia*, *quae vulgo dicunt* 2, 2, 8. *conſ.* 10, 4, 2. *Livius* res moventes *dixit. Invenias &* moventia, *ut in illo*: fixa & moventia *adde Not. ad* 2, 2, 8.

Motus concurſusque, *praeliantium ſc. bellantiumque* 11, 1, 4. motus corporis, *agitatio*, *de equis* 18, 5, 4.

Multa. multae aliquid detrahere, 13, 4, 1.

Multari pecunia 1, 7, 6. 5, 1, 1. 16, 1, 3. *Juſtinus dixit* pecunia damnari 8, 1, 7. *Vorſt.* exilio 3, 1, 2. 5, 3, 1. 16, 2, 3. morte 15, 8, 3. lex multat morte, ſi quis &c. *mortis poenam conſtituit* 15, 7, 5.

Multorum imperiis non poteſt bene geri reſpubl. 10, 6, 4. multae magnaeque pollicitationes 18, 2, 4. cum in oratione ſua multa in Thebanos invectus eſſet 15, 6, 1. *heic* τὸ multa *adverbialiter ponitur Graecorum more*, *quemadmodum & alibi. A. Caecina ad Cicer. l. 6. ep. 7.* ignovit omnibus, qui multa Deos venerati ſunt contra ejus ſalutem. *ſic quoque Virgilius*, *aliique.* Vorſt. *adde* Vechn. *Hellenolex. pag. 99. & ſeq.* multum in imperiis magiſtratibusque verſatus 1, 8, 2. multum in judiciis privatis verſatus 2, 1, 3. multum in bello verſatus 11, 1, 1. *ſic*: aliquem multum fallere 6, 3, 3.

Multo formoſiſſimus omnium aetatis ſuae 7, 1, 2. multo locupletiſſima regio 17, 3, 1. multo elegantiſſimus poëta 25, 12, 4. neque ita multo poſt 16, 2, 4. 22, 3, 4. poſt non multo 4, 3, 1. poſt, neque ita multo 5, 3, 4.

Multimodis 2, 10, 4. *Sic enim in pleriſque Mſſ. v. not.*

Multitudo *ſc. militum* 1, 2, 1. *paullo ante*: manus *ib.* 1, 4. *Sic*: multitudine circumventus eſt. multitudo navium 2, 4, 5. multitudo magna Helotum 4, 3, 6. multitudo Macedonum 18, 7, 1. multitudo, *populus*, οἱ πολλοὶ 7, 3, 2. 1, 3, 5. *oppon. principibus*, *magiſtratib.* &c. concitata reprimi non poteſt 3, 1, 3. multitudinis odium 19, 4, 5.

Multiplicare uſuras 25, 2, 5.

Mundities *in re fam.* 25, 13, 5.

Muni-

Digitized by Google

Municipium 24, 1, 1. *v.* Gell. 16, 13 & Sigon. *de ant. jur. Ital. l.* 2. *c.* 6. *&c.*

Munire *abſolute, pro, muros ſtruere,* περιτειχίζειν 2, 6, 5. munire urbem 7, 4, 7. arcem 20, 3, 3. ſe moenibus ligneis 2, 2, 6. diſceptatio de jure muniendi 2, 7, 4. *& ſeq. adde* Clapmar. *arcan.* 3, 7. itinera munire, *de viis, quae faciendo itineri aptantur ac emuniuntur* 23, 3, 4. munire imperium ſingulare & perpetuum, *tranſlate de ſtabilienda dominatione* 21, 2, 2. *ſic:* quingentis longis navibus munitum imperium 10, 5, 3. benevolentia munitum imperium *ibid.* munitae urbes 14, 5, 6. ne eſſent loca munita, quae hoſtes poſſiderent 2, 6, 2. munitiora loca 10, 9, 1. munitiſſimum caſtellum 8, 2, 1.

Munitio, *de ipſo opere muniendi* 2, 7, 2. munitiones, *de operibus obſidentium* 18, 5, 7.

Munus, *de functione & opera.* munus militare *fungi* 14, 1, 4. munere ſervorum fungi, *de Helotis.* 4, 3, 6. *v. fungi.* munus, *de donis,* munera magnae pecuniae a rege aliquo, *ſc. miſſa* 19, 1, 3. *obviam miſſa honoris ergo* 17, 8, 3. parva munera diuturna; locupletia non propria eſſe conſueverunt 8, 4, 2. *illorum manſura eſt & intemerata gloria; haec ob invidiam nihil habent ſolidi, quo poſſint gaudere. v. propr.* munus fortunae 25, 3, 3.

Munychia *portus Atticae, ut* Stephanus *ait, ſeu, ut* Strabo *lib.* 2. *collis Cherſoneſi ſpeciem praebens, introitum habens oris anguſti* 8, 2, 5.

Murus ligneus, *aenigmatice de nav.* 2, 2, 6. *muri* Athenienſ. *quo commento extructi* 2, 6, 2. *&c.* ex ſepulcris & ſacellis conſtant 2, 6, 5. *muri ex multa refecti* 13, 4, 1. muri victus diruti 9, 4, 5. muros ſtruere 2, 6, 4. muros reficit Conon 9, 4, 5. muros ſepire &c. 2, 7, 4. muris caruit Sparta 7, 6, 1.

Muſica *praef.* 1. muſice a principis perſona abeſt 15, 1, 2. in muſicis magna gloria eſſe 15, 2, 1.

Mutare arma, *alia invenire* 11, 1, 3. conſilium 18, 9, 6. mores, veſtitum &c. 4, 3, 1. mutare aliquid de cultu quotidiano & de vitae conſuetudine 25, 14, 2. aliquid de victu & veſtitu 17, 7, 3. mutata eſt voluntas vulgi mirabiliter 10, 10, 2. *alii:* immutata.

Mutationes reip. 25, 16, 4.

Mutina 25, 9, 1.

Mutua beneficia 14, 10, 4.

Mycale, *urbs Cariae* 5, 2, 2. *niſi gloſſema eſt. v. not.*

Myſteria facere 7, 3, 6. *Cereris ſacra arcana: alio nomine* Initia. *De iis* Juſt. 5, 1, 1. Briſſon. 1. *formul.* Alex. ab Alex. 6, 19. *& prolixe* Caſaubon. *adv. Baron. Exercit.* 16, 43. *adde* Petit. *comm. ad LL. Attic. lib.* 1. Jac. Gothofr. *Exerc.* 2. *de Eccleſ. & incarnat. Chr. & inprimis* Meurſ. *libr. ſingul. quem* Eleuſinia *inſcripſit.*

Myus, *urbs Aſiae* 2, 10, 3.

N.

Nanciſci majus imperium 1, 6, 4. morbum 25, 21, 2. ſorte provinciam 24, 2, 1. nanciſci cauſſam idoneam, *opportune, commode oblatam, captamve* 2, 6, 2. *ejus elegantiae eſt locutio Floriana* 2, 6, 12. hoſtes frigidum & nivalem nacti diem &c. *ſcil. tempeſtatem ejus diei in conſilium verterunt, ſuo uſui accommodarunt &c.*

Naſci ex aliqua 2, 1, 2. natus ab aliquo 14, 2, 2. natus ex aliquo 10, 2, 4. 15, 10, 2. natus nobili genere 10, 1, 1. nata Attico neptis ex Agrippa 25, 19, 4. nata eodem patre 5, 1, 2. nati ex fratre & ſorore 14, 2, 3. omnes in Africa nati *i. e. Africani* 21, 3, 5. natus annos circiter quadraginta, *de eo, qui jam implevit tot annos* 7, 10, 6. *ellipt.* annos *pro* ante annos. *vid. Voſſ. de Conſtruct. cap.* 13. *&* 44. *ſic:* circiter annos LV. natus 10, 10, 3. annos III. & XX. natus *Fr.* 4, 1.

major annos ſexaginta natus 21, 2, 3. minor quinque & viginti annis natus 23, 3, 2. Lambinus *utrobique repoſuit* natu; *ſed vide notas noſtras ad utrumque loc.*

Natu magno, *aetatis notione* 4, 5, 3. 13, 3, 1. *ſic* Liv. 2, 8. *lib.* 10, 38. *v.* Gifan. *obſ. LL. pag.* 144. majores natu, *de ſenioribus, ſed coaevis* 2, 2, 8. 13, 3, 4. *de ſenioribus, ſed qui deſierant vivere* 11, 1, 1. natu maximo filius 14, 7, 1. *alibi*: qui maximus natu eſſet ex liberis ejus 17, 1, 3.

Natalis dies Timoleontis feſtus Siciliae 20, 5, 1. *ſc. quod felix & victoriis nobilitatus* ibid. *v.* Alex. ab Alex. 4, 20.

Natione Car. 14, 1, 2. Medus 4, 1, 2. nationes & gent. 23, 1, 1.

Nativus lepor, *de pura & inaffectata ſermonis gratia* 25, 4, 1. *oppon.* adſcitus *ibid.* Petronio *naturalis pulchritudo*, Gellio 10, 3. *nativa ſuavitas dicta.* Locc.

Natura videtur experta in hoc quid efficere poſſit, *de Alcibiade, quo nihil fuiſſe excellentius memoriae proditum* 7, 1, 1. *ponitur heic* natura *tanquam effectrix rerum &c. ſic*: natura fautrix, *propitia*, 17, 8, 1. *opp.* malefica, *invida ibid* ineſſe in uno homine tantam diſſimilitudinem tamque diverſam naturam admirabantur 7, 1, 4. *vid. ineſſ.* id, quod natura cogit, *de morte* 25, 22, 2. natura difficillima. *ingenium diffic.* 25, 5, 1. naturae omnes paremus, *ingenio quod natura dedit, obſequimur &c.* 25, 17, 3. *Sic quoque Cicero vid. not.* naturae debitum reddere, *mori* 21, 1, 5. *v.* debit. neque id natura ſolum fecit, *de naturali ingenii propenſione* 25, 77, 3. ab natura multa habuit bona 10, 1, 2. natura loci 14, 8, 3. natura civitatum eadem, *translate de conſuetud. civit.* 1, 6, 1. naturalis bonitas 25, 9, 1. *v. bonitas.* naturale bonum 8, 1, 3. *naturalis quaedam gratiae apud omnes obtinendae felicitas. adde* Cic. *pro Coel.* 5. Boecl.

Naufragium. apud quam urbem jam bis claſſis regia fecerat naufragium 2, 7, 5.

Navis percuſſa roſtro 12, 4, 2. navis triremis 10, 4, 1. navem in ancoris tenere 2, 8, 7. naves capere, deprimere 9, 4, 4. naves ſerpentibus completae 23, 11, 6. naves onerariae 2, 2, 5. longae *ib. v. not. &* 9, 4, 2. naves triremes 2, 2, 8. Onerariae naves *ὁλκάδες ſerviebant commeatui transvehendo &c.* Bellicarum navium *maxime eminent* naves longae *reſpectu ſc.* onerariar. *quae latiore ventre & rotundiores; & ex longis*, triremes *dictae juxta numerum tranſtrorum & remorum ſupra ſe invicem locatorum, ſerie tamen fortaſſis non directa &c. vid. Savilii milit. Rom. p.* 66, 70. *& Gyrald. de navigiis.* Boecl. *Plura de variis navium generib. habes apud Andr. Senſtlebium in libello, cui tit. Argo, ſive de navibus veterum, & Jo. Schefferum in diſſert. de varietate navium, & lib. 2. de milit. nav. vet. cap. 2. ac lib. 4. c.* 1. naves, *metonym. pro militibus in navib.* 2, 3, 3. 23, 7, 7. navis dominus 2, 8, 6. Thucyd. *&* Polyaen. *ναύκληρον vocant: ſed* Themiſtocles *ep.* 19. *pariter ut* Nepos, *τὸν δεσπότην τῆς νεώς. idque rectius puto. fuit enim navis, qua Themiſtocl. vehebatur, ut ex iiſd. ſcriptorib. cognoſcimus, ex eo genere, quod Graeci ὁλκάδας, Latini* onerarias *vocant; ac, ut videtur, alicujus mercatoris. quanquam non ignoro, in epiſt. 20. Themiſtoclis eam dici ὁλκάδα Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος. Sed quod epiſtolis illis tribuendum ſit, jam monuimus in notis ad* 2, 8, 4.

Navalis belli peritiſſimus 2, 2, 3.

Nautica caſtra 7, 8, 5. 23, 11, 6. *v.* caſtra.

Naxus *inſula* in Aegeo 2, 8, 6. *Varia ejus nomina, quibus olim nota fuit,* Plinius 4, 12. *recitat. Hodie* Nicoſia *dicitur.*

Ne joco quidem mentiebatur 15, 3, 1. nullius unquam conſilium non

modo antelatum, ſed ne comparatum quidem eſt 20, 3, 6. ne, *enclitica, in ſeqq. dubitationi & interrogationi ſervit.* experiri voluit, verum falſumne eſſet relatum, *verum an falſum* 14, 9, 2. is cum interrogaretur, utrum pluris patrem matremne faceret, *patrem au matrem* 11, 3, 4.

Neceſſarius homo, *ſignif. propinquitatis, de ſocero* 14, 6, 3. homines tam neceſſarii 4, 2, 5.

Neceſſe. nihil neceſſe eſt pluribus verbis commemorare, *ſi locus ſanus eſt* 25, 21, 5. *ſic* Terent. Eun. 5, 6, 28. *niſi quia neceſſe fuit hoc facere.* & 5, 9, 45. *neceſſe eſt multum accipere Thaidem. Sic quoque* Plautus, Cicero, alii.

Neceſſitas, hac neceſſitate coactus, *de urgente calamit.* 2, 8, 6.

Neceſſitudo, *affinit.* 10, 1, 3. neceſſitudo ſortis, 24, 1, 3. *collegarum ſorte lectorum conſenſio & vinculum conjunctioque notatur.* Boecl. *adde not.*

Necis cauſſa datae provinciae. *ſic Mſſ. & edd. vett. ad unum omnes* 25, 8, 5. *v. not. & ſup.* dicis. necem ſibi conſciſcere *Fr.* 2, 2.

Nectanabes *rex Aegypti* 17, 8, 6. & Nectanebus 12, 2, 1. *v. not. ad utrumque locum.*

Nefas. ſe patriae iraſci nefas eſſe ducebat 15, 7, 1. nefas id habetur moribus noſtris *praef.* 4. quod nefas erat more Athenienſium 7, 3, 6.

Negare. ne differendo videretur negare 5, 4, 2. *v. differre.* negat ſui conſilii eſſe 9, 4, 1. negabat ſe ei vim allaturum 18, 12, 3. negabat id ſuae virtuti convenire 17, 5, 3. *ſic* Val. Max. 1, 6, 6. *ſigniferis negantibus ſigna moveri ſua ſede poſſe.* Sueton. Aug. 94. *ex eo negantur ibi ranae coaxare.* negare ei non potuit, quin &c. 10, 2, 2.

Negatio duplex more Graecorum uſurpata. nullae unquam neque exercitatiores copiae, neque magis dicto audientes fuerunt 11, 2, 1. *vid. Vechneri Hellenolex. Sic*; nihil unquam, neque inſolens neque glorioſum ex ore ejus exiit 20, 4, 2. non facile reperiri poteſt, neque de graecis neque de Italicis rebus, quod &c. 24, 3, 2.

Negligere rem familiarem, *de luxurioſo & diſſoluto*, 2, 1, 8.

Negligenter, malitioſe facere 7, 7, 2. *v. not.*

Negotium dare alicui, 7, 10, 4. & 10, 8, 1. 10, 9, 3. negotium ſuſcipere, *de re mandata efficienda*, 25, 15, 2. negotium alicujus procurare *ib.* 15, 3. negotium mihi eſt cum viro ſtrenuo, *eleganter dicitur*, 14, 7, 1. eo interfecto nihil habituros negotii, *omnia parata & facilia fore* 18, 12, 2. *ſic* Cicero *ſaepe, ſaepiuſque proverbium ea locutio. Ita*: ſine negotio 17, 5, 4.

Nemo non putarat 25, 10, 1. nemini non ibi manendi poteſtas facta eſt 25, 11, 1.

Neocles, *ſive ut in quibuſd. Mſſ.* Neoclus 2, 1, 1. & 2. *v. not.*

Neontichos. *ſic legit* Voſſius 7, 7, 4. *v. not. Eſt a. nomen caſtelli in Thracia, cujus &* Scylax *ac* Plin. *meminere.*

Neoptolemus cadit 18, 4, 1.

Nepos Corn. *M. Ciceronis, ut qui maxime amicus familiariſque fuit* Fr. 4, 1. *laudat librum ſuum* de hiſtoric. 10, 3, 2. *& alium* de vita Catonis 24, 3, 5.

Nepotes nati ei ſunt multi 21, 2, 3.

Neptis nata eſt Attico ex Agrippa 25, 19, 4.

Neptuni fanum, ἄσυλον 4, 4, 4. *v. not.*

Neque eo magis fida inter eos amicitia manſit 21, 3, 3. neque eo magis ex praelio exceſſit 18, 4, 2. neque eo minus 20, 4, 1. neque eo ſecius 25, 2, 2. neque ſuo nomine neque ſubſcribens 25, 6, 3. neque colloquium ejus peti, neque in conſpectum venire ſtuduit 14, 10, 3. Neque vero hic non contemtus eſt, *negatione duplici affirmandi vim habente* 8, 2, 2. *Sic*: neque tamen non patiebantur 18, 1, 3. *adde* 9, 2, 3. 9, 5, 2. 25, 13, 1. neque minus propter mores,

quam

Digitized by Google

quam affinitatem, *tam propter mores, quam affin.* 10, 1, 3. *ſic*: neque minus bonus paterfamil. habitus eſt, quam civis 25, 13, 1.

Nero C. Claudius 24, 1, 2.

Neſcio quo caſu 1, 7, 3. neſcio quomodo 7, 11, 1. 8, 1, 3. *formula frequens Nepotiana.* huic uni contigit, quod neſcio an ulli 20, 1, 1. *ſic Nos edidimus; Lambinus & alii* an nulli. *v. not. & ſupr.* contigit.

In neutram partem, *neque hoc, neque illo nomine* 25, 13, 5. *v. not.*

Nicanor Caſſandri praefectus Piraeo potitur 19, 2, 5.

Nicias *unus e collegis Alcibiadis* 7, 3, 1. *v. not.*

Nihil neque inſolens neque glorioſum 20, 4, 2. ſic ut ſupra nihil poſſit addi 25, 4, 1. *v. not.* nihil illo fuit excellentius 7, 1, 1. nihil ea pugna eſt nobilius 1, 5, 5. pro: *nullus illo fuit excellentior, nulla pugna ea fuit nobilior. Ita autem ſaepiſſime & alii locuti ſunt, quia, ut* Bangius *Obſervat. Philolog. lib. 2. p.* 919. *exiſtimat, plenius quid & ſuavius in Neutro eſt, quam in Maſculino & Foeminino.* nihil aliud egit, quam ut &c. *v. agere.* nihil aliud comparavit, quam bellum 17, 2, 4. nihil aliud molitus eſt, quam ut &c. 6, 1, 4. nihilo ſecius 9, 2, 4. 10, 8, 5. 25, 22, 3. nihilo ſegnius 14, 2, 4. nihilo magis *ibid.* 10, 3. nihil neceſſe (*alii* opus) eſt commemorare, *nihil attinet, non eſt operae pretium* 25, 21. 5. *v. not.*

Nilus *flumen* 18, 5, 1.

Niſi ille fuiſſet, Sparta futura non fuiſſet 17, 6, 1. *v.* eſſe.

Niti, *anniti ut hoc vel illud fiat.* quo patriam recuperare niterentur, *laborarent* 16, 2, 1. in nitendo, quod ſemel annuiſſet, (*ſi proba lectio. vid. not.*) 25, 15, 2. maxime nitebatur, ut, *vehementer ſuadebat, ſuadendo conabatur efficere, ut* 1, 4, 5. niti aliqua re, *ab ea pendere* 1, 3, 5. patrociniis alicujus, 19, 3, 1.

Nixus in cubitum, (*ſic alii; nos* innixus *v. not.*) 25, 21, 5. *erigentis ſe habitus denotatur.*

Nitida jumenta, *pinguia, non ſqualida, non horrida, non rigoſa, ut* Lambinus *exponit* 18, 5, 6. *ſic Ovid.* 2. *Metam.* nitidam cape praemia vaccam. *Horat.* 1. *epiſt.* 4, 15. Me pinguem & nitidum bene curata cute viſes. *Phaedrus fab.* 46, 4. Unde, quaeſo, ſic nites; Aut quo cibo feciſti tantum corporis?

Nobilis propinquitas 10, 1, 2. nobiles populo *& civitatibus democraticis* inviſi 7, 4, 4. *Iſta generis ſunt: de cetero ad celebritatem & gloriam transfertur vocabulum.* nobilis rex 14, 3, 4. nobilis & clarus poëmatis *Fr.* 1, 3. nobilis inter aequales 25, 1, 3. nobile nomen 2, 8, 4. hac pugna nihil eſt nobilius 1, 5, 5. nobiliſſimae urbes 17, 5, 3.

Nobilitate aliquem praecurrere, *claritate & amplitudine* 8, 1, 3.

Nobilitari re aliqua, *eſſe in claritate ob rem aliqu.* 11, 1, 1.

Nocere ſimplicibus, *damnum inferre* 17, 4, 8. nocere ſe ei non poſſe intelligebant 7, 4, 2.

Nolle. ex iſtis nolo amplius, quam centum jugera 8, 4, 2. pro patriae charitate accipere orbis terrarum divitias nolo 15, 4, 2. *Elegans locutio, pro qua alii neque minus eleganter dixiſſent*: non meream orbis terrarum divitias, ut (quamobrem) fidem erga patriam exuam. *conf.* Buchn. *Theſaur. v. mereo.* noluit non parere, *paruit* 7, 4, 3.

Nomen nobile, *pro fama clara* 1, 8, 4. nomen Romanum, *cum granditate quadam, pro populo* 23, 7, 3. nominis Alexandri ſimulatio 18, 7, 2. nomen regium ſumere, *titulum* 18, 13, 3. neque ſuo nomine neque ſubſcribens 25, 6, 3. nomine magis, quam imperio reges 17, 1, 2. nomine otii ſervitutem conciliare, 15, 5, 3.

Nominatim. his conſulentibus nominatim Pythia praecepit, ut Miltiadem &c. *i. e. expreſſo nomine* 1, 1, 3.

Nomentanum praedium 25, 14, 3.

Da

De Nomento, *oppido Latinorum, vid. Cluver. Ital. antiq.*

Non libenter 12, 3, 2. non magis quam 1, 2, 3. 25, 6, 1. non modo, ſed ne quidem 20, 3, 6. quare venire non dubitaret, 17, 4, 1. non, *in negatione, quae nudae affirmationi aequipollet.* non defuit, ſi qua &c. *adfuit* 25, 4, 4. non parere noluit, *voluit* 7, 4, 3. neque vero non fuit apertum 9, 2, 3. neque tamen non inprimis bene habitavit 25, 13, 1. nemo non putabat *ib.* 10, 1. nihil in iis non apparet *ib.* 16, 4. nihil ei non tribuit fortuna *ibid.* 19, 3. non nihil temporis 23, 13, 2. nonnulla invehi in aliquem 20, 5, 3. nullius conditionis non habere poteſtatem *ibid.* 12, 1. nihil eum non efficere poſſe ducebant 7, 7, 2. non, *in negatione, quae ſimul affirmat, ſimul auget.* quae magna corporis dignitas non minimum commendat 10, 1, 2. non indiligens pater 25, 5, 3. non, *in negatione, quae ſimul affirmat, ſimul minuit.* homo non beatiſſimus, *non admodum beatus, mediocriter fortunatus* 17, 18, 2. non nimis diuturna laetitia (*ſic enim legend. v. not.*) 7, 7, 1. *Alia* ἰσοδυναμοῦντα *ſimilis exempla. vid. ap.* Buchn. *de commun. dic. rat. lib. 1. cap. 6.*

Noſtri Imperatores 17, 4, 2. noſtri mores *praef.* 4. & 6. it. 15, 1, 2.

Notare diligenter loca quaedam, *ſigno ſc. & obſervatione* 14, 11, 2. notare res ſine nominibus, *exprimere, ſcribere* 24, 3, 4. notari, *annotari, perſcribi* 25, 18, 2.

Notus hiſtoricis 16, 1, 1. *opp.* vulgo notus. *Scilicet alii fama vulgi celebres feruntur; ceterorum facta non tam celebratione loquentium, quam ſcriptis Hiſtoricorum pervigent.* Boecl. *adde not. noſtr. ad illum loc.* nota virtus, *cum laude inſignis pariter ac perſpecta* 5, 3, 2.

Notitia. propter notitiam intromiſſi, *tanquam noti* 10, 9, 4. notitia clarorum virorum, *cognitio de rebus eorum* 25, 18, 4.

Nora caſtellum Phrygiae 18, 5, 3.

Nova res, *inſolita* 14, 6, 6. nova ara 1, 5, 3. *eleganter dicitur ſignificatione inventi tam ſollertis, quam neceſſarii.* Boecl. *Sic:* novum conſilium 18, 8, 4. novi delectus, *de militib. recens lectis* 23, 6, 4.

Nova afferre in re militari 11, 1, 2.

Novitas ornatus, *inſolentia* 14, 3, 3.

Noviſſimo tempore, *extremo* 18, 1, 6.

Nox prima, *vigilia prima* 18, 9, 3.

Nubere alicui, *foeminarum eſt* 5, 1, 4. nupta eſt huic 25, 5, 3. nuptum dare filiam alicui 4, 2, 3. 10, 1, 1. *add.* 10, 4, 3.

Nuptiae *pro matrimonio* 25, 12, 1.

Nubilis virgo 15, 3, 5. παρθενικῆς *vocis eſt in illo* Virgilii 7. *Aen.* Jam matura viro, jam plenis nubilis annis.

Nudare vagina telum, *diſtringere* 14, 11, 4.

Nugator. nae tu nimium nugator es, cum maluiſti &c. *Fr.* 3, 5. *elegans form. objurg.*

Nullus. huic uni contigit, quod neſcio an nulli 20, 1, 1. *ſic qu. edd. alii tamen* ulli. *v. not.*

Numen deorum 17, 2, 5. 20, 4, 4. *κατὰ hic auſpicium, curam,* πρόνοιαν. *In priore loco pro ipſis diis poteſt capi.* Boecl.

Numerus decemplex 1, 5, 5. in hoc numero fuit, *alius*, in eis, *inter eos* 1, 3, 2. numero copiarum fretus, *multitudine* 1, 5, 4. numerus militum, *conditio, locus &c.* 14, 1, 3. *ſic:* numero militis erat, ἐν μέρει στρατιώτου 15, 7, 1. in numero amicorum eſſe 14, 9, 2. de numero proſcriptorum eximere aliquem 25, 10, 4. *ſic*, in numerum proſcriptor. referre aliquem *ibid.* 12, 6. numero ſacrilegorum haberi 17, 4, 8. ſapientum 8, 4, 2.

Numerare alicui pecuniam 15, 3, 6. *ita:* numerata pecunia, 13, 1, 3.

Numidae fruſtra inſidiantur Hannibali 23, 6, 4.

Nuntius venit mihi 17, 4, 1. nuntium

Digitized by Google

um mittere alicui de 7, 4, 3. nuntii crebri hoc adferunt 1, 3, 3. hoc ille nuntio rediit Ath. *poſtquam hoc comperiſſet* 12, 3, 1.

Nuntiare alicui aliquid verbis alterius 2, 4, 3.

Nusquam auxilium niſi a Lacedaemoniis petiverunt, *a nemine, nullo e loco* 1, 4, 3. nusquam eam a ſe dimittebat, *ad locum nullum* 25, 4, 2.

Nutu ejus geruntur omnia *i. e. arbitrio, placito* 6, 2, 1.

Nyſaeus 10, 1, 1.

O.

Obducta nocte, 23, 5, 2. *obſcuram, nebuloſam, non ſerenam explicat.* Lamb. *quemadmodum Horatio Epod.* 13. frons obducta *dicitur. verum potius* obduci *hic nox dicitur, ut in Georg. Virg.* obtendi. *Curt.* 8, 13, 25. obducta nox coelo.

Obedire legi 15, 8, 1. obedit rex illis, *horum conſilio potiſſimum utitur* 14, 5, 4. *vid. not.*

Objicere ſe hoſti, *de eo, qui ſe opponit hoſti* 23, 5, 1.

Objectu illo repentino viſo *i. e. objecta ſpecie oculis* 23, 5, 2. Tac. Hiſt. 3, 9, 3. *cum latera objectu paludis tegerentur.*

Obire diem, *mori* 10, 10, 3. *integre:* obire diem ſupremum 1, 7, 6. 7, 10, 6. *Habes utriusque nominis* ἴλλειψιν *in illo* Juvenalis *ſat.* 6, 56. magnus civis obit & formidatus Othoni. *Interdum tamen* obire diem *eſt ad diem certum aliqua de cauſſa adeſſe. Quomodo* Cicero de amicit: *cum in hortos D. Bruti auguris, commentandi cauſa, ut aſſoles, veniſſemus, tu non affuiſti, qui diligentiſſime ſemper illum diem & illud munus ſolitus eſſes obire.* legationes obire, *ſuſcipere, legatum agere* 10, 1, 4. *mox:* legationes adminiſtrare, *πρεσβεύειν, ſed de ipſa rerum tractatione.*

Oblviſci injuriarum omnium 18, 6, 2.

Oblivionis lex, *ἀμνηστίας* 8, 3, 2. *v. not.*

Obniti. obnixo genu ſcuto *i. e. obnixo in ſcutum, obfirmato genu ad ſcutum.* Lamb. 12, 1, 2. *v. not.*

Obortis tenebris 18, 9, 5.

Obruere gladios, *terra operire, infodere* 14, 11, 2. *ſic:* theſauros obruere *ap. Cicer. in Cat. maj.* obrui vino, epulis 10, 4, 4. vitiis, *obtegi, obſcurari* 4, 1, 1.

Obſcurus. obſcuriora geſta, *de minus notis* 14, 1, 2.

Obſequi ſtudiis ſuis, 25, 2, 2.

Obſequium, *civilitas, comitas, indulgentia* 10, 6, 5.

Obſervantia, *de ea, qua quis alios perofficioſe & peramanter obſervat* 25, 6, 5. *vid. not.*

Obſes retentus *legationis miſſae cauſſa* 2, 7, 2. obſidem ejus rei ſe fore pollicitus eſt, *obligavit fidem ſuam hoc non eſſe futurum* 19, 2, 4.

Obſideri *urbs dicitur, cujus arx ſcil. jam eſt occupata* 16, 1, 3. obſideri ab hoſtibus 15, 7, 1. obſidere undique, *cum exitus omnes cuſtoditi ſunt* 23, 12, 4.

Obſidionis ratio, artes & inſtrumenta 18, 7, 2.

Obſignare librum 6, 4, 2.

Obſiſtere, *curſum impedire; objicere ſe* 17, 4, 5.

Obſoletus honor, *ſpretus &c.* 1, 6, 2. *oppon.* glorioſus *ib. ſic Curt.* 9, 1, 2. jam vilia & obſoleta eſſe ſpolia de Perſis. *add. Suet. Aug.* 89. obſoletus veſtitus 17, 8, 2. *detritus, ſordidus: ut apud Curt.* 6, 9, 25. obſoletum amiculum, *& ap. Liv.* veſtis obſoleta.

Obſtare conſiliis alicujus, *propoſitum intervertere* 10, 9, 2. 9, 2, 3. obſtitit ne conficeretur, *impedivit* 1, 3, 5.

Obſtinatio taciturna, *obſtinatio propoſiti taciturnitate oſtenſa, ſignificata* 25, 22, 2.

Obſtruere valvas aedis 4, 5, 2.

Obtemperare legibus patriae 20, 1, 3.

Obterere laudem virtutis 20, 1, 5. *includit ſignificatum contemtus ac ſuppreſſionis.* Boecl. *ſimiliter* Curt. 8, 1, 23,

Digitized by Google

23. & 31.

Obteſtationes aſſiduae, *poſtulationes, preces non ſine flagitatione & obſtringentibus verbis* 22, 4, 3. Boecl.

Obtigit ille quaeſtor Scipioni 24, 1, 3. *ita ſaepe Romani auctores, de magiſtratibus ſorte datis &c.* Boecl.

Obtinere dignitatem equeſtrem 25, 1, 1. locum eundem apud aliquem, *idem officium gerere* 18, 1, 1. locum legati apud aliquem 25, 6, 4. imperium 1, 2, 3. perpetuam dominationem 1, 8, 2. maximum magiſtratum 16, 3, 2. principatum in civitate 24, 2, 2. provinciam 24, 1, 3. regionem 18, 7, 1. regnum 20, 3, 4. *habendi adminiſtrandique notione.*

Obtrectare inter ſe, *non aemulari tantum, ſed adverſari ſibi mutuo, detrahere* 3, 1, 1. *v. not.* ζηλοτυπεῖν. Lambinus *exponit. Sic enim* Cicero Tuſcul. quaeſt. *Obtrectatio eſt ea, quam intelligi Zelotypiam volo, aegritudo ex eo, quod alter quoque potiatur eo, quod ille ipſe concupiverit.*

Obtrectatio. inter eos tantae laudis erat aemulatio, nulla intercedebat obtrectatio, *de Cicerone & Hortenſio de principatu eloquentiae contendentibus* 25, 5, 4. inter eos maximarum rerum non ſolum aemulatio, ſed obtrectatio intercedebat. *de Caeſare & Antonio, ſummum imperium affectantibus ib.* 20, 5. *Illic miratur* Noſter, *quod inter tantos aemulos amicitia manſerit, heic docet oriri ſimultates ex aemulatione ſolere.* obtrectatio virtutis, *paullo ante*: 18, 10, 2. obtrectatio multorum vincit facile unius virtutem 23, 1, 2.

Obtrectator, ἀντιπολιτευόμενος. *mox*: adverſarius in adminiſtranda republ. 15. 5, 2.

Obviam ire hoſtibus, 1, 4, 4.

Obvius ei fuit 19, 4, 3. obvius itineri ejus mons 18, 9, 3.

Occaſio. data occaſione 22, 1, 2. ne militum immodeſtia occaſio ei noſtri opprimendi exercitus detur 7, 8, 5. *ſic*: ne aliquam occaſionem ſui opprimendi daret 10, 4, 1. ne datam a fortuna occaſionem liberandae Graeciae dimitterent 1, 3, 3.

Occaſus. poſt hujus occaſum ſtatim regium ornatum nomenque ſumſerunt, *poſt hujus mortem* 18, 13, 1. *ſic* Cicero 1. quaeſt. acad. *poſt L. Aelii noſtri occaſum.* Lamb.

Occulere fortunam ſuam 7, 9, 1.

Occultare voluntatem in re aliqua 6, 2, 3.

Occupare tyrannidem 20, 1, 3. occupatus in eo erat, ut bellum quam diutiſſime duceret 7, 8, 1. occupati acerrime in apparando 23, 7, 1.

Occupationes infinitae 25, 20, 2.

Occurrere rei, *mederi* 16, 1, 5.

Octavius Caeſar Atticum familiariter per epiſtolas colit 25, 20, 1. &c.

Oculorum lumina amittere, *viſum* 20, 4, 1. oculorum morbus 23, 4, 3. oculos omnium ad ſe convertere 7, 3, 5. Curtius 8, 4, 24. *omnium oculos in ſe convertere.* Et 3, 11, 24. *omnium oculos animosque in ſe convertere. Sic* Florus 2, 17, 14. *omnium in ſe mentes convertere.* ante oculos civium ſuorum libenter non erat 12, 3, 2. oculis fructum capere ex caſu alicujus, *delectari caſu*, 18, 11, 2. *ſimile eſt* oculos paſcere, *contrarium* oculis dolere, *vel* oculos alicui dolere, *de quo v.* Pet. Vict. *Var. lect.* 2, 5. Turneb. *adv.* 12, 17. Taubm. *ad Plaut. Aſin.* 5, 1, 4. & *Moſtell.* 4, 2, 10. *&c.*

Odioſa multa delicate jocoſeque facere 7, 2, 3.

Odium civitatis, *in civitatem* 13, 3, 5. odium ejus in hoc viro tantum eſt, *adverſus hunc v.* 19, 4, 4. odium erga aliq. 22, 4, 3. 23, 1, 3. hereditate relictum, *ib.* implacabile 14, 9, 1. militum 10, 8, 2. odio miſericordia ſuccedit, *ſc. ſublato, quem odium petebat.* 19, 10, 1. odium ſic confirmavit, ut &c. 23, 1, 3. in odium alicujus pervenire 6, 1, 3. 19, 2, 1. ut odio communi, quod erga regem ſuſceperant,

Digitized by Google

continieri viderentur 14, 10, 3.
Oedipus parricida & inceſtuoſus 15, 6, 2.
Offendere aliquem imparatum, *deprehendere* 17, 2, 2. offendere in aliqua re, *peccare, labi* 19, 2, 2.
Offenſio populi, *odium* 10, 8, 2. magna cum offenſione civium 1, 7, 4. ſine offenſione 25, 5, 1. cum offenſione ejus 25, 7, 2.
Offenſus fortuna 5, 4, 2. *vid. not.* offenſa in eum militum voluntate, *infenſa, infeſta* 10, 7, 3.
Offerre ſe periculo, *audere rem periculoſam* 16, 2, 3. locum fors offert 16, 2, 1.
Officinas armorum inſtituit Epheſi Ageſilaus 17, 3, 2. *vid. not.*
Officium, τὰ καθήκοντα *reſpicit, quo ſenſu Cicero libros de* officiis *inſcripſit.* officio tribuere aliquid, *honeſti recti que ſtudio facere* 25, 6, 5. *conf.* 25, 4, 2. officium, *de obſequio imperantibus debito.* ad officium redire 1, 7, 1. 17, 5, 3. 5, 2, 4. *ſic &* Sueton. *Jul.* 69. ad officium reducere 14, 2, 3. in officio manere 18, 6, 4. non manere 9, 2, 1. *Caeſ. dixit* ab officio diſcedere *&* decedere *lib.* 1. *&* 5. *B. Gall.* officia praeſtare alicui, *tanquam civis civi & magiſtratui, cum nota obſequii erga imper.* 1, 2, 3. *Significatus benevolentiae & promptae humanitatis, ac per haec praeſtitae operae eſt in iſtis:* officium ſuum praeſtare *ſc. in judicio* 25, 9, 4. officium aliquod alia liberalitate augere, *de pecunia mutuo data* 25, 2, 6. officia praeſtare amicis 25, 8, 4. *ſicut alibi:* neceſſariis. *includiturque hic reſpectus* τοῦ καθήκοντος. officia urbana 25, 4, 3. *&* 4. *ſcil. ſolennibus negotiis in urbe praeſtari ſolita. quo ſenſu ap.* Sueton. *Aug.* 53. *dicitur:* officia cum multis mutuo exercuit, nec prius dies cujuſque ſolennes frequentare deſiit *&c. vid. not. ad illud* 1, 2, 3. Athenienſibus officia praeſtabat.
Oleaginae virgulae, *& ex iis corona* 8, 4, 1. *victoriae ſymbolo oblata: nam a ludis Olymp. ad ſeria tranſferri ejuſmodi res, uſitatum & elegans.*
Olympiae victor *praef.* 5. *ſic Cicero* 1. *Tuſc.* Diagoras cum uno die duos filios victores Olympiae vidiſſet. *Vorſt.* Olympiae victores quibus coronis donati 7, 6, 3. *Vide de Olympionicis & eorum honore copioſe agentem* Paſchal. 6. *de coron* c. 7, 8. *adde not. ad utrumque loc.*
Olympias, mater Alexandri, Eumenis conſilium: mox & auxilium implorat 18, 6, 1. & 3.
Olympiodorus, *tibicen* 15, 2, 1.
Olynthus *urbs Thrac.* 16, 1, 2.
Olynthii bello ſubacti 23, 1, 2.
Omittere. ut omittam Philippum, *ut praeteream illum, nihil dicam de illo* 23, 2, 1.
Omnis equitatus, *totus* 23, 3, 1. *ita ſaepe.* qui plurima mala omnium Grajorum in domum tuam intuli, *ex omnibus Grajis, inter omnes Grajos* 2, 9, 2.
Omnino. cum omnino non eſſent amplius centum 16, 2, 3.
Onerariae naves 2, 2, 5. 10, 5, 3. *v. nav.*
Onomarchus cuſtodum praefectus 18, 11, 3.
Onuſtus praeda 7, 5, 7. *copiam dicit & ubert.*
Onyx. ex onyche amphorae & urcei, *itemque* columnae XXXII. pedum. *Fr.* 8, 7.
Operire, *obtegere* 23, 9, 3.
Opera imperatoris 15, 5, 3. opera ejus magni fuit 14, 1, 4. 24, 1, 2. magni ejus opera aeſtimata eſt in praelio ap. Senam 24, 1, 2. operam honoribus dare *ibid.* 1, 1. operam clandeſtinis conſiliis dare 23, 2, 2. opera ejus hoſtes profligati 14, 2, 1. *Porro cum ſatis late pateat vocis ſignificatio, non rara cum primis eſt ap. ſcriptores* operae fortis, fidelis, egregiae &c. *in bellicis rebus mentio.* Boecl. opera, *ſc. officioſa in iis, quae amicis aliisve praeſtamus* 5, 4, 3. *ſic:* forenſis opera 7, 3, 4. *& ap. Val. Max.* 3, 8, *ext.* 4. *Horatio* forenſis opella 1. *ep.* 7. 8. opera ducis 11, 2, 2. opera a-

ſicujus facere aliquid 7, 4, 7. opera ejus adverſae & ſecundae res acciderunt 7, 6, 2. ejus opera ſuſceptum eſt bellum 23, 7, 3. opera ejus factum, ut 15, 8, 1 in odium veni 6, 1, 3. opera alicujus patria pelli, *de eo, qui in cauſa eſt, rem ſtruit, molitur, efficit*, 7, 6, 4.

Opes, *pro potentia* 15, 6, 4. 18, 10, 3. Athenienſium 7, 5, 3. magnae ab tenui initio profligatae 16, 2, 3. patriae 9, 5, 2. regis 7, 10, 3. opes, *pro viribus bellicis* 8, 2, 4. opes debilitantur 17, 5, 2. opes magnas proſternere, *magnam vim hoſtium ac numerum, adeoque potentiae hoſtiis partem non minimam* 1, 5, 5. *Sic:* opibus regiis praeceſſe 9, 4, 3. opibus elata inſula 1. 7, 2. *ſic:* ſecunda fortuna magnisque opibus elatus, 7, 7, 3. *ſimiliter* Tacit. 15. *A.* 20, 1. cum tantis eſſet opibus, ut &c. *tanta potentia, ut* 20, 3, 4. alienarum opum indigere, *patrocinii* 21, 3, 4. *&* 23, 1, 3. *Sic*: opibus alicujus defendi 11, 3, 2. juvari 20, 2, 2. Caeſ. 3. *de bell. civ. Pompejus miſit ad Ptolemaeum, ut illius* opibus *in calamitate tegeretur &c.*

Opinio. de quo quanta fuerit opinio eorum, qui &c. *quid judicarint, &c.* 18, 13, 2. opinio nimia ingenii atque virtutis, *nimia exiſtimatio* 7, 7, 3. opinio manebat, eum cum rege habere ſocietatem 4, 3, 5. in opinionem adduci 14, 6, 6. in opinionem mihi venit 25, 9, 6.

Opis alicujus indigere 5, 4, 2. ſine ope deorum 6, 3, 1.

Oportet. nihil in bello oportet contemni 8, 2, 3.

Oppidani, *qui ſunt in oppido* 1, 7, 3.

Oppidum tueri 1, 3, 2. *oppon.* relinquere 2, 2, 8. oppidum Amphipolim conſtituit 5, 2, 2. Conf. *v. flumen.* oppida dono data ap. Perſ. 2, 10, 3. *v.* Briſſ. *de regn. Perſ.* 1. oppidum *abſolute pro Athenis* 1, 4, 2. *&* 2, 10, 3. *imitatione Graecorum, quibus ead. urbs* καθ' ἐξοχὴν *dicta* ἄστυ.

v. ſup. aſtu.

Opponere aliquem adverſariis 18, 5, 2. *ſic*: opponi alicui, *eleganter dicitur is, qui ſuas in hoſtem curas intendere jubetur, ſi quid ab eo moveatur* 13, 3, 1. Boecl.

Opprimere aliquem, *ſubvertere* 14, 5, 2. imprudentem, 18, 8, 6. *v.* Gronov. *not. ad Liv.* 30, 10. hoſtes, 2, 5, 1. Graeciam, *ſubigere* 2, 8, 2. libertatem 7, 3, 3. univerſos 2, 4, 4. invidiam acerbitate, *vim in extinguendo notat* 10, 6, 5. *oppon.* lenire obſequio *ibid.* opprimi. ſe oppreſſo, *dignitate aut opibus demoto afflictoque* 1, 3, 2. *infr. extincto.* oppreſſa patria a tyranno 20, 1, 1. a tyrannis 8, 1, 2. opprimi bello *opp. mox:* inſidiis interfici 14, 9, 1.

Opprobrium, *contumeliae cauſſa objectum* 15, 6, 3. opprobrio eſſe 9, 3, 4.

Oppugnare imperium 10, 5, 3. oppidum 1, 7, 5. *ſic:* Aegyptum oppugnatum proficiſci 18, 3, 2. cum oppugnatum eſſet magnam partem diei *ib.* 4, 1. *ſic Mſſ. Boecl.* & *Longol.* v. not.

Oppugnatores, *qui urbem oppugn.* 1, 7, 3.

Opſonium 2, 10, 3. 17, 8, 4.

Optimates 10, 6, 3. 25, 9, 7. optimatium cauſſam agere, *de factione Ariſtocratica* 19, 3, 1. *ita*: optimatum fautor 7, 5, 3.

Opulentes 12, 3, 3. *Veteres enim promiſcue* opulens *&* opulentus *dixerunt.* Auſonius de Mediolano: *Templa, Palatinaeque arces, opulensque moneta. Quomodo* violens *&* violentus, gracilens *&* gracilentus *&c. v. Buchn. Theſ. v. Opis.* opulentiſſimum regnum, *de Perſico* 17, 4, 1.

Opulentia fretus 5, 2, 5.

Opus facere, *de aedif. & munitione* 2, 6, 5. *ita*: opus fit, *procedit* 2, 7, 2. operibus urbem claudere, *munitionibus, i. e. foſſa, vallo, aggere &c.* 1, 7, 2. *ſic*: opera incendere, ſtatuere *ib.* 7, 4. Caeſar B. G. *locus egregie natura & opere munitus.*

Ora Aſiae, *extremitas* 7, 6, 5.

Oraculum conſulitur 1, 1, 2. 2, 2, 6. omnia ad oracula referre 6, 3, 1.

Oro te, *interpoſitum ſermoni, ut alias, quaeſo, amabo* 25, 4, 2. orare atque obſecrare 25, 22, 1.

Oratio Lyſandri nomine a Cleone ſcripta 6, 3, 5 *Uſurpatus enim ille mos in Graecia, ut oratores & ſophiſtae aliis orationes ſcriptitarent. Unde λογογράφοι; quae vox cum re, poſtea in contemtum adducta. vid.* Creſoll. *theatr. Rhet,* 3, 2. Boecl. oratio Graeca, *ſermo graec. lingua gr.* Fr. 3, 4. oratio perpetua 15, 5, 1. *oppon.* brevitas reſpondendi *stud.* oratio perpetua *opp.* reſponſis brevibus 15, 5, 1. *Graecis eſt ἀποτείνειν τοὺς λόγους.* orationis commendatio. *vid. commend.* oratione *fracta tyrannis Lacedaem.* 15, 6, 4. orationes conficere 24, 3, 3.

Orator probabilis 24, 3, 1. *v.* probab.

Orbis terrarum 15, 4, 2. 25, 3, 3. & 20, 5. *Sic quoque* Cicero, *qui &* orbis terrae *dixit. Poetae* ἀπεριλήπτως orbis. *Virg. Ecl.* 3. Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem. *Vorſt.*

Orchomenii 6, 3, 4.

Ordinare magiſtratus 25, 18, 1. *ſic* Voſſius *&* Barthius *legend. cenſent. ubi vulgo eſt* ornare. *v. not.* ordinatae copiae, *quae in acie ſtant* 11, 2, 2. *mox*: diſpoſitae.

Ordiri ab initio 2, 1, 1. ordiri reliquos, *vitam reliquorum exponere* 7, 11, 6.

Ordo equeſtris, *dignitas ordinis equ.* 25, 19, 2. ordinem ſuum uterque retinebat, *de ambobus regibus Spartanis, quorum ille ex Proclis, hic ex Euryſthenis familia ſemper ſurrogabatur* 17, 1, 3. ordo, *locus in agmine* 14, 9, 4. ordine enumerare 25, 18, 3. omnium ordinum homines 25, 13, 6.

Oreſtes matricida 15, 6, 2.

Origo ultima ſtirpis Romanae 25, 1, 1. *v. not.* origo familiarum 25, 18, 3.

Origines Catonis 24, 3, 3, *laudatae Ciceroni in Bruto* 17.

Oritur tempeſtas 13, 3, 3. ſeditio 18, 12, 3. ortus ab hoc, *de genere* 23, 18, 3. ortus equeſtri ordine 25, 19, 2. ortus municipio 24, 1, 1.

Ornare arcem, *exſtruere, κατασκευάζειν, ut Plutarchus loquitur* 5, 2, 5. ampliſſimam pulcherrimamque corporis formam incredibili virtute belli 23, 1, 4. navem armatis 10, 9, 2. *niſi fors rectius* onerat *bene legend.* Boecl. aliquem torque & armillis aureis, ceteroque regio cultu 14, 3, 1. aliquem divitiis, *locupletare, ut alibi* 2, 2, 3. magiſtratus, *volumine edito ſc. de magiſtratibus* 25, 18, 1. *niſi malis cum* Voſſio *leg.* ordinare. *v. not.* ornari inſignius 17, 3, 2. *diſting. ab* armari. *v. ſupr.* exercitus *adde not.*

Ornatus elephantus 23, 3, 4. *inſtructus ad pugnam. alii*: oneratus *v. not.* ornatus veſtitu militari 14, 9, 3. Gell. 5, 2. *ornatus armatusque ad praelium equus. ſic: exercitus ad praelium inſtructus ornatusque* ap. Tacit. H. 3, 63, 2. exercitus ornatus *apud Tacit. h.* 3, 63, 2. Gebhardus *hinc etiam refert* aſinos ornatos *ap. Caton. de re ruſt. lib.* 10. *neſcio quam bene. nam Cato loquitur de aſinis clitellariis, qui ſtercus vectant. quales in acie nemo viderit.* ornatus *pro cultu quolibet, etiam vili* 17, 8, 2. ornatus regius 18, 13, 3. non minus concinnus in brevitate reſpondendi, quam in perpetua oratione ornatus 15, 5, 1.

Ornamentum habere ab aliq. *honores, dignitates, opes intelliguntur* 25, 7, 2. *alii* auctoramentum *mallent. v. not.* ornamento eſſe principi, tyranno &c. *de viro promto claroque, cujus induſtria pleraque negotiorum praeclare adminiſtrantur* 10, 2, 1. Boecl.

Os. oris commendatio 7, 1, 2. ſuavitas 25, 1, 3. *vultus ſignificatur.*

Oſſa mortui uxori remiſſa 18, 4, 4. mortuorum uxori liberisque remiſſa 18, 13, 4. oſſa ſepulta 2, 10, 5.

Oſtendere ſe inimicum 7, 6, 4. cauſſam adventus alicujus 15, 4. 1.

omnes exitus occupatos 23, 12, 5. oſtendit, ſe id utriuſque facere cauſſa 10, 4, 1. oſtendit ſe velle colloqui cum rege 9, 3, 2. ſicut oſtendimus, *narravimus* 16, 5, 1. *alibi*: ut oſtendimus ſupra 17, 1, 4. *Scilicet utimur hoc Verbo, quando rem aliquam exponimus, declaramus, narramus, teſtamur.*

Oſtraciſmus 5, 3, 1. *Dicebatur autem* oſtraciſmus *vel* exoſtraciſmus, *exilium decennale teſtularum, quae Graecis ὄστρακα, ſuffragiis (i. e. inſcripto teſtis multandi nomine) illis irrogatum, quorum Athenis potentia nimia videbatur, & hoc pacto ad democraticae aequalitatis ſtatum contemperanda &c. vid.* Plutarch. *in Ariſtide, Themiſt. & cetera* Lamb. *notata in vit.* Themiſt. *Telum id, ut dixi, adverſus dominatum: ſed, ut eſt genius popularis libertatis, intemperanter haberi coeptum, atque in virtutis clariſſimae injurias converſum, quod A*riſtoteles *innuit:* ϛασιαϛικῶς γὰρ ἐχρῶντο αἱ πόλεις. *vid.* Sigon. *de rep. Athen.* 2, 4. *Diximus aliquid hac de re in commentar. p.* 63. *& ſeqq.* Boecl. *add. not. ad* 2, 8, 1. *&* 5, 3, 1.

Otacilius L. Pilitus, *Fr.* 6, 2.

Otium tantum tota Africa reddidit, ut nullum &c. *de ſtatu & facie pacis* 22, 2, 5. *Sic*: ex maximo bello tantum otium toti inſulae conciliavit, ut 20, 3, 2. otii nomine ſervitutem conciliare 15, 5, 1.

P.

Pactio 17, 2, 4. *Exiſtimat h. l. Vir doctiſſimus praecipuam aliquam paciſcendae amicitiae rationem ut inducias ſignificari. Quaſi verae induciae non fuerint; quas cum Tiſſapherne pepigit Ageſilaus. Referri autem* pactionis *vox ad jusjurandum debet, quod uterque dederat, ſe ſine dolo inducias conſervaturum, ſi ad ipſas inducias non poteſt.* pactionibus talib. pacem facere velle, ut *conditionibus; legibus* 10, 5, 6.

ex Pacto, *ex conventione, ex pacto convento*, κατὰ συνθήκην 1, 2, 4. *v. not.*

Padus *fl.* 23, 4, 1. 23, 6, 1.

Palam facere aliquid alicui 23, 11, 1. palam fit de hujus morte 10, 10, 2. palam facta re 23, 7, 7.

Palaeſtra *quomodo utendum* 15, 2, 4. palaeſtrae *vocantur, quae alias* gymnaſia. *v.* Hieron. Merc. *de art. gymn. l.* 1, *c.* 6. *ceterum quae ad hujus loci explicat. faciunt, habentur* 2, 8. *&* 5, 5. palaeſtra caſtris *oppon.* 15, 5, 4. *vid. not.*

Pamphilium mare 23, 8, 4.

Pandates 14, 5, 3.

Paphlago, *per Antonomaſiam pro* Thyo 14, 2, 3. & 4. *conf. Laco.* Paphlagones 14, 8, 2.

Paphlagonia 14, 2, 2.

Pani praebendo urbs deſtinata 2, 10, 3. *more Perſarum, v. not. & ſupr.* oppid.

Par. diſertus fuit, ut nemo Thebanus ei par eſſet eloquentia 15, 5, 1. parem non eſſe alicui, *ſub. armis*, 18, 8, 4. *Sic enim Noſter alibi*: cum par non eſſet armis, *ſub. Eumenes*, Hannibal 23, 10, 4. *in ſid quentibus duobus locis caſus uterque diſſimulatur*, neque terra, neque mari hoſtes pares eſſe potuerunt 7, 6, 2. univerſos eſſe pares ajebat 2, 4, 2. pari praelio diſcedere, *neutro victo aut victore* 2, 3, 3. *Tacitus dixit* aequis manibus abſcedere 1, *ann.* 63, 3. pari felicitate in ea re uſus eſt, *de Pauſania, qui feliciter aeque barbarorum praeſidia ex Cypro & Helleſponto depulit, ac fugaverat Mardonium* 4, 2, 2. *ſic* pari fortuna in terra uſus eſt 5, 2, 3. pari ſe virtute poſtea praebuit 14, 2, 1. pari faſtigio ſtetit in utraque fortuna 25, 14, 2. pari modo Marcelli Claudii *ſcil. rogatu* Marcellorum quoque *ſc. familiam ordine enumeravit ib.* 18, 4. Par eſt, *pro aequum eſt; convenit. Sic*: relinqui eum par non eſt 14, 6, 4. quid ſe facere par eſſet, intuebatur 25, 10, 1.

Paraetaca, *regio Mediae* 18, 8, 1. *v. not.*

Digitized by Google

Parare bellum 23, 2, 6. alicui 7, 9, 5. *moliri, adornare in aliquem*, parare copias, *comparare* 14, 10, 2. adversus aliquem 14, 6, 1. parare exercitus 14, 11, 1. 18, 6, 4. parat proficiſci, *conſtituit &c.* 14, 4, 1. *ſic* Curtius 9, 3, 8. *in alium orbem parat ire.* potius diligentia, quam pretio parare, *acquirere* 25, 13, 4.

Paratus. ea gratis facere ſum paratus 15, 4, 2. ut parati eſſent facere, quod ipſum vidiſſent 14, 9, 4. parati adverſarii, *ad pugnam ſcil.* 18, 8, 4.

Parcere alicujus vitae 21, 2, 2. nulli rei ad perficiendum aliquid 4, 2, 5. nullo loco 2, 6, 5. quibus fortuna in bello parſerat, *quos fecerat ſuperſtites* 8, 1, 5.

Parere imperio regis 14, 4, 3. imperio alieno 15, 10, 4. conſiliis alicujus in ſuſcipiendo & agendo bello 23, 8, 3. inſtitutis patriae, 17, 4, 3. *viri civilis notae, & ſtatui patriae ſe accommodantis.* non parere noluit, *ſc. mandatis magiſtratus* 7, 4, 3. parere naturae, *ejus dictum ſequi* 25, 17, 3. *ſic quoque* Cicero. *v. not.* irae ſuae, utilitati communi 7, 4, 6. *propter illam aut hanc aliquid facere.*

Parere ſibi amicitiam cum, *comparare* 7, 7, 5. tyrannidem 21, 2, 3. parit haec res ſuſpicionem, *praebet, injicit* 14, 11, 3. paritur pax bello, *comparatur* 15, 5, 3.

Parma 11, 1, 4. *ſcutum breve, pelta tamen majus v.* Manut. *quaeſit. per epiſt. part. 3. ep. 6. &* Lipſ. *Mil. R.* 3, 1. *& 2. adde* Keuchen. *ad Nepot. cit. loc.*

Parricidarum exempla 15, 6, 2.

Pars interior aedium *praef.* 8. ſuperior aedium 10, 4, 5. nullam in ea re ſuam partem fore ſentiebat, *debita ſe laude fraudatum iri* 7, 8, 4. partes omnium corripere atque complecti cogitabat 18, 2, 3, *v. corripere.* pars *pro* factione 25, 8, 6. *ſic*: partes Syllanae, Cinnanae 25, 2, 2. optimarum partium & eſſe & exiſtimari *ib.* 6, 1. *Val. Max. dixit* ſequi alicujus partes 1, 7, 7. partes, *de negotio.* excipit has partes ipſe Callicrates, *ſc. ſimulandi ſe inimicum* 10, 8, 3. *v.* excipere. partum, *pro* partium Fr. 3, 1. *v. not.*

Partim. quorum partim ſecuti ſunt, partim &c. 25, 7, 2. *ſic*: partim praedarum ſuis diſpertit, partim ad Datamen mittit *ſic. in quibusd. Mſſ. v. not. add.* Bang. *obſerv. philolog. part. 2.* p. 1164. partim interfecerunt, alios in exilium ejecerunt 16, 1, 4. *Ex h. l. patet, partic.* partim *aliquando non geminari, contra quam Budaeus in Pandect. 5. putat. v. Alciat. parerg.* 7, 20. Locc.

Partiri. de partiendo regno cum aliquo colloqui 10, 2, 4.

Particeps regni 20, 1, 3. omnium conſiliorum 18, 1, 5. *mea v.* 6. omnium rerum.

Parſimonia victus, cultus 7, 11, 4.

Parum patiens 11, 3, 1. parum odiſſe 25, 9, 7. non parum liberaliter domum ſuam aliquem invitare 25, 13, 6. neque in ſeſtertio vicies parum ſplendide ſe geſſit, neque &c. *ibid.* 14, 2.

Parus inſula (*una e Cycladibus, candido marmore celebris*) oppugnata 1, 7, 2. Parium crimen, *ſuper Pari oppugnatione intentatum* 1, 8, 1.

Paſſus. is campus abeſt ab oppido circiter millia paſſuum decem 1, 4, 2. Adrumetum abeſt a Zama circiter millia paſſuum trecenta 23, 6, 3. *Paſſibus enim veteres metiebantur ſuos lapides & milliaria. facere autem* 1000. *paſſus unum lapidem Ital.* 4000. *paſſus unum milliare Germanicum vulgo traditur. v. not.* Ernſtii.

Patefacere cogitata 4, 3, 1. loca 23, 3, 4.

Patet mihi aditus ad eum 1, 8, 4. patent mihi honores 25, 6, 2.

Patri jusjurandum dare 23, 2, 5. patre uti diligente, indulgente, diti, ſtudioſo literarum 25, 1, 2. paterfamilias non indiligens *ibid.* 4, 3. non minus bonus paterfam.

habitus eſt, quam civis *ib.* 13, 1. patres conſcripti 23, 12, 2. *v.* Conſc.

Paterna provincia, *cujus praefectus pater fuit*, 14, 1, 4. paternam gloriam tueri, *patris gloriam* 19, 1, 3. *poſito adjectivo pro ſubſtantivo: quomodo &* 20, 1, 4. *Noſter*: ne aſpicere quidem fraternum ſanguinem voluit, *fratris ſanguinem.* Vorſt.

Patrii dii 2, 7, 4. patrios mores mutare 4, 3, 1.

Patria, in qua erat natus 20, 1, 1. patriam juvit, quibuscunque rebus poſſumus 17, 7, 1. patriae caritate ductus 7, 5, 1, pro patriae caritate orbis terrarum divitias accipere non vult Epaminondas 15, 4, 2. a caritate patriae non potuit recedere Alcib. 7, 8, 1. patriae jura ſanctiora quam hoſpitii 13, 4, 3. legibus patriae obtemperare ſatius quam imperare 20, 1, 3. opes augere 9, 5, 2. *patriae claritudo majus fortunae* 25, 3, 3. *v. not.* patriae iraſci nefas 15, 7, 1. patria carere, *de exule* 16, 1, 4. *integre*: exul patria caruit 16, 5, 1.

Patrimonium, *poſſeſſiones* 25, 12, 3.

Pati, *pro permittere.* negabat ſe paſſuram 5, 1, 4. quantum facultates patiuntur 25, 8, 4. neque tamen non patiebantur eum ſibi anteponi, *ferebant* 18, 1, 3.

Patiens, *ſc. duritiae & laboris* καρτερικός 15, 3, 2. *quo ſenſu* patientia apud Lacedaem. *ſumma laus dicitur* 7, 11, 4. *v. not. ita* patientia φιλοπονία 18, 1, 3. *Eod. ſenſu videtur haec vox capiend.* 17, 7, 4. *ubi* libidini *vel* luxuriae *opponitur. v. Theſ.* Buchneri.

Patiens μακρόθυμος 15, 7, 1.

Patroclus 14, 2, 2. *v. not.*

* Patruelis. a fratre patruele *Fr.* 3, 1.

Patruus 17, 1, 4

Paucitas, *de exiguo militum numero.* ejus paucitati multitudo hoſtium obeſt 14, 7, 3. ea paucitate percuſſa eſt Lacedaemoniorum potentia 16, 2, 3. *Sic Juſtinus* 20, 3, 4. Locrenſes paucitatem ſuam circumſpicientes omiſſa ſpe victoriae in deſtinatam mortem conſpirant. *Et alibi.*

Paullus *L. Aemilius Coſ.* 23, 13, 1.

Pauperes opulentis iniqui 12, 3, 3. pauper aſpernatur *contemnitur*, Fr. 5, 4.

Paupertas Ariſtidis 3, 3, 2. Phocionis 19, 1, 2. paupertatem facile perpeſſus Epamin. 15, 3, 4.

Pauſa. quae pauſa erit? *quis finis.* Fr. 12, 6. *Eadem voce uſi & alii. vid.* Voſſ. *Etymolog. ling. lat.*

PAUSANIAS *varii moris homo Mardonium fudit* 4, 1, 2. *hinc incivilis inſolentia v.* 3. *quae felicitate augetur c.* 2, 2. *ambit amicitiam Xerxis v.* 3. *&c. ideo multatur v.* 6. *vincula rurſus meretur & effugit c.* 3, 5. *ſuopte indicio deprehenditur* 4, 4. *tot. in Chalcioeco interit c.* 5. *Fit ejus mentio* 3, 2, 3. *rex Laced. dicitur* 8, 3, 1.

Pauſanias *Philippi percuſſor* 21, 2, 1.

Pax bello paritur 15, 5, 4. pax & amicitia, *conjunct.* 14, 8, 5. non fida *v.* 6. *pax mala fide petita* 18, 4, 3. *quomodo facienda* 22, 1, 3. Paci arae factae, 13, 2, 2. *pacis vocabulo ſaepe ſervitus tegitur* 15, 5, 3. pacem conciliare inter aliquos 5, 3, 3. reconciliare 8, 3, 2. ab aliquo petere 18, 4, 3. impetrare *ibid.* conſtituere his legibus 13, 2, 2. inter Traſybulum & eos, qui urbem tenebant, fecit pacem his conditionibus &c. *de Pauſania pacem conciliante* 8, 3, 1. *De ipſis belligerantibus* 10, 5, 6. *uſurpatur.* Vorſt.

Pecunia publica, *de reditib.* 2, 2, 2. ut eſſet pecunia quae Romanis penderetur, 23, 7, 5. pecunia multari 1, 7, 6. 5, 1, 1. depellere inſtans periculum 4, 3, 5. ea pecunia claſſis aedificatur 2, 2, 2. *v. not.* pecunia ſine foenore & ſtipulatione credita 25, 9, 5. *pecunia in bello per certum hominem diſpenſatur* 9, 4, 1. *pecuniae collatio ſublevandis amicis*, 15, 3, 6. pecuniae quinquaginta talenta civibus ſuis donat 9, 4, 5. pecuniae uſus non magnitudine

ſed ratione metiendus 25, 14, 3. pecuniam numeratam accipere, 13, 1, 2. pecunias ex metallis facere 5, 1, 3. imperare alicui 25, 7, 3.

Pecunioſus, *dives* 5, 1, 3. 5, 13, 1. *plenius* Cic. *pro Quinct.* vir copiis rei familiaris locuples & pecunioſus. *Apud Tacitum eſt* pecunioſa ſenecta *ann.* 3, 55, 3. *&* pecunioſa orbitas & ſenecta *ann.* 13, 52, 3.

Pedibus jam non valet propter aetatem 19, 4, 1.

Pedeſter exercitus *peditatus* 10, 6, 3. 18, 4, 3. pedeſtres exercitus, (*opp. claſſiariis adeoque & equitatum comprehendunt. v.* Gronov. *not. ad Liv.* 37, 53. *& Theſ.* Buchneri.) 9, 1, 1. copiae 7, 8, 2. 12, 2, 3. 23, 11, 7. pedeſtria arma 11, 1, 3.

Peditatus 18, 3, 6.

Pediſſequi omnes Attici aut anagnoſtae aut librarii 25, 13, 3. cum nummis 5, 4, 2. *v. de hoc genere ſerv.* Pignor.

Peducaeus *Sextus* 25, 21, 4.

Pelli patria, *in exilium* 3, 1, 3. *mox oppon.* reſtitui in patriam. * pulſus Macedonia, 19, 3, 2.

Pellere adverſarios, *fugare* 23, 11, 7. hoſtem 23, 4, 1. copias adverſariorum 17, 3, 6. arce praeſidium. *depell.* 16, 3, 3.

Pellicere aliquem *ſcil. in ſuas partes* 18, 2, 3.

PELOPIDAS *Theban. per factioſos patria pellitur* 16, 1, 4. *adoleſcentibus undecim ſtipatus inſolito habitu Thebas redit cap.* 2, 5. *magiſtratus vinolentos occidit. cap.* 3, 3. *libertatem reddidit, Cadmeam reſtituit. ibid. altera Thebis perſona fuit c.* 4, 3. *adverſa perpaſſus c.* 5, 1. *cadit in praelio v.* 4. *vir fortis* 15, 7, 3.

Peloponneſus 10, 10, 3. Peloponneſiacum bellum 7, 3, 1.

Pelta, *ſcutum parma brevius* 11, 1, 4. *v.* Alex. ab Alex. 6, 22. *& expreſſas peltarum figuras apud* Pier. *hieroglyph. l.* 42. *it.* Lipſ. *analect. mil.* [illegible] 3, 2. Boecl. *add.* Henr. Steph. *Ind. theſ. Gr. L. col.* 1426. Manutius *in quaeſit. per epiſt. part.* 3. 13, 6. *docet ſimiles fuiſſe cetris.* Heſychio, Suidae, Ammonio & Thomae magiſtro [illegible] *eſt* [illegible] *hauſtum id, ut eorum alia, praeſertim* Ammonii, *e libello nondum, quod ſciam, edito* Ptolemaei Aſcalonitae [illegible]. *Ubi tamen in antiquiſſimis ſchedis* Fr. Lindenbrogii, *quibus olim uſus ſum, legebatur:* [illegible].

Peltaſtae 11, 1, 4. *Sic eos & Statius Theb.* 1, 145. *vocat; Lactantius* peltatos; Livius peltatos 28, 5. & peltaſtas 31, 36. *De iis poſt alios videri etiam* Rigaltius *poteſt* Gloſſar. Tactic. pag. 143.

Penates, *dii domeſtici* 2, 7, 5. *v.* dii.

Pendere alicui pecuniam ex foedere, *numerare* 23, 7, 5. *pendebant veteres monetas, quas nunc numeramus. inde tot vocabula ponderum in re monetaria manſere &c.* Boecl.

Penes hos eſt reſp. 25, 8, 1. ſummum imperium 2, 7, 2. *poteſtatis aut poſſeſſionis aut adminiſtrationis ſignif. habet ea particula.* Boecl.

Penetrare, *ſc. in portum* 12, 4, 2. *intrare, devenire, non ſine difficultate ſcil. & periculo: id enim ſubintellig. in hac voce.* Boecl.

Penitus ſe abdere in Thraciam, *in interiora Thraciae ſe conferre*, 7, 9, 1. *Sic* Tacitus: *penitus abdere ſenſus* 1, 11, 5. Cicero in Catil. *penitus intrare in familiaritatem alicujus.*

Per literas agere 9, 3, 3. ſi per ſe virtus ponderanda ſit, *ſine adſcititio rerum externarum pretio, ſola* 8, 1, 1. per ſuos, *venia & conceſſu ſuorum* 18, 10, 3. per eum honores cepit ille, *illius ope beneficioque* 25, 7, 2. *Sic*: per me nihilo ſecius conficies, quod ſtudes 9, 3, 3. neque per ſenatum hoc efficere potuit 24, 2, 2. *i. e. propter ſenatum obſtantem.* per eum legationes adminiſtrabantur, ab eo, 10, 1, 4.

Peradoleſcentulus, *de Eumene circiter XX. annos nato* 18, 1, 4. *v. not.*

Per-

Peraeque 25, 13, 6. *vulgo vix nota particula, qua Cicero ſaepe utitur, pro, aequaliter vel eodem modo, ut vulgo loquuntur.* Giſan. *obſervat. append.* Boecl.

Peragere propoſitum, *pertendere* 25, 22, 3. peracto ſenatu *finito.* 24, 2, 2. (*Niſi legend.* conſulatu *vel* magiſtratu) 24, 2, 2. peractis ex ſententia reb. 22, 3, 1.

Peragrare, *de exercit.* 18, 8, 2.

Percellere. tali conſilio proditores perculit, *pervertit*, 14, 6, 8. perculſus plaga 18, 5, 1. *v. not.* perculſi pari fortuna 25, 11, 2.

Percipere. Philoſophorum praecepta percepta habuit 25, 17, 3. *v.* habere.

Percuti ſpatio 15, 9, 1. percutitur navis roſtro 12, 4, 2. percuſſa eſt potentia, *convulſa* 16, 2, 3. percuſſus *pro percuſſione.* Fr. 7, 8.

Perdere aliquem 18, 10, 2. *vulgo* prodere. *v. not.* equos militares, *corrumpere ib.* 5, 4. omnia, *licentia ſcil. & ferocia infeſtum omnibus eſſe, omniaque pervertere* 18, 8, 2.

Perdiccas *Amyntae & Euridices filius* 11, 3, 2.

Perdiccas, *inter amicos Alex. M.* 18, 2, 1.

Perdita luxuria, *extrema* 10, 6, 2. *intenditur vituperium probroſe.* perdita impiaque conſilia *Fr.* 5, 7. *Transfertur heic epitheton ad ea, quae ſunt in homine, quemadmodum & alibi familia v. g.* demens, impius, ſceleratus *eodem transferri ſolent. Proprie enim de ipſis hominibus ita omnia dicuntur.* Voſſ.

Perducere aliquem aliquo 18, 2, 5. *paullo ante:* perſuadere alicui, ut *ibid. Sic:* eo perductus eſt, ut mallet 22, 4, 3. perducere rem eo, ut 10, 5, 6. *ſic:* eo res utrorumque perduxit, ut 15, 8, 4. perducere aliquem ad voluntatem ſuam talentis quinque 15, 4, 1. aliquem ad aliquam dignitatem, *provehere* 19, 1, 4. aliquem magna ambitione Syracuſas 10, 2, 2. perduci ad ſocietatem periculi 10, 5, 3. perduci in proelium dolo 23, 5, 3. *ſic vulgo; nos edidimus* produci. *v. not.*

Peregrinatio, *alio demigratio* 25, 2, 3.

Perexiguus 18, 9, 3.

Perferre epiſtolam 4, 4, 1. perfertur fama de ejus adventu 2, 2, 6. perfertur de his ad illos 6, 4, 1. perferre laborem, *tolerare* 7, 1, 4. poenam 3, 1, 5.

Perficere conata 10, 8, 5. perfecit, ut auxilio ſociorum Lacedaemonii privarentur, *effecit, ut* 15, 6, 4. ad ea perficienda, quae pollicetur 4, 2, 5.

Perfectrix beatae vitae philoſophia, *Fr.* 5, 1.

Perfidia Lyſandri 6, 2, 1. veteranorum 18, 10, 2.

Perfuga, *transfuga* 14, 6, 4.

Perfugit eodem (Corinthum ſcil.) Heraclides 10, 5, 1. *niſi forte* profugit *legend. v. Addenda ad not. h. l.*

Perfunctus multis variisque laboribus 23, 13, 1.

Pergamenus rex Eumenes 23, 10, 2. Pergamenae naves 23. 11, 5.

Pericles 7, 2, 1. *Vitricus Alcibiadis. vide in not.*

Periculum, *ſingul. ſignific. de libello ſeu ſcripto judicis* 15, 8, 2. *v. not.*

Periculum eſt, ne detur, premerentur, faciant 7, 8, 5. 2, 3, 3. 18, 8, 2. periculi nihil ab illo eſt 10, 8, 5. periculum capitis adire 13, 4, 3. in periculum aliquod incidere 25, 10, 4. periculo ancipiti premi 2, 3, 3. periculo magno eſſe ἐπικινδύνως (*v.* eſſe) 14, 5, 3. 23, 9, 2. *plene:* magno in periculo eſſe 25, 10, 1. ſummo in periculo eſſe *ibid.* 10, 2. in omnibus alicujus periculis alicui ſingularem fidem praebere 25, 4, 4. pericula, *de laboribus belli, pugnae, de praeliis* 26, 4, 3. pericula, *de iis, quae quis in judiciis* ſubit 19, 2, 3. *Cicero de Archia* judicia *&* pericula conjungit: ejusmodi perſona, quae propter otium ac ſtudium minime tractata eſt.

Periluſtre hoc fuit, *clariſſime apparuit* 25, 12, 3.

Perinthus, urbs Thraciae in ora Propontidis, Samiorum colonia 7, 7, 4. Sic Longolius, Lambinus, Savaro, aliique. Nos cum Ortelio repoſuimus Pactye. v. not.

Perire morbo 21, 3, 3.

Peritus belli 15, 3, 1. 21, 2, 2. rei militaris 13, 1, 1. civitatis regendae, ibid. regionum 14, 8, 4. reip. πολιτικός 24, 3, 1. peritiſſimus navalis belli 2, 2. 3.

Perjurium 18, 13, 1. deos hominesque alienat. 17, 2, 5.

Permittere rem arbitrio alicujus, committere 22, 1, 3. Sic Sulp. Sever. 1, 37. permittere alicui ſummam rerum.

Permoveri tumultu 1, 4, 3.

Pernicies. ad perniciem alicujus impelli de aliquo interficiendo cogitare 14, 5, 5. Sulpicius Severus dixit: in perniciem alicujus ferri. lib. 1. c. 20. & : exitium alicujus moliri ibid. c. 25. Sic: ad perniciem alicujus aliquid cogitare 14, 6, 8. in pernicie alicujus ſalutem patriae ſitam putare 15, 9, 1. in pernicie alicujus poſitam ſpem habere victoriae 18, 11, 2. & alibi. ad perniciem civitatis conferre ſc. aliquid 15, 7, 5. oppon. ad conſervandam rempubl. ibid.

Pernicioſus. pernicioſiſſimum fore videbat, ſi &c. 17, 6, 2.

Pernoctare cum aliquo 7, 2, 2.

Perorare de aliqua re 15, 6, 3. & 19, 4, 2. ubi mox: cauſſam dicere. perorare defenſionem pro aliquo Fr. 4, 2.

Perperna M. Cenſorinus 24, 1, 1. (al. Perpenna v. not.)

Perpellere. quis perpulit, ut id committeres, quod &c. Fr. 3, 5.

Perpeti aliquid 4, 3, 2. alibi: aequo animo aliquid ferre 25, 1, 3. perpeti indigna 19, 4, 3. paupertatem facile 15, 3, 4.

Perpetua dominatio, continua 1, 8, 3. perpetua oratio, continua 15, 5, 1. oppon. brevitas reſpondendi ib. perpetua vita, tota 24, 1, 3. perpetua naturalis bonitas, quae nullis caſibus neque augetur, neque minuitur 25, 9, 1. perpetuum imperium 1, 3, 1. 21, 2, 2.

Perpetuo imperium obtinere 1, 2, 3. perpetuo a majorib. acceptam equeſtrem obtinere dignitatem 25, 1, 1.

Perpudeſcit. quando perpudeſcet miſcenda atque perturbanda republ. Fr. 12, 6. v. not.

Perſae fuſi 1, 5, 5. venatibus & luxuriae dediti 7, 11, 5. Perſarum dominatio 1, 3, 4. Perſarum nemo illo fuit manu fortior, de Artaxerxe Longimano 21, 1, 4. in Perſas proficiſci, in Perſiam, (gens ſc. pro regione poſita. vid. gens) 16, 4, 3. 17, 4, 1.

Perſis 2, 10, 1. Perſidis regio 18, 8, 1.

Perſcripta alicui mittere aliqua 14, 5, 3.

Perſequi in ſignific. hoſtilit. perſequi aliquem, conari e medio tollere 7, 10, 1. aliquem bello 1, 7, 1. 9, 4, 1. 14, 2, 1. 16, 5, 2. hoſtem armis 22, 1, 4. perſequi, pro, narrare, commemorare, perſequi plura magnitudo voluminis prohibet praef. 8. perſequi omnia & non neceſſaria 25, 11, 3. reliqua bella pari modo (i. e. aeque capitulatim, atque &c.) perſequi 24, 3, 4. de vita & moribus alicujus plura perſequi ibid. 3, 5. Sic Cic. 2. offic. commodiſſime eas res perſecutus eſt Xenophon Ead. ratione ſimplici ſequi uſos veteres, docet Buchn. in Theſ.

Perſeverare de conſtantia conficiendi belli 14, 2, 5. perſevero bellare 2, 5, 1. ne ſinat Jupiter, te ea perſeverare, Fr. 12, 9.

Perſona. abeſt id a principis perſona, non decet principem 13, 3, 2. perſonis ſummorum virorum non ſatis dignum, conditione & loco eorum, praef. 1. perſona: ſignificanter, pro viro, cui adminiſtrationes publicae innituntur 16, 4, 3. ſumta eſt metaph. a perſonis ſcenicis v. Buchn. Theſ. Sic Cicero acad. quaeſt. 2. qui ſermonibus ejuſmodi nolunt perſonas tam graves

ves

Digitized by Google

ves illigari, *i. e. tam claros Viros.*

Perſuadere, *eſt in opinionem adducere, ſive verbis id fiat, ſive factis. Iſta ſignificatio eſt in ſequentibus*: id ei perſuaſit 2, 5, 2. perſuaſit conſilium eſſe Apollinis, ut in naves *&c. ibid.* 2, 7. perſuaſit ei finem facere tyrannidis, *quo faceret* 10, 3, 3. ut militib. perſuaderet, ſe proficiſci, *quod proficiſceretur* 18, 3, 5. multis magnis pollicitationibus ei perſuadere ſtuduit, ut *&c. ibid.* 2, 4. *Haec in aliis*: perſuaſum erat populo accidiſſe &c. 7, 6, 2. haec diu faciendo perſuaſit homini ſuſcepiſſe ſe &c. 14, 10, 3.

Pertaeſum eſt eum ſuſcepti negotii 25, 15, 2.

Perterreri timore 10, 8, 4.

Pertimeſcere, ne *&c.* 7, 5, 1. de ſalute 15, 7, 1.

Pertinacia, *non recedentis ſc. a ſententia* 22, 1, 6.

Pertinere. pertinet ad rempublicam *reſpicit, refertur* 7, 3, 3. ad religionem, ad conjurationem *ſignific. finalis cauſae* 7, 3, 5. ad ſanandum me 25, 21, 5. ad uſum athletarum, ad belli utilitatem 15, 2, 4. ad rem declarandam 15, 1, 3. ad irridendum eum 23, 11, 2. quae ad victum pertinent, 8, 2, 6.

Perturbatus eo venit 4, 4, 5. tanto magis perturbatus orare coepit *ib.* 4, 6. perturbata eſt civitas tumultu Cinnano 25, 2, 2. plerique omnes perturbati admirabantur 18, 12, 1.

Pervehi in Italiam 7, 4, 4. pervectus Gades usque *Fr.* 7, 4.

Pervenire ad principatum 5, 2, 1. ad deſperationem 22, 2, 3. ad incolumitatem 25, 10, 6. in amicitiam alicujus 7, 5, 3. in affinitatem alicujus 25, 19, 2. in familiaritatem intimam 18, 1, 4. in odium alicujus 6. 1, 3. 19, 2, 1. in tutum 12, 4, 3. in tutelam ſuam 18, 2. 2. *v. tutela.* pervenit ad illum haec pecunia, *illi data eſt* 15, 4, 5. pervenit ad regem ejus facti fama 14, 3, 1. de re male geſta fama ad illos pervenit *ibid.* 6. 1. pervenit ad aures magiſtratuum, exules in in urbem deveniſſe 16, 3, 1. Sic. pervenerunt ejus conſilia ad regis aures 1, 3, 6. *vide de hac poſtrema locutione Cl.* Vorſtium. *lib. de Latinit. falſo ſuſp. cap.* 13.

Pervertere civitatem, *evertere* 6, 2, 2. mores vetuſtos, *corrumpere* 22, 3, 3.

Pervulgata ſunt nomina eorum, *publice & vulgo nota celebrataque* 15, 8, 1.

Petere aditum conveniendi 4, 3, 3. amicitiam alicujus 2, 9, 4. auxilium ab aliquo 1, 4, 3. auxilia ab aliquo 22, 2, 3. colloquium alicujus 14, 10, 3. aliquem ducem 11, 2, 4. honores 25, 6, 2. pacem 7, 5, 5. ſocietatem alicujus demigrationis 1, 1, 2. petere ſalutem fuga, *quaerere ſibi* 23, 11, 4. petere caſtra, naves, *in caſtra ſe conferre &c.* 1, 5, 5. regionem 23, 4, 2. peti, *ſc. bello.* Athenienſes peti dicebantur, 2, 2, 6. *Sic.* peti ſe ſenſit, *ſibi parari hoc exitium &c.* 23. 12, 5.

Petulans homo, *immodeſtus, procax.* 20. 5, 2.

Peuceſtes, *corporis cuſtos Alex.* 18, 7, 1.

Phalanx 12, 1, 2. Alex. Magni 18, 8, 2. Laconum 16, 4, 2. Macedonum 18, 7, 1. *vide deſcriptum hoc militum agmen* ap. Curt. 3, 2, 13. *& quae ibidem* Freinshemius *notavit. adde* Freder. Gronov. *lib.* 3. *cap.* 6. *quo loco* morae *vocem Ciceroni reſtituit, &* Turneb. *lib.* 9. *cap.* 7.

Phalereus portus 2, 6, 1. *Unus e tribus Athenienſium, & antiquiſſimus & breviſſimo ab urbe ſpatio remotus. vid.* Ubb. Emm. *vet. gr. tom.* 1. *lib.* 3.

Pharnabazus 7, 10, 1. ſatrapes regius 6, 4, 1. ſatrapes Ioniae & Lydiae 9, 2, 2. Pharnabazus *dux belli Aegypt. deſtinatus* 14, 3, 5.

Phidias 25, 3, 2. *Niſi ex Ernſtiano Cod. Mſſ.* Plinius *legend. not.*

Pherae, colonia Lacedaemoniorum 9, 1, 1. *v. not.*

Philenius, *Hiſtoricus graecus* 23, 13, 3.

ſed leg. Silenus. *v. not.*

Philippides, *curſor ejus generis, qui hemerodromae vocantur*, 1, 4, 3. *alii* Phidippus *vel* Phidippides *malunt. v. not.*

Philippenſe proelium, *quo Auguſtus ſc. Brutum & Caſſium devicit.* 25, 11, 2. *ſic dicitur, quod prope Philippos Theſſaliae urbem commiſſum ſit.*

Philippus *Alex. pater* 11, 3, 2. *idem* Amyntae filius *vocatur* 18, 1, 4. 21, 2, 1. *idem* Philippus rex 19, 3, 3. Macedo multa moliebatur *ſc. dominationis conſilia &c.* 13, 3, 1. a Pauſania occiditur 21, 2, 1.

Philiſtus, *hiſtoricus, Syracuſas reducitur* 10, 3, 2. tyrannidi amicus. *ibid. vid. not. Plato epiſt.* 3. Philiſtiden *vocat.*

Philocles, Praetor *Athenienſium* 7, 8, 1.

Philoſophiae praeceptor 15, 2, 2. ſtudium 25, 12, 3. philoſophia non ad oſtentationem, ſed ad vitam agendam utendum 25, 17, 3. *Multus in hoc argumento* Seneca: *vid. ep.* 20, 10, 8. *&c. Philoſophi plerumque male vivunt* Fr. 5, 1.

Philoſtratus, *Dionis frater* 10, 9, 2. *ſic edidimus ex optimis Mſſ. vulgo autem erat* Philocrates *vel* Philocratus *v. not.*

PHOCION *Athenienſis* Bonus *cognom.* 19, 1, 1. *paupertate memorabilis v.* 2. *ejus dictum, ſuper ea v.* 3. *Demadis conſiliis mixtus Demoſthenem pellit c.* 2, 2. *Piraeeum ſecuritate ſua prodidit v.* 4. *capitis damnatus a populo c.* 3, 2. *cauſam dicit ap. Philipp. v.* 3. *Athenas reductus damnatur c.* 4, 2. *ejus dictum v.* 3. *a ſervis ſepultus eſt v.* 4.

Phoebidas *Lacedaemonius* 10, 1, 2.

Phoenicum ducentarum navium claſſis devicta 5, 2, 2.

Phryges 14, 8, 2.

Phrygia 7, 9, 3. 14, 2, 5.

Phyle caſtellum Atticae 8, 2, 1. *v. not.*

Pietas *de affectu in neceſſitudines* 25, 17, 2. *ita notat affectum matri debitum* 21. 1, 4. [*v. not.*] *obſequium & reverentiam in avunculum* 25, 5, 1. pietas laeſa, *ſc. quae debetur fratri* 20, 1, 5. *unde qui violavit, mox* impius *dicitur. Eadem voce obſequium in patriam notatur* 17, 4, 2.

Pila lapidea, *in qua inciſa devotio* Alcibiadis 7, 4, 5. *Ex more ſcil. infamiae conſciſcendae uſurpato: unde* στηλίτης *&* στηλιτευτικός. Lamb. Plures tn. pilas, non unam fuiſſe Noſter ib. 6. 5. teſtatur.

Piraeei portus triplex *Themiſtoclis conſilio conſtituitur ſ. munitur* 2, 6, 1. *Piraeeo potitur Nicanor* 19, 2, 5. *in Pyraeeum univerſa civitas Athen. obviam deſcendit Alcibiadi ejusque collegis* 7, 6, 1. *in Pyraeeum tranſit Thraſyb.* 8, 2, 5.

Piſander 7, 5, 3.

Piſidae, *populi juxta montem Taurum habitantes* 14, 8, 2.

Piſiſtrati tyrannis 1, 8, 1. *vid. not.*

Pittacus 8, 4, 2. *e ſept. ſap.*

Placare aliquem, *reconciliare* 4, 5, 1. placari animo in quem 16, 5, 2. placati animi civium, *alibi*: benevoli 11, 3, 3. *ita* Tac. 1. *H.* 31, 7.

Placet dimicari in terra, *de conſilio & ſententia* 2, 3, 1.

Plaga *pro calamitate* 18, 5, 1. plagae, *vulnera* 18, 4, 2.

Plataeeae urbs Boeotiae, apud quam cum univerſo exercitu ſuo Macedonius Perſa caeſus eſt 4, 1, 2. *in quibusdam Mſſ. eſt* Plataeae. Graec. πλαταιαὶ & πλαταιὰ *utroque numero v.* Steph. *de Urb.*

Plataeenſes 1, 5, 1. Plataeenſe proelium, *apud Plat. commiſſ.* 3, 2, 1.

Plato *Tarentum venit* 10, 2, 2. *a Dionyſio patre Syracuſas perducitur, ibid. rurſum a filio precib. Dionis ut antea Athenis arceſſitur* 10, 3, 1. *perſuadet, tyrannidis finem facere v.* 3. *a patre Dionyſio venundari juſſus* 10, 2, 3.

Plebiſcitum, *quod plebs ſciſcit, jubet*, ψήφισμα δήμου 3, 1, 5. 7, 5, 4. 15, 7, 4. 19, 2, 2. *ſic in omnibus his locis vulgo; Nos tamen ſemper repoſuimus* populiſcitum. *v. not.*

Plecti, *puniri* 1, 8, 4. plecti in re

ple-

Digitized by Google

aliqua, *ſignif. paulò latinè, poenas dare erroris admiſſi, reprehendendi ob neglectum officium* 25, 11, 6.
Plenus conſilii 4, 1, 2. 7, 1, 2.
Plerique omnes, *maxima pars, non omnes*, 18, 12, 1. *Eſt Atticum loquendi genus. v.* Gell. *Noct. Attic.* 8, 12. Priſcian. *lib.* 18. Donat. *ad Ter. Andr.* 1, 1, 28. *&* Serv. *ad* 1. *Aen. Adde not. ad illum loc.* pleraque moderatae ſapientisque vitae Timothei teſtimonia 13, 4, 2. *mox oppon.* unum *ibid.*
Plumbo completae amphorae 23, 9, 3.
Plus valere, quam *&c.* 8, 1, 4. non plus habuit ſecum, quam triginta, *non plures ibid.* 2, 1. pluris eſſe 15, 10, 4. fieri 14, 5, 2. *locut. ellipt. v. ſup.* eſſe. pluribus verbis aliquid commemorare, *multis* 25, 21, 5. plura perſequi magnitudo voluminis prohibet *praef.* 8. *Annotabam antehac ad iſta verba, eſſe in Boecleri Mſc.* ſed haec plura perſequi m. v. p. *idque ſi in textum reciperetur*, plura *exponi debere* prolixe, pluribus (*ſc. verbis.*) *Neque nunc muto mentem. Eſt magis, quod mirer, quomodo illud adeo non capere hoc loco Vir Clariſſimus potuerit, ut ſcripſerit, non congruere meam expoſitionem iſti Nepotis loco, qui eſt* 24. 3, 5. hujus de vita & moribus plura in eo libro perſecuti ſumus. *Ubi τὰ* plura *non poteſt non a Verbo regi.* Plurima mala omnium Grajorum in domum tuam intuli 2, 9, 2. plurima fortuna vindicat 8, 1, 4. plurimum aberat Athenis Chabrias, *ſaepiſſime, plerumque, maximam partem* 12. 3, 3. Terent. *Phor.* 1, 4, 17. domum ire pergam: ibi plurimum eſt. *ubi Donat.* plurimum, *τὸ πλεῖστον. Subint. vero* tempus.
Poecile, *ποικίλη*, 1, 6, 3. *Porticus Athenienſis a varietate picturarum ſic dicta, quae ibi poſitae; quas recenſet* Pauſan. *Atticis. vid.* Rutgerſ. *var. lect.* 5, 1. *add.* Meurſ. *Attic. lect.* 6, 17. *& Athen. Att.* 1, 5.
Poena. legis poenam ſubire, *lege conſtitutam* 15, 8, 2. poenam legitimam decem annorum non perferre, *in patriam reſtitui ante legitimum Oſtraciſmi tempus* 3, 1, 5. poena liberari, *exilio decem annorum ibid.* 2, 1.
Poenitet populum judicii ſui 13, 4, 1. celerius Athenienſes, quam Cimonem poenituit ejus facti, i. e. *ejus exilii, quo multatus Cimon erat.* 5, 3, 2. *vid.* not.
Poenus, *per Antonomaſiam pro Hannibale* 23, 10, 1. *vid. ſupr.* Laco. Poeni *pro Karthag.* 22, 2, 3. 23, 7, 7. Poenicum bellum primum 22, 1, 1. 24, 3, 3. Poenicum bellum ſecundum *unde* 22, 4, 3. poenicum *enim reſcripſimus pro* Punicum. *vid. not.*
Poëmatis clarus *Fr.* 1, 3.
Poëta elegantiſſimus 25, 12, 4. poëtarum interpretes proprie Grammatici appellandi *Fr.* 6, 3.
Poëticae quaeſtiones Attico propoſitae 25, 20, 2. *Quae cujuſmodi fuerint, docet* Jo. Wowerius de Polymath. 10, 12.
Poëtices ſuavitas 25, 18, 5. poëticen attingere *ibid.*
Polliceri liberaliter, *prompte, prolixe, ample* 6, 4, 2. polliceri quod praeſtare non poſſis levitatis eſt 25, 15, 1.
Pollicitationes multae magnae 18, 2, 4.
Polybius, *Hiſtoricus* 23, 13, 1.
Polymnus. *Epaminondae pater* 15, 1, 1.
Polyſperchon Caſſandrum Macedonia pellit 19, 3, 1.
Pompa funeris 25. 22, 4.
Pompejum qui & cur ſecuti 25, 7, 2. *Cn. Pompeji M. res geſtas ſcripſit L. Otacilius.* Fr. 6, 2.
Pŏnderare, *conſiderare* 8, 1, 1.
Pondus *ſcil. armaturae* 11, 1, 4. magnum auri 15, 4, 1.
Ponere caſtra 14, 11, 4. caſtra in quibuſdam locis *ibid.* 6, 2. caſtra in campo adverſus aliquem 23, 5, 4. ponere alicubi praeſidium perpetuum 7, 4, 7. aliquid in publico *ibid.* 4, 5. pecuniam in aerario 23,

7, 5.

Digitized by Google

7, 5. hortis cuſtodem fructus ſervandi gratia 5, 4, 1. *ſic Schoppius e vet. libri. v. not.* ſtatuam alicui 25, 8, 2. tropaeum, quo loco pugnatum eſt 14, 8, 3. tripodem aureum ex praeda alicui *ſc. doni cauſa* 4, 1, 1. *Eſt hujuſmodi dedicatio inter ſolennia.* prima ejus imago ponebatur, in decem praetorum numero *de Miltiade* 1, 6, 3. ponere, *pro conſtituere, exiſtimare, habere, numerare.* ponere aliquem primum omnium 8, 1, 1. aliquem principem in bello 23, 2, 6. ponuntur haec infamia, humilia *&c. praef.* 5. non ei par quiſquam in civitate ponitur 7, 3, 5. illorum moribus ſumma virtus in patientia ponitur *ibid.* 11, 4. apud quoſcunque eſt princeps ponitur *ibid.* 11, 6. hoc in vitiis ponitur 15, 1, 2. in eisque *ſc. maledictis* hoc poſuit, *inter alia hoc uſurpavit ibid.* 6, 1. Adde Vorſt. ad Val. Max. 4, 4, 1. *At vitam ponere*, 4, 5, 5. *dicitur ut* ponere calamum, *i. e. deponere vid. not.*

Poſitam ſpem victoriae in alicuj. pernicie habere 18, 11, 2.

Pons in Iſtro factus 1, 3, 1. pontis cuſtodes 1, 3, 1. pontem facere, diſſolvere 2, 5, 1. reſcindere 1, 3, 4.

Pontus 23, 10, 1.

Populus jubet, *de populi decreto & lege, formula* δημοκρατικῶς 15, 7, 5. urbanus populus *oppon.* exercit. 5, 2, 3. populus largitione magiſtratuum corruptus 1, 6, 4. populus *ſuſpicioſe libertati ſuae timet* 7, 3, 3. populus acer, ſuſpicax, mobilis, adverſarius, invidus etiam potentiae 13, 3, 5. *locus memorabilis in ingenio multitudinis, quem illuſtrare poteſt* Lipſ. *polit.* 4, 5. populi *mobilitas notata* 7, 6, 4. populus *timet potentiam cl. viror.* 1, 8, 1. & 4. populi cauſſam agere, *de factione democratica* 19, 3, 1. populi potentiae non amicus 7, 5, 3.

Populares, *qui populo ſtudent* 19, 3, 1. *δημοκρατικοὶ*, quos *Plutarchus in Arato* φιλοπόλιδας vocat.

Populiſcitum, *decretum populi*, ψήφισμα 3, 1, 5. 7, 5, 4. 15, 7, 4. & 19, 2, 2. *v. not. id* 3, 1, 5.

Porrigere. non ſuppetebat, quo manus porrigeret, niſi amicorum poſſeſſiones, *non erat, unde raperet, &c.* 10, 7, 2. *v. not.* Seneca epiſt. 55. *cum tempeſtas piſcatoribus dedit ferias, manus ad parata porrigitur.*

Portae Ciliciae, *clauſtra, aditus*, 14, 7, 2. *Graec.* πύλαι. Curtius 3, 4, 2. *Pylas incolae dicunt; arctiſſimas fauces, munimenta quae manu ponimus, naturali ſitu imitante.*

Portare ſecum, *auferre* 23, 9, 4. *ubi tamen Nos* ducere *repoſuimus. v. not.* quae regi portarentur, *adveherentur* 14, 4, 2. portari vehiculo 19, 4, 1.

Porticus, *quae Poecile vocatur* 1, 6, 3.

Portus *Athen. deſcribitur* 2, 6, 1. Menelai 17, 8, 6. portum intrare 12, 4, 2.

Poſcere. cum tempus poſceret 7, 1, 3.

Poſſe multum auctoritate apud aliquem, *valere* &c. 10, 3, 3. *ſic*: poſſe plurimum in civitate 8, 3, 2. *quomodo &* Cicero *paſſim.* non poterat id pati 7, 9, 4. quod facere poſſent, *liceret illis* 2, 7, 4. non potuerunt corrumpi, *non ſunt paſſi ſe corrumpi* 6, 3, 3.

Poſſidere. ne eſſent loca munita, quae hoſtes poſſiderent, *occuparent* 2, 6, 2.

Poſſeſſio Siciliae, *imperium quod ibi obtinetur* 20, 2, 4. tenere poſſeſſionem Siciliae. *ibid.* poſſeſſiones, amicorum, *bona* 10, 7, 1. poſſeſſiones Africanae 25, 12, 4. Epiroticae, urbanae 25, 14, 3. pretioſae 25, 12, 3. vacuefactae bello 20, 8, 2. poſſeſſiones ſuas augere 25, 12, 2.

Poſt bellum Peloponneſium *ſc. finitum, confectum* 16, 1, 3. *ſic*: poſt Athenas devictas *ibid.* poſt calamitatem *ſc. acceptam* 25, 9, 5. i. e.

poſt.

Digitized by Google

poſtquam in calamitatem incidit, & fortuna uti coepit adverſa. Sic Juſtinus 8, 1, 6. prorſus quaſi poſt arma & bellum locum legibus reliquiſſent. *Idem* 1, 6, 12. ingens poſt neceſſitatem pugnandi animus exercitui ejus acceſſit. *Vorſt.* poſt hominum memoriam 2, 5, 3. 3, 1, 2. 21, 1, 2. poſt annum quintum, quo expulſus erat 5, 3, 3. poſt annum quartum quam 3, 3, 3. & 10, 10, 3. *ſic:* poſt diem tertium quam 10, 5, 3. poſt hanc rem geſtam non ita multis diebus 23, 5, 3. poſt id factum nunquam 16, 5, 2. poſt non multo 4, 3, 1. poſt neque ita multo 5, 3, 4. neque multo poſt 25, 8, 5. neque ita multo poſt 16, 2, 4. & 21, 3, 4. poſt aliquanto 7, 11, 1. Juſtinus 11, 10, 14. *non magno poſt tempore per proditionem capiuntur.* Deinde poſt, *ut* poſt deinde *ap. Ter.* 18, 5, 5. *v. not.*

Poſteaquam 1, 6, 4. 25, 2, 2. *&* 10, 4, 3. ſexto anno poſtquam erat expulſus 3, 1, 5. *ſic in quibuſd. Codd. v.* not. nono anno poſtquam 22, 4, 2. *ſic:* anno tertio poſtquam 23, 8, 1.

Poſtera nox 18, 9, 4. poſtero die 1, 5, 2. *&* 14, 3, 1. *ſic quoque* Cicer. *ſaepius*, Columell. 6, 14. *&* 12, 25. Liv. 23, 19. *&c.* poſtero anno *Varro de R. R.* 1, 40. poſtero tempore 3, 3, 1.

Poſterius, *poſtea* 4, 5. 5.

Poſtulare fidem, *jusjur.* 23, 2, 4. poſtulare, ut tradant urbem incolae, 1, 12, 4. *confer* 1, 1, 4. poſtulo id a te fieri 23, 12, 3. poſtulabat ſe imperare non parere ducibus 18, 8, 2. *Plene, pro*, poſtulabat imperare, *quemadmodum* Noſter 4, 2, 3. *Se tecum affinitate conjungi cupit.* Idem 13, 4, 3. *malebat ſe capitis periculum adire.* Et 15, 4, 5. *Se deduci volebat.* Vorſt. *Ceterum eſt in iſto loco* poſtulare *idem ac* cupere, *ut apud Plaut. Men.* 2, 3, 88. qui me hero poſtulem moderari. *v. Theſ. Buchneri*, poſtulata facere, *de conſilio dato* 7, 8, 4. poſtulare veniam gratiamque malae exiſtimationis, *deprecari malam exiſtimationem, ſequiora judicia* Fr. 3, 4.

Potens, *magnus in civitate*, alias: *qui multum poteſt* 17, 1, 5. Athenis 12, 3, 4. potens, *florens* 25, 8, 6. potentiſſimus omnium tyrannus 13, 4, 2. rex 23, 2, 1.

Potentia civium *Athenienſium formidabilis* 1, 8, 1. Lacedaemoniorum percuſſa paucitate *ſc. armatorum* 16, 2, 3. ſingularis, *μοναρχία, imperium unius* 10, 9, 5. *potentiae aemulatio* 2, 6, 2, & 3. 2, 7, 6. potentiae invidus populus 13, 3, 5. potentia adminiſtratur reſpubl. *oppon.* jure *adminiſtr.* 24, 2, 2.

Poteſtas *imperium, praefectura* 9, 1, 1. *magiſtrat. cenſura* 24, 2, 3. poteſtas regia 6, 3, 5. poteſtas omnium rerum, *ſumma imperii* 6, 1, 5. poteſtates ſummae 16, 1, 14. 19, 1, 2. *de magiſtratibus.* in poteſtatem redigere 16, 5, 1. *alibi:* ſub poteſtatem redig. 1, 2, 5. 4, 2, 4. venire 14, 3, 4. omnia in ſua poteſtate eſſe vult 10, 6, 4. *periphraſis ſubeſt dominationis.* in poteſtate ſua tenere populum; *non imperio ſcil. ſed auctoritate apud populum benevolum plurimum poſſe* 5, 2, 1. in ſua poteſtate non ſunt, qui ſe civilibus fluctibus committunt, *non ſunt ſui arbitrii* 25, 6, 1. oppon. *libertati actionum & conſiliorum.* poteſtatem ſui facere, *offerre ſe pugnae &c.* 17, 3, 6. *ſiſtere ſe, de praeſentia &c. opp. fugae & demigrationi*, 23, 9, 1. poteſtas ei facta manendi, *facultas data &c.* 25, 11, 1. poteſtatem habere cujusvis conditionis 25, 12, 1. *de eo, cujus matrimonium & affinitas ubique optata &c.*

Potiri, *cum caſu generandi.* totius ejus partis Siciliae potitus eſt 10, 5, 5. potiri claſſis hoſtium 6, 1. 4, imperii 17, 2, 1. rerum *v.* res 25. 9, 6. ſummi Imperii 18, 7, 1. urbis 20, 2, 1. *v.* Voſſ. *de conſtruct. cap.* 31. potiri *cum quarto caſu.* potiri ſummam imperii, *ceteris imperare* 18,

18, 3, 4. *v. not.* potiri *cum ſexto.* oppido potiri 1, 7, 3. praeda 5, 2, 4. 17, 3, 5. regione 1, 2, 1.

Potius. cur non in praelio cecidiſti potius, quam venires &c. *quam ut venires* 18, 11, 4. poſtulabat, ut potius de praeſenti quaeſtio haberetur, quam abſens accuſaretur 7, 4, 1. potius patriae opes augeri quam regis maluit 9, 5, 2. potiſſimum. quo potiſſimum duce uterentur 1, 1, 2. non videbant quid potiſſimum vitarent, 23, 11, 6. *egit diis gratias*, quod ſe potiſſimum eſſe ducem voluiſſent 20, 4, 3. quod in ea potiſſimum urbe natus eſt 25, 3, 3. potiſſimum ejus diligebat affinitatem *ib.* 12, 1.

Prae illo omnes parvi futuros videbant, *notatur ſententia* 18, 10, 4.

Praebere alicui fidem, *praeſtare* 25, 4, 4. alicui ſuſpicionem inſidiarum, *facere ut ſuſpicetur inſidias* 14, 10, 3. alicui panem 2, 10, 3. praebet haec res ſuſpicionem talis hominis, *facit ut talis ſuſpectetur* 17, 8, 2. praebere ſe talem imperatorem, ut *gerere* 17, 6, 1. praebuit ſe pari diligentia in eo magiſtratu ac fuerat in bello 23, 7, 5. pari ſe virtute poſtea praebuit; *ſc. ac ſe praebuerat in bello adverſus Caduſios geſto* 14, 2, 1.

Praecipere *de reſponſo oraculi* 1, 1, 3, praecipere lectoribus *de admonitione ſtudioſius facta* 15, 1, 1. praecipere in ſchola de pudore & continentia argutiſſime, *de philoſophis* Fr. 5, 1. praecipere, *docere; monſtrare quid faciendum ſit*, 4, 4, 4. *proprie magiſtrorum verbum eſt. vid. theſ.* Buchneri. *Interdum & de inferioribus uſurpatur, eſtque idem ac ſuadere, monere, ſuggerere ſine ulla jubendi auctoritate; ut 2, 6, 5. ſic Alexander ap. Curt. 4, 13, 8.* furum iſta ſolertia eſt, quam praecipitis mihi.

Praeceptum curare diligenter, *rem mandatam, praeſcriptam* 18, 9, 5. Diod. ποιεῖν τὸ προσταχθὲν. Virgil. Aen. 9, 45. *praecepta faceſſere.* illa fieri praecepto ſuo, 10, 8, 4. *ſic:* Hannibalis praecepto, *juſſu* 23, 11, 4. praeceptum illud in animis omnium debet eſſe, *de monito, ſententia, dicto vulgari* 8, 2, 3. praecepta philoſophorum 25, 17, 3. praecepta beneficia, προειληφότα, *ante accepta* 25, 1, 5. *ſaepe ita hoc verbo uſus* Curtius. *v. Ind.* Freinsh.

Praecipuus ei honos habitus eſt, ἐξαίρετος, *ſingularis* 9, 1, 1. *ſic:* praecipua laude fertur gubernator, qui &c. 25, 10, 6. praecipuam habet laudem ampliſſimae pulcherrimaeque corporis formae, *i. e. potiſſimum laudatur ob formam corporis &c.* 21, 1, 4. praecipuo periculo ſuo muros reſtituit, *ita ut ipſe potiſſimum periclitaretur* 2, 6, 2. praecipua fide fuit ea civitas erga Athenienſes, *i. e. majore, quam reliquae civitates* 6, 2, 2. *Nam recte h. l. obſervat Cl. Verſtius* praecipua *caſus ſexti vocem eſſe, contra quam Boeclero videbatur; etſi latine dici quoque poſſit* fide praecipuus, *ad eundem modum, quo Florus* 3. 1, 2. *Jugurtham* regem fraude praecipuum *vocat, & Vellejus* 2, 29, 3. *Cn. Pompejum* ſanctitate praecipuum. *Huic rei indicio eſt, quod Noſter alibi* praecipuam laudem; praecipuam fidem; praecipuum periculum &c. *dicit, & de cetero ſubſtantivum verbum ſaepiſſime cum ſexto caſu, omiſſa praepoſitione, uſurpat. v.* eſſe.

Praeclara victoria 20, 22, 2. praeclarum hoc quoque Thraſybuli; quod &c. 8, 3, 2. praeclara facta 13, 1, 2. praeclariſſimum facinus 20, 1, 5.

Praecurrere aliquem nobilitate 8, 1, 3. *ſuperare, antecellere.*

Praedam ab aliquo facere (*ſi vera lectio.* v. not.) 12, 2, 3. *ſic* etiam Caeſ. 4. *b. Gall. &* Cic. 3. *in Verr. locuti.* Lamb. *Uſitatius eſt* praedas agere. *quod tamen male repoſuit* Lamb. 14, 10, 2. *ubi conſtanter Mſſ. & edd. vet.* magnas praedas capit. *quomodo & Cic. pro dom.* capta e fortunis praeda, *Et Plaut. Truculent.*

5, 2, 14. de praedonib. praedam capere. praeda hoſtium, *hoſtibus erepta* 13, 4, 1. praeda ab eo *ſcil. facta* 13, 1, 2. praeda barbarorum locupletari, quam civium glorioſius 7, 7, 4. praeda locupletatus exercitus 7, 5, 7.

Praedicare aliquem liberatorem, *ut liberatorem* 10, 10, 2. laudes alicujus 20, 4, 3. praedicare aliquid de aliquo 7, 11, 2. in quo bello ſi tantum eum prudentem dicam, minus quam debeam praedicem, *non ſatis laudem* 25, 9, 1. praedicabat mirari ſe, *ajebat* 17, 4, 8. praedicare, *prae ſe ferre*, καυχᾶσθαι 7, 4, 6. 18, 13, 3.

Praedicere alicui ut &c. *affirmatius aliquem monere* 2, 2, 3. & 14, 9, 4.

Praedium ruſticum 25, 14, 3. praedia compluribus locis habere 1, 4, 1.

Praedones maritimi, *piratae* 2, 2, 3. *v. not.*

Praeeſſe alae equitum 18, 1, 6. armatis 19, 2, 5. claſſi 10, 6, 3. exercitui, *de praetorib.* 1, 4, 4. 7, 6, 2. exercitibus 11, 1, 2. inſulis 9, 1, 2. praeeſſe coepit majoribus rebus 14, 2, 1. praeeſſe rebus regis 19, 3, 4. opibus regiis, *juſſu regis ſummam belli adminiſtrare* 9, 4, 3. rebus magnis, *in imperiis ſc. magiſtratibusque* 3, 3, 2. rebus iiſdem, *in imperio militari* 7, 6, 3. ſummae imperii, *de ſummo duce* 2, 4, 2. poteſtati ſevere, *magiſtratui* 24, 2, 3.

Praefectus claſſis 6, 4, 1. 9, 1, 1. *Gr.* ναύαρχος *&* στόλαρχος. *v.* Scheffer. *de mil. nav.* 4, 5. praefectus cuſtodum 18, 11, 1. equitum 10, 5, 1. 14, 6, 3. fabrum 25, 12, 4. *& Fr.* 10, 7. ἔπαρχος τῶν τεχνιτῶν. *fabris enim in bello opus, qui machinas facerent &c. eorum caput, operisque curator & exactor*, praefectus fabrum *v.* Lipſ. *poliorcet.* 3, 6. praefectus Lydiae 14, 2, 5. praefectus regis 7, 5, 2. *eo ſenſu, quo* praefecti regii, *ſatrapae, imperatoresque vocantur* 17, 2, 3. *vid. Gell.* 10, 18. *& Juſtin,* 5, 2, 5. *ac ibi not. Berneggeri,* praefecti regii *ſcil. claſſis* 1, 4, 2. praefectus morum 22, 3, 2.

Praefecturae conſulum, praetorumque 25, 6, 4. *a conſulibus praetoribusque delatae praefecturae. erant enim tales praefecturae in exercitu variae, ab Imperatore deferri ſolitae. v.* Sigon. *de antiq. jur. prov.* 2, 2.

Praeficere aliquem claſſi 1, 4, 1. exercitui 11, 2, 4. praefici imperio pari, *poteſt. milit. ſc.* 7, 5, 4.

Praeferre. qui praeferendi ſint judicare 23, 13, 4.

Praefinire. diutius retinere imperium, quam lege praefinitum eſt 15, 7, 5.

Praemium *victoriae Marathoniae Miltiadi tributum* 1, 6, 1. *& ſeqq.* praemia propoſita, *militibus diligenter armatis ornatiſque* 17, 3, 2. *praemia, quae minime invidioſa* 8, 4, 1. praemio id ei magno futurum 4, 4, 6. 23, 10, 6. *praemio virtutis & meritorum*: ſtatuae 1, 6, 4. 12, 1, 3. ſtatuae aeneae 16, 5, 5. corona oleagina 8, 4, 1. coronae aureae 10, 5, 5. ager *ibid.* cognomen 3, 1, 2. 19, 1, 1. ſepultura magnifica & ſepulcri monumentum 10, 10, 3. 20, 5, 4. ſuſtentatio publica liberorum, collocatio & dotatio filiarum 3, 3, 3. &c.

Praenuntiatum eſt de eorum adventu 18, 9, 4.

Praeoccupare *ſc. portus* 14, 7, 2. regionem 18, 2, 4. praeoccupare alterum, *inſidiis tollere* 10, 4, 1. *cum alter ab altero timet ſibi, ideoque prior eum occupat.*

Praeoccupatio. effecit illud locorum praeoccupatione 18, 3, 6.

Praeoptare nuptiis generoſarum filiam equitis Romani 25, 12, 1. *Alias conſtruitur hoc verbum cum infinitivo & conjunctione* quam. Juſtinus 8, 4, 5. *perire ipſi quam non perdere eos praeoptabant.*

Praeponere regno bonam exiſtimationem 17, 4, 3. praepoſiti a Lacedaemoniis triginta tyranni, *impoſiti cervicibus Athen.* 8, 1, 5.

Praes nullius rei factus eſt 25, 6, 3.

pro-

publicorum conductores (*mancupes*) *praedes dabant. Eſt adeo* praes, *qui populo ſe obligat*, & *a magiſtratu interrogatur, in publicum ut praeſtet: inde cum reſpondet, dicitur* praes. Varro d. L. L. Feſtus ita: *interrogatus*, ſi praes ſit, *ille reſpondet*, praes. *vid.* Briſſon. *formul.* 6. & Pollet. *hiſt. fori Rom. l.* 5. *c.* 1. *fin. add. not.* & Salmaſ. *de mod. uſur. c.* 6

Praeſcribere. ut praeſcripſerat ipſe 25, 22, 4.

Praeſens tempus hoc deſiderat 17, 8, 4. praeſenti bello, *eo quod tum gerebatur* 2, 2, 1. praeſentes res ſecundae 7, 6, 2. *oppon.* adverſae ſuperiores *ibid.* in praeſenti 7, 4, 2. 25, 12, 5. *tum &c.* Tacit. *in praeſens.*

Praeſentia. in praeſentia, *tum temporis* 1, 7, 6. *ubi vide notas* 2, 8, 4. 7, 10, 5. H. Stephanus *in Pſeudocicer. negat latine dici. v.* Voſſ. *de vit. ſerm.* 4, 33. in praeſentiarum 23, 6, 2. *alii* in praeſentia. *illam lectionem defendunt* Schottus & Lambinus *auctoritate Cornificii, Taciti, Gellii, Ulpiani: in quibus tamen ipſis non conſentiunt exemplaria.* Voſſius *in Latinobarbaris etſi lib.* 1, 25. *dubitarat an genuina ſit, crediderat que ex* in praeſentia rerum *corruptam: tamen lib.* 4, 33. *non audet eam cum* Schoppio *in tanto Mſſ. conſenſu damnare. Tuetur eandem &* Elmenhorſtius *in Ind. Apul.*

Praeſidium, προπομπὴ *Gall. convoy* 15, 4, 5. 25, 10, 4. *ſic:* praeſidii, quod ſatis erat, dedit 2, 8, 5. *cuſtodia militaris & ſatellitium* 13, 4, 2. 14, 2, 3. *item: pro militibus praeſidiariis, tuendae ſc. urbi impoſitis* 16, 3, 3. *ita:* praeſidium perpetuum alicubi ponere 7, 4, 7. praeſidia, *milites praeſidium agitantes*, 1, 4, 1. 15, 10, 3. praeſidia barbarorum 4, 2, 1. intra ſua praeſidia in littore collocata ſe recipere, *de diſpoſitis tutando receptui militibus* 23, 11, 4. praeſidiis regiones aliquas occupare 17, 3, 4. praeſidii in eo non ſatis eſt, *de eo qui hoſti oppoſitus erat*, 13, 3, 1. praſidio eſſe civibus ſuis, *juvare, prodeſſe &c.* 9, 1.

Praeſtare fidem, *implere* 2, 8, 4. fidem amicitiae 19, 2, 2, praeſtare officium ſuum 25, 9, 4. officia 1, 2, 2. *v. offic.* amicis officia 25, 8, 4. 25, 4, 3. & 4. praeſtare, *pro, antecellere.* praeſtat honeſta mors turpi vitae 12, 4, 3. praeſtare omnes calliditate 21, 3, 5. omnes eloquentia 15, 6, 1. antiquitate 25, 3, 3. aliquem prudentia tanto, quanto &c. 23, 1, 1. aliquem honore rerumque geſtarum amplitudine 25, 18, 5. quae civitas omnes antiquitate, humanitate, doctrina praeſtabat, *ibid*, 3, 3. praeſtans claritate, uſu belli 18, 3, 3. uſu, ſapientia, 13, 3, 2.

Praeſtituere certam diem, *praefinire* 12, 3, 1.

Praeter ceteros, *ſupra ceteros, prae ceteris* 3, 1, 4. *vid.* Giſan. *obſerv. LL. pag.* 193. praeter conſuetudinem 25, 12, 4. opinionem 1, 2, 5. *extra v.* Turſellin. *c.* 135.

Praeterire. induciarum praeteriit dies [illegible], 3, 1, Livius *dixiſſet: induciarum exiit dies.* praeterire aliquid, *in narratione omittere* 6, 4, 1. *ſic:* non praeterire aliquem 1, 3, 5.

Praetermitto. nullum diem praetermittit hoc facere 5, 4, 3.

Praeterquam, quos (dolores) ex curatione capiebat 25, 21, 3.

Praetextus belli 1, 4, 1. 6, 1, 4. *v. not. ad loc. prior.*

Praetor fit a populo ad gerendum bellum 2, 2, 1. praetor fuit Atheniensium apud Plataeas in praelio 3, 2, 1. hic ut rediit praetor factus eſt 23, 7, 4. praetores decem creati 1, 4, 4. *Intelliguntur his locis magiſtratus militares*, ϛρατηγοὶ, *quos recte Latini* praetores *vocant. ita enim, teſte* Aſconio *Comm. in* 3. *Verrin. vocatur, qui exercitum ducit. v. de his praetoribus Athen. milit.* Sigon. 4. *de rep. Athen.* 5. & Petit. *Comm. ad leg. Att. p.* 251. & *ſeqq.* Praetoris *voce ſimiliter uſi aequales Nepotis* Caeſar & Cic. *itemque*

Digitized by Google

que Livius 21, 3. *ex emendatione Gronovii, cujus ibi notas vide.* praetor & praetura *ſc. Roman. de quibus paſſim antiquit. ſcriptores* 25, 6, 4.

Praevidere. niſi quid praevidiſſet 23. 9, 2. *ſic in vulgatt. edd. Nos edidimus* providiſſet. *v. not.*

Preces alicujus comprimere. *v.* comprim. 25, 22, 2. preces deorum expetere. *Fr.* 12, 8. Joſ. Mercerus *in not. ad Ariſtaen.* 1. *ep.* 8. *exp.* invocare: *atque huc advocat illud* Plauti *Truc.* 1, 5, 1. qui a patrona preces mea expeteſſunt. *ubi v. not.* Taubmanni. Buchnerus *cenſebat* preces *poni pro rebus petitis, ut* vota *pro rebus, quas vovemus, quam explicationem &* Plauti *locus admittit.*

Precari a diis immortalibus 20, 5, 3. *ſic* Livius 29, 17. *ne ab Diis quidem immortalibus quod precemur quicquam ſupereſt.*

Premere adverſarium, *carpere, vexare* 14, 7, 3. adverſarios, *inſtare perculſis* 23, 11, 5. premi ab hoſte, *cum in periculo & anguſtiis ſumus* 1, 3, 3. *Eſt venatorium verbum, cum ita urgetur beſtia, ut nulla elabendi amplius copia ſit. Inde ad militiam; per metaph. vero & ad diſput. transfertur; quemadm. non ſemel Cic. uſus.* Buchn. premi ancipiti periculo 2, 3, 3. valetudine 23, 4, 3. undique bello 13, 3, 1. premi ad exeundum, *urgeri* 17, 6, 1.

Pretioſae poſſeſſiones 25, 12, 3.

Pridie Kalendas Aprilis 25, 22, 3.

Primus locus aedium, *atrium praef.* 6. prima ejus imago in decem praetorum numero ponitur, *primo loco* 1, 6, 3. prima nocte, *prima noctis parte, prima vigilia* 18, 9, 3. cum primum potuit, imperium depoſuit 20, 3, 4. primus Graeciae, *e Graecia, Graecorum* 7, 7, 4. primus, *cujus prima ſeu praecipua habetur ratio* 17, 1, 3. primi aetatis ejus, *praecipui ejus temp.* 11, 1, 1. in primis ſtare, *ſc. in acie, pugnare inter primos* 15, 10, 3. in primis bene habitavit 25, 13, 1. in primis omnium Perſ. manu fortis, *inter omnes Perſas in primis fortis* 4, 1, 2. *v. not. Ceterum hujus generis exempla plura ſupra annotata ſunt v.* in.

Princeps, *pro primo* 8, 1, 5. 22, 3, 3. & 17, 1, 2. *pro praecipuo:* princeps ducum 14, 5, 1. princeps non ſolum conſilii ſed etiam in convictu, *cujus conſilio convictuque ante alios utimur* 25, 8, 2. *ita:* principem in bello ponere aliquem, *alicujus opera conſilioque plurimum uti* 23, 2, 6. *ita:* principes, *viri praecipui, clari, florentes* 5, 3, 1. *oppon.* infimis 25, 3, 1. principes ordinis equeſtris 25, 8, 3. philoſophi 25, 17, 3. princeps fuit hujus rei *de auctore* 25, 8, 3. principes ſceleris, *auctores* 18, 13, 3. *Mſſ. tamen Schotti habet* participes. *v. not.* principes factionis 16, 1, 4. principes, *cum nota poteſtatis & officii.* principes civitatis 2, 8, 3. *Ioniae ſc. & Aeol.* 1, 2, 1. *ſic:* principibus praeſentibus, *ſc. Gortyniorum* 23, 9, 3. *v. not. Aliter cum nota* ἐξοχῆς *& magnitudinis*, principes civitatis 25, 19, 2. *παρενθετικῶς loco eſſe poſſunt verba c.* 18, 5. *qui honore rerumque geſtarum amplitudine ceteros praeſtitere.* Princeps urbis Romanae & terrarum orbis, *de ſummi imperii affectatione* 25, 20, 5. Principes Graeciae Spartani 16, 2, 4. Thebani 15, 5, 4. Principum ſtudia, *optimatum* 25, 16, 4. Principi an muſica conveniat 15, 1, 2.

Principatus maritimi imperii 13, 2, 2. de principatu intelligebant ſibi cum his certamen fore 2, 6, 3. *ta.is civitatum aemulatio deſcripta* Juſtino 8, 1, 1. *v. not. ad* 2, 6, 2.

Principatus, *non imperii, ſed auctoritatis, praecipuus in civitate locus* 5, 2, 1. *talis principatus cauſa aemulationes* 10, 6, 2. principatum in civitate obtinet Scipio, *gloria ceteris praeſtat* 24, 2, 1. Ariſtides cum Themiſtocle de principatu contendit 3, 1, 1. principatum eloquentiae tenet Hortenſius 25, 5, 4. 5, 2, 1. *ſicut*, principatum in civitate obtinere, *de Scipione* 24, 2, 2. *excellentia ſc. gloriae famaeque ſupra ceteros.*

Principia, *caſtrorum ſc.* 18, 7, 2. regia v. 3. *Locus caſtrorum, ubi tendebant duces, tribuni &c. ubi jus dictum, ſigna aſſervata, altaria alia.* vid. Lipſ. mil. Rom. 5, 4. *add.* Berneg. *ad Juſt.* 11, 6, 6. *&* Gronov. *obſerv.* 4, 10. *ubi plura de hac voce.*

Prior. Dionyſius prior, (*paulo ante:* ſuperior) *ſc. ex duobus illis Siciliae tyrannis* 10, 1, 3. *&* 21, 2, 2. *quomodo &* Juſtino *vocatur* 22, 1, 1. *Sic:* prior Africanus *apud Quintilian.* I. O. XI. 1.

Priſtinum tempus 7, 6, 3. in priſtinum reſtituere provinciam *in priorem & veterem ſtatum* 20, 1, 1. *Dicitur ut* reſtituere in integrum.

Privare commeatu urbem 1, 7, 2. privari auxilio ſociorum 15, 6, 4. commeatibus 19, 2, 4. vita ab aliquo 21, 3, 4.

Privatus, *opponitur magiſtratibus & qui ſunt cum imperio domi militiaeque.* potentior & major, quam privatus exiſtimatur Alcibiades 7, 3, 4. privatus in claſſe erat Chabrias, ſed omnes, qui in magiſtratu erant, auctoritate anteibat 12, 4, 1. *Ubi opponitur is, qui tum erat privatus, & ſine imperio, iis, qui tum erant in magiſtratu. ſic:* erat ibi (*in exercitu*) privatus numero militis 15, 7, 1. ut ſi privatus in comitio eſſet Spartae 17, 4, 2. privatus eſſe poſſe non videbatur Miltiades, *ex imperiis & magiſtratibus, ad ἰσονομίαν privati juris non rediturus facile exiſtimabatur* 1, 8, 2. *v. not.* privatus, *qui imperium depoſuit* 20, 3, 4. 24, 2. 2. privati hoſpites, *reſpectu Jaſonis tyranni* 13, 4, 2. privato ſuo conſilio, non publico 16, 1, 2. privatum aerarium *paucis ſcil. aliquibus conſtitutum* 25, 8, 3. privata judicia 2, 1, 3. *de Athen. ſermo eſt.* v. Sigon. 3. *de rep. Ath.* 1.

Privignus 7, 2, 1.

Prius eſt decretum quam &c. 20, 3, 5.

Pro, *aeris pretii & mercedis ſignificatu.* pro charitate patriae 15, 4, 2. *ubi tamen fors non incommode exponas:* prae caritate patriae. *ſic* Curt. 5, 13, 5. *quaſcunque ſedes elegeris, pro patria & domeſticis rebus petituri.* Auctor dial. de orat. 23, 2. *qui Lucilium pro Horatio, & Lucretium pro Virgilio legunt.* pro meritis gratiam referre 2, 8, 7. pro, *ſecundum juxta.* pro cujuſque facultatibus 15, 3, 5. pro dignitate hominis 18, 4, 4. 25, 2, 2. pro neceſſitudine fortis 24, 1, 2. non opinione, *non ut aeſtimaverat* 8, 2, 4. pro, *loco, vice:* pro noxiis nonnulli ab inſciis conciduntur 10, 10, 1. pro perfuga proficiſci 14, 6, 4. *ſic* Caeſar B. G 3, 18. *qui ubi pro perfuga ad eos venit.* Livius 27, 15. *pro perfuga juſſus Tarentum tranſire*, ita locum emendante doct. *Gronovio.* Juſtinus 23, 3, 9. *pro victo fugere viſus eſt.* Tacitus 11, 24, 7. *victos pro alienigenis arcebant.* idem 1, 36, 5. *pro deſertore.* Plautus Moſt. 12, 6, 2. *pro umbre.* Idem Menaechm. 2, 2, 24. *pro ſano.* Terentius Ad. 1, 1, 23. *pro meo.* Adde Gell. 11, 3. & Turſell. c. 138.

Probare aliquid, *approbare* 14, 6, 5. probare librum 6, 4, 2. conſilium 10, 8, 3. 2, 2, 8. alicujus conſilium 25, 21, 6. alicujus factum 20, 1, 5. probare auctorem aliquem, *ei potiſſimum credere* 2, 10, 4. cum minus eſſet probatus parentibus, *de Themiſtocle liberius vivente* 2, 1, 2. *Exprimitur τὸ ἀδόκιμον τοῦ ἤθους.* probata re, *cum utrique res placuiſſet* 14, 11, 1. probanda fuerunt, *laudanda* 9, 5, 2.

Probabilis orator 24, 3, 1. *vult dicere, fuiſſe Catonem, oratorem civilis capiti cumprimis accommodatum, & cujus oratio facile fidem apud omnes inveniret. Nam* Ciceroni *id eſt* probabile, *ſi oratio non ſit nimis comta, ſi auctoritas & pondus in verbis, ſi ſententiae vel graves, vel aptae opinionibus hominum & moribus.* Vide *Partition. orat. cap.* 6. *&* 9. itemque *Quintil.* 8, 13. *add.* Boecl. *not.* Ernſtii.

Procacitas hominis, *audax petulantia* *in*

in inceſſendo 2, 5, 2.

Procedere. haec minus proſpere procedunt 14, 6, 1. cum jam nox proceſſiſſet, *provecta eſſet* 16, 3, 3. *Sic* Salluſt. Jugurth. *ubi plerumque noctis proceſſit.* Livius 21, 54. *procedente jam die.*

Procellae civiles, *bella, diſcordiae* 25, 10. 6. *vid.* fluctus civ.

Proclus. *pro* Procles 17, 1, 2. *v. not.*

Proclivis, *facilis* 13, 3, 4.

Procreare liberos ex aliqua 15, 6, 2. 21, 2, 3. 10, 1, 1. quales civitas cives procreaſſet 15, 6, 2.

Procul ab eo loco 4, 5, 5. *Sic* Livius 37, 53. *procul ab domo.*

Procurare ſacra, 2, 2, 8. negotia alicujus, *ſcil. rem mandatam agere* 25, 15, 3.

Procuratio reip. *de rerum adminiſtratione civili* 8, 3, 1. 25, 3, 2. 25, 15, 3.

Prodere memoriae aliquid, *de hiſtorica ſcriptione, quae memoriae propagandae cauſa ſuſcipitur* 2, 10, 5. 4, 2, 2. 11, 3, 1. 23, 13, 3. memoriae de aliquo 7, 1, 1. *ſic*: de illius interitu duplex memoria prodita eſt 23, 8, 2. prodere aliquem, *tradere, periculo exponere* 18, 10, 2. amicum 19, 2, 3. ſupplicem 2, 8, 5. *v. Theſaur. Buchn.*

Proditionis accuſatus, *ſc. crimine* 1, 7, 5. 13, 3, 5. damnatus 2, 8, 2.

Proditores tali conſilio percutit 14, 6, 8.

Prodire in concionem populi, *ſc. agendi dicendique cauſa* 2, 1, 3. prodire in publicum 7, 3, 5.

Producere vitam, *prorogare* 25, 21, 6. producere in aciem exercitum 1, 5, 4. dolo aliquem in praelium, *elicere* 23, 5, 3. *Sic enim legendum vid. not. ita & alii locuti.* Caeſar 3. B. G. 100. *elicuit naves Laelianas, atque ex his longius productam unam cepit.* Hirtius 8. b. Gall. 48. *cum fuga vehementi Voluſenum longius produxiſſet.* M. Seneca Suaſor. 1. *longius me fabellarum dulcedo produxit.*

Proelium terreſtre, navale 7, 5, 5. proelium navale facere 23, 10, 5. proelium committere ib. 11, 3. 23, 10, 5. proelio pari diſcedere 2, 3, 3. proelio ſuperior 18, 10, 2. proelio cadere, *in proelio* 4, 1, 2. fugare uno proelio exercit. 23, 4, 4. magno proelio aliquos 9, 4, 4. ex proelio excedere 18, 4, 2. *proelia certo die facta* 20, 5, 1.

Profanus locus (*juxta Mſ. Boecleri v. not.*) 2, 6, 5. *oppon.* ſacer.

Proferre plurima, *ſc. narratione* 15, 4, 6. rem unam de crudelitate alicujus 6, 2, 1. teſtimonia 13, 4, 2. proferre telum, *eruere obrutum* 14, 11, 4.

Proficere, *de ſucceſſu effectuque* 10, 5, 2. non multum profecit 18, 10, 1.

Proficiſci. legatus 16, 4, 3. nondum illum putabat profectum, *dediſſe ſe in viam* 14, 5, 1. *ſic*: proficiſcens, *cum abiret* 25, 4, 2. proficiſci, *abſolute, ſubintellecto* ad bellum 9, 4, 4. *quod additur* 7, 4, 1. 13, 3, 2. proficiſci in caſtra 23, 2, 4. in exilium 25, 8, 5. proficiſci domo navibus 1, 1, 5. claſſe 1, 1, 4. proficiſci contra aliq. 18, 3, 5. alicui auxilio 13, 1, 3. proficiſci praeſidio 17, 3, 5. ſubſidio 11, 2, 5. *ad praeſid. ſubſidiumque ferendum.* proficiſci adjutum aliquem 12, 2, 1. oppugnatum regionem 18, 3, 2. proficiſci a parente non potuerunt plura, *conferri in filium* 25, 9, 14.

Profiteri aliquid libere apud aliquem, *indicare, fateri* 2, 7, 4. *proba lectio. v. not. ſic* Suet. *Caeſ.* 34. & 72. *Aug.* 31. *Vitell.* 15. *Vim verbi indicat illud* Ciceronis pro Rab. I: *Fateor, atque etiam profiteor, & prae me fero.* profeſſus eſt, ſe regem quaerere, *prae ſe tulit, dixit* 23, 11, 1.

Profligare aliquem 23, 4, 2. hoſtes 14, 2, 1. & 6, 8. hoſtium numerum, *ad interitum dare, ut explicat Lambinus* 1, 5, 5. *mox*: proſternere *ibid.* profligantur opes, *potentia ſubvertitur* 16, 2, 3. *v.* Gitan. *obſerv.* profligare rempubl. *Fr.* 12, 2. *perdere, peſſundare.*

Profugere domo 23, 18, 1. ex urbe 25, 9, 3. profugere ad aliquem aliquo 23, 7, 8.

Digitized by Google

23, 7, 6. profugere aliquem, *ab aliquo* Fr. 7, 4. *niſi locus corruptus eſt.*
Progenies Herculis, *ſtirps &c.* 17, 1, 2. progenies, *pro, filio* 5, 1, 4.
Progenitor majorum 17, 7, 4.
Progredi longius, *de hoſtili exerc.* 2, 3, 1.
Progreſſus. tantum in literis progreſſum fecit, ut &c. 24, 3, 2.
Prohibere tranſitu 23, 3, 4. *alii* tranſitum. *quomodo* Plautus Amphitr. 4, 3, 18. *neque me Jupiter, neque di omnes id prohibebunt, ſi volent.* Et Trinum 1, 2, 50. *qui tu id prohibere me potes, ne ſuſpicer?*
Projecta haſta, *porrecta adverſ. incurr.* 12, 1, 2. *v. not.*
Proinde ac ſi, *pro, perinde ac ſi* 6, 2, 2. 7, 6, 1. & 4. *ita alibi etiam. quanquam variant Codices. Neque tamen veremur cum* Turſellino, *cap.* 125, *ne ubique mendum ſit in ſcriptoribus.*
Prolabitur aedes 25, 20, 3. *v. not.*
Promittere religioſe 25, 15, 4.
Promiſſa barba 14, 3, 1. *alii*: prolixa *vid. not.*
Promptus in rebus gerendis & excogitandis 2, 1, 4.
Pronominis hic *crebra eſt apud Nepotem uſurpatio, pro* is, ille, ipſe, *relativis. Ut, quod* 1, 4, 4. *dicitur*; creati praetores, in *eis* Miltiades: *mutato pronomine alibi effertur*: captae urbes, in *his* Byzantium 7, 5, 6. *ita*: cum veniſſent in invidiam, & ob id imperium *his* eſſet abrogatum 15, 7, 3. *adde* 10, 1, 2. 2, 7, 2. 15, 5, 3. &c. *Pronomen* ille *laudis & celebritatis cauſa interdum adhibetur. vid. ſupra* ille.
Pronuntiare aliquid excellenter 25, 1, 3. poemata 25, 4, 1. pronuntiare aliquid palam, 17, 3, 4.
Propagare fines imperii 22, 2, 5.
Propagines clarorum viror. 25, 18, 2.
in Propatulo, *in loco aperto & ad conſpectum expoſito* 23, 9, 3. *integre* Cic. 4. *Verr.* in propatulo loco.
Propere egredi, 15, 4, 3.
Propinquus ejus 14, 2, 2. propinqua cognatione conjunctus *praef.* 7. propinqui regis 4, 2, 2. propinqui Eumenis, 18, 13, 4. *Diod.* φίλοι, *Plut.* οἰκεῖοι.
Propinquitas nobilis 10, 1, 2. propinquitate proximus 17, 1, 3.
Propitia voluntas, *benevolentiae ſignif.* 10, 9, 6.
Propius muros 1, 7, 2. propius Grammatico *Fr.* 3, 3. *v. not* propius Tiberi quam Thermopylis 23, 8, 3. *v. not.*
Proponere quaeſtionem alicui 25, 20, 2. praemia 17, 3, 2. morbo remedia, *adhibere* 25, 21, 2.
Propoſitum. ad propoſitum venire, *ordiri ſcriptionem praef.* 8. propoſitum hoc tenuit, *hoc conſilium pertendit &c. perſtitit uſurpare* 18, 3, 6. *ſic* propoſitum peragere, *ad fin. perducere* 25, 22, 3.
Propraetor 23, 4, 3. *vid.* not.
Proprius. fide confirmavit, ſe illius fore proprium 6, 1, 5. *Eleganter de eo, qui deditus obſtrictusque alicui factionem ejus & nutum ſe ſecuturum promittit.* propria laus Pelopidae, *quae ei ſoli, tanquam auctori facti debetur* 16, 4, 1. proprium Thraſybuli factum, *quod ipſius auſpicio tribuendum* 8, 1, 4. non propria munera, *non diutina, veluti nil ſolidae poſſeſſionis ob invidiam habentia* 8, 4, 2. *ſic* Plautus Mercat. 2, 3, 4. *proprium nequit mihi evenire, quod cupio.* Et Trin. 5, 2, 6. *Beneficium homini proprium quod datur, prorſum perit; quod datum utendum eſt, id repetundi copia eſt, quando velis. Adde Theſ.* Buchneri *&* Boecler. *Chreſtom. Ter.*
Propter invidiam, *ex invid.* 15, 7, 1. propter notitiam, *quod noti eſſent* 10, 9, 3. propter veterem amicitiam, *quod amici veteres eſſent* 18, 11, 2. propter avaritiam Cretenſium, *quod avari illi eſſent* 23, 9, 2. propter affinitatem P. Sulpicii, *ejus affinis exiſtens* 25, 2, 1. propter familiaritatem, *cum familiaris ejus fuerim*, ibid. 13, 7.
Propugnaculum oppoſitum barbaris, *de urbe Athenis, interpretatione ſitus poli-*

politica ſc. 2, 7, 5. propugnacula tyrannidis demoliri, *quae tyrannidis cauſſa, tanquam inſtrumenta coërcendorum civium extructa ſunt* 20, 3, 3. frena, clauſtra oppreſſorum, ſedes & arx ſervitutis *alias hoc ſenſu leguntur* Boecler. *vid. not. & ſupp.* arx.

Propugnator *ſcil. liberorum Alexandri* 18, 13, 3.

Prorumpere. vis morbi prorupit in inteſtin. 25, 21, 3.

Proſcripti 25, 10, 4. conquirebantur Romae 25, 11, 1.

Proſcriptio equitum 25, 10, 2. *intelligitur hic crudele illud flagitium, quo dominationi firmandae civium clariſſimorum capita & bona, haec quidem haſtae ſubjecta, illa autem libidini & ſuppliciis publice expoſita ad promiſcuas neces deſtinabantur, propoſitis publice edictis. Primus ſceleris auctor Sylla, teſtibus* Vellejo *&* Floro. *Scilicet id agebant tyranni, ut quos acies & civile bellum non abſumſerat, proſcriptione interciderent, ſecuriorique, demotis optimis quibusque, dominatu ipſi uterentur.* Boecl.

Proſerpinae aedes 10, 8, 5.

Proſequi aliquem, *comitari, deducere* 7, 6, 3. *ſic accip.* 25, 4, 5. *ſi quidem recipimus lectionem Rutgerſ.* proſequi diſcedentem: *ſin*, diem proſequi, *retinemus, nihil videtur abſurdi habere locutio: iſto affectu ſc. diem proſequi, de quo mox ſequitur &c.* Boecler. vid. dies.

Προσκυνεῖν 9, 3, 3, *veneratio Perſarum regibus delata hoc vocabulo exprimebatur. Ratio iſta: divinum aliquid regi ſuo tribuebant, εἰκόνα θεοῦ, interpretantes, ut eſt apud Plutarchum. Igitur honorem quoque divinum habuerunt; unde τὸ προσκυνεῖν,* adorare, *tranſlatum. Noſter per* venerari *ibidem expreſſit, ſcilicet non capite tantum flexo, ſubmiſſisque genibus, ſed proſtrato humi corpore.* Boecl. *adde* not.

Proſpere ei ceſſerunt haec, *de rebus bello feliciter geſtis* 14, 1, 2.

Proſperitas magna cum conſecuta eſt, *ad tantam poſtea proſperitatem profecit, eſt evectus &c.* 25, 19, 3. *v. not.* proſperitas valetudinis, *conſtans & diuturna ſanitas* 25, 21, 1. proſperitas honeſtarum rerum *Fr.* 5. 6.

Proſpicere ab janua 23, 12, 4. *v. jan.* proſpicere liberis, *conſulere, commodis eorum ſervire* 19, 1, 3.

Proſternere magnas opes, *profligare ingentem hoſtium numerum* 1, 5, 5. vim barbarorum 5, 2, 3. phalangem, 16, 4, 2.

Protinus 8, 2, 5.

Provectus aetate 20, 4, 1.

Providere. cum provideret, ne commeatibus civitas privaretur 19, 2, 4. niſi quid providiſſet *(ſic enim vid. legendum)* 23, 9, 2. *v. not.*

Provincia. paternam alicui provinciam tradere 14, 1, 4. habuit provinciam partem Ciliciae *ib.* 1, 3. praetor provinciam obtinuit Sardiniam 24, 1, 3. provinciam ſorte nanciſci, *provinciae adminiſtrationem ibid.* 2, 1. provinciam dare alicui 25, 8, 5.

Prout ipſe amabat literas, *pro eo ut* 25, 1, 2. *cauſa & comparatio notatur.*

Proximus aetate, *qui proxime poſt illa tempora vixerat, quibus haec acciderunt* 2, 9, 1. proximus propinquitate *cognatione* 17, 1, 3, proximo triennio, *ſcilicet quod inſecutum eſt* 23, 3, 2. *ſic* proxima aeſtate, 9, 4, 2. *refertur enim haec vox tam ad ſecuta, quam ad antegreſſa.* ex proximo, *abſolute* 16, 2, 1.

Prudens rei militaris 9, 1, 2. *ſic* Tacitus H. 2, 25, 1. *Celſus doli prudens.*

Prudentia juris civilis, rei militaris 5, 2, 1. *prudentia armis fortior* 23, 11, 7. *minus tamen in praelio poteſt ducis prudentia, quam fortuna* 8, 1, 4. prudentia, *de artibus imperatoris in univerſum* 23, 1, 1. prudentia eſt divinatio quaedam, *de politica prudentia* 25, 16, 4. prudentiae ſpecimen 25, 3, 3. *duplex officium* 2, 1, 4.

Pruſias Bithyniae rex 23, 10, 1. jus hoſpitii violare non audet in Hannib. 23, 12, 3.

Ptolomaeus, *ex Alexandri M. amicis, poſtea Aegypti imperio celebratus* 18,

Digitized by Google

10, 3, 21, 3, 1. Ptolemaeus Ceraunus interficit Seleucum 21, 3, 4. a quo erat adjutus opibus, *ibid.*

Pubes, *adjective*, puero; priusquam pubes eſſet, ſcorta adducebantur 10, 4, 4.

Publicus locus, *oppon.* privatus 2, 6, 5. publica res, *negotium publ.* 20, 5, 5. in publicum prodire 7, 3, 7. ponere aliquid in publico 7, 4, 5. in publicum deferre praedam, *in publicos uſus aerario publ. inferre* 13, 1, 2. *ſicut apud* Graecos *τὸ δημόσιον aerar.* publica inopia Athen. *civitatis* 25, 2, 4. publica vincula 1, 7, 6. 4, 2, 2. publice ali, *ex publico* 3, 3, 3. *vid.* Buchner. *Theſ. & R*hodii *Lex Scribon.* publice expoſcere, *publico nomine* 2, 8, 5. *ſic*: publice ab Athenienſibus Euagorae adjutor datus Chabrias 12, 2, 2. publice comprobatum eſt 23, 3, 1. publice verſuram facere 25, 2, 4. publice honores habere alicui 25, 3, 1. publice literas mittere aliquo 13, 3, 4. 25, 2, 4. publice efferre, *publico honore ſumtuque* 10, 10, 3. publice ſepelire 20, 5, 4. *ſic* Tacitus H. 4, 9, 4. *ut capitolium publice reſtitueretur.* Et Agric. 21, 1. *adjuvare publice.* aliique *paſſim.*

Publicare bona 7, 4, 5. 8, 1, 5. *confiſcare, intellig. bona, quae publice vendicantur vel ex tempore vel publica venditione.* Boecl.

Publius Cornelius Scipio *v.* Scipio.

Pueri litteratiſſimi, *de ſervis Attici* 25, 13, 3. *v. not.* puer ab janua proſpiciens 23, 12, 4. *v.* janua.

Puerulus. me puerulo, utpote non amplius novem annos nato 23, 2, 3.

Puerilis aetas 25, 1, 2.

Pugna Cannenſis 23, 5, 4. Leuctrica 15, 6, 4. Marathonia *laudata* 1, 5, 5. *depicta in porticu* 1, 6, 3. navalis 3, 2, 1. pugnae ſignum datur 23, 11, 1. a pugna diſcedere infectis rebus, *ab oppugnatione urbis* 1, 7, 5. *ſi genuinum eſt illud* a pugna *v. not.*

Pugnare adverſus aliquem 8, 2, 7. animo magis quam corpore, *ut infeſtis armis, ſic infeſtioribus animis concurrere* 18, 4, 2. paulo ante: *inimica mente contendere.* pugnata pugna 23, 5, 1. *v.* Voſſ. *de conſtruct. c.* 22. pugnandum dolo, ubi armis impares ſumus, *ſi Marte aperto diffidimus, arte & conſilio nitendum* 23, 10, 4. pugnatum eſt magnam partem diei 18, 4, 1.

Pulcher. ampliſſima pulcherrimaque corporis forma 21, 1, 4. *vid.* Buchnerum ad Cic. 1. de Offic. c. 36.

Pulchre aliquid facere poſſe, *de opera prompta expeditaque ſerv.* 25, 13, 3.

Pullulare incipiebat luxuria *creſcere &c.* 24, 2, 3. *metaph. ab arborum pullis.* Lamb.

Pulvinar Paci inſtitutum 13, 2, 2. *Inter honores divinos* pulvinaria *fuiſſe, id vero ſatis conſtat: de ſignificatu non conſentiunt.* Lambinus *lectulos, in quibus deorum ſtatuae collocarentur, exponit. ſane plerique aut pro lectulis in templo ſtratis aut pro lecticis apparatis deorum accepere.* Marcellus Donatus *ad Suet. Caeſ.* 76. *rejectis aliis ſignif. interpretatur pulvinaria, quae ſuper lectos ſtratos in templis ad ſimulacra numinum ſublevanda ponebantur.* Boecl. *add.* Caſaub. *&* Torr. *ad citat. Sueton. loc.*

Pulvinus, ſub (*alii*: in *vid. not.*) pulvinum ſubjecit epiſtolam, *ſc. ſuper quo accumbebat* 16, 3, 2. *Sic fere* Curtius 3, 6, 7. *epiſtolam ſigillo anuli ſui impreſſam pulvino, cui incumbebat, ſubjecit. Adde* not.

Puppes avertere 23, 11, 6. *vid.* avertere.

Purpura violacea, rubra Tarentina, dibapha Tyria *Fr.* 8, 6. *v.* not.

Pus erumpit 25, 21, 3. *juxta codicem Medicaeum. v.* not.

Putare vim adhibendam 4, 4, 3. ut putabat *ibid.* 5, 1. non putabant oportere judicari *&c. ibid.* 3, 7. putavit ſe retenturum &c. 1, 3, 2.

Purris [*al.* puris] fiſtula 25, 21, 3. *v.* fiſtula.

Pydna, *urbs Macedoniae litori accubans* 2, 8, 5.

Digitized by Google

Pylaemenes, *Thyi pater* 14, 2, 2.
Pyrenaeus ſaltus 23, 3, 3.
Pyrrhus Epirotes *ictu lapidis interiit* 21, 2, 2.
Pythagoreus *Lyſis Tarentinus* 15, 2, 2.
Pythia 1, 1, 3. 2, 2, 6. *ſubintell. ſacerdos Apollinis Pythii, quae conſulentibus reſpondebat. Alio nomine* Phoebas. Pollux 1, 1. *ἰδίως δὲ ἡ ἐν Δελφοῖς προφῆτις, πυθία.* *v.* Diodor. Sic. *l.* 16. *&* Gyrald. *hiſt. deor. ſyntag.* 7. *add. not. ad* 1, 1, 3.

Q.

Qua iter fecerat, eadem reverſus eſt 2, 5, 2. *vid. ſupr.* 15. *ſic:* quacunque iter fecit 23, 3, 3.
Qua, *pro aliqua*, ne qua repentina vis in civitate exiſteret 7, 3, 3. ne qua ſibi ſtatua poneretur 25, 3, 2.
Quaerere tempus alicujus interficiendi 7, 5, 1. quaeſivit ubi ipſe tuto viveret, 9, 2, 1. quaerere ab aliquo, *interrogare* 3, 1, 3. 10, 2, 4. 17, 4, 6. 23, 2, 4. quaerere de aliqua re, *explorare* 16, 3, 1. quaerere anguſtias, *ſc. ad pugn.* 2, 3, 2. quaerere *ſcil. pecuniam ab amicis opitulantibus* 15, 3, 6. quaeritur, quid opus ſit facto, *deliberatur* 18, 9, 1.
Quaeſtio, *pro judiciali cognitione & diſceptatione* 7, 4, 1. quaeſtio poëtica 25, 20, 2. *vid.* poët.
Quaeſtor conſuli ſorte obtigit 24, 1, 2. *Nam conſulibus aut praetoribus exeuntibus in bellum & provincias,* quaeſtores *additi, qui ex eo provinciales appellantur. Additi autem plerumque* ſorte: *cum juberet ſenatus, ut in ſortem provincias conjicerent. v.* Sigon. *de antiq. jur. prov.* 2, 3. Roſin. *Antiq.* 7, 45. Boecl.
Quaeſtus. maximum exiſtimavit quaeſtum memorem gratumque cognoſci 25, 9, 5. *Sic fere* Terentius Heaut. prol. 49. *eum eſſe quaeſtum in animum induxi maximum, quam maxime ſervire veſtris commodis.* Vorſt.
Qualis eſſet apparuit, *oſtendit ſuam virtutem* 14, 1, 4. hoc quale ſit, facilius exiſtimabit is &c. *fortuna in aeſtimatione rei* 25, 20, 5.
Quamdiu ſuus, hiems, tenuit ſe &c. 18, 5, 6. quamdiu ibi fuit, habuit ſecum &c. 25, 3, 1. quamdiu affuit reſtitit &c. *ibid.* 3, 2.
Quam latiſſime poſſint &c. 18, 9, 3. *haec particula cum verbo* poſſum *&* ſuperlativo *frequenter ita jungi ſolet. v.* Turſellin. 143. quam minime 18, 8, 7. quam minime multa veſtigia 20, 3, 3. quam longiſſime 2, 7, 1. quam *pro* poſtquam, ἐλλειπτικῶς 3, 1, 5. *pro* potius quam 14, 8, 1.
Quantus ille fuerit, poteſt ex hoc intelligi 23, 9, 4. quanto antiſtaret eloquentia innocentiae cognitum eſt 3, 1, 2. tanto anteceſſit diſcipulos doctrinis, ut &c. 15, 2, 2. quantum in ſe fuit, *quantum potuit* 11, 3, 4.
Quaterni quinique verſus 25, 18, 6.
Que, *encliticon.* itaque fecerunt, *& ita* 7, 4, 2. quoque Meſſena celerius reſtitueretur, *& quo* 16, 4, 3. utique velles, *& uti* Fr. 12, 4. mox: *atque uti nefas haberes &c.* utque fieret, *& ut* 18, 8, 7. exque ea triumphum deportavit 24, 2, 1. a barbariſque 20, 1, 1. ab eoque 13, 1, 2. ad eumque miſit 10, 4, 2. in eamque conſuetudinem copias adduxit 11, 2, 1. in eoque bello 9, 1, 1. ob eamque cauſam 5, 1, 1.
Quemadmodum, *quomodo* 16, 1, 1. quemadmodum, *interrogative* 10, 2, 4.
Queri. querebantur opus nihilo minus fieri 2, 7, 2. legatos miſerunt queſtum 12, 3, 1.
Querimonia intercedit inter eos, *offenſiunculae & contentiones* 25, 17, 2. *ita apud* Cicer. *queri cum fortuna. Vet. inſcript. apud* Gruter. 1042, 8. CONJUGI. SANCTISSIMAE. CUM. QUA. VIXI. ANN. XXXI. SINE. ULLA. QUERELA.
Qui, a quo ortus, quos honores,

quibuſque temporibus cepiſſet, 25, 18, 3. *ſervit haec figura rerum diſpoſitioni & membris ſignate exprimendis. Talis eſt locus*: quem, ex quanto regno, ad quam fortunam detrutiſſet. *niſi quod hoic etiam intenditur ſignificatus: quantum virum, ex quanto regno, ad quam immilem conditionem &c.* 20, 2, 2. qui vellet, *ut qui vellet* 10, 3, 1. qua *ſc. via* 2, 5, 2. *v. ib.* quod reliquum vitae fuit, privatus Syracuſis vixit, *reliquam vitam* 20, 5, 4. qui, *pro, quis.* domino navis, qui ſit, aperit 2, 8, 6. *ſic enim e Mſſ. legend. Et ſaepe ita* Plautus, Terentius, alii. *vid.* Gronov. *obſ. in ſcript. Eccleſiaſt.* cap. 21.

Quidam. Argilius quidam 4, 4, 1. Callias quidam 5, 1, 3. Callicrates quidam 10, 8, 1. Meneclides quidam 15, 5, 2. Lyco quidam 10, 9, 6. Lameſtius quidam 20, 5, 2. *Additur hoc pronomen nominibus eleganter, interdum deſignandi cauſſa, interdum contemtim, ut in ultimo exemplo: aliquando, quaſi de ignotiore, obſcuro, aut obiter memorato accipiendum videtur.* Boecl. *Idem pronomen per notam judicii, ſententiae, metaphorae, ἐμφάσεως additur*, naturali quodam bono 8, 1, 3. &c. Boecl.

Quidem. quem quidem ſic erudivit, ut &c. 11, 2, 4. qui quidem duo maledicentiſſimi conſenſerunt 7, 11, 1. qui quidem Serviliam coluerit 25, 11, 4. quod quidem nos audierimus 3, 1, 2. quod nos quidem jucundiſſimum arbitramur 25, 14, 1. cum quidem principatum teneret, *& quidem cum*, vel, *etiamſi tum* 24, 2, 2. *aſſeverative & cum ἐπιτάσει rem exprimit. ſic*: cum quidem fortiſſime pugnaret 8, 2, 7. apud Philippum Regem verbo, reipſa quidem ap. Polyſperchontem, *reipſa vero* 19, 3, 3. cum quidem bellum parabis, *cum vero, ſin* 23, 2, 6.

Quies, *ἀδιαφορία, quando bello & partibus abſtinemus* 25, 7, 3. *ſic* quietus, *qui eſt neut. partium*, (*v. mox* quiet.) *Sic* quieſcere, *ſequi neutras partes. v.* not. *Livius ἐν παραλλήλῳ conjungit* quieſceretis abſtineretisque armis *lib.* 32, 21.

Quieſcere, *ſomnum capere* 7, 10, 4. *omittere accuſationem* 7, 4, 2. *pacem agitare, arma interim non movere* 17, 5, 4.

Quietus fuit. *ſtudio partium & civili tumultu abſtinuit* 16, 4, 1.

Quin. negare non potuit, quin 10, 2, 2. poſteaquam vidit ſibi non dari facultatem pro dignitate vivendi, quin &c. 25, 2, 2. nunquam miſit literas, quin &c. *ibid.* 20, 1. filium non adſpexit, quin &c. 20, 1, 5. quin aut interficiat aut miſſum fieri juberet, *immo, potius* 18, 11, 3. *vid. de hac particula collecta* Boecl. *in Chreſtomath. Ter.*

Quinquies Conſul, *quintum* 23, 5, 3. *v.* not.

Quippe cum cives ejus eodem uterentur inſtituto *praef.* 4. quippe quem venundari juſſiſſet 20, 2, 2.

Quirinalis collis 25, 13, 2.

Quis, quid, *pro aliquis, aliquid* 4, 4. *& ſaepe.*

Quiſque, quodque. primo quoque tempore, *ut primum fieri poteſt &c.* 1, 4, 5. ut quemque ex proximis locum fors obtuliſſet 16, 2, 1.

Quoad, *quamdiu, interim dum* 16, 4, 1. 18, 12, 2. 24, 2, 4. 25, 11, 5. quoad ei licebat, *quantum fieri poterat* 12, 3, 3. quoad licitum eſt 7, 2, 3. quoad *pro, donec* 15, 9, 3. 18, 2, 5. 18, 6, 2. *&* 15, 2, 5. *ubi not. v.*

Quod, *pro, eo quod* 2, 8, 3. *&* 18, 7, 1. quod *eleganter praefigitur particulae* ſi, *ubi ea inchoandae praeſertim periodo ac ſententiae, non ſufficit, neque ſuſtinere poteſt frontem orationis.* quod ſi quis legat &c. 18, 8, 3. *Sic etiam praefigitur τῷ* niſi *in illo* quod niſi debilitatus eſſet, videtur potuiſſe &c. 23, 1, 2. *nam & hoic aliquo fulcro veluti indulgebat τὸ* niſi, *qualia alias ſunt.* Sane equidem &c. *Boecl. Sic quoque* Tacit. Agr. 16, 2. *quod niſi Paulinus propere ſubveniſſet, amiſſa Britannia foret,*

rit. Conſulat Lector Cortium ad Salluſt. Catilin. cap. 18. n. 8.
Quo minus 5, 4, 1. 15, 8, 2.
Quorſum. ea quorſum evaderent, timebat, *quem eventum habitura* 10, 8, 1.
Quotannis 23, 7, 4.
Quotidianus victus, *in dies ſingulos praeberi ſolitus* 18, 12, 3 cultus 25, 14, 2. quotidiani ſumtus 10, 7, 2.

R.

Radices montis, *ima montis* 1, 5, 3. *v. theſ.* Buchn.
Rapi aliqua cupiditate, in aliquid 18, 6, 2.
Rarae arbores, *per intervalla ſtatae & tractim* 1, 5, 3. *v. not.*
Ratum, nihil fore ratum, *quae conſtituiſſet, non manſura, de abrogatione* 7, 10, 1.
Ratio. cujus ratio etſi non valuit, &c. *ſententia, conſilium* 1, 3, 6. *Sic:* ad hunc interficiendum talem iniit rationem, *tale conſilium* 23, 10, 3. *Utrumque conjungit* Curtius 3, 7, 10. *facile ratio tam ſalubris conſilii accepta eſt.* ratio temeraria, *de modo & via agendi* 13, 3, 4. *v. not.* omni ratione bellum comparare, 10, 5, 1. quorum (geſtorum) niſi ratio explicata fuerit, res apparere &c. 14, 1, 2. *Notatur hic accuratior expoſitio circumſtantiarum, quas vulgo appellant. Vult enim Nepos hoc dicere: Datamis res geſtas ſatis percipi haut poſſe, niſi plenius narretur, quibus in gerendo vel difficultatibus conflictatus vel rationibus expeditus &c.* Boecler. *Sic* Tacitus *h.* 1, 4, 1. *ut non modo caſus eventuſque rerum, qui plerumque fortuiti ſunt, ſed ratio etiam cauſaeque noſcantur. Ubi vid.* Boecler. *annot. poſt.*
Recedere a conſpectu ſuorum 12, 4, 3. *paullo ante:* abeſſe *ib.* a caritate patriae non recedere, *conſtanter amare* 7, 8, 1.
Recens auctoritate *de hiſtorico proximo temporis* Fr. 7, 1.
Recedere in invidiam 7, 7, 1.
Recipere ſe eodem, unde &c. *reverti* 13, 3, 4. 23, 11, 2. in Phrygiam 14, 8, 6. recipere ſe ad aliq. *perfugere* 18, 4, 3. *Sic:* intra ſua praeſidia 23, 11, 4. recipere aliquem in fidem, *tutelam & patrocinium religioſe praeſtandum* 2, 8, 4. *ita:* recipi: *ſcil. in fidem,* ibid. recipere legatos, *recuperare* 2, 7, 6. in patriam *ibid.* recipi, *ſcil. in amicitiam & partem curarum* 18, 10, 4. *ſcil. in exercitum & praefecturam* 7, 8, 4.
Reconciliare milites 10, 7, 2. *oppon.* amittere *ibid.* reconciliare oratione aliquos, *ad officium revocare, qui defecerant* 1, 7, 2. reconcil. pacem 8, 3, 2.
Recreare aliquem, *reficere, ſemianimem ſanitati reſtituere, refocillare* 18, 4, 4. Siciliam, *in integrum reſtituere, ſcil. depulſa ſervitute* 20, 4, 3.
Rectum aliquid putare, *honeſtum. praef.* 2.
Recumbere 10, 9, 1. *mox v.* 4. in lecto cubare.
Recuperare aliquem, *liberare ex vincl. hoſt.* 16, 5, 2. recuperare adoleſcentulos, *ex transfugio retrahere* 17, 6, 3. imperium 17, 7, 1. patriam, *reſtitui in patriam ab exilio* 16, 2, 1. patrimonium 25, 12, 3. amiſſa 18, 3, 2.
Recuſare. non recuſavit, quo minus &c. 15, 8, 2. *Ita* Cicero Philipp. I. *ſi quid contumelioſe dixero, quo minus mihi inimiciſſimus ſit, non recuſabo.* Vorſt.
Reddere alicui ſalutem, *ſic: capto* 18, 12, 2. litteras alicui, *tradere* 4, 2, 2. debitum naturae. *periphraſis mortis* 21, 1, 5. *v.* debit. reddere aliquem alicui hoſtem 23, 2, 1. reddere civitatem ferocem, *belli-coſam* 2, 2, 1. mare tutum 2, 2, 3. otium tota Africa 22, 2, 5. aliquos ſuos, *efficere* 7, 3, 4.
Redigere aliquem ſub poteſtatem alicujus 1, 1, 4. 1, 2, 5. 4, 2, 4. *ſic:* in poteſtatem alicujus 16, 5, 1. ſub imperium alicujus 13, 2, 1.
Redimere aliquem ab Acheronte 10, 10, 2. *v.* Acher.

Redire hiematum aliquo 18, 8, 1. ad officium, *ſc. obſequii* 1, 7, 1. 5, 2, 4. 17, 5, 3. *dicitur, ut* redire ad ingenium, ad ſanitatem, ad mores &c. *Lambin.* in gratiam cum aliquo 7, 5, 1. 8, 3, 3. 14, 8, 5. nunquam cum matre in gratiam rediit, *conſequens pro antecedente: nunquam cum matre in ſimultate fuit &c.* 25, 17, 1. redeamus illuc, *formula finiendae interjectionis, egreſſionis* 17, 4, 3. reditum eſt domum 15, 8, 1. redit pecunia ex metallis 2, 2, 2. redeunt tot talenta ex regione illa 2, 10, 3.

Reditus. omnis ejus pecuniae reditus conſtabat &c. 25, 14, 3.

Reducere ad officium, qui defecerant 14, 2, 3. exercitum domum 15, 7, 2. exercitum hiematum 17, 3, 2. uxorem, *de integro ducere*, Lamb. 10, 6, 2. *ſcil. cum eſſet alii tradita.*

Referre ad conſilium de aliqua re 18, 12, 1. referre ſermonem ad aliquem, *exponere alicui &c.* 10, 2, 5. referre ſe ad caſtra, *recipere* 23, 11, 6. cum relatum legent, *expoſitum, narratum praef.* 1. *ſic:* relatae res geſtae eorum ſunt, *expoſitae opere hiſtorico* 21, 1, 1. retulit verſum ex ſecunda Hom. rhapſod. *recitavit, uſurpavit ſermon* 10, 6, 4. referre gratiam 18, 6, 5. pro meritis 2, 8, 7. referre mores alienos ad ſuos, *comparare, exigere*, 15, 1, 1. *v. not.* praedae talenta 1200. in publicum retulit, *publico aerario intulit* 13, 1, 2. *ſic qq. mſc. Dan. & Ed. Ultraj.* Alii: *detulit.* referri in numerum proſcriptorum 25, 12, 4.

Reficere jumenta 18, 9, 6. ſe, *vires & imperium inſtaurare* 17, 7, 1. *tranſl. ab iis, qui a deliquio aut gravi morbo ſe recolligunt. vide Gebh.* aedem 25, 20, 3. moenia, fana 20, 3, 2. muros 9, 4, 5. muri partem, *mox: reſtituere* 13, 4, 1. ſi paullum modo refectae res eſſent, *ſc. ex damnis belli.* 22, 1, 4.

Refrenare impetum alicujus, *inhibere, objicere imped.* 18, 9, 3.

Refringere impotentem alicujus dominationem, *debilitare, obſiſtere ei* 6, 1, 4.

Refugere in urbem, *de oppugnantibus repulſis* 8, 2, 5.

Regere civitatem 13, 1, 1.

Regius, regnum &c. *vid. infr. poſt voc.* Rex.

Regio Perſidis 18, 8, 1. regio locupletiſſima 17, 3, 1. ſaltuoſa 14, 4, 2. *Regionum peritia quid proſit duci* 14, 8, 4. e regione, *ex adverſo* 1, 5, 3.

Religio, *jusjurandi ſcil.* vel, *obligatio per jusjur. facta* 10, 8, 5. 17, 2, 5. *veneratio rerum religioſar.* 17, 4, 7. religionem minuere, *majus ingratitudinis ſcelus* 17, 4, 7. *ſignificat heic* religio *ipſam ſanctitatem, placita, inſtituta religionis.* recipi religione quadam, *cum ad fidem datam, tum ad ſanctitat. loci refertur* 2, 8, 4. homo ſine ulla religione ac fide, *qui nec fas nec jus, nec divina nec humana curat* 10, 8, 1. *v. not.*

Religioſe promittere, *magna fide certaque* 25, 15, 1.

Relinquere locum, *diſcedere*, 1, 3, 6. oppidum, reliquum, *indefenſum, deſerere* 2, 2, 8. reliquit eum anima 18, 4, 2. relinquere filium ex uxore natum 11, 3, 4. talem ex ſe natum 10, 5, 2. virilem ſexum 17, 1, 3. liberos 15, 10, 1. famam ſui 6, 1, 1. regnum alicui 10, 1, 2. relinqui hereditate, *proprie* 23, 1, 3. relicta hereditate domus 25, 13, 2. relictum a patre heredium 24, 2, 1. relictae a patre divitiae magnae 10, 1, 2. relictus pauper jam a majoribus, *ad quem inde a majoribus tranſmiſſa paupertas*, 15, 2, 1. relinquere aliquem, *transfugere ab aliquo* 14, 6, 6. relinqui, *deſeri, non defendi* 14, 6, 4. relinquere aliquem locum tutum, 17, 6, 3. relinquere hiſtoriam temporum, *de auctore hiſtoriae* 2, 9, 1. reliquit ſcriptum eum ibi periiſſe, eum interfectum, *ſcripſit, vel, in ejus ſcriptis reperitur* 9, 5, 3. 23, 8, 2. relinquere ſibi ſpatium deliberandi,

randi, *ſumere, ſervare* 18, 12, 3. relinqui, *ſupereſſe.* nulla ſpes ſalutis relinquitur mihi 1, 3, 2. nullum tempus ſobrio relinquebatur, *luxuria ſemper obruebatur & ſine intermiſſione* 10, 4, 4.

Reliquum eſt, ut, *nihil aliud ſuper eſt, quam ut* 25, 21, 5. reliqui nihil facere, *eleganter, omnia facere, tentare &c.* 25, 21, 5. *v.* Giſ. *obſervat.* LL. p. 213. reliquum tempus, *inſecutum* 2, 2, 1. 23, 2, 5. reliquum vitae 20, 3, 4. reliquum oppidum, *reliqua pars oppidi* 2, 2, 8. *ſic*: reliquam phalangem vetuit loco cedere 12, 1, 2. vid. ſupr. pars.

Remanſit ferrum in corpore 15, 9, 3.

Remedia celeria faciliaque alicui morbo proponere 25, 21, 2.

Remigrare Romam 25, 4, 5.

Reminiſci famae veteris 19, 4, 1. reminiſci aliquid, *excogitare* 7, 2, 1. reminiſci, *perpendere poſt factum, quid factum ſit* 14, 5, 1. reminiſci priſtini temporis acerbitatem 7, 6, 3.

Remittere calces, 18, 5, 5. *v.* calces.

Remittere ſe, *oppon. ſeriis actionibus* 7, 1, 4. remiſſus in labore 11, 1, 1. *ἀνειμένος, laxus, languidus.* Lamb.

Removere hoſtes a muris urbis, *repellere* 22, 2, 4. aliquem ab exercitu, *adimere imperium* 16, 1, 3. removere ſe a talibus conſiliis, *ſtudium animi & inſtitutum a certis conſiliis faciendis ſequendisque, abhorrentis notat,* 25, 8, 4. ſi removiſſet Eumenem, *oppreſſiſſet* 23, 10, 4. removeri a motu corporis, *ab occaſione motus &c.* 18, 5, 4. remotus ab honeſtate, *non conven. honeſt. praefat.* 5. a conventu, *qui domi remanet* 10, 9, 1. remotis ceteris 23, 2, 4. remoto adverſario, *e medio ſublato* 10, 7, 1.

Renovare bellum 22, 1, 4.

Renuntiare propere, celeriter 23, 12, 4. & 5. renuntiatum eſt, viciſſe Boeotios 15, 9, 3. renuntiare. huic renuntiat, irrita futura &c. 7. 19, 2.

Repellere *hoſtem* 3, 2, 3. ſummos duces 18, 13, 1. repelli ab arce, 8, 2, 5. repelli, *de fruſtrato conatu, ac petitione rejecta* 6, 3, 2.

Repentina vis, *tumultus, ſeditio &c.* 7, 3, 3. repentinum conſilium, *quaſi neceſſarium & ex tempore ſalutis cauſa captum* 4, 4, 5. quo repentino objectu viſo &c. 23, 5, 2.

Repere, *oppon.* ire, *de viarum anguſt.* 23, 2, 4.

Reperire, *Ariſtotel. in Politic.* ἐξευρίσκειν, *de conſilio feliciter prompteque invento* 2, 1, 3. reperire cauſam bellandi 22, 3, 1. id quod in tyranno non facile reperitur 21, 1, 2. reperiebatur intemperans 7, 1, 4. non reperiebatur cauſa 23, 11, 3. repertus fidelis regi 14, 1, 3.

Repetitum Macedoniam venire, 18, 6, 1. *ſi lectio proba eſt. v. not.*

Reprehendere ſeipſum, *damnare conſilium ſuum* 14, 5, 1. reprehendi in hoc 4, 1, 3. 5, 10, 1.

Reprimere luxuriam 24. 2, 3. regios ſpiritus 10, 5, 5. *ταπεινοῦν, συστέλλειν τὰ φρονήματα regiorum.* Gebh. reprimi, *ſcil. a furibunda animor. concitatione* 3, 1, 3.

Repudiare munera 19, 1, 3.

Repugnare, *reſiſtere in acie* 15, 9, 2. repugnare victoriae patriae, *repudiare ejus obtinendae conſilia* 7, 8, 5.

Repelli 6, 3, 2.

Repulſam ferre alicujus rei ab aliquo 4, 2, 5.

Reputare ſecum 7, 4, 4.

Requirere aliquid ab aliquo, *interrogare &c.* 25, 20, 2. *ſic:* Indos, unde in eas terras deveniſſent, requirendo cognoviſſe abreptos *Fr.* 7, 2. requiſivit, ubinam eſſet &c. *de familiari compellatione, circa reſciſcendum ſtatum fortunamque cujusque* 25, 10, 4.

Res ſe ipſa aperit, *e facto liquet, quid veri ſubſit ſuſpicioni* 4, 3, 7. res cadit praeter opinionem 1, 2, 5. ei rei praefecit Datamen, *negotio, ſcil. belli gerendi* 14, 2, 3. revera 9, 2, 2. 17, 2, 3. 18, 1, 5. reipſa 19, 3, 3. eadem re, *ea cauſa, propterea* 1, 4, 5. *v. Giſan. obſ.* LL. p. 77. in aliqua

qua

qua re gratias alicui agere atque habere 20, 4, 3. *v. not.* in aliqua re plecti 25, 11, 6. qua re, *ob quam cauſam* 24, 2, 2. res humanae 20, 4, 4. quid facerent de rebus ſuis 2, 2, 6. res abit a conſilio ad vires 8, 1, 4. res eſt mihi cum illo, *de contentione & aemulatione* 16, 1, 3. res geſta, *quicquid accidit* 14, 3, 4. res illuſtris pop. Romani 25, 18, 2. neque res ulla geſta eſt publica &c. 20, 3, 5. res privata, publica 7, 3, 3. res major 2, 1, 8. *ſic*: res majores *Fr.* 12, 4. res Graecae 24, 3, 2. Italicae, *ibid.* Perſicae, 9, 5, 4. Romanae *Fr.* 3, 4. *memoria rerum Graecarum, Italicarum &c. Aliter accipitur in iſto*: rebus Romanis tranquillatis, *i. e. compoſitis, ſedatis turbis, quae Romae ortae fuerant* 25, 4, 5. res memoria dignae 12, 1, 2. res militaris 1, 8, 4. 3, 2, 2. *omne circa bella gerenda negotium ac ſcientia comprehenditur. Habet & publicae adminiſtrationis operisque ſignificatum haec vox. ut*: res gerere in Africa 23, 7, 1. res ſummae: *ut illae*, ſumma rerum 18, 9, 2. 18, 10, 3. rerum ſumma, *imperium ſummum ac poteſtas* 18, 5. 1. *ita*: rerum potiri, *quamvis hoc ἐξοχικῶς accipiendum ſit, de dominatione principatus Romani oligarchica* 25, 9, 6. praeeſſe rebus regis 19, 3, 3. rebus majoribus praeeſſe 14, 2, 1, rebus maximis geſtis 7, 5, 7. de rebus ſummis conſilia capere, i. e. *de ſumma rerum ſive de negotiis, ſummam rerum ſpectantibus* 18, 7, 2. *Etiam τὴν πολιτείαν notat, ut in illo*: res conſtituere 1, 2, 2. *de ſtatu impoſito, rebusque ac provinciis ordinatis Quare mox Synonym.* Cherſoneſo conſtituta v. 4. *ſic*: res Macedoniae occupare *i. e. imperium*, 18, 6, 1. *v. Theſ.* Buchn. *Pertinet huc & iſtud*: magna commutatio rerum harum imperio facta eſt 7, 5, 5. *v. commut.* rem expedire, *de difficili negotio* 18, 9, 2. rem gerere, *praeeſſe pugnae* 23, 8, 4. rem male gerere, *de infelicitate belli, κακῶς πράττειν, uti adverſa fortuna* 1, 3, 8. 2, 5, 1. rem eo perduxit, ut &c. 10, 5, 6. & 15, 8, 4.

Res divina, *de ſacris & immolatione hoſtiar.* 23, 2, 4. familiaris 25, 2, 3. & c. 4, 3. domeſticae res, *i. e. vires bellicae* 23, 10, 2. *quanquam Boecleri Mſc. habet* opes. *v. not.* res adverſae, ſecundae 7. 6, 2. afflictae 9, 2, 1. exiles, *i. e. calamitoſae* 18, 5, 1. *de ſtatu rerum, ac fortuna vitae.* res anteactae, *quicquid antea actum eſſet* 8, 3, 2. res ſeveras differre in craſtinum 16, 3, 2. rebus Laconum ſtudere, *partibus*, 16, 1, 2. rebus ſuis aliquem re aliqua abalienare 17, 2, 5. omnibus optimis rebus uti, *in familiari ſc. vita cultuque* 25, 13, 1. bonarum rerum ignorantia 17, 8, 5. *v. bon.* res venereae 7, 11, 4. res & ſummae *opponuntur* 16, 1, 1. illae *expoſitionem negotii*, hae, *indicata potius quam narrata rer. capita ſignif.*

Reſpublica Athenienſ. 25, 4. 3. reſp. eſt penes hos, *ab ipſis adminiſtratur* 25, 8, 1. reſpub. tota domi bellique, *pro ipſa adminiſtratione reip.* 7, 7, 1. reſp. geritur bene 10, 6, 4. adminiſtratur *jure* 24, 2, 1. reipubl. mutationes 25, 4, 4. omnis procuratio 25, 3, 2. reipubl. peritus πολιτικὸς 24, 3, 1. reip. cauſa inimicitias ſuſcipere 24, 2, 4. reipublicae totum ſe dedere 2, 1, 3. *v. dedere.* reipublicae *indigentia privatis copiis ſublevata* 17, 7, 2. 24, 1, 4. remp. capeſſere, *ad ejus adminiſtr. accedere* 2, 2, 1. ad rempubl. accedere 9, 1, 1. de rep. nihil praeter gloriam capere 15, 3, 4.

Reſacrare 7, 6, 5. *Eſt religione devotionis ſolvere, exſecrationem in alicujus caput factam irritam reddere &c.* Boecler. *adde* Feſtum *in* reſecr. *Et e junioribus praeter laudatos Ernſtio,* Turneb. *adverſar.* 18, 25. & interpretes *ad Plaut. Aul.* 4, 7, 4. & *Perſ.* 1, 1, 48. Schottus *autem rectius eſſe ait*: reſecrare, *quomodo & ap.* Plaut. *loc. cit. ac* Feſtum *l. c. ſcribitur.*

Reſcindere pontem 1, 3, 4. *alibi*: diſſolvere 2, 5, 1.
Reſciſcere, *vel* reſcire, *comperire* 4, 3, 4. 14, 2, 4. 18, 8, 6. *proprie de occultorum & inſperatorum cognit. uſurpari docet* Gell. 2, 19.
Reſervare ſe ſibi ſuiſque, *de aegroto, qui nihil reliqui facit, quod ad ſanandum ſe pertineat* 25, 22, 2, *oppon.* id ſibi accelerare, quod natura cogit *ibid.*
Reſidere alicubi, *quietis cauſa, de laſſo* 14, 11, 3.
Reſiſtere adverſus (*v.* adv.) 16, 1, 3. reſiſtente nullo 23, 3, 1. reſiſtere omnibus, *bellare adv. omn.* 18, 3, 1. factioni 16, 1, 2. reſtitit ei nemo in acie, *nemo eum ſuſtinuit, nemo non deceſſit victus* 23, 5, 4. *ſic*: nemo ei dicendo poteſt reſiſtere, *adverſ. ipſum valere* 7, 1, 2. reſtitit, ne ſtatua ſibi poneretur, *interceſſit, impedivit* 25, 3, 2.
Reſpicere aliquid, *conſiderare* 1, 8, 4. *Eodem ſenſu uſurpatur & ſubſtantivum* reſpectus *ap.* Juſtin. 12, 10, 8. *quos ſine reſpectu amicitiae necari juſſit* & alios paſſim.
Reſpondere ſuperbe, *incivilis animi nota* 4, 3, 3. reſpondere, *cauſam dicere in judic.* 15, 8, 1. in reſpondendi brevitate concinnus, *τὸ ἀποφθεγματικὸν dicterum innuitur: quod conſtat brevitate & concinnitate* 15, 5, 1. *oppon.* ornatus in perpetua oratione *ibid.*
Reſponſio irridentium 1, 1, 5. reſponſum oraculi *Apollinis Delph.* 1, 1, 4. *αἰνιγματῶδες* 2, 2, 6, Dei Delphici reſponſo 4, 5, 5.
Reſtare, reſtiterat hoc, *ſupererat* Fr. 5, 3.
Reſtituere alicui ſua 20, 3, 2. muros, *exſtruere* 2, 6, 2. *ſic*: muros ex hoſtium praeda patriae reſtituerat 13, 4, 1. reſtituere aliquem in regnum 11, 2, 1. in priſtinum, *in ſtat. priſt.* 20, 1, 1. reſtituendi (ſc. ejus) ſpes nulla erat, *ſc. ab exilio in patriam* 25, 9, 2. *ſic*: ſuffragante Theramene plebeſcito reſtituitur 7, 5, 4. *plenius*: in patriam reſtitutus eſt 3, 1, 5. reſtituere urbem, *incolis & diſciplina tam condere* 16, 4, 3.
Retardare. ut non minus totidem dierum ſpatio retardaretur, *de hoſtu impetu tardato* 18, 9, 2. mox: *refrenare hoſtis impetum* ibid. 9, 3. & 10, 1. *hoſtis, celeritatem impedire.* retardare hoſtis impetus 11, 2, 5. hujus caſu aliquantum retardati ſunt Boeotii, *de Epaminonda, ſparo eminus percuſſo* 15, 9, 2.
Retia 16, 2, 5.
Retinere benevolentiam alicujus 25, 5, 1. uſum benevolentiamque 25, 20, 5. ſuum ordinem, *in ſucceſſ. ſc. & jur. famil.* 17, 1, 3. vitam diutius 23, 12, 5.
Retinere aliquid memoria 25, 11, 5. uſque eo retinuit ferrum in corpore, quod ex haſtili remanſerat 15, 9, 3. retinere bonitate poteſtatem, *exercere, uſurpare* 1, 8, 3. aliquos ſub poteſtate, *in obſequio & fide* 1, 3, 2. retinuit ſe domi 15, 10, 3. *ſic edidit Lambinus; Nos ſecuti libros optimos edidimus* domo ſe tenuit. *v. not.*
Retrahere. uno praelio Thebas ab interitu retraxit, *revocavit, ſervavit* 15, 8, 4.
Revera 9, 2, 2. 17, 2, 3. 18, 1, 5.
Reverti. ſed illuc revertor 10, 4, 5. ſed ad illos revertar 18, 8, 3. *formulae poſt factas digreſſiones.*
Revocare filium ad virtutem a luxuria 10, 6, 2. aliquem domum 23, 7, 4. revocare ſuos tuba, *inhibere incurrentes in hoſt.* 12, 1, 2. revocari in patriam *ſcil. ab exil.* 5, 3, 3. defenſum patriam 25, 6, 1.
Reus delicti 7, 8, 4. parricidii Fr. 4, 1. *ſub.* de crimine. *eſt enim ellipt. locutio.* reum facere aliquem abſentem 7, 4, 3.
Rex nomine non poteſtate, *de Ageſilao Lacedaemonio* 21, 1, 2. *alibi*: reges nomine magis quam imperio 17, 1, 2. *ubi not. v.* rex noſſe debet ſuos 9, 4, 1. rex nobilis 14, 3, 4. *i. e. dynaſtes. v.* dynaſt. Rex, *ἁπλῶς, pro, rege Perſ.* 17, 2, 1. & *alibi. Scil. Perſarum, & poſtea Par-*

Digitized by Google

thorum reges non ſolum a ſuis ſed etiam a Graecis & Rom. ſcriptorib. ob potentiam & imperii amplitud. nunc *μεγάλου βασιλέως* *&* magni regis; *nunc abſolute βασιλέως, &* regis *titulo inſigniebantur. vid.* Briſſon. *lib.* 1. *de reg. Perſ. &* Scheffer. *in Ind. Aeliani.* reges caſus adverſos hominibus, ſecundos ſuae fortunae tribuunt 14, 5, 4.

REGES *Nepoti memorati*: Ageſilaus 21, 1, 2. Cyrus, Darius Hyſtaſpis filius *ibid.* Xerxes, Artaxerxes Macrochir, Artaxerx. Mnemon. *v.* 3. Philippus, Alexander M. *cap.* 2, 1. Pirrhus Epirotes: *ibid.* Dionyſius Prior *v.* 2. Antigonus, Demetrius, Lyſimachus, Seleucus, Ptolomaeus *c.* 3, 1. *&c.*

Reges Lacedaemoniorum 6, 3, 1. duo nomine non imperio 17, 1, 2. *reges bini Karthaginienſ. annui Romanis conſulibus comparati* 23, 7, 4. *v. not.* Ernſtii, *&* Grot. *de J. B. & P.* 1, 3, 10. *βασιλεῦς etiam* Ariſtot. 2. *polit.* 9. *dixit.* reges Thraciae 7, 7, 5. regum popul. Rom. res geſtae 24, 3, 3.

Regius apparatus 4, 3, 2. cultus 14, 3, 1. *alibi*: ornatus 18, 13, 3. regium nomen *ibid.* regii ſpiritus, *arrogantia regia* 10, 5, 5. *v. ſpirit.* regii ſatrapae 14, 3, 1. regii, *ſc. miniſtri.* 17, 8, 3. regia dignitas, abſque nomine reg. 1, 2, 3. regia poteſtas 6, 3, 5.

Regnum, *μοναρχία, imperium unius* 20, 3, 4. regnum Darii 1, 3, 5. regnum, *de tyrannide* 20, 1, 3. regni honor, *regia dignitas* 17, 1, 4. *regnum vivus rex non debet filio tradere* 21, 3, 4. *regnum virtute adepti privati* 21, 1, 2. regnum partiri 10, 2, 4. de regno controverſia inter Leotychidem & Ageſ. 17, 1, 2.

Rhapſodia ſecunda Homeri 10, 6, 4. *lib. ſecund. Iliad. Homeri. nam ita vocantur ejus Poëtae libri.* Lambin. *Pollux lib. 4. c. 7. inter nomina Poëmatum, ῥαψῳδίας ponit. Adde* Suidam *in hac voce, &* Salmaſ. *Exerc. Plin. p.* 867. *ſeqq. itemque* Scalig. *Poëtic.* 1, 41.

Rhetor Atticus, *de legato* 15, 6, 3.

Rhodanus *fl.* 23, 4, 1. 23, 6, 1.

Rhodii confligunt cum Antiochi copiis 23, 8, 4.

Riſus coortus 13, 8, 5. riſum alicui concitare (ſeu, ut vulgo editur,) excitare 23, 11, 5.

Robur libertatis, *vires ad reparand. libertat. unicas aut praecipuae* 8, 2, 1. robuſtus domeſticis rebus, *potens, valens* 23, 10, 2. robuſtior factus, *adultior* 7, 2, 3.

Rogatu ejus 15, 4, 1.

Roma *vocatur* urbs, in qua domicilium orbis terrarum eſt imperii 25, 3, 3. *Roma quando condita* Fr. 1, 2.

Romanus pop. omnes gentes virtute ſuperavit 23, 1, 1. Romanum nomen, *populus* 23, 7, 3. *Romano non licebat alibi civem fieri* 25, 3, 1. Romanae urbis princeps *Romae*, 25, 20, 5. *Sic* Virg. Ecl. 6. Parnaſſia rupes, *pro*, Parnaſſus. *Et* Aen. 1. Sicula tellus, *pro*, Sicilia. *Alibique.* Vorſt.

Romulus 25, 20, 3.

Roſtrum, *navis ſc.* 2, 4, 2.

Rubrum mare 23, 2, 1.

Rudes literar. Graecar. *rerum* 16, 3, 1. *Sic* Cicero offic. 1. *non modo graecarum literarum rudes, ſed etiam docti &c.* Lamb.

Rudimenta civilium officiorum qualia eſſe debeant 2, 1, 3.

Rumor differtur 10, 10, 1. *v.* diff.

Rurſus reſacrare 7, 6, 5. *per pleonaſmum vide not. Sic* rurſus reſcribere, rejicere, retradere, revocare, recipere. *vid.* Gitan. *append. obſervat. p.* 286. *Sic &* redire rurſum *ap. Terent.* Eun. 4, 2, 6. redire rurſus *ap. Flor.* 1, 3, 9. 1, 11, 14. *& ſimilia paſſim ap.* alios. Adde Cl. Burm. ad Quinct. lib. 2. Inſt. Orat. cap. 4.

Ruſticum praedium 25, 14, 3.

S.

Sabini 24, 1, 1.

Sacellum *Αὐτοματίας* 20, 4, 4. muri Athenienſium ex ſacellis *ſt.*

de-

Digitized by Google

ſtructis 2, 6, 5.
Sacerdotes fani, *ſcil. Jov. Ammon.* 6, 3, 3.
Sacra violata 7, 4, 8.
Sacrarium ſaluti tuendae intratum 2, 8, 4.
Sacrificare apud aram, *immolare beſtias* 23, 2, 4.
Sacrilegi, *qui religionem templorum violant* 17, 4, 8.
Sacrilegium, *de ſacris violatis* 7, 6, 4.
Sagacitas. erat ea ſagacitate, ut decipi non poſſet 7, 5, 2.
Saguntbus expugnata 23, 3, 2.
Salamin *vel* Salamis 2, 2, 8. *& ſeqq. Inſula clariſſimi nominis ad ſtadia quaſi LXX. in longum porrecta, incipiens e regione Megaridis, ſed majore ſui parte Eleuſinio litori ditionis Atticae oppoſita, freto anguſto ab Amphiale promontorio ſejuncta, cum urbe cognomine, quondam in auſtrino latere, quod Aeginam intuetur, poſita, deinde in latus adverſum contra Atticam tranſlata.* Ubb.Emm. *vet. graec. tom.* 1. *p.* 39.
Salaminia pugna 3, 2, 1. victoria 2, 6, 3.
Salis plus, quam ſumtus habebat tectum (aedium) 25, 13, 2. *plerique hic ſalem pro gratia, venuſtate, arte accipiunt: ſatis novi tranſlationem vocabuli, nec libenter tamen credo, Nepotem ita ſcripſiſſe. videtur enim mihi neſcio quo modo inconcinne hic uſurpari.* Boecl.
Saltare commode, *praef.* 1. ſaltare, in vitiis ponitur 15, 1, 2.
Saltus Grajus 23, 3, 4. Pyrenaeus, 23, 3, 3.
Salcuola regio 14, 4, 2.
Salus. quibus nulla ſpes ſalutis relinquitur, *tuendi ſtatus ac dignitatis* 2, 3, 1. ſalutis ſuae cauſa id fecit, *ut eſſet tutior* 10, 4, 2. ſaluti eſt ea res, *ſalutaris, utilis* 2, 2, 3. ſaluti fratris civium libertatem anteferre, *vitae* 20, 1, 3. *ſic*: reddere alicui ſalutem 18, 12, 2. ſalutem fuga petere 23, 11, 4.
Salum, *altum mare, undarum & fluctuum plenum &c.* Lamb. in ſalo navem tenere in ancoris 2, 8, 7.
Salvus. ut ſatis haberent, ſi ſalvi eſſe poſſent 15, 8, 4. *non de victoria ſcil. ſed de ſalute pugnantes.*
Samothracia 25, 11, 2.
Samus deficit ab Athen. 13, 3, 1. capitur 13, 1, 2.
Sancire. haec conjunctio neceſſitudinem eorum ſanxit 25, 19, 4. *v. not.*
Sanctus. jus legationis, quod ap. omnes gentes ſanctum eſt, *inviolabile* 16, 5, 1. *v. not. Sic*: templa deorum ſancta habere 17, 4, 7. ſanctiora jura patriae eſſe duxit, quam hoſpitii 13, 4, 3. ſanctiſſima loca 25, 3, 2.
Sanctiſſime aliquid colere 20, 4, 4.
Sanctitas, *integritas, quae oppon. avaritiae & crudelitati* 6. 4, 1. *Hinc* ſanctae manus *non pollutae captandis & acceptandis munerib. provincialium, apud Val. Max.* 2, 2, 8. Gebh.
Sanguine ſuo aliquem redimere ab Acherunte 10, 10, 2. ſanguine ſuorum cruentare manus 15, 10, 3.
Sapientes ſeptem 8, 4, 2.
Sardes, *urbs Lyd.* 17, 3, 5. 1, 4. 1.
Sardinia 24, 1, 3.
Sarmenta 23, 5, 2.
Satellites Medi & Aegyptii 4, 3, 2. *peregrinum hoc ſatellitium Pauſaniae, ad tyrannica inſtituta pertinet, quod aliquoties tradit in Politicis Ariſtotel.* Boecl. ſine ſatellitibus tutum ſe non arbitratur *tyrannus* 13, 4, 3.
Satietas lectoris, *cum ſignif. faſtidii* 16, 1, 1.
Satis eloquentiae 5, 2, 1. ſatis exercitatus in dicendo 15, 5, 2. hoc unum ſatis erit dictum, *hoc unum ſi dixero, ſatis dictum eſt* 23, 5, 4. *v. not.* abſtinentiae erit hoc ſatis teſtimonium 15, 4, 6. ſed ſatis de hoc, *tranſitionis formula* 7, 11, 6. neque vero id ſatis habuit, ſed etiam &c. 15, 4, 5. a ceteris tantum ſatis habent ſe defendere, *i. e. non ultra defenſionem nituntur* 23, 10, 5. ſatis illas copias habere coegit, ſi liceret &c. 20, 2, 4. ut Lacedaemonii ſatis haberent, ſi &c.

Digitized by Google

&c. 51, 8, 4. *ubi* ſatis habere *eleganter pro* contentum eſſe &c. vide Cort. ad Salluſt. Jug. c, 31. n. 20.

Satisfacere. quia vobis, ut ſpero, ſatisfeci, *i. e. quia feci, quae a me requirere poteratis, veſtraque vota implevi &c.* 25, 21, 5. *v. not.*

Satius ducebant eos obſideri, quam &c. 16, 1, 3. ſatius eſſe in Aſia, quàm in Europa dimicari 17, 2, 1. ſatius duxit patriae legibus parere, quam &c. 20, 1, 3. *v. not.* ſatius putaverunt in urbe eum comprehendi 4, 5, 1.

Satrapes, *pro Pharnabazo* 7, 10, 3. ſatrapes regius 4, 1, 2. 6, 4, 1. ſatrapae regii 17, 2, 2. *quo cultu uſi* 14, 3, 1. *Hi ſunt quos alibi* principes provinciarum, praefectos, praetores *vocari conſtat. Eratque omne Perſarum imperium in ejusmodi Satrapias diviſum. vidend.* Briſſon. 1. *de regn. Perſ.* & Druſ. *in obſerv. &* Cl. Berneg. *Juſtin.* 5, 2, 5. *ſ.* Boecler. *adde* Freinsheim. *Ind. Curt.*

L. Saufejus 25, 12, 3.

Scandulis Roma per annos 470. contecta *Fr.* 10, 4.

Scapha 23, 11, 1.

Scelus *de tyrannide* 20, 1, 3. *de veneſic.* 21, 1, 4. *de parricidio* 15, 6, 3. *pulſos ob ſcelus recipere, crimini datum* 15, 6, 3.

Sceleratus. immerentes ut ſceleratos occidit 10, 10, 1.

Scena, *pro ludis ſcenicis.* ad ſcenam ire *praef.* 4. in ſcenam prodire *ibid.* 5.

Sceptrum, *inter inſignia reg.* 18, 7, 2.

Scienter tibiis cantare *praef.* 1. *perite atque ex arte.* Suet. *Tit. c.* 3. ut qui cantaret & pſalleret jucunde ſcienterque. *ſic*: ſcienter dicere aut ſcribere *Fr.* 6, 3.

Scipio *P. Cornelius ter vincitur ab Hannib.* 23, 4, 1.

Scipio Africanus principatum in civitate (*Rom.*) obtinuit 24, 2, 2. *v. princ.*

Sciſmas 14, 7, 1. *Mſ. Dan.* Syſinas. *v. not.*

Scribae 18, 1, 5. apud Romanos mercenarii, ap. Graecos honorati. *ibid. Loquitur autem Nepos de ejusmodi ſcribis, qui hodie* ſecretarii, *in magnarum poteſtatum conſiliis habentur. (nam quod ſecretarius, quivis mercenarius ſcriba & ſervilis operae miniſter appellari cupit, abuſui vocis dandum, omnes ſcimus.) ideo requirit ad hoc officium* 1. familiae honeſtatem. 2. ſpectatam induſtriam, *id eſt*, ἐπιδεξιότητα ἐν ταῖς τῶν πράξεων ἐπιχειρήσεσι, *promtam facilitatem, qualis in rerum actu dextre tractando laudatur. (id enim induſtria frequenter ap. Auctores notat.)* 3. fidem. Dignitatem *officii ita oſtendit*: 1. honorificum *eſſe oſtendens titulum, v.* 5, 2. gradu amicitiae regiae: *v.* 4. & 6. *quae majorum rerum miniſtris ſcil. tribuitur.* 3. intimae familiaritatis *cum rege conſuetudine. v.* 4. Munus *ipſum ita deſignat*: Scriba *talis* omnium conſiliorum eſt particeps *verſ.* 5. in conſilio regi ſemper adfuit, & omnium rerum habitus eſt particeps, *v.* 6. *De* ſcribis *porro, multa & ſcitu digna congeſſit*, Caſper. Barth. adverſ. 50, 1. Boecl. *add.* Herm. Hugon. *de prima ſcrib. orig. c.* 32. Dan. Feſſel. *Adverſar. ſacr.* 1, 1. *Athenis pariter ut Romae vile fuiſſe ſcribarum munus, docet* Petit. *Comm. ad leg. Att. pag.* 257, 258.

Scribere hiſtoriam 16, 1, 1. 24, 3, 3. nonnulli ſcriptum reliquerunt eum periiſſe 9, 5, 3. *ſic*: alii naufragio, alii a ſervis ipſius interfectum eum, ſcriptum reliquerunt 23, 8, 2. ſcripta in pilis devotio, *inciſa* 7, 6, 5. conf. 7, 4, 5. *Nam* ſcribere *non tantum dicitur is, qui calamo aut ſtylo ſcribit, verum etiam qui coelo: non tantum is, qui aliquid nigri vel albi chartae aut ligno illinit, verum etiam, qui ſculpendo aut coelando literas vel extantes vel depreſſas facit. conf.* 4, 1, 4. *Quod idem quin & Graeci* γράφειν *dicant, nihil dubitandum videtur; etſi Cl. Salmaſio praef. libri de modo uſurar. ſecus viſum. Neque tamen,*

Digitized by Google

mêo, quod Pilatus ὃ τίτλον γεγραμμένον in hiſt. Evang. legitur, id cum Heinſio de coelatura intellexerim; ſed cum Salmaſio potius de alterius generis ſcriptura. Vorſt.

Scriptitare res Romanas, *ſcribere hiſtoriam Rom.* Pr. 3. 4.

Scriptores, *hiſtorici* 15, 4, 6.

Scriptura, hoc genus ſcripturae *praef.* 1. *Vellej.* 2, 52, 2. *hic ſcripturae modus.*

Scyrus 5, 2, 5. *Inſula una ex Cycladibus.*

Scrutari aliquem, *ante colloquium ſc.* 14, 11, 2. *mos iſte etiam in aulis aliquando, ut excuterentur, qui principem adibant.* v. Lipſ. ad 11. A. Tac. Boecl. *Add.* Bernegg. *ad Juſtin.* 38. 1, 8. & Gebh. *ad h. l.*

Scytale σκυτάλη 4, 3, 4. *clandeſtinae litterae, quibus ad duces ſuos Lacedaemonii utebantur, de quibus v.* Gellium 27, 9. *longior eſt deſcriptio, quam ut hic exſcribi debeat.* (*vid.* Meurſii *Lacon.* 3, 4. Crag. *de republ. Lacedaem.* 4, 7.) *Exempla occultae ſcript. ap.* Herm. Hug. *de prima ſcrib. orig. cap.* 15. *reper.* Boecl. *Iconem ſcytales habes in not.* Sebaſt. Migii *ad Portae magiam nat.* Locc. *add.* not. *ad h. l.*

Scythae premunt Darium 1, 3, 3.

Scytiſſa 14, 1, 3.

Secius. neque eo ſecius, *minus* 1, 2, 3. & 25, 2, 2. nihilo ſecius 9, 2, 4, 10, 8, 5. & 25, 22, 3. *ſic Caeſ. B. Civ.* 3, 26. Gebh.

Secundus. ſecunda fortuna adverſariorum capti 1, 2, 5. ſecunda fortuna elatus 7, 7, 3. ſecunda fortuna fundum emit in diem 25, 9, 5. ſecundam fortunam ſapienter ferre 20, 1, 2. ſi quid ſecundi eveniſſet 7, 8, 4. hoc ſecunda victoria accidit 16, 5, 4. ſecunda perſona, *de altera, ſed inferiore* 16, 4, 3. *v. alter.* ſecunda menſa 17, 8, 4. *v. menſa.*

Secura vita, *ſine odio & inſid.* 5, 4, 3.

Sedare, *lenire invidiam* 10, 8, 1. ſedare bellum *ſc. pace* 14, 8, 6. laſſitudinem militum 18, 9, 6.

Sedere diu uno loco, *morari; diſſidere* 14, 8, 1. in ara ſupplicem 4, 4, 5.

Seditio exercitus 18, 21, 3.

Segnius. nihilo ſegnius perſeveravit, *adeo alacrit. & induſtr.* 14, 2, 4. *v. not.*

Segregari a conſiliis, *non adhiberi amplius* 23, 2, 2.

Sejungere. Alpes ab Gallia Italiam ſejungunt 23, 3, 3. nullam ſejunctam ſibi ab eo fortuna volebat eſſe 25, 10, 5.

Sejunctum a re propoſita 16, 3, 1.

Seleucus 18, 5, 1. 18, 10, 3. a Ptolemaeo dolo interfectus 21, 3, 4.

Sella aurea, *inter inſignia reg.* 18, 7, 2.

Semianimis 4, 5, 2. *alibi:* ſemivivus 18, 4, 4.

Sempronius Gracchus. *vid.* Gracch.

Sena 24, 1, 2. *Piceni ſive Umbriae in Italia oppidum eſt, non ut quidam inepte contendunt, Caeſena, de quo extat peculiaris Exercitatio Gabrielis Naudaei.*

Senatus datur legatis 23, 7, 6. *v.* dare. ſenatus populusque Romanus 23, 7, 2. ſenatusconſultum, *de reſponſ. legatis dando* 23, 7, 3. ſenatu peracto 24, 2, 2.

Seneſcere, *eleganter de potentia decreſcente* 7, 5, 3. *Seneca ep.* 91. urbium, imperiorum, gentium nunc flores fortuna, nunc ſeneſcit, nunc interit. *metaph. a ſenum virib. deficientib.* Locc.

Senex triſtis & ſeverus 5, 2, 2. ſenior, *jam ſenex* 14, 3, 1.

Senectus extrema 25, 2[illegible], 1. ſenectute diem obire 21, 1, 2.

Sentire. quanto ſibi eſſet ornamento ſentiebat 10, 2, 1. poſtquam eum cum magna pecunia veniſſe ſenſerunt 7, 9, 2. ſenſit ſibi pereundum 2, 8, 6. ſenſit ſe peti 23, 12, 5. idem ſentire, *de conſpiratis* 16, 2, 2. ſentire cum aliq. *de factione* 19, 3, 1. adverſus aliquem *diverſae factionis eſſe* 10, 7, 1. ſentire alia atq. antea, *fidem mutaſſe &c.* 23, 2, 2.

Senſus. quod inimici ejus diſſidenti ſuos

Digitized by Google

ſuos ſenſus aperturi forent, *ſua conſilia, ſuum propoſitum* 10, 8, 2. *ſic* Terentius Adelph. 4, 1, 17. *ego illius ſenſum pulchre calleo.* Ovidius: *fateri alicui ſuos ſenſus.* Cicero ep. famil. 1, 9. *unus ſenſus omnium bonorum.* Et alii. Senſus ejus a nonnullis optimatibus reprehendebatur 25, 9, 7. *ſic nonnulli ediderunt*; *Nos vero* ſenſim is a nonnull. opt. repr. *v. not.* erat eodem, quo Alcibiades, ſenſu, *ingenio, propenſioni, ſtudio* 7, 5, 3.

Senſim 25, 9, 7. *v. not.*

Sententia haec eſt in verſu illo 10, 6, 4. in quo epigrammate haec erat ſententia 4, 1, 3. ſententiam alicujus ſequi 1, 3, 6. ſententiam alicujus cognoſcere 20, 3, 5. ex ſententia conſilii, *judic.* 19, 3, 4. ſententiae judicum 6, 3, 4. peractis ex ſententia rebus, *ex voto* 22, 3, 1.

Separatim compluribus locis gladios obruit 14, 11, 2. librum de eo ſeparatim fecimus 24, 3, 4. ſeparatim relatae res geſtae, *cujusque ſc. regis ſuo loco & libro* 21, 1, 1. *v.* not.

Separatis temporibus, *diverſis* 18, 10, 2.

Sepelire nemo liber audet *proditionis damnatum* 19, 4, 4. *proditoribus enim Athenis non concedebatur ſepultura* 2, 10, 5. *locus, quo ſepulti, qui ad ſupplicium dati* 4, 5, 5. *v. not*, ſepultus publice Timoleon 20, 5, 4.

Sepulcrum Themiſtoclis 2, 10, 3. ſepulcri monumento donatus 10, 10, 3. muri Athenienſium *ex* ſepulcris *ſc. deſtructis* 2, 6, 5.

Sepire muris *urbem* 2, 7, 4. cuſtodibus 10, 9, 1.

Septentriones, hic ventus a ſeptentrionibus oritur, *a ſeptentrionali mundi parte* 1, 1, 5. *Rectius autem* ſeptentriones *dicimus, quam* ſeptentrio. *Quanquam & iſtud auctoritate haut careat. Nam ſi non ſatis recte dixero* ſeptembos; *neque* ſeptentrio *recte dixero.* Trio *enim rusticorum lingua bos dicebatur, ut ex Varrone Gellius docet* 2, 21. Buchn. ad h. l.

Sequi aliquem in provinciam 25, 6, 4. *mox*: ire in provinciam *ibid.* ſequi amicitias alicujus, *ſocietatem facere cum aliquo* 15, 16, 1. caſtra *in militiam ire &c.* 25, 7, 2. caſtra alicujus 24, 1, 2. conſilium, *imitari quod alter fecit* 14, 6, 3. exemplum 17, 4. 2. mores *ſc. gentis, in exponendo reſpicere. praef.* 3. otium 16, 2, 1. ſententiam alicujus, (*antea:* accedere ad conſilium) 1, 3, 6. ſatellites ſequebantur, *comitabantur eum* 4, 3, 2. ſecutum eſt illud, cum &c. *venit &c.* 25, 8, 1. *connectendi formula.*

Sergius Galba 24, 3, 4.

Sermo Graecus 23, 13, 3. Latinus 25, 4, 1. Perſarum *lingua* 2, 10. 1.

Serpentes venenatae in Eumenis naves jactae 23, 10, 4. & *c.* 11, 5.

Sertae loricae, *ex annulis ferreis inter ſe nexis conſertae* 11. 1, 4. *Virgilio* conſertae hamis *v. not.*

Servare, *cuſtodire a vi & rapin.* φυλάττειν 5, 4, 1. ſervare jusjurandum *mox*: religionem, τηρεῖν 17, 2, 5. 23, 2, 5. navem ex hieme, *conſervare*, σώζειν 25, 10, 6. ſervari, *de eo, qui in vinculis habetur* 18, 11, 1.

Servilius *Cn. Geminus.* 23, 4, 4.

Servilia Bruti mater 25, 11, 4.

Servi Phocionem ſepeliunt 19, 4, 4. ſervorum munere functi Helotes 4, 3, 6. ſervorum *plura nomina & officia* 25, 13, 3.

Servire amicis, *ſc. officiis urbanis, opera forenſi &c.* 2, 1, 2. Plauto Trin. 3, 2, 25. *eſt* in foro operam amicis dare. *conf.* 13, 4, 2. 25, 4, 3. & 4. ſervire famae, *ſtudere parandae famae* 2, 1, 3. magnitudini virium, velocitati 15, 2, 4. paci, *faciendae paci operam dare* 22, 1, 3. dignitati, tranquillitati, *obtinendae, ſervandaeque cauſſa aliquid facere* 25, 6, 5.

Servitus nomine pacis tecta 15, 5, 3. ſervitutis veſtigia 20, 5, 3. ſervitute oppreſſam tenere urbem 8, 1, 5.

Seſſores veteres, *pro incolis* 5, 2, 5. Liv. *dixit* veteres cultores, *lib.* 28, 28, *ubi v. not.* Gronovii.

Seſter.

Seſtertium centum millia, *ſcutatorum tria millia*, *ut exponit* Manutius & Schottus; *ut alii*, 2500. *Philippici* 25, 8, 6. trecenta *ſc. millia* ibid. *ſunt* 7500. *Philipp.* ſeſtertium ducenta & quinquaginta millia, *ſeptem millia & quingenti ſcutati* 25, 4, 4. ſeſtertium centies, *trecenta millia ſcutatorum*, *ſive Philipp. ducenta quinquaginta millia* 25, 5, 2. in ſeſtertio vicies, in ſeſtertio centies 25, 14, 2. *poſterior ſumma dicta eſt: prior facit* 60000. *ſcutatos*, *ſive* 50000. *Philipp. vel*, *ut* Budaeus, *aureos. vid. Tabulas nummarias* Schoppii: *quarum mentio ſup. facta ſub fin. literae* L. *Quid interſit* ſeſtertia centum *dicere*, *aut* centies, *v.* Budae. *de Aſſ. l.* 1. *Ad exempla poſita*, *breviter annotamus* 1. *in adverbiali locutione ſubaudire* centena millia, *ex gr.* vicies ſeſtertium *integre ſunt*: vives centena millia ſeſt. &c. 2. *contra uſum Latini ſermonis declinari*, *hoc pacto*: hoc decies ſeſtertium, hujus decies ſeſtertii, ab hoc decies ſeſtertio &c. *quapropter vehementer erravit nonnemo*, *qui illum ſingularem in pluralem correctioris locutionis opinione mutavit.* Boecler. *De adverbiali hac locutione paullo aliter viſum* Gronovio *in accuratiſſimo opere* de Seſtertiis, *quo primus univerſam rationem pecuniae veteris antea plurimis difficultatibus impeditam feliciter expedivit. Is enim contendit*, *neque adverbia* decies, vicies, centies, &c. *ſubſtantive heic poni*, *ut* Scaliger *voluit*, *nec*, *ut plerique alii*, *ſubaudiri* centena millia, *aut vocem* pretium: *ſed in adverbiis* decies &c. *ſubintelligi* centies *aut* centenum: ſeſtertium *autem adjectivum numeri ſingularis eſſe*, *in quo ſubaudiendum ſit*: pondus argenti *ut plena locutio haec ſit*: decies, *vel* vicies centies ſeſtertium pondus argenti; centies centenum pondus argenti, &c. *Hoc autem idem eſſe*, *ac* decies, vicies, centies, centena millia nummum ſeſtertium. *vide quae prolixe diſputat lib.* 1. *cap.* 1. 2. 4. 5. *lib.* 2. *c.* 1. *& ſeqq. & in Addendis pag.* 899. 900. 901.

Seſtus 13, 1, 3. *Civitatum Cherroneſi praecipua & munitiſſima*, *habens portum cum ſtatione navium opportuniſſimum*, *colonia Aeolica*, *Patria Herus amicae Leandri Abydeni*, *natatu Helleſpontum per noctem ad amicam trajicere ſoliti*: *cui ex obliquo Abydus in litore Aſiae reſpondebat cum portu quoque egregio*, *declinans paullum ad auſtrum a pontis loco*, *ut Seſtus ad boream*, Ubb. Emm. *tom.* 1. *vet. graec*, *p.* 79.

Severae res, *alias*, *ſeriae* 16, 3, 2.

Severitas *comitate mixta* 25, 15, 1. ſive: *comitas non ſine ſeveritate.*

Severe praefuit cenſurae Cato 24, 2, 3.

Sexus virilis, *filios notat.* 17, 1, 3.

Si forte 10, 2, 2. ſi forte poſſet, *conſilii*, *& cauſae finalis reſpectu* 13, 8, 1. ſi ille non fuiſſet, Ageſilaus fuiſſet &c. 9, 2, 3. minime eſt mirandum, ſi &c. *quod* 5, 4, 4. *conſ.* 9, 3, 1, ſi ipſe his facile careret; proſpiceret tamen &c. *etſi* 19, 1, 4. ſi ſana mens eſſet, potuiſſet &c. 17, 5, 2. *ſic poeta*: ſi mens non laeva fuiſſet.

Sicilia 7, 5. 3. eam Dion armis cepit 10, 5, 3. &c.

Sicut, *exempli gratia* 14, 9, 2. 16, 4, 3. ſic, ut nemo magis, *adeo* 15, 2, 1. ſic, ut ſupra nihil poſſet addi 25, 4, 1. *v. not.* ſic, ut viderentur venire, *ſimulationem & ſpeciem notat* 10, 9, 3. epiſtola, ſicut erat ſignata &c. 16, 3, 2. *formula*, *qua rei ſtatus*, *& conditio praeſens exprimitur.*

Sidere, *de nave*, *quae mergi incipit* 12, 4, 2. *v. not.*

Sigaeum 12, 3, 4. *Idae promontorium vocat* Ariſtoteles 5, *de animal.* Aeliano *eſt oppidum.*

Signatus liber *obſignatus*, 6, 4, 2. epiſtola, ſicut erat ſignata &c. 16, 3, 2. *De ratione obſignandi libros & epiſtolas v. plura ap.* Salmaſ. & Herald. *in ſcriptis adverſariis.*

Significare, *oſtendere*, *conſpicuum fa-*

ere 17, 8, 2. ſicut ſupra ſignificavimus 25, 19, 1. ſignificatur is murus, *ſc. oraculi reſponſo* 2, 2, 7.
Signum, libidinis, luxuriae, abſtinentiae, patientiae 17, 7, 4. continentiae 25, 13, 4. quod ſignum eſt, nullam unquam inter eos querimoniam interceſſiſſe 25, 17, 2. ſignum *quo ſc. epiſtolae obſignantur* 4, 4, 1. ſignum praelii Imperator dat 11, 2, 2. ſignum pugnae 23, 11, 1. *Ille locus de terreſtri, hic de navali pugna loquitur. utrobique enim ſignum quoddam ſub tempus pugnae oſtendebatur, quo conſpecto dimicandi initium fieret. vid.* Lipſ *milit. Rom.* 4, 12. *Boecl.* ſigna inferre, 14, 6, 5. *de ſignis militaribus, quibus quoniam cohortes legionesque diſtinguebantur, de ipſis exercitibus & eorum actibus uſurpantur. Eſt ergo*, ſigna inferre; *in hoſtem ire, hoſtem invadere, ita*: ſigna conferre &c. Boecl.
Silenus, *hiſtoricus Graecus* 23, 3, 3. *v. not.*
Silva domus Tamphilanae 25, 13, 2.
Simillimum ſui corpore & ſtatura elegit 14, 9, 3.
Similitudo morum 25, 5, 3.
Simplex. non ſimplici fortuna conflictatus eſt, *varia &c.* 20, 1, 2.
Simul ac 7, 1, 3. 18, 4, 3. ſimulatque 17, 2, 1. ſimul cum Pauſania, *una cum* 3, 2, 1. 11, 3, 3. ſimul cum eo 23, 6, 4. ſimul cum nuncio dilabi, *ſtatim ac nunciatum eſſet* 18, 3, 4.
Simulacrum auſpicii regii 18, 7, 2. ſimulacra deorum *in templis* 17, 4, 7
Simulare, *cauſam interponere*, 9, 5, 3. 4, 2, 2. 23, 9, 3. ſimulata amicitia 10, 3, 1. 14, 11, 5. ſimulata laudatio 17, 6, 3.
Simulatio nominis, *uſurpatio nominis per ſimulationem* 18, 7, 2.
Simultas. augere ſimultatem multis rebus 10, 3, 1. in ſimultate eſſe cum aliquo, 25, 17, 1.
Sin, *ſi autem*, 19, 1, 4. 17, 1, 3. &c.
Sine offenſione 25, 5, 1. ſine negotio 17, 5, 4. ſine dolo 17, 2, 4. ſine dubio 8, 1, 1. 23, 9, 1. non ſine cura 9, 4, 3. non ſine cauſa dicitur, matrem &c. 8, 2, 3. ſine ulla religione & fide 10, 8, 1. ſine ullo detrimento 23, 5, 2. ſine foenore pecuniam, ſineque ulla ſtipulatione ei credidit 25, 9, 5. ſine ullis doloribus *ibid.* 21, 3. ſine ulla pompa funeris elatus eſt *ibid.* 22, 4. *In quibus locis ultimis* ſine ullo *&* ſine ulla *eleganter ponitur pro* ſine omni. *vid. Cl.* Voſſii *libr. de latinitate merito ſuſp. cap.* 9. *pag.* 81. *& ſeqq.*
Sinere. Ne illa ſinat Jupiter, te *&c. formula abominandi, deprecandi malum &c.* Fr. 12, 9.
Singularis fides 25, 4, 4. prudentia 22, 3, 1. *eximia.* ſingularis potentia inviſa, *unius dominatio* 10, 9, 5. ſingulare imperium, *μοναρχία* 21, 2, 2.
Sinus Arabicus Fr. 7, 4.
Siſtere vadimonium 25, 9, 4. *v.* vadim.
Sita ſalus patriae in ejus pernicie 15, 9, 1. urbes ſitae in ora Aſiae 7, 5, 6.
Socer in cuſtodia generi perit 21, 3, 3.
Socius Athenienſium rex Seuthes in regnum reſtituitur 11, 2, 1.
Societas amicorum Alexandri diſſoluta 21, 3, 2. *ſocietas potentiae infida ibid.* 3, 2. ſocietas huic eſt cum illo 7, 10, 2. civitates Graeciae ad Athenienſium ſocietatem ſe applicant 3, 2, 3. ſocietatem facere cum aliquo ad aliquid 2, 8, 2. *& alibi.* habere ſocietatem cum aliquo 4, 3, 5. *ita*: coire, diſſolvere, *quae vide ſuis locis. Hactenus ſocietas* fidei & pacti *nomen: in ſeqq. ſolam rei participationem notat.* ſocietas demigrationis 1, 1, 2. ſceleris 20, 1, 3.
Sociale bellum 11, 3, 3. 12, 4, 1. *quod Athenienſes geſſerunt cum iis, qui a ſocietate defecerunt.* Boecl.
Socrates 7, 2, 1. & 2.
Socraticus Xenophon 17, 1, 1.
Sola loca, *deſerta* 18, 8, 6. *ſic Cic. de divin.* Cum in locis ſolis moeſtus oberrares. *Ter. And.* 1, 4, 3. venit ex ſoloco. *Similiter alii* ſolos montes,

tes, ſolas terras, oras, ſolam actam &c. *dixere, ut docet* Giſan. *Ind. Lucret. & ex eo* Weitz. *ad Ter. Phor.* 5, 8, 86.

Sollicitare ſervos ſpe libertatis 4, 3, 6.

Solitudo, *de eo, qui paucos ſecum habet,* 8, 2, 1.

Solers agricola 24, 3, 1.

Solvere epiſtolam, *aperire, inciſo lino, quo colligata eſt* 23, 11, 3. *vid.* Salmaſii *ſpecim. confut. Herald. cap.* 19. *Alibi dicit Noſter* vincula epiſtolae lacerare (*vulgo laxare. v. not.*) 4, 4, 1. ſolvere naves, 23, 8, 2. ſolvere pecuniam 1, 7, 6. 5, 1, 1. *ſic*: litem aeſtimatam 5, 1, 1.

Sonitus flammae 7, 10, 5. *i. e. ſtrepitus.* Curt. 7. *ſonabant incendio ſilvae.* Gebh.

Sonus chordarum 15, 2, 1.

Sophroſyne 10, 1, 1.

Sopiri ſomno, *inducto ſc. accitoque* 10, 2, 5.

Soporem dare alicui, *ſoporiferum medicamentum, potum* 10, 2, 5. *reſtituit etiam* Senecae *hanc vocem epiſt.* 83. Gruterus, *quem vide. Et alteri* Senecae *loco* 5. *de benefic.* Delrio *ad Senecae Medeam p.* 60. *Uſus in eodem ſenſu* Frontinus 2, 5, 12.

Soror ex iiſdem parentibus nata, *id eſt, germana, proprie* 20, 1, 4. ſoror germana, *vid.* germ.

Sortis neceſſitudo, *collegium ſorte datum intelligitur* 24, 1, 3. *v. not.* ſorte nanciſci provinciam 24, 2, 1.

Soſilus, *Hiſtoricus & Hannib. praeceptor* 23, 13, 3. *v.* Voſſ. *de H. Gr.* 1, 17.

Soſius *C. Coſ.* 25, 22, 3.

Sparta ſine muris 17, 6, 1. oppugnata 15, 8, 4. paene capta 17, 6, 1.

Spartani *v.* Lacedaem.

Sparum, *vel,* ſparus 15, 9, 1. *vile genus teli fuiſſe, ſatis conſtat; cetera diverſe traduntur. vide* Marc. Donat. *Liv.* 34.

Spatium *habet & loci ſignificationem. ut:* ſpatium agitandi equos 18, 5, 4. ſpatium dimidium *ſc. itineris* 18, 9, 1. *& temporis, ut*: ſpatium deliberandi 18, 12, 3. ſpatio tot dierum 18, 9, 2.

Species libertatis, *pars* 20, 5, 2. imperii, *ſimulacr.* 18, 7, 2.

Specimen prudentiae 25, 3, 3.

Spectare ludos 21, 2, 1. ſpectat hoc alio, *pertinet alio,* 2, 6, 3. *Alibi*: id quo valeret, cum nemo intelligeret &c. 2, 2, 7. hoc eo valebat, ut &c. *ibid.* 4, 4.

Spectaculo eſſe populo, *actitare fabulas* praef. 5.

Speculari aliquem, *inveſtigare* 14, 4, 4. ſpeculatores 7, 8, 6.

Sperare. non ſolum bene ſperare de aliquo, ſed etiam confidere talem futurum &c. 1, 1, 1. *v. not.*

Spes. has adverſus copias ei ſpes omnis conſiſtebat in ſe locique natura 14, 8, 3. magna ſpes erat, per eos amiſſa poſſe recuperari 13, 3, 2. maximam in eo ſpem habebant 7, 3, 5. ſpe libertatis ſolicitare aliquem 4, 3, 6. in magna ſpe eſſe provinciae bene adminiſtrandae 7, 4, 3. ſpe fiduciaque aliquem inducere ad aliquid 23, 8, 2.

Spiritus regii, *praeſidentia, & ferocia magnitudinis reg.* 10, 5, 5. *v.* not.

Splendor vitae, *cultus morisque cum gravitate elegantia* 7, 11, 2.

Splendidus, non ſumtuoſus, *ſtudens decoro vitae cultui, ſed abſque perfuſione* 25, 13, 5. Vellejus 2, 105, 3. *otio liberaliter lauteque abutens, ita tamen, ut eum ſplendidum ac hilarem potius, quam luxurioſum aut deſidem diceres.* Loccen. *adde Theſ. Buchneri.* ſplendidus non minus in vita, quam victu 7, 1, 3. ſplendidiſſima civitas 7, 11, 2.

Spoliare fana, *ἱεροσυλεῖν* 17, 4, 8. aliquem veſte 8, 2, 6. aliquem omnibus rebus 25, 9, 2.

Sponſalia, *pro ipſa diſpenſatione* 25, 20, 1.

Sponſor omnium rerum, *qui fidem ſuam interponit, in ſiſtend. vadim. in facienda verſura &c.* 25, 9, 4.

Sponte ſua. idque ut Lemnii ſua ſponte facerent, poſtularunt, *libenter* 1, 1, 4. Lacedaemonem ſua

ſponte eſt profectus, *ſine juſſu* 5, 3, 3. *Sic*: multa in Aegypto ſua ſponte geſſit 12, 2, 1. eos adjutum ſua ſponte profectus *ibid.* 2, 3. *opp.* publice ab Athenienſibus adjutor ei datus eſt. *ibid.* 2, 2.

Stare ab aliquo, *pugnare pro* aliquo. 14, 6, 6. cum aliquo adverſus aliq. 17, 5, 4. 18, 8, 2. adverſus commoda populi, *adverſa incommodis ejus* 19, 4, 1. in primis, *ſcil. in pugna* 15, 10, 3. ſtare pari faſtigio in utraque fortuna, *gerere ſe pari modo* 25, 14, 2. ſtat mihi deſinere &c. *decretum eſt mihi* 25, 21, 6. *Sic* Cicer. 9. ep. ad fam. *modo ſtet nobis illud, una vivere &c.* Schott. *Et* Virgil. Aen. 12. *ſtat conferre manum. In quibus & ſimilibus* ſententia κατ' ἔλλειψιν *reticetur, ſicut ex illo Terentii apparet*: ſtat ſententia. *Eunuch.* 2, 1, 18. Voſſ.

Statuere. ſtatuit aliquid ſibi conſilii novi eſſe capiendum, *judicavit* 18, 8, 4. *ſic*: ſtatuit ſibi accuratius agendum cum Pharnabazo 7, 10, 2. ſtatuit congredi, *decrevit* 14, 8, 1. *ſic*: nondum ſtatuerat, ſervaret eum nec ne 18, 11, 1. ſtatuere opera, *munire, facere*, 1, 7, 4. tabernaculum 18, 7, 2.

Statua publice ab Athenienſibus conſtituta 12, 1, 3. ſtatua publice in foro poſita 12, 1, 3. in foro poſita patris & filii 13, 2, 3. ſtatuae aeneae 16, 5, 5. ſtatuas aeneas ſecum portat Hannibal 23, 9, 3. ſtatuae Themiſtoclis in foro Magneſiae 2, 10, 3. trecentae uni decretae 1, 6, 4. locis ſanctiſſimis Attico poſitae 25, 3, 2.

Status, *corporis habitus*, 12, 1, 3. *vulgo, poſitura. Gallic. la poſture.* ſtatus vitae, *mos vivendi & diſciplina* 10, 4, 5.

Statura corporis, 14, 9, 3. ſtatura humili fuit 17, 8, 1. *ſic enim legend.* v. not. *De ſtatura, non poenitenda quaedam collegit* Fr. Junius 2, *de pict. vet.* 9, 2. & 3.

Stipendium. primum ſtipendium meruit annorum decem ſeptemque, *militiae initium not.* 24, 1, 2. *numero enim ſtipendiorum Romani annos militiae ſignabant.* Boecl.

Stipulatio 25, 9, 5. *in credenda pecunia ſcil. Eſt enim ſtipulatio (ſolennis ad interrogata promiſſio) vinculum omnium obligationum aſtringendarum, ut ait* Briſſon. *libr.* 6. *formul. quem v.* Boecl. *add.* not. & *Theſ.* Buchneri.

Stirps, *domus, familia*. 21, 2, 3. *pro liberis* 15, 10, 2. *pro genere* 18, 1, 2.

Stramenta 17, 8, 1.

Strategemata 1, 5, 3. 18, 5, 4. & 7. 18, 9, 3. 23, 5, 2. 23, 10, 4. &c.

Stratum, *ſuper quo accumb.* 17, 8, 2.

Strenuus bello 14, 1, 3.

Struere muros 2, 6, 4. *quanquam Nos edidimus* inſtruere. *v. not.*

Strymon, *fluvius Thraciae* 5, 2, 2.

Studere. *Notat conatum, & voluntatem in his*: pervenere, quo ſtuduerant 16, 2, 5. venit quo ſtuduerat 14, 4, 4. ſtudeo perſuadere 18, 2, 4. ſtudebant civem facere 25, 3, 1. qui ſtudebant formam ejus cognoſcere 18, 11, 2. ſtuduit interficere 14, 9, 1. opprimere 10, 6, 5. praeoccupare 14, 7, 2. munire imperium 21, 2, 2. ſtudet portum intrare, σπεύδει, *feſtinat, ut Gebh. exponit* 12, 4, 1. *In iſtis, benevolentiam & partium favorem ſignif.* ſtudere alicui 17, 2, 5. rebus alicujus 6, 1, 5. rebus Lacon. 16, 1, 2. Λακωνίζειν *Graeci dicunt.*

Studium. hic cum maximo ſtudio compararet exercitum, μετὰ σπουδῆς 14, 4, 4. *v. not. Ernſti.* incitabat omnes ſtudio ſuo, *diligentia ſua* 25, 1, 4. in armis plurimum conſumebat, *operae* 15, 2, 5. ſtudium literarum arripere 24, 3, 2. ſtudia gentis, *mores & conſuetudines* 7, 11, 2. principum, *voluntas, conatus, molitiones* 25, 16, 4. ſtudiis utendum ad agendam vitam, *ſc. liter.* 25, 17, 3.

Studioſus audiendi 15, 3, 2. litterarum 25, 1, 2. ſtudioſi Catonis, *qui tenentur cupiditate notitiae Caton.* 24, 3, 5.

Studioſius. quo ſtudioſius armarentur

tur 17, 3, 2.

Suavitas oris ac vocis 25, 1, 3. ſermonis Latini 25, 4, 1.

Sub tuam poteſtatem ſe adjuvante redacturum pollicetur ceteram Graeciam 4, 2, 4. ſub divo 4, 5, 2. *vid. ſupra divum.* ſub imperio alicujus eſſe 18, 7, 1. ſub radicibus montis, *in ima parte* 1, 5. 3. ſub ipſa proſcriptione, *ipſo tempore proſcript.* 25, 12, 3. *ſic quoque* Suetonius Claud. 43. *ſub exitu vitae.* Florus 2, 11. *ſub adventu hoſtiu.* aliique. *vid. Buchn. Theſ.* v. ſub.

Subalare telum, *quod ſub alu geſtatur* 7, 10, 5. *v. not.*

Subducere ſe clam ab aliquo 7, 4, 4.

Subeſſe. non ſubeſt cauſa, quare &c. 7, 1, 4. hac re audita nihil doli ſubeſſe credens conflixit 2, 4, 5. ſubeſſe, *infra eſſe* 12, 4, 3.

Subigere gentes 22, 4, 1. gentes bello 23, 3, 2. 13, 1, 1.

Subjicere aliquid ſub pulvinum, *ſupponere pulvino* 16, 3, 2. ſubjicere librum, *loco alterius ponere, ſupponere* 6, 4, 2.

Subinde *Fr.* 3, 1.

Subire poenam 15, 8, 2.

Sublevare aliquem 4, 4, 6. alios, *tueri ſuis facultatibus* 15, 3, 4 fugam alicujus pecunia 25, 2, 2. patriam *ſc. pecunia* 17, 7, 2.

Subornare aliquem adverſus aliquem 19, 2, 3. *occulte ornare, vel in alterius locum ornare, inſtruere.* Lamb. *Alias* ſubornare *eſt* aliquantum ornare, *ut in illo* Senecae epiſt. 24. *homo non eruditus, nec ullis praeceptis contra mortem aut dolorem ſubornatus.*

Subſcribere 25, 6, 3. *eſt juvare accuſationem. Primario accuſatori,* inſcriptio, *ſecundario (i. e. qui ſecundas & tertias ſuſceperat)* ſubſcriptio *competebat. v.* Sigon. *de judic.* 2, 9. Boecl. *add.* Scip. Gentil. *in Apul. apolog. p.* 17. *& ſeq. ac* Buchn. *Theſ.*

Subſidio adducere exercitus 18, 6, 4. ire alicui 17, 8, 2. mitti alicui 6, 3, 4. venire, 1, 5, 4. 12, 1, 1. proficiſci alicui 11, 2, 5. ſubſidia habere non poterat caſtrum 18, 5, 7. *ubi tamen Mſſ. variant. v. not.*

Subſtituere aliquem in locum alicujus 7, 7, 3.

Subſtringere caput loro 18, 5, 5.

Subtexere originem familiae alicujus 25, 18, 2. *mox*: enumerare familiam aliquam a ſtirpe ad hanc aetatem *ib.* 18, 3.

Suburbanam villam nullam habuit 25, 14, 4.

Succedere alicui, *ſc. in provinc.* 24, 2, 1. in locum alicujus 15, 7, 3. odio miſericordia ſuccedit 10, 10, 2.

Succendere caſam 7, 10, 4.

Succumbere alicui, *vinci ab aliquo* 2, 5, 3. ſuccumbente patria 22, 1, 6.

Succurrere afflictis, *ſuppetias ferre, eos juvare* 25, 11, 4. *Sic* Virg. *afflictis ſuccurrere rebus.* Schott. & Ovid. 1. triſt. 4. *rebus ſuccurrite laeſis.* Cæſ. 2. bell. civ. *laborantibus ſuccurrere.*

Suevorum rex *Fr.* 7, 2. *Ita Plinius; ſed legend.* Baetorum *v. not.*

Sufficitur imperator, *ſurrogatur, ſuccedit* 23, 3, 1.

Suffragari, 7, 5, 4. 17, 1, 5. de *commendatione, qua primates & gratioſi viri alicujus patrocinium ſuſcipiunt, partes tuentur, aut dignitatem alicui conciliant. Unde* ſuffragatores, *προσήγοροι Graecis & συνήγοροι, qui aliis ſuffragationem ſuam apud Principem commodant.* Sueton. *Veſpan.* 23. *vid.* Henric. Valeſ. *ad Marcellini* 29. *p.* 391. Boecl.

Suffragium ferre, *de judicibus.* 15, 8, 5. *Calculum notat, cujus uſus in ferenda ſententia.* exercitu ſuffragium ferente 18, 5, 1. ſuffragia teſtarum, *teſtis inſcripta* 2, 8, 1. 5, 3, 1.

Sulpitius *P. Coſ.* 23, 7, 1. Sulpitius *tribun. pleb.* interfectus 25, 2, 1. Sulpitius *hiſtor.* 23, 13, 1. Sulpitius Serv. *frater P. Sulpitii tr. pl.* 25, 2, 1. *In quibuſd. Mſſ. duplex et praenomen tribuitur* M. Serv. *idque, ſi credimus* Urſino *in famil. Rom. &* Schotto *in Elect. antiq. Rom. peculiari quodam gentis privilegio. A quibus tamen diſ-*

ſentit Gronov. *ad Liv.* 9, 56. *in* Addendis: *qui videri poteſt. Sed vide* not. *ad illum locum.*

Sumere arma, *expedire ad pugnam* 14, 4, 5. cibum 25, 21, 6. ſibi Imperatorem, (*antea*: uti duce) 1, 1, 3. regium ornatum, nomen 18, 13, 3. hiberna 18, 8, 3. tempus colloquendi, *praeſtituere* 14, 11, 1. ſupplicium de aliquo, 18, 12, 1. venenum 23, 10, 4. 23, 12, 5. ſoporem, *medicamentum ſoporiferum* 10, 2, 5. *oppon.* ſoporem dare.

Summovere aliquem, 6, 4, 3.

Summus Imperator 7, 1, 2. dux 11, 1, 2. ſummi duces *v.* 1. *non tam loci faſtigio, quam commendatione imperatoriae virtutis dicuntur.* Boecler. *ita:* ſummi viri, *praef.* 1. moris majorum ſummus imitator, *diligentiſſimus* 25, 18, 1. ſummus timor 25, 10, 5. ſumma paupertas 19, 1, 3. ſumma humanitas 1, 8, 4. ſenectus 25, 5, 1. ſummae amphorae, *ſummae partes, ora amphorarum* 23, 9, 3. *Tale eſt illud*: extrema aetas *vid. extrem.* ſummum faſtigium, periculum 25, 10, 2. ſummum genus 7, 1, 2. ſummum imperium, *de imperio militari ſummi Ducis* 17, 2, 3. 18, 7, 1. *de praecipuo magiſtratu* 2, 7, 2. 6. 1, 5.

Summa, *ſubſtantive, ſeu potius* ἐλλειπτικῶς. *ſubint. n.* res (*quomodo Virg. Aen.* 2, 3. 22. *Juſtin.* 6, 2, 4. *& Cic.* 2. *Philipp.* rem ſummam *dixit*) *vel* ratio, *vel aliquid ſimile.* Cujus belli cum ei ſumma eſſet data 16, 5, 3. *alibi*: illi ſumma imperii tradita eſt, *omnis adminiſtratio gerendi belli* 14, 3, 5. *ſic*: qui tum ſummae imperii praeerat 2, 4, 2. ſumma imperii maritimi 3, 2, 2. ſumma rerum ad Antipatrum deferebatur, *totum imperium* 18, 5, 1. ſummam imperii potiri, ἡγεμονίας *de ſummo imperio in gentes. ibid.* 3, 4. de ſumma imperii dimicare 23, 8, 3. alibi: *de ſummis rebus dimicare* 18, 10, 3. *de ſummis rebus deſperare* ibid. 9, 2. *de ſummis rebus conſilia capere* ib. 7, 2. penes quem ſumma imperii erat cuſtodiae 18, 11, 3. ſummam facere, *ſc. pecuniae* 15, 3, 6. ſummas imperii tenere (*ſub.* partes,) *de imperio urbium* 1, 3, 5. ſummas tantummodo attingere 16, 1, 1. *v. res*: *Sic* faſtigia ſumma, *vocat Poëta* τὰ κορυφαιότατα.

Sumtus fit in claſſem 1, 7, 6. plus ſalis quam ſumtus habebat tectum 25, 13, 2. ſumtui expenſum ferre, 25, 13, 6. *vid. expenſ.* ſuo ſumtu efferre mortuos 5, 4, 3. ſumtibus exhauſta patria 22, 1, 3.

Sumtuoſus 25, 13, 5. *oppon.* ſplendidus *ibid.*

Supellex modica, non multa, ut in neutram partem conſpici poſſet, 25, 13, 5. *v. not.*

Super aliqua cauſa aliquem aliquo mittere 4, 4, 1. ſuper coenam Fr. 11, 2.

Superare. pars navium adverſariorum Euboeam ſuperavit, 2, 3, 3. bello ſuperavit Aſiam 17, 4, 3. ſuperare aliquem ſplendore ac dignitate vitae 7, 11, 3. aliquid utilitate 2, 6, 1. ſuperari multitudine adverſariorum 23, 8, 4. ſuperare equitatu, *ſuperiorem eſſe* 17, 3, 6. ſuperata numero ſententia, *ſuffragiorum pluralitate victa* Fr. 2, 2.

Supereſſe. *pro, reſtare.* Athenienſibus exhauſtis praeter arma & naves nihil erat ſuper 7, 8, 1. cum audiſſet, non multum ſupereſſe munitionis 2, 7, 2. *ſic enim legend. vid. not.* cui parva pars vitae ſupereſt. Fr. 12, 5. ſupereſſe *pro, abundare.* non ſolum ut eſſet pecunia, ſed etiam ut ſupereſſet. *pro, vivere.* quoniam tum quoque poſſet temporibus ſupereſſe 25, 22, 2.

Superior *de fortuna aut potentia.* Superior praelio diſceſſit 18, 10, 2. cum ſemper inferior copiis, ſuperior omnibus praeliis diſcederet 14, 8, 4. quo facto multo ſuperiores bello eſſe coeperunt 7, 4, 7. ipſe quo cornu rem geſſit, fuit ſuperior 23, 8, 4. quo facto populus

Ius ſuperior factus, *de factione populari praevalente* 19, 3, 2. ſuperior, *de tempore priori, praeterito.* ſuperior crudelitas 8, 3, 1. ſuperiore tempore 24, 1, 3. anno 23, 4, 4. ſuperiores res ſecundae 7, 6, 2. ſuperius bellum 13, 1, 2. ſuperior Dionyſius, *ſenior, major,* (*priori* 21, 2, 2. *dicitur*) 10, 1, 1. *ſic & Cicero eum vocat* 2. *Offic. Sic* ſuperior Hannibal. Africanus, Cato *apud Val Max.* 7, 3. *ext.* 7, 8, 15, 1. *&* 2.

Superbe reſpondere. *v.* reſp.

Superlativi elegans eſt uſurpatio, cum negatione. homo non beatiſſimus, *id eſt, non admodum beatus, non ſane beatus* 17, 8, 2. *Eleganter quoque cum genitivo plurali Superlativus ponitur. v. g.* fortiſſimus vir omnium barbarorum 14, 1, 1. *E quo loco apparet, in aliis ejuſmodi phraſibus τὸ* Vir, *vel* homo, *vel ſimile ſubſtantivum ſubaudiendum eſſe. Ceterum ſubaudiendum eſt* e numero *vel ſimile quid, ut integra phraſis ſit:* fortiſſimus Vir e numero omnium barbarorum. *v.* Franciſci Sanctii *Minervam* 2, 11.

Superſtes. ea mihi ſuperſtes eſt 15, 10, 2. fortuna nos ſuperſtites ei eſſe voluit 25, 19, 1.

Suppeditatur ipſis a rege pecunia 7, 8, 1.

Suppetit. neque ſuppetebat, quo &c. *erat, ſupererat* 10, 7, 2.

Supplex, *qui ſe in fidem alicujus tradidit* 2, 8, 5. ſupplex Dei, *qui confugit in templum & aſylum* 4, 4, 5. *ita:* ſupplices templorum, ararum 17, 4, 8.

Supplicium ſumere de aliquo 18, 12. 1. *Sic quoque* Terentius Andr. 3, 5, 7. *cur non habeo ſpatium, ut de te ſumam ſupplicium, ut volo.* Perſas Graeciae ſupplicium dare potuiſſe, *Graeciam ſcil. ſuas clades in Perſas vindicare potuiſſe* 17, 5, 2. *ſic* Ter. *Heaut.* 1, 1, 86. *illi de me ſupplicium dabo.* ad ſupplicium aliquem alicui tradere 19, 4, 2. ad ſupplicium dati, *facinoroſi ultimo ſupplicio adfecti* 4, 5, 5.

Supportari juſſit illis omnia 25, 11, 2.

Suppoſitus, *qui loco & habitu ducis ire juſſus* 14, 9, 4.

Supprimere claſſem, *ſuſtinere, reprimere,* ἐπέχειν Lamb, 13, 3, 3. *v. not.*

Supra. poemata ſic pronuntiabat, ut ſupra nihil poſſet addi 25, 4, 1. *v. not.*

Supremus dies 1, 7, 6. *&* 7, 10, 6. 10, 2, 5. *i. e. extremus, ultimus, ſubint.* vitae. *Integre* Cic. Cat. maj. *quae Socrates ſupremo vitae diſſeruiſſet. Sic* ſupremi honores, ſuprema officia, ſupplicia, *& in LL. XII. Tabb.* Sol occaſus ſuprema tempeſtas. *v. Feſtum in* ſupremum.

Suſcipere bellum adverſus aliquem 14, 8, 6. in ſuſcipiendo bello parere conſiliis alicujus 23, 8, 3. *opp.* in agendo bello *ibid.* 8, 6. *paulo ſtrictius de* initio belli *dicitur,* ſicut agere, *de* adminiſtrat. belli 23, 8, 3. *Tale etiam eſt,* quod ſuſceperat bellum, geſſit 15, 7, 4. ſuſcipere inimicitias cum aliquo 14, 10, 2. reipublicae cauſa ſuſcipere inimicitias 24, 2, 4. Tacit. Ann. 1, 54, 10. *offenſiones graves & plerumque iniquas pro Republ. ſuſcipere.* ſatius ducebant ſuſceptis inimicitiis eos obſideri quam liberari, 16, 1, 3. ſuſcipere legationem, *in ſe recip.* 2, 6, 5. negotium 25, 15, 2. odium erga aliquem 14, 10, 4. in aliquem 14, 9, 1. aliquem corrumpendum, pecunia 15, 4, 1. *paulla ante:* tentare alicujus abſtinentiam *ib.* ſuſcipere legatum, *excipere cum ſtudio affectuque* 10, 1, 5. ſuſcipere vota 6, 3, 2. *inter ſolemnia. vide* Briſſon. *formul.* 1.

Suſpicio ex fumo caſtrorum allata eſt ad Eumenem hoſtem appropinquare 18, 9, 1. adulterii ſuſpicionem habere, *ſuſpectum eſſe de adul.* 15, 5, 5. *v. not.* ne quam ſuſpicionem pareret 14, 11, 3. ne quam ſuſpicionem illi praeberet inſidiarum 14, 10, 3. hominis non beatiſſimi ſuſpicionem praebere 17, 8, 2. *vid. not.* aſſimulata caſtrorum conſuetudine ſuſpicionem injiciunt hoſtibus, eſſe &c, 18, 9, 6.

adducere aliquem alicui in ſuſpicionem 23, 2, 2. in ſuſpicionem alicujus cadere, *ſuſpectum alicui fieri* 4, 2, 6. venit mihi in ſuſpicionem hoc eſſe factum 4, 4, 1. ſuſpicione (*Lambin. mallet*: ſuſpectione) caret, *de quo nulla eſt ſuſpicio* 4, 3, 5. falſa ſuſpicione duci 10, 10, 1. ſuſpiciones quoque criminum vitare 25, 6, 5. de claris viris ſuſpicionibus non eſt judicandum 4, 3, 7.

Suſpectu mutuo, *qui timent inter ſe* 10, 4, 1.

Suſpicere, hunc Karthaginienſes ſuſpexerunt (*v. not.*) 10, 1, 5. *mox*: admirati ſunt. *ibid.*

Suſpicienda ejus pietas eſt, *probanda, aeſtimanda* 7, 4, 2.

Suſtinere vim hoſtium 23, 11, 4.

Suus, *eleganter uſurpatur, in illo*: jure ſuo 8, 1, 4. ſuo tempore, *ſervato rerum ordine* 25, 18, 2. ſuus, *de filio* 17, 1, 4. ille ſui judicii &c. *ſc. homo*, αὐτογνώμων 25, 10, 1. *v. judic.* ſui, *populares, cives* 15, 10, 3. ſuos noſſe debet princeps 9, 4, 1. aliquos ſuos reddere aliqua re, *ſibi obſtrictos &c.* 7, 3, 4. *v. Theſ. Buchn.* ſuus accuſator, *qui ſeipſum accuſat*, 6, 4, 3. *v. not.* ſuus pater, *pro*, ejus, 5, 3, 1. *ſic in ejuſdem Mſſ.* ſui inimici, *pro*, ejus, 25, 10, 4. *ubi vid. not.* Ernſtii. *Saepe haec invicem commutari, nec accurate diſcrimen illud, quod Grammatici tradunt, ab antiquis ſcriptorib. obſervari, plures monuere; in his prolixe* Robigius *in Lexico Crit.* 4, 4. Buchner. *in Theſ. & in Comm. ad hymn. Venantii de reſurr. Chriſt. verſ.* 82. Bangius *obſervat. philolog. part.* 2. *p.* 952. *&c. Adde* Cl. Vorſtii *lib. de latinit. falſo ſuſp. cap.* 5. *p.* 46.

Sylla (*ſive* Sulla. *ſic enim ſcribend.*) Atticum fruſtra Athenis deducere cupit 25, 4, 1. & 2.

Syllanae partes 25, 2, 2. *quarum dux & princeps Sylla.*

Sympoſium Platonis 7, 2, 2.

Syracuſae initio a Corinth. conditae 20, 3, 1. libertati reſtitutae 2, 1, 1.

Syracuſanis bellum indictum 7, 3, 1.

Syria 23, 8, 4.

Syſamithres 7, 10, 3. *Nomen Perſicum, quo etiam ap.* Curt. 8, 2, 19. *& c.* 4, 19. *ſatrapa quidam vocatur.*

T.

Tabellarius cum caduceo, κῆρυξ 23, 11, 1.

Tabernaculum. in tabernaculo interfectus eſt 8, 4, 4.

Taciturna ſua obſtinatione ejus preces compreſſit 25, 22, 2.

Taciturnitas interdum eloquentia potior 15, 3, 2.

Taedium vitae capere, Fr. 2, 2.

Taenarus 4, 4, 4. *promontor. & urbs in finibus agr. Lacedaem.* Lamb. *v. not.*

Taeniae, *ex emendatione Mureti* 7, 6, 3. *Apud Pauſan. nominatur quoddam numen, cujus in dextra eſt Victoria ex ebore & auro*, cum corona & taenia. *Nimirum victorib. una cum corona, dabatur* taenia. *Vidend.* Plutarch. *in Pericle & Timoleonte, &* Paſchal, l. 7. *de coronis c.* 5. *& lib.* 4. *cap.* 8. Boecl. *Nos tamen edidimus* coronis aureis aeneiſque. *vid. not. adde* 4, 8.

Talenta quinque, 3000. *coronati*, 15, 4, 1. decem, 6000. *coron.* 13, 4, 1. talenta quinquaginta, 30000. *coron.* 1, 7, 6. 2, 10, 3. 9, 4, 5. ducenta viginti, *centum triginta duo millia coron.* 17, 8, 6. mille & ducenta, *ſeptuaginta viginti millia coron.* 13, 1, 2. *v.* Bud. de aſſ. 2. *&* Glarean. *cap,* 15. *ſumto ſcil. talento Attico communi, quod plerunque intelligi ſolet nuda nominatione talenti, pro* 60. *Minis, ſeu* 600. *Coronatis ſive ſcutatis. Aliud*, Majus, *putant* 80. Minis *conſtitiſſe*, 800. *ſcutatis. vid.* Gronov. *de pec. vet.* 3, 3.

Talis vir, *cum nota excellentiae* 2, 10, 1. *ſic* talis tamque clarus vir 4, 3, 6. talis dux 11, 1, 1. tale facinus 10, 10, 1. talis libertas 20, 5, 3. tales viri 35, 5, 4. *ſic quoque* Cic. pro L. Manilia: *talis eſt vir, ut nulla res tanta ſit, ac tam difficilis,*

Digitized by Google

quam ille non &c. Idem pro Sex. Roſc. *Majores noſtri longe aliter de talibus viris exiſtimabant.* Et alii.

Tam, quem tam diu tamque valde timuiſſent 18, 11, 2.

Tamphilus *Cn. Baebius, Coſ.* 23, 13, 3. *M. Baebius*, ibid.

Tamphilana domus 25, 13, 2. *al.* Caeciliana. *v. not.*

Tanquam. Hannibalem tanquam corruptum adducebant &c. 23, 2, 2.

Tantus. hic tantus vir, tantisque bellis diſtrictus 23, 13, 2. tanta fuit omnium expectatio viſendi ejus 7, 6, 1. in quo uno tantum eſt, ut &c. 18, 12, 2.

Tantum quod, *pro, ſimul ac.* qui tantum quod ad hoſtes pervenerat, Datames ſigna inferri jubet 14, 6, 5. Cicero 7. ad fam. 23. *Tantum quod ex Arpinati veneram, cum mihi a te litterae redditae ſunt. Ubi tamen exponi τὸ* tantum quod *per* vix *aut ſimile quid debet.*

Tardiores fore hoſtes, *ex praeſidentibus cautiores, & pro impetu curam uſurpaturos* 1, 4, 55. Boecl.

Tarentum 10, 2, 2. *Urbs Calabriae perampla & praepotens* Tarentina purpura rubra. *Fr.* 8, 6.

Taurus, *mons Lyciae*, 9, 2, 3. 14, 4, 3. 18, 3, 2.

Tegere familiares ſuos, *tueri* 25, 9, 3. corpus armis 11, 1, 4. tegi altitudine montium, *defendi* 1, 5, 3. tectus jure legationis, *tutus* 16, 5, 1. tegere nomen tyranni humanitate, 10, 1, 4. *v.* not.

Tectum antiquitus conſtitutum 25, 13, 2. tecta prolabuntur vetuſtate atque incuria 25, 20, 3. *ſic Mſ.* Schotti *v. not.*

Telum, *pro, gladio* 14, 11, 3. *v. not.* Ernſtii. *Sic*: telum foris flagitantes 10, 9, 6. telum ſubalare 7, 10, 5. tela mittere, *jaculari in aliqu.* 7, 10, 6.

Temeraria uſus ratione non ceſſit &c. 13, 3, 4.

Temere, *facile* 25, 20, 2.

Tempeſtas 13, 3, 3. *pro periculo* 7, 4, 4.

Templum Dianae ap. Gortyn. 23, 9, 3. Minervae 17, 4, 6. in templo aſſervatae pecuniae 23, 9, 3. templa deorum ſancta habenda 17, 4, 7.

Tempus longinquius, *diuturnius* 2, 4, 4. tempus morandi 1, 1, 6. tempus rei gerendae, *occaſio* 7, 8, 6. 16, 2, 2. & 7, 5, 1. tempus eſt facere hujus libri finem 23, 13, 4. tempus eſt parari exercitus 14, 11, 1. tempus turbidum, *tumultus ipſe* 16, 4, 1. temporis cauſa facere aliquid 25, 9, 6. tempore dato 23, 2, 3. brevi tempore 1, 2, 1. nocturno 1, 7, 3. noviſſimo 18, 1, 6. poſtero 3, 3, 1. reliquo *in poſterum* 2, 2, 1. ſequenti 8, 4, 4. ut tum erant tempora 25, 1, 2. temporibus inſervire *temporum rationibus* 7, 1, 3. *alii*: ſervire. *v. not.* temporibus primis, *ab initio, de parvo intervallo* 10, 3, 1. iiſdem, *eadem aetate Fr.* 5, 7. avorum noſtrorum *ibid. c.* 7, 4.

Tempus, *pro rebus ancipitibus & calamitoſis* 1, 3, 1. *v.* Buchn. *in Theſ.*

Temporaria liberalitas, *temporis cauſa uſurpata* 25, 11, 3. *ſic*: temporaria amicitia *ap. Senec. ep. 9. v.* Gebh. *ad h. l.* & Boecl. *ad Vellej.* 2, 21, 2.

Temporius diſcumbere, *maturius* Fr. 6, 1. *v. not.*

Tendere. quo tendebat, *de termino profectionis* 1, 1, 6.

Tenere, regionem, *obtinere imperio* 14, 4, 1. cornu, *praeeſſe.* 16, 4, 3. exercitum 10, 6, 3. gradum ſecundum 9, 3, 2. imperio dominatum, *μοναρχεῖν* 21, 1, 2. ſummas imperii, *urbes tueri* 1, 3, 5. principatum eloquentiae 25, 5, 4. primum locum tenere, *verſari in loco primo praef.* 6. locum amicitiae apud aliquem 18, 1, 6. locum ſecundum imperii 18, 4, 1. tenere in ſua poteſtate civitatem, *ſibi conciliare, ſuam facere* 6, 1, 4. tenere in ſua poteſtate populum *v.* poteſt. 5, 2, 1. urbem oppreſſam ſervitute 8, 1, 5. tenere navem in ancoris 2, 8, 7. tenere poſſeſſionem Siciliae 20, 2, 4. regionem *ſc. ditione & armis obtinere* 1, 1, 2. *Sic*: Virgil. *Vaſtabat Cyprum, & victor ditione tenebat.* tenere propoſitum, *permanere in prop.* 18, 3, 6, *v. propoſ.*

tenere

Digitized by Google

tenere ſe domi 10, 9, 1. *alibi*: tenere ſe domo 5, 10, 3. *ut Mſſ. legunt. v. not.* uno loco 18, 5, 7. 23, 12, 3. adverſum tenere proficiſcentibus 1, 1, 5. *v. adverſ.* perpetuo praeſidio in obſidione urbem tenere 7, 4, 7. teneri 7, 4, 7. teneri, *ſc. in vinculis* 18, 11, 3. teneri cuſtodia 5, 1, 1.

Teneſmus, *morbi genus in difficili irritoque egerendi conatu &c.* 15, 21, 2. *v. not.*

Tentare abſtinentiam alicujus, *conari corrumpere* 15, 4, 1. qui me incognitum tentaſti 15, 4, 3. tentari ab aliquo *peti accuſat.* 24, 2, 4.

Tenues honores, *non magno ſumtu conſtantes* 1, 6, 2. *opp.* effuſi *ibid. v. not.*

Tenus Tauro 9, 2, 3.

Terentius C. Varro *v. Varr.*

Terentius P. Scipionis Afr. & C. Laelii aequalis *Fr.* 1, 6.

Terra continens, *mari oppon.* 2, 3, 2. mari & terra bellum inferre 2, 2, 4.

Terreſtres exercitus 2, 2, 5. terreſtre praelium 7, 5, 5. *oppon.* navale *ibid.*

Terribilis facies 14, 3, 1.

Terror vanus 23, 5, 2. terroribus magnis vexari, *de periculis ab inimicis in judicio & aliis objectis* 25, 9, 4.

Teſtarum ſuffragia, *de oſtraciſmo* 2, 8, 1. 5, 3, 1. *vid. Oſtrac.* teſtula collabefieri, *eod. ſignif.* 3, 1, 2. *teſta trita lineae primum coloratae a pictoribus Fr.* 10, 6.

Teſtamento adoptare aliquem 25, 5, 2.

Teſtari, diſperſos teſtabatur perituros, *ἰσχυρίζετο*, *aſſeverabat, denuntiabat* 2, 4, 2. *Sic* Cicero pro Mur: *ego quod facio, me omnium veſtrum cauſa facere clamo atque teſtor.*

Teſtatior memoria, *ad famam inſignior, & per monumenta notior* 7, 7, 4, 5.

Teſtes vos habeo 25, 21, 5.

Teſtimonium abſtinentiae, *de eo, qui delatam ſibi pecuniam accipere noluit* 15, 4, 6. teſtimonium humanitatis, *argumentum, indicium* 25, 16, 1. *Sic*: proferre teſtimonia moderatae vitae 13, 4, 2. petiit a Pharnabazo, ut ad ephoros ſibi teſtimonium daret, *ſc. geſtae praefecturae*, 6, 4, 1. fuiſſe (eum) patientem, haec ſunt teſtimonia 15, 7, 1.

Teſtudines 1, 7, 2. *inſtrumentum πολιορκητικὸν de cujus uſu figuraque v.* Lipſ. *poliorc.* 1, 8. *&* Stewech. *ad Veget.* 4, 12. *Alia eſt* teſtudo, *ſcutis militum fieri ſolita, de qua* Lipſ. *poliorc.* 1, 5. *&* Stewech. *ad Veget.* 2, 4. Boecl.

Thacus 17, 8, 3. *v. not.*

Thaſii 5, 2, 5.

Theatrum 20, 4, 2.

Thebae 7, 4, 4. exitio ereptae 15, 8, 4. quando imperarint & ſervierint 15, 10, 4. Thebani occidunt Lyſandrum 6, 3, 4. formidantur a Lacedaemon. 16, 1, 3. Spartam oppugnant 15, 8, 4. *virib. non ingenio cenſendi* 15, 5, 2.

Themeontici *pl. caſt. Thrac.* 7, 7, 4. (*ſed v. not.*)

THEMISTOCLES *qua adoleſcentia, ingenioque uſus ſit* 2, 1. *bello Corcyr. rempubl. praeclare gerit cap.* 2. *confligit primum Xerxe cap.* 3. *eundem aſtu & loco vincit cap.* 4. *in Aſiam relegat cap.* 5. *muros Athenienſium reſtituit conſilio & arte c.* 6. *&* 7. *ejicitur cap.* 8. *abſens proditionis damnatur ib. varia fuga agitatur ibid. epiſtola ejus ad Artaxerxem c.* 9. *a quo magnifice donatur c.* 10. *opinione de morte ejus ibid.*

Theopompus hiſtoricus 11, 3, 1. 7, 11, 1. maledicus *ib.*

Theramenes 7, 5, 4.

Thermopylae 2, 3, 1. 2, 4, 1. *anguſti aditus, unde & nomen* portarum: *alteram vocabuli partem* ab aquis calidis, *quae in faucibus, accepere.* Liv. 36, 15. *Boecl.* apud eas victus Antiochus 23, 8, 3.

Theſſaliae tyranni 16, 5, 2.

Thraces 1, 1, 2. 11, 2, 1. a Cimone fugati 5, 2, 2. pecuniae Alcibiadis inſidiantur 7, 9, 2. vinolenti & Venerei 7, 11, 4.

Thracia 7, 7, 4. *In Mſſ.* Giſan. *ubique fuit* Thraeces & Thraecia. *v. eum in Ind. Lucret.*

Threſſa, *Thracia foemina* 11, 3, 4.

THRA-

Digitized by Google

THRASYBULUS *patriam a* 30. *tyrannis liberat* 8, 1, 2. *&c. contra quos primo Phylen occupat c.* 2, 1. *mox Munychiam v.* 5. *ubi civiliter victoria utitur verſ.* 6. *conſtituta pace legem oblivionis fert, ſervatque c.* 3, 2. *qualis corona ei data c.* 4, 1. *in tabernaculo denique interfectus eſt verſ.* 4. *Fit ejus mentio* 7, 5, 4. *&* 7, 7, 1.

Thucydides 2, 1, 14. 2, 9, 1. 4, 2, 2. cujus aetatis hiſtoricus 7, 11, 1.

Thurii *pl. urbs Ital.* Sybaris *ante dicta* 7, 4, 4.

Thuys (*vel* Thyſ. *v. not.*) dynaſtes Paphlagoniae 14, 2, 2. a Datame capitur *v.* 4.

Tiberius *Cl. Nero* 25, 19, 4.

Tiberius longus 23, 4, 2.

Tibiis cantare, *praef.* 1, 15, 2, 1.

Timaeus *hiſtor.* 7, 11, 1. maledicus *ibid.*

Timere. cum inter ſe timerent, *ſc. ſe* (*v.* inter,) *cum alter ab altero timer.* 10, 4, 1. timere alicujus periculo *ib.* 8, 4.

Timidi mater non ſolet flere 8, 2, 3. *prov. de quo v.* Eraſm. *chil.* 4. *cent.* 6. *prov.* 12. Boecl. Timidus *non eſt hic idem, qui trepidus, vel ignavus, ſed providus & cautus, qui timet juſte timenda, & cura majore, quam audacia progrediens, ſe non temere in periculum conjicit, atque ſic matri ſuae dolorem & lacrymas non ciet. Matri vero magis, quam patri hunc adfectum tribuit; quia mater, quo tenerius amat filium, eo magis dolet in bello caeſum. Unde Horat.* bella matribus deteſtata *dicit lib.* 1. *Od.* 1. Locc. *Hoc ſenſu* timiditatem *ſibi tribuit* Cic. *ad fam.* 6. *ep.* 15, & 4, 13.

Timor, *de ſuſpicione populi, liberati ſuae timentis* 2, 8, 1. timore abalienari 7, 5, 1. timorem injicere alicui 7, 3. 3. & 10, 7, 1. habere 7, 3, 5. *v.* hab.

TIMOLEON *Corinthius patriam a tyranno liveravit, Syracuſas ſervitute, Siciliam oppreſſione* 20, 1, 1. *fratrem qui tyrannidem occupaverat interfici juſſit v.* 4. *unde judicia in ſe concitavit hominum & matris odium v.* 5. *&* 6. *Dionyſio Sicilia depulſo pepercit cap.* 2, 2. *Karthaginienſium copias fugavit, Mamercum cepit v.* 4. *res Siciliae inſtaurat cap.* 3, 1. *&c. privatus ſponte factus magno tamen publice in honore fuit v.* 5. *&* 6. *oculorum in ſenectute jacturam fert moderate c.* 4, 1. *modeſtia ejus v.* 3. *pietas c.* 4. *convitiorum patientia cap.* 5. *praelia maxima natali die fecit c.* 5, 1. *celebri ſepultura honoratus v.* 4.

Timoleonteum, gymnaſium Syracuſ. 20, 5, 4. *Meminit* Polyaen. & Plut. *in vita.*

Timophanes *frater Timol. tyrannidem occupat, & imperio fratris occiditur* 20, 1, 3. & 4.

TIMOTHEUS *Athenienſis deſcribitur* 13, 1, 1. *ejus facta illuſtria v.* 2. *&* 3. *c.* 2, 1. *&* 2. *ſtatua rari honoris v.* 3. *v.* Meurſii *Cecrop. c.* 13. *emeritus revocatur ad militiam c.* 3, 2. *accuſatus proditionis multatur v.* 5. *Chalcidem ſe confert ibid. moderate & ſapienter vixit c.* 4, 2. *&c. Fit ejus mentio* 11, 3, 8. *Lesbi plurimum vixit* 12, 3, 4.

Tiribazus Sardibus praeeſt 9, 5, 3. *v. not.*

Tiſagoras, *frater Miltiadis*, 1, 7, 5. *v. not.*

Tiſſaphernes 7, 5, 2. *praefectus Perſ. inducias petit & violat* 17, 2, 3, *&c.*

Tithrauſtes *chiliarchus* 9, 3, 2. *dux* 14, 3, 5.

Titubare, *animi pendere, incertum eſſe, quid agendum* 18, 9, 2. *Cic. Philip.* 8. Titubare, haeſitare, quo ſe verteret, neſcire. *Metaph. ab iis, qui pedibus ſunt infirmis.* Lamb. *Qui locus egregie noſtrum* παραφράζει.

Tollere. in inſidias inductum ſuſtulit, *interfecit, ut, paullo poſt* 23, 5, 3. *ſic quoque de Nerone in vulgato illo* Diſticho *verbum ſumitur, quod eſt* ap. Sueton. 39. *Quis negat Aeneae magna de ſtirpe Neronem? ſuſtulit hic matrem, ſuſtulit ille patrem.* tollere reges, *abrogare eorum poteſtatem* 6, 3, 1.

Torques 14, 3, 1. *Perſarum moribus inter inſignia regia. Interim non modo aureos torques, ſed armillas aureas,*

[illegible]

Digitized by Google

acinaces &c. inter honores ſatrapis a rege conceſſos, & praemia benevolentiae regiae. vid. Briſſon. *de regn. Perſ. l.* 1: C. Barth. *adv.* 8, 25. Boecl. *Adde* Cl Scheff. *Syntagm. de antiq. torquib. inprimis* §. 8.

Totus. reipublicae ſe totum dedit 2, 1, 3. magnis in laudibus tota fuit Graeci citari &c. *in omnibus Graeciae provinciis* praefect. 5. *alibi:* univerſa Graecia 2, 2, 1. *&* cuncta Graecia 2, 9, 4. Juſtin. 6, 6, 5. *repente pax tota Graecia facta eſt.*

Tractare de conditionibus, *ſcil. deditionis* 18, 5, 7. tractare ſocios ſancte, *praeeſſe cum integritate, abſtinentia, lenitate* 6, 4, 1.

Tractus arborum, *longa ſeries, ſive arbores paſſim ac longo ordine poſitae* 1, 5, 5.

Tradere alicui imperii ſummam 14, 8, 5. alicui ſummam rerum tuendam 18, 2, 1. alicui oppidum tuendum *ſc. imperio* 1, 3, 2, alicui remp. totam, *adminiſtrand. ſc.* 7, 7, 1. ſacra procuranda alicui 2, 2, 8. urbem munitam alicui tuendam 14, 5, 6. *ita*: paternam alicui tradere provinciam *demandare* 14, 1, 4. tradere alicui literas 4, 4, 2. tradere aliquem magiſtratui *ſc. puniendum* 15, 4, 3. *ſic*: tradi ad ſupplicium 19. 4, 2. *vicinum eſt*: aliquem tradere vivum aut mortuum, 7, 10, 2. tradere alicui urbem (*mox*: dedere) 1, 2, 4. alicui uxorem (*ſupra*: nuptum dare) 10, 6, 2. ſe totum alicui, *deditum eſſe ut magiſtro, praeceptori &c.* 10, 2, 3. celeriter arripere, quae traduntur, *de inſtitutione* 25, 1, 3. alicui multum moleſtiae & laboris, *creare*, Fr. 12, 3.

Traditus mos a majoribus 7, 2, 2.

Traducere copias, *trans flumen ſc. ponte* 1, 3, 1. *trans Alpes ſc.* 23, 3, 4.

Trahi ad cupiditatem imperii *de animi propenſ.* 1, 8, 2.

Trajicere copias Helleſpontum 17, 4, 4. exercitum ex Aſia in Europam 1, 3, 1. fortunas ſuas alio 25, 2, 3.

Trajectio gentis ex ſolo patrio in illud 7, 4, 2. *dominationi apud victos firmandae repertum conſilium, de quo Politici.* Boecl.

Tranquillitas, *vita ſine litibus & odiis* 25, 6, 5.

Tranquillitatis rebus, *ſopitis diſſidiis civilibus*, 25, 4, 5.

Tranſcurrere Helleſpontum, *praeternavigare, praetervehi* 18, 3, 3. *Sic* Lambinus *aliique; Nos tamen* tranſire *v. not.*

Transferre cauſam in alios, 16, 8, 1. transfertur imperium ab hoc ad illum 3, 2, 2.

Transfigere aliquem ferro 14, 11, 5. *Sic* Vellejus 2, 76, 1. *gladio ſe ipſe transfixit.* Livius paſſim: *gladio aliquem per pectus transfigere,* Juſtinus vero 3, 81. *exeuntem ſe ac nudatum gladio trajicit.*

Transfugere ad hoſtes 14, 6, 3. 17, 6, 2.

Transfugae conſilio celeri recuperati 17, 6, 3.

Tranſire mare 22, 4, 1. Helleſpontum 18, 3, 3. ſaltum 23, 3, 3. Alpes *ibid.* 3, 4. vim flammae 7, 10, 5. in Aſiam 2, 9, 1. tranſire, *de transfugis* 14, 6, 6.

Tranſitu prohibere 23, 3, 4. *alii*: tranſitum. *v. not.*

Tranſportare copias, *antea*, trajicere 1, 3, 4.

Traſimenus, *lacus in agro Peruſino* 13, 4, 3.

Trebia *fluvius ex Apennino monte in Padum fluens* 23, 4, 2. 25, 6, 1.

Tribuere beneficium (alicui) 25, 11, 5. alicui praemium 1, 6, 1. alicui honorem *ib.* 6, 3. literis nonnihil temporis, *impendere* 23, 13, 2. *Sic*: literis aut reipubl. tempora 25, 4, 3. huic ea tribuit, ut plura a parente proficiſci non potuerint *de benevolentia ſingulari. magnisque officiis praeſtitis* 25, 9, 4. majora bona, quam vel fortuna vel natura tribuit 7, 2, 1. nihil ei non tribuit fortuna 25, 19, 3. tribuere caſus adverſos hominibus; ſecundos fortunae 14, 5, 4. aliquid culpae ali-

alicujus 7, 6, 2. alquid alicui ſuperbiae, (*ut dare laudi, crimini,*) *ſuperbiam interpretari* 20, 4, 2. tribuere aliquid officio, timori, ſpei, *eleganter, facere propter off. &c.* 25, 6, 5.

Tribunus plebis interfectus eſt, *in tribunatu* 25, 2, 1.

Triclinium *Fr.* 6, 1. triclinia argentea *olim Romae rara c.* 10, 5. triclinaria *ſubint. veſtimenta c.* 8, 6. *v. n.*

Trieris, *pro, triremi* 7, 4, 3. *uſus &* Hieronym. *Chronico n.* 944.

Tripus aureus Delphis poſitus 4, 1, 3. *menſam intelligi ait* Magius, *Athenaeum* 2, 7. *adlegans.*

Triremis, *elliptice* 7, 4, 3. *v. not.* triremis navis, *plene* 2, 2, 8. *v.* nav.

Teſtis, *moroſior, difficilior,* 15, 2, 2. *conjungitur hic ἐξαλλακτικῶς cum* ſevero, *ut ap.* Cic. *Bruto: Qui & orat. de Haruſp. reſponſ.* triſtitiam *ac* ſeveritatem *conjunxit. Sic* Capitolinus in Maximo: *fuit ſemper ſeverus, ita ut & Triſtis cognomen acciperet.* Tacitus *vero diſtinguit I. H.* 14, 4. *Piſo vultu habituque moris antiqui & aeſtimatione recta ſeverus, deterius interpretantibus triſtior habebatur.*

Tritici modius 25, 2, 6.

Triumphus Sardinienſis, ampliſſimus *ex devicta Sardinia* 24, 1, 3. triumpho comparata poetae Ennii poſſeſſio 24, 1, 3. *Tali figura ap.* Cic. *in Brut.* cap. 72. *illata Romae eloquentiae copia triumphis, & auctor ejus triumphalibus viris praefertur.* triumphum deportare ex aliqua regione 24, 2, 1. *v. Onuph. Panvin. de triumph.* Boecl.

Triumvir reipubl. conſtituendae 25, 12, 2. *ſc. hoc titulo dominationis conſilia tegebant Octavius, Antonius, Lepidus.* Boecl. *Adde* not.

Troas ager 4, 3, 3.

Troezen *vel* Troezene 2, 2, 8. *urbs Peloponneſi clariſſima, paululum a litore recedens.*

Troicum bellum 14, 2, 2.

Tropaeum, *ſtructa armorum congerie adornari ſolitum poſt victoriam, in loco praelii* 14, 8, 3. tropaeum Marathonium, *metonymice, pro victoria Maranthon.* 2, 5, 3. *ita Salaminii tropaei memoriam celebrat* Cicero *Tuſcul. c.* 46.

Tuba revocare milites 12, 1, 2.

Tueri aliquem magna religione, *defendere* 2, 8, 4. *Sic*: omnes pari fortuna perculſos inſtituit tueri 25, 11, 2. qua claſſe proxima aeſtate mare tueri poteſt 9, 4, 2. tueri alicujus liberos 11, 3, 2. ſumma rerum ei tradita eſt tuenda 18, 2, 1. *mox*: ei regnum commendatum eſt *ibid.* 2, 2. oppidum alicui tuendum tradere 1, 3, 2. *Sic*: urbem munitam alicui tuendam 14, 5, 6. tueri regiam, *de cuſtodia aulica ib.* 1, 3. tueri valetudinem, *curare &c.* 25, 21, 5. tueri gloriam paternam, *conſervare, vitam ea dignam agere* 19, 1, 3. tueri ſe, *de neceſſitatibus procurandis ſublevandiſque* 15, 3, 4. *Eſtque ſuſtentare, exhibere, alere ſe. Ita quoque Varro* 3. *de R. R.* 1. *& JCti ſaepe.* Tueri vitam *Ovid. de Ponte* 4, 5. Locc. *add. Theſ.* Buchner.

Tumultus tam propinquus tamque magnus, *de bello, quod Darius Athenienſibus inferebat, copiis ſuis in campum Marathona deductis* 1, 4, 3. *Romana voce de Graeca expeditione ob ſimilitudinem uſus eſt.* Tumultus *enim (ut Cic. Philipp.* 8, 1.) tanta eſt perturbatio, ut major tumor oriatur: *adeoque gravius quid, quam bellum notat. At* tumultus, *inquis, tantum civile bellum ſignificat? Nego. Nam &* tumultum Gallicum *dicebant veteres, quod erat Italiae finitimus, ut ibidem* Cicero. *Dicitur autem* tumultus *ita, quod res ſeu animi tumeant.* Front. Stratag. 5, 2. *C. Caeſar ſeditione in* tumultu *civilium armorum, ac tum maxime* tumentibus *animis legionem totam exauctoravit.* tumultus Cinnanus, *civil. bell. Cinn* 25, 2, 2. Flor. 4, 2, 2. Cinnanam rabiem *vocat.*

Tunc eligebatur 17, 1, 3.

Tunica lucta circumdatus 14, 3, 2.

Turba. in turbam exire, *vulgari, militibus innoteſcere* 14, 6, 3.

Tuſ.

Digitized by Google

Turbidum tempus, *de civili tumultu & caede* 16, 4, 1.

Turdi quando ſaginari coepti, *Fr.* 10, 1.

Tuſculum municipium 24, 1, 1.

Tutela, in tutelam ſuam pervenire 18, 2, 2. *Ita* Cicer. *ſaepe* & JCti. *Eſt autem*, ad pubertatem pervenire. *Ergo illa locutione*, antequam in tutelam ſuam perveniret, *notatur pupillaris aetas ſub poteſtate tutoris, cujus finis, pubertas. vid.* Inſtitut. de pupill. ſubſt. *ubi illa verba*; ſi filius heres fuerit, & prius moriatur, quam in ſuam tutelam venerit; *Theophilus exprimit*: ἐὰν ὁ παῖς γενόμενος κληρονόμος ἄνηβος τελευτήσῃ. ἄνηβος *eſt impubes*; *cujus erat periphraſis*: antequam in ſuam tutelam venerit. *Boecl.*

Tutus. tutum relinquere locum aliquem, *militibus inſidere* 17, 6, 3. in tutum pervenire nando 12, 4, 3. in tuto eſſe 2, 9, 5. *oppon.* in periculo eſſe. *ibid.*

Tyrannus juſtus *de eo, qui in libera civitate poteſtate eſt perpetua* 1, 8, 3. *Ubi in bonam partem vox ſumitur. Vid.* Fuller, *miſcell. ſacr.* 1, 12. Salmaſ. *Defenſ. Reg. c.* 7. *&* Buchn. *Theſ. In malam vero partem ut frequentius uſurpatur, ita ſerius ea ſignificatio obtinuit. v.* Fuller. *eund.* 4, 11. *Huc pertinent ſequentia*: tyrannus *pro Dionyſio.* 10, 1, 3. tyrannus non ferendus 10, 7, 3. &c. c. 10, 2, *tyrannus a clementia deterritus crudelior fit* 13, 3, 3, tyranni crudeliſſimum nomen 10, 1. 4. tyranni odium 10, 5, 3. tyranni ſatellitium aſſiduum 13, 4, 8. expulſor 10, 10, 2. a tyranno patriam liberare 20, 1, 1. tyranni Athenienſium 7, 10, 1. Theſſaliae 26, 5, 2. tyranni triginta 8, 1, 2. *tyrannorum facinora. v. §. ſuſpicax animus* 10, 4, 1. *tyranni non facile continentes ſunt* 21, 2, 2.

Tyrannis Dionyſiorum 10, 1, 1. Piſiſtrati 1, 8, 1. tyrannis magnarum opum & multorum annorum, *quae tot annis ſuum ſtatum firmavit roboravitque* 10, 5, 2. tyrannidis cupido unde 7, 7, 5. odium 20, 7, 3. propugnacula, *extructa tanquam caſtella ſervitutis, & compedes oppreſſorum (ut de hac re eſt apud* Liv. 32, 37.) 20, 3, 3. 3. *v. not.* tyrannidem occupare 22, 1, 3. amicus non magis tyranno quam tyrannidi 10, 3, 2. *alii*: tyrannis. *v. not.*

V.

VAcatio. uſus eſt vacatione aetatis 25, 7, 1. *de ſexagenario, qui ne civilibus bellis, & partibus ſe miſceret, excuſationem aetatis habuit.* Boecl. *Sic* Cicero 7. Verr. *municipium, quod per hos annos tam commoda vacatione ſit uſum omnium rerum. Adde not.*

Vacuefacere inſulam, *ejectis ſcilicet incolis* 5, 2, 5. vacuefactae bello poſſeſſiones, *deſertae, vaſtatae bello* 20, 3, 2.

Vadimonium ſiſtere 25, 9, 4. vadimonium ſiſtere 25, 9, 4, vadimonium *definitur ſponſio, ad certam diem ſiſtendi ſe in judicio, vel per ſe vel per procuratorem: quam qui implebant,* obire *vadimonium dicebantur*: *etiam* ſiſtere *vid.* Pollet. *hiſt. for. Rom.* 5, 1. *Ergo ſicut* vadimonium imponere, *eſt vadari aliquem, ſive ad promittendam datis vadibus adigere, certa die in judicio ſe affuturum*: *ita* ſiſtere vadimonium, *eſt ſe in judicio ſiſtere, quod ſc. is, cum vadimonium erat impoſitum, datis vadibus promiſerat, qui obito vadimonio liberantur. Adi* Carol. Sigon. *de jud.* 1, 20. *Cumprimis clara fient, quae diximus; lectione* Briſſon. *formularum l.* 5. *princ. add.* Giſan. *obſ. LL. pag.* 243. *not. Ernſtii, & ab eo laudatos.*

Vagina nudare telum 4, 11, 4.

Valere. plus valuit Miltiades quam collegae, *ejus conſilium & auctoritas plus val.* 1, 5, 2. ejus ratio non valuit, *non accepta eſt; non perſuaſit &c.* 1, 3, 6. valere plus, *potentiorem eſſe* 23, 10, 3. his locis plus pedeſtres copiae valent, *plus poſſunt efficere* 17, 3, 6. multum valere

ap.

ap. optimates, *ſc. auctoritate* 10, 6, 3. *plebi*: ap. exercitum plurimum valuit auctoritate 5, 2, 1. gratia multum ap. aliquem valere 9, 2, 1. multis magniſque meritis apud aliquem valere, *auctoritatem per merita obtinere* 9, 3, 1. valere virtute, *ſuperiorem eſſe* 1, 5. 5. valere dicendo 7, 1, 3. *alibi*: eloquentia 10, 3, 3. copiis, navibus 7, 8, 2. conſilio, prudentia 11, 1, 2, equitatu, peditatu, *inſtructum eſſe* 18, 3, 6. non valere pedibus, *non ingredi poſſe male affect. ped.* 19, 4, 1. valet lex, *ſervatur* 8, 3, 3. *ſic* valet hoc eo, ut &c. *pertinet eo*, 2, 4, 4. quo valeret id reſponſum nemo intelligebat, *quid ſibi vellet, quo pertineret, quo ſpectaret*, (*ut* 2, 6, 3. *loquitur*) 2, 2, 7.

Valens, *potens & opib ad oppreſſion. ceter. invaleſcens* 13, 3, 1. valentes opibus 18, 10, 3. valentior, *inſtructior* 23, 6, 2. valentiſſima Africae oppida 22, 2, 4.

Valetudo *de comitate* 20, 4, 2. *de morbo oculorum* 23, 4, 3. Cic. 14. ad fam. 4. *Clodium Philetaerum, quod valetudine oculorum impediebatur, hominem fidelemque remiſi.* valetudinis proſperitate uti 25, 21, 1.

Valerius *L. Flaccus* 24, 2, 1.

Vallum, *ſcil. caſtrorum* 23, 5, 2. *de quo* v. Lipſ. *de mil. Rom.* 5, 5.

Valvae aedis 4, 5, 2.

Varius. in omni genere vitae varius, *de Pauſania, vitiis & virtutibus magno* 4, 1. 1. *alibi de Alcibiade*: nihil eo fuiſſe excellentius vel in vitiis vel in virtutibus 7, 1, 1. *v. not.*

Varietas. tanta varietas fuit fortunae ut &c. 25, 10, 2. in hoc fortunae varietas eſt animadverſa 13, 4. 3. *ſic Curtius* 4, 14, 2. *jactamur invicem varietate fortunae* Juſtin. 10, 3, 6. dixit: *variante fortuna.*

Varro *C. Terentius* victus 23, 4, 4.

Vaſa fictilia 23, 10, 4.

Vates ut vates cecinit, quae nunc uſu veniunt, *de Cicerone* 25, 16, 4. *v. not.*

Ubi animadvertebat, ubi id feciſſet, exercitum periturum ſi id feciſſ. 15, 7, 4.

Vectigal. quinquaginta talenta vectigalis capiebat ex caſtro 7, 9, 3. vectigalia nova inventa ab Hannibale 23, 7, 5.

Vehi. equo concitato ad hoſtem vehitur 14, 4, 5. in qua nave fuerat vectus 12, 4, 3. ut ſcirent, in qua nave rex veheretur 23, 10, 6. *v. not. ſic* Cicero 2. de Divin: *equus, in quo vehebat, mecum una demerſus rurſus apparuit.* idem 5. Tuſc. *tanquam ratis in mari immenſo noſtra vehitur oratio.* Ovidius 4. triſt. el. 2. *Has ſuper in curru Caeſar victore veheris.*

Vehiculum 20, 4, 2.

Vel. hujus victoriae vel maxima fuit laus, quod &c. ἐμϕατικῶς 7, 4, 6.

Vela ventis dare, *in altum provehi* 23, 8, 2. *Sic* Virgilius *non uno loco. Imo etiam* Quinctilianus *lib.* 10. *cap.* 3. *dixit* vela dare, *pro*, navigare. *Per tranſlationem* vela dare ſuae famae *eſt op.* Martialem 8, 70. 4

Velle. id commune aerarium eſſe voluerunt, *conſtituerunt* 3, 3, 1. minus, quam vellet; movebat eum 2, 4, 3. noli, oro te, adverſum eos me velle ducere, cum quibus &c. 25, 4, 2: appellatus eſt, ut ejus rei princeps eſſe vellet *ibid.* 8, 3. *Sic*: eo rem perduxit: ut talibus pactionibus pacem tyrannus facere vellet &c. 10, 5, 5. ſicut ipſe voluerat 9, 4, 2.

Velocitas ad belli utilitatem pertinet 15, 2, 4. *igitur illi in palaeſtra ſerviendum, ib.*

Velut hereditate relictum odium paternum erga Romanos ſic confirmavit, ut &c. 23, 1. 3. *additur haec particula metaphoris, ſententiis ex tranſlato orientibus, inventionibus &c.* Boecl.

Venari fortiter inter Perſarum inſtituta 7, 11, 5. v. Xenoph. παιδ. Briſſon. *de regn. Perſ.* 2. *add. not.*

Venatici canes 16, 2, 5.

Venatoria galea 14, 3, 2. v. Galea.

Venditare ſe florentibus, *ap. florentes cum oſtentatione & jactantia prompti animi operam ſuam ſive offerre, ſive praeſtare, ſive ingerere* 25, 11, 4. Boecl. *add. not.*

Venenum ſemper ſecum habuit Han-

Digitized by Google

nibal 23, 12, 5.

Venenatae ſerpentes 23, 10, 4.

Venerari regem, *ſtricte ſumta voce*, προσκυνεῖν (*ita Latine redditur*) 9, 3, 3. *v.* προσκ. *add. not.*

Venereus quem (Argilium puerum amore venereo, dilexerat, *de Pauſania* 4, 4, 1. *Contra de Alexandro* Curtius 10, 5, 32. *veneris intranaturale deſiderium uſus.* rebus venereis deditus 7, 11, 4. Cicero 7. Verr. *iſte autem homo venereus, & affluens* &c.

Veneti *Fr.* 7, 5. *v. not.*

Venia. dedit (ei) veniam, *annuit petitioni* 2, 10, 1. *ſic*: quod ſi eam veniam ſibi dediſſet 4, 4, 6. dedit huic veniam 10, 2, 2. *paullo ante*: ei negare non potuit, quin &c. *ibid.* quam veniam ſi ſibi daret. 18, 6, 3. *Sic* Cicero 1. de orat: *date nobis hanc veniam, ut ea, quae ſentitis de omni genere dicendi ſubtiliter perſequamini.* Idem pro Arch. *quaeſo a vobis, ut in hac cauſa mihi detis hanc veniam.* mox: *ſine te hoc exorem.* ibid. *Sic quoque* Suetonius *aliique.* veniam gratiamque malae exiſtimationis, ſi quid ſit erratum, poſtulare, *deprecari malam exiſt. Fr.* 3, 4. Cic. 7. Verr. *haec ſi tibi tuus parens diceret, poſſes ab eo veniam petere? poſſes, ut tibi ignoſceret, poſtulare?* veniam quando petere ſoleamus ibid, *v.* 5.

Venire obviam alicui, *ſc. cum exercitu* 23, 4, 4. ſubſidio (alicui) 1, 5, 4. & 12, 1, 1. alicui auxilio 8, 3, 1. adjutum aliquem 20, 2, 4. repetitum Macedoniam 18, 6, 1. *v. not.* ad propoſitum, *ordiri, quod ſuſceptum eſt* praef. 8. venio nunc ad fortiſſimum virum 14, 1, 1. *formula tranſitionis, etiam Ciceroni uſurpata.* venire in (alicujus) conſpectum 14, 10, 3. *Sic*: ſi in conſpectum veneris, *ſc. regis* 9, 3, 3. venire in theatrum 20, 4, 2. in judicium 15, 8, 2. in judicium 15, 8, 2. in colloquium de aliqua re 4, 11, 1. in invidiam 15, 7, 3. in poteſtatem hoſtium 6, 1, 2. 7, 5, 5. in poteſtatem inimici 18, 11, 4. in poteſtatem inopinanti, *trade* 14, 3, 4. venit (id) mihi in opinionem, *incipio opinari* 1, 7, 3. *Sic*: nemini (id) in opinionem veniebat, *nemo id poterat credere* 25, 6. *Tale eſt*: ei in ſuſpicionem veniebat, eſſe &c. *ſuſpicabatur* 4, 4, 1. id quod uſu venerat, *evenerat, acciderat* 7, 4, 5. quod ei uſu venit 17, 8, 2.

Ventitare ad comitia amicorum 25, 4, 4.

Ventus aquilo 1, 1, 5. *mox*: ventus boreas *ibid.* 2, 4. per [illegible]. *vid.* flumen.

Venundari juſſus Plato a Dionyſio tyranno, *ſc. tanquam mancipium* 10, 2, 3. *Crudele facinus in liberum caput.* Boecl.

Venuſia, *urbs Apuliae, Horatii patria* 23, 5, 3.

Venuſta figura, πᾶν τὸ σῶμα [illegible] 18, 11, 5. *venuſtas enim haec decentem membrorum inter ſe competentiam notat. v.* Plutarch. *in Eum.* Boecl. Venuſtatem *notanter Cicero diſtinguit a* dignitate *formae* 1. *offic.* 30. videmus in formis, aliis dignitatem ineſſe, aliis venuſtatem. *Atque clarius cap.* 36. cum pulchritudinis duo genera ſint, quorum in altero venuſtas ſit, in altero dignitas; venuſtatem muliebrem ducere debemus, dignitatem virilem. *De comparatione utriusque exaudienda ſunt. nam alias* venuſtas *in viro quoque eo ſenſu, quo* Nepos *uſurpavit, laudem habet: ſicut &* dignitas formae *in foemina laudatur, apud* Tacit. 12. *A.* 51.

Verbo, *opp.* reipſa: *cum aliud ſimulatur, aliud fit* 19, 3, 1. *v. Buchn. Theſ.* verbo fallis cives tuos 25, 5, 3. concione advocata ſic verba fecit, ut &c. 7, 4. verba alicui dare 23, 5, 2. *Alias verborum fallacias, hic ipſam belli fraudem &* [illegible] *notat* Boecl. regis verbis (alicui) aliquid dare, *regis nomine offerre* 17, 8, 4.

Verberando necatus eſt, *de M. Manlio* Fr. 1, 4.

Verboſiores epiſtolae, *prolixiores* 25, 20, 2. Cicer, 7. ad fam. 3. *habes epiſtolam verboſiorem fortaſſe, quam velles*:

belles: quod tibi ita videri putabo, niſi mihi longiorem remiſeris.

Vere (gloriari aliquid 25, 17, 1. *v. not.* vere videor poſſe contendere 25, 12, 4. veriſſime judicare de inſtantib. 2, 1, 4.

Vereri. vereor, ne, ſi res explicare incipiam, hiſtoriam videar ſcribere 16, 1, 1. vereri aliquem, *revereri, venerari* 25, 15, 1. aſperitatem alicujus, *honore & obſequio mitigare: recondita ſignificandi venuſtate* 25, 5, 1. *Sic* Tacit. h. 1, 5, 4. *hunc minus vitia principum amabat, quam olim virtutes verebantur*, inſidias ab aliquo vereri 14, 2, 3. vereri invidiam, *timere* 18, 7, 1.

Vergere. arx, qua ad meridiem vergit, *qua parte meridiem ſpectat* 5, 2, 5.

Veritatis diligens, φιλαλήθης 15, 3, 1.

Verſari apud aliquem 9, 2, 4. tuto verſari in propinquo loco 2, 8, 5. verſari in Sabinis, *eſſe, commorari* 24, 1, 1. multum in judiciis privatis 2, 1, 3. verſari in bello 11, 1, 2. in exercitu 5, 2, 1. in celebritate, *prodire in partem aedium frequentatam concurſu hominum* praef. 6. in diſputanda philoſophia Fr. 5, 1. *v. not.* in Aſia ſic verſatus, ut, *ſic ſe geſſit ut &c.* 17, 3, 6. *Sic*: in republica ita verſatus eſt, ut &c. 25, 6, 1. multum in imperiis magiſtratibusque verſatus 1, 8, 2. *v. imperium.*

Verſus Homeri 10, 6, 4. *hos ſc. in ore ferebant ſubinde veteres: his judicia ſua de reb. ſermoneſque ſerios ac jocoſos efferebant.* Boecler. verſus epigrammatis de praelio Plataeenſi 4, 1, 4. *vid. not.* verſibus aliquem exponere 25, 18, 5. facta illuſtr. viror. ſub imaginibus quaternis quiniſque verſibus deſcribere *ibid.* 18, 6. multa millia verſuum 15, 4, 6. *vid. quae* Lamb. *ex* Duareno *hic notavit. ſunt autem verſus*, lineae, *quas vocamus.* v. Iſidor. 1, 6, 14 *Horum numero metiri libros ſolebant, eumque in ultima cera adſcribebant: qui mos & Hebraeis criti.* v. Caſaub. *ad Athen.* 6, 10. *&* Salmaſ. *proleg. in Solin.* 5. Boecl. *Add.* Voſſ. *de vitiis ſerm.* 1, 26. *& cum his compara* Jo. Crojum *ſacrar. obſerv. in N. T. cap.* 11. *qui negat in his locutionibus* lineas, *ſed potius* commata *vel* periodos *debere intelligi. Denique vide & epiſtolam* Cl. Salmaſii, *quae in Sarravianis extat pag.* 235.

Verſuram facere 25, 2, 4. 25, 9, 5. *Inter omnes expoſitiones, forte, optime rem expediunt Feſti verba:* verſuram facere, mutuam pecuniam ſumere, ex eo ductum eſt, quod initio qui mutuabantur ab aliis non, ut domum ferrent, ſed ut aliis ſolverent, veluti verterent debitorem. *Atque haec explicatio convenit Nepotis loco. adde* Simeon. Boſii *animadverſ. in ep. Cic. ad Attic.* 5, 2, 1. [*v. & not.* Ernſtii.] Donatus, *aes alienum ex aere alieno ſolvere.* Giſan. *tres ſignif. phraſeos collegit, in obſerv. quem vide. Illud ambigi interim vix debet, ſaepe nihil aliud eſſe, quam* mutuum ſumere. *Conſulendum etiam* Cl. Salmaſii *plenus reconditioris doctrinae* de uſuris *commentarius cap.* 7. *p.* 100. *& ſeqq.* Boecl.

Vertens annus, *totus* 17, 4, 4. *v. annus.* Macrobius 1. Saturn. cap. 14: *Solis annus eo dierum numero colligendus eſt, quem peragit, dum ad id ſignum ſe denuo vertit, ex quo digreſſus eſt: unde annus vertens vocatur & habetur magnus, quum Lunae annus brevis putetur.* Ciceroni autem *Somn. Scipion.* annus vertens ſeu magnus dicitur; *cum ad idem, unde ſemel profecta ſunt, cuncta aſtra redierint, eandemque totius coeli deſcriptionem longis intervallis retulerint. Eodem modo Plautus Perſ.* 4, 4, 76. *dixit* menſem vertentem *pro integro.*

Veſperaſcente coelo 16, 2, 5. *Tacitus paſſim*, veſperaſcente die.

Veſtigia ſervitutis, *indicia, monumenta* 20, 3, 3.

Veſtis Medica, 4, 3, 2. *ſerica ſc. Perſarum praecipuis geſtata, & aliquando legatis dono data.* vid. Briſſon. *de regn. Perſ.* 1. *Eam hic uſurpat Pauſanias, qui incivili elatione in Perſarum totus deſciverat.* Boecl. *adde not.* ve-

ſtis muliebris 7, 10, 6. *χιτωνίσκους appellat h. l. Plutarchus.* optima, quam ſatrapae regii gerunt 14, 3, 1. veſte aliquem tegere *ibid.*

Veſtitus agreſtis 16, 2, 5. humilis, obſoletus 17, 8, 2. militaris, *oppon.* ducis veſtitus 14, 9, 3. *veſtitu tecta conſilia & molitiones* 16, 2, 5.

Veterani milites 18, 10, 2. eorum licentia & inſolentia 18, 8, 2. & 3. *v.* not.

Vettones, *Hiſpaniae citerioris populi* 22, 4, 2. *v. not.* Appianus *Iberica*, *generali nomine Κελτοὺς vocat.*

Vetuſti mores Karthag. 22, 3, 3.

Vexare regionem, *populari, diripere* 14, 4, 2. 14, 10, 2. vexari, *ab hoſte premi* 18, 5, 2. vexari bello 20, 1, 1. magnis terroribus 25, 9, 1. *Grave hoc verbum eſt. nam qui fertur & raptatur & huc atque illuc diſtrahitur, is* vexari *proprie dicitur, ait* Gell. 2, 6. *adde* Macrob. *Saturn.* 6, 7. Boecl.

Via Appia 25, 22, 4. *De ea poſt alios prolixe Auctor* Romae ſubterraneae *lib.* 1. *cap.* 11.

Via decem dierum 18, 8, 5. via qua omnes commeant. *ibid.* via quae longum anfractum habet *ibid.* via copioſa omniumque rerum abundans, *in qua non deſunt copiae rerum neceſſariarum ib.* via brevior. *ibid.*

Vicinitas, *pro iis, qui in vicin. habitant* 7, 10, 4. *conf.* Giſan. *Obſerv. LL.* p. 249.

Victor exercitus, *victoriis clarus & felix* 17, 4, 2.

Victor Olympiae, *ὀλυμπιονίκης qui ludis* Olymp. *vicit.* praeſ. 5. & 7, 6, 3. *v.* not. *ad loc. prior.*

Victoria duplex uno die 5, 2, 3. victoria civilis funeſta 15, 10, 3. *victoria caſu & errore corrupta* 1, 7, 3. victoria patriae 7, 8, 5. victoria ea praeclara, in qua plus clementiae, quam crudelitatis 20, 2, 2. *fortitudine & prudentia temperata* 8, 2, 6. *victoria elationem parit* 4, 1, 3. 4, 2, 2. 6, 1, 3. victoriae praemium 1, 6, 1. *magnae effectus* 9, 4, 4. *victoriam ſaepe caſus & licentia hoſtium dat* 6, 1, 2. *victoriae pariunt gloriam* 2, 6, 3. victoria elatus Pauſanias 4, 1, 3. elatus Lyſander 6, 1, 3.

Victus & vita *diſting. ut haec exteriorem inter homines & in publico conſuetudinem; illle, interioris & familiaris vitae inſtrumenta, domumque ac menſam innuat* 7, 1, 3. Boecl. deducere aliquem a priſtino victu 10, 4, 5. *hic* victus, *eſt vitae genus*, vitae ſtatus, *ut ipſe Auctor explicat.* victum quotidianum amovere, *vulgo ordinarium, quotidie praeberi ſolitum* 18, 12, 3.

Videre. vidit magno ſe fore periculo, *praevidit* 23, 9, 2. *alii:* in periculo *v. not.* videbat ſe initurum, *intelligebat* 7, 9, 5. non vidit cujusquam ex ſua ſtirpe funus, *non expertus eſt &c.* 21, 2, 3. non videbant, quid potiſſimum vitarent, *incerti erant &c.* 23, 11, 6. videor poſſe contendere, *formula aſſeverationis cum modeſtia ſtabiliendae* 25, 12, 4. ſi tibi videtur, des &c. *ſi placet* 4, 2, 3. *ſic:* ſi ei videretur, veniret &c. 14, 11, 1. viſum eſt tempus rei gerendae 16, 2, 2. cum tum eſſet viſum copias extrahere *&c.* 17, 3, 4. vide, ne tu pejus conſulas 15, 10, 1. Graev. ad Cic. 1. de offic. c. 20.

Vidua nobilis *praeſ.* 4.

Vigere. qui paulo ante victores viguerant 7, 5, 5. *cum amplificatione & elogio effertur, quod ſimpliciter dixiſſet,* victores fuerant. vigebat violacea purpura, *erat in pretio* Fr. 8, 6.

Vigilantia aliquem vincere 18, 1, 3.

Vigilia ſecunda, tertia (*paullo ante a primo nox*) 18, 9, 3. *nox in 4. vigilias tanquam partes aequales diviſa veribus.* Boecl. *v. not. ſic* Cicero 3. ad fam. 7. *cum puer tuus ad me ſecunda fere vigilia veniſſet &c.* Idem 3. in Catil. *tertia fere vigilia exacta.* cum in caſtris ejus non ſatis diligenter agerentur vigiliae 8, 4, 4. *de cuſtodiis nocturnis: nam* excubiae *etiam de diurnis dicuntur.* Boecl. *ſic* Cicero 6. Verr. *ut nocte vigilias agerent ad aedes ſacras.*

Villa ſumtuoſa ſuburbana, maritima 25, 14, 3.

Vincere aliquem cura, vigilantia &c. *antecellere* 10, 1, 3. omnes gravi praelio vicit 17, 4, 5. *ſic* victi erant quinque praeliis terreſtribus tribus navalibus 7, 5, 5. ſemper conſilio vicit 11, 1, 2. *oppon.* nusquam culpa (ſua) male rem geſſit *ibid.*

Vincula *carceris ſignif.* in vincula publica conjectus eſt 1, 7, 6. ex vinculis publicis effugere 4, 2, 2. vincula epiſtolae lacerare (*alii*: laxare *v. not.*) 4, 4, 1. *Antiqui enim vinculis colligabant epiſtolas. v.* Lipſ. *ep. inſtit. cap.* 4. Barth. *adverſ.* 2, 4, 18. Freinsh. *comm. Curt.* 7, 2, 25. Boecl.

Vindicare (ſibi) ab aliquo nonnulla, plurima, *tribuere, adſcribere* 8, 1, 4. vindicare aliquem in libertatem 15, 8, 4. patriam in libertatem ex ſervitute, *reſtituere &c.* 8, 1, 2.

Vinea, 1, 7, 2. *inſtrumentum in oppugnandis urbib. acceſſibus ſerviens, quos tegit &c. vid.* Lipſ. poliorc. 1, 7. Stewech. *ad* Veget. 4, 15. *Hodie reſpondet*, Galeric. *Boecl.*

Vino epuliſque dediti, 16, 3, 1. *Non ut alias de ſtudio & vitio animi his rebus dediti, ſed de ipſo actu perpotationis & epulationis hic accipitur.* Boecler. vino epuliſque obrui 10, 4, 4.

Vinolenti homines, *ebrioſi, vinoſi* (*de habitu vitioſo*) 7, 11, 4. vinolenti, *ebrii* (*de actu*) 16, 3, 3. *ubi tamen Mſ. Ernſtii*: vino pleni, *vid. not.* ejus.

Violacea purpura *Fr.* 8, 6.

Violare aliquem, *laedere, injuriam alicui facere* 25, 9, 3. *ſic*: violari ab aliq. 16, 5, 2. violatus crudeliter 10, 2, 3. violare clementiam, *contra quem. aliquid facere* 7, 10, 3. fanum 4, 4, 4. ſacra 7, 4, 2. *Sic*: eos violari vetuit, *ſcil. quos loci religio reddebat inviolabiles, his noceri noluit* 17, 4, 6. *Boecl.* violare cedentes, *caedere, perſequi* 8, 2, 6.

Vir acerrimus 7, 5, 1. callidus 14, 10, 1. clariſſimus 2, 8, 7. fortis 14, 7, 1. fortiſſimus 23, 13, 1. omnium callidiſſimus 23, 9, 2. *viri unius quanta ſaepe virtus* 2, 4, 5. 2, 5, 3. viri excellentes 15, 4, 6. praeſtantes claritate, uſu belli 18, 3, 3. viri clari quem exitum plerique Athenis hab. 19, 4, 3. virorum claror. notitia, *cognitio de rebus ipſorum* 25, 18, 4. *eorum collatio contentioque* 23, 13, 4.

Virilis ſexus, *pro filio* 17, 1, 3.

Viritim *lecti milites* 4, 1, 2. *v. not.*

Virgo nubilis 15, 3, 5.

Virgulae oleaginae 8, 4, 1. *v. not.*

Virtus. cum virtute militum deriſiſſet hoſtium exercitus 1, 2, 2. de alicujus virtute non deſperare *ib.* 4, 5. virtutibus eluceſcere 4, 1, 1. *opp.* obrui vitiis *ibid.* moribus illorum ſumma virtus in patientia ponitur 7, 11, 4. *mox*: ſumma laus eſt fortiter venari. *ibid.* 11, 5. virtutem ſine fortuna ponderare 8, 1, 1. pari ſe virtute poſtea praebuit cum &c. 14, 2, 1. cujus virtus bellica ſuſpicienda eſt 17, 4, 2. ejus virtuti par data eſt fortuna 18, 1, 1. magnos homines virtute metitur non fortuna *ibid.* alicujus non virtute ſed perjurio captus *ib.* 13, 1. virtute regnum adipiſci 21, 1, 2. formam corporis incredibili virtute belli ornare 1, 1, 4. virtute tyrannidem ſibi parere *ibid.* 2, 3. Romanus populus omnes gentes virtute ſuperavit 23, 1, 1.

Vis flammae 7, 10, 5. fortunae 10, 6, 2. hoſtium 2, 3, 1. 23, 11, 4. morbi 25, 21, 3. *ingruentes, & veluti obruentes vires, efficaciam, impetum notat &c. Boecler.* vis maxima barbarorum, *multitudo* 5, 2, 3. vis repentina, *tumultus, ſeditio* 7, 3, 3. vis pugnantium, *virtus & ſtrenuitas* 8, 1, 4. vim alicui afferre, *de caede* 10, 10, 1. vim adhibere, *ſc. alicui comprehendendo* 4, 4, 3. vi ſumma committere praelium, *acerrime* 1, 5, 3.

Viſendi gratia, *videndi, ſpectandi* 10, 10, 1. viſendi Alcibiadis expectatio 7, 6, 1.

Vita moderata, ſapienſque 13, 4, 2. in omni vitae genere varius 4, 1, 1. vitae ſplendore ac dignitate

Digitized by Google

omnes ſuperare 7, 11, 2. vetere vitae inſtituto effugit nova pericula 25, 7, 4. de vitae conſuetudine mutavit nihil *ibid.* 14, 2. elegantia vitae familiaritatem alicujus conſequi *ib.* 19, 2. vitam diutius ſibi eſſe retinendam non ſentire, *de conſilio αὐτοχειρίας* 23, 12, 5. *ſic*: vitae finem facere 20, 1, 6. vitae taedium capere *Fr.* 2, 2.

Vita excellentium imperatorum, *res geſtae* praef. 8. *vid. not. ſic*: vita excellentium virorum 15, 4, 6. *ita enim Dan. cod.* v. not.

Vitare inſidias, *evadere* 14, 9, 2. ſuſpiciones 25, 6, 5.

Vitio adverſariorum, *culpa* 17, 5, 2. vitia adoleſcentiae emendata 2, 1, 1. in vitiis poni 15, 1, 2.

Vitulinus. praeter vitulina & hujusmodi genera obſonii, quae &c. nihil accepit, *ſc. muneri miſſa* 17, 8, 4.

Vivere laute 12, 3, 2. liberius 2, 1, 2. cum dignitate *ibid.* 8, 2. pro dignitate 25, 2, 2. cum aliquo ſimul 23, 13, 3. cum aliquo conjunctiſſime 25, 5, 3. vivere cum aliquo, *de mulieris conſuetudine* 7, 10, 6. *honeſtiori voce tegitur res dictu turpior.* Boecl. τὸ vivere *tamen h. l. delent* Schottus, Schoppius *in paradox. liter. ep.* 5. *&* Buchn. *in Theſ. pag.* 105. *v. not.*

Vivo Hannibale 23, 12, 2.

Vix fides facta eſt iis, eſſe *&c.* 17, 8, 3.

Ulciſci inimicos, *punire, vindictam ab iis ſumere* Fr. 12, 1, *&* 2. injurias patriae, *illatas patriae* 9, 5, 1.

Ullus. huic uni contigit, quod neſcio an ulli 20, 1, 1. *alii*: an nulli *v. not.* ſine ullo detrimento, 23, 5, 2. ſine ulla pompa funeris 25, 22, 4. *vid.* ſine.

Ultimus. ab origine ultima ſtirpis Romanae, *prima* 25, 1, 1. *Plane ad mentem Nepotis* Livius 40. *praeferuntur primo agmini arma inſignia omnium ab ultima origine Macedoniae regum.* Loccen. *Adde* not. *Ernſtii & noſtras.* ex ultimis terris 25, 20, 4. *v. not.*

Ultro appetitur, qui habet, *i. e. ditioribus non diu quaerendi ſunt amici; ſed ſponte ſe offerunt.* Fr. 5, 4.

Unde. non reliquit, unde efferretur 5, 4, 3.

Undecimviris tradi more Athenienſium publice ad ſupplicium damnati ſolent 19, 4, 2. *Erant autem οἱ ἕνδεκα judices, quibus cura carceris & ſuppliciorum demandata. v.* Sigon. 4. *de republ. Athen.* 3. Boecl. *add.* Ubb. Emmii *tom.* 3. *Graeciae vet. pag.* 50, 51.

Unguenta, *in muneribus miſſ.* 17, 8, 4.

Univerſa Graecia, Europa 2, 2, 3. & 4. univerſos pares eſſe ajebat 2, 4, 2. *oppon.* diſperſos perituros. *ibid.*

Unus homo pluris eſt, quam civitas 15, 10, 4. *v. not.* unius arbitrium, *in gerend. ſc. rep.* 7, 7, 1. *vid. arb. i.* unus omnium 1, 1, 1. unus in civitate maxime floret 5, 5, 1. unus ante alios cariſſimus 25, 3, 3. unus poſt hominum memoriam 3, 1, 2. ſentiebat ſe unum ejus delicti futurum reum 7, 8, 4. *is* omnibus unus inſulis praefuit 9, 1, 1. cui maximam fidem uni habebat 10, 5, 6. uni huic maxime indulgebat 10, 2, 1. univerſi in unum imperium fecerunt 15, 9, 1. (id) unum ab iis petivit, ut &c. 15, 8, 2.

Vocare aliquem; *ſcil. ad convivium* 25, 14, 1. *proprium in hac re verbum. v.* Jan. Gulielm. *Veriſimil.* 1, 18. *&* Taubman. *ad Plaut. Men.* 3, 8, 11. *ac Stich.* 1, 3, 29. vocare aliquem ad arma, ad libertatem 16, 3, 3. 19, 2, 5. vocari in crimen, *reum cenſeri* 13, 3, 5. *v.* crim.

Volo. quem cum minus, quam vellet, moveret 2, 4, 3. *ita circumloquimur ex ingenio rei, quod ſimpliciter erat*: quem cum non moveret. *Boecl. v.* velle.

Volumen, *ita librum ſuum vocat Auctor* praef. 8, 5, 4, 6. *cujus finem facit* 23, 13, 4. *ſic*: volumen Attici de magiſtratibus 25, 8, 1. volumen Nepotis de vita & moribus Catonis

Digitized by Google

nis 24, 3, 5. volumina epiſtolarum *Ciceronis ſc. ad Attic.* 25, 6, 3.

Volumnius P. praefectus fabrum Anton. 14, 12, 4.

Voluntas, *conſilium, propoſitum* 23, 2, 2. *ſic*: voluntatem occultare 6, 2, 2. a voluntate hac deterritus 10, 3, 3. voluntas, *benevolentia* 8, 4, 2. *bona gratia, venia* 1, 2, 3. voluntas propitia 10, 9, 6. mirabiliter vulgi mutata eſt voluntas 10, 10, 2. offenſa in eum militum voluntate *ib.* 7, 3. voluntate ſuorum (*oppon.* vi,) 1, 8, 3. qua voluntate eſſet in regem, *quomodo animatus erga reg.* 14, 5, 6.

Voti damnatus, *compoſ.* 20, 5, 3. *v. damn.* vota ſuſcipere, ſolvere Jovi, 6, 3, 2. *propriae voces. v. Briſſ. form.*

Urbs, *de inſula* 1, 2, 4. *v. not.* urbes donatae, certisque victus partibus deſtinatae 2, 10, 3. *v. oppidum.* urbs Romana 25, 20, 5. *ſic Juſtinus* 6, 6, 5. *urbs Romana a Gallis capta eſt.* & 43, 3, 1. *urbs Romana ab adoleſcentibus conditur.*

Urbanus populus (*opp.* exercit.) 1, 2, 1. urbanae poſſeſſiones 25, 14, 3. urbana officia, *in negotiis urban. praeſtari ſolita* 25, 4, 3. & 4. *vid.* offic. *Martialis* 1. *epigr.* 56. Vivat & urbanis albus in officiis. *Lecc.*

Uſque a mari 23, 2, 1. uſque ad hanc diem 23, 2, 5. hoc uſque eo tota Graecia fama celebratum eſt, ut &c. 12, 1, 2. id illi uſque eo deſpexerunt, ut &c. 16, 3, 1. ferrum uſque eo retinuit, quoad &c. 15, 9, 3. *alibi*: ad eum finem, quoad &c. *ibid.* 2, 5. *ubi v. not.* uſque adeo inteſtabiles inviſique fuerunt, ut &c. *Fr.* 2, 2.

Uſquam. prius, quam uſquam ſe moveret 17, 3, 2. *alibi*: non ſe quoquam movit ex urbe 25, 7, 1. hoc acutius cogitatum non legimus uſquam 14, 6, 8.

Uſuram accipere ab aliquo 25, 2, 4. uſuris multiplicandis creſcit aes alienum, &c. 25, 2, 5.

Uſus. uſum alicujus benevolentiamque retinere, *familiaritatem* 25, 20, 5. uſui maximo alicui eſſe, *de opera conſilioque* 9, 2, 4. & 18, 2, 1. uſu venire *v. venire.* uſu & ſapientia praeſtans, *experientia* 13, 3, 2. cum claritate, tum uſu belli praeſtans 18, 3, 3.

Ut omittam Philippum 23, 2, 1. *Rejectionis formula & praeteritionis.* ſi verum eſt, ut populus Romanus ſuperarit &c. *quod* 23, 1, 1. *v. not.* praedixit, ut ne dimitterent 2, 7, 3. ut nos judicamus, *ſicut* 21, 1, 2. illorum urbs & propugnaculum oppoſita eſt barbaris, *tanquam* 2, 7, 5. ejus, ut qui maxime, amicus fuit *Fr.* 4, 1. ut ſi exercere remiges vellet, *ac ſi* 10, 9, 2. *quem ſenſum* Caeſar 3. *bell. civ. ſic extulit*: *per cauſam exercendorum remigum.* ut tum erant tempora 25, 1, 2. habuit obtrectatorem ſatis exercitatum in dicendo, ut Thebanum ſcilicet, *pro captu Thebanorum* 15, 5, 2. *Sic Cicero*: ut temporibus illis, *pro conditione illorum temporum. Limitatio ſive reſtrictio ejus quod dictum eſt.* Boecl. Idem *ſimiliter Cat. maj. cap.* 5. *de Q. Fab. Max.* multae, ut in homine Romano, literae.

Utique, & *uti*, mox: *atque uti. Fr.* 12, 4. *Saepe ita uſurpatur in fragmento* Legis regiae, *apud* Gruter. & *alios.*

Uti. ſi quid de ſuis facultatibus uti voluiſſet 2, 8, 4. *Ubi cum quarto caſu* τὸ uti *conſtituitur. Conf.* Fr. Sanctii *Minerv. lib.* 3. *c.* 3. *p.* 196. uti apparatu regio 4, 3, 2. libenter cibo 18, 5, 4. aliquo doctore, 22, 13, 5. magna celeritate 17, 2, 2. 17, 4, 4. clementia in captos 7, 5, 6. alicujus conſiliis 2, 10, 2. 5, 10, 3. 15, 5, 5. aliquo duce 1, 1, 2. uti crudelitatis ſuperioris more 8, 3, 1. uti acerbiore imperio in aliquem 18, 6, 2. moderatione 25, 14, 1. temeraria ratione 13, 3, 4. prudentia, fortitudine 8, 2, 6. uti, *habendi ſignificatu.* uti familia optima 25, 13, 3. felicitate 4, 2, 2. fortuna pari 5, 2, 3. gratia alicujus

Digitized by Google

ſus in re aliqua 25, 12, 2. hoſpitio alicujus 5, 3, 3. inſtituto hoc, *praef.* 4. libertate, *imperio populari* 1, 8, 3. omnibus optimis rebus 25, 13, 1. patre diligente, indulgente &c. 25, 1, 2. portu neque magno neque bono 2, 6, 1. dextero oculo non aeque bene 23, 4, 3. proſperitate valetudinis 25, 21, 1. uti duro adeſcentiae initio 5, 1, 1. uti, *de convictu & familiaritate.* uti aliquo familiariter 17, 1, 1. 19, 4, 3. intime 25, 5, 4. familiaritate alicujus 25, 9, 3. aliquo amico 18, 2, 2. beneficio (civitatis) uti, 25, 3, 1. caſtris uti 15, 5, 4. *oppon.* uti palaeſtra *ibid.* uti ſapienter temporibus, *inſervire tempori ibid.* 3, 1.

Utica 22, 2, 4. *Urbs Lybiae poſt Carthaginem maxima, quam Vellejus Paterc.* 1, 2, 6. *circa Codri tempora Tyrios, paucis annis poſt Gades, condidiſſe ſcribit.*

Utilitati communi parere 7, 4, 6. velocitas ad utilitatem belli pertinet, *uſum bellicum* 15, 2, 4.

Utique. in Graecia utique olim magnae laudi erat, *omnino, certe* 15, 2, 3. *ſic* Cicero ad Att. l. 13. *illud vero utique ſcire cupio.* Quinctil. 5, 10. *quod juſtitia eſt, utique virtus eſt.* aliique.

Utres ad hanc rem conficiendam imperavit quam plurimos 18, 8, 7.

Utrobique, *& terra & mari* 23, 10, 3.

Utraque fortuna, *ſecunda & adverſa* 25, 14, 2.

Utrique Dionyſii, *pro, uterque Dionyſius* 20, 2, 2. utroſque profligavit, *utrumque* 13, 4, 2. *ſic quoque alii veterum. v.* Freinshem. *Ind. Flor.*

Vulgi *affectus varii* 19, 4, 1. vulgi voluntas mirabiliter eſt mutata 10, 10, 2. in vulgus edit, ſuo juſſu eum profectum 14, 6, 4. in vulgus editi libri 25, 16, 3. vulgo praeſente, *militib. praeſentib.* 7, 8, 2.

Vulnus graviſſimum morte filii accepit 10, 6, 2. *ſic* celans quantum vulnus accepiſſet 13, 6, 1. vulnus mortiferum 15, 9, 3.

Vulnerari ab aliquo aliquot plagis 18, 4, 2.

Vulſonis Cn. Manlii res geſtae Hannibali memoratae 23, 13, 2.

Vultus. id e vultu ejus intellexit 4, 5, 1.

Uxorem amittere 21, 1, 4. reducere, *quae fuit alii tradita. v.* reduc. 10, 6, 2. de uxore alicui exprobrare, *ſcil. quod non duxiſſet uxorem* 15, 5, 5.

X.

Xenophon Socraticus 17, 1, 1.

Xerxes mari & terra bellum infert Europae 2, 2, 4. in Aſiam ſuam relegatur 2, 2, 5. *adde* 21, 1, 2. ab Artabano ferro interimitur 21, 1, 5.

Z.

Zacynthii adoleſcentes 10, 9, 1.

Zama, 23, 6, 3. *urbs Africae, Ptolemaeo* Azama *dicta. Hodie* Zamor *vocatur. v.* Bochart. *Geogr. ſacr. part. poſt. lib.* 1. *cap.* 24.

FINIS.

523652

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

52362

Digitized by Google

Digitized by Google